

MARCI ANTONII
SABELLI
J. C. MUTILIANENSIS
SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS
Rotæ Criminalis Auditoris

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM,
IN QUIBUS QUAMPLURIMÆ UNIVERSI JURIS Selectiores, Methodicæ, Practicæ, ac Decisivæ Conclusiones circa Judicia, Contractus, Ultimas voluntates, & Delicta, ad Forum Sæculare, Ecclesiasticum, & Conscientiæ spectantes, ordine alphabetico ad instar uberrimi REPERTORII habentur, ab Auctoribus probatissimis, & Decisionibus, præcipuè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ Urbis, & Orbis Areopagi confirmatæ, cum locis ubi Materiæ distinctæ, ac plenius pertractantur.

OPUS OMNIBUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, PROCURATORIBUS, cæterisque Jurisprudentiæ Professoribus, maximè utile, & ad allevandos labores apprimè necessarium; dum veluti in Promptuario ferè omnia ad Fori, Polique praxim, & usum quotidianum pertinentia, summo studio, ac diligentia adnotata exhibentur.

EDITIO SECUNDA PARMENSIS.
PRÆTER BONONIENSEM, ET VENETAM;
In qua non solum quæcumque additamenta hactenùs impressa, sed etiam

Novissimæ, Probatissimæ, ac Infinitæ propemodùm, utiles, & necessariæ accessiones **exhibentur,**

Summo studio, ac diligentia collectæ, ac propriis locis distributæ

A LEOPOLDO JOSEPHO CRESCINI,
J. C., olim in hac Civitate Advocato publico, & Juris Criminalis, Legumque Canonicarum Interprete, modò verò Commissario Complani.

TOMUS TERTIUS.








PARMÆ, MDCCXXXIII.
Apud Hæredes Pauli Monti, sub Signo Fidei.
SUPERIORUM FACULTATE.



Index Paragraphorum hujus Tomi.

AD



AD LECTOREM.



Uibus rationibus, quibusque partium studiis hujus Operis Actor ducatur, ubicumque de Fori competentia Ecclesiastici cum sæculari, seu de Ecclesiastica immunitate, & illuc spectantibus scribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id ex lectura animadvertes, & ni fallor tàm scribentis genium, & statum, quàm temporum necessitatem, seu mavis corruptelam agnosces; Cæterùm ne imprimendi Operis permissu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo existimares, permittendum fuit eò impressorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuisse, ac si id ageretur non deesse celeberrimos Doctores, solidasque doctrinas, quibus Principibus, & Magistratibus, contra novarum opinionum sectatores, sua jura probè constent.

MAR.



MARCI ANTONII
SABELLI J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER DECIMUS.

De littera L.

§. LABORATOR. I.

1 Aboratot missus ad laborandum in vineam, vel agrum alterius non tenetur de turbata possessione, nisi fuerit sciens, & particeps delicti, sed tantùm mittens Cabal. *consil.* 102. *libr.* 2. Costa *de facti scient. & ign. dist.* 27. *per tot.* Piact. Pap. *Caus. Tusch. poss. glos. Animo, & intentione num.* 3. Magon. *decis. Flor.* 150. *per tot.* ubi latè concludit pro operario si nominet mandantem, & objecta resolvit, Menoch. *de arbitr. cas.* 194. *nu.* 15. *& cas.* 354. *an.* 35. *&c.* ubi *nu.* 40. declarat non procedere ubi tali operario denunciatum esset, ne agrum illum colendum susciperet, quia tunc si spreta denunciatione non calumniosa coluit, in pœnam incidit. Antonell. *de Loc. Leg. lib.* 3. *cap.* 20. *quæst.* 3. *n.* 28.

Item intellige dictam conclusionem, si operarius faciat de mandato Domini id, quod de sui natura non est delictum, nec illicitum, ut arare, & colere fundum, secus si faciat aliquid, quod de sui natura sit malum, & prohibitum, ut destruere vias publicas, amovere terminos, violentiam facere, & similia, nam tunc non excusatur, prout videtur distinguere Menoch. *dict. cas.* 334. *num.* 35. *&c. de retinend. poss. rem.* 3. *num.* 314. Oinor. *in §. retinendæ nu.* 30. *&* 31. *Instit. de interdict.* Ludovic. *dec. Perus.* 103. Farinac. *quæst.* 97. *nu.* 231. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. L. concl.* 2. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1286. Conciol. *resol. crim. verb. operarii resol. unic. per tot.* ubi *num.* 8. quod in casibus, in quibus operarii non excusantur, possunt saltem agere ad damna, & interesse contra illum, de cujus mandato laboraverunt, de quo tamen ego dubito, cum sint participes delicti, & ex re turpi non detur actio per ea, quæ dixi in *§. Delinquens sub num.* 9. *& §. Correus num.* 8. Distingue ut ibi, & vide Farinac. *quæst.* 97. *nu.* 248. Antonell. *loc. citat. dict. quæst.* 3. *num.* 29.

Quod operarii facientes quid de sui natura licitum de mandato alterius, non teneantur nominando auctorem, qui ideò si sit Clericus, vel alia persona privilegiata, & compareat ad suscipiendum in se judicium, possit forum declinare, & totam causam, etiam quoad operarios ad suum Judicem trahere, latè probat Sperel. *decis.* 24. *per tot.* ubi reprobat Castr. *consil.* 471. *per tot. lib. pr.* & alias rationes in contrarium facientes, idem probat Ciarlin. *contr.* 63. *n.* 19. *&c.* facit quod dixi in *§. Clericus nu.* *& §. Laicus nu.*

Ad quem Judicem spectet cognitio, quando laicus de ordine Clerici turbat alterius jurisdictionem, vide Ambrosin. *decis.* 8. *per tot.*

2 Laboratores, vel operarii, qui pro mercede suorum laborum solùm recipiunt pecuniam, non concurrente cohabitatione, familiaritate, aut victus subministratione, non possunt à testificando pro domino repelli, sed etiam pro eo sunt idonei testes, Bald. *consil.* 50. *lib.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 219. *n.* 12. & 13. facit quod dixi in *§. Colonus n.* 2. *§. Meliorumenta num.* 17. Rot. *part.* 12. *dec.* 295. *nu.* 6.

3 De laboratoribus, & operariis multa notabilia habentur penes Bertachin. *in Repertor. verb. Laborator, & verb. Operarius* item penes Card. Tusch. *litt. L. conclus.* 1. *&* 2. *per tot.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 39. *nu.* 6. *&* 7. Romaguer in addit. ad eumdem Conciol. *dict. lib.* 4. *Rub.* 39. *&* 15. *nu.* 10. ubi quòd causæ turbatæ possessionis sunt criminales, si turbatio fiat cum armis, & violentia, aliàs autem sit civiliter procedendum, de quo dixi in *§. Turbatio possessionis.* Add. Pigani. *ad statut. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 31. *vol. pr. & libr.* 6. *rubr.* 8. *vol.* 2.

4 Laboratores, & Operarii non veniunt appellatione famulorum De Luc. *de Regal. disc.* 61. *n.* 5. *&* 6.

5 Laboratoribus, & operariis an debeantur alimenta, vel pecuniæ spectanda est Loci consuetudo De Luc. *dict. disc.* 61. *n.* 7.

6 Immunitas Ecclesiasticorum suffragatur pro famulis, non autèm pro Operariis, & laboratoribus diurnis. De Luc. *dict. disc.* 61. *n.* 9. *in fin.*

7 An liceat cum pecunia anticipatè soluta laboratores, & operarios conducere cum obligatione debito tempore operas præstandi. De Luc. *de Usur. disc.* 4. *n.* 10. *disc.* 8. *nu.* 9., Et an liceat dare pecuniam pro anticipata venditione fructuum recolligendorum *dict. disc.* 4. *n.* 11. *disc.* 8. *n.* 9., Quid ubi merx operarum taxetur de tempore anticipatæ solutionis *dict. disc.* 4. *n.* 13.

8 Labor laudabilis est in Religiosis propriis manibus De Luc. *de Regal. disc.* 60. *n.* 6., Et de laboris excellentia Chassan. *in Cat. glor. Mund. part.* 52. *consid.* 48.

9 Labor auctus quando mereatur augeri salarium De Luc. *de Paroch. disc.* 28. *n.* 5. *&* 11. *de Regul. disc.* 521. *n.* 3. Vide Menoch. *de Arbitr. libr.* 2. *cas.* 223.

10 Merces debet esse comes laborum Crescin. ad Abecclef. *obser.* 19. *sub n.* 4. *part. pr.*

11 Mutua, & perpetua debet esse proportio, & mensura laboris, & præmii, oneris, & commodi Crescin. ad Abecclef. *observat.* 59. *n.* 19. *part. pr.*

Ubi non est labor, nullum debetur salarium Crescin. ad Abeccles. loc. cit. n. 18.

Salaria Judicum minuuntur pro rata minuti laboris Crescin. ubi supr. n. 17., Vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 223.

52 Labor sustinetur per Judices etiam in causis possessoriis Crescin. ad Abeccles. observat. 21. num. 6. & 7. part. pr.

53 Labor Judicis, Advocati, Procuratoris, & aliorum similium an possit diei versus in utilitatem scripturarum Rube. de Confess. Jur. cap. 17. n. 21.

54 Labor Judicis in litis contestatione, & prolatione sententiæ Rube. loc. cit. cap. 3. n. 244. & 249.

55 Laboranti debetur salarium, non officium habenti Rube. ubi supr. cap. 3. n. 384.

56 Laborem, vel pecuniam impendentes pro conservatione alicujus rei, quam hypothecam, & prælationem habeant super dicta re, etiam in concursu Dotis Mar. Medic exam. 11.

57 Labore quæsita magis diliguntur Arist. tom. 5. fol. mihi 227.

58 Laborare mente, & corpore simul non convenit Aristot. loc. cit. fol. 763., Et de Labore tractat fusè Laurent. Beyerlinc. in theatr. vit. human.

§. LAICUS. II.

1 Laicus non admittitur ad denunciandum, vel accusandum Clericum, nisi accusaret Parochum, cum sua intersit illum esse probatum, Clar. §. final. quæst. 7. versic. Quæro etiam. Pellegrin. in Prax. Vic. part. 4. sect. pr. n. 6. & sect. 3. nu 22., ubi limitationes Bellegr. in comp. rer. crim. meth. tract. 1. q. 7.

Qualiter probet contra Clericum, Marant. part. 4. dist. 1. nu. 46. Clar. §. fin. quæst. 14. versic. propter reverentiam, & quæst. 24. versic. præterea quæro, Farinac. quæst. 61. opposit. 13. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 4. lib. 14. tit. 58. num. 589. fol. 334. ubi quod regulariter in criminalibus non probat contra Clericum, & quando probet tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus, Martha vot. Pis. 138. num. 5. & 6. & in tract. de jurisdict. part. 4. cas. 117. art. 2. Mascard. de probat. volum. 2. concl. 964. per tot. Bellegrand. loc. cit. tract. 3. quæst. 6.

2 Laicus falsum perhibens testimonium coram Judice Ecclesiastico, potest ab illo puniri, licet alias ejus jurisdictioni subjectus non esset, & etiam à suo judice sæculari, inter quos erit locus præventioni, ab uno tamen sufficienter punitus, non potest ab alio puniri, secus si extraordinariè tantùm, nam potest ab alio pœna suppleri, vide Cabal. resolut. crim. cas. 261. num. 5. & dixi in §. Clericus nu. 52.

3 Laicus delinquens simul cum Clerico ne continentia causæ dividatur, & super eodem delicto diversæ ferantur sententiæ, potest petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, una cum Clerico criminis socio, Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap. 10. n. 45. & c. Grivel. decis. 30. nu. 11. Tondut. de prævent. part. 1. cap. 13. per tot. Marsil. singul. 80. Paul. Rub. in Annotat. ad decis. 412. nu. 113. & c. part. 9. recent. & in resolut. practicab. tom. pr. cap. 57. num. 158. & c. Rot. part. 11. recent. decis. 199 n. 4. & c. ubi idem tenet in causis civilibus, Conciol. resolut. crim. verb. Delictum resol. 4. ubi quòd ita servatur in statu Ecclesiastico, & maximè si judex ecclesiasticus prævenit in captura laici, refert tamen plures contrarium tenentes, & de consuetudine non servari attestantes, Clar. §. fin. quæst. 36. versic. Evenit plerumque, ubi quod illud nõ servatur de consuetudine, Marant. par. 6. de appellat. num. 394. Guaz. d f 1. cap. 11. num. 17. Michalor. de fratr. part. 3. cap 49. nu. 22. Menoch. de Arbitr. cas. 371. num. 13. ubi refert alios contrarium tenentes, & quod prædictam opinionem vix servant Judices laici, & ego dico nullatenus servari, & non sine ratione, ut notavi in §. Causa rum. 13. nec esse juridicam, sed debere clericos remitti ad judicem Ecclesiasticum, laicos verò retineri, & puniri per suos Judices sæculares, ut benè probat Covar. Pract. quæst. cap. 34. num. 1. quem sequitur Franch. decis. 426. num. 4. Novar. de elect. for. sect. 3. quæst. pr. nu. 28. Castro Palaus tom. 2. disput. unic. punct. 6. num. 2. Pereir. de manu reg. part. 2. cap. 41. nu. 3. Olasch. decis. 103. nu. 10. Ricc. Collect. 3883. versic. Sed Franch. Thomat. decis. 21. nu. 8. Ciarlin. contr. 34. num. 29. & seqq. Pac. Jordan. (quamvis Episcopus) Lucubr. volum. 3. lib. 13. tit. 8. num. 168. fol. 87. ubi quod cognitio causarum est dividua, & facilè potest Judex Ecclesiasticus suum punire delinquentem Clericum, & Judex sæcularis laicum, absque ulla utriusque jurisdictionis læsione, & ita in praxi semper servari vidi, & servandum de jure puto sine contradictione, & facit Rodolphin. in prax. part. 3. cap. 4. n. 146. & 147. ac benè probat Thom. Velasc. alleg. 18. per tot.

Non servari dictam primam opinionem fatetur etiam Sperel. aliàs jurisdictionis Ecclesiasticæ acerrimus, & partialis defensor decis. 4. num. 20. nisi tamen judex Ecclesiasticus prævenerit in captura laici socii criminis cum clerico quamvis posteà indistinctè solito studio Ecclesiasticis obsequendi in decis. 19. per tot. conetur probare, ratione juris connexi, etiam laicum cum clerico privilegio fori potiri debere, quam opinionem aliis relaris probat etiam Dian. resolut. moral. part. 3. tract. pr. resolut. pr. ubi quòd dicto casu potest Judex Ecclesiasticus cognoscere contra laicum, non tamen excludit judicem sæcularem, & ideò debet intelligi data præventione, & part. 4. tract. pr. resol. 7. Thom. del Bene de Immunit. part. 3. cap. 10. dub. 17. fol. 491.

Quòd privilegium fori competens uni, ubi agitur civiliter contra plures super aliquo connexo, extendatur ad omnes, Cabal. consil. decis. 46. lib. 2.

Ubi de laico offendente Clericum, vel ministrum Curiæ Ecclesiasticæ an possit ab utroque Judice puniri &c. de hac materia vide Raynald. Syntax. rer. crim. cap. pr. §. 10. num. 27. & seqq. per tot.

Laicus delinquens in Ecclesia, vel contra Ecclesiasticam personam potest puniri à Judice sæculari (licet aliqui teneant posse tantum puniri ab Ecclesiastico ratione loci delicti, vel personæ offensæ) & non solum de delicto principali, verum etiam de sacrilegio, quod est mixti fori, cujus ratione potest etiam procedere Judex Ecclesiasticus, ita ut pro sacrilegio sit locus præventioni; pro delicto verò principali merè laicali, cognitio spectet ad Judicem sæcularem tantum, vide Cabal. resolut. crim. cas. 194. per tot. Conciol. resol. crimin. verb. Delictum resol. 3. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 206. fol. 90. ubi quod quod in dicto casu laicus est puniendus à judice sæculari, & non ab Ecclesiastico, nisi agatur de delicto mixt. fori, pro quo sit locus præventioni, vide in mea resolut. cap. 9. per tot. & in hoc opere §. Clericus n. §. Delinquens num. 7 & 9. Sacrilegium n. 5. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 34. Anton. de Ballis tract. var. lib. 5. tit. 42. de insult. in Ecclesia nu. 3. fol. 233. ubi quod delictum in Ecclesia si non est Ecclesiasticum, sed sæculare, cognoscit laicus, & judex Ecclesiasticus tradit laico, Thom. del Bene de immun. par. 2. cap. 16. dub. 49. fol. 128. ubi dicit locum esse præventioni. 4

Qualiter laicus injurians clericum, etiam citra excommunicationem puniri possit à Judice Ecclesiastico, sicut & illius jurisdictionem turbans, Sperel. decis. 49. num. 28. & vide in §. Clericus num.

De laico offendente Clericum, vel ministrum Curiæ Ecclesiasticæ, etiam satellitem, quod possit ab utroque Judice puniri, idem Sperel. decis. 86. vide in §. Delinquens nu. 6. Dian. part. 6. tract. 8. resol. 3. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 32. n. pr & seqq. volum. 2. Ricc. Collect. 3883. versic. contrarium tamen, Squillant. de privil. Cler. cap. 6. nu. 97. Carol. Rota in suo Florileg. conclus. 21. sub num. 5. ubi quod in tali casu competens est judex sæcularis, & Ecclesiasticus, citra jurisdictionis illorum perturbationem, quia sæcularis punit percussorem pœna corporali, & Ecclesiasticus mulcta spirituali, cum una per alteram non tollatur, & ita semper servatum vidi Florentiæ sine controversia.

Laicus effectus per dimissionem habitus, & tonsuræ, non potest puniri à judice sæculari pro delictis commissis tempore, quo erat clericus, Gratian. discept. forens. cap. 226. num. pr. vide in §. Clericus nu. 78. 5

78. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 425. *per tot.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 2. *n.* 17.

6 Laicus si efficiatur clericus post delictum commissum, an, & quomodo evadat jurisdictionem Judicis sæcularis, Gratian. *dict. cap.* 226. *num.* 29. *& per tot.* vide *in §. Delinquens num.* 4. Tusch. *litt. L. conclus.* 7. Colla *tract. de re integra dist.* 32. *per tot.* facit Possent. *sing.* 139. ubi quòd laicus factus Clericus in civilibus debet finire judicium cœptum coram judice laico, reservata executione contra personam judici Ecclesiastico, & permissa tantum contra bona judici sæculari, sicut servatur in Clerico successore laici, ut dixi in §. *Clericus nu.* 55. Fagnan *in cap. magnus* *d. n.* 25. *de obligat. ad ratiocin.* Pellegrin. *loc. cit. n.* 19.

Si laicus post obligationem, vel delictum assumat habitum clericalem, an evadat forum sæculare, Thoro *Compend. decis. Neap. part. pr. verb. Laicus.*

Quòd quilibet præsumatur laicus, & contrarium asserenti incumbat onus probandi, quia qualitas, quæ naturaliter inest homini semper adesse præsumitur, donec contrarium probetur, Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 963. vide in §. *Clericus*. Vide Palm. *nep. alleg.* 172. *n. pr. tom.* 2.

7 Laicus non potest esse Vicarius Episcopi, nisi haberet jurisdictionem temporalem, Rebuff. *in prax. benef. tit. de Vicar. Episc. num.* 35. Gratian. *discept. for. cap.* 268. *num.* 63. *&c.* latè D. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 18. *per tot.* ubi tamen quòd sufficeret habere primam tonsuram, quod potest esse Assessor, & Consultor, vel etiam Vicarius in temporalibus tantum, vel cum dispensatione Papæ, vide in §. *Episcopus num.* 36. *&* §. *Vicarius num.* Viv. *comm. opin.* 440. *&* 441. Bich. *decis.* 278. *num.* 5. ubi quòd potest esse Assessor. Pellegr. *in Prax. Vicar. in monit. gen. pro Episc. n.* 4. De Luc. *de Benef. disc.* 73. *n.* 14.

Quòd laicus non possit esse Judex Clericorum, vel in Spiritualibus, & quando secus, Tusch. *litt. L. concl.* 8. *&* 9. *per tot.* Viv. *loc. citat. vide in §. Judex num.* 31. Paul. Christin. *decis.* 222. *vol.* 5. Possent. *sing.* 128. ubi quòd non potest esse delegatus in causa criminali contra Clericum, etiam si delegetur à Legato de latere, cum possit tantùm delegari à Papa in causa particulari, & non ad omnes.

Quòd possit esse Judex delegatus ab Episcopo in aliqua causa civili, non autem ad universitatem causarum, nec in criminalibus, nec in Spiritualibus. An possit esse arbiter, & alia Sperel. *decis.* 24. Sanfelic. *decis.* 368. *in Addit. vers. Episcopus*, Viv. *loc. cit.* Conciol. *resol. crimin. verb. Episcopus resolut.* De Luc. *de Benefic. disc.* 73. *num.* 14.

Et quòd laicus uxoratus sit incapax exercendi jurisdictionem in clericos, & illos ad beneficia instituendi, resistente jure, *in cap. si quis*, *& cap. per laicos*, *& cap. laicis* 16. *quæst.* 7. Seraph. *decis.* 1382. *nu. pr.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 772. *num.* 4. *& decis.* 806. *per tot.*

8 Laicus non potest cognoscere causas matrimoniales, etiam per viam delegationis, cum non sit capax, Menoch. *consil.* 17. *nu.* 6. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 738. *num.* 13. *& num.* 32. *&c.*

Posset tamen cognoscere ex delegatione Papæ, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 12. *tit.* 6. *nu.* 19. *&* 20. *fol.* 51. Fagnan. *in cap. cum contingat num.* 9. *de foro compet.* De Luc. *de Benefic. disc.* 95. *n.* 3. *&* 10. *disc.* 73. *n.* 13.

Quorum sint capaces laici, vel non in spiritualibus, Tusch. *litt. L. conclus.* 4. *per tot. & seqq.*

9 Laici sunt incapaces beneficiorum Ecclesiasticorum, pensionum, oblationum in Ecclesia factarum, primitiarum, decimarum Ecclesiasticarum, jurisdictionis Ecclesiæ, non tamen ageretur de simplici possessorio meri facti, prout ampliando, & limitando declarat Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *per tot. fol.* 354. *&c.* vide *in §. Judex nu.* Ricc. *Collect.* 1640. 1641. 1991. 1467. Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 235. *&* 203. ubi qualiter possint esse administratores bonorum Ecclesiæ cum hac conditione relictorum, vel ex memorabili consuetudine. Fagnan. *in cap. pastoralis num.* 3. *de his, quæ fiunt à Prælat.*

Quoad decimas vide *in §. Decimæ num.* 3. & latè Bich. *decis.* 323. *num.* 6. *& seqq.* ubi quando sint capaces decimarum, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 109. De Luc. *de Alien. disc.* 18. *n.* 11. Rot. *rec. p.* 19 *tom.* 2. *dec.* 539. *n.* 19. Fagnan. *sup. Decr. in Indic.*

An autem sint capaces juris sedendi, vel habendi scamna, sive bancas in Ecclesiis, vide *in §. Arma n.* 6.

Et qualiter etiam Clericus per contractũ matrimonii amittat beneficia, idem Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 23. *per tot. fol.* 410. *vide in §. Pensio n.* 20. Ridolphin. *in prax. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 59. *& seqq.* ubi de penssione, de qua latè etiam Ricc. *Collect.* 4148.

Qualiter laici sint capaces custodiæ reliquiarum Sanctorum, gubernandi, & administrandi bona Ecclesiastica spectantia ad fabricam Ecclesiæ, perceptionis, & administrationis eleemosinarum, & oblationum, quæ fiunt imaginibus, & reliquiis Sanctorum, & custodiæ ornamentorum Ecclesiæ, & hujusmodi Andreol. *controv.* 381. Torre *de pact. fut. success. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 137. 244. 318. *&c.* Franc. Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 2. *n.* 4. *Rub.* 8. *num.* 3. *& seqq.* Em. De Luc. *Præm. disc. final. n.* 8. *Miscell. Eccl. disc.* 35. *n.* 10. Ansald. *dec.* 9. *n.* 45. 48. *&* 49.

Quòd Principes laici sint incapaces juris conferendi Episcopatus, vel alia beneficia in suis statibus, nisi agant ex privilegio Summi Pontificis, quo casu etiam non dicuntur ipsi conferre, sed Papa mediante illorum ministerio, Dian. *resolut. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 65. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 483 *nu.* 16. *&* 17. ubi quòd sunt juris spiritualis penitus incapaces, sed tantùm possunt se ingerere circa jus temporale, & materiale à spiritualitate diversum, vide Ansald. *de jurisdict.* 2. *part. cap. de collat. n.* 18. Sanfelic. *in Praxi sect.* 24. ubi qualiter Pontifices consueverint ex causa dicta privilegia concedere Imperatoribus, Regibus, & Principibus, & quibus, Francesc. *variar. resolut. cap.* 16. *per tot.* ubi plenè agitur de jurepatronatus, quod Serenissimi Reges habent in Ecclesiis Cathedralibus, & an ejus virtute possint impedire quominus pensiones reserventur absque illorum consensu, & alia plura ad rem.

Laicus fidejubens pro Clerico, vel etiam pro laico apud acta Judicis Ecclesiastici, an possit coram eodem conveniri dixi in §. *Fidejussor n.* & vide 10
Sanfelic. *dec.* 160. ubi an possit hoc modo prorogare jurisdictionem Judicis Ecclesiastici in præjudicium Judicis laici, vide *in §. Jurisdictio n.* 7. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 335. *versic. ideò laicus.*

An laicus agens contra Clericum in foro Ecclesiastico possit compelli præstare cautionem pro expensis, negativè resolvit, nec etiam contravenire ordinibus, de se non subiiciendo jurisdictioni Ecclesiasticæ, cùm id faciat ex necessitate juris, Alvar. Pegas. *resolu. for. cap.* 16. *n* 121. *& seqq per tot.*

Laicis disputare de fide Catholica omninò prohibitum est, etiamsi docti, experti, & eruditi essent, 11
nisi aliqua urgeret necessitas, veluti si coram illis aliquis hæreticus perverteret fideles, & non adessent Ecclesiastici docti, qui fidei susciperent defensionem, nam tunc etiam laici docti tenentur saluti fidelium spirituali pro viribus consulere, vel nisi exercitii causa inter religiosos disputarent, quia talis non est formalis, sed materialis tantùm disputatio non prohibita: Clericis verò, & religiosis, licèt ad majores, vel minores ordines non initiatis, si saltem sint tonsurati, permittitur disputare de fide ubi subsit causa, & ipsi sint docti, nec fiat coram rudibus etiam exercitii causa, nisi essent adeò excellentes, ut se etiam simplicium intellectui accomodare scirent: Nemini autem licèt disputare, vel differere cum hæreticis alicujus erroris magistris, cùm in causis fidei nimis sint tales hæretici obstinati, ac pertinaces, & indurati, nisi ex causa maximæ necessitatis, ut supra, & præcipuè si disputans ipse esset hæsitans in fide; laudabile tamen est contra hæreticos ad confutandum illorum errores scribere, ut colligitur ex *c.* 2. §. *inhibemus de hæret. in* 6. ubi Dominic. Barbos. & alii, Silvestr. *in Sum. verb. Disputare*, ubi etiam quòd contrafacientes laici sunt excommunicandi, latè Farinac. *de hæres. qu.* 178. §.

5. *per tot.* ubi etiam Vulpin. *in suco*, ubi de pœna arbitraria, Sanchez *Oper moral. lib. 2. cap. 6.* Bonacin. *tom. 2. disput. 3. quæst. 2. punct. 3. fol. mihi* 188. Azot. *Institut. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 26. qu. 1.* Becean. *tom. 3. de fide cap. 15. q. 7.* Suarez *de fide disputat. 20. sect. 1.* Dian. *resolut. moral. p. 4. tractat. 8. resolut. 56.* ubi etiam quòd Inquisitores possunt procedere, & punire hujusmodi disputantes in casibus prohibitis, ad Farinacc. *d. qu. 178. num. 117.* Baldel. *Theol. moral. tom. 2. lib. 1. disput. 21. per tot.* Bich. *dec. 448. n. 11. & 12. inter rec. part. 11. dec.* 109. Sousa *aphorism. inquisit. lib. 1. cap. 29.* & novissimè aliis citatis Magistr. Fr. Dominicus Maria de Braneaccin. Florent. Ord. Serv. & Serenissimi Cosmi III. Magni Etrur. Ducis Theolog. in ejus elaboratissimo *tract. de jur. Doctor. lib. 2. cap. 5. n. 14. 15. & 16.* ubi alia plura servanda docet à Scolasticis Theologis, quibus orthodoxam incumbit tueri fidem, ejusque truces expugnare hostes. Gonzal *in c. cum ex injuncto n. 9. de hæret.*

12 Multa de laicis, quorum sint capaces, vel non, & quoad jurisdictionalia, Ægid. Castejon. *Alphab. jurid. verb. Laici, seculares*, & modernus Com. August. Fontan. *in Bibliotb. leg. eod. verb. part. 5. fol. 3. &c.* Fagnan. *sup. Decretal.* De Luc. Bellegrand. Pignatel. Piton. & alii moderni.

13 Quod laici ratione bonorum Ecclesiæ possint conveniri coram Judice Ecclesiastico, tam in actione reali, quàm personali, respons. *Boscol. 3. num. 135.* apud Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. part. 2. fol. 529.* Fagnan. *in cap. si Clericus num. 25. de for. comp.*

14 Laicus possidens feudum, si fiat Clericus minorum ordinum amittit feudum, nec reintegratur, si postea Clericatum deponat, ut ex Isern. & Afflict probat Palm. nep. *alleg. 144. n. 26. tom. 2.*

15 Laicus succedens Clerico non potest opponere declinatoriam fori ex persona Clerici Menoch. *cons. 312. n. 19. libr. 4.* Palm. nep. *alleg. 172. n. 5. tom. 2.*

16 Laici non possunt in specie statuere de bonis ecclesiasticis, quia eis non sunt subjecta Fagnan. & alii Canonistæ *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ de Constit.* Rot. *rec. part. 9. decis. 193. n. 14. tom. 1.* Palm. nep. *decis. 209. n. 22. tom. 3.*

Et laici super Ecclesiis, ecclesiasticisque personis, & bonis nullam habent jurisdictionem Fagnan. *in cap. quæ in Ecclesiarum de Constit.*

17 Laici sunt infensi Clericis *c. laicos & c. laici 2. q. 7.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 3. sub n. 22.*

18 Laici tenentur reverentiam exhibere Clerico, tamquam Patri *c. oves & c. Sacerdotes 2. q. 7.* Pellegrin. *loc. cit.*

19 Laicus potest esse Assessor, & Consultor in causis Clericorum Pellegrin. *in Prax. Vicar. in monit. pro Episc. sub n. 4.* & spiritualibus De Luc. *de Judic. disc. 3. n. 28.* An possit esse Arbiter, vel Arbitrator Fagnan. *in cap. contingit de Arbitr. cap. non sine eod.*

20 Laicus minister torquens Clericum non excommunicatur Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 14. num. 10.*

21 Laicus capax non est juris spiritualis Emerix jun. *decis. 14. n. 4.*

Laicis non competit manutentio quoad res spirituales Caprar. *decis. 395. n. 7.*

Laici spiritualia possidere non possunt Fagnan. *in cap. Massaria n. 16. de Elect.*

22 Laicus ut nominetur ad beneficium ecclesiasticum sat est quod sit clericus de tempore præsentationis, seu institutionis Rot. *part. 19. tom. 2. rec. decis. 621. n. 22.* Vide Piton. *de Jurepatr. alleg. 100. à nu. 436. & alleg. 65. n. 1. in fine* De Luc. *de Jurepatr. disc. 45. 46. & 64. n. 28.*

Vacante beneficio debito descendentibus familiæ Presbyteris, inter quos non extat nisi laicus, traditur modus, cum quo iste obtineat beneficium Piton. *loc. cit. alleg. 17. n. 15. in fin.*

23 Laicus ex causa potest ad Synodum annvocari Fagnan. *in cap. quod super his n. 4. de major. & obed.*

24 Laicus circumscripta dispensatione Ecclesiæ non est capax Juspatronatus, quod est spiritualitati annexum Fagnan. *in cap. quoniam n. 8. de Jurepatr.* Et juspatronatus reservare laicis in Ecclesiis, & beneficiis est gratia Piton. *de Jurepatr. alleg. 47. n. 35.* Est tamen gratia titulo oneroso in retributionem fundationis cum commodo Ecclesiæ, quæ extinctis Patronis acquirit libertatem Piton. *loc. cit. n. 37. & 47.*

Et ne laici retrahantur à fundatione, Juspatronatus mixtum non cadit sub reservatione Mantiss. ad De Luc. *libr. 13. dect. 33. n. 29. vol. 4.*

Laicus cognoscere potest causas criminales Clericorum, & absolvere ab excommunicatione ex commissione Papæ, non autem ex consuetudine, etiam immemorabili Fagnan. *in cap. cum contingat nu. 9. de for. comp.* 25

Laicus licet non possit esse Canonicus, potest tamen esse præbendatus Fagnan. *in cap. cum M. n. 31. de const.* Sed secus ex Stylo Curiæ *ibid. n. 32.* 26

Laicus est incapax conferendi etiam ex conditione in limine fundationis ex immemorabili, nisi fama privilegii concurrat Fagnan. in *cap. consuetudines n. 54. de Consuet.* 27

Laicus ex consuetudine an possit acquirere jus eligendi etiam in Collegiata Fagnan. *in cap. querelam n. 2. de Elect.* 28

Laici possunt interesse electionibus Clericorum ex privilegio, non autem ex consuetudine etiam immemorabili Fagnan. *in cap. quisque à n. 16. de Elect.* ubi latè. Laici in electione Prælati admitti possunt non ad eoeligendum, sed ad protegendum Electores, etiam armata manu Fagnan. *in cap. Massana nu. 7. de Elect.*

Laico domino muri, ubi Sancta Imago depicta est, non potest Episcopus concedere, ut oblationes dispenset ad libitum suum Fagnan. *cap. pastoralis num. 23. de his quæ fiunt à Prælat.* 29

Laicis non licet de Altari immediatè oblationes accipere Fagnan. *ibid. n. 43.*

Laicus de uno in alium Episcopatum domicilium transferre potest, & liberè domicilium transferre tàm quoad temporalia, quàm quoad spiritualia, non tamen potest ex contemptu proprium Parochum dimittere sine translatione domicilii Fagnan. *in cap. significavit à n. 2. de Paroch.* 30

Laici non miserabiles nunquam possunt in eorum causis temporalibus cōtra laicos directè, & principalitèr recurrere ad Judicē ecclesiasticū Fagnan. *in cap. significantib. n. 48. & 71.* Quod limita, ut *ibid. 74. & 75.* 31

Laici non miserabiles regulariter nec habitu, nec actu sunt de foro Ecclesiæ *ibidem n. 84.*

Laicus in delictis Ecclesiasticis, vel mixti, fori efficitur de foro Ecclesiæ Fagnan. *in cap. pervenit nu. 20. de adulter.*

Laicus eodem modo sortitur forum Episcopi ratione delicti, ac ratione contractus Fagnan. *ibid. n. 32.* 32

Laicus ad observantiam pacti cogi potest per Ecclesiam, saltem indirectè, & per Evangelicam denunciationem Fagnan. *in cap. Antigonus num. 13. & 25. de pact.*

Laicus potest prorogare jurisdictionem Judicis alieni etiam sine consensu Judicis proprii, Clericus autem non potest, & eur. Fagnan. *in cap. significasti n. 13 & 37. de for. comp.* 33

Laicus in causa spirituali an possit prorogare jurisdictionem Judicis non sui Idem *ibidem n. 37.*

Laici, qui non sunt de Jurisdictione temporali Ecclesiæ, non tenentur potestati Ecclesiasticæ obedire in non concernentibus animam Fagnan. *in cap. significatum n. 18. de Præbend.* 34

Laici in merè temporalibus, & prophanis non ligantur Constitutionibus canonicis, nisi in terris Ecclesiæ Fagnan. *in cap. canonum statuta n. 92. de Constit.* 35

Laicis potest Ecclesia indicere ferias in actu, ex cujus exercitio arguitur quædam quasi irreverentia Altissimi Fagnan. *in cap. treugas n. 5. de Treug. & Pac.* 36

Laicus non habet locum in præsbiterio De Luc. *de Præeminen. disc. 44. n. 3.* Amplia non obstante contraria consuetudine. Rot. *decis. 400. part. 9. rec.* De Luc. *ibid. num. 4.* 37

Laicus, an possit habere dominium imaginum, & reliquiarum existentium in Ecclesia privativè ad Clericos eidem Ecclesiæ inservientes De Luc. *de Præmin.* 38

num. disc. 40. *n.* 8. *& seqq.* Vide eumd. *Miscell. disc.* 35. *per tot.* Quid in Cappellis, & Sepulchris De Luc. *loc. cit. n.* 9. Potest habere retentionem clavium, & habere facultatem conducendi Clericos, & cantores pro canendis laudibus De Luc. *ibid. n.* 7. *&* 10.

39 Laicus administrator pii loci, an possit se ingerere circa modum implendi onera celebrationis missarum De Luc. *de Jurisd. disc.* 42. *n.* 8.

40 Laicus est capax Capellaniæ erectæ sine auctoritate Ordinarii Burat. *dec.* 1. *nu.* 7. *& seqq.* De Luc. *de Testam. disc.* 18. *nu.* 5. *de Benef. disc.* 80. *nu.* 18. *disc.* 95. *n.* 1. *de Jurep. disc.* 45. *n.* 10., ubi declaratur. Fallit, ubi repugnet qualitas apposita à Fundatore De Luc. *de Benef. disc.* 95. *n.* 2. De Jure est etiam capax pensionis, secus de Stylo Curiæ De Luc. *de Benef. dict. disc.* 95. *n.* 3.

41 Laicus Notarius an possit esse fori Ecclesiastici De Luc. *de Judic. disc.* 5. *n.* 13. ubi, an obtineat exemptionem à foro.

42 Laicus Patronus intra quadrimestre variare potest, sed cumulativè Lotther. *lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 2. De Luc. *de Benef. disc.* 92. *n.* 27. Fallit pendente lite, & quid ad favorem collitigantis De Luc. *ibid. n.* 27. 28. *&* 34.

43 Laicus Ecclesiasticum juspatronatus fundare potest reservando illud personis Ecclesiasticis Rot. *dec.* 157. *n.* 5. *part.* 7. *rec.* De Luc. *de Jurepatr. disc.* 59. *n.* 13.

44 Laicus possessor timens clerici molestias coram proprio Judice sæculari convenire valet De Luc. *de Judic. disc.* 2. *n.* 7.

45 Laicus sede Episcopali vacante non solet obtinere breve de suscipiendo ordines extra tempora De Luc. *de Jurep. disc.* 46. *n.* 9

46 Laicus uti non potest vestibus clericalibus De Luc. *de Regul. disc.* 21. *n.* 7. Et prohiberi potest ab Episcopo. De Luc. *Miscel. disc.* 32. *n.* 8. *Ann. ad Concil. disc.* 24. *n.* 24. Quid de toga De Luc. *de Regul. disc.* 21. *n.* 8. *&* 9. *Annot. ad Concil. dict. disc.* 24. *n.* 24.

47 Laicus contrahens cum Clerico an servare teneatur solemnitates legum laicalium De Luc. *in Miscell. disc.* 8. *n.* 4.

48 Laicus vivens intra septa regularium sub eorum obedientia gaudet exemptione De Luc. *Miscell. disc.* 12. *n.* 15.

49 Laicus est incapax ad conferendum aliquod jus spirituale, titulum, seu Beneficium Ecclesiasticum, etiam procuratorio nomine Bald *cons.* 38. *n.* 1. *vers. dico quod lib.* 4. Rot. *dec.* 466. *n.* 23. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Ac proinde Procurator ad id peragendum debet esse persona Ecclesiastica, & habere expressum, & speciale mandatum Rot. *dict. dec.* 466. *nu.* 24. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

50 Laici authoritate propria nequeunt onera imponere Ecclesiasticis Rot. *dec.* 574. *n.* 12. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Quid accedente consensu Episcopi in re utili Ecclesiæ Barbos. *de offic. & potestat. Episc. all.* 50. *nu.* 26. *&* 78. Rot. *dict. dec.* 574. *nu.* 13. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Et quando Ecclesiastici teneantur ad illa Fagnan. *in cap. non minus n.* 46. *de immun. Eccles.*

51 Laici, & fœminæ an sint capaces capellaniæ laicalis Amostaz. *de causis piis lib.* 3 *cap.* 2. *n.* 43. *versic. Et possunt* Piton. *de Jurepatr. all.* 33. *n* 2. *&* 17. *tom.* 1.

52 Laici subsunt Jurisdictioni Ecclesiasticæ per viam voluntariæ Jurisdictionis Rot. *dec.* 793. *nu.* 1. *part.* 1. *divers.* Piton. *de Jurepatr. all.* 55. *n.* 19. *tom.* 2.

53 Constitutio Ægidiana non habet locum, quando agitur de bonis emphyteuticis Ecclesiarum licet causa sit inter laicos super solo utili dominio Rot. *dec.* 283. *num.* 10. *& seq. part.* 9. *rec.* Piton. *de Jurepatronatus all.* 57 *n.* 13. 70. *&* 71. *tom.* 2.

54 Laici etiamsi faciunt actum favorabilem Ecclesiæ nolliter agunt Fagnan. *in cap. Quæ in Ecclesiarum n.* 30. *&* 31. *de Constit.* Piton. *de Jurepatr. dict. all.* 57. *num.* 73. *tom.* 2.

55 Emphyteuta Ecclesiæ non tenetur ad collectas, & onera realia imposita per statuta Laicorum Pignatell. *consult.* 50. *n.* 10. *tom.* 2. Piton. *de Jurepatr. loc. cit. n.* 14. *&* 64.

56 In dubio præsumptio stat pro laicalitate Card. De Luc. *lib.* 7. *de alien. disc.* 8. *n.* 4. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 33. *n.* 19. *lib.* 13. *vol.* 4.

Solutio onerum Comunitativorum probat laicalitatem Giarlin. *controv.* 116. *n.* 2. Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 33. *n.* 21. *lib.* 13. *vol.* 4.

Probatur etiam ex observantia statutorum laicalium Mantiss. ad De Luc. *loco cit. num.* 22.

57 Ne laici retrahantur à fundatione, Juspatronatus mixtum non cadit sub reservatione Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 65. *num.* 34. *vers. Negativam vero* Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 33. *n.* 29. *lib.* 13. *vol.* 4.

58 Laici sunt capaces usus cappellæ, & Altaris Rot. cor. Cerr. *dec.* 653. *n.* 7. Caprar. *dec.* 420. *n.* 7. *part.* 1.

Cappellæ, & Altaria, quoad materialia sunt prophana, quoad cultum, & officia erga Altare, & Sacram Imaginem, nihil vetat, quin etiam per laicos possit exerceri Rota cor. Merl. *dec.* 632. *sub num.* 3. *&* 4. Caprar. *dec.* 395. *n.* 8. *&* 9. *part.* 1.

59 Laicis non debet Ecclesia titulo conductionis concedi Fagnan. *in cap. secundum nu.* 3. *&* 12. *ne Cleric. aut Monac.*, sed hoc declara, *ut ibid. n.* 14.

60 Laicus non intromittit se in negotiis Ecclesiasticis, nec ejus judicio, nec præcepto debent Judices Ecclesiastici justitiam ministrare Fagnan. *in cap. decernimus n.* 1. *de Judic.*

61 Laici spiritualium sunt incapaces etiam admixti Clericis Fagnan. *in cap. Messana n.* 3. *de Elect.*

62 Laicus non prohibetur ministraliter tractare negotia Ecclesiastica Fagnan. *in cap. causam n.* 15. *de Elect.*

§. LAUDEMIUM. III.

Laudemium, sive laudimium est nomen legibus, a ac latinis antiquis scriptoribus incognitum, quod secundùm aliquos originem traxit ab Ultramontanis, & est barbarum; in jure autem dicitur quinquagesima, & secundùm varias locorum consuetudines aliter etiam nuncupatur tertiaria, Quartaria, Penna aurea, Accordamentum, Rechatum, Decima, Rosiscapium, Relevium, Capusolidum, Baillivatus, & similibus nominibus. Laudemium verò, quòd est magis frequens dicitur à laudando, eò quia Dominus laudat, & approbat novum Emphyteutam, est enim Jus, quod debetur, & solvitur domino directo pro investitura novo Emphyteutæ, vel emptori facienda de pretio emphyteusis emptæ ad rationem duorum pro centenario, cùm sit quinquagesima pars dicti pretii, juxta *l. fin.* ubi Jas. & alii *C. de jur. Emph.* Clar. *§. Emphyteusis quæst.* 23. Marius Burg. *tract. de laudem. part.* 1. *Inspect.* 2. *n.* 7. Amad. à Pont. *cod. tract. in princ.* Cavaler. *dec.* 21. Fulgin. *de jur. Emph. tit. de laudem q.* 1. *per tot.* nisi ex pacto, vel consuetudine, sive statuto summa laudemii deberet esse major, vel minor, & attenditur valor rei de tempore novæ investituræ, non autem primæ concessionis, ac deductis oneribus, & expensis, intelligendo etiam de valore utilis dominii tantùm separato à jure directi dominii, nisi aliter servetur de consuetudine, prout declarat Fulgin. *loc. cit.* ubi etiam *n.* 9. *& seqq.* quærit an laudemium sit idem quòd intratura, & concludit quòd non.

Quòd Civitas Cæsenæ habeat privilegium non solvendi laudemia ultra dispositionem juris communis, & tale privilegium tamquam conforme juri communi, & ad tollendos abusus, reputetur favorabile, & reale, ita ut suffragetur omnibus etiam comitativis, & forensibus ibidem possidentibus, latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 400. *per tot. & p.* 18. *dec.* 442. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd Communitas Cæsenæ est in quasi possessione solvendi laudemia ad formam juris, & sic duo pro centenario; illa verò Cerviæ solvit quinque pro centum stante solito, & consueto.

Quid sit laudemium, quando debeatur, vel non, & qualiter non solutum indueat caducitatem, Tusch. *litt. L, conclus.* 15. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 264. *vol.* 1. ubi quando debeatur, vel non, & *decis.* 223. *n.* 11. *& seqq. per tot. vol.* 3. Rice. *Collect.* 31. 421. 1942. 2191. 2283. 2170. 2188. 2146. 2190. *&* 2483. Tepat. *var. sentent. tit.* 386. Costa *de ratione ratæ qu.* 112. ubi plura quid sit, à quo, & cui debeatur &c. Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 19.

per tot. ubi atiam an, & quando ei renunciatum dicatur. Brunnemann. in l. ultim. a n. 12. C. de Jur. Emphyt.

Quod laudemium sit quinquagesima pars, & sic aurei duo pro centum pretii rei in emphyteusim concessæ, Alcograd. consil. 24. num. 41. lib. pr. Franch. dec. 201. n. 1. & 2. Altimar. de nullit. rub. 1. part. 2. q. 18. n. 494. tom. 4. Brunnemann. loc. cit. n. 13.

Quòd debeatur tantùm pro rata pretii exbursati, & non pro rata census, vel alterius oneris accollati super re empta existentis, Gratian. d. cap. 784. n. 1. &c. & vide in §. Gabella n. 1.

2 Laudemium regulariter est solvendum domino directo pro omni alienatione rei emphyteuticæ, sive fiat inter vivos, sive etiam in ultima voluntate, DD. in l. fin. C. de jur. Emph. Clar. §. Emphyteusis qu. 23. in princ. Velasch. de jur. emphyt. qu. 32. n. 32. Salso tract. de laudem. q. 1. Amad. a Pont. eodem tract. qu. 42. Burg. eod. tract. part. 2. Inspect. 2. cum aliis per Fulgin. de jur. emph. tit. de laudem. qu. 8. nu. 11. & seqq. per tot. ubi dictam regulam quindecim modis ampliat, & decem limitat cum pluribus declarationibus.

Quòd debeatur laudemium Domino directo, etiam si alienatio fiat Ecclesiæ pro illa ædificanda, vel amplianda, & cùm Ecclesia acquirens sit manus mortua teneatur alteri tradere, vel singulis quindecim annis solvere quindennium loco laudemii, latè Rot. part. 9. rec. decis. 474. & 494. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 47. n. 616. tom. 7. Fontanell. decis. 277. cum seqq. & decis. 387. & 388. Et de quindenniis vide infra in novissim. addit. Crescin.

Item pro omni alienatione rei feudalis, Paul. Christin. dec. 70. per tot. vol. 6. & ad leg. municip. tit. 10. art. 1. & art. 5. Martha vot. Pisan. 33. per tot. ubi etiam quòd pro eo sunt obligata ipsa bona feudalia pro prædecessoribus, qui non solvissent, de quo infra n. 14. De Luc. de Benefic. disc. 69. n. 10.

Quando sit solvendum, & pro quibus contractibus, an ab alienante, vel ab acquirente, & quantum sit, Clar. §. Emphyteusis q. 23. Gratian. disceptat. forens. cap. 180. per tot. Surd. dec. 220. num. 4. ubi quòd est solvendum ab acquirente, sequitur plures alius addens Fulgin. d. tit. qu. 3. per tot. ubi declarat nisi aliter sit conventum inter contrahentes, Tusc. litt. L. conclus. 16. n. 3. &c. vide in §. Gabella n. Costa de ratione ratæ quæst. 112. per tot. Caldas Pareyra tract. de Emphyt. extinct. cap. 16. ubi plenè de materia laudemii, quando, & ex quibus contractibus debeatur, vel non, & alia ad rem.

3 Laudemium est solvendum per eum, cui res emphyteutica donatur, vel legatur, si alias in ea non erat successurus, quidquid secùs sit in hærede, vel legatario, qui ratione primæ concessionis possent dici comprehensi, licèt etiam in hoc casu deberi videatur concludere, Gratian. discept. for. cap. 377. ubi firmat sex conclusiones, vide Franch. dec. 201. & dec. 447. per tot. Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de laudem. quæst. 13. & q. 6. per tot. ubi quoad donationem refert contrarias opiniones, affirmativam tamen probat, quam ampliat, & limitat pluribus modis. Brunnemann. sup. C. lib. 10. tit. 35. leg. 1. n. 5. pag. 965. Emerix jun. dec. 730. n. 7. De Luc. de Dot. disc. 147. n. 2.

Quòd laudemii solutio spectet ad emptorem, Rot. part. 11. rec. decis. 272. n. 6. ubi citat Clar. §. Emphyteusis q. 23. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 52. n. 4. & alios. Franch. dec. 201.

4 Laudemium debetur pro alienatione facta ex causa debiti solvendi, sive per Judicem dentur in solutum creditori bona, sive alteri tertio pro satisfaciendo creditori, Gratian. discept. for. cap. 544. nu. 19. &c. cap. 784. n. 6. &c. Franch. dec. 577. Posth. de subhast. Inspect. 48. per tot. Caval. decis. 360. nu. 5. ubi quòd licèt debeatur laudemium, non requiritur consensus domini directi, vide Fulgin. d. tit. qu. 8. n. 16. & infra n. 13. Fontanel. dec. 278. per tot. & decis. 279. per tot. vide Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 5. q. 47. n. 616. tom. 7. Fulgin. de Emphyt. tit. de Laudem. q. 8. n. 48.

Deberi laudemium, & eo non soluto, nec capta investitura caducitatem incurri, quando creditores apprehenderunt bona debitoris decocti, inter quæ adsit emphyteusis, sicut etiam ex sola hypothecatione rei emphyteuticæ pro tanta summa, ut non adsit spes luitionis subsequuta possessione, latè probat Sperel. dec. 99. per tot. ad interpretationem Statuti Genuensis lib. 4. cap. 37. ubi etiam de pluribus aliis similibus alienationum speciebus, ex quibus debetur laudemium, & incurritur caducitas, vide in §. Emphyteusis n. 5

Quamvis aliàs pro simplici pignore, vel hypotheca rei emphyteuticæ non debeatur laudemium, Fulg. de jur. Emphyt. tit. de laudem. q. 9. per tot. ubi tribus modis declarat, nempè nisi sit pro tanta summa, ut non adsit spes redemptionis, vel cesset affectio, nisi sit specialiter hypothecata, & tradita, vel nisi sit ultra decennium secundum aliquos, quod ultimum ipse non sequitur. Facit Faber. de Error. Decad. 100. err. 4.

Laudemium debetur pro alienatione annui census constituti super re immobili emphyteutica, & sic si emphyteuta imponat censum super re emphyteutica, tenetur solvere laudemium domino directo pro rata pretii, sive capitalis census secundùm opinionem Tiraquell. de retract. lignag. gloss. 1. §. 6. num. 4. & 5. Surd. dec. 104. n. 6. Amad. à Pont. de laudem. q. 1. Corbul. de jur. emphyteut. tit. de cons. privat. ob alienat. amplist. 49. n. 8. fol. mihi 238. 6

Contrarium tamen, & meliùs probatur Fulgin. de jur. emph. tit. de laudem. q. 10. n. 2. & 3. Sperel. dec. 120. n. 12. & alii per eos relati. Vide Emerix jun. dec. 977.

Laudemium quando bona sub emphyteuticantur ab emphyteuta, debetur domino directo, & non emphyteutæ subemphyteuticanti, ut latè firmavit Rot. in Romana laudemii 4. Maii 1635. coram Ghisilerio in noviss. p. 7. dec. 40. per tot. Franch. decis. 437. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de laud. qu. 23. per tot. De Luc. de Emphyt. disc. 68. n. 3. Emerix jun. dec. 977. n. 8. 7

Quod semper debeatur ei, qui est major dominus, & non inferiori, & debeat apparere de dominio illius, qui laudemium prætendit, aliàs non debeatur, Rot. p. 2. divers. dec. 188. per tot. vide Fulgin. d. q. 23. per tot. Marcian. disp. for. cap. 97. per tot.

Quòd debeatur usufructuario, & non proprietario, Oldrad. consil. 29. Clar. §. Emphyteusis q. 23. n. 5. Soccin. jun. consil. 70. n. 31. lib. 3. Tusch. litt. L. concl. 16.

An autem è contra sit solvendum à proprietario, vel ab usufructuario, dic servandam consuetudinem, & illa cessante à proprietario, Paul. Christin. dec. Belg. 375. vol. 1. & decis. 13. vol. 6.

Laudemium non debetur, quando contractus non est propriè emphyteuticus, sed locatio ad longum tempus, vel in perpetuum, & multa ad ostendendum quòd concessio fuerit potiùs locatio perpetua, quàm emphyteusis, & sic ad exclusionem laudemii, Rot. in Romana laudemii 10. Februarii 1631. coram Ghisilerio in Noviss. part. 6. dec. 14. per tot. & declarat Fulgin. d. tit. de laudem. q. 16. num. 4. &c. inf. n. 18. in fin. Faber. De Error. Decad. 100. err. 5. & 6. De Luc. de Emphyt. disc. 68. n. 7. 8

Laudemium non intelligitur remissum, licèt res fuerit concessa cum clausulis importantibus licentiam alienandi, ut dixi in §. Feudum n. facit Surd. dec. 200. ubi etiam, quòd caducitas non incurritur, ob laudemium non solutum, vide Grat. discept. for. cap. 377. n. 4. & n. 21. Fulgin. de jur. emph. tit. de laudem. q. 8. n. 6. &c. ubi refert alios contrarium tenentes, quamvis ipse veriorem, & magis communem profiteatur dictam firmatam opinionem, maximè si dictum fuerit in investitura salvo, & reservato jure domini directi. Altimar. de nullit. rub. 1. part. 2. qu. 18. n. 495. tom. 4. 9

Laudemium non debetur pro alienatione nulla, vel quæ nullum effectum fuit sortita Gratian. discept. for. cap. 746. n. 5. Fulgin. d. q. 8. n. 39 & 40. ubi etiam quòd si fuisset solutum antè declarationem nullitatis, illa postea declarata potest repeti, & de- 10

bet

bet restitui, & sic sententia nullitatis inter contrahentes præjudicat etiam domino, quamvis ipse pro jure suo lite pendente possit assistere, & causam defendere, Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 374. *n.* 5. & *seqq.* ubi quòd laudemium non solvitur de omnibus dispositionibus nullis, & inutilibus, vel effectum non sortitis, quando sit restituendum, si fuerit solutum, & alia ad rem, Fontanel. *decis* 587. & 588. a80. a77. & *seqq.* & *dec.* 279. & a81. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 4. *q.* 37. *num.* 568. *tom.* 6. Hodiern. ad Surd. *dec.* 31. *n.* 26.

11 Laudemium non debetur, quando alienatio fit inter ipsos comprehensos in investitura, cum inter illos videatur potius renunciatio, & habeat locum jus accrescendi, Gratian. *disceptat. for. cap.* 272. *n.* 10. &c. & *cap.* 377. *n.* 10. &c. Rot. in Romana devolutionis 4. Decembris 1651. coram Bichio *num.* 9. Amad. à Pont. *tract. de laudem. qu.* 12. Surd. *decis.* 305. *n.* 30. Guid. Pap. *dec.* 48. *in fin.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 38. *nu.* 34. Fulgin. *d. tit. de laud. quæst.* 5. *per tot.* ubi sex modis ampliat, & tribus limitat, Fontanell. *decis.* 587. & 588. a80. a77. & *seqq.* & *dec.* 279. & e81. Boscol. Permens. *in contr. feud. art.* 4. *n.* 37. inter oper. De Luc.

12 Laudemium an sit solvendum pro venditione facta cum pacto resolutivo, vel de retrovendendo, & an duplex, unum scilicet pro venditione, & alterum pro ejus dissolutione, vel retrovenditione, Tiraq. *de retract. convent.* §. 6. *gloss.* e. *nn.* 3. & *seqq. ad* 20. Gratian. *discept. for. cap.* 180. *n.* 6. & *seqq. per tot.* Thes. *decis.* 75. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de laudem. q.* 4. ubi firmant deberi laudemium ex dicta venditione, cùm sit de sui natura perfecta, non autem pro retrovenditione habente originem ex pacto primæ venditionis, Cavaler. *dec.* 360. *n.* 5. Surd. *decis.* 305. *n.* 20. &c. Gratian. *discept. for. c.* 686. *n.* 1. &c. ubi quòd quando alienatio fit pro executione primi contractus, non debetur novum laudemium, nec nova gabella, sed sufficit unum, vel una, Fontanel. *dec.* 587. & 588. a80. a77. & *seqq.* & *dec.* 279. & 281. Brunnemann. *sup. C. lib.* 12. *tit.* 3. *num.* 26. *pag.* 1052. Carpzou. *p.* 2. *cap.* 39. *def.* 16. & *l.* 1. *resp.* 89.

Secùs tamē si discederetur à contractu vigore pacti re nō integra, sed ex intervallo appositi, aut nullo pacto præcedente, vel vigore prorogationis termini, sine domini consensu, nam his casibus novum debetur laudemium, ut probat Fulgin. *d. q.* 4. *num.* 2. & *seqq.* ubi etiam qualiter sit restituendum emptori laudemium domino solutum, cùm immunis recedere debeat à contractu, nisi aliter fuerit conventum, & alia ad hoc propositum, adde Paul. Christin. *decis. Belgic.* 70. *n.* 5. & *seqq. vol.* 3. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 69. *num.* 6.

13 Laudemium non debetur pro alienatione necessaria, ad quam devenitur ex obligatione legis, & non facto voluntario alienantis, Gratian. *discept. forens. cap.* 227. *n.* 46. &c. *cap.* 748. *num.* 6. &c. Sperel. *decis.* 99. Post. *de subhast. inspect.* 48. *nu.* 10. &c. ubi quòd alienatio dicitur necessaria ad hunc effectum, quando necessitas adest ex parte emptoris, sive illius, in quem possessio transfertur, & tunc non debetur laudemium, aliàs secus si necessitas ortum habeat ex obligatione contracta per ipsum alienantem, Franch. *decis.* 277. Thes. *decis.* 239. Cavaler. *decis.* 360. *n.* 4. Gratian. *disceptat.* 544. *numer.* 19. Fulgin. *d. tit. de laudem. q.* 8. *num.* 48. *supra nu.* 4. *infra n.* 16. In contrarium facit Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 474. & 494. ubi quòd debetur laudemium quando quis cogitur vendere pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ prædictis adde Costem *de remed. subsid. remed.* 52. *illat. pr. per tot.* ubi benè conclusionem declarat, Fontanell. *decis.* 587. & 588. a80. a77. & *seqq.* & *decis.* a79. & e81. Vide Altimar. *de nullis. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 47. *n.* 616. *tom.* 7.

14 Laudemium an possit peti contra tertium possessorem rei, & pro eo competat Salvianum, pendet à quæstione, an habeat hypothecam, quæ multum perplexa, & difficilis est, negativam enim partem ferè sustinet Surd. *decis.* 31. *per tot. decis.* 200. *nu.* 4. cum aliis per Fulgin. *de jur. emph. tit. de laudem. q.* 2. *n.* 2. & *seqq.* qui & ipse videtur hanc sequi opinionem, nisi ex instrumento colligatur hypotheca, Joseph. Felin. Cerco *in Margarita var. conclus. litt. L, verb. Laudemium fol.* 137.

Contrariā autem opinionem, quòd imo habeat hypothecam, & peti possit, etiam contra tertium possessorem tenent alii, ut per Gratian. *discept. forens. cap.* 272. *num. pr.* & *per tot. cap.* 377. *nu.* e4. &c. *cap.* 784. *num.* 16. &c. & Franch. *decis.* 430. Pacific. de Salvian. *Inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 147. &c. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 474. *n.* 4. Marthe *vot. Pis.* 33. *n.* 13.

Laudemium an debeatur domino directo, quando res emphyteutica datur in dotem, videntur magis communiter distinguere DD. ut si detur æstimata tali æstimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, debeatur laudemium, secùs autem si detur inæstimata, Amad. à Pont. *tract. de laudem. quæst.* 29. Salso. *eodem tract. cellul.* 7. *in fine*, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. *pr. glos.* 14. *num.* 108. Velasc. *de jur. emph. quæst.* 14. *num.* 10. Burg. *de laudem. part.* 2. *Inspect.* 12. *num.* 6. & *seqq.* & ferè declarat videndus Fulgin. *de jur. emph. tit. de laudem. quæst.* 7. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3037. Rota *part.* 9. *recent. decis.* 53. *num.* 11. ubi simpliciter quòd non debeatur, sed intellige, ut supra, Carol. Rota *in ejus Florileg. conclus.* 25. *num.* 16. & *seqq.* ubi probat dictam distinctionem. Vide Em. De Luc. *de dot. disc.* 147. *n.* 3. & 6. Emeria jun. *decis.* 933. *n.* 7. 15

Laudemium debetur etiam ex venditione facta vigore Constitutionis Gregor. XIII. pro ornatu Urbis, vel alterius similis Pragmaticæ, quia licèt sit venditio necessaria, & non requirens consensum domini, tamen ex quo emptor tamquam nova persona opus habet nova investitore, laudemium domino debetur secundum Fulgin. *d. tit. quæst.* 8. *n.* 15. ubi citat Burg. *de laudem. part.* 2. *inspect. pr. nu.* 15. facit Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 474. & 494. *per tot.* 16

Contrarium videtur probare Gratian. *disceptat. forens. cap.* 227. ubi citat Tiraquel. *de retract. lignag.* §. *pr. glos.* 14. *num.* 10. facit quod dixi supra *n.* 13.

Laudemium debetur ex permutatione quocumque modo facta ratione novæ investituræ suscipiendæ, nisi ageretur inter comprehensos in prima investitura, inter quos est permissa omnis alienatio sine consensu domini, & sine solutione laudemii, ut dixi supra *num.* 10. vide Fulgin. *d. quæst.* 8. *n.* 19. & *seqq.* Carol. Rota *in d. Florileg. concl.* 25. *per tot.* ubi probat non deberi, maximè si permutatio fiat ex necessitate, Tondut. *lib.* e. *quæst.* 36. 17

Laudemium debetur pro venditione melioramentorum in re emphyteutica factorum, ita ut si simplex area data sit in emphyteusim, & ibi positum ædificium maximi valoris, quod postea vendetur, debeatur laudemium non pro pretio soliusareæ, sed totius ædificii, quidquid contrarium teneat Corn. *consil.* 250. *in princ. vol.* 3. quem malè loqui dicit Fulgin. *d. quæst.* 8. *num.* 23. &c. vide Burg. *de laudem. p.* 2. *Inspect.* 6. Emeria jun. *decis.* 977. *n.* 5. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 4. *decis.* 18. & 19. *vol.* 3. 18

An debeatur pro impositione servitutis, pro cessione, pro transactione, pro consensu, pro emptione actionis, & in similibus casibus, vide Fulgin. *d. qu.* 8. *num.* 27. & *seqq. per tot.* & *in quæst. seqq.* An pro donatione De Luc. *de Dot. disc.* 147. *num.* 2.

Item an debeatur pro venditione facta cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vel ad tempus, sive ad vitam, an ex retractu sequuto vigore Juris congrui, an pro pacto, vel promissione de vendendo, maximè accedente juramento, an si re integra ante traditionem partes de consensu recedant à contractu, an pro alienatione conditionali, pendente adhuc conditione, vel nondum declarato pretio arbitrio tertii remisso, an debeatur primo, vel novo Domino, si interim fiat mutatio, & alia, vide per Fulgin. *d. quæst.* 8. *num.* 32. & *seqq. per tot.* cum aliis ab eo citatis, & *quæst.* 16. *per tot.* ubi qualiter debeatur ex locatione ad longum tempus, vel ad vitam emphyteutæ, ab ipso emphyteuta alteri facta, facit supra *num.* 7.

Laudemium non debetur domino, quando intra duos menses fuit negligens in mittendo in possessionem, 19

nem, & investiendo novnio Emphyteutam, qui ideò vigore permissionia legia fuerit à wateri emphyteuta vendente immissus, secus autem si dominus re integra immittat atiam lapso bimestre, cum possit moram purgare, Fulgin. *de jur. emph. tit. de laudem. quæst.* 11. *per tot.* Salic. Jas. & alii *in l. fin. C. de jur. emphy.*

20 Laudemium non debetur domino directo, quando ipse rem aliquam suam allodialem, vel etiam emphyteuticam ad se reversam, & consolidatam, alteri in Emphyteusim concedit, Amad. à Pont. *de laudem. quæst.* 11. Fulgin. *dict. tit.* 14. *quæst.* 14. *per tot.* ubi limitat nisi extaret consuetudo in contrarium; sed illud, quod solvitur domino directo in dictis casibus appellatur potius intratura, de qua idem Fulgin. *loc. cit. q. pr. num.* 9. *& seqq.* ubi qualiter differat à laudemio. Mantiss. ad De Luc. *libr. prim. decis.* 5. *n.* 21. *vol. pr.*

Non etiam debetur quando petitur renovatio Emphyteusis per proximiores, vel per ipsum emphyteutam finita generatione, vel tempore, nisi aliter servetur de consuetudine, de qua in patria sua testatur Fulgin. *dict. tit. quæst.* 15. *per tot.*

Debetur autem quando emphyteuta concedit in emphyteusim rem emphyteuticam ad 29. annos, vel aliud tempus, cum pacto renovandi, nisi ab initio sit concessa in perpetuum; licet cum dicto pacto, idem Fulgin. *loc. cit. quæst.* 18. *per tot.* Vide De Luc. *de Emph. disc.* 22. *sub n.* 18. *& disc.* 76. *n.* 4.

An autem debeatur à legatario ratione legati de re emphyteutica sibi facti, an ab hærede, an ab usufructuario & an sit solvendum usufructuario, puta patri, vel proprietario, puta filio, quando emphyteusis est filii, & in similibus casibus, Fulgin. *d. tit. de laudem. quæst.* 19. *cum pluribus seqq.*

21 Laudemium non debetur, quando ipse dominus directus emit rem emphyteuticam, sicut etiam, nec quando emphyteuta emeret directum dominium à domino, Jason *in l. fin. num.* 43. *C. de jur. emphyt.* Fulgin. *loc. cit. quæst.* 24. *per tot.*

Si tamen plures essent domini directi, & unus emat rem emphyteuticam, tenetur solvere partem laudemii aliis condominis, Amad. à Pont. *de laudem. qu.* 22. *in fine, et quæst.* 23. *in princip.* Fulgin. *loc. cit. qu.* 25. *per totum.*

Postquam autem dominus directus elegit viam prælationis in emptione rei emphyteuticæ, sive petitionem laudemii, non potest variare Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 24. *gloss. un. num.* 7. *et* 11. Bald. *consil.* 412. *lib.* 1. *in fin.* Salso *de laudem. quæst.* 3. *princ. num.* 50. Fulgin. *d. tit. quæst.* 27.

22 Laudemium non exactum à Prælato, Rectore, vel beneficiato, non debetur illius hæredibus, sed successori, nisi Prælatus defunctus haberet facultatem disponendi in vita de fructibus; hodie tamen in locum successoris fuit subrogata Camera Apostolica, cui loco spoliorum applicantur omnes fructus non exacti, Marescott. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 2. Honded. *consil.* 85. *per tot. lib.* 2. Navar. *de Spol. cler.* §. 6. *n.* 6. *et* §. 7. *in fine*, Ludovis. *decis. Perus.* 33. Fulgin. *d. tit. quæst.* 28. *per tot.* *vide in* §. *Fructus n.* *et* §. *Pensio n.*

Quid autem si dominus directus, cui debetur laudemium, illo non exacto, jus suum alteri vendat, nempè directum dominium, an laudemium sit solvendum priori domino, vel potius emptori, vide contrarias opiniones per Fulgin. *d. tit. de laudem. quæst.* 26. *per tot. et q.* 8. *n.* 57.

Quod laudemium non exactum transmittatur ad successorem, prematurè autem solutum sit, & quando sit bonificandum, vel non, & contra quos repeti possit non facta bonificatione, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 492. *per tot.* facit quod dixi in §. *Solutio n.* 39.

23 Laudemium an debeatur domino directo per renunciationem emphyteusis factam ab Emphyteutica, an per venditionem usufructus, vel proprietatis, an sit solvendum à fisco in casibus, in quibus succedit in Emphyteusi, quid si emphyteuta fuerit à Principe restitutus ad bona, an pro datione in feudum, an pro consensu præstito alienationi, an pro impositione servitutis, an pro recognitione, an pro purgatione moræ, & similibus casibus, vide Fulgin. *dict. tit. quæst.* 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. *&* 37. *per tot.*

De laudemiis habentur plura decisa penes Thoro *Compend. decis. Neap. par.* 1. 2. *&* 3. *sect.* 2. *in verb. Laudemium*, & alia remissivè per Ægid. de Castejon *Alphabet. jurid. ver. Laudemium*, & Com. Augustin. Fontan. *Bibliotb. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 7. *&c.* novissimè, ac plenè Ant. de Vilaplana *Illustrat. feudal. Prælud.* 3. *& seqq. fol.* 40. *& versic. pr. fol.* 68. *& seqq. vers.* 2. *fol.* 147. *& seqq.* ferè per totum tractatum cum Addit. & D. Lelius Boscol. *respons.* 6. *per tot. post part.* 2. Jo. Torre *de success. in Majorat. & primogen. Ital. fol.* 566. *&c.* Et plurima per de Cald. *in suo tract. de Emphyt.* Card. De Luc. *in Indic.* Mantiss. ad eumdem De Luc. Emerix Rocc. Mans. Palm. & alii recentiores. 24

Taxa legalis, de qua *in l. fin. C. de Jure Emph.* procedit, ubi agatur de alienatione rei emphyteuticæ durante adhuc investitura De Luc. *de Emph. disc.* 5. *n.* 10. *disc.* 22. *n.* 5. 25

Et non convenit illi recognitioni, quæ datur pro renovatione finita emphyteusi Nigr. *de laudem. quæst.* 3. *n.* 19. *& seq.* De Luc. *loc. sup. cit.*

Et quomodo regulandum sit laudemium pro renovationibus De Luc. *de Emphyt. d. disc.* 22. *nu.* 5. *& seqq.*, ubi *n.* 8. distinguuntur plures renovationum species De Luc. *de Emphyt. disc.* 76. *n.* 3. *& seqq.*

Laudemium regulatur juxta valorem de tempore finitæ investituræ absque eo quod creditores quibus legitimè bona sint affecta cum assensu coaqueri valeant De Luc. *de feud. disc.* 52. *sub n.* 3. *disc.* 122. *ex num.* 18. 26

Laudemium unicum non autem duplicatum solvendum est pro renovatione Nigr. *de laudem. quæst.* 18. *nu.* 19. *&* 20. *tom.* 2. De Luc. *de Emphyt. d. disc.* 22. *n.* 6. *&* 9. ubi declaratur *disc.* 26. *eod. tit.* 27

Si Extraneus, qui renovationem obtinuerat illud solverat, adhuc solvendum est Laudemium à proximiori illam obtinente De Luc. *de Emphyt. d. disc.* 22. *nu.* 9. Tenetur tamen Dominus restituere alteri inovsto, & excluso De Luc. *loco supra citato.* 28

Ob non petitam renovationem in tempore, quando debeatur duplicatum laudemium, & quæ causæ in proposito excusent Rot. *dec.* 73. *part.* 10. *rec.* De Luc. *de Emphyt. disc.* 26. *ex n.* 4. 29

Non dicitur pœna, sed conditio hujusmodi duplicatio laudemii, à cujus solutione non excusat justa causa, vel impedimentum De Luc. *de Emphyt. dict. disc.* 26. *n.* 8. *& seq.*

Laudemium debetur domino directo pro consensu, & labore novæ investituræ, ac recognitione & actuali possessione ipsius rei emphyteuticæ tradenda novo Emphyteutæ Rot. *dec.* 38. *nu.* 11. *part.* 21. *rec.* Emerix jun. *dec.* 977. *n.* 2. 30

Laudemium non est debitum in alienationibus, quando Emphyteusis est transitoria ad extraneos De Luc. *de Emphyt. disc.* 42. *num.* 2. *vers. nihilominus* Emerix jun. *dec.* 1239. *n.* 4. Licet tamen non debeatur pro nova Investitura potest solvi, & quandoque solvitur ratione intraturæ Emerix jun. *d. dec.* 1239. *nu.* 29. 31

Executive nequit peti laudemium contra non obligatum Emerix jun. *dec.* 750. *n.* 2. 32

Onus laudemii est odiosum, & non extenditur ultra casum scriptum Gratian. *discept.* 784. *nu.* 4. Emerix jun. *dec.* 977. *n.* 1. Et non debetur ex alienatione subcanonum facta per Emphyteutam Emerix jun. *loc. cit. n.* 3. 33

Laudemium solvi debet juxta consuetudinem locorum Amic. *de Jur. Emphyt. quæst.* 57. *n.* 1. Emerix jun. *dec.* 1239. *n.* 30. Solvendum, vel deponendum est laudemium intra annum ab eo, qui prætendit renovationem, vel restituendum extraneis investitis, qui illud persolverunt Emerix jun. *dec.* 242. *nu.* 23. Limita quando investitus impugnavit Jus actoris petentis investituram, adeout depositum non fuisset profuturum Fontanell. *dec.* 74. *nu.* 4. Emerix jun. *loc. cit. n.* 24. Et in omnem casum sufficit oblatio verbalis, quoties laudemium est illiquidum propter difficultatem æstimationis bonorum Emerix jun. *sup.* Compensari tamen debent fructus laudemii persoluti per Investitum in præjudicium proximioris cum fructibus 34

ctibus rei emphyteuticæ restituendæ Fontanell. *ubi sup.* Emerix jun. *dict. dec.* 242. *n.* 26.

35 Laudemium solvendum est in domo Domini De Luc. *de Benef. disc.* 89. *n.* 8. *&* 11.

36 Ex emphyteusi perventa ad manus mortuas absque spe ulterioris devolutionis debentur loco laudemii quindennia Rot. *dec.* 270. *n* 4. *part.* 1. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 18. *n.* 1. *lib.* 4. *vol.* 1. *& dec.* 19. *lib. eod. num.* 1.

Quindennia nil aliud sunt, quàm ipsum laudemium determinato tempore cujuslibet decimiquinti anni solvendum Mantiss. ad De Luc. *dec.* 19. *num.* 4. *lib.* 4. *vol.* 1.

Ideoque quindennia cum ipso laudemio commensurantur Rot. *dec.* 40. *n.* 30. *part.* 7. *& dec.* 280. *nu.* 4. *part.* 1. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 19. *n.* 6. *lib.* 4. *vol.* 1.

Nec de Jure, neque ex consuetudine cavetur, quod quindennia solvi debeant etiam pro melioramentis Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 19. *num.* 10. *lib.* 4. *vol.* 1.

Quidquid practicatur in quindenniis Cameræ Apostolicæ debitis, practicari quoque debet in quindenniis subrogatis loco laudemii Rot. *dec.* 198. *n.* 4. *part.* 19. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *ubi sup. n.* 13.

37 Si res vendita fuit tanquam libera, vel empta vigore retractus, tunc ad regulandum laudemium debet deduci illud plus, in quo, vel attenta supposita libertate, vel ratione retractus fuit appretiata Mantiss. ad De Luc. *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 12. *vol.* 1.

38 Laudemium calculari debet ad mensuram veræ æstimationis, hoc est deducto quolibet onere, & extraneo augmento valoris Mantissa ad De Luc. *dec.* 18. *lib.* 4. *n.* 13. *vol.* 1.

39 Laudemium seclusa contraria consuetudine suam habet mensuram statutam *in l. ne Avaritia, C. de Jur. Emphyt.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 19. *num.* 5. *lib.* 4. *vol.* 1.

40 Laudemium solvere debet is, cui præmatura fit restitutio considerato tempore, quo juxta Juris præsumptionem vivere posset ia, qui restituit Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *nu.* 88. Rocc. Episc. *cap.* 49. *n.* 44.

41 Laudemium solutum est restituendum, quoties ab altero obtinetur renovatio Rocc. Episc. *cap.* 63. *n.* 65.

42 Laudemium ad solvendum est cogendus retrahendi Jus habens, quia primum emptorem indemnem servare tenetur Tondut. *lib.* 1. *q civil. cap.* 24. *nu.* 20. *& seqq.* Roc. Episc. *cap.* 63. *n.* 68.

43 Laudemii super solutione, si fuerit inita conventio inter Capitulum, & Emphyteutam, si contingat, novum recipi Canonicum ante solutionem, ille particeps erit de laudemio, quia tempus solutionis inspicitur Rocc. Episc. *cap.* 87. *n.* 14. *&* 15.

44 Laudemium an sit pars pretii, vel potius quid extrinsecum ab eodem pretio Fontanell *dec.* 306. *n.* 19. *lib.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 165. *n.* 10. *libr.* 2.

§. LAUDUM IV.

1 Laudum arbitratorum, vel arbitrorum an propriè dicatur sententia; & inducat conformitatem, Gratian. *decis.* 82. *per tot.* vide in §. *Sententia nu.* Tusch. *litt. L, conclus.* 18. *per tot.* ubi in quibus differant laudum arbitri, & laudum arbitratoris. Quid sit laudum Emerix jun. *decis.* 352. *sub n.* 8.

Laudi formolam ponit Franch. *decis.* 534. *sub n.* 5. *Formular. Florent. fol.* 259.

Quam actionem producat laudum, an valeat latum sub conditione, vel modo, qualiter interpretandum, & alia plura, Tusch. *litt. L. conclus.* 19. *cum multis seqq.*

Quòd laudum à partibus approbatum dicatur vera transactio, & extinguat litem sicut res judicata, ita ut si fiat alia transactio super contentis in laudo, tamquam super re clara, & decisa non subsistat, Rot. in Romana hæreditatis Ven. 30. Januarii 1654. post Urceol. *tract. de transact. decis.* 4. vide in §. *Transactio num.* 11. Rot. *part.* 18. *recen. decis.* 459. ubi quòd laudum à partibus acceptatum constituit rem judicatam, transactionem, & pactum, in materia jurispatronatus, Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *num.* 140. *tom.* 4.

Laudum in dubio præsumitur justum, & rectum ad instar sententiæ, etiam quòd de illius nullitate, vel 2 injustitia fuerit dictum, sive petita reductio ad arbitrium boni viri, imò magis quàm sententia, quia non reperitur jure cautum, quòd petitio reductionis suspendat vires arbitramenti, vel laudi, maximè lati à persona provida, & honesta, ut benè probat Gratian. *decis.* 63. *num.* 12. & Gabriel. *comm. concl. tit. de sent. concl.* 5. *num.* 14. *& seqq.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 665. ubi quod ideò qui dicit laudum iniquum tenetur probare, Rot. *rec. part.* 15. *dec.* 218. *part.* 17. *decis.* 160. *et* 283. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *num.* 142. *tom.* 4. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 587. *a n. pr.*

Impeditur tamen executio laudi per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, quæ peti potest etiamsi illi fuerit expressè cum juramento renunciatum, Marant. *p.* 6. *de appell. nu.* 122. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 148. *num.* 25. *etc. vide in* §. *Compromissum num.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 142. *et* 143. *volum.* 2. Bich. *decis.* 218. *nu.* 4. *et seqq.* ubi quod laudum non est exequibile, quando ab eo fuit interposita appellatio, vel renunciatum ipsi laudo per aliam provisionem, idem Bich. *decis.* 248. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *nu.* 145. *tom.* 4.

Ad quem autem Judicem sit recurrendum pro hujusmodi reductione, vide in §. *Judex num.* et §. *Reductio num.* Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 19. *tom. pr.*

Quòd laudum habeat executionem paratam, sicut sententia, concurrente maximè validitate, & justitia illius, quæ de jure præsumitur, *l. ne arbitris* 4. *et l. cum antea* 5. *Cod. de recept. arbitr.* Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 218. *num.* 1. *&* 2. *& part.* 17. *decis.* 160. *per tot.* ubi plura pro executione laudi, non solum ex præsumptione validitatis, & justitiæ, verùm etiam ex partium conventione ex pluribus resultante, & latiùs in eadem causa *decis.* 283. *d. part.* 17. Oonat. *de Comprom. disp.* 96. *num.* 9. *sect.* 9. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *n.* 142. *tom.* 4.

Laudum debet proferri intra tempus assignatum 3 in compromisso, vel prorogatum à partibus, sive ab arbitro habente talem facultatem prorogandi, & ipsa prorogatione partibus intimata, licèt hujusmodi intimationi renunciaverint, aliàs est nullum, & quid si nullum tempus fuisset appositum, Pract. Papp. *libell. ad pœn. ex comprom. glos. infra duos*, Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 17 *fol.* 137. Pae. Jord. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 113. *&c. fol.* 70. latè Tusch. *litt. L, conclus.* 29. ubi quando sit nullum etiam ex aliis causis, Joseph. Feliv. Cerezo in *Margarit. var. concl. litt. L. verb. Laudum fol.* 138. Buratt. *decis.* 29. *in fin.* Coccin. *dec.* 438. Rot. *par.* 18 *recent. decis.* 522. *nu.* 4. ubi etiam quod est nullum, si sit evidenter injustum, &c. Cyroc. *disp.* 25. *num.* 44. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *num.* 123. *num.* 144. *tom.* 4.

Nisi adfuerit aliquod impedimentum, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 929. *n.* 12. *&c.* vide in §. *Arbiter num.* & §. *Tempus nu.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. p.* 2. *quæst.* 28. *n.* 145. *tom.* 4.

Quòd latum nullo compromisso apparente, & nulla attributa auctoritate, dicatur carere forma, & origine, & sit tanquam non latum, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 307. *num.* 5. *vide in* §. *Compromissum n.* 5. Altimar. *loc. cit. num.* 146.

Valet etiam latum extra tempus compromissi, si fuerit confirmatum à Superiori magistratu, sicut etiamsi fuerit petita reductio super meritis, vel ubi constat de bono jure vel ubi fuit renunciatum omnibus exceptionibus, quia sustinetur in vim pacti, vel quando tempus, sive instantia fuit assignata arbitris, & non causæ, vel fuit datum arbitrium in procedendo, secundum Bardellon. *consil.* 172. *per tot. lib.* 2.

Quòd laudum non possit dici nullum ex eo quòd latum fuerit extra tempus in compromisso assignatum, ubi non apparet de præsentia, & acceptatione arbitrorum, cum tale tempus currat tantùm à die accepta-

ceptationis, Gratian. decis. 62. nu. 12. Gabriel. comm. concl. tit. de arbitr. concl. 2. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 7. num. 132. fol. 72. Franch. decis. 354. num. 3. ubi quid quando fuit dictum, quod currat tempus ab hodie, vel à tali die, & latiùs idem Franch. decis. 626. per tot.

Item eo ipso quòd partes petierunt proferri sententiam, vel laudum censetur prorogatum tempus ad arbitrandum, Paul. Christin. decis. Belgic. 103. num. 12. vol. pr.

4 Laudum latum partibus præsentibus, licèt non appareat de præcedente compromisso, vel non præcedat compromissum, sustinetur in vim taciti compromissi, Ang. in l. stipulandum, ff. de verb. oblig. Soccin. contr. 220. num. 2. lib. 2. Gratian. decis. 6. nu. 36. & melius decis. 64. num. 5. & 6 Tusch. litt. L, concl. 25. num. 2. &c. Cabal. consil. decis. 41. consil. 117. lib. 2. ubi quòd non apparente compromisso laudum est nullum, vide in §. Compromissum n. 5. Altimar. dict. quæst. 28. n. 149.

5 Laudum non transit in judicatum per spatium decem dierum, sicut aliæ sententiæ, quia tempus petendi reductionem ad arbitrium boni viri durat triginta annis, dummodò intra annum pars sit conquesta saltem extrajudicialiter, & non sit sequuta emologatio, Gratian. decis. 62. num. 11. Mascard. de probat. vol. 2 concl. 966. per tot. ubi quod laudum non præsumitur emologatum per taciturnitatem decem dierum, nec anni, cum ab eo possit reclamari usque ad 30. annos, etiamsi partes in compromisso non reclamare promisissent Cabal. consil. decis. 41. per tot. lib. pr. Altimar. dict. quæst. 28. n. 150.

Intellige de laudo arbitratoria, nam laudum arbitri juris emologatur, idest approbatur expressè, & tacitè per non contradictionem intra decem dies, Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 13. tit. 7. nu. 13. & 14. fol. 63. Mascardus tamen indistinctè loquitur ubi supra. Altimar. dict. quæst. 28. n. 151.

Qualiter debeat notificari, ut noceat, nisi sit expressè, vel tacitè approbatum, vel nisi ex diuturnitate temporis possit præsumi notificatio, Tusch. litt. L, conclus. 23. per tot.

Quòd laudum nullum, & injustum non transeat in judicatum, & instantia nullitatis non pereat finita instantia appellationis, sed duret triginta annis, Cavaler. decis. 270. per tot. Altimar. supra n. 152.

Quòd latum à perito, vel tamquam à perito non transeat in judicatum, cum possit per peritiores revideri, Cavaler. dec. 292. nu. 5. Altimar. de nullit. rub. 1. part. 2. quæst. 28. n. 153. tom. 4.

Quando laudum transeat in judicatum, vel non, & qualiter sit exequendum, Tusch. litt. L, conclus. 27. & 28. per tot. &c. Cabal. consil. 41. per tot. lib. 1. ubi quòd in laudo arbitratoris nimis properè petitur executio antè triginta annos.

6 Laudum latum in die sequenti post compromissum, uti sine causæ cognitione est nullum, nisi fuerit approbatum, vel nisi arbiter per prius fuerit informatus, vel si nullum partis interesse possit considerari, Petr. Cabal. resol. crim. cas. 286. n. 39. & seqq. Rot. part. 12. recent. dec. 181. n. 14. & p. 15. dec. 389. n. 2. & seqq. ubi de nullitate relationis peritorum ex temporis brevitate duorum, vel trium dierum, & p. 18. dec. 552. Jovi. de solemn. gloss. 22. §. 13. nu. 31. vers. dubitatur Altimar. d. quæst. 28. n. 173.

Ex quibus laudum arguatur injustum, vel non, Tusch. litt. M, conclus. 24. per tot. Martha vot. Pis. 46. n. 5. & seqq. Rot. part. 18. rec. dec. 522. per tot.

7 Laudum latum per laicum super rebus ecclesiasticis, vel ubi intervenit Clericus uti reus, sive in actione personali, sive reali est nullum, latè Gratian. discept. forens. cap. 379. per tot. c. 674. num. 13. &c. cap. 732. n. 16. &c. vide §. Compromissum n. 15. §. Possessio n. 5. §. Clericus n. 58. in fine, §. Judex n. 31. §. Sententia n. 5. Quid dicendum in casu contrario. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 7. à nu. 80. tom. 2.

Valeret tamen si cum laico arbitratore, adesset Clericus tamquam alter arbiter, qui trahit, & non trahitur, Sperel. decis. 8. n. 49. Pac. Jordan. Lucub. vol. 2. lib. 7. tit. 55. nu. 52. fol. 97. & latiùs vol. 3. lib. 13. tit. 7. n. 32. & seqq. fol. 64.

Quo casu si esset petenda reductio ad arbitrium boni viri, esset utique petenda coram Judice Ecclesiastico, etiam si litigatores, & alter ex arbitris essent laici, secundùm Sperel. dec. 19. n. 26.

Laudum super futura successione pupilli, vel alterius non consentientis est nullum, licèt factum fuerit compromissum vigore statuti, vel confirmatum per sententiam judicis, vel per juramentum, quia dispositio l. fin. C. de pact. procedit etiam in sententia, & laudo, Gratian. discept. for. cap. 470. n. 17. &c. vide in §. Pactum. num. Martha vot. Pis. 46. n. 20. ubi quòd procedit etiam accedente consensu tutoris, juxta veriorem opinionem. 8

Laudum latum super compromisso nullo, & eo quod sit affectatum super re clara, & non dubia, sed calumniosè, est nullum, Magon. decis. Floren. 85. per tot. vide in §. Transactio n. 11. Rot. part. 16. recent. dec. 412. n. 31. & per tot. Rot. rec. part. 19. tom. 2. dec. 587. n. 3. 9

Laudum est nullum si arbitri excedant, vel extendant formam compromissi, vel si derogent rebus, quibus derogare non possunt, vel si imponant silentium partibus volentes laudum habere vim generalis quietationis, quod facere non possunt, Duran. dec. 200. n. 8. & seqq. per tot. Tusch. litt. L, concl. 29. n. 13. & seqq. per tot. Vide Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 28. n. 12. & 124. tom. 4. 10

Quòd Compromissum, & laudum restringatur ad rem, de qua erit contentio, Menoch. lib. 3. præsumpt. 151. nu. 10. Tusch. loc. cit. Martha vot. Pis. 46. n. 1. & seqq. ubi quòd latum super re, de qua non fuit compromissum, est nullum, & alia.

Et quando ob generalitatem verborum possit extendi ad omnia, quæ possunt excogitari, & imputandum sit ei, qui verbis generalibus usus est, & non cogitavit de illorum effectu, Cravet. consil. 294. & Martha vot. Pis. 223. n. 10. & seqq.

Quòd laudum sit nullum ex defectu jurisdictionis, quando arbitri, vel arbitratores cognoscunt de non contentis in compromisso, & de non controversia inter partes, Grat. decis. 6. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 7. n. 121. fol. 71. Altograd. consil. 102. n. 29. & seqq. lib. 2. ubi etiam quod est nullum ex defectu justitiæ quando enormiter, aut enormissimè lædit, si talis læsio sit notoria, aliàs ubi non esset notoria datur recursus ad arbitrium boni viri, & quid si sit ita latum pro bono pacis, vide Martham d. vot. Pis. 46. per tot. Facit Altimar. de nullit. rub. 9. quæst. 16. à num. 43. tom. 5. & rubr. 1. part. 2. quæst. 28. n. 12. & 124. tom. 4.

Plura ex quibus laudum tam arbitri, quam arbitratoris redditur nullum, vel non, plenè Tusch. litt. L. conclus. 29. & 30. per tot. Rot. part. 15. rec. dec. 307. ubi pro validitate. Altimar. d. quæst. 28.

An laudum latum sub conditione sit validum, Paul. Christin. dec. Belg. 103. nu. 7. & seqq. vol. 5. Altimar. d. quæst. 28. n. 139.

Laudum simulatum tamquam corpus sine anima ob defectum consensus est nullum, etiam si fuerit emologatum, & juramento firmatum, quia cùm ratificatio, & emologatio veniat accessoriè ad illud, eodem prorsus vitio laborare dicitur, Altogr. cons. 21. n. 1. 9. & 55. lib. 2. ubi etiam latè declarat quomodo probetur hujusmodi simulatio, & adducit decem conjecturas simulationem laudi denotantes, vide in §. Simulatio n. 11

Quòd est intelligendum, etiam si in compromisso adhibitæ fuerint solemnitates, decretum judicis, quia omnes illæ cautelæ tamquam accessoriæ eodem vitio simulationis laborant, si laudum sit simulatum, Altograd. consil. n. 6. & 7. lib. 1.

Laudum licèt possit dici nullum ex defectu potestatis, & justitiæ, tamen secùs est ubi latum fuit pro bono pacis, & pro eximendo partes à rixis, cùm ob bonum pacis remittantur præcepta legis, & recedatur à regulis juris, ita ut stante bono pacis possint arbitri judicare etiam extra contenta in compromisso, & limites facultatis illis concessæ excedere, & unam partem lædere, nec possit dari de nul- 12

nullitate, vel injustitia; intelligendo tamen dummodò læsio non sit admodum gravis, sed tollerabilis arbitrio judicis, & cum bono pacis adæquata, & compensabilis, secùs autem si sit excessiva, cùm pax, quæ est domus Dei, non possit, nec debeat pro ejus fundamento habere injustitiam, & oppressionem proximi, ac dummodo arbitri non omninò excedant limites compromissi sed se contineant circa rem controversam, illam uni tantùm assignando pro bono pacis, refuso ab altera parte pretio, secùs si vellent se ingerere circa aliam rem omninò diversam, de qua non controvertebatur, & de qua non loquitur compromissum, ut benè probat Altograd. *consil.* 102. *per tot. lib.* 2. *vide in* §. *Arbiter num.* & §. *Compromissum n.* 3.

Intellige etiam prædicta propter præsentiam partium probationi laudi consentientium, cùm sic sustineatur quasi ex novo compromisso, & dummodò tale bonum pacis adesse probetur, Gratian. *decis.* 6. *n.* 23. *&c.*

13 Laudi subscriptio ante publicationem continet tacitam conditionem si fuerit justum, & validum, nec nocet quando subscribens ignorabat contenta in scriptura, etiam si juraverit, & præsumitur ignorantia ante publicationem, sicuti quando non fuit lectum, Duran. *dec.* 252. *n.* 2. & *seqq.* & *decis.* 200. *n.* 33. & *seqq.*

Quòd approbatio laudi antè illius publicationem cum promissione de non contraveniendo quomodocumque facta, & jurata, etiam sub verbo nobilium, vel ipsius Principis, semper intelligatur sub conditione justitiæ, & æquitatis ita ut stante enormi, vel enormissima læsione, etiam quòd prætendatur pro bono pacis factum, possit impugnari absque offensa honoris, & sine præjudicio verbi dati sub fide nobilium, vel Principis, ut ad viam juris reducatur, latè Altograd. *consil.* 102. *n.* 20. & *seqq. per tot. lib.* 2. Cabal. *consil. dec.* 8. *per tot. lib.* 1. ubi quòd quælibet ratificatio laudi facta sive per procuratorem, sive per ipsum dominum ante illius prolationem intelligitur quatenùs sit æquum, & justum, si às non nocet, vide in §. *ratificatio n.* 8.

14 Laudum licèt nullum si fuerit à partibus approbatum, sustinetur tamquam pactum, & nova conventio inter partes nisi nullitas resultaret ex defectu jurisdictionis, vel nisi approbantes ignoraverint nullitatem illius, nam his casibus nec in vim pacti valere potest, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 286. *num.* 50. *&c.* vide Duran. *dec.* 200. & 252. *per tot.* ubi quòd laudum debet publicari in præsentia partium ad hoc ut præsumatur scientia, ad effectum, ut si sit nullum, possit valere in vim pacti, aliàs nec in vim pacti sustinetur, & alia ut ibi per eum, vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 103. *nu.* 6. *vol.* 1. Altimar. *de nullit. Rub.* 1. *par.* 2. *quæst.* 28. *à n.* 158. *tom.* 4. & *rubr.* 14. *q.* 1. *a nu.* 9. *tom.* 2. Faber. *in suo Cod. lib.* 2. *tit.* 38. *de Arbitr. def.* 1.

Quando dicatur emologatum, & qualiter tunc valeat, latè Tusch. *litt. L, concl* 25. & 26. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 203. ubi quando dicatur acceptatum.

Quod post emologationem habeat vim pacti, & transactionis, ac rei judicatæ, Cavaler. *dec.* 118. *n.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 755. *num.* 2. & 34. *&c.* Tusch. *d. conclus.* 26. *per tot.* De Luc. *de Regul. disc.* 73. *n.* 2. *de Canonic. disc.* 30. *n.* 16. Caprar. *dec.* 19. & *dec.* 147.

Intellige quando sumus in materia, in qua ipsæ partes habent facultatem disponendi, aliàs secus, veluti si esset de hæreditate viventis, Marthæ *vot. Pis.* 46. *n.* 17. & *seqq.* & *vot.* 163. *nu.* 8. *&c.* ubi idem si ageretur de confinibus jurisdictionalibus, super quibus non possent subditi approbare laudum in præjudicium Dominorum.

Quando tamen valet in vim pacti tantùm, non habet executionem paratam, sed agendum est via ordinaria, Duran. *dec.* 200. *n.* 35.

Quod laudum nullum non sustineatur in vim laudi, nec pacti ex emologatione subsequuta, nisi interveniat consensus ambarum partium simultaneus, & expressus, & nisi accedant omnes solemnitates, quæ fuissent necessariæ in actu principali, & in omnem casum posset sicuti quodlibet aliud pactum ex capite enormissimæ læsionis impugnari, adeò ut nec in vim pacti sustineatur, Altograd. *consil.* 22. *nu.* 9. *&c. lib.* 3. vide Tusch. *d. concl.* 25. & 26. *per tot.* Altimar. *d. qu.* 28. *n.* 162.

De simultaneo consensu necessario, Grat. *dec.* 6. *num.* 47.

Quòd ex observantia laudi diuturna resultet illius tacita approbatio, Cardin. Tusch. *litt. L, concl.* 26. *n.* 70. Nisi partes tacuerint ex eo, quia sciebant jus suum durare, cùm tunc ex taciturnitate non resultet laudi emologatio, ut respondet Altograd. *dict. consil.* 22. *n.* 18. & 19. *lib.* 2. Altimar. *loc. cit. n.* 163.

15 Laudum emologatum à partibus, an possit amplius peti, reduci ad arbitrium boni viri, & revideri, Paris. *consil.* 89. & 97. *lib.* 1.

An dicatur emologatum per subscriptionem solii albi, vide *in* §. *Ratificatio nu.* Tusch. *litt. F. concl.* 409. ubi plura de folio albo.

Qualiter possit impugnari, Becc. *consil.* 99. *n.* 11. *&c. lib.* 1. Cabal. *resol. crim. cas.* 286. *num.* 16 *&c.* latè, & pulchrè, non obstante prætensa emologatione videndus Duran. *dec.* 200. & 252. *per tot.* cum aliis per eum citatis.

Quòd per emologationem videatur renunciatum nullitatibus, sicut etiam per susceptionem termini ad solvendum, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 524. *nu.* 20. & *seqq.*

An, & quando præsumatur pro laudo, vel non, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 76. *per tot.*

Quanta debeat esse læsio, ut rescindatur, vide in §. *Læsio n.* Vide Altimar. *supra n.* 190. & 201.

Multa pro nullitate laudi, Gratian. *discept. for. cap.* 529 *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 307. *nu.* 5. & *seqq.* Martha *vot. Pis.* 46. *per tot.* Altimar. *dict. quæst.* 28.

16 Laudum requirit citationem, etiam si à partibus data fuerit potestas, illis absentibus pronunciandi, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 10 *fol.* 188. vide in §. *Arbiter. n.* Rot. *d. dec* 307. *n.* 6. *part.* 9. *rec.* & *part.* 15. *dec.* 307. ubi quod non est necessaria citatio, quando fuit data facultas procedendi *altè*, & *bassè*, *de jure*, & *de facto*, vel quando fuerunt auditæ partes, vel sumus in arbitratore, & alia pro subsistentia laudi. Alias limitationes dat Altimar. *d. quæst.* 28. *n.* 164. Et vide eumdem *rub.* 12. *qu.* 21. *a n.* 262. *tom.* 2.

Quòd laudum latum sine debitis solemnitatibus non sustineatur, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 56. *n.* 18.

Quòd prolatum prout in cædula sit nullum si cædula non apparebit in actis, Paris. *consil.* 49. *nu.* 91. *lib.* 3. vide in §. *Sententia*.

17 Laudum ex sui natura est individuum, ita ut non possit pro parte acceptari, & pro parte impugnari, arg. textus *in l. Pædius*, §. 1. *ff. de arbitr.* Franch. *decis.* 173. & *decis.* 354. Martha *vot. Pisan.* 46. *nu.* 24. *&c. vot.* 226. *nu.* 15. Rich. *dec.* 218. *nu.* 9. & 10. ubi quòd in hoc differt à sententia, quæ si contineat capitula separata, potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari, quia illa redditur in invitos, laudum autem procedit à voluntate partium; quando compromissum fuit voluntarium, Hodierna ad Surd. *dec.* 16. Marotta *discept.* 37. sed contra tenent relati per Altimar. *de nullit. d. quæst.* 28. *n.* 165. *tom.* 4.

18 Laudum inter alios latum non præjudicat tertio non citato, Cacheran. *decis.* 157 Martha *vot. Pis.* 226. *n.* 10. & *seqq.* vide in §. *Sententia nu.* 43. ubi plura, & plures allegavi.

19 Laudum latum à tertio arbitro electo in casu discordiæ aliorum duorum arbitrorum, est nullum quando alter illorum laudare noluit, aliud enim est discordare ab alio arbitro, aliud se à laudando abstinere, ac ideò laudum à tertio prolatum, remanet ex defectu jurisdictionis, & potestatis nullum, Alex. *consil.* 124. *n.* 110. & *seqq. lib.* 2. Dec. *consil.* 475. *n.* 40. cum aliis per Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 389. *nu.* 1. & *dec.* 390. *n.* 1. *vide in* §. *Tertios n.* 8. §. *Arbiter n.* 5. & §. *Periti n.*

Quando autem unus arbiter dicatur ab alio discordare, vel laudare nolle, quomodo possit compelli captis pignoribus, multa indicta, vel etiam manu

no in corpus injecta, & alia plura ad rem, Rot. *d. dec.* 390. *per tot.*

Quòd laudum sit nullum ex defectu potestatis, si sit latum à tertio electo in casu discordiæ, quia non potest se intromittere, nisi prius verificata conditione discordiæ aliorum, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 522. *n.* 2. *& seqq.*

20 De laudis nonnulla decisivè tradit Thoro *Compend. decis. Neap. par.* 1. *&* 3. *sect.* 2. *verb. Laudum*, & alia remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Arbiter, Arbitrator*, & modernus Com. Aug. Font. *in Biblioth. legal. art.* 5. *verb. Laudum fol.* 8. *&c.* Plura Em. De Luc. *In Indice general. &* Altimar. *cit. quæst.* 28. *per tot. & alibi* Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Emerix Caprar. Palm. Mans. & alii moderni.

21 De laudo an habeat executionem paratam, ultra citatos sub *n.* 2. vide latè, Fontanell. *dec.* 452. *&c.*

22 Laudum quando sit nullum, tam ob nullitatem compromissi, quàm ob injustitiam sententiæ, & alia ad rem, Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. part.* 2. *q.* 43. *per tot.*

23 Latum ex falsa causa, licèt emologatum est nullum, & rescindi potest, sicut ex enormissima læsione, ex restitutione in integrum, ex non implemento, & hujusmodi ad latè tradita per Andreol. *contr.* 284. *n.* 19. *& seqq. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 28. *n.* 168. *tom.* 4.

24 Laudum, ne sit nullum præsumitur proferens processisse, ut arbitrator. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 35. *nu.* 2. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 11. *n.* 15. *tom.* 1.

25 An Laudum exequatur, non obstantibus nullitatibus adversus illud propositis, si sit renunciatum nullitatibus. Giurb. *dec.* 116. *nu.* 23. *&* 24. Altimar. *de Nullit. rub.* 4. *quæst.* 19. *n.* 7. *tom.* 1.

26 Quando laudum possit pro parte valere, pro parte non. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 21. *p.* 1. *n.* 35. Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæst.* 20. *nu.* 29. *&* 30. *tom.* 1.

27 Laudum potest reformari in pejus. Surd. *dec.* 143. *n.* 6. Altimar. *de Nullit. rub.* 4. *quæst.* 21. *n.* 2. *tom.* 1.

28 Laudi appellatio, & nullitas an admittatur Montan. *controv.* 57. *n.* 5. Altimar. *de Nullit. rub.* 5. *qu.* 42. *n* 10. *tom.* 1.

29 Si quis velit nullam dicere, an teneantur facere depositum pro pœna. Capyc. Latr. *dec.* 122. *n.* 20. *& seq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 6. *quæst.* 13. *n.* 47. *tom.* 1.

30 Laudum, & compromissum factum in causis criminalibus, an sit validum. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 8. *n.* 68. *tom.* 1.

31 Laudum an sit validum, si sit latum, & factum compromissum, ubi sunt instrumenta, & sententiæ. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 16. & eliæ scripturæ. Altimar. *ibid.* Si sit factum super re feudali Altimar. *ibid. n.* 27. *&* 28. Super quæstione super paragio *ibid. n.* 19. super causa matrimoniali *num.* 31. Quid si compromissum sit petitum in fraudem litium. *ibid. nu.* 33. si esset petitum compromissum post litem contestatam *ibid. nu.* 34. *& seq.* Quid si compromissum esset petitum ab affinibus, & consanguineis ultra gradus statutos *ibid. n.* 41. Quando sit nullum ex defectu Jurisdictionis. Altimar. *ibid. n.* 43. *& seq. tom.* 1.

32 Laudum latum perempte instantia an validum Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 35. *n.* 7. *&* 38. *tom.* 1.

33 Infra quantum tempus debeat à Judice ordinario revideri Muscatell. *in prax. S.C. part.* 1. *gloss. sententia n.* 77. *& seqq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *qu.* 38. *n.* 14. *tom.* 1.

34 Laudum latum ab uno ex pluribus arbitris quando sit validum Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 50. *tom.* 1.

35 Laudum latum inter laicos per Clericos, vel Religiosos, an sit nullum Blanc. *de compromiss. qu.* 2. *n.* 3. Altimar. *de Nullit. rub.* 10. *quæst.* 7. *n.* 80. *tom.* 2.

36 Laudum latum contra formam compromissi est nullum. Alex. *cons.* 135. *n.* 9. *vol.* 6. *cons.* 48. *n.* 10. *vol.* 7. Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 5. *num.* 2. *tom.* 2.

37 Laudum approbatum præsumitur eo ipso, quod in illius executionem fuerunt Creditoribus assignata bona in illo contenta. Emerix Jun. *dec.* 327. *num.* 7. Et præsumitur approbatum legale. Emerix Jun. *loc. cit. n.* 8.

Laudi existentia, & veritas colligitur ex actibus præcedentibus, & subsequentibus. Surd. *cons.* 173. *n.* 55. Emerix Jun. *dec.* 352. *n.* 1. 38

Laudum ferri non potest per Judicem ordinarium Emerix Jun. *dec.* 793. *n.* 2. Declara ut nequeat ferri tanquam per arbitrum, secus tanquam Arbitratorem Emerix Jun. *d. dec.* 793. *n.* e. 39

Identitas laudi probatur ex identitate bonorum, & Creditorum, nec non ex identitate nominis, & rogitus Notarii. Emerix Jun. *dec.* 352. *num.* 7. *&* 8. Præsertim quoties nulla alia reperitur similis scriptura. Emerix Jun. *decis.* 312. *n.* 9. 40

Laudum legale præsumitur ex illius probatione, & observantia. Rot. cor. Caval. *decis.* 625. *n.* 7. Emerix Jun. *decis.* 327. *n.* 8. Et ex subscriptione Arbitri, & ex quo repertum sit inter rogitus Notarii, qui in transactione desuper inita testatur de illo fuisse rogatum. Emerix Jun. *ibid. n.* 4. 41

In laudo præsumitur fuisse habitam rationem de omnibus. Rot. *decis.* 132. *n.* 29. *part.* 15. *rec.* Emerix Jun. *d. dec.* 327. *n.* 4. 42

Laudum publicatum præsumitur eo ipso, quod fuit relatum in subsequenti transactione. Emerix Jun. *dec.* 352. *n.* 5. 43

Laudum latum vigore compromissi juramento, & amplissimis clausulis moniti paratam habet executionem Rot. *dec.* 574. *num.* 2. 3. *&* 5. *part.* 3. *rec. & dec.* 469. *n.* 69. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* 44

Laudum quod nihil plus parti tribuit, quàm quod ei de jure conceditur afficit etiam non citatos. Rot. *d. dec.* 469. *n.* 70. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* 45

Laudum circa temporalia favore alicujus Ecclesiæ latum non præjudicat juribus Ecclesiæ matricis Rot. coram Bich. *dec.* 133. *n.* 23. *& in rec. dec.* 524. *nu.* 23. *part.* 19. *tom.* 2. 46

Laudum editum in vim compromissi habentis pacta executive, est executivum. De Luc. *de Dot. disc.* 53. *n.* 2. 47

Laudum arbitratoria non de facili convincitur de nullitate, vel injustitia. De Luc. *de Dot. dict. disc.* 53. *n.* 5. 48

Neque reductio ad arbitrium adversus laudum evitari potest De Luc. *de Judic. disc.* 11. *n.* 6. ubi de differentia inter compromissa voluntaria, & necessaria. 49

Laudum justificari debet ex actis, & an deferatur assertioni arbitri circa ejus deputationem. De Luc. *de Judic. d. disc.* 11. *nu.* 17. Justificatur etiam sine actis ex lapsu triginta annorum. Mantic. *dec.* 196. *n.* 6. *&* 7. De Luc. *de Regul. disc.* 73. *n.* 3. 50

Retardari quando debeat laudi executio. De Luc. *de Judic. d. disc.* 11. *nu.* 7. 51

Laudum exemplatum à Notario rogato & usque tunc in publicam formam redactum, & Parti traditum, habet vim originalis etiamsi de originali, seu Matrice non constet. Rot. *dec.* 26. *num.* 8. *&* 9. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Caprar. *dec.* 19. *n.* 4. *tom.* 1. 52

Laudi veritas remanet probata ex fide ejusdem Judicis Compromissarii. Mascard. *de probat. concl.* 952. *n.* 7. *& seq.* Caprar. *d. dec.* 19. *n.* 7. *part.* 1. 53

Laudum acceptatum habet pro se statum validitatis, donec per tres sententias conformes de medio non tollatur Rot. *dec.* 315. *n.* 5. *&* 6. *part.* 18. *rec.* Caprar. *d. dec.* 19. *n.* 11. *part.* 1. 54

Laudum minori semper præsumitur læsivum. Groff. *de Contract. Minor. inspect.* 3. *quæst.* 30. *n.* 4. Caprar. *dec.* 147. *n.* 25. *part.* 1. 55

Per laudum dicitur inducta novatio, adeo ut agi nequeat vigore præcedentium Jurium Rot. *decis.* 654. *num.* 13. *part.* 18. *rec.* Caprar. *dec.* 637. *nu.* 3. *part.* 2. 56

Laudum ab arbitratore in Ecclesiæ latum valet. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 7. *n.* 23. *part.* 1. 57

Laudum magis accedit ad naturam Contractuum, quam Judiciorum. Crescin. ad Abeccles. *d. observ.* 7. *n.* 24. *part.* 1. 58

Laudum erroneum in una parte, tale præsumitur in aliis. Rot. *dec.* 135. *n.* 27. *part.* 16. *& dec.* 246. *n.* 59

e.

2. *part.* 19. *rec.* Baldoc. *de Dote tit.* 4. *dec.* 40. *nu.* 9.

60 Lauda arbitrorum ex consvetudine mandantur executioni Judicis officio, sicut sententiæ Judicum. Fagnan. *in cap. Cum tempore n.* 15. *de arbitr.*

61 Laudum arbitri appellari potest sententia diffinitiva. Fagnan. *in cap. ex parte n.* 7. *de arbitr.*

62 Laudum latum ab arbitrio, & arbitratore, si utroque modo possit valere, valet fortiori modo sin minùs, ut valere potest. Fagnan. *in cap. ex parte num.* 40. *de arbitr.*

63 Laudi effectus per arbitrum lati contra compromitentem transit ad illius hæredem. Fagnan. *in d. cap. Ex parte n.* 46. *de arbitr.*

§. LEGATUM. V.

1 Legatum est delibatio (hoc est diminutio) hæreditatis, qua testator ex eo, quod universum hæredis foret alicui quid collatum velit; vel melius, est donatio quædam à defuncto relicta ab ipso hærede præstanda, *l. legatum est*, *ff. de legat.* 2. §. 1. ubi Oinot. & *alii Instit. de legat.* Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 12. *art.* 1. *nu.* 1. *fol.* 485. Gabriel. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. §. 1. *in princ. fol.* 335. Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap* 10. *n.* 1.

Quòd non solum in testamentis, verum etiam in contractibus possint fieri legata, & suam revocabilem naturam retineant, Bart. *in l. legatum* 37. *n.* 3. *ff. de leg.* 2. Surd. *dec.* 127. *n.* 9. & 10. cum aliis per Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 189. *n.* 9. & 10.

Olim quatuor modis relinquebantur legata, nempè per vendicationem, vel damnationem, per sinendi modum, & per præceptionem; hodie vero est una omnibus legatis natura, ut per quæcomque verba mentem, & voluntatem testatoris denotantia relinqui possint, ut explicat Oinot. *in §. Sed olim Instit. de legat.* ubi etiam notant alii scribentes, Altograd. *consil.* 83. *num.* 1. & *seqq. lib.* 2. Nicolius *Inst. Imperial. de legat. n.* 2.

Imò legata relinqui possunt etiam simplici nutu, & per conjecturas probari, licèt testator non posset amplius articulatè loqui, sicut idem est in particulari institutione, quæ legatis æquiparatur, Gratian. *discept. for. cap.* 973. *n.* 59. &c. *vide in §. Testamentum n.* Tusch. *litt. L, concl.* 34. Gibali. *loc. sup. cit.* Vasquez *loc. cit. dub.* 1. De Luc. *de Pens. disc.* 59. *n.* 9. Crescin. ad Spad. *cons.* 80. *vol.* 3. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *dec* 12. *n.* 1. *tom.* 1.

Quando possint duobus rarum testibus probari, vide Surd. *dec.* 149. *per tot.* & dixi in §. *Testator n.*

Non posse probari per testes singulares, & de auditu, Mascard. *de probat. conclus.* 970. *n.* 4. & *conclus.* 1357. *num.* 7. Gregor. *decis.* 510. *num.* 6. Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 3. *n.* 12.

Quòd (quicquid antiquitus legata non possent fieri sine testamento, & hæredis institutione) hodie de jure Digestorum, & Codicis possint legata relinqui etiam in codicillis, & protsus ab intestato, ac per testes probari, *l.* 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 1. §. *Secundum*, *ff. de legat.* 3. *l.* 2. *C. com. de legat.* & §. *Sed non usque*, & §. *Ante hæredis Instit. de legat.* Crass. *de success.* §. *Legatum quæst.* 13. *n.* 6. Camarel. *tract. de legat. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. & *seqq. fol.* 12. Gob. *consil.* 37. *n.* 7.

Qualiter possint relinqui, & probari per verba enunciativa, Genu. *de verb. enunc. lib.* 2. *q.* 28. *fol.* 61.

Item per confessionem hæredis factam in testamento etiam revocato, & per legatum factum ab ipso hærede, maxime favore piæ causæ, Rota post Salgad. *Labyrint. creditor. dec.* 20. & *par.* 11. *rec. decis.* 63. *per tot.* vide in §. *Confession. n.* 18.

Quòd etiam per Epistolam quinque testibus munitam legata, sicut & fideicommissa relinqui possint, Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 22. & 23. *fol.* 140.

Item per scripturam ab ipso legatario scriptam, si fuerit à testatore subscripta, & approbata specialiter, licèt non in individuo, latè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 190. *per tot.* dixi in §. *Notarius n.* 5.

An autem ex verbis commendatitiis à testatore prolatis, inducatur legatum, ut quando testator commendat aliquem hæredi suo, vide Alex. *consil.* 158. *lib.* 7. cum aliis, per Genu. *d. lib.* 3. *tit. de litt. commendat. nu.* 7. *fol.* 165. ubi remissivè, *vide in §. Fideicommissum num.*

Quando verba dubia legati sint latè interpretanda, vel non, plenè Tusch. *litt. L. conclus.* 58. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 35. *vol.* 4. cum aliquibus antecedentibus, & sequentibus, ubi plura de legatis.

Plura de interpretatione legati latè, vel strictè sumenda, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 260. *per tot.* ubi etiam an sub legato contenti, veniat continens, & *part.* 10. *decis.* 77. *nu.* 41. & *seqq. part.* 14. *decis.* 295. ubi ponderatur causa legati Nicolius *Instit. Imperial. de legat. num.* 2.

Legatum factum ad interrogationem alterius, & 2
solo nutu, ac etiam in alterius, vel ipsius interrogantis voluntatem collatum, sustinetur favore piæ causæ, ut notant communiter Doctores *in cap. tibi, ubi gloss. in fin. extr. de testament.* Covar. *in relect. sub num.* 21. & *seqq.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 74. *n.* 19. & Merlin. *decis.* 805. *num.* 10. De Luc. *de Pens. disc.* 59. *nu.* 9. Crescin. ad Spad. *cons.* 80. *vol.* 3. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *decis.* 12. *n.* 1. *tom.* 1.

Dummodò tamen aliàs cesset omnis suspicio insanæ mentis, importunæ suggestionis, & constet, testatorem ita voluisse determinare, disponere, & cum effectu disposuisse, quod argui potest ex præordinaria voluntate ipsius testatoris in specie legati, de quo agetetur Clar. §. *Testamentum quæst.* 37. Rot. in Senogallen. Bonorum 30. Maii 1644. & 15. Maii 1645. coram Cerro, penès Paul. Zacc. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 85. & 86. & *part.* 9. *recent. decis.* 208. & 346. *per tot.* ubi pro nullitate hujusmodi legati, etiam favore piæ causæ facti, vide in §. *Testamentum n.* 20.

Quod etiam nutus debeant esse certi, & non æquivoci, ita ut ex illis clara disponentis intentio colligatur, & agnoscatur, *leg. quoties* 9. *si quis*, §. *de hæred. instit. leg. nutu* 21. ibi dummodò is nutu relinquat, qui & loqui potest *ff. de l.* 3. Rota in Perusina pensionis 28. Maii 1649. *num.* n. &c. coram Peutingerio penès Paul. Zacch. *loc. cit. decis.* 92. ubi loquitur de translatione pensionis, an nutu fieri possit, & in eadem causa coram eodem 9. Decembris 1650. penès Zacch. *ubi sup. decis.* 95. ubi fuit revisa prima decisio, & confirmata, quod non valuerit dicta translatio per nutus facta, stante illorum incertitudine, & dubietate, vide in §. *Pensio num.* facit Em. De Luc. *de pens. disc.* 59. Crescin. ad Spad. *loc. cit.* Mantiss. *loc. cit.*

Quòd legatum in meram hæredis voluntatem collatum sit nullum, *leg. Senatum*, §. *Legatum*, *ff. de leg.* 1. Tusch. *litt. L. conclus.* 49. ubi pluribus modis limitat. Brunnemann. *in alleg. leg.*

Relictum autem ad arbitrium hæredis omninò debeatur, ita ut hærede non arbitrante revocetur ad judicis arbitrium, Cavaler. *decis.* 374. vide Tuschus *dict. conclus.* 49. *per tot.* De Luc. *de testam. disc.* 80. *num.* 6.

Et eidem est si sit relictum ad arbitrium Executoris, Cavalet. *decis.* 413.

Legatum in alterius liberam voluntatem collatum 3
per modum conditionis, ut si dixerit testator, *lego centum Sejo, si Titius voluerit*. non valet juxta magis communem opinionem, quia voluntas Testatoris, non debet ex alieno arbitrio pendere, *leg. Nonnunquam*, *ff. de condit.* & *demonstrat.* Alex. & Jas. *in leg. captatorias*, *ff. de Milit. Test.* prout testatur alios pro hac parte allegando, Duran. *tractat. de condit.* & *mod. impos. part.* 3. *cap.* 4. *nn.* 4. & *seqq.* ubi tandem ipse alteram opinionem contrariam, nempè legatum dicto modo conceptum valere, multis ostendit de jure veriorem, vide *in §. Institutio num.* & §. *Testamentum num.* Tuschus *littera L, conclus.* 49. *per tot.* Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. §. 3. *dub.* 2. & 1. *fol.* 341. De Luc. *de testam. disc.* 45. *n.* 2. ubi limitat in legato facto ad piam causam.

Quod valeat legatum, si Testator commiserit in secreto alicui tertio declarationem personæ, cui dandum sit, cum talis tertius non fungatur vice arbitri, sed testis à testatore approbati, Altograd. *cons.* 88. *n. lib. pr.*

Qualiter valeat legatum factum juxta mentem secretam testatoris elicui tantum in secreto propalatam, Tuseb. litt. L, conclus. 56. per tot. vide in §. Testamentum n. 38.

4 Legatum non vitiatur ex falsa causa adiecta, cum causam non requirat, §. longè, Institut. de legat. leg. cum tale, §. Falsam, ff. de condit. & demonstr. vide in §. Testamentum num. latè Rot. part. 11. recent. decis. 326. num. 5. & seqq. per tot. adde Cyriac. contr. 336. & 337. per tot. vide De Luc. de Dot. disc. 75 num. 3. Brunnemann. in l. demonstratio 17. ff. de condit. & demonstr. in l. 4. & 5. C. de hæred. inst. & cit. l. cum tale 72.

Limita tamen, nisi causa esset finalis, vel conditionaliter epposita, quia tunc si falsa est, vitiat legatum, Duran. tractat. de condit. & mod. impos. part. 3. cap. 2. num. 9. & seqq. Surd. decis. 142. Menoch. lib. 4. præsumpt. 24. ubi declarat quando causa dicatur finalis, vel impulsiva tantum, Altograd. cons. 44. num. 21. lib. 2. ubi quod causa finalis, si sit falsa, vitia legatum, vide in §. Causa num. 23. &c. §. Modus nu. Tusehus littera L. conclus. 42. ubi quod vitiatur ex falsa causa, sed intellige ut supra, & ita Rot. part. 11. recent. decis. 326. nu 15. &c. ubi quid sit probandum, latè Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 23. à numer. 69. tom. 3. Brunnemann. in dict. l. demonstratio, & in l. 1. C. de fals. caus. adi. & cit. l. cum tale 72.

Quando autem cessante, vel mutata causa, ob quem fuit factum legatum, dicatur revocatum, Menoch. lib. 2. præsumpt. 127. Tiraquel. tractat. cessante causa, verb. Legati nu. 126. & 127. Vide Pen. decis. 29. n. 7. Mantiss. ad De Luc. libr. 11. decis. 10. num. 2. vol. 2.

Plura de legato, cui sit adjecta causa, demonstratio, modus, vel conditio, an & quando debeatur, vel non, Paul. Christin. decis. 49. per tot. vol. 4. Rot. part. 11. recent. decis. 326. numer. 3. & seqq. per tot. Brunnemann. in Juribus alleg. & alibi.

5 Legatum relictum Sejo, solvendum ex centum, quæ se Titio dicit Testator legasse, cum verè nihil Titio legasset, valet respectu Seii, qui assequitur legatum, ac si vera esset dicta demonstratio adiecta, quia falsa demonstratio non nocet; ex prædictis autem verbis, nihil censetur dispositum ad favorem Titii, quia quæ fuerunt adjecta ad diminuendum, non debent operari augmentum, & quoad Titium erit legatum derisorium, text. & gloss. in leg. cum tale legatum 71. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Genuen. de verb. enunciat. lib. pr. quæst. 3. num. 49. fol. 7. ubi addit rationem, quia verba enunciativa, etsi falsa non nocent, nec derogant verbis ipsis dispositivis, adde Cyriac. contr. 336. & 337. per totum.

Sed in contrarium facit idem Genu. de verb. enunc. lib. 3. quæst. 9. nu. 9. fol. 73. ubi quod si Testator dicat Sempronio ex centum, quæ tibi legavi, da Mevio decem, per hujusmodi verba censentur legata illa centum Sempronio, quia aliàs non posset mens testatoris sortiri effectum. Pro concordia tamen animadverte, quod hæc verba sunt directa legatario, in priori verò casu hæredi, quod longè differt, idem Genu. dict. lib. 3. quæst. 10. num. 1. fol. 74.

Et quando falsa demonstratio vitiet legatum, in similibus terminis contra prædictam conclusionem, vide Surd. decis 161. n. 5. & seqq. & decis. 337. n. & seqq. lib. 2.

Qualiter autem legatum quantitatis, quam testator se legatario debere asseruit, valeat etiam si verè testator nihil ei debeat, quia falsa causa, vel demonstratio non vitiet legatum, nisi sit adiecta per viam conditionis; intelligendo quando in legato fuit expresse certa quantitas, quam testator debere putavit, secus è contra, quia legando generaliter quod debet, si nihil debet, legatum corruit ob incertitudinem, & non existentiam rei legatæ, & idem est si legetur, quod tertius, vel legatarius debet, si nihil debeat, ne benè probat, & declarat Rot. part. 11. recent. decis. 316. numer. 2. & seqq. per tot. & decis. 332. per tot. & part. 12. dec. 4. num. 9. & seqq. per tot.

Quod facto legato nominis debitoris, si debitum non sit verum, hæres non teneatur ad legati præstationem sed tantum ad cessionem actionis, & legatarius suis expensis, & periculo agat, Martha vot. Pis. 91. num. 6. & 7. Olea de cessione tit. 7. quæst. 14. n. 7.

An autem legatis uni sexcentis ex mille, quæ à Cajo testatori debentur, & quadringentis alteri, si Cajus debeat tantum octocentum, cedat diminutio pro rata damno utriusque legatarii, & quomodo, Costa de ratione ratæ quæst. 163. per tot.

Legata possunt relinqui nomine pœnæ, quando scilicet testator aliquid justum, & honestum præcipit, & ut magis adimpleatur jubet in casu inobservantiæ dari centum Titio; Si verò aliquid præcipit, quod sit turpe, vel impossibile adiecta conditione, quod si non obtemperet, alteri certum quid dare teneatur, tunc tale relictum sub nomine pœnæ non valet, §. fin. Institut. de legat. ubi DD. & in leg. pr. ff. de his, quæ sub nom. pœn. & leg. unic. Cod. eodem latè declarat Duran. tract. de condit. & mod. imposs. part. 3. cap. 9. per tot. Paul. Christin. decis. 39. vol. 4. Brunnemann. in Jurib. allegat. 6

Non valere relicta, nec ademptionem nomine pœnæ in voluntate captatoria tamquam reprobata, quando dicatur adiecta pœna, vel conditio, & alia vide latè per Surd. dec. 7. dec. 228. & dec. 232. per tot. dixi in §. Testamentum nu.

Plura quando Legatum dicatur conditionale, vel pœnale, quod multum refert, quia conditionale eveniente conditione statim debetur, pœnale verò non, nisi prius hærede in mora per interpellationem constituto, ita ut ad effectum incurrendi pœnam (quicquid sit, ut debeatur interesse, vel interitus rei) non sufficiat mora irregularis per lapsum temporis, vel favore piæ causæ contracta, quia in pœnalibus dies non interpellat pro homine, & alia, pulchrè Rot. part. 9. recent. decis. 201. per tot. ubi pro excusatione hæredis, & inter impressas Bich. decis. 132.

An autem ob factum, vel non factum alterius, possit hæres legatarius, vel fideicommissarius pœna affici, & rebus relictis privari, dic quod si conditio pendens ex facto tertii adjiciatur acquisitioni, cessat relictum deficiente conditione; quando verò relictum fuit purum, & in casu quo tertius aliquid fecerit, vel non fecerit, ademptum, tunc defectus conditionis proveniens ex facto tertii, non impedit acquisitionem, quia neminem ex facto alterius sine propria culpa hæreditate, vel legato privari convenit, sicut quando post rem quæsitam jubet cuidam tertio, ut aliquid faciat, & si non fecerit, vult hæredem, vel legatarium privari, hoc quidem casu adiectio pœnæ, censetur illicita, cum sit iniquum aliquem ex facto alterius prægravari, & pœnæ suos debeant tenere auctores leg. pater fam. ff. de hæred. instit. & latè declarat Duran. dict. tract. part. 3. cap. 9. num. 14. & seqq. ubi refert plures Doctores de hac re diversimodè sentientes, facit, Altogad. cons. 73. num. 24. lib. 1. ubi quod si ex facto tertii impediatur conditio, non amittitur legatum, vide Surd. decis. 101. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 459. num. 21. & seqq. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. n. 52. ubi quod si conditio deficiat facto tertii habetur pro defecta, & datur actio legatario ad interesse contra illum tertium impedientem si est solvendo, & si est non solvendo habetur pro impleta, & idem est si impedimentum à tertio illatum fuit injustum, Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. num. 20. et seqq. Mantic. de conjecturis ult. volunt. lib. pr. tit. 16. num. 17. Peregrin. de fideicommiss. art. 16. num. 152. & seqq. Castill. lib. 4. controv. cap. 25. num. 82. & seqq. & de aliment. cap. 41. num. 13. & seqq.

Quibus modis fiant legata, nempè simpliciter, & purè, in diem certum, sub modo, sub demonstratione, sub causa, & sub conditione, benè declarat Gabr. Vasquez. Opuscul. moral. tract. de testam. cap. 8. §. 2. per tot. fol. 338. &c. Brunnemann. sup. ff. & Cod. De Luc. in Indic.

Legatum relictum hæredi dicitur prælegatum, & 7
an debeatur titulo hæreditario, vel jure legati, & quomodo possit sustineri in totum, vel tantum pro parte cohæredis, quasi debitum, & creditum in eadem persona respectu ejusdem rei consistere non possit, & alia plura de natura prælegati, Altograd. cons.

27.

87. *nu.* 12. *& seqq. & cons.* 88. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2.

Quod hæredi à se ipso non possit legari cum debeat esse differentia inter legatarium, & hæredem, & quando possit sustineri saltem jure retentionis in legato quantitatis, latè Surd. *decis.* 205. *per tot. et dec.* 230. *per tot.* Tusch. *litt. L. conclus.* 67. *per tot.*

8 Legatum quando dicatur factum contemplatione oneris appositi, vel non, adeò ut onus dicatur causa finalis, vel tantum impulsiva, ad hoc ut primo casu deficiat, si onus, & conditio apposita non impleatur; secundò verò debeatur, prout debetur quando onus, & conditio fuit tantùm causa impulsiva, licet non adimpleatur, cum testator enim alias fuisset relicturus, prout non deficit quando onus, & conditio mero favore legatarii fuit adjecta, etiamsi non sequatur implementum, Altograd. *cons.* 63. *n.* 25. *& seqq.* & Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 301. *num.* 1. *& seqq.* ubi quod emolumentum executori relictum censetur intuitu officii relictum, quando constat testatorem solum officium executoris contemplasse, ut quia prius nomen officii, quam personæ expressit, secus verò quando prius fuit nominata persona, & postea nomen officii demonstrationis tantùm gratia fuit appositum, & alia ut ibi, *& infra n.* 28. *&c.* De Luc. *de Legatis disc.* 22. *& disc.* 31. *ex nu.* 4. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 51. *decis.* 14. *a n.* 3. *vol.* 2.

9 Legatum factum Ecclesiæ sub conditione, vel modo non potest revocari, nec ammittitur, etiam non sequuto implemento, licet esset cum clausula, *non aliàs, nec alio modo*, sed tantùm potest agi ad implementum præcisum, & non ad amissionem, Gratian. *discep. forens. cap.* 903. *num.* 32. *&c.* vide in §. *Donatio num.* & §. *Modus num.*

10 Legatum factum Ecclesiæ pro Missis celebrandis, censetur factum contemplatione Sacerdotis, pro ipsius labore; & illi, non Ecclesiæ debetur, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 311. *num.* 4. Gratian. *discep. forens. cap.* 614. *num.* 11. *&c.* facit *infr. numer.* 115. *vide in* §. *Testator numer.* §. *Hæres numer.* 18.

An, & quando præsumatur factum contemplatione Ecclesiæ, vel Prælati, Mascard. *de probat. concl.* 967. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 112. *per tot.* Bich. *decis.* 613. *&* 654. ubi quod relictum Ecclesiæ cum onere celebrandi Missas censetur favore animæ, ac simul contemplatione Ecclesiæ relictum, & ideò sit administrandum ab utraque confraternitate in eadem Ecclesia existente, quia ipsam Ecclesiam repræsentant. Vide Bertachin. *vot.* 101. *per tot.*

Quod relicto legato Ecclesiæ ad effectum celebrandi tot Missas, non expresso ad cujus nominationem, vel per quem Sacerdotem sint celebrandæ, nominatio Sacerdotis non spectet ad hæredem, sed ad Rectorem Ecclesiæ, cui fuit relictum, & possit etiam ipse si velit per se illas celebrare; quicquid si ageretur de aliquo jurepatronatus, vel de deputatione Capellani certi, & perpetui, nominatio spectaret ad hæredem, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 294. *per tot.* & rursus in eadem causa *decis.* 339. *dict. part.* 9. *vol.* 2. ubi stetit in decisis, repetitis eisdem rationibus, & nonnullis aliis additis. De Luc. *de Legat. disc.* 25.

Quando autem legatum pro celebratione Missarum efficiatur beneficium Ecclesiasticum ex erectione, & institutione Ordinarii, ita ut non possit Sacerdos deputatus amoveri, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 249. *per tot.*

An Missæ de necessitate sint celebrandæ in Ecclesia, ubi cadavera benefactorum sunt sepulta, Cavaler. *decis.* 44. *per tot. vide in* §. *Sepultura num.* 10. Possent. *singul.* 136. ubi quod alio non expresso sunt celebrandæ in Ecclesia, in qua cadaver reperitur, maximè si sit sua Parochialis, & per Parochum, si velit, & possit, Samuel. *de sepultur. tract.* 2. *controv.* 7. *fol.* 309. *&c.*

Relictum Ecclesiæ simpliciter, cui Ecclesiæ debeatur, præcipuè quando testator habet plures Parochias, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 114. *per tot.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *per tot.* Viv. *commun. opin.* 444. Crass. *de success.* §. *Legatum quæst.* 64. *num.* 4. Ursil. ad Afflict. *dec.* 144. *num.* 5. *infr. num.* 52. *vers. Cui autem, & num.* 115.

Quomodo autem sit probanda celebratio Missarum ad effectum consequendi legatum, Caren. *resolut.* 41. *per tot.* ubi quod probatur per juratas attestationes Præpositi, & Curati Ecclesiæ, quicquid dixerit Thesaur. *quæst forens. lib.* 1. *quæst.* 86. *nu.* 2. *&c.* qui reprobatur à Carena *loc. cit.*

Factum genericè, an intelligatur de minori re, vel summa, vel de majori, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 29. *vers.* 30.

Factum alicui Sancto, cujus corpus, vel reliquiæ non sunt in Ecclesia ei dicata, sed in alia, cui Ecclesiæ debeatur, Afflict. *decis.* 244. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 124. *num.* 9.

Quod legatum pro Missia, tamquam pium debeatur, etiamsi res destinata ad dictum effectum non reperiatur in hæreditate, quia in legato pio verba dicuntur stare demonstrativè, & non taxativè, nisi taxativa sint clarissima, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 117. *per tot. infr. num.* 19. ubi Crescin. *in novissimis additionibus.*

Legatum potest relinqui Collegio futuro, Hospitali, vel Ecclesiæ construendæ, tamquam posthumo alieno, cujus favore contrahitur mora sine interpellatione, & debentur fructus, nisi dilatio fuerit data gratia hæredis, & non solum Episcopus, vel Executor, sed etiam judex sæcularis ex officio, Syndicus Civitatis, & quilibet de populo potest agere ad hujusmodi implementum, Gratian. *discept. for. cap.* 358. *per tot. cap.* 400. *num.* 18. *cap.* 540. *num.* 41. *&* 62. vide *in* §. *Ecclesia n.* §. *Episcopus nu.* 53. Rom. *cons.* 69. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *nu.* 104. ubi quod quilibet de populo potest agere, vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *dict. cap.* 358. 11

Qualiter valeat factum Monacho cum conditione, ut nihil quæratur Monasterio, vide in §. *Abbas nu.*

Quod valeat Legatum, vel donatio facta Ecclesiæ nondum constructæ, vel Collegio nondum erecto, Dian. *par.* 8. *tractat.* 6. *resolut.* 125. *per tot.*

Qualiter sint exequenda legata pia, & sub qua pena vigore Statutorum, legum municipalium status Florentini dixi in *Pract.* §. *Legatum num.* 1. *&c.*

De facultatibus fabricæ S. Petri Romæ super executione piorum legatorum, & nullo jure, vel privilegio cautum reperiri, quod dicta fabrica possit sibi applicare fideicommissa particularibus personis relicta, Cavaler. *decis.* 212. *num.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 172. Quomodo autem, & quando dicta fabrica S. Petri jus habeat in legatis factis pro exoneratione conscientiæ testatoris, & sic pro incertis malè ablatis, & alia plura ad rem, Carol. Marant. *controv. par.* 4. *respons.* 92. *per tot. infr. num.* 116. Vide Bertachin. *vot.* 519.

Quod executio piorum legatorum sit mixti fori, & spectet ad utrumque judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, Fontanel. *decis.* 288. *&* 289. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 31. *nu.* 57. *& seqq.* ubi tamen, quod Judex Ecclesiasticus procedit tantùm contra executores testamenti laicos, non verò contra hæredes, vel possessores laicos, contra quos benè possunt dicti executores testamenti judicis officium implorare, ut compellantur tradere bona ad hoc ut debita, & legata solvantur, &c. Tiraquel. *de privil. piæ caus. privil.* 149. Martha *de jurisd. par.* 2. *cap.* 11. *nu.* 24. & aliis relatis per Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 99. ubi tamen ipse jure de jure canonico tenet spectare privativè ad Episcopos, sed posteà *part.* 7. *tract.* 6. *resol.* 32. convenit esse mixti fori cum Ciarlin. *contr.* 21. *num.* 10. *& seqq.* ac aliis, idem Dian. *part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 55. latè Fagundez *de just. & contract. lib.* 6. *cap.* 4. *per tot.* ubi benè probat esse mixti, etiam si agatur de legatis piis à personis Ecclesiasticis relictis, quando hæredes illa solvere recusantes sunt sæculares.

Legatum relictum Canonicis censetur relictum Capitulo, & Collegio ut Universis, non ut singulis, nec debetur Ecclesiæ, nisi essent Regulares, qui non possent habere proprium, nam tunc deberetur Ecclesiæ, & an debeatur tam novis, quàm antiquis, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 533. *num.* 15. *&c. cap.* 867. *nu.* 54. *&c.* Mascard. *de probat. conclus.* 967. *num.* 13. *& seqq.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 113. *per tot.* facit Merlin. *dec.* 697. *nu.* 15. *& seqq.* Vivi. *commun. opin.* 445. ubi refert contrarias opiniones *infrà num.* 214. Gabr. 12

Vasquez *Opuscul. moral. tract. de testam. capit.* 8. §. 5. *dub.* 2. *per tot. fol.* 349. ut etiam quomodo sit dividendum Card. De Luc. *de Canon. disc.* 18. *n.* 5., *de Paroch. disc.* 28. *num.* 13.

Quod admittantur etiam ad dictum legatum cum Canonicis alii Beneficiati, & Clerici ejusdem Ecclesiæ, nisi obstet consuetudo, vel mens testatoris, latè Merlin. *dec.* 683. *per tot.*

Cui autem Ecclesiæ, vel Monasterio debeatur si adsint duæ Ecclesiæ, vel Monasteria ejusdem nominis, attendendæ sunt conjecturæ, Ger. Spin. *consil.* 59. *per tot. sup. num.* 10. *vers. relictum*, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 446. *per tot.* ubi plura de conjecturis demonstrantibus identitatem personæ à testatore prædilectæ, quando extant plures ejusdem nominis, cognominis, atque consanguinitatis, *& part.* 14. *decis.* 44.

De legato Ecclesiæ relicto, an debeatur Capitulo, vel Canonicis, vel fabricæ, vel utrique pro rata, latè Costa *de ratione ratæ q.* 199. *per tot.* Pignatel. *consult.* 3. *a.* 2. *tom.* 6. ubi quomodo cognoscatur.

13 Legatum factum mendicantibus cum onere, quod debeant acquirere novum locum, valet, & debetur rejecto illo onere, tamquam impossibili, & difficili propter licentiam, & consensum Apostolicum ad id necessarium, Castrens. *in l. idem*, §. *constat num.* 8. *ff. de leg.* 1. Magon. *dec. Lucens.* 25. *num.* 82. vide *in* §. *Factum nu.* 2. *&* §. *Impossibilitas nu.* 1. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *decis.* 1. *à n.* 11. *decis.* 2. *à n.* 10. *decis.* 10. *n.* 15. *vol.* 2. & Fagnan. *in cap. nos quidem n.* 25. *de testam.*

14 Legatum relictum Dominicanis sub conditione si testator in illorum Ecclesia sepeliatur, an debeatur si decedat excommunicatus, ita ut in Ecclesia sepeliri non possit, & deberi, quia conditio deficit ex facto, & vitio testatoris, concludit Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 183. *num.* 46. *& seqq.* ubi etiam multa in contrarium adducit.

15 Legatum annuum relictum Ecclesiæ, an transeat ad successorem in illa, & destructa, an in subsidium vadat ad Ecclesiam Romanam, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 131. *nu.* 3. *& per tot.* Rot. *part.* 6. *recent. dec.* 24. ubi quod cum Summus Pontifex vices Dei gerat, omnia Ecclesiæ relicta, censentur ei donata, ita ut destructa illa Ecclesia, vel Monasterio, cui relicta fuerunt bona, transeant in administrationem Summi Pontificis, & Ecclesiæ Romanæ, nisi tamen Ecclesia destructa esset membrum alterius Ecclesiæ, ad quam tunc bona devoluerentur probata annexione. Card. De Luc. *Rel. Cur. disc.* 20. *per tot.*

An factum alicui sub nomine dignitatis transeat in successorem, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 121. *per tot.* Vide Roca Episc. *cap.* 87. *n.* 3.

16 Legatum an in dubio præsumatur annuum, & reiterabile; vel unius præstationis tantùm quando Testator reliquit Fratribus S. Dominici, vel aliis in diis Festis unam piatantiam, vel quid simile, ita ut semel tantùm sit præstandum legatum, vel quotannis, benè explicat Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 132. *per tot.* Tiraquel. *in repet. l. Boves*, §. *hoc sermone*, *ff. de verb. signif. vers.* 48. *inter regul. divers. fol. mihi* 561. *& limit.* 15. *per tot. fol.* 586. Giovagn. *cons.* 84. *n.* 14. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 344. *vers. Et legatum*, ubi tenet esse annuum, contra Bart. *in l. cum quidam num.* 3. *ff. de ann. legat.* & sequaces sentientes pro una vice tantùm deberi.

Quod regulariter in dubio non præsumatur annuum, nec reiterabile, sed unius præstationis tantùm, nisi ex conjecturis ductis à qualitate verborum, vel personarum, vel rei legatæ contrarium appareat, Altograd. *cons.* 72. *per tot. lib.* 2. ubi adducit sex conjecturas denotantes in casu suo præstationem esse annuam.

De legato alimentorum, quod in dubio præsumatur annuum, & quando secus, latè Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 6. *per tot.*

Quod legatum aliquibus de familia relictum, primis admissis, regulariter capiret; ab ista tamen regula recedatur ex verisimili testatoris voluntate conjecturis probata, ex qualitate legatarii, & aliis facti circumstantiis, & legatum reiterabile inducatur, ita ut quod testator omisit, possit ex conjecturis suppleri, velut si agatur de legato alimentorum, vel pro studio, & hujusmodi, pulchrè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 302. *per tot.* ubi de perpetuitate legati ad favorem familiæ, pro duobus juvenibus pauperibus ad effectum studendi, licèt videretur restricta dispositio ad primos, facit quod dixi *in* §. *Fideicommissum num.* 10. *&* §. *Substitutio num.* 37. Card. De Luc. *de legat. disc.* 34. *per tot. disc.* 36. *ex num.* 3.

Legata annua regulariter solvi debent in principio anni, nisi sint solvenda de fructibus, quia tunc debentur solùm tempore recollectionis, vel nisi etiam legatarius teneatur aliquid ex parte sua implere, quod actum successivum requirat, quia tunc non debentur, nisi in fine anni, ut benè probat Ger. Spin. *consil.* 40. *num.* 23. *&c. infr. nu.* 50. Tusch. *litt. L, conclus.* 128. ubi etiam quod debetur secundùm æstimationem monetæ currentis tempore testamenti. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *decis.* 15. *à n.* 1 *vol.* 2. 17

Quod legata annua debeantur statim à morte testatoris, etiam quod per multos annos hæreditas non sit adita, & absque ulla interpellatione, cùm petantur, ut fors, Franc. *decis.* 634. Fagnan. *in cap. gravis nu.* 125. *de rest. spol.*

An legatum annuum dicatur unicum in pluras præstationes distinctum, val multiplex, vide text. quos allegat Altograd. *cons.* 77. *n.* 44. *&* 45. *lib.* 2. Tosch. *litt. L. conclus.* 129. ubi etiam de importantia quando est unicum, vel multiplex. Emerix jun. *decis.* 557. *n.* 1.

An debeatur legatario pro annis, quibus fuit captivus apud hostes, si postea fuerit reversus, jure postliminii, & plura de hoc jure, Cabal. *cons. decis.* 132. *num.* 10. *& seqq. per tot. lib.* 1.

An fideicommissarius universalis, cui restituta fuit hæreditas teneatur ad legatum quantitatis annuatim solvendæ pro terminis ab hærede non solutis, antequam fideicommissi dies, & conditio venerit, plenè Grivel. *decis.* 55. *per tot.* ubi concludit fideicommissarium non teneri, & contrariis cum aliquibus declarationibus satisfacit. Vide Castald. *consult.* 180. *num.* 7. *vol.* 2.

Legata annua regulariter sunt per hæredem solvenda de fructibus annuatim percipiendis, & sic non possunt detrahi in restitutione fideicommissi, nisi aliter constet de mente testatoris; cætera verò legata ab hærede soluta, possunt repeti, sicut & debita pariter soluta, ut benè probat Pontirol. *in Respons. sive tract. pro Mambellis n.* 423. *& seqq. ad* 429. *Cæsenæ impressa de anno* 1645. vide in §. *Gravatus n.* 9. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 241. *num.* 29. *&c. par.* 11. *dec.* 260. *per tot.* ubi plenè, an & quando legata annua à fideicommittente relicta, sint solvenda ex fructibus, vel ex proprietate bonorum fideicommissariorum, quid si essent relicta pro alimentis, & alia Camarel. *de Legat. lib.* 2. *qu.* 7. *per tot. cap.* 5. *pag.* 41. Surd. & Hodiern. *decis.* 293. Castald. *consult.* 180. *n.* 4. 18

Solutio tamen est plenè probanda per hæredem, ut possit illa detrahere, & ea probata, præsumitur de ære proprio, & non de hæreditario, nisi probetur extitisse pecunias, idem Pontirol. *d. respons. n.* 438. *& seqq.*

Quod sint solvenda de fructibus, & ideò si fructus casu perierint, hæres habeat justam excusationem à pœna per testatorem adjecta, Altograd. *cons.* 84. *nu.* 146. *&* 152. *lib.* 1.

Quod legata annua sint solvenda non ab hærede, sed ab usufructuario, nisi aliter constet de mente testatoris, Surd. *decis.* 193 *per tot.* Tusch. *lit. L. conclus.* 146. *& littera V. conclus.* 321. Rot. *rec. pars.* 9. *decis.* 120. *n.* 12. Rocca *cap.* 30. *n.* 32. Castald. *consult.* 180. *n.* 3. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 18. *n.* 18. *vol.* 1.

Quod debeantur in principio anni pro toto anno, itaut etiam non soluta transmittantur ad hæredes legatarii, Franch. *dec.* 115. Tuscus *littera L, conclus.* 129. Dian. *par.* 3. *tract.* 6. *resol.* 29. *vers.* 2. ubi quando debeantur in principio, vel in fine anni.

An sint debita in principio, medio, vel fine anni vide magistralem doctrinam, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *num.* 65. *& seqq. ad* 92. *fol.* 152.

Quod legata annua possint peti ante tempus, solvenda tamen in tempore, Surd. *dec.* 120. *per tot.*

Qualiter legata annua non durent ultra centum annos, etiam si sint relicta in perpetuum, Alexand. *consil.* 60. *lib.* 1. latè Tusch. *litt. L. conclus.* 86. Ricc. *Col-*

lect.

lect. 3081. vide in §. *Hæres nu.* 47. Vivi. *comm. opin. lib.* 2. *opin.* 446. Naldus in *Summ. verb. usufructus n.* 22. *& verb. infirmitas n.* 1. Diana *resolut. moral. part.* 5. *tractat.* 14. *resolut.* 84. ubi refert etiam contrarium tenentes, utramque opinionem probabilem putat, illam tamen probabiliorem, sed contrarium in praxi servari, vide eumdem Dian. *par.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 68. *per tot.* Ciarlin. *controvers.* 143. *per tot.* ubi quod durant in perpetuum si ita ordinavit testator, & quare, facit quod dixi *in §. Verba num.* 55. *&* 56. Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 70. ubi plura qualiter ex non facto, & inobservantiæ piæ dispositionis testatoris, non possit desumi præscriptio, etiam centenaria, & quare, Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 184. *per tot.* ubi quod verior, & communior est opinio, ut favore Ecclesiæ duret ultra centum annos, & non præscribi etiam longissimo tempore centum annorum, nisi aliter sensisse testatorem appareat, ut quia essent solvenda de fructibus certi fundi, vel per infrascriptos hæredes, &c. de quo plenè Carol. Marant. *controvers. par.* 4. *respons.* 96. *&* 97. *per tot.* Vide Ciarlin. *contr.* 21. *&* 143. De Luc. ad Gratian. *cap.* 131. *& decis.* 22. Gob. *consult.* 76. Bordon. *de Legat. cap.* 6. *&* 17. Cabrun. *lucubr.* 46. *cum seqq.* ubi sunt etiam allegationes trium præclarissimorum Advocatorum Parmensium.

19 Legatum fructuum, qui nascentur ex tali fundo, an debeatur fructibus non nascentibus, ita ut sit solvendum de aliis bonis; videndùm est an fundus sit adjectus demonstrativè, vel taxativè, & an sit facienda unica præstatio, vel plures, Pract. Papp. *pro leg. rei sing. glos.* 1. *numer.* 43. Franch. *dec.* 721. ubi de legato solvendo ex creditis exigendis, & quod quando sunt duæ dispositiones, vel orationes, una, in qua mandatur dari, vel solvi, altera unde debeat solvi, dicitur demonstratio, & non taxatio, vide Ricc. *Collect.* 4212. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 63. *nu.* 21. *seqq. part.* 14. *decis.* 106. *num.* 8. *& seqq.* ubi quando fundus stat taxativè, & limitativè, quo casu tamen est onus hæredis probare bona non esse fructifera, sive fructus diminutos, Gratian. *discept. forens. cap.* 62. *num.* 7. *&c. cap.* 256. *per tot. cap.* 988. *num.* 18. *cap.* 683. *per tot.* facit *in cap.* 251. *n.* 7. *& cap.* 916. *per tot.* vide in §. *Obligatio n. & §. Hypotheca num.* Tusch. *litt. L. conclus.* 130. Merlin. *decis.* 55. ubi de legato bonorum cum onere implicationis fructuum pro nubendis puellis, an diminutis redditibus sint etiam minuendæ dotes, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 165. *per tot.* ubi distinguit ut supra in terminis dotium, & Bonac. *de contract. disput.* 3. *quest. alt. punct. ultim. num.* 15. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 117. *per tot.* ubi quod in legatis piis, verba in dubio interpretantur stare demonstrativè, & non taxativè, nisi taxativa sit satis clara, de quibus omnibus plenè Carol. Marant. *controv. part.* 4. *respons.* 15. *per tot.* Rovit. *dec.* 57. *per tot.* ubi an legatum pium habeat privilegium, ut taxativa resolvatur in demonstrativam. Camarel. *de Legat. q.* 7. *lib.* 3. *num.* 7. *verb. Annua. pag.* 263. Vide Laram *de Anniversf. & Cappell. libr.* 1. *cap.* 2. *n.* 21. Tondut. *resol. benef. cap.* 90. *num.* 2. Bertachin. *vot.* 106. *per tot.* Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 488. *& decis.* 530.

Quod possit solvi in pecunia, vel concedi cura fundi legatario etiam invito, idem Gratian. *disceptat.* 116. *num.* 5. *&c.* facit quod dixi *in §. Heres num.* Tusch. *dict. conclus.* 130. ubi intelligit quando debetur ex certo fundo, aliàs secus, vide Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 41. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. dict. dec.* 165.

An nullis fructibus primo anno natis, vel consumptis, sit solvendum ex fructibus anni sequentis, vide Tiraquel. *in repet. l. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. limit.* 16. *inter. reg. divers. fol. mihi* 587.

Vino autem legato, quid veniat, latè Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 274. *per tot.* Prosper. Bandell. *tractat. de vinea, viadem. & vino par.* 2. *tit. de vin. legat. fol. mihi* 65. & habetur *in l.* 1. *&* 9. *ff. de trit. vin. & ol. leg.* de quibus Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 552. *per tot. vide in §. Vinum num.* Brunnemann. *in dict. l.* 9.

Libris legatis, an veniant bibliothecæ, & armaria, scrinia, vel cætera, in quibus libri continentur, & generaliter an sub legato contenti, veniat etiam continens, licèt non expressum, dic quod non regulariter, nisi aliter constet de mente testatoris, *leg. librorum* 52. *§. si libris, ff. de leg.* 3. cum similibus adductis per Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 260. *num.* 2. *& seqq. infr. n.* 55. *& n.* 68.

Quod legatum quantitatis debitum respectu certæ speciei extinguatur peremptoria illa specie, per text. *in leg. Titiæ textatores, §. fin. ff. de legat.* 1. Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. *§.* 4. *dub.* 22. *fol.* 348. *infr num.* 101. *vers. si verò, &c.* vide Marant. & alios supracit. Vide Carol. Anton. De Luc. *in Prax. judicial. cap.* 7. *sub n.* 8. Casd. De Luc. *de Legat. disc.* 11. *n.* 7.

Legatum de omni penu, præter vinum, quod est Romæ, vel de omni argento existense in tali fundo, vel loco, propter hujusmodi adjectionem loci restringitur ad illud tantùm, quod est in loco designato, & sic generi per speciem derogatur, & quando secus, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 922. *num.* 11. *&c. nu.* 33. *& per tot.* Magon. *dec. Flor.* 146. *n.* 21. Ger. Spin. *cons.* 8. *num.* 22. facit Rot. *p.* 23. *recent. dec.* 282. *vers. Secunda per tot.* 20

Penu legata, quæ veniant in hujusmodi legato, vide Menoch. *libr.* 4. *præsumpt.* 556. *per tot.* Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 195. *per tot.*

Legatum frumenti, quod testator habet in Civitate, continet illud tantùm, quod in Urbe reperitur, non autem quod reperitur in continentiis, & suburbiis, quia legatum strictam habet interpretationem, nisi sit factum consanguineis, & affinibus, quia tunc latam recipit interpretationem, ita ut factum de omnibus domibus sitis in Civitate comprehendat etiam sitas in suburbiis, Cravet. *cons.* 297. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. q.* 99. *nu.* 6. *&* 15. vide Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 489. *n.* 3. *& seqq.* dixi *in §. Appellativa n.* 35. 21

Legans quæ in Urbe habet, dicitur legasse solùm, quæ in ipsa Civitate muris circumdata habet, legans verò quæ Romæ habet, & sic expresso nomine Civitatis, dicitur legasse etiam, quæ in suburbiis habet; & si utrumque nomen sit expressum, puta legando, quæ quis habet in Civitate Romæ, vel Florentiæ, tunc spectandum est verborum principium, ut si dictum sit, quæ in Civitate Romæ sunt, veniant tantùm, quæ intra muros sunt, si verò, quæ in Romæ Urbe sunt, veniant etiam ea, quæ in continentiis, & suburbiis reperiuntur, ut benè aliis relatis distinguit Menoch. *de arbitr. cas.* 155. *num.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 58. *per tot.* ubi videtur sequi dictam distinctionem diverso tamen modo relatam, & concludit venire censum in Comitatu existentem, concurrente præcipuè favore conjunctæ personæ, generalitate verborum, & communi usu loquendi, vide in §. *Civitas n.* 10.

Legatis bonis, quæ in Civitate sunt, vel in Civitate existentibus, an veniant ea, quæ in Comitatu reperiuntur, idem Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 126. *per tot.*

De proximo tamen asportanda in Civitate, vel domo habentur pro asportatis ad effectum, ut veniant in legato, cùm de proximo faciendum habeatur pro facto, ad tradita per Peregrin. *dec.* 71.

De legato eorum, quæ sunt in Camera testatoris, quod contineat ea, quæ ibi tunc posita erant, & quæ posteà de consensu, vel mandato ipsius testatoris apponentur; item de legato lanæ, ut intelligatur de lana tonsa, & hujusmodi, Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tractat. de testam. cap.* 8. *§.* 4. *dub.* 50. *fol.* 340.

Legatum bonorum mobilium, & immobilium non comprehendit jura, & actiones, secus autem si bona omnia fuerint simpliciter legata absque hujusmodi specificatione, Gratian. *disceptat. for. cap.* 921. *nu.* 30. *&c.* vide in §. *Nomen n. infr. n.* 58. Tusch. *litt. L, conclus.* 124. facit Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *part.* 2. *q.* 15. *n.* 664. *tom.* 4. De Marin. *lib.* 2. *c.* 162. ubi limitat. 22

Quod regulariter comprehendat tantùm bona præsentia tempore testamenti, & non posteà quæsita, idem Gratian. *cap.* 98. *n.* 8. *& per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 127. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 6. *per tot.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 6. Honded. *consil.* 63. *n.* 17. *& seqq. lib.* 1. Bairel. *de ult. vol. dec.* 85. *per tot.* ubi quod quando legatum fa-

ctum est per verba præsentis temporis non comprehendit futurum.

23 Legatum mobilium est restringendum ad ea, quæ testator habebat tempore conditi testamenti, & non extendendum ad ea; quæ habebat tempore mortis, nisi constet de contraria mente testatoris, vel nisi sit factum conjunctæ personæ, vel per verba universalia, nam tunc comprehenderet etiam acquisita de tempore mortis, Altograd. *consil. 70. num. 7. &c. lib. 1.* ubi etiam *n. 20. &c.* quid si legatum sit restrictum ad mobilia existentia in certo loco, puta domo, an & quando limitatur ad ea, quæ sunt ad perpetuum usum domus destinata, vel etiam comprehendat alia non sic ad perpetuum usum domus destinata, sed ad tempus, & quando aliquid dicatur ad perpetuum usum, vel ad tempus destinatum, pulchrè, & latè declarat usque ad *n. 37. & cons. 35. nu. 11. & seqq.* ubi etiam quando comprehendat mobilia plurium domorum, & facit latè Rot. *part. 13. recen. decis. 282. secunda per tot.* Baitel. *de ult. volunt. dec. 85.* Rot. *recent. part. 19. tom. 2. decis. 565. per tot.*

De legato mobilium quid contineat, latè Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. per tot.* Rot. *in Fulginaten. legat. 6. Novembr. 1620. coram Pamphilio, & part. 13. rec. dec. 282.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 15. à n. 663. tom. 4.* Altograd. *cons. 70. à n. 38. tom. 1.* Thor. *in comp. decis. verb. legatum part. 2.* De Luc. *in Indic. verb. Legatum mobilium.*

Qualiter legatum regulariter constringatur ad bona testatoris tempore testamenti, & quando extendatur etiam ad posteà quæsita tempore mortis, latè Tusch. *litt. L. concl. 59. per tot.* Baitel. *d. dec. 85.* ubi quod legatum per præsens tempus non continet ea, quæ reperiuntur in esse tempore mortis, si non extabant etiam tempore testamenti, licèt in codice meo sit corruptus.

24 Legatum mobilium attenta proprietate verborum comprehendit omne id, quod est aptum moveri de loco ad locum, Mantic. *loc. cit. num. 1.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. quæst. 49.* dixi in meis *resol. cap. 10. n. 29. & seqq.* Tusch. *littera L. conclus. 119. & seqq.* Ludovisi *decis. 257.* Ricc. *Collect. 2935.* ubi quod comprehendit etiam servos, licèt fugitivos, segetes seminatas, & adhuc non recollectas, & alia apta de loco ad locum moveri, licèt quoad segetes, referat Thesaur. *quæst. forens. lib. 1.* contrarium tenentem.

Quod comprehendat pecunias, juxta text. *in l. si chorus 77. §. 1. ff. de legat. 3.* Rot. *part. 3. divers. decis. 1167. n. 4.* Gratian. *discept. for. cap. 811. per tot.* ubi etiam quando veniant fructus pendentes, latè Thesaur. *dec. 164. per tot.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 138. per tot.* ubi plures casus distinguit, Altograd. *cons. 89. n. 12. lib. 2.* ubi intelligit, nisi de pecuniis sit facta diseretiva, vel separata mentio, sive dispositio, latè Rot. *part. 11. rec. decis. 259. per tot.* ubi qualiter comprehendat omnem pecuniam, & alia hujusmodi mobilia, ac etiam fructus censuum maturatos ante mortem testatoris, & latè etiam Baitel. *de ultim. volunt. dec. 81. per tot.* De Luc. *de legat. disc. 5. per tot. disc. 38. nu. 3.* Vide infra *in alleg. impress. in fine hujus §.* Altimar. *dict. n. 663.*

Quòd legatis omnibus mobilibus, non contineantur denaria, nisi aliqua denaria fuerint exceptuata, nam tunc reliqua continerentur ex vi hujusmodi exceptuationis, Bart. *in l. generaliter, §. uxori, ff. de usufruct. leg.* vide Menoch. *d. præsumpt. 138.* Magon. *decis. Florent. 146. n. 28. &c.* Altograd. *cons. 33. n. 17. & lib. 2.* vide *in §. Pecunia n. 13.* Altimar. *d. num. 663.*

An dictum legatum mobilium comprehendat res venales, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 137. per tot.* Altograd. *cons. 70. n. 33. lib. 1.* ubi quòd venalia mercimonii causa non comprehendit, sed benè alia, quæ superfuet, & hac de causa sunt venalia, vide latè Rot. *par. 13. recent. decis. 282. secunda per tot.* Altimar. *dict. n. 663.* Vide De Luc. *de Legat. disc. 9. n. 3.*

Quando in legato mobilium veniant pecuniæ, vel non, latè pluribus legibus sibi invicem oppugnantibus perpensis declarat videndus Altograd. *cons. 70. n. 38. & seqq. per tot. lib. 1.* ubi præcipuè *sub n. 69. & 70. & 43.* videtur firmare regulam, quòd generaliter pecuniæ veniant in hujusmodi legato mobilium, nisi sint quæstuariæ, idest fœneratitiæ, & negotiationibus destinatæ, cùm tunc dicantur esse in domo accidentaliter, & ad tempus, donec veneric occasio illas fœnores dandi, & ideò isto casu non venire in legato, nisi probetur per legatarium de voluntate testatoris, quæ satis probata dicitur per adjectionem signi universalis *omnia, & cujuscumque qualitatis,* ut ibi per eum, *& in Addit. ad d. cons. 70. sub n. 78. in fine tomi,* pulchè etiam Peregrin. *decis. Pat. 32. per tot.* Rot. *part. 11. recent. decis. 259. per tot. & part. 13. decis. 282. secunda per tot.* ubi plura de hujusmodi dictionibus universalibus quid operentur quando sunt adjectæ rebus, & quando sunt adjectæ existentiæ in loco.

Nec obstat communis usus loquendi in contrarium, quo attento in legato mobilium videntur tantùm comprehendi supellectilia ad usum domus, quia debet probari ab allegante, & probatus non obstat, quando sunt adjecta verba universalia *omnia, & cujuscumque generis.* Ludovis. *decis. 257. n. 10.* Altograd. *d. cons. 70. n. 13. & seqq. lib. 1.* vide *in §. Usus communi n.* Rot. *part. 13. recent. dec. 282. secunda n. 32. & seqq.*

Quòd legatum mobilium contineat vasa argentea, torques, sive catenas aureas, fructus, vestes, & alia omnia, quæ ad modum mobilium destinata sunt, & quæ possunt moveri de loco ad locum, attenta maximè proprietate verborum, & propter signa universalia adjecta. Natt. *cons. 117. num. 5. lib. 1.* Rot. coram Seraphin. *in Romana legatorum Veneris 10. Februarii 1685.* Gratian. *discept. forens. cap. 585. numer. 14.* Gratian. *de dict. 147.* Ludov. cum Beltramin. *decis. 257.* ubi etiam de vetiis perlatum, Barbos. *coll. tract. dict. 241.* dixi *in resol. cap. 10. n. 35. & seqq.* Rot *in Fulginatensi legati 6. Novembris 1620. coram Pamphilio,* Ricc. *Collect. 2935.* Rot. *part. 11. recent. decis. 259. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 15. n. 663. tom. 4.* De Luc. *de success. disc. 19. n. 15. de Legat. disc. 10. n. 2.*

Quæ veniant in legato mobilium, latè, & pulchrè videndus Altograd. *cons. 70. num. 1. & seqq. per tot.* ubi quod veniunt frumentum, farina, vinum, oleum, vestes, gemmæ, monilia, vasa argentea, libri, picturæ, & similia, quæ sunt apta moveri de loco ad locum, & idem Altogr. *cons. 35. per tot. lib. 1.* plenè Tusch. *littera L. conclus. 119. cum pluribus seqq.* Peregrin. *decis. 71.* ubi quod veniat frumentum, vinum, & hujusmodi de proximo colligenda, vel collecta, & in domum asportanda, licèt facta fuerit mentio mobilium in domo existentium, cum facienda de proximo habeantur pro factis, late etiam Ludovis. cum Beltram. *dec. 257. per tot.*

Quid si prędictæ res fuerint consumptæ, & reperiantur diversæ tempore mortis? dic deberi quæ reperiuntur, sed pro quantitate de tempore testamenti, Franch. *decis. 313.* vide Tusch. *litt. L. concl. 59. per tot.*

Quòd testatore legante uxori mobilia sua, non veniant pecuniæ, & nomina, *per text. in l. si chorus, §. 1. ff. de leg. 3.* Bart. *in l. quintus, §. argento, ff. de aur. & argent. leg.* judicatum testatur Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 16. art 30. n. 12.*

Quòd legatum omnium, & quorumcumque mobilium in domo existentium factum uxori comprehendat etiam equos, & rhedam, ac cætera animalia, Marcha *vot. Pis. 82. per tot.* Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 9. cap. 3. in princ.* Baitel. *de ult. volunt. decis. 85. in fine.* Altimar. *d. n. 663.*

Legatum suppellectilis quid contineat, vide Menoch. *lib. 4. præsumpt. 160. per tot.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appell. 253. per tot.* Tusch. *litt. L. conclus. 122. per tot. & litt. M. conclus. 104.* ubi quid veniat appellatione massaritiarum, quæ idem reputantur cum supellectilibus, Rot. *part. 13. rec. decis. 282. secunda n. 22. & 23.* Vide infra *in alleg. impress. in fin. hujus §.* 25

Legato auro, vel argento, quid comprehendatur, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 162. per tot.* pulchrè Barbos. *de appell. verb. signif. appellat. 23. per tot.* 26

An

An autem valeat legatum rei in genere, dic quòd non in genere generalissimo, aut subalterno, quia esset ridiculum, sed benè in specie atoma, ut servi, equi, vini, &c. ut benè declarat Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. c. 8. §. 4. dub. 7. fol.* 347. Vide De Luc. *de Legat. disc.* 11. 12. *&* 13.

27 Legatum factum uxori de vestibus suis, de quibus intelligatur, & cujus generis vestes comprehendat, an debeantur etiam non consutæ, an illæ, quarum usus erat communis, non festivæ, sericeæ, aureæ, laneæ, & lineæ; quid si testator jusserit uxorem vestiri, an intelligatur de vestibus vidualibus tantùm, an semel tantùm, vel singulis annis, & alia plura notabilia de hac materia, vide per Menoch. *lib. 4. præsumpt.* 167. *per tot.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 268. *per tot.* ubi quòd veniant scissæ, & nondum consutæ penes sartorem adhuc existentes, & alia.

Quòd legatis vestibus, quas uxor domi habet, veniant etiam illæ, quæ sunt extra domum, & fiebant de novo propter destinationem testatoris, Jas. *in l. hujusmodi §. legatum num.* 8. *ff. de legat.* 1. Altogr. *cons.* 70. *n.* 55. *lib.* 1. ubi tamen quòd destinatio non præsumitur, sed est probanda ab allegante, De Martin. *cap.* 122. *lib.* 2. ubi Luc. Altimar. *d. n.* 663.

28 Legatum ornamentorum factum uxori quid contineat, Menoch. *lib. 4. præsumpt.* 163. *per tot.* benè Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 180. *per tot. & appell.* 182. ubi quid veniat in legato pannorum.

An autem legatum relictum primæ uxori, quæ decessit superstite viro, qui aliam duxit, debeatur secundæ uxori, vide Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.* 122. Berlich. *decis.* 298. ubi concludit ad favorem secundæ uxoris, prout refert, & sequitur Addit. ad Saaselie. 344. *vers. Imò Berlich, & vers. Ideò legatum, &c.*

29 Legatum factum uxori quandiù castè, & honestè vixerit, amittitur per transitum ad secundas nuptias, quia mulier transiens ad secunda vota, quoad primum maritum non dicitur castè, & honestè vivere, sed illi injuriam facere, ejus memoriam negligere, & fidem illi non servare, ut latè pluribus de more cumulatis probat Tiraquel. *in repet. l. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. sub ampliat.* 89. *vers. Ex quo etiam inter reg. divers. fol. mihi* 567. Jas. Ang. Salic. & alii *in l. ult. C. de indic. viduit.* Castr. *consil.* 259. *col. penult. lib.* 1. Tusch. *litt. L, conclus.* 204. *&* 105. *per tot.* vide latè Paul. Christin. *decis.* 231. *n.* 25. *& seqq. per tot. volum.* 3. Vivi. *com. opin.* 444. ubi refert contrarias opiniones.

Quòd dictum legatum ex communi usu loquendi intelligatur donec non nupserit, Bart. *in §. cum igitur in Auth. de non elig. sec. nub. c. Nicena* 31. *distinct. & l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebel.*

Intelligendo quando legatum sub dicta conditione castè, & honestè vivendi fuit à marito (ut dixi) relictum, secus autem si ab alio extraneo, nam tunc non impediretur, nec amitteretur per transitum ad secunda vota, Tiraquel. *loc. cit. vers. Et ita ut dicit*, Angel. Sanchez *de matrim. tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 91. *n.* 16. An sit verùm quod per dictum transitum ad secunda vota contristetur anima viri defuncti dixi *in §. Mulier n.* 27. *in fine.*

Imò legatum uxori relictum sub dicta conditione, non censeri relictum sub conditione viduitatis, & posse peti pro transeuntem ad secundas nuptias, cum etiam dicatur castè, & honestè vivere transiens ad secunda vota, ex quo secundæ nuptiæ sunt permissæ, & conditio viduitatis differt ab ista, probat ingeniosè de more, & in praxi recipiendum testatur Altograd. *cons.* 63. *n.* 7. *& seqq. lib.* 1. ubi tamen refert alios contrarium tenentes, *& sub nu.* 11. firmiter non persistit in hac opinione, quæ certè judicio meo non est tuta, usu recepta, nec recipienda, nisi juxta prædictam distinctionem legati facti à marito, vel ab alio extraneo, vide in §. *Conditio num.* 38. *&* 39. §. *Uxor. n.* 24. Dian. *part.* 10. *tract.* 5. *resol.* 21. ubi dicit relatam opinionem esse probabilissimam, non amitti legatum per transitum ad secundas nuptias, etiam à marito factum, nisi aliter de ejus mente appareat, Peregrin. *dec.* 41. Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 7. §. 1. *dub.* 7. *fol.* 311. ubi idem dicit in legato facto à filio, & non amitti etiam per tertias, & quartas nuptias, cum omne matrimonium castum sit, & honestum, nisi aliter constet de mente testatoris, cui ideò consulendum est, ut explicet an de secundis nuptiis intelligat. Hanc opinionem, sequitur etiam Ricc. *Collect.* 1927. ubi tamen eam intelligit pro tempore præterito, quo uxor castam vitam duxit, secus pro futuro, vide Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 95. *per tot.* ubi quòd legatum ususfructus factum à marito uxori non amittitur, etiamsi uxor statim, & intra annum luctus convolet ad secundas nuptias nisi conditio viduitatis fuerit expressè apposita, vel efficaciter colligatur ex conjecturis, quarum multas adductas ibidem refellit; non tamen meminit de conditione, *castè, & honestè vivendi*, & eadem Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 502. *num.* 10. ubi quòd non apposita conditione viduitatis censentur remissæ pœnæ secundarum nuptiarum, etiam in legato à marito facto.

Quòd legatum relictum sub conditione non transeundi ad secundas nuptias non amittatur per matrimonium nullum, vel non consumatum, an vero per fornicationem, & alia, Dian. *Id. resol.* 21. *per tot.*

30 Legatum factum mulieri donec in viduitate vixerit, resolvitur sub duplici eventu, & revertitur ad hæredes legantis, nempè per transitum ad secunda vota, & per mortem; si verò de vita mulieris non sit facta aliqua mentio, resolvitur tantùm per transitum ad nuptias ad quas si non convolaverit, remanet perpetuum, & transit ad hæredes ipsius legatariæ, Castr. *cons.* 451. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap* 563. *n.* 16. *&c. cap.* 696. *n.* 7. Mart. Medic. *decis.* 4. *n.* 1. *& seqq.* vide in meis resol. *cap.* 38. *num.* 15. *& seqq. & in hoc opere*, §. *Cautio Mutiana n.* 11. Vide De Luc. *de Legat. disc.* 39. *nu.* 9. Dom. Advocat. Cabrua. *lucubrat.* 22. *n.* 15. *& seqq.*

Quòd conditio viduitatis numquam subintelligatur, nisi fuerit expressa, Altograd. *cons.* 63. *per tot. lib.* 1. *vide in §. Conditio n.* 39.

Quòd factum per maritum sub conditione, si non nupserit, sit restituendum unà cum fructibus, si uxor nupserit, Franch. *dec.* 231. vide in *d. cap.* 38. *nu.* 15. ubi quando debeatur pro tempore præterito antè contractas nuptias latè Addent. ad de Franc. *cit. dec.*

31 Legatum tamen factum uxori donec castè vixerit, & vidualem vitam servaverit, debetur etiam ei, quæ religionem ingreditur, quia tunc dicitur pinguius adimplere conditionem, vel modum Bald. *in l. Deo nobis col.* 3. *vers. juxta prædicta, C. de Episc. & Cler.* Joseph. Feliu. Cereso *Marg. var. conclus. verb. Legatum col.* 1. *fol.* 141. *dixi in* §. *Conditio num.* 39. Plura alia quoad hanc materiam vide apud De Luc. *in Indic. general. verb. conditio quoad nuptias, & viduitatem.*

32 Legatum relictum uxori casu quo non possit cum hæredibus habitare qualiter debeatur, vide in §. *Conditio num.* facit Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 123. *per tot.* ubi de legato facto uxori, vel alteri, ut habitet cum filiis, ex ipsius legatarii, vel filiorum favore factum præsumatur, ita ut primo casu illud consequatur legatarius, etiam non habitando; secundo autem casu extinguatur legatum, ob dictum non implementum.

Et quanto tempore debeat uxor cum hæredibus habitare, ut annuum legatum consequatur, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 595. *per tot.*

Quòd legatum alimentorum factum uxori non impediat repetitionem dotis, Gratian. *decis.* 47. *nu.* 23. *& discept. for. c.* 134. cum aliis per Joseph. Feliu. *in Margar. variar. conclus. verb. Legatum fol.* 142. *col.* 1. & quid in legato ususfructus omnium bonorum, Guid. Pap. *quæst.* 541. vide Scopp. & De Luc. ad Gratian. *d. dec.* 47.

An filiis mortuis, ita ut non possit amplius cum illis habitare extinguatur legatum, Cabal. *consil. dec.* 119. *lib.* 3. ubi quòd sic quando factum est aliud legatum in hoc casu ad favorem uxoris; aliàs fortè secus, ut dixi in §. *Uxor n.* 26. Rot. *part.* 18. *rec.*

de-

decis. 664. *n.* 7. *& seqq.* ubi quòd mortuis filiis non tenetur habitare cum nepotibus, nec etiam cum ipsis filiis post litem sibi ab eis motam, & nihilominus consequitur legatum sub conditione habitandi cum filiis relictum, Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 41. ubi distinguit an imponeret conditionem, vel modum & an uxoris gratia, vel filiorum sit factum.

33 Legatum factum per maritum uxori præsumitur in recompensationem fructuum per illum perceptorum de bonis uxoris, & cum eis compensatur pro rata, quod compensatur etiam cum alimentis, & vestibus lugubribus, Romaguer. plures allegans in Addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 48. *n.* 33. *vide in* §. *Testes n.* 1. Arias de Mesa *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 9. *& seqq.* ubi de materia compensationis legatorum, de qua etiam plenè Ramon. cum pleniori Anot. Jacob. Balduc. *cons.* 36. *per tot.* Afflict. *decis.* 44. ubi in id adducit 15. conjecturas, benè Gratian. *discept. for. cap.* 274. *per tot.* Vide Castill. *de Usufruct. cap.* 46. Spad. *cons.* 348. *lib.* 3. Castald. *consult.* 26. *a n.* 18. Mans. *consult.* 36. *a nu.* 20. Palm. nep. *alleg.* 195. *tom.* 2. Bersan. *de Compens. cap.* 2. *quæst.* 30. *a n.* 26. Ansald. *decis.* 7. *n.* 19. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *decis.* 13. *a n.* 1. *& decis.* 18. *nu.* 20. *vol.* 2.

Numquam tamen intelligitur factum animo compensandi cum dote, nisi dicatur expressè, Addit. ad Afflict. *d. dec.* 44. Gratian. *discept. forens. cap.* 134. *per tot. cap.* 198. *cap.* 274. *cap.* 565. *nu.* 65. *&c. cap.* 696. *n.* 5. *cap.* 934. *num.* 29. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 131. *per tot. & decis.* 152. *num.* 16. *& seqq. & part.* 10. *decis.* 17. *num.* 11. *& seqq. & decis.* 96. *&* 224. Et an cum debito arrharum, & cum antefato Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 13. *nu.* 33. *&* 144. *tom.* 5. Emeria jun. *decis.* 1. *n.* 7. *dec.* 1210. *num.* 7.

Ex conjecturis nihilominus potest ab hac regula recedi, & legatum etiam cum dote compensari, ut si fideicommissum aliàs notabiliter remaneret extinctum, si legatum conveniat cum credito dotali, si expresserit aliqua bona, cum quibus volebat intrare compensationem, si penes hæredem nihil ferè remaneret cum quo dos solvi posset, si dixerit nolle quidquam aliud prætendere, etiamsi postea dixerit relinquere propter obsequia, & benemerita uxoris, ut latè per Rot. in Avenionen. fideicommissi 11. Maii 1637. coram Panzirolo in Noviss. *part.* 7. *dec.* 381. *per tot.* ubi allegat Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 110. Mantica *de conject. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 16. *&c.* Afflict. *dec.* 44. *n.* 20. *&c.* aliosque multos, vide Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 152. *n.* 16. *& seqq.* ubi hincinde conjecturas adducit, *& decis.* 460. ubi de uxore instituta in medietate hæreditatis ultra dotem, quando dictam medietatem liberam consequi debeat, & integram dotem à cohærede repetere, nulla invicem relicti, & dotis facta compensatione, nec actionum confusione pro sua medietate. Vide Castill. Spad. Castald. & alios supra citatos Emerix jun. *loc. cit.*

De hac materia ultra præcitatos vide late Card. Tusch. *litter. L. conclus.* 141. *nu.* 34. *&c.* Thomat. *dec.* 50. *n.* 195. Sperell. *dec.* 176. *per tot.* Marcian. *disp. forens. cap.* 49. *n.* 1. *& seqq.* dixi in §. *Debitor. n.* 39. §. *Pater n.* 16. *infra n.* 34. *&* 40. *&* 49. *in fine, & in resolut. cap.* 10. *n.* 7. *& seqq.* ubi vide, & Paul. Christin. *decis. Belgic.* 233. *vol.* 1. Merlin. *dec.* 249. Gabr. Vasquez. *Opusc. moral. tract. de testam. c.* 8. §. 3. *dub.* 7. *&* 8. *fol.* 343. Vide De Luc. *de Legat. disc.* 15. Rube. *de confuss. Jur. cap.* 9. *n.* 14. Tranchedin. *cons.* 49. Ansald. *decis.* 29. *n.* 22. *& decis.* 93. *a n.* 65.

Et firma regulam generalem, quod in debito necessario necessitate legali, legatum præsumitur factum animo compensandi, quia in necessitatibus nemo liberalis existit; Secus autem in debito voluntario ortum habente à contractu, vel quasi nisi aliter in utroque casu appareat ex conjecturis de mente testatoris, Altograd. *consil.* 68. *n.* 8. *&c. lib.* 1. *& n.* 30. ubi etiam quando debitum dicatur necessarium, vel voluntarium, plenè Sperell. *decis.* 176. *per tot.* cum aliis supracitatis, & dixi in §. *Debitor nu.* 59. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 79. *n.* 22. *& part.* 15. *decis.* 170. *n.* 12. *&c.* Bich. *decis.* 80. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 27. *per tot. lib.* 2. ubi quod si pater legavit filiæ centum pro dote, & postea filius hæres patris eidem filiæ nondum nuptæ leget ducentum, censetur legasse animo compensandi cum primo legato, cujus ipse hæres debitor erat, idem Cabal. *consil.* 115. *per tot. d. lib.* 2. ubi transit cum dicta regula, quam tamen declarat procedere, quando tam legatum, quàm debitum consistunt in quantitate, secùs autem si unum in quantitate, & aliud in specie, vel si essent diverso tempore præstanda, & alia ad rem, vide *in* §. *Compensatio, &* §. *Lucrum*, plenè P. Zamoran. *tract. de compensat. disput.* 4. *cap.* 8. *per tot. facit infra n.* 58. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap.* 274. *à nu.* 5. Vide Ansald. *decis.* 96. *num.* 68. Emerix jun. *d. decis.* 1.

Legatum dotis factum à marito suæ uxori quid 34
contineat, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 145. *per tot.* vide *in* §. *Maritus n.* 18. *&c.*

Factum uxori alterius, vel propriæ, an debeatur etiam secundæ ductæ post mortem primæ, latè idem Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 122. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 16. *per tot.*

Legatum factum per uxorem marito computatur, 35
& confunditur cum lucro eidem vigore Statuti debito, secus si hujusmodi lucrum debeatur tantùm vigore pacti, quia tunc non compensatur cum legato. Roland. *tract. de lucr. dot. quæst.* 96. Gratian. *discept. for. cap.* 199. *per tot. cap.* 816. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 15. *& sequentib. ad* 55. Surd. *dec.* 119. *per tot.* Sperel. *dec.* 176. *nu.* 15. 16. 82 *& seqq.* Altograd. *cons.* 34. *n.* 2. *&c. lib.* 2. vide *in* §. *Lucrum n.* 22. ubi distinguitur supra *nu.* 32. Rot. *part.* 23. *recent. dec.* 79. *num.* 24. *&* 25. *& part.* 14. *dec.* 348. Ansald. *decis.* 96. *n.* 69.

Legatum relictum uxori donec vitam vidualem 36
servaverit, & quod post ejus mortem vadat ad alium, an si transierit ad secunda vota, debeatur statim illi tertiò, non expectato mortis eventu, vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 185. *nu.* 31. Altograd. *cons.* 76. *nu.* 28. *lib.* 1. ubi affirmativam probat, dixi *in* §. *Maritus n.* Manric. *de conject. ult. volunt.* & alii relati per Paul. Christin. *decis. Belg.* 176. *n.* 8. *vol.* 2.

Quod possit legatario subtilirui in re legata, Tusc. *litt. L. concl.* 153.

Legatum mulieri sub conditione, *si vidua effi-* 37
ciatur, non amittitur, si facta vidua iterum nubat, quia sufficit conditionem extitisse licèt implementum non duraverit, cum non requirat tractum successivum, nisi aliter appareat de mente testatoris, Roland. *de lucr. dot. quæst.* 51. *n.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 501. *n.* 1. *cap.* 117. *n.* 7. *cap.* 481. *num.* 8. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 87. *per tot.* ubi benè declarat quando hæc, vel similis conditio requirat tractum successivum, & permanentiam, vel non, Gratian. *decis.* 187. *per tot.* ubi de conditione *si viduabit*, an sit perpetua, vel momentanea, Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 56. Paul. Christin. *decis.* 39. *vol.* 4.

Legata domo uxori pro habitatione simpliciter videtur legata etiam quoad dominium, & proprietatem, & ideò bonum est addere donec vixerit, Pract. Pap. *legat. rei sing. glos.* 1. *n.* 111. Capyc. *dec.* 188. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 138. *n.* 2. *& n.* 17. *&c. infra n.* 53.

Quando proprietas censeatur legata, vel ususfructus tantùm, sive simplex usus, vel fructus tantùm, latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 133. *& seqq.* vide *in* §. *Habitatio n.* 6.

Legatum ad usum, & usumfructum (nisi adsit 38
aliqua præfinitio temporis) dicitur liberum, comprehendit proprietatem, & transmittitur ad hæredes, sicut etiam quando legatario fuit prohibita alienatio, vel data facultas alienandi, Ferret. *cant.* 2. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 138. *per tot. cap.* 216. *n.* 23. *&c. cap.* 254. *nu.* 43. *cap.* 471. *nu.* 8. *& cap.* 443. *per tot. cap.* 937. *in princip.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 35. *num.* 18. *& lib.* 4. *præsumpt.* 133. *per tot.* vide *in* §. *Usufructus n.* Tusch. *littera L. conclus.* 90. Surdus *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 1. *per tot.* ubi plura. Vide Castill. *de Usufruct. cap.* 30. *a n.* 4. Casanat. *cons.* 32. *a num.* 4. Rot. *rec. part.* 13. *decis.* 160.

180. *a n.* 3. Crescin. ad Pen. *dec.* 200.

Quod legatum factum ad usum, sive pro usu comprehendat etiam proprietatem, secus autem si relinquatur usus, vel ususfructus, Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 121. *n.* 7. *& seqq.* ubi etiam quòd causa, vel modus adjectus legato quando respicit favorem legatarii non limitat legatum. Vide Castill. Casanat. Rot. Crescin. *loc. cit.*

Item legatum ususfructus cum onere constituendi hæredi aliquam servitutem, comprehendit dominium, & proprietatem ad favorem legatarii, & hoc in necessariam consequentiam oneris adjecti, quod aliàs legatarius præstare non posset, nisi consequeretur dominium, per text. *in l. Proculus, ff. de usufr.* Genu. *de verb. enunciat. lib.* 1. *quæst.* 3. *n.* 36. *fol.* 6. Crescin. ad Pen. *d. dec.* 200.

Qualiter facto fundo ad aliments veniat etiam dominium, & transmittatur ad hæredes, *l. cum hi, §. si uni, ff. de transact. l.* 4. *ff. de aliment. & cib. leg.* Menoch. *de arbitr. cas.* 169. *n.* 10. *& cas.* 170. *n.* 26. Gratian. *discept. for. cap.* 138. *nu.* 2. *&c. & n.* 17. &c. vide *in §. Testator. n.* 7. Surdus *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 1. *& seqq.* Brunneman. *in l. cit.* Capyc. Latr. *decis.* 188. *num.* 5. Casanat. *cons.* 35. Crescin. ad Pen. *d. dec.* 200.

39 Legatum factum alicui simpliciter sine appositione temporis substantiæ ipsius legati, restituendum tamen alteri post mortem legatarii, dicitur perpetuum, licèt ut supra ex fideicommisso sit alteri restituendum, ex quo sequitur, quod si substitutus præcedat legatario, caducata ipsa substitutione remanere debeat penes legatarium, & ejus hæredes, & non consolidari cum hæreditate, nec ad eam reverti: Si verò sit relictum ad vitam tantùm legatarii, vel aliud tempus, hoc casu licèt substitutio efficiatur caduca, finito tempore consolidatur cum hæreditate, & ad illam revertitur tamquam ususfructus ad suam proprietatem, ut benè distinguit Bart. *in l. Titia cum testamento, §. Titia ff. de legat.* 2. ubi etiam Castr. & alii Mart. Medic. *dec.* 4. *nu.* 14. *&c.* Fusar. *de substit. quæst.* 3.3. *n.* 11. *&c.* quos sequitur Altograd. *cons.* 47. *per tot. lib.* 1. ubi distinguit quatuor casus, quando caducatis substitutionibus legatariu factis in re illi legata, legatum revertatur ad hæreditatem, vel potius remaneat perpetuum penes ipsum legatarium, & illius hæredes, & in casu suo ostendit remansisse perpetuum penes hæredes legatarii, facit *infra n.* 66. *& n.* 100. vide latè Tusch. *littera L, conclus.* 87. *&* 88. *per tot.*

Quòd factum sub conditione matrimonii carnalis, vel spiritualis, dato substituto in casu mortis legatariæ quandocumque sine filiis, non debetur substituto, donec legataria naturaliter vivit, licèt adversa valetudine sit impedita nubere, Sanfel. *dec.* 87.

40 Legatum relictum per gravatum fideicommissario, non censetur relictum animo compensandi cum fideicommisso, quod legans tenebatur restituere legatario, sed utrumque venit præstandum, nempè legatum, & fideicommissum, cum tale fideicommissum dicatur debitum voluntarium, quod regulariter non compensatur cum legato, ut benè probat Altograd. *cons.* 68. *n.* 1. *& seqq. ad* 18. *lib.* 1. ubi tamen *numeris sequentibus per tot.* ostendit compensationem esse admittendam in casu suo, licèt agatur de debito voluntario, cum etiam in voluntariis debitis possit esse locus compensationi, ubi ex conjecturis apparet de voluntate testatoris, & plures conjecturas ibidem latè examinat pro compensatione, ut si bona legata sint obligata pro debito, si hæres fuerit in aliis gravatus, si legatum sit amplum, conveniat debito, vel illud superet, si sit dictum pro omni, & toto eo, quod legatarius prætendere posset & addita alia verba universalia, vel si Testator excepit aliquam causam, in quam noluit fieri compensationem, vel si verba legati in aliis debitis verificari non possent, si testator jusserit, vel rogaverit legatarium contentum esse debere, Altograd. *d. cons.* 68. *n.* 21. *& seqq. ad* 48. ubi postea diluit conjecturas in contrarium adductas, vide Sperel. *decis.* 177. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 18. *per tot. supra n.* 32. *&* 34. *& in §. Census n.*

Quod sit locus compensationi etiamsi legatum non sit perpetuò permansurum penes legatarium ob commodum intermedii temporis, ita ut compensatio non fiat pro rata, sed in totum quando legatarius simpliciter illud acceptavit; idem Altograd. *cons.* 68. *n.* 70. *&c. lib.* 1. *& cons.* 89. *num.* 16. *&c. lib.* 1. vide *infra n.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 276. *n.* 2. *& seqq.* ubi de legato pro alimentis compensando cum obligatione alendi à testatore contracta.

Prout etiam in debito necessario excluditur compensatio ex conjecturis, Altograd. *cons.* 95. *n.* 34. *& seqq. lib.* 1. vide supra *n.* 32.

Legatum factum puellæ, ut nubat, habet certum tempus, ut scilicet præstetur post triennium à pubertate illius, intra quod si nuptiæ non sequantur, dicitur defecta conditio, & amplius peti non potest, nec mora purgari, ac idem est si sit factum, ut Monasterium ingrediatur, quod speciale est in legato, latè Gratian. *discept. for. cap.* 137. *per tot. cap.* 294. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 61. *n.* 30. *& seqq.* vide *in §. Conditio n.* Mascscot. *cap.* 13. *n.* 2. *lib.* 2. Bertachin. *vot.* 12. *n.* 4. Add. ad Gratian. *loc. cit.* 41

Legatum dandum puellis virginibus orphanis, licèt propriè orphanæ dicantur, quæ utroque carent parente, & tutore, potest tamen dari etiam orbatis patre tantùm, maximè non concurrentibus aliis prædictis, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 666. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 140. ubi tenet posse dari etiam habentibus parentes, sed pauperes, & inutiles, & alia plura de similibus legatis, idem Dian. *d. tract.* 4. *resol.* 164. ubi quod dicuntur Orphanæ, quæ tantùm patre carent, Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *n.* 11. *vers. legatum tom.* 8. Vide Novar. *de Elect. For. sect.* 1. *quæst.* 4. *n.* 5. 42

Quòd legatum factum pro dotandis mulieribus, non intelligatur pro viduis pauperibus, sed tantùm pro primis vice nubentibus, per textus *in l. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. signif.* Jas. *in l. divortio, §. quod in anno col.* 3. *ff. solut. matrim.* Tiraquell. *in repet. d. l. boves §. hoc sermone, ampliat.* 62. *&* 64. *inter regul. divers. fol. mihi* 563. *&* 566. *vers. postremo illud*, ubi latè contendit appellatione, sive denominatione nuptiarum intelligi de primis, & quare.

Sed quòd imò debeatur etiam, & procedat quoad viduas pauperes, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 29. *vers.* 4. ubi allegat Cavalcan. *decis.* 326. *n.* 20. *part.* 3. *& alios*, Fagundez *de just. & contract. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 42. ubi primam sequitur opinionem, quam dicit per viros doctos resolutam.

Item quòd possit dari puellæ jam nuptæ sine dote, vel modica, nisi expressè stet pro virginibus, Dian. *d. resolut.* 29. *in fine*, facit *infra nu* 46. Fagund. *loc. cit. n.* 43. ubi intelligit quando legatum fuit factum pro dotandis, secus si pro maritandis, cum jam sint nuptæ. Castill. *contr. libr.* 5. *cap.* 84. *n.* 49. *cap.* 90. *n.* 34. Ros. *consult* 60. *n.* 17. Mans. *consult.* 523. *nu.* 12. Panimol. *dec.* 57. *n.* 7. Bertachin. *vot.* 120. *n.* 3.

Item virgini corruptæ, quæ communiter virgo reputetur, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 126. *vers. adde*, Fagund. *loc. cit. n.* 41.

An relictum viduis possit dari virginibus, videtur affirmare Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *resol.* 8.

Plura de hujusmodi legatis pro virginibus maritandis, quando, & quibus debeantur, vel non, quid si essent corruptæ, & alia latè Lara de *Anniverf. lib.* 5. *cap.* 21. & alii per Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *resol.* 26. ubi vide *& part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 29. *&* 63. ubi de puellis expositis, *part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 140. *&* 164. Ricc. *Collect.* 2555. ubi de expositis, Fagund. *d. cap.* 5. *n.* 40. *& seqq. per tot.*

Quòd dicta legata pro virginibus, non possint dari corruptis, nec per illas retineri tam in foro fori, quàm conscientiæ contra Laram, & Dianam probat Mich. Ferro Manriquez *Quæst. Vicar. par.* 2. *qu.* 70. *per tot.*

Quando legatur certis, & determinatis personis ad effectum nubendi, possunt ipsæ legatum consequi etiam Religionem ingrediendo; Secus autem si sit generaliter legatum pro maritandis virginibus, nam non potest dispensator dare ingredientibus monasteria,

sed

sed tantùm nubentibus pro ut testator reliquit, Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 22. Pac. Jordan. Lucubbr. vol. 2. lib. 9. tit. 1. n. 564. fol. 199. infra nu. 45. &c. Gutierez canon. quæst. lib. 1. cap. 32. n. 20. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 35. n. 29. Mich. Ferro Manriquez Quæst. Vicar. part. 1. quæst. 70. per tot.

Sed sive legatum sit factum certæ personæ, sive generaliter pro maritandis puellis, posse per executores applicari etiam ingredientibus religionem, & hoc Religionis favore probabilius, & servandum, dicit Dian. part. 5. tract. 14. resolut. 35. ubi citat Natt. cons. 296. n. 4. Boer. dec. 3. n. 13. & alios, facit Rot. part. 9. recent. dec. 124. num. 13. vide Mastrill. dec. 153. & latè Fagund. dict. cap. 5. n. 44. & seqq.

Quod legatum pro maritandis puellis civibus, comprehendat etiam illas de Comitatu, cum in favorabilibus, quidquid conceditur civibus, intelligatur concessum etiam Comitativis, vel de Comitato, quia appellatione Civitatis venit Comitatus, quidquid secùs sit in odiosis, vel quando esset adjecta certa qualitas, quæ civibus tantùm conveniret, latè Gratian. decis. 96. per tot. dixi in meis resol. cap. 49. per tot. latè Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. à vers. sic legatum tom. 8. fol. 115. Pont. cons. 51. lib. 1. Capyc. Latr. consult. 69. num. 17. Luca ad De Franch. dec. 316. n. 7.

Contrarium probat Leoncil decis. Ferrarien. 63. per tot. sed vide quæ dixi in §. Appellativa n. 35. & §. Dictio n. 26.

An possit dari puellis expositis, Dian. part. 3. tract. 6. resolut. 63. ubi quòd sic, nisi concurrant aliæ originariæ, quæ essent præferendæ, & ita etiam concludit Ricc. Collect. 2555. Novar. quæst. 161. lib. 1. Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. pr. n. 65. vers. sic legatum fol 50. tom. 8.

An possit dari exteris, & forensibus facit infra n. 68. vers. quod Collegium.

Quòd regulariter electio dictarum puellarum debeat esse libera, nisi expressè sit à testatore qualificata, Rot. part. 14. recent. dec. 332.

Quòd legatum factum viduis, sive orphanis, debeatur etiam illis, quæ habent virum, vel patrem inutilem, qualis esset damnatus ad remum perpetuum, vel ad perpetuos carceres, & hujusmodi, Calvin. de æquit. lib. 3. cap. 246. per tot. An autem semel solutum si fuerit amissum, vel à procuratore consumptum, sit iterum solvendum, latè Carol. Marant. contr. part. 4. respons. 35. per tot. ubi videtur negativè concludere, Spadazz. disq. 46. nu. 36. pag. 113.

43 Legatum relictum pauperibus, non potest ante tempus præstari, quia variari possunt pauperes, ut qui nunc extant, tunc non sint, & è contra, Menoch. de arbitr. quæst. 83. n. 3. vide in §. Hæres n. 50.

Quòd legatum certa die præstandum, non possit ante illum diem præstari, Dian. par. 3. tract. 6. res. 29. versic. 1. vide in §. debitor n. 52. & §. Primogen. n. 19. Facto legato pauperibus, de quibus præsumatur testatorem sensisse, & qui eligi debeant, vel possint, Menoch. lib. 4. præsumpt. 125. per tot. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 93. & seqq. Ricc. Collect. 226. & 522. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 5. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 2. lib. 9. tit. pr. num. 558. &c. fol. 199. vide in §. Heres num. 50. & §. Executor n. 3. Dian. part. 10. tract. 11. resolut. 59. ubi an possit distribui inter duos, vel uni tantùm, & dict. part. 10. tract. 13. resolut. 5. per tot. ubi an sint præferendæ moniales. De Legato facto pauperibus latissimè Emerix jun. decis. 778. 806. 898. 979. 1064. & 1349. De Luc. de Testam. disc. 18. & 19.

Quomodo probetur adimpletum juxta mentem testatoris, Cavaler. decis. 377. per tot.

Quod pauperes de familia primum locum obtinere debeant ex sententia D. Augustini, & per text. in cap. est probanda, distinct. 86. Rot. part. 13. recent. decis. 302. num. 11.

44 Legatum dicitur pium, & debetur ex testamento minus solemni, quod est relictum consanguineo pauperi, cui potius ratione pietatis, quàm consanguinitatis videtur relictum, Gratian. discept. forens. cap. 605. num. 28. &c. Dian. part. 7. tract. 12. resolut. 11. Merlin. decis. 805. ubi quòd probatur etiam ex scriptura Parochi coram duobus testibus, & licèt sit ad favorem suæ Ecclesiæ, Gabriel. Vasquez opusc. moral. tract. de testam. cap. 3. §. 5. dub. 1. nu. 98. fol. 349.

Contra ad aliud propositum, vide Ger. Spin. cons. 28. num. 28. &c. Cavaler. decis. 212. num. 6. & decis. 377. n. 6. dixi in §. Testamentum.

Quando legatum dicatur pium, vel ad pias causas, latè Tiraquell. in proœm. tract. de privil. piæ caus. Franch. decis. 565. Menoch. lib. 4. præsumpt. 115. per tot. ubi 29. exempla adducit, Merlin. decis. 805. facit quod dixi in §. Scriptura num. vide Tusch. littera L, conclus. 106. per tot. cum pluribus seqq. latè Dian. part. 7. tract. 6. resolut. 30. & 31. per tot. ubi singillatim enumerat legata pia, & quæ ad piam causam reduci possunt, Gabriel. Vasquez d. §. 5. per tot. fol. 349. &c. vide Add. ad De Franch. cit. dec. 565. De Luc. de Testam. disc. 17. cum seqq. disc. 45. nu. 4. disc. 36. n. 5. et 6.

Quod legata pia amplientur, & nullam restrictionem patiantur, Gratian. disceptat. forens. cap. 782. num. 16. etc. Tusch. litt. L. conclus. 109. et seqq. Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 488. n. 11.

Distribuenda in pios usus, possunt piis locis applicari; licet in eodem testamento aliis legatis honoratis, Franch. decis. 568.

Quando legata debeantur ex minus solemni voluntate, maximè in foro conscientiæ, latè Magon. decis. Florcn. 58. per tot. et decis. Luc. 32. num. 58. Si tamen defectus procedat ex imperfectione voluntatis non deberi etiam favore piæ causæ, & quando secus, latè Rodulphin. in prax. part. 2. cap. 11. nu. 98. et seqq. per tot. vide in §. Testamentum num. 17. et 18. Vide De Luc. de Testam. disc. 14. et 15. de Fideicom. disc. 108. a n. 11. et alibi.

An, & quando legata pia possint, & per quos commutari de uno usu, ad alium usum, an patiantur detractionem; & alia, Tusch. littera L. conclus. 121. cum pluribus seqq. vide in §. Falcidia, Vasquez ubi supra dub. 3. fol. 350. Quoad Falcidiam vide Fagnanin cap. tua nobis nu. 7. de testam. Quoad commutationem vide infra in novissim. addit. Crescin.

An legata pia sint in hoc privilegiata, ut integra persolvantur, & non minuantur per deductionem æris alieni, vel legitime, Peregrin. dec. 85. num. 1. etc. ubi quòd non. Vide Sanchez. cons. moral. libr. 4. cap. 2. dub. 11. n. 5. Cancer. var. resol. libr. 3. cap. 20. n. 303. Mangil. de Imput. quæst. 118. num. 17. et quæst. 120. n. 28. Ruvit. decis. 87. n n. 2., ubi Altimar. in addit. Capyc. Latr. decis. 12. n. 4. ubi Addent. Carl. Ant. De Luc. ad De Franch. decis. 236. num. 4. Novar. de Privileg. Pauper. privil. 24. Pasqualig. de sacrif. nov. Leg. quæst. 1006. Rot. rec. part. 12. decis. 286. n. 13. Ansald. decis. 66. a n. 19.

Quindecim privilegia legatis competentia colligit Novar. in Pragm. Reg. Collect. 124. num. 8. et seqq.

Qualiter differens legata pia solvere donec à Magistratu compellatur, teneatur ad duplum, vide textus in §. Maleficiis in fine, et in duplum in fine, §. Sed furti, ubi Doctores Institution. de act. facit quod dixi in §. Heres nu. 18.

Legatum dotis factum puellæ quotiescumque nup- 45
serit, vel monialis efficiatur, debetur etiam si in vita testatoris nubat, exactio tamen differtur post illius mortem, Petr. Cabal. consil. decis. 61. lib. 1. Magon. decis. Lucen. 28. per tot. ubi num. 21. quod debetur etiam si tempore facti testamenti esset nupta, vide Tusch. litt. L. concl. 97. et seqq. Ricc. Collect. 1420.

Dicitur pium, & præsumitur relictum pro alimentis, maximè si sit factum pauperi, & in illo venit quod maximum, & non quòd minimum, Gratian. disceptat. forens. cap. 565. num. 8. etc. cap. 666. nu. 5. etc. Menoch. lib. 4. præs. 115. Cavaler. decis. 27. n. 2. etc. et decis. 49. ubi quòd etiam si sit deletum, præsumitur inconsultò deletum, & non adimitur, nisi aliter constet de mente testatoris.

Legatum relictum mulieri pro illa maritanda, se- 46
cundum aliquos peti non potest, si jam nupserit sine illo, cum videatur ob certam causam, qua cessante videtur cessare, & hanc partem in extraneo legante, quid-

quidquid secus in patre, probat Mandel. *consil.* 52. *per tot.*

Contrarium tamen verius esse respondit Magon. *decis. Luc.* 28. *num.* 23. *etc.* quem refert Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 1. *etc.* facit Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 236. *per tot.* latè Cabal. *consil. decis.* 79. *lib. pr.*

Quod hujusmodi legatum non extinguatur, nec compensetur cum dote ab alio soluta, & alia ad rem facientia, vide per Gratian. *discept. forens. cap.* 565. *num.* 25. *etc.* Magon. *decis. Flor.* 7. *num.* 12. *et seqq. per tot.* ubi etiam an tali casu requiratur consensus hæredum in matrimonio, ita ut illo non requisito non debeatur legatum.

Quòd debeatur legatum in dicto casu, cum illius causa per matrimonium jam contractum, non dicatur extincta, sed potius adimpleta, & confirmata, Tiraquel. *tr. Cessante causa limitat.* 18. *per tot. inter reg. divers. fol. mihi* 185. Gratian. *decis.* 213. *in Addit. num.* 5. *etc.* ubi infert ad plura similia, vide Tusch. *litt. L. concl.* 97. *et seqq.* Ricc. *Collect.* 3420. Valenzuel. *consil.* 13. *lib.* 2. ubi latè de hac materia, Joseph. Felin. Cerezo *Margar. var. conclus. verb. Legatum fol.* 143. *col. pr.*

47 Legatum relictum filiæ si nupserit, debetur etiam si monasterium ingrediatur, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 3. *part.* 3. *fol.* 321. *et part.* 6. *fol.* 341. Francisc. *Consult. Moral.* 10. *per tot.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. pr. Prælud.* 2. *num.* 82. *et seqq.* arguendo à matrimonio carnali ad spirituale, Everard. *loc. à matrim. carnal. ad spirit. nu.* 8. Boer. *quæst.* 3. *nu.* 14. Capyc. *decis.* 204. Marsil. *de fidejuss. num.* 127. Ludovis. *decis.* 64. *num.* 24. *etc.* Menoch. *præsumpt.* 148. *lib.* 4. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 15. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 481. *num.* 28. *et per tot. cap.* 533. *nu.* 19. *etc. cap.* 813. *nu.* 20. *etc.* dixi in §. *Dos num.* 29. Sanchez *de matrim. lib. pr. disp.* 33. Gutierez *de sponsal. cap.* 20. idem Ludovis. *decis.* 301. ubi latè probat, & conjecturas contraria resolvit, & Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 130. *per tot. et decis.* 450. ubi benè declarat, dummodò dos quæratur Monasterio, aliàs secus si alteri cedatur, Thom. del Bene *de Immunit. Eccl. part. pr. cap.* 8. *dubit.* 21. *sect.* 3. *per tot. fol.* 335. Sed quid dicendum in foro conscientiæ, vide in §. *Testator in Addit.* latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 13. *sect.* 3. *num.* 202. *tom.* 3. Pen. *decis.* 1660. Lara *de Anniverf. libr.* 2. *cap.* 24. Castil. *contr libr.* 5. *cap.* 90. *nu.* 55. *et de Aliment. libr.* 8. *cap.* 36. *a n.* 8. Ciarlin. *controv.* 218. *n.* 47. Antun. *de Donat. libr. pr. prælud.* 2 §. *pr. num.* 83. Vide De Luc. *de success. disc.* 5. *n.* 12.

Potest tamen Pater declarare, ut majorem dotem habeat filia nubendo, quàm monasterium ingrediendo, Duran. *tract. de condit. et mod. imposs. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 36. *et seqq.* Gratian. *decis.* 40. *in Addit. num.* 11. vide in §. *Pater num.* 18. Tusch. *litt. L. conclus.* 135. *nu.* 4. latè Michalor. *dict. tract. part.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Ludovis. *decis.* 63. *per tot.* Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. dict. decis.* 450. ubi idem si sit ab extraneo factum legatum, vide Thom. del Bene *loc. cit.* ubi contrarium probat Altimar. *loc. cit. num.* 203. *et* 204. Vide Ciarlin. *loc. cit. n.* 45.

Relictum autem alicui si efficiatur religiosus, non debetur in casu nuptiarum temporalium, & quare, Duran. *d. cap.* 3. *num.* 40. *etc.* Ciarlin. *controv.* 218. *num.* 52. & Masotta *disceptat.* 38. *num.* 12. Altimar. *ubi supra n.* 205. Antun. *supr. n.* 85.

Item an factum alicui si Religionem ingrediatur, debeatur pro solo ingressu, vel requiratur professio, Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *resolut.* 56. ubi refert contrarias opiniones, & ipse probat verificari in solo ingressu, omni cessante fraude, aliàs secus si quis ingrediatur cum intentione ingrediendi post consecutionem legati.

An factum pro Monacatu, possit dari mulieribus, quæ cælibem vitam in propriis domibus sub voto ducunt, vide in §. *Sorores num. pr.* Castil. *decis.* 88. Sanfelic. *decis.* 87. *n.* 3. Altimar. *supra n.* 208.

Quid valeat conditio hæreditati, vel legato adiecta, si à matrimonio abstinens religiosus, aut clericus efficiatur, vel ut accipiat plus religionem, aut clericatum assumens, minus autem, si nubat, quia in favorem religionis est adiecta, & alia ad rem, Thom. del Bene *loc. supra cit. sect.* 4. *per tot. fol.* 337.

48 Legatum dotis factum ab extraneo mulieri non nuptæ est conditionale, scilicet si nupserit, factum verò à Patre est purum, nisi ultra illud reliquerit filiæ legitimam, Pract. Pap. *pro leg. rei sing. glos. pr. num.* 66. *cum Addit.* Cravett. *consil.* 101. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 275. *nu.* 21. *etc. cap.* 542. *nu.* 43. *etc. cap.* 943. *num.* 12. *etc.* Grass. §. *Legatum quæst.* 48. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 21. cum aliis per Ludovis. & Beltramin. *decis.* 346. *per tot. et decis.* 495. *nu.* 14. *et* 16. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *per tot.* ubi considerat an dos succedat loco legitimæ, vel non, vide in §. *Dos num.* 13. adde latè Menoch. *libr.* 4. *præsumpt.* 146. *per tot.* Ger. Spin. 81. *num.* 8. Cavaler. *dec.* 112. *num. pr. et decis.* 162. *per tot.* Magon. *decis. Florent.* 4. *per tot.* ubi quod est conditionale etiam factum à Patre, intelligendo prout *infra num. seqq.* vide Tusch. *litt. L. concl.* 100. *et seqq* Mastrill. *decis.* 78. *par.* 1. Ricc. *Collect.* 708. Sanfelic. *decis.* 87. ubi quòd factum ab extraneo est conditionale, nec debetur volenti castè vivere in propria domo, vel adversa valetudine impeditæ nubere, Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 450. ubi quòd est conditionale, & non debetur, nisi legataria nupserit, aut monasterium ingressa fuerit, nec potest alteri cedi, adde Rot. *part.* 18. *recent.* 211. *per tot.* ubi an, & quando legatum dotis ab avo, vel proavo factum, sit purum, vel conditionale, & *decis.* 408. in eadem causa, ubi fuit præcedens decisio confirmata, Baitel. *de ult. volunt. decis.* 83. *per tot.* ubi quòd est conditionale, sive substantiæ, sive executioni apponatur præstatio, & idem esse etiam si sit factum à patre quando extat statutum excludens filiam simpliciter, quia licet pater teneatur dotare, non tamen arctatur nisi tempore matrimonii, & sic legatum est conditionale, Fontanel. *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 3. *per tot. fol.* 302. *etc.* ubi vel plenè an, & quando legatum pro dote sit conditionale, purum, & transmittatur ad hæredes, vel non, *et dict. gloss.* 3. *part.* 4. *fol.* 327. ubi etiam quid si testator dixerit si nubat tali, & *part.* 5. *fol.* 332. ubi quid si dixerit ut nubat de consensu & licentia talis, vel ne nubat tali, & alia plura ad rem, de quibus etiam Mans. *consult.* 315. *per tot. lib.* 4. & Antunez Portogal. *de donat. Reg. lib. pr. præl.* 2. §. *pr. nu.* 13. *et seqq.* Em. De Luc. *de dot. disc.* 14. *de legat. disc.* 59. Pen. & Crescin. *decis.* 1660.

Legatum conditionale, mortuo legatario ante conditionis eventum, quando transmittatur, vel non ad hæredes legatarii, Mans. *consult.* 425. *lib.* 5. & dixi ego latè in hoc §. *nu.* 10. *et seqq.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *decis.* 14. *n. pr. vol.* 2.

Quòd legatum factum puellæ ab extraneo postquam certam ætatem compleverit, & nupserit, sit conditionale, tam respectu temporis, quam nuptiarum, ita ut si puella etiam post completam ætatem, sed innupta decesserit, illud non transmittat ad suos hæredes, sed remaneat penes hæredes legantis, refutata opinione tenentium, quòd conditio nuptiarum potius intelligatur adiecta ad designandum tempus, quam substantiam legati, latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 291. & Baitel. *dict. decis.* 83. *per tot.*

Quòd debeatur licet sit incertum, vide in §. *Dos num.* & debeat quantitas declarari infra annum ab hærede, Magon. *decis. Flor.* 7. *num.* 21. *etc.*

Factum filiabus an recipiat onus reciprocæ substitutionis, vide in §. *Fideicommissum num.*

An accrescat de una ad aliam, vide in §. *Jus accrescendi num.*

Relictum filiabus nubendis, quando dicatur conditionale, vel purum, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 124. *num.* 3. *et seqq.* latè Boss. *de dot. cap.* 7. *num.* 91. *et seqq. per tot. fol. mihi* 255. *etc.*

49 Legatum factum à Patre, an succedat loco legitimæ, an videatur filia ex illo dotata, & an statim peti possit, vel differatur in tempus nuptiarum, Pract. Papp. *pro leg. rei sing. gloss. pr. nu.* 69. *etc.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 70. *n.* 26. *etc.* Magon.

gon. decis. Flor. 24. num. 5. etc. ubi quòd est conditionale, quando dos vigore statuti non succedit loco legitimæ. Addit. ad eumdem Magon. decis. Luc. 28. num. 24. littera C. vide in §. Dos nu. 3. et §. Pater num. Tusch. litt. L, concl. 100. et seqq. Rot. part. 10. recent. decis. 123. num. 13. et seqq. et part. 15. decis. 10. num. pr. et seqq. ubi quòd relictum à patre filiabus innuptis, etiam nulla facta mentione nuptiarum, intelligitur pro dote sortita naturam legitimæ, à qua omne reiicitur onus, & part. 16. decis. 180. adde latè etiam Boss. de dote cap. 7. n. 57. et seqq. fol. 248. etc. Bertachin. vot. 39. a nu. 14. et vot. 874. a n. 5.

Quòd legatum dotis factum à patre, ubi dos vigore Statuti non succedit loco legitimæ, & quando verba illa, pro dote, sunt apposita substantiæ legati, & non solutioni, & executioni, sit conditionala, & non transmittatur à filia decedente ante nuptias pulchrè Altograd. consil. 87. num. 6. et seqq. lib. pr. Rota part. 10. recent. decis. 123. num. 13. et seqq. ubi quòd vigore Statuti Urbis non succedit loco legitimæ, nec transmittitur, & alia, sed contrarium quod imò vigore Statuti Urbis cap. 141. succedat loco legitimæ firmat Rot. part. 15. recent. decis. 80. n. 12. et seqq. et part. 16. decis. 100.

Si verò legatum superet legitimam, & sit purum, an transmittatur in totum, vel solum pro quantitate legitimæ, idem Altograd. dict. cons. 87. num. 28. et 29. lib. 9. ubi refert Gratian. disceptat. forens. cap. 542. nu. 54. tenere transmitti in totum, sed ipse contrarium verius esse ostendit, nempè transmitti tantum pro quantitata legitimæ, facit Emin. De Luc. de Dot. disc. 14. num. 4. et 5. et de Legat. disc. 59. nu. 4. Mantiss. ad De Luc. lib. 10. decis. 24. et decis. 25. vol. 2.

Quid importet legatum quod filia vidua possit redire in domum testatoris, Tusch. litt. L. conclus. 203. per tot.

An autem, & quando legatum factum à patre, vel à matre imputetur in legitimam filia debitam, vel non, ita ut utrumque nempè legatum, & legitima debeatur, vel unum tantum pendet à conjecturis, ut per Bich. decis. 80. & 137. per tot. & alios citatos in §. Legitima num. 38. melius idem Bich. in eadem causa decis. 168. per tot. supra nu. 32. & seqq.

30 Legatum factum filiæ quot annis donec vidua manserit, illa nubente in principio anni, debetur pro toto illo anno, ac si esset completus, & idem ast in similibus legatis annuis, leg. filia, & leg. à vobis, ff. de annu. leg. Pract. Papp. pro leg. rei sing. glos. 2. nu. 48. Grat. discept. for. cap. 471. nu. 23. &c.

Legata enim annua cedunt legatario, & illi debentur in principio cujuslibet anni, tam quoad petitionem quam quoad transmissionem, quia primo anno sunt pura, & pro sequentibus conditionalia si legatarius vivat, & ideò debentur, etiam si paulò post inceptum annum decedat, nisi appareat ex conjecturis de contraria mente testatoris, vel nisi essent præstanda de fructibus ex certo fundo recolligendis, quia tunc deberentur non in principio anni, sed in tempore recollectionis, ut benè probat Altograd. cons. 72. nu. 13. &c. per tot. lib. 2. vide supra nu. 27. & seqq.

31 Legatum factum per Amasium suæ concubinæ, vel meretrici, sive è contra per concubinam Amasio, quando valeat, vel non, vide Gratian. disceptat. forens. cap. 31. per tot. & dixi in §. Donatio num. 53. ubi adde Urceol. tract. de transact. quest. 39. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 3. quæst. 3. Rot. part. 26. recent. decis. 47. per tot. ubi pro validitate donationis factæ ab adultero ad favorem adulteræ, vel similium, personarum, etiam monialium, tam in foro fori, quam in foro conscientiæ, quia quidquid turpiter agant, non turpiter accipiunt ex causa concubitus. Clerici tamen vigore Constitutionis B. Pii V. prohibentur disponere de bonis tam ab Ecclesia quæsitis, quam patrimonialibus ad favorem filiorum illegitimorum, eorumque matris, Rot. part. 18. recen. decis. 489. nu. 5. & seqq. vide etiam in §. Meretrix num. 12. & §. Filiatio n. 9. Vide Bertachin. vot. 12.

32 Legato fundo alicui in proprietate, & alteri in usufructu, concurrunt legatarii ad medietatem fructuum, & idem est in habitatione, leg. si aliis, & leg. Sempronius, §. fin. ff. de usufr. leg. ubi DD. Cravet. consil. 187. nu. pr. Rolan. cons. 8. lib. 2. Soccin. jun. consil. 215. lib. pr. latè Gratian. discept. forens. cap. 350. per tot. facit quod dixi in §. Hæres numer. 9. & §. Testator num. 7. Rot. part. 12. recent. decis. 99. num. 15. &c. dec. 280. per tot. ubi idem concludit in censu, ut supra legato, intelligendo de legato particulari, & Cabal. consil. decis. 132. num. 5. & 6. lib. 2. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. cap. 227. & 350. num. 4.

Quando detur, vel non hujusmodi concursus, Sperell. decis. 145. num. 29. & 30. latè Tuschus litt. L. conclus. 79. per tot. Rot part. 12. recent. decis. 99. num. 5. & seqq. & part. 14. decis. 502. num. 2.

Quòd legatum usufructus omnium bonorum, sit compatibile cum legato proprietatis alicujus rei particularis etiam eidem personæ facto, sicut & cum legato alimentorum, & sint duo legata separata, quæ invicem non confunduntur, sed utrumque sit præstandum, vide Altograd. cons. 88. num. 39. &c. lib. pr. Corn. consil. 308. per tot. lib. 4. Tusch. litt. L. conclus. 125. per. tot. ubi quando factum in genere, & in specie eidem personæ debeatur utrumque sive generi per speciem derogetur.

Si testator rem, quam uni legavit, alteri posteà leget, an legatum dicatur primo ademptum, latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 137. per tot.

Legata domo, vel stantia, quæ veniant in hujusmodi legato, & quid operetur expressio confinium, pulchrè Gratian. disceptat. forens. cap. 657. num. 18. & per tot. vidè in §. Appellativa num. 38. 33

Quòd legatum domus, etiam nullo addito signo universali, comprehendat totam domum, quam testator habitare solebat, leg. uxori, ff. de leg. 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 775. per tot. cap. 947. nu. 3. & si fuerit dictum pro ea parte, quam testator inhabitabat, & incertum sit, quam partem habitaverit, pariter comprehendit totam domum, idem Gratian. cap. 946. num. 43. &c.

Quòd imò non intelligatur de domo illa splendida, & ampla, quam testator cum uxore consuevit habitare, sed de illa, quæ convenit qualitati viduæ, & modicæ familiæ, vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 106. nu. 7. &c. ubi tamen loquitur in diversis terminis à supradictis, & vide in meis resolut. cap. 10. num. 17. & seqq. & in hoc opere, §. Uxor num. 25. in fin.

Legatum domus cum instrumentis quid contineat, Menoch. lib. 4. præsumpt. 154. num. 18. & per tot.

Quòd legatum domus cum omnibus in ea existentibus, non contineat instrumenta, & pecuniam, leg. si mihi Mævia 90. ff. de leg. 3. leg. uxori, & §. legaverit, ff. eodem, Jason. in leg. singularia nu. 28. ff. si cert. pet. & in leg. non utique, §. Item Julianus ff. de ea quod cert. loc. Joseph. Felic. Cerezo Margar. var. concl. verb. Legatum col. 2. fol. 741.

Legata domo, vel vendita an veniat hortus, sive viridarium, & stabulum, Gratian. discept. forens. cap. 896. num. 28. &c. Viv. comm. opin. 202. vide in §. Appellativa num. 38. & in §. Venditio num. 51. Vide De Luc. de Legat. disc. 8. a n. 2.

Quòd legatum domus, vel habitationis comprehendat etiam apothecas sub illa existentes, maximè si verificentur confines expressi; vel adsit dictio, totius Gratian. discept. forens. cap. 775. per tot. Viv. dict. comm. opin. 202. Menoch. lib. 4. præsumpt. 129. per tot. ubi etiam quæ ex duabus legata præsumatur, latè Rot. part. 10. recent. decis. 77. per tot. ubi an, & quando sub legato domus veniant apothecæ, & remissæ pro thædia, vel curribus, sive non, & iterum in eadem causa decis. 304. per tot. dict. part. 10. ubi fuit confirmata prima decisio. Vide De Loc. dict. disc. 8. a num. 2.

Quod legatum domus factum simpliciter, & in genere, sit derisorium, & inutile, ubi testator nullas domos in patrimonio suo habebat, ita ut hæres non teneatur aliam domum extra patrimonium testatoris quærere, l. si domus, ubi Alexand. & Jas. ff. de legat. 2. Diaz. reg. 412.

Si verò testator domus habebat in patrimonio, censetur unam ex illis legasse ad electionem hæredis, nisi aliter appareat ex conjecturis, Socin. reg. 492.

Et

Et si fuerit legata domus habitationis testatoris, intelligitur de domo, in qua ordinariè habitabat, non autem ex accidenti, Rom. *consil.* 264. *num.* 4. Menoch. *præs.* 129. *n.* 2. *lib.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 278. *n.* 8. Plura de Legato domus Camarel. *de legat. libr* 3. *tit. de Domo legat. per plures quæst.*

54 Legatum apothecæ comprehendit etiam domum ad illius usum destinatam, sicut legatum vineæ continet arundinetum annexum, si tempore mortis testatoris serviat ad hujusmodi usum, nec fuerit mutata destinatio, aliàs secus, & quid in similibus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 126. *per tot.* vide Rot. *part.* 20. *rec. dec.* 77. *&* 304. *per tot.*

55 Legato lecto, regulariter continentur omnia illius ornamenta, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 138. *num.* 23. *&c. cap.* 610. *n.* 12. *&c.* Barbos. *de appellat. verb. signific. appell.* 126. *per tot.* Surd. *dec.* 250. *ubi nu.* 10. *&c.* benè distinguit. Brunnemann. *in l.* 52. *ff. de Legat.* 3.

Quam interpretationem recipiant legata dubia, & obscura, latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 506. *per tot.* Surd. *d. dec.* 150. *per tot.* ubi de legato librorum facto I. C. an legales tantùm libros, vel alios quoque contineat, *infra num.* 64. *in fin.* latè Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 260. *per tot. supra n.* 1. *in fine, & num.* 19. *in fin.* Vide Bary *de success. libr.* 9. *tit. de legat. libr.* Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 150.

56 Legato fundo, & postea ei aliquo adjecto, debetur non tantùm fundus, sed etiam id, quòd illi fuit adjectum, *l. quod in rerum* 24. *§. Si quis, ff. de legat.* 1. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 782. *nu.* 7. *&c.* Barbos. *de appellat. verb. signific. appellat.* 203. *sub num.* 1. *& de Axiom. jur. Axiom.* 34. *num.* 9. Surd. *dec.* 241. *per tot.* ubi quòd legato fundo sito in certo loco (non obstante expressione loci, quæ solet restringere) veniunt etiam prædia alibi existentia, quæ tamen à testatore fundo legato erant unita, & annexa, ac eodem sub vocabulo nuncupata, cùm destinatio, & opinio testatoris sit attendenda in iis, quæ ab ejus voluntate dependent, *vide in §. Fundus num. §. Locus num. §. Dispositio num. §. Donatio num.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 127. Tusch. *litt. I. concl.* 59. *n.* 13. *& seqq.* Odd. *consil.* 11. *per tot.* Gabr. *consil.* 93. *nu.* 4. *lib.* 1. Burgn. *dec.* 6. *in princ. lib.* 1. Bartel. *de ultim. volunt. dec.* 86. *per tot.* Brunnemann. *in dict. l.* 24. *ff. de Legat.* 1. Vide De Luc. *de Jurisdict. disc.* 85. *n.* 4.

Legatum fundi simpliciter quid contineat, & quid fundi instituti, vel fundi, & instrumentorum, idem Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 154. *per tot.* Tusch. *litt. L, concl.* 123. *per tot.* Borgnin. *dec.* 44. *n.* 138. *&c.* Brunnemann. *in l. quæsitum* 12. *ff. de instruct. vel instrum. legat.*

Quòd legatum certi fundi, contineat quidquid sub tali nomine nuncupabatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 947. *num.* 28. *&c.*

Quòd omne augmentum superveniens spectet ad legatarium, & quando secus, vide Diaz. cum aliis ab eo citatis *reg.* 724. *per tot.* dixi in *§. Augmentum num.* 9. adde Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. *§.* 4. *dub.* 4. *per tot. fol.* 345.

Sed imò omne augmentum legati factum à testatore post conditum testamentum cedere ad favorem hæredis, & non legatarii, nisi legatum sit factum in piam causam, vel conjunctæ personæ, pluribus comprobat videndus Marta *vot. Pis.* 6. *per tot.*

57 Legato armento continentur boves, & animalia grossa, non autem pecudes, capræ, & alia animalia minuta, *l. boves*, ubi Rebuff. *ff. de verb. signific.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 24. *per tot.* Camarel. *de Legat. libr.* 3. *tit. de arment. legat. pag.* 271.

Legatis autem equis, veniunt etiam equæ, cùm in legatis masculinum contineat fœmininum, nisi aliud ex conjecturis appareat; non tamen veniunt equi venales, si expressit de suis, sed illi tantùm, quos testator sui usus gratia habebat, nisi aliter appareat de ipsius voluntate, Barbos. *d. tract. appell.* 90. *n.* 1. *&c.*

Quòd legato animali, eo mortuo neque pellis, sive corium, neque caro debeatur, intelligendo si mors contingat vivo testatore, aliàs secus, *l. Mortuo bove, ff. de legat.* 2. ubi glos. & Bart. Gomez. *de ult. volunt. cap.* 12. *nu.* 16. Joseph. Feliv. Cerezo *Margar. var. conclus. verb. Legatum fol.* 241. Brunnemann. *in cit. leg.*

58 Legans debita sua, intelligitur legasse acquisitivè, idest credita sua, & jura exigendi contra suos debitores, Bardellon. *consil.* 190. *num.* 9. *&c. lib.* 2.

Quòd legans omnia bona mobilia, & immobilia, non videatur legare nomina debitorum, Addit. ad Pract. Papp. *libell. pro leg. rei sing. gloss.* 1. *verb. omnes res mobiles*, vide supra *num.* 22.

Legans debitori rem obligatam, censetur tantùm legare jus pignoris, quod poterit debitor liberè consequi ante solutionem debiti, non autem videtur legare principale debitum, nisi legaverit chirographum, Neguz. *de pign. part.* 6. *memb.* 3. *n.* 20. *&c.*

Legans rem aliquam, si illam non possideat, sed in ea habeat jus pignoris, censetur hujusmodi jus legasse, Cavaler. *decis.* 503. *num.* 4.

Legans rem, censetur legasse omnem actionem sibi competentem in dicta re, ad rem, pro re, & occasione rei, & etiam actionem de evictione rei, & non solùm jus actuale, sed etiam potentiale, Ger. Spin. *consil.* 19. *num.* 47. *& seqq.*

An autem legans aliquid debitori suo, censeatur etiam debitum remisisse, Carol. Rota *in ejus Florileg. conclus.* 26. *per tot.* ubi concludit pro hærede, ut soluto legato exigat debitum à legatario.

59 Legatum nominis debitorum factum sive ipsimet debitori, sive alteri, si nihil debeatur, esse præstandum etiam si certa quantitas fuerit expressa, vide Surd. *decis.* 142. *n.* 4. *& per tot.* Latè Tusch. *litter. L. conclus.* 60. *&* 61. *per tot.* Martha *vot. Pisan.* 170. ubi quòd legato nomine debitoris, hæres cedendo actiones legatario liberatur, in tantum, ut nec etiam expensas legatario præstare teneatur pro consecutione legati, sed legatarii periculo sit vindicandum, & quando legatum dicatur tale, licèt videatur in duabus orationibus factum, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 651. *per tot.* ubi quòd nec etiam requiritur cessio, sed ipso jure transit in legatarium, cui etiam, & non hæredi imputatur inexigibilitas, nec tenetur hæres notificare legatum, sed sufficit quòd interpellatus non sit in mora. Vide Galganett. *de condit. & demonst. part.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 1.

An autem debitoris nomine legato veniant anteacti, sive præteriti temporis fructus, & usuræ, latè idem Surd. *dec.* 88. *per tot.* Franch. *dec.* 254. *per tot.* Ubi Add. Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 88.

Plura de liberatione legata, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 625. Bich. *decis.* 332. *num.* 4. *& seqq.* & habetur inter recent. *par.* 10. *dec.* 144. Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. *§.* 4. *dub.* 11. *fol.* 349. ubi etiam quòd legatum liberationis factum debitori prodest etiam fidejussori, factum verò fidejussori non prodest debitori.

An dicatur revocatum per illius exactionem, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 168. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 251. Ubi De Luc.

Quid contineat legatum generalis liberationis, Tusch. *litt. L, conclus.* 126. vide *in §. Liberatio nu.* 21. Vide Brunnemann. *sup. ff. tit. de liber. legat.* De Luc. *de Dot. disc.* 99. *de Credit. disc.* 159. *de Legat. disc.* 15.

Quod legatum factum à creditore debitori comprehendat etiam debitum in diem, quidquid secus sit in legato facto de eo, quod alius debet Thes. *dec.* 235. cum aliis per Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 17. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 96. *&* 124. in quibus fuit confirmata prima decisio, & vide Vasquez *loc. supra cit.*

60 Legatum census continet tantùm jus exigendi annuam responsionem, non autem sortem principalem, quæ in casu redemptionis erit restituenda hæredi, & non legatario, Rot. per Ludovis. penes Gratian. *discept. forens. cap.* 446. *n.* 31. Cens. *de Cens. qu.* 72. *nu.* 24. *&c.* Guid. Pap. *decis.* 264. Sperel. *dec.* 177. *n.* 66. dixi in Praxi, *§. Legati num.* 11. Fontanell. *dec.* 539. *et seqq. et dec.* 542. ubi quòd est reinvestienda ad favorem legatarii, aliàs facilè esset illum deludere, facit Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 280.

An autem fructus maturati vivente testatore spectent ad hæredem, vel ad legatarium tamquam accessorii, Franch. *decis.* 254. ubi quòd spectant ad hære-

dem, cùm non considerentur tamquàm accessorii, sed de per se stantes. Castill. *dec. Sicil.* 4. Vide supra *sub n.* 59.

Non extinguitur per redemptionem census factam vivo testatore, nisi aliter probetur de illius voluntate, cùm hujusmodi alienatio dicatur ex necessitate, ita disponente Bulla Pii V. de censibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 251. *num.* 65. *cap.* 316. *n.* 1. *etc.* cum aliis per Cenc. *de cens. q.* 72. *num.* 30. *etc.*

Legatum censetur revocatum per voluntariam alie-
61 nationem rei legatæ, non autem per necessariam, adeò ut non reviviisceret, licèt postea fuerit per alienantem recuperata; si tamen esset factum ad pias causas, vel conjunctæ personæ non videretur revocatum per quamlibet alienationem, Petr. Cabal. *consil. dec.* 80. *libr.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 172. *in princip. cap.* 251. *num.* 24. *etc. cap.* 422. *nu.* 17. *etc.* Pract. Pap. *libell. pro leg. rei sing. glos.* 1. *n.* 18. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 167. *per tot.* Socin. *reg.* 176 *per tot.* Franch. *dec.* 283. Ger. Spin. *consil.* 13. *num.* 69. *etc.* & melius *consil.* 75. *per tot.* ubi quando non censeatur revocatum per donationem universalem subsequentem, adde Paul. Christin. *dec.* 33. *per tot. volum.* 4. ubi plurea casus distinguit, nempè per donationem censeri revocatum, non autem per pignorationem, in aliis verò alienationibus dicendum ut supra. De Luc. *De Legat. disc.* 48., *et disc.* 55. Pen. *decis.* 19. *n.* 12. Adden. ad Franch. *decis. cit.* Idem De Luc. *de Don. disc.* 24. *num.* 3.

Qualiter censeatur etiam revocatum per pignorationem rei legatæ factam à testatore, Gratian. *d. cap.* 272. *num.* 3. *&c. d. cap.* 151. *num.* 44. *&c.* ubi distinguit, & melius in *d. c.* 422. *num.* 17. *&c.* Menoch. *d. præs.* 167. *n.* 41. *&c.* Diaz. *reg.* 738. Tiraquell. *de retract. lignag. in præfat. num.* 36. ubi limitat nisi res legata fuerit majorum, quia tunc militat præsumptio redemptionis.

De legato speciei, an extinguatur alienatione, hypothecatione, translatione, & mutatione de una specie in aliam, sive mutatione formæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 251. *per tot. cap.* 256. *n.* 28. *&c.*

Quando destructione, vel refectione, & mutatione formæ rei legatæ dicatur ademptum legatum, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 171. *per tot.*

Qualiter legatum speciei, vel quantitatis debitæ ex certa specie determinata extinguatur perempta illa specie, Gratian. *discept. forens. cap.* 62. *num.* 12. *&c.* Tusch. *littera L. conclus.* 83. De Luc. *de Legat. disc.* 21. *n.* 7. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 7. *sub n.* 8.

Quid de diminutione contingente in rebus particulariter relictis, idem Grat. *cap.* 570. *n.* 8. *&c.*

An & quando legatum ademptum, & revocatum præsumatur adempta, & revocata conditione, vel modo illi appositis, & adjectis, Menoch. *l.* 4. *præsump.* 169. *per tot.* vide *in §. Conditio n.* *& §. Modus nu.* Vide De Luc. *de Legat. disc.* 22. *& disc.* 32.

Quid si fuerit solutum à testatore vivente, vide *in §. Testator num.* 4. De Luc. *de Legat. disc.* 51. 54. *&* 60.

Item quando censeatur revocatum propter supervenientem inimicitiam inter Testatorem, & legatarium, idem Menoch. *lib.* 4. *præs.* 170. *per tot.* vide in §. *Inimicitia n.* Rom. *sing.* 169. Tiraquel. *tr. Cessante causa n.* 127.

Ex quibus legatum dicatur revocatum, vel non, latissimè Tusch. *litt. L. conclus.* 138. *per tot.* Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. *§. pr. dub.* 6. *fol.* 337. Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1280. *nu.* 158. ubi quòd revocatio non præsumitur, sed est probanda ab allegante, & ex quibus inducatur plenè. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Legatum quoad revocationem.*

Quando perdatur per transitum ad secunda vota, vel non, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 136. dixi in §. *Dispositio n. & §. Mulier num.* De Luc. *De Legat. disc.* 24. *n.* 11., *et* 46. *n.* 6.

Quòd legatum pecuniarum non censeatur revocatum per illarum exactionem à testatore factam, si postea supervixit, & legatum non revocavit, quia voluntas non censetur mutata, nisi ademptio evidenter probetur, maximè in legatis piis, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 117. *n.* 5. *et seqq.* Vide De Luc. *de Legat. disc.* 38. *n.* 5.

Legatum relictum sub conditione, *si ambo hæredes sine filiis decesserint*, licèt in ultimo tantùm verificetur conditio, debetur respectu illius portionis, nisi 62
superstit persona, quæ verisimili mente testatoris legatarium excludat, quia etiam in legatis particularibus pluralitas resolvi potest in suas singularitates, ut benè probat Ger. Spin. *consil.* 86. *&* 87. *per tot.* vide *in §. Conditio num.* *§. fideicommissum num.* *& §. Substitutio n.*

Quid autem si hæres gravatus sub dicta conditione efficiatur monachus? an debeatur legatum, & cui, & si non debetur prædefuncto legatario, si deindè naturaliter moriatur hæres, an spectet ad hæredes legatarii, vel ad monasterium, latè Carol. Rota *in Florileg. concl.* 8.

Legatum tutori relictum, an intuitu tutelæ dicatur re- 63
lictum, ita ut alio tutore postea dato, dicatur ademptum, vide Surd. *dec.* 38. *per tot.* Vide Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 38. De Luc. *de Legat. disc.* 22. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *nu.* 1280. *vers. sic si tom.* 8.

Quòd præsumatur relictum ut tutelam gerat, & ideò illo recusante regulariter amittatur, vide *in §. Tutela num.* 61. latè Tusch. *litt. L. conclus.* 94. ubi idem concludit in alio officiali dato in testamento. Latè Altimar. *de nullit. rubr.* 2., *&* 3. *q. pr. sect. pr. nu.* 1280. *tom.* 8. Vide De Luc. *de tutor. disc.* 11. *nu.* 10. *de legat. disc.* 22. *disc.* 46. *de servit. disc.* 50. *à nu.* 7. Carol. Ant. De Luc. *de plural. bom. leg. cap.* 75. *n. pr.*

Non tamen amittitur si ob defectum ætatis, vel aliud impedimentum nequeat legatarius tutelam subire, Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 43. *num.* 11. Altimar. *loc. cit.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. cap.* 75. *in fin.* Mans. *consult.* 62. *& seqq.*

Legatum factum alicui quamdiù permanserit in furore, resolvitur cessante furore, & si contingat illum 64
decedere furiosum transmittitur ad hæredes, nec resolvitur, *l. ambiguitatem, Cod. de usufruct.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 563. *num.* 19.

Legatum scutorum mille, vel alterius summæ fa- 65
ctum Mutinæ, vel alio in loco, & solvendum Romæ, vel alibi, stante diversitate valoris scutorum in hujusmodi locis, de qua moneta sit solvendum, & cujus loci valor sit attendendus, cessante conjectura mentis testatoris, de qua moneta intellexit, in dubio est intelligendum de minori, & currente in patria testatoris, *l. nummis, ff. de legat.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 565. *per tot.* facit Surd. *dec.* 227. *per tot.* Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. *§.* 4 *dub.* 6. *fol.* 346. & quod dixi in §. *Promissio num.* Merlin. *decis.* 97. *num.* 10. *&c.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 17. *et decis.* 124. ubi quando intelligatur de majori, ex consuetudine, & usu Testatoris, notarii rogati, ac etiam legatarii personæ ipsi testatori prædilectæ, *et part.* 17. *decis.* rot. in eadem causa, ubi fuerunt confirmatæ primæ decisiones. Vide Brunnemann. *in dict. l. nummis* 75. Bary *libr.* 9. *tit.* 4.

Quòd tamen favore dotis, & piæ causæ immediatè Deum respicientis, intelligatur legatum de majoribus aureis, & non de minoribus, Surd. *decis.* 298. *per tot.* Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

De legato pecuniarum, vel facto in pecunia, quod non possit solvi in bonis stabilibus, sed solvendum sit in pecunia, & quando secus, Rot. in selectis per Farinac. *p. pr. tom. pr. dec.* 203. *per tot.* vide in §. *Debitor n.* 44. Vide Emeria jun. *decis.* 918. *n.* 3.

Legatum factum sub conditione restituendi hære- 66
di scripto, quatenus legatarius decedat sine filiis, an si hæres priusquàm conditio eveniat moriatur, revertatur ad ejus hæredes, vel potiùs transmittatur ad hæredes legatarii sine filiis mortui, Gratian. *discept. for. cap.* 612. *per tot.* facit *supra n.* 39.

Legata cum omnibus dispositis in testamento fir- 67
ma remanent, licèt illud sit nullum ex causa præteritionis, propter quam vitiatur sola institutio, nisi præterito fuerit facta ignoranter, quo casu annullarentur omnia vide Gayl. *observ.* 113. *lib.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 398. *nu.* 6. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*

sumpt. 32. *n.* 20. *&c.* dixi in §. *Præteritis per tot.* & §. *Testamentum n.* 27. Tusch. *litt. L. conclus.* 50. *per tot.* ubi latè Paul. Christin. *decis.* 9. *per tot. vol.* 4. & *dec.* 200. *vol.* 5. Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 332. *num.* 2. & 3. Vide De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 181. *per tot.*

Si tamen hujusmodi legata absorberent totam hæreditatem, non deberi, vide Magon. *decis. Luc.* 32. *in fin.* ubi allegat Clar. *in* §. *Testamentum quæst.* 46. *in fin.*

Quòd legata non debeantur ex testamento nullo, & invalido, *l. Titia, ff. de inoff. testam.* & *l. si non scire, C. de test. manumiss.* Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 467. *n.* 10.

68 Legatum factum alicui cùm doctorabitur, intelligitur præcedente congruo examine, & non debetur ei, qui solo verbo Principis fuit creatus Doctor, Gratian. *discept. for. cap.* 186. *n.* 78. *&c. c.* 217. *n.* 87. *&c.* facit Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 804. *per tot.*

Quòd legatum factum in subsidium studii, sit præstandum ubi legatarius studio incumbit, & in loco ubi semel præstari cæpit, dicatur pium, & habeat omnia privilegia piæ causæ, idem Gratian. *discept. for. cap.* 62. *nu. pr. &c.* Rota *part.* 13. *rec. decis.* 484. *per tot.* ubi quòd est latè interpretandum, & factum pro substentatione in studio publico importat alimenta, tam pro victu, quàm pro aliis necessaria ad studia, quæ taxari debent arbitrio judicis juxta consuetudinem loci, in quo debent præstari, & non patriæ studentis, & fuerunt taxata in scutis quindecim menstruis non obstante quòd priùs fuerint præstita in scutis octo, vide in §. *Alimenta n.* 14. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 397. & 398. ubi quòd debeant taxari secundum consuetudinem loci, & in qua summa taxentur Ravennæ.

Intelligitur si legatarius ita profecerit, ut ad Doctoratum perveniat, Dec. *consil.* 177. Jas. *consil.* 149. *lib.* 4. cum aliis per Menoch. *de arbitr. cas.* 237. *n.* 31. *&c.* ubi tamen ipse firmat, sufficere si per legatarium non stet, quin studia perficiat, & contrarium procedere ubi fuit adjecta conditio, si legatarius perfecerit studium, & non aliter, nec alio modo, Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 56. *in fine*, ubi quòd sufficit ut fiat aptus ad gradum Doctoratus, licèt de facto illum non assumat, facit latè Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 804. *per tot.* ubi quòd debent concurrere omnes conditiones, & qualitates à testatore requisitæ in legatariis, aliàs non debetur legatum, & quando debeatur eadem Rot. *par.* 19. *rec. decis.* 126. *per tot.* Vide De Luc. *de Regul. disc.* 34. *n.* 8. *de Legat. disc.* 68. *a n.* 9.

Quòd Collegium erectum pro alendis, & instruendis juvenibus studiosis, intelligatur ordinatum pro Concivibus testatoris, non autem pro exteris, licèt patriæ testatoris aggregatis, vel vicinis, Coro. *consil.* 39. *n.* 4. *lib. pr.* Cabal. *consil.* 17. *n.* 65. *lib.* 2. cum aliis per Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 296. *per tot.* & *decis.* 368. *per tot. in eadem causa confirmata*, & *part.* 21. *dec.* 84. ubi cujus ætatis, & qualitatis esse debeant pueri recipiendi juxta Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 18. & an illi præsumatur se conformasse testator, vel non, & *decis.* 370. *d. p.* 21. *in Append.*

Legatis autem libris, quos testator habebat, an veniant alii postea empti, & alia de legato librorum, Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 133. *per tot. supra n.* 55. *in fine*, & *n.* 19. *in fine*. Et an hujusmodi legatum factum Juris consulto comprehendat omnes libros de quacumque materia Spadaz. *disq.* 48. *n.* 36.

69 Legatum factum amico intimo debetur etiam ex testamento minus solemni, vel inter liberos, cùm in eo intelligatur clausula codicillaris; qualis autem debeat esse hujusmodi amicitia, quæ non potest stare sine virtute, latè Gratian. *discept. for. cap.* 200. *n.* 8. & *per tot. cap.* 611. *n.* 13. *cap.* 930. *n.* 15. *&c.*

Et quis dicatur amicus intimus, cùm valeat legatum rei alienæ illi factum, remititur arbitrio Judicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 146. *per tot. infra n.*

70 Legatum factum alicui sub conditione, *ne nubat tali*, amittitur ea non servata, licèt matrimonium cum tali contractum esset nullum, & etiam amittitur vivendo inhonestè cum illo, absque matrimonio, Gratian. *discept. forens. cap.* 213. *nu.* 4. *&c.* vide in §. *Conditio num.* §. *Mulier. n.* & §. *Pœna n.*

Legatum rei emphyteuticæ, seu feudalis, vel ususfructus debiti testatori super re aliena, qualiter non valeat, Ant. Gob. *consult.* 75. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 6. *part.* 6. *nu.* 37. & *seqq. fol.* 341. ubi valet pro dote, tanquam collatum in tempus, quo omne jus legantis remanet extinctum, & an superveniente in eo proprietate reconvalescat, Grat. *discept. for. cap.* 237. *per tot.* Vide De Luc. *de Feud. disc.* 12. 18. 21. & *de Legat. disc. pr.* Boscol. Parmens. *in contr. feud. art.* 6. *ex n.* 77. inter oper. ejusdem De Luc. 71

Quod sustineatur saltem quoad æstimationem ubi constat de enixa testatoris voluntate, etiam si agatur de bonis emphyteuticis Ecclesiæ, latè Gratian. *decis.* 56. *per tot.* Andreol. *controv.* 180. Vide De Luc. & Boscol. *loc. cit.*

Legatum rei alienæ, quam testator sciebat esse alienam valet, secus autem si ignorabat, textus *in* §. *non solum autem*, *Instit. legat.* nisi esset relictum conjunctæ personæ, vel ad pias causas, quia tunc debetur æstimatio, quando testator sciebat rem esse alienam, nisi aliter appareat ex conjecturis, Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. dec.* 265. Franch. *decis.* 547. Pract. Papp. *pro leg. rei sing. gloss. pr. nu.* 17. ubi quòd spectat ad legatarium probare hujusmodi scientiam, & est textus *in* §. & *verius est*, *Instit. de legis.* Gratian. *discept. forens. cap.* 233. *n.* 53. ubi quòd de jure canonico non valet, & *in c.* 237. *n.* 17. *cap.* 988. *n.* 7. Altograd. *consil.* 68. *n.* 75. *lib. pr.* Tusch. *litt. L. conclus.* 63. *per tot.* & *litt. T. conclus.* 141. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 32. *n.* 5. *vol.* 4. vide Ricc. *Collect.* 3221. ubi plura, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 146. *n.* 46. *decis.* 405. *n.* 52. Ansald. *consil.* 123. *per tot.* & dixi in §. *Æstimatio nu.* 51. Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 20. *à n.* 289. 72

Quòd valeat etiam de jure canonico ad favorem conjunctæ personæ, & piæ causæ, idem Gratian. *disceptat.* 611. *nu.* 20. vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 116. *per tot.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit. pr. n.* 20. & *tit.* 10. *nu.* Paul. Christin. *dec.* 213. *n.* 167. & *seqq. vol.* 4. ubi notabiliter limitat, adde Gabr. Vasquez. *opusc. moral. tract. de testam. c.* 8. §. 4. *dub. pr.* 2. & 3. *fol.* 344. De Luc. *de Legat. disc. pr. n.* 80. Pen. & Crescin. *dec.* 407.

Et quæ dicatur conjuncta persona ad hunc effectum, vel amicus intrinsecus, cujus etiam favore valet hujusmodi legatum remittitur arbitrio judicis, Menoch. *de Arbitr. cas.* 146. *per tot.*

Idem est in donatione rei alienæ, ut facta conjunctæ personæ scienter, valeat quoad æstimationem, & quid si donatarius rem donatam ab alio consequutus fuerit, latè Rota *part.* 10. *recent. decis.* 181. *per tot. infra nu.* 73. vide in §. *Causa n.* 22. §. *Res num. pr.*

De legato rei hæredis, an, & quando valeat, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 117. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 602. *n.* 7. Tusch. *litt. T. conclus.* 141. *per tot.* Gabriel Vasquez *loc. sup. cit. dub.* 2. *n.* 66. Pen. & Crescin. *d. dec.* 407

De legato rei feudalis, quòd debeatur æstimatio, idem Gratian. *disceptat.* 611. *n.* 39. & *dec.* 56. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 119. *num.* 6. vide in §. *Feudum n.* 16. Vide De Luc. & Boscol. *loc. cit.*

De legato rei litigiosæ, Gratian. *discept. for. cap.* 464. *n.* 23. Cujus sumptibus sit præstandum glos. *in auth. nunc si hæres*, *C. de litigios.*

Quòd legatum rei prohibitæ alienari valeat quoad æstimationem, Rota *part.* 2. *div. dec.* 110. *n.* 25. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 119. *per tot.* ubi loquitur de rebus Ecclesiæ, & feudalibus, Gratian. *decis.* 56. *per tot.* ubi de legato, vel institutione rei Ecclesiæ, sive emphyteusis Ecclesiæ, quòd valeat quoad æstimationem, Tusch. *litt. L. conclus.* 65. vide Textus, & glos. *in* §. *Non solum autem*, *Instit. de legat.* ubi contra, & intellige cum declarationibus, de quibus glos. *ibidem.*

De legato rei pignoratæ, ut gemmarum, & jocalium, quando hæres teneatur luere, & rem liberam præstare, Gratian. *discept. for. cap.* 986. *n.* 9. Franch. *decis.* 547. Get. Spin. *consil.* 19. *n.* 39. vide in §. *Creditor*

ditor n. *inf. nu.* 74. Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. *§.* 4. *dub.* 9. *fol.* 347.

De legato rei communis quòd censeatur tantùm relictum respectu partis ad testatorem spectantis, nisi sit conceptum verbis universalibus, quia tunc pro alia parte deberetur saltem æstimatio, Socin. *reg.* 272. *per tot.* Altograd. *consil.* 68. *n.* 76. *lib. pr.*

An stante incapacitate legatarii possidendi rem legatam debeatur ei saltem æstimatio, vide in §. *Æstimatio n.* 11. De Luc. *De Legat. disc. pr. per tot.*

Quòd dictum est de legato rei alienæ, ut valeat quoad æstimationem procedit etiam in institutione rei alienæ, quæ sustinetur quoad æstimationem, latè Rot. per Farinac. *par. pr. dec.* 309. 337. & 453. in eadem causa Romana hæreditatis de Marescottis, in qua ultima decisione resolutum fuit tam in legato, quàm in institutione rei alienæ non deberi æstimationem ex pluribus conjecturis ibi relatis denotantibus mentem testatoris, quæ totum potest, ac efficit in ultimis voluntatibus.

73 Legatum rei suæ, idest propriæ legatarii, regulariter non valet, licèt tempore testamenti non esset sua, sed cedente die legati facta fuerit sua ex causa lucrativa, intelligendo quando est facta legatarii irrevocabiliter, secus si sub aliqua conditione, vel pacto revocabili, cum id, quod meum est amplius meum fieri non possit, & non possint duæ causæ lucrativæ concurrere in eodem subjecto respectu ejusdem rei, Tiraqnell. *de retract. convent. §.* 2. *glos. pr. n.* 11. & *nu.* 43. Gratian. *discept. for. cap.* 237. *n.* 16. & *cap.* 251. *n.* 24. 35. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 116. *n.* 9. Tusch. *litt. L, conclus.* 63. & 64. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 213. *num.* 148. *vol.* 4. ubi quod hæres ideò liberatur quando res pervenit ad legatarium ex alia causa lucrativa, ita ut nec teneatur ad æstimationem, de qua tamen vide Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 281. *n.* 13. & *seqq. per tot.* ubi benè declarat, & dixi in §. *Causa n.* 22.

An autem legatarius emendo rem sibi legatam videatur renunciare legato, distingue pluribus modis, ut per Gabr. Vasquez *quæst. moral. tract. de testam. cap.* 8. §. 4. *dub.* 8. *per tot. fol.* 347.

74 Legatum rei, pro qua debetur census, transit cum suo onere ad legatarium, Pract. Pap. *libell. pro leg. rei sing. gloss. pr. nu.* 20. nisi esset cum aliquo onere, vel ad pias causas, vel conjunctæ personæ relictum, quibus casibus teneretur hæres rem luere, & liberam præstare, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 611. *per tot. cap.* 955. *n.* 23. *et per tot.* ubi etiam quid favore amicitiæ, & an requiratur scientia hujusmodi qualitatis in testatore, & quomodo intelligantur contraria, quòd scilicet testator videatur tantùm legasse jus, quod habet in re, & alia, *vide in* §. *Census n.* Vide Ansald. *dec* 63. *n. pr et seqq.*

Quando hæres teneatur luere rem legatam à censu, vel alia obligatione, & liberam legatario præstare, vel non, & sic etiam quando teneatur de evictione, Martha *vot. Pis.* 108. *per tot.* vide alios citatos in §. *Evictio n.* 22.

Quòd cesset favor conjunctionis ubi agitur contra agnatum pariter conjunctum, Magon. *decis. Flor.* 146. *n.* 20. vide Gratian. *discept. for. cap.* 611. *n.* 18. 30. *et seqq.*

An & quando testator, simpliciter aliquam rem legando videatur legasse jus tantùm, quod illa debet, vel totam rem, vide Socin. *reg.* 493 *per tot.* ubi pluribus modis ampliat, & limitat Ger. Spin. *consil.* 19. *n.* 36. *et seqq per tot.* Cavaler. *dec.* 503. *n.* 4. Tusch. *litt. L, conclus.* 60. *per tot.* Gabriel. Vasquez *opusc. mor. tract. de testam. cap.* 8. *§.* 4. *dub.* 3 *per tot. fol.* 345.

75 Legatum ususfructus non agnitum per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes à die scientiæ extinguitur, & revertitur ad proprietarium, an autem in præscribante requiratur bona fides, & titulus, Grat. *discept. for. cap.* 807. *n. pr. etc.*

Qualiter legata præscribantur, *vide in* §. *Hæres num* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 43. *à n.* 253. *et à n.* 245. *tom.* 7. Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 7. *sub n.* 8. Rocc. *resp.* 65. *n.* 28. *lib. pr.*

Quæ veniant in legato ususfructus, vide *in* §. *Ususfructus n.* Vide De Luc. *in Indic. general. verb. legatum ususfructus, et verb. ususfructus.*

Legatum simpliciter relictum nepoti ab avo paterno, dicitur adventitium, & non profectitium, nisi sit expressè relictum contemplatione patris, Marant. *inl. is potest n.* 7. *ff. de acquir. hæredit.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 28. *per tot. et lib.* 4. *præsumpt.* 22. *et* 23. Michalor. *de fratr. lib. pr. cap.* 7. *per tot. vide in* §. *Donatio num.* 16 *et* §. *Dos n.* 31. Rot. *part.* 11a *rec. decis.* 181. *n.* 20. *et seqq* ubi idem firmat in institutione, & benè declarat *part.* 13. *dec.* 159. *per tot. et part.* 14 *dec.* 358. *n.* 12. *et seqq et dec.* 417. *num* 14. *et seqq.* ubi de legato à patruo facto. 76

Vel nisi sit expressa aliquando causa, ad quam partes de necessitate tenebantur, Magon. *dec. Flor.* 13. *num.* 5. *seqq. per tot.* vide Marcian. *disput forens. ca* 29. *n.* 30. *et seqq. per tot.* Surd. *consil.* 488. *n.* 20. Mantic. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 16. *n.* 8. Rot. *part.* 12. *d. decis.* 181. *n.* 34. *et part.* 13. *decis.* 159 *num.* 11. *et seqq.* Cabal. *consil.* 143. *per tot. lib. pr.* ubi quod in dubio præsumitur dos constituta contemplatione filii, ac ob id profectitia censetur, & in legitimam, & trebellianicam imputatur, ut dixi in §. *Dos n.* 31.

Legatum factum ab uxore marito per metum reverentialem, & importunitatem in alterius damnum non valet, Afflict. *decis.* 69. *nu.* 5. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 11. *n.* 9. *et l.* 5. *præsumpt.* 3. *n* 114. Grat. *discept. for. cap.* 108. *nu.* 14. *et.* 25. Urlil. ad Afflict. *loc. cit* vide in §. *Metus n.* *et* §. *Uxor nu.* 77

Legata non cõservantur hæreditate non adita, & sic ante aditam hæreditatem peti non possunt, *l. si nemo, ff. de test. tut.* Pract. Pap. *pro leg. rei sing. glos. Valere n.* 11. *et Addit. in gloss. pr. verb. tres actiones*, latè Tusch. *litt. L, concl.* 52. *per tot.* Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract de testam. c.* 8. §. *pr. dub.* 2. *fol.* 335. 78

Nisi essemus in casu, quo possit agi rei vendicatione, Gratian. *discept. for. cap.* 254. *nu.* 40. vel nisi in testamento adsit clausula codicillaris, idem Gratian. *cap.* 62. *n.* 25. *vide in* §. *Testamentum num.* Latè Camarel. *de legat.* §. *Aditio hæred. quæst. unic. per tot. lib.* 6. *pag* 537.

Vel nisi agatur de favore libertatis, vel ad pias causas, nam tunc legatarii possunt petere sibi addici bona favore libertatis, & piæ causæ, Everard. *loc. a libert. pium causam n.* 9. *et Instit. tit. de eo, cui bon. libert. caus. addic.* Gratian. *disceptat. for. cap.* 62. *n.* 25. vide Tusch. *dict. concl.* 52. *per tot.* Dian. *par.* 7. *tract.* 6. *resol.* 26.

Quòd ex dispositione statuti Florent. *Rub.* 31. *lib.* 2. legata debeantur executivè legatariis etiam hæreditate non adita, Card. Tusch. *litt. L, concl.* 152. *n.* 52. cum aliis per Altograd. *consil.* 49. *n.* 29. *lib.* 1.

Quòd etiam de jure communi possint legatarii hæreditate non adita petere dari curatorem hæreditati jacenti, & contra illum suas actiones dirigere pro consecutione legatorum, vel secundùm multos capere rem legatam propria authoritate, idem Altogr. *d. consil.* 49. *n.* 31. &c. *infra n.* 80. *versic. sicut etiam.*

Sicut etiam debentur legata si hæres institutus in fraudem repudiavit, ut hæreditatem possideat ab intestato, ut habetur *in tit. C. si omissa sit caus. testam.* ubi DD. Paul. Christin. *dec.* 34. *vol.* 4. Brunneman. *in dict. tit. Codic.*

Legatarii habent tres actiones ad consequenda legata nempè rei vindicationem, hypothecariam, & personalem ex testamento; possunt etiam implorare officium judicis, agere via executiva, remedio Salviani, & similibus; quid in legato quantitatis, speciei, vel annuo, Gratian. *discept. for. cap.* 61. *n.* 27. & *per tot. cap.* 254. *n.* 44. &c. *cap.* 294. *n.* 8. &c. *c.* 683. *per tot.* vide Paul. Christin. *dec. Belg.* 47. *vol.* 4. Sanfelic. *dec.* 204. ubi etiam an sit necessaria excussio hæredum antequam agatur contra possessores, in §. *Hypothecen n* 36. & §. *Fideicommissum nu.* Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 273. ubi de Salviano, &c. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 14. *per tot.* Card. Tusch. *litt. L. concl.* 147. *per tot.* Cabal. *consil. decis.* 131. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 315. ubi de remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Salviano, & hypotheca, non tantùm contra alia bona testatoris, sed etiam contra ipsas res legatas juxta ve- 79

tio-

riorem opinionem, Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 11. n. 90. & seqq. ubi plura an possit agere via executiva & refert contrarias opiniones cum illarum sequacibus, Merlin. dec. 104. & dec. 212. ubi de tacita hypotheca in bonis testatoris, non autem in bonis hæredis, vide in §. Remedium n. 31. in fine, Camarel. de legat. lib. 15. cap. pr. per tot. pag. 805. Pallegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. subsect. 3. intersect. 28. nu. 9. Carol. Ant. De Luc. in Prax. Judic. cap. 7. sub n. 8.

Quòd de stylo Rotæ non detur via executiva, Addit. ad Buratt. dec. 208. n. 12. Rot. part. 9. recent. decis. 260. n. pr. et part. 12. decis. 354. et part. 13. decis. 902. et part. 16. dec. 416 ubi tamen quod datur de stylo aliorum tribunalium, quem non improbat Rot. et part. 18. dec. 651. num. pr. et 2. dec. 716. per tot. part. 19. dec. 217. et 402. De Luc. de legat. disc. 6. n. 64. et alibi. Pellegr. Carl. Ant. De Luc. loc. cit.

Quòd detur Salvianum vigore dictæ hypothecæ, Rot. part. 13. recent. dec. 210. n. pr. vide in §. Salvianum, Rot. d. p. 16. decis. 416. nu. 28. Pellegr. loc. cit. intersect. 19. n. 1. Carol. Ant. De Luc. ubi supra.

Quòd ad hypothecariâ, intelliga in eo, quod superest deducto ære alieno, ut scilicet non possit prius effectualiter caperiri, non autem quod æs alienum impediat ortum actionis ab initio, Magon. decis. Flor. 59. num. 1. 12. & per tot. vide in §. Hæres num. et §. Hypotheca n. 36. Tusch. dict. conclus. 147. per tot. Merlin. decis. 212. num. 55. Ganaver. decis. 42. et 43. per tot.

Quando legatarii in re legata præferantur creditoribus testatoris, ut si hæreditas sit soluendo, & agatur de creditoribus chirographariis, secus autem si hæreditas non sit soluendo, vel creditores habeant hypothecam, quia tunc isti præferuntur legatariis, vide Rot. cum aliis citatis part. 10. recent. decis. 61. n. 9. et seqq. part. 13. decis. 436. num. 14. etc. Cabal. consil. decis. 26. lib. 2. ubi quando creditores etiam non hypothecarii recuperent à legatariis solutum conditione indebiti, si hæreditas non sit solvendo. De Luc. de Legat. disc. 41. n. 3. in summ. a n. 33.

Quod legatarii præferantur in bonis testatoris omnibus creditoribus hæredis, etiam hypothecariis, & possint petere separationem bonorum, vide in §. Creditor num. 6. Cavaler. decis. 41. num. 4. Speral. decis. 176. num. 95. Rot. part. 13. recent. decis. 61. n. 9. ubi etiamsi contraxerint occasione negotii à testatore ordinati. Palm. nep. decis. 387. n. 9. tom. 4.

Qualiter post moram in traditione rei legatæ remaneant obligata etiam bona hæredis, Rot. part. 12. recent. decis. 273. nu. 20. et seqq. Carol. Ant. De Luc. in Prax. Judic. cap. 7. sub n. 8.

Quid autem si hæredi fuerit mota lis super hæreditate, adhuc tenetur solvere legata, præstita sibi cautione de reddendo legato, hæreditate evicta, text. in l. si in fraudem C. de legat. lib. 2. ubi DD. Cabal. consil. decis. 131. num. 29. lib. 2. Brunnemann. in dict. l. si in fraudem C. de Legat.

80 Legatarii non possunt regulariter propria auctoritate capere res ipsis legatas, aliàs privantur jure suo, nisi habeant licentiam à testatore, l. non est dubium, C. de leg. Pract. Pap. pro leg. rei sing. glos. penult. Gratian. disceptat. forens. cap. 571. num. pr. et seqq. ad 22. cap. 696. num. pr. etc. Card. Tusch. litt. L, concl. 151. et 152. per tot. Farinac. quæst. 175. par. 11. per tot. infra num. 94. et 108. Ridolphin. in prax. part. 2. c. 10. n. 65. et seqq. Urceol. consultat. forens. cap. 71. num. pr. et seqq. vol. 2. Gabr. Vasquez opusc. moral. tract. de testam. cap. 8. §. 3. dub. 6. fol. 343. ubi quod in conscientia non privantur dominio ipso facto, cum lex sit pœnalis. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. subsect. 3. intersect. 19. Carol. Ant. De Luc. in Prax. Judic. cap. 15.

Quòd capientes res legatas propria auctoritate, ita demum cadant à jure suo, si id faciant post aditam hæreditatem, & apprehensam possessionem ab hærede, omissa distinctione an clam, vel palam occupaverint juxta communem intellectum DD. in d. l. non est dubium, Peregrin. de fideic. art. 47. n. 12. Rota part. 2. diversf. decis. 147. ubi tamen dicit veriorem esse distinctionem, an occupatio facta fuerit clam, vel palam, ut primo loco sit locus caducitati, secundo verò non, prout nec quando occupatio fieret à Prælato nomine Ecclesiæ, cui sit factum legatum, vide Diaz. reg. 407. cum quatuor limitationibus, Ridolphin. ubi supra num. 68. et seqq. Carol. Ant. De Luc. dict. cap. 15.

Quòd possint capere, propria auctoritate, quando ipso jure verbis directis, & secum executionem trahentibus tacitè, vel expressè fuit data facultas à testatore, Altograd. cons. 87. num. 54. lib. 2. & consil. 88. num. 31. et 32. lib. 2. et ibidem n. 46. Rot. part. 9. recent. decis. 335. num. 10. vol. 2. Gratian. disceptat. 47. num. 12. Ansald. decis. 29. num. 30. De Luc. de Legat. disc. 21. n. 3.

Quòd possint apprehendere possessionem etiam propria auctoritate, quando certum est hæredi nullam competere detractionem, Gratian. disceptat. forens. cap. 771. num. 49. Rota dict. decis. 335. nu. 11. part. 9. recent. ubi etiam per tot. qualiter sint manutenendi vigore clausulæ constituti in legato, vel donatione appositi, non obstante expulsione de facto sequuta, & iterùm in eadem causa dec. 356. d. par. 9.

Sicut etiam quando possessio est vacans possunt illam capere propria auctoritate, imò impedire immissionem hæredis ex remedio, l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. quando nulla est facienda detractio, nisi adesset Statutum, quòd possessio defuncti continuetur in hæredem, Gratian. discept. forens. cap. 545. nu. pr. 13. 32. 40. etc. cap. 731. per tot. vide in §. fideicommissum num. Urceol. consultat. forens. cap. 71. num. pr. et seqq. vol. 2. Plures alios casus colligit Bitsy de success. ab intest. libr. 11. tit. 19. num. 3.

Et qualiter relegata ipsis evicta, agere possint adversus hæredem de evictione vide gloss. & Bart. in l. si domus, §. de evictione, ff. de leg. pr. et l. qui concubinam, §. si hæres ff. de leg. 3. latè Menoch. lib. 4. præs. 118. per tot. Tusch. litt. E, conclus. 356. litt. L. conclus. 140.

An autem legatarii pro piis legatis assequendis possint agere in solidum contra unum tantùm ex hæredibus, vel agere debeant contra omnes pro hæreditariis portionibus, latè Carol. Marant. controv. part. 4. resp. 26. per tot. vide in §. Hæres nu. 22. Hodiero. ad Surd. decis. 90. in princ.

Legatarii, si dubitetur eos accepisse tantùm, quòd hæredi non remaneat integra falcidia, possunt cogi ad satisdandum de restituendo quidquid pluries accepisse apparuerit, l. nisi §. pr. et tot. tit. ff. si cui plus quod per Falcid. etc. Maur. tr. de fidejuss. p. pr. sect. 3. cap. 22. per tot. Donell. libr. 8 cap. 27. Brunnemann. in Jurib. citat. 81

Sicut etiam tenentur dare fidejussores de implendo modo sibi adiecto, & eo non impleto de restituendo legato unà cum fructibus, ita ut ante hujusmodi satisdationem non possint petere legatum, Idem Maur. dict. tract. part. pr. sect. 3. cap. 23. per tot. ubi dat quatuor limitationes, Afflict. decis. 382. num. 7. Gratian. disceptat. forens cap. 250. n. 23. etc.

Legatarius acceptans legatum tenetur implere onus sibi injunctum, si non excedat vires legati, Gratian. discept. for. cap. 130. in princ. facit Ger. Spin. consil. 92. per tot. vide latè Tusch. litt. L. conclus. 69. et seqq. supra n. 8. De Luc. de Legit. disc. 43. nu. 7. de Credit. disc. 159. n. 5. de Pens. disc. 33. n. 16. 82

Quòd imò teneatur implere etiam si excedat vires legati, postquam illud acceptavit sine ulla protestatione, cùm tanti videatur æstimasse legatum, Magon. decis. Florent. 117. num. 12. et 15. Sperel. decis. 73. n. 66. etc. Altograd. consil. 68. n. 75. libr. pr. vide Tusch. litt. L. conclus. 70. etc. Rot. par. 10. recent. decis. 80. num. 15. etc. ubi quòd legatarius non potest gravari ultra vires legati, & nulla patitur æquitas, ut teneatur de proprio, ac ideò quæcumque acceptatio debet intelligi juxta juris dispositionem, scilicet quatenus legatum sufficiat.

Quòd legatum relictum cum onere non molestandi, vel quidquam aliud non petendi, non possit peti per legatarium, nisi prius accepto ferat id, quod petere fuerit prohibitus, vel cautionem Mutianam de non petendo præstet, Ger. Spin. consil. 98. per tot. Tosch. litt. L. conclus. 72. et seqq. Saufelic. decis. 167.

per tot. ubi quòd mota quoquomodo lite amittitur legatum, vide in *§. Molestia a. pr. etc.*

Quòd legatarius agnoscens legatum teneatur parere judicio defuncti, ac dicatur in omnibus, & per omnia approbare testamentum, & voluntatem testatoris, ita ut amplius ei contravenire non possit, etiam quoad alia, cùm teneatur agnoscere legatum cum onere illi adiecto, adeò ut repudians onus, censeatur quoque repudiare legatum, undè si post legatum factum dixerit testator, legatarium sibi debere aliquam summam, acceptato legato efficiatur debitor, & possit compelli ad solvendum, ut probat Genu. *de verb. enunciat. lib. a. quæst.* a3. *num.* 33. *et seqq. fol.* 55. vide in §. *Filius num.* latè Tusch. *litt. L. conclus.* 69. *et seqq.*

83 Legatarius, cui fuit aliquid relictum in recompensationem servitiorum, & pro omni eo, quod posset prætendere, excluditur ab omni prætensione si illud consequi voluerit, nam tenetur acceptare cum onere, & omnibus qualitatibus adiectis, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 844. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 117. *nu.* ae. *et seqq.* ubi ampliat etiam si onus excederet legatum, & quòd tunc admittitur compensatio de specie ad quantitatem, vide *in §. Compensatio n.* Ger. Spin. *consil.* 93. *n.* 33. *etc.* Lanfranch. Zsech. *tract. de salar. et merced. quæst.* 34 *per tot.* ubi quòd acceptans legatum in quo fuit dictum esse compensandum cum salario, non potest amplius petere salarium, exceptis aliquibus casibus, ut si plura essent legata, & hæres recusaret alia soluere, vel si onus esset adiectum in codiciliis, & sic in scriptura separata ab ipso legato, vel si acceptasset legatum ab hæredibus sponte offerentibus, & tacentibus onus adiectum, vide Tusch. *litt. L, conclus.* 73. *et* 74. *per tot.* Arias de Mesa *var. resol. lib.* a. *cap.* 8. *per tot.*

Quòd prohibitus nil aliud petere, non possit etiam compensationem allegare, cum hoc quoque modo petere diceretur, Altograd. *consil.* 89. *num.* 18. *lib. pr.*

84 Legaterius an, & quando propter onus adiectum censeatur simplex legaterius, vel potius merus executor, ita ut cognoscatur an id ipsum, vel ad hæredes spectet emolumentum, quod remanet impleta voluntate testatoris, vide Gratian. *disceptat. forens. cap.* 446. *per tot. cap.* 563. *num.* 47. *&c. cap.* 666. *num.* 28. *cap.* 916. *num.* 8. *&c.* facit in *cap.* a54. *n.* 36. *&c.* Ludovis. *decis* 544. ubi plenè cum Beltramin. Tusch. *litt. L, concl.* 95. *per tot.* Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 391. *per tot.* Riec. *Collect.* 3184. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 301. *num.* 11. *&c.* ubi quod si onus est momentaneum dicitur nudus minister, si verò est successivum legatarius, & transmittit ad hæredes. Fagnan. *in cap. tua nobis n.* a1. 29 *et* 30. *de Testam.* De Luc. *de Testam. disc.* a3. *de Legit. disc.* 34. *n.* 5.

An autem diminuto legato, minuatur etiam onus adiectum, Franch. *decis.* 36a. *per tot* Addo Hodiern. *controv.* 15. *n.* a8. Staib. *resol.* 195. *à n.* 25. & Guaman. *de Evict. quæst.* 30. *num.* 37.

Quando factum pro certo onere debeat augeri, vel minui, aucto, vel diminuto onere, Tusch. *littera L, conclus.* 7a.

85 Legatarius prohibitus quidquam aliud prætendere sub pœna amissionis legati, illam non incursit, nisi jam consequutus fuerit legatum ab hærede sponte solvente, seu realiter offerente, & nisi etiam ab illo fuerit impleta voluntas testatoris; & si fuerit interpellatus ad parendum voluntati testatoris post caducitatem incursam, censetur illi remissa omnis contraventio, latè Gratian. *discept. forens. cap.* a46. *per tot. cap.* a50. *num.* 24. *etc. cap.* a54. *num.* aa. *&c. cap.* 316. *num.* 1a. *&c. cap.* 844. *num.* 1a. *&c.* vide in *§. Molestia num.*

Quando legatarius privetur vel non legato ob contraventionem voluntati testatoris, Tusch. *litt. L, concl.* 150. *et seqq.* vel ob non acceptationem muneris, sive officii sibi impositi, veluti executoria, vel tutoris, vide *in §. Executor num.* 8. *et §. Tutela nu.* De Luc. *de Legat. disc.* 24. *à n.* 3 *cum seqq.*

86 Legatarius in uno legato prohibitus nil aliud petere, potest habere alia legata sibi in eodem testamento, vel in codiciliis facta, & erit intelligenda prohibitio, ut non possit petere ultra disposita ad illius favorem, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 9aa. *n.* 10. *etc.*

Quòd dicta prohibitio non extendatur ad actionem realem, & quia legatarius possit vindicare quod suum erat, Magon. *decis. Flor.* 1a7. *num.* 20. *ubi nu.* 28. quòd restringitur ad specificata, Altograd. *consil.* 68. *num.* 58. *lib. pr.* vide *in §. Testator num.*

87 Legatarius acceptans legatum videtur approbare testamentum, nec amplius potest illud impugnare, dummodò tamen habuerit scientiam nullitatis, nam aliàs si fecerit ignoranter, & erroneè sibi non præjudicat, Gratian. *discept. forens. cap.* 429 *nu.* 17. *etc.* vide *in §. Filius num.* §. *Renunciatio num. et §. Testamentum num.*

An autem, & quando legatarius post acceptatum legatum possit ab intestato petere hæreditatem, & sic impugnare testamentum, saltem restituto legato, *l. postquam, ff. de petit. hæredit. & l. post legatam, ff. de his, quibus ut indig.* Ludovis. *decis.* a71. *num.* 4. *& seqq.* Brunnemann. *in Jurib. allegat.*

88 Legatarius non potest dividere legatum, & illud pro parte acceptare, & pro parte repudiare, quamvis esset divisum in plures præstationes in unica oratione, nisi esset relictum pro diviso in pluribus orationibus, vel nisi essent plures res separatæ, nam potest unam acceptare, & aliam repudiare, dummodò non essent sub nomine universali, & collectivo, quo casu pro una tantùm reputarentur, & recusando pro parte onus adiectum, amittit totum legatum: illius autem hæredes, cum ipso jure dividatur inter eos actio, possent unus repudiare partem suam, & alter acceptare, Gratian. *discept. forens. cap.* a48. *per tot. cap.* a47. *n.* 43. *cap.* 844. *nu.* 4 *&c.* vide *in §. Contractus nu.* Tusch. *litt. L, conclus.* 155. *per tot.* Peregrin. *decis.* 151. *n.* 6. Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 8. *§.* 4. *dub.* 13. *fol.* 349. Marescott. *lib.* a. *var. resol. cap.* 96. *nu. pr.* De Luc. *de Legat. disc.* a8. *n.* 7. *disc.* 43. *n.* a. *de Legit. disc.* 43. *n.* 7.

Quòd legatarius, cui plura legata facta fuerunt separatim, & in diversa oratione, possit unum repudiare ratione oneris adiuncti, cætera verò libera consequi, & retinere, secùs autem si essent in eadem oratione, vel correspectivè relicta, latè Ger. Spin. *consil.* 30. *&* 31. *per tot.* Tusch. *d. conclus.* 155 *per tot.* Peregrin. *dict. decis.* 151. *n.* 6. facit Gabriel. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. *§.* 3. *dub.* 4. *fol.* 343. ubi qualiter possit legatarius ex persona sue, vel collegatarii, acceptare rem legatam, ad quam simul vocabantur, vel repudiare, si fortè uni eorum fuerit appositum gravamen, & alteri non, & sic quod sibi magis expediat eligere, per textus *in l. si mihi, et §. Titio, ff. de leg.* a. *&c.* Brunnemann. *in l.* a. *et seqq. ff. de legat.* a.

89 Legatarius est idoneus testis in testamento, cum non tractetur de ejus commodo principaliter, sed secundariò, *l. qui in testamento, ff. de test. & l. dictantibus, Cod. eodem,* Mascard. *de probat. volum.* a. *conclus.* 97a. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 995. *num.* 37. 49. 75. *&c.* ubi aliquibus modis limitat, Menoch. *de arbitr. cas.* 106. *num.* 14. *&c.* Diaz. *regul.* 409. latè Farinac. *quæst.* 60. *Illat.* 9. *per tot.* ubi multis modis ampliat, & pluribus limitat, & quid in hærede, & fideicommissario particulari, vel universali, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 460. *num.* 3. ubi quòd legatarius est legitimus testis in testamento per dicta jura, Ferdinand. de Scanno *tractat. de testament. cap.* a4. *per tot.* ubi quòd materia est judici arbitraria, & non videtur idoneus; nec admittendus quando agitur de probanda perfectione testamenti cœpti, & non completi ob impedimentum superveniens, cum tunc esset verè testis in causa propria, &c. Nicolaus *§. Legatarius Instit. tit. de Testam.* vide De Luc. *de testament. disc.* 30. *num.* 14. Brunnemann. *in l. qui testamentum* a0. *ff. qui testam. fac. poss.*

90 Legatarii omnes sive quantitatis, sive speciei, sequuntur eamdem fortunam si diminuatur hæreditas, & efficiatur non solvendo, & tenetur pro rata contribuere, nulla attenta prioritate, vel posterioritate temporis, vel ordinis scripturæ, & quando possint agere contra fideicommissarium pro legatis, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 636. *per tot.* vide in *§. Hypotheca*

ca num. 7. Salgad. *Labyrint. creditor. par.* 2. *cap.* 4. *nu.* 2. *& seqq.* Munna *de ratiociu. comput.* 10. *per tot.* Michael Ferro Mautiq. *Quæst. Vicar. p. pr. q.* 69. ubi limitat in legato speciei, & ad pias causas, ut ista debeantur sine defalcatione, *et part.* 2. *q.* 77. ubi plura an in legatis solvendis sit servandus aliquis ordo, tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ. De Luc. *de Legat. disc.* 7. *n* 7. *disc.* 35. *a n.* 7. *disc.* 41. *n.* 4. *disc.* 52. *per tot.*

An, & quando, vel quibus concurrentibus possint legatarii prætendere pro consequendis legatis contributionem ex bonis subiectis fideicommisso particulari, vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 153. *num.* 9. *et seqq.*

An in legatis solvendis sit servandus aliquis ordo, Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 60. ubi quòd non.

An legatarius speciei concurrat cum legatario quantitatis ad effectum diminutionis, magnam quæstionem dicit Rot. in Venusina Legati 28. Junii 1623. coram Coccino *num.* 16. ubi se remittit ad Franch. *decis.* 236 *per tot.* quem vide, & Peregrin. *decis.* 85. *num.* 6. *etc.* ubi distinguit, Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst.* 5. uti etiam de legatis piis an diminutionem patiantur; an diminutis legatis, minuantur etiam onera pro rata; an possint collegatarii agere fine cessione contra alios, quibus integrè soluta sunt, & alia plura Thesaur. *libr.* 3. *quæst.* 114. *n.* 2. Tondut. *quæst. civil.* 73. Andreol. *controvers.* 154. Capyc. Latt. *decis.* 22. *n.* 5. Ansald *decis.* 66. *n.* 23.

227 Fructus rei legatæ debentur ipso jure in legato pio De Luc. *de Usur. disc.* 31. *n.* 8. Quid ubi sit hæres alia pia causa *ibid.*

228 Legatum pium an indigeat revocatione speciali De Luc. *de Legat. disc.* 54. *n.* 3.

229 Pro legato pio moltò magis competit hypotheca Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *decis.* 17. *n.* 7. *vol.* 2.

Et via exequutiva Mantiss. *loc. cit. libr.* 10. *decis.* 45. *n.* 2. *vol.* 2.

230 Legata pia cum onere Missarum, aut simili, sive fiat relicta ad favorem alicujus religionis incapacis, itaut ad ejus commodum non substineantur, sivè quocumque modo non fuerint acceptata, tamen debent omnino ab hærede adimpleri Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *decis. pr. à n.* 11. *decis.* 2. *à nu.* 10. *decis.* 20. *n.* 15. *vol.* 2.

231 Ex pluribus legatis piis, si omnes nequeant adimpleri, debent potius exequi ea, quæ prius testator solvi, & satisfieri mandavit Mantiss. *loc. cit. decis. pr. n.* 17.

232 Jurium vitalitiorum an comprehendat fructus decursos in vita testatoris De Luc. *de Regal. disc.* 36. *à n.* 2.

233 Legatum factum filio de omni, & toto eo, quod &c. an capiat creditum dotis maternæ De Luc. *de Dot. disc.* 34. *n.* 21.

234 Filiusfamilias non potest legatum facere, etiam de consensu Patris De Luc. *de donat. disc.* 39. *n.* 3. Vide Mantiss. ad eumd. *lib.* 11. *dec.* 25. *n.* 19. *vol.* 2.

Legatum distribuendum in pagas, & terminos an 235
dici valeat annua præstatio ex fructibus persolvenda De Luc. *de Legitim. disc.* 15. *n.* 23.

Legatum solvendum est post detractionem legiti- 236
mæ De Luc. *de Legit. disc.* 29. *nu.* 2. *de success. disc.* 35. *num.* 3.

Legatum si fiat fæminæ exclusæ, an illam restituat 237
suitati De Luc. *de Legit. disc.* 3. *n.* 18. *disc.* 6. *in fin.*

Legatum relinqui potest etiam ab intestato De 238
Luc. *de Testam. disc. pr. nu.* 8. Et per relationem ad Schedulam *ibid. n.* 4. *&* 8.

Plura de legato facto pro exoneratione conscientiæ 239
Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 20. *à n. pr. vol.* 3.

Legatum ad hoc ne reddatur inutile sufficit in 240
aliquo verificari, & sat, quod per legatum duplicetur actio Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 8. *nu.* 21. *&* 22. *vol.* 3.

Fructus ex legato quantitatis relicto à matre, & 241
præstando tempore nuptiarum, non debentur Mantiss. *loc. cit. libr.* 6. *decis.* 9. *n.* 27. *vol.* 3. Et legatum quantitatis relictum tempore maritagii, ante illud non parit fructus *ibid. decis.* 10. *n.* 23. *&* 36. Secus si sit legatum pro legitima *n.* 24.

In iis quæ relinquuntur jure legati ultima disposi- 242
tio & scriptura attenditur Mantiss. *loc. cit. libr.* 10. *decis.* 88. *n.* 4. *vol.* 3., secus in iis, quæ relinquuntur jure institutionis *n.* 5.

De translatione legati de una persona ad alteram 243
vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 88. *vol.* 3.

Licèt legatarius admittatur ad probandam volun- 244
tatem testatoris, tamen id non procedit, quando agitur de probando legato contra hæredem Mantiss. *loc. cit. lib.* 9. *decis.* 6. *n.* 11. *vol. pr.* Caprar. *decis.* 99. *à n.* 11.

Legatum, cujus possessio est nulliter capta, dicitur 245
adhuc vacare Mantiss. *lib.* 10. *decis.* 37. *à n.* 1. *& decis.* 38. *n.* 4. *& decis.* 39. *n.* 1. *libr.* 9. *vol.* 1. *&* 2. *respectivè.*

Legatum etiamsi sit relictum titulo institutionis 246
non facit aliquem hæredem, nec immutat propriam naturam, quando est alter datus hæres universalis Mantiss. *loc. cit. libr.* 9. *decis.* 62. *n.* 10. *vol.* 1.

Legatum factum in testamento favore creditoris an 247
importet debiti confessionem, & quando actio petendi illud oriatur, & à quo tempore incipiat currere præscriptio Mantiss. *loc. cit. libr.* 11. *decis.* 5. *& decis.* 6. *vol.* 2.

Sub hypotheca legatario competente an veniant 248
res, quas testator speciali affectione prosequebatur Mantiss. *loc. cit. libr.* 11. *decis.* 17. *vol.* 2.

Pro Legatis non censetur, quod testator voluerit 246
gravare bona hæredis, etiamsi dixerit *onero hæredem meum*, quia intelligitur de onere restricto ad bona hæreditaria Mantiss. *loc. cit. decis.* 17. *n.* 11. *&* 12.

Legatum venit appellatione fideicommissi Mantiss. 250
ad De Luc. *lib.* 11. *decis.* 33. *n.* 17. *vol.* 2.

Plura de acceptatione legati vide De Luc. *de legat.* 251
disc. 28. *à n.* 2. *disc.* 43. *n.* 2. *de Legit. disc.* 43. *nu.* 7. Mantiss. ad eumdem *lib.* 6. *decis.* 22. *vol.* 1. *lib.* 11. *decis.* 7. *&* 8. *&* 10. *vol.* 2. Emeria jun. *decis.* 1212. *decis.* 1185. *n.* 3. *decis.* 1204. *n.* 27.

Plura de Legato annuo vide De Luc. *in indic. verb.* 252
legatum annuum Mantiss. ad eumd. *in Indic. vol.* 2. *verb. legatum annuum* Caprar. *decis.* 584. *à num.* 40. *decis.* 583. *à n. pr.* Emeria jun. *decis.* 557. *n. pr. &* 2.

Plura de Legato alimentorum vide De Luc. *in* 253
Indic. verb. legatum alimentorum. Emeria jun. *decis.* 805. *à num.* 6.

Plura de Legato conditionali vide Mantiss. ad De 254
Luc. *in indic. verb. legatum conditionale vol.* 2. Piton. de Jurepatr. *alleg.* 100. *n.* 239. *&* 242. *alleg.* 20. *n.* 17. *&* 18. *& à n.* 24. Castald. *consult.* 300. *nu.* 4. Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *q.* 14. *n.* 47. *à pr.*

Plura de Legato Dotis vide De Luc. *in Indic. verb.* 255
Legatum Dotis Piton. de Jurep. *alleg.* 69. *n.* 4. *&* 25. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 44. Caprar. *decis.* 700. *n. pr. decis.* 650. *à n. pr.* Emeriæ jun. *decis.* 802. *n.* 2.

Plura de Legato quoad revocationem vide De Luc. 256
in Indic. verb. Legatum quoad revocationem Rocc. Episc. *cap.* 45. Caprar. *decis.* 57.

Plura de Legato quoad comprehensionem vide De 257
Luc. *in Indic. verb. Legatum quoad comprehensionem*

Episc. Rocc. *cap.* 33.

De Legato relicto pauperibus latè Emerix jun. *decis.* 778. 806. 898. 1064. 1042. 979. Caprar. *decis.* 217.

Quandoquidèm sequens Juris allegario D. Joannis Fedolfi olim in hac Parmensi Civitate J. C. & Advocati præclarissimi & in Curia Episcopali Provicarii generalis meritissimi, comprobat nonnullas conclusiones, de quibus supra in præsenti paragrapho, ut ibi diximus, idcirco hic eamdem annectere decrevimus.

Adsit Sanctissima, & Individua Trinitas.

Illustrissimi, & Excellentissimi Domini.

INsubsistens est prætensio Venerandæ Confraternitatis Quinque Vulnerum, & D. D. Agathæ, & Reverendæ Angelæ Theresiæ Sororum de Sgagnonis omnia comestibilia, potabilia, oleum, ligna pro Domus provisione parata, libros, eorumq; capsas, pecunias, & Calicem argenteum in domo R. D. Rocchi de Sgagnonis post ejus obitum reperta esse comprehensa in legato omnium supellectilium, utensilium, & massaritiarum domus lato modo, & impropriè sumptarum in ejus testamento D. Roccho Brunoni, & partui ex D. Lucia Uxore D. Felicis Sgegnoni, quatenus partus nasciturus esset masculus, relictorum, & ob ejusdem partus masculini mortem secutam, dividendorum virtute codicillorum ejusdem R. D. Rocchi in quinque partes æquales, tribuendas præfatis D. D. Roccho Brunoni, Agathæ, & Angelæ de Sgagnonis, dictæ V. Confraternitati, & in tot missis pro anima D. Testatoris.

Insubsistens primò est prætensio quò ad comestibilia, potabilia, oleum, & ligna, quia hæc sunt in penu, non in supellectili *l. penum* 3. *ff. de pen. legat.* Barbos. *appel.* 195. *n. pr. &* 2. Camarel. *de legat. lib.* 3. *tit. de penu quæst.* 13. *sub n.* 2. & expressè exclusa remanent à supellectili ex clara sanctione *tex. in l. Labeo §. tubero ff. de supel. legat. ubi dicitur supellectilem esse instrumentum quoddam patris familias rerum quotidianarum, quod in aliam speciem non cadit V. G. in penum, & ex glos.* ibi, quæ habet, quod penus, & sic esculenta, & poculenta non esse in supellectili, ex Bart. *ad eandem L. Labeo in principio, ubi ait*, quòd supellectilis legatum ex propria significatione vocabuli comprehendit instrumenta domestica, ad usum patris familias deputata, & ea, quæ possunt in diversis generibus contineri ex usu testantis, complectuntur in legato, sed in iis, quæ constat aliam speciem continere, usus testantis non inspicitur.

Si ergo supellectilis non cadit, nec est in penu, nec in iis, quæ constat aliam speciem continere, usus testantis inspicitur, clarè sequitur, quod supellex, vel sumatur propriè, & strictè, vel sumatur impropriè, & in latiori significatione, non est, nec esse potest in penu, cum negativa apposita verbo neget omnem potentiam ex *glos. in c. pr. de reg. jur. in* 6. Peregr. *cons.* 62. *n.* 27. *lib.* 2. etenim cum sit malignantis naturæ negat quidquid invenit post se, & consequenter omnem penum, & impossibile sit, quod una species cadat in aliam.

Et sanè quæstione comestibilia, & potabilia possunt esse aliquo modo in supellectili, quod est instrumentum domesticum patris familias, ut dicitur *in l.* 1. *& ibi glos. ff. de supel. legat.* si in ipso actuali usu consumuntur; prout etiam ligna pro provisione domus parata.

Nec juvant verba universalia, & generalia, quia semper referuntur ad ea, quæ sunt intra idem genus Rot. Avenionen. *dec.* 14. & sic legatum supellectilia includit omne id, quod includitur in genere, seù specie supellectilis saltem lato modo, & impropriè, prout sunt ea, quæ sunt magis ad ornatum, quàm ad domesticum usum patris familias, nec sunt destinata ad usum promiscuum domus, sed reposita cum aliis conservari solitis Carp. *respons.* 34. *sub n.* 35. *lib.* 6. *tit.* 3. *de legat. & fideic.* non verò ea, quæ sunt extra genus, & speciem supellectilis, ut sunt comestibilia, & potabilia ex clara sanctione *dict. l. Labeo*, *& glos. &* Bart. ad eandem legem, ubi etiam explicat, quid veniat sub nomine supellectilis impropriè, & lato modo; Et hinc clarè evincitur erroneam esse opinionem Francisci Balthas., quem refert, & impugnat Brunneman. *in l. supellectilis ff. de supell. legata* dicentis sub nomine supellectilis venire comestibilia.

Nec dicatur, quòd, etsi comestibilia, & potabilia non veniant sub nomine supellectilis, veniunt tamen sub nomine utensilium, cum *in l. cos, & ibi glos. in verbo utensilia ff. de Decurion.*, esculenta, & poculenta, & forenses epulæ dicantur utensilia, quod etiam dicitur *in l.* 2. *& ibi glos. pariter. in verbo utensilia ff. nundinis*, ubi utensilia explicat, idest frumentum, gallinas, & pisces.

Quoniam utensilia in dictis legibus non sumuntur pro utensilibus Domus, de quibus loquitur legatum, quod intelligendum est secundùm communem usum loquendi Alberic. Rosat. *in verb. utensilia*, qui prædominantur in legatis Brunnemann. *in d. l. labeo ff. de supel. legat.* & attendendus est in voluntatibus defunctorum interpretandis Camarel. *de legat. tit. de supel. legat. qu.* 7. *n.* 1. quando quidem illa interpretatio accipienda est, quæ vulgari loquendi consuetudini magis congruit Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 4. exploratum autem est vulgari loquendi consuetudine utensilia domus promiscuè sumi cum supellectilibus, dum eadem supellectilia appellantur utensilia Barbos. *appellat.* 253. *sub n.* 14. Natta *cons.* 117. *sub n.* 6. & Camarel. *d. q.* 7. *nu.* 1. & nomine utensilium veniunt ea, quæ inserviunt pro usu quotidiano, ut sunt vasa coquinarie, vinaria, & alia hujusmodi Natta *sub d. n.* 6., sed utensilia in dictis legibus sumuntur, pro quibuscumq; rebus usui nostro necessariis, ut ex eis patet, prout explicat Callepinus utensilia in verbo utensilia, & ibi etiam Columnella, ubi vocat utensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut excolitur, ubi etiam vocat utensilia, quæ apes in alvearia conferunt, quæ nulla ratione dici queunt utensilia domus, nec inter utensilia domus enumeras noster Testator, nec Pistor. *lib.* 1. *qu.* 32. post tria consilia de hac materia germanico sermone scripta ubi *n.* 11. latè enumerat utensilia.

Secundò. Insubsistens est eorum prætensio quò ad libros, quoniam libri, & scripturæ, & eorum capsæ non veniunt *in* legato supellectilium ex clara decisione Text. *in l.* 3. *& in l. Labeo ff. de supell. legat.* Bart. *in l.* 4. *ff. de legat. pr. & in l.* 2. *n. pr. de supel. legat.* Tusch. *lit. L. concl.* 122. *nu.* 5. & 11. Alex. *cons.* 216. *n.* 8. *lib.* 7. Barri *de success. lib.* 9. *tit.* 13. *n.* 1. ubi ait, quod certè libri, nec capsæ, quibus libri asservantur supellectilium nomine continentur Camarel. *d. lib.* 3. *tit. de supel. qu.* 4. *n. pr.*

Tertiò. Quò ad pecunias, quia appellatione auri, & argenti non comprehenduntur nummi aurei, vel argentei, quia non ita homines nummos computant Pinel. *in l. pr. par.* 2. *sub n.* 50 *C. de bon. Mater.* cum usus loquendi ostendat mentem disponentis, non potest juridicè contrarium judicari, & ità usus observat Pinel. *ibidem*, prout nec venit pecunia sub appellatione supellectilium, licèt legatum sit universale Tusch. *d. concl.* 122. *n.* 9. & apud eum Bar. Menoch. *præsumpt.* 138. *n.* 14. *lib.* 4. Thesaur. *dec.* 160. *n.* 7.

Nec legatarios juvat, quod homines supellectilem appellent sua bona mobilia Barbos. *appellat.* 142. *sub n.* 3. Oldrad. *cons.* 219. circa finem, & mobilium appellatione secundùm proprietatem verbi veniat etiam pecunia Pinell. *ibidem*, & Thesaur. *d. decis.* 160. *num.* 1.

Quoniam attento usu loquendi, contrarium judicandum est, siquidem notorium est homines appellatione mobilium tunc non sentire de pecunia, sed de supellectila, & ornamentis Pinel. *sub. dict. n.* 50. & solùm veniunt ea, quæ sunt in supellectili Dec. *cons.* 472. *nu.* 10. cum talis loquendi usus prævalcat proprietati vocabuli Pinel. *sub d. n.* 50. non verò veniunt pecuniæ Cardin. De Luc. *de legat. disc.* 5. *sub n.* 10. licèt adesset dictio omnia, & quæcumq; mobilia Thesaur. *d. dec.* 160. *ubi quod ità judicavit Senatus in causa Taurinens.* undè exploratum, & in-

indubitatum est nomine supellectilium, & utensilium non venire pecuniam.

Quartò quo ad Calicem argenteum insubsistens est legatariorum prætensio, quia tam in testamento, quam in codicillis, supellectiles, utensilia, & massaritias domus legavit, in testamento ibi *tutte, e singole mie supellettili, e massaritie di casa* & ibi *in fornitura, e massaritie di casa*, in codicillis ibi *quod legatum in dicto ejus testamento de omnibus ejus supellectilibus, utensiliis, & massaritiis domesticis factum D. Rocho Brunoni*, non verò legavit supellectiles Sacras, prout exploratum, & indubitatum est talem esse argenteum Calicem, non verò esse supellectilem, utensile, & massaritiam, seù fornituram domus, in nihilo refragante, quod ly domus sit immediate post massaritiam.

Quoniam cum tam supellectiles, quam utensilia, & massaritiæ sint comprehensa, & contenta in unica oratione, & sub eadem periodo, & determinatione, debent etiam æqualiter determinari, ubi commodè possint, nec sit inter ea diversa ratio *ad text. in l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupill.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *nu.* 8. Gratian. *cap.* 70. *n.* 39. *cap.* 563. *n.* 3. *& cap.* 940. *n.* 23. Mans. *consult.* 178. *n.* 38. Rot. *in rec. dec.* 135. *n.* 24. *par.* 8. *dec.* 161. *n.* 3. *part.* 10. *& dec.* 98. *nu.* 14. *part.* 18. *& in terminis nostri casus eleganter* Dec. *cons* 92. *per tot.* maximè, cum massaritiarum apellatione contineantur, quæcumq; continentur appellationa supellectilis, & è contrà, & idem importent Barbos. *in verbo massaritiæ n. pr.* & quod per leges venit nomine supellectilis venit etiam appellatione massaritiarum Jason. *in l. si quis in fundi vocabulo n.* 27. *ff. de leg. pr.* & supellectulia etiam appellentur utensilia, Barbos. *in verbo supellex sub n.* 14. Natt. *dict. cons.* 217. *n.* 6. Camarel. *d. q.* 7. *n. pr.* ubi ait quod multi nomine supellectilia intelligunt massaritiam domus, alii mobilia domus, alii utensilia.

Præterea interpretatio debet esse conformis verbis à testatore prolatis, & personis ad quas sermo dirigitur Simon de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib. pr. interpret.* 2. *dub.* 2. *solu.* 8. *n.* 12. Franch. *in c. si pater sub n.* 10. *de testam.* talis non esset, si comprehenderetur calix, etenim personæ legatariæ in testamento sunt infantes, & sæculares, quibus non convenit calix sacer, & verba prolata sunt, supellectiles, utensilia, & massaritiæ domus, quæ secundùm communem modum loquendi, qui est attendendus ex superius adductis solum important massaritias, seù utensilia domestica.

Nec obstat Decisio *Afflicti* 106. in qua fuit decisum legatum factum uxori omnium, & quorumcumq; mobilium, & supellectilium domus suæ non fuisse restrictum ad supellectilia, & fuisse declaratum verba supellectilium domus non restringere legatum generis omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, sed illa verba fuisse posita ex super abbundanti, & sic regulam de qua *in c. generi de reg. jur. in* 6. nempè quod generi per speciem derogetur, non habere locum in dicto casu, & verbum domus suæ exponi, idest sui patrimonii.

Quoniam fundamentum decisionis fuit desumptum ex antecedentibus, & consequentibus, ut dicitur *n.* 3. ex quibus comprehendebatur hanc fuisse defuncti voluntatem, quod etiam ex depositione confessarii Doctoris in Theologia ipsius testatoris constabat, ut dicitur *n.* 5. quod hic non habetur; quin immò ex consequentibus oppositum deducitur, & quidem clarè, dum in legato supellectilium est comprehensa blancaria cujuslibet generis ibi, *biancaria d'ogni sorte*, & tamen in ea non intelligitur, nec est comprehensa blancaria sacra, dum in eodem testamento per diversum legatum eam reliquit dictæ Ven. Confraternitati, ut legitur in *§. item volo*. tritum enim est unam partem testamenti aliam declarare, & ab ea interpretationem recipere Rot. *dec.* 44. *n.* 12. *part.* 14. *& dec.* 345. *n.* 17. *part.* 16. *rec.*

Præterea in casu Afflicti aderant verba omnia, & quæcumq; mobilia, ex quibus juxta confessarii depositionem desumebatur testatorem ultrà utensilia domus voluisse uxori relinquere quæcumq; alia mobilia; Cæterum omnes de Consilio stabant pro sententia contraria excepto Afflict. in casu verò præsenti solum dicitur omnia, & cujuscumq; generis supellectilia, & massaritiæ domus, quæ promiscuè sumuntur, nec inter ea est diversa ratio, & verbum domus iterum repetitur post numerationem multorum domesticorum utensilium, ex qua replicatione magis apparet enixam voluntatem testatoris esse solùm quò ad domus utensilia, supellectilia, & massaritias domus ex Rot. *dec.* 406. *nu. pr. part.* 14. & proindè dictio, &, sumenda est pro idest, non verò pro, etiam, ampliativè ultrà ea, quæ non sunt supelectilia domus, & firma stat regula, quòd una determinatio ea æqualiter determinet ex quo non sunt inter se diversa, & etiam fovet alia regula, quòd verba universalia, ut cumq; generalia recipiunt restrictionem ex verbis adjunctis Ludov. *dec.* 114. *n.* 5. & consequenter quòd legatum supellectilium sit restrictum per illud verbum domus.

Nec dici potest, quòd verbum, domus, summi debeat pro patrimonio, quià tunc potest admitti quod verbum domus sumatur pro patrimonio, quandò ultrà verbum utensilia adsunt verba, omnia, & quæcumq; mobilia, vel alia æquivalentia, ut in casu Afflicti, non verò, ubi, non adsunt hujusmodi verba, quià ubi una dictio plures habet significationes, magis propria eligi debet Gabriel. *cons.* 98. *n.* 14. *lib. pr.* magis autem propria significatio domus accipitur pro æde, qui etiam *n.* 16. addit quod legatum supellectilium sinè dubio adjectione loci restrictum est ad supellectiles domus.

Nec refert, quod adjectio domus sit facta solum massaritiæ.

Quoniam, quidquid sit in ceteris qualitatibus, certè adjectio loci, ubi facta est ultimo legato referri etiam debet ad præcedentia in eadem oratione contenta Gabriel. *dicto cons.* 98. *n.* 18. *ubi quod ità expressè dicit* Bart. *in l. quæsitum, §. fin. ff. de fund. instruc.* & in terminis firmat Dec. *d. cons.* 92. *per tot.* ubi benè etiam probat qualitatem adjectam in una ex pluribus copulatis in eadem oratione ad omnes alias referri, & qualitatem domus in fine positam referri ad omnia præcedentia.

Nec refragatur quod simus in legato pio, & conjunctis relicto, adeòq; lata sit facienda interpretatio.

Primò quia favor piæ causæ facit quidem, ut in dubio legatum substineatur, non ut extendatur Pedroch. *cons.* 2. *n.* 99. *& pluribus seqq. & n.* 206. *ad* 212. Rot. *dec.* 77. *n.* 42. *part.* 10. *rec.* & tanto minus facit, ut extendatur ad id, quod non consonat in auribus populi, siquidem tunc omnis intellectus dicitur extraneus addent. ad Bart. *in d. l. Labeo litteris C.* Carpzou. *dict. resp.* 34. *n.* 37. Pia enim dispositio ad pium testatoris propositum debet quidem referri, sed non ità, ut trahatur ad id de quo testator non sensit, quia in hoc nulla esset æquitas, immò magna iniquitas, si contrà, vel præter testatoris propositum aliquis vellet bona ipsius in usum pium convertere Pedroch. *d. cons.* 2. *nu.* 213. *cum tribus seqq.*

Præterea etiam in legato piæ causæ interat regula *tex. in l. semper in obscuris* 9. *ff. de reg. jur.* Rot. *d. dec.* 77. *nu.* 44. *& sunt optima verba textus in c. ex parte* 18. *extra de cens. ibi cum hujusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt à viris Ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare*, quem textum approbat Rot. *d. nu.* 44. undè idem Tiraquel. *de privil. piæ Cau. privil.* 25. *n.* 2. tenet etiam in legato pio deberi id, quod est minus, & Pedroch. *d. cons.* 2. *n.* 206. *& pluribus seqq.* probat sententiam contrariam esse à veritate alienam.

Secundò quia hoc legatum cum esset prius factum per testatorem duobus suis pronepotibus, ab illo metiendum est, ex quo omnes legatarii in eodem omninò legato vocati fuerunt Rot. *d. dec.* 77. *n.* 40. *in fin.* Et cum simus in ambiguis semper est facienda interpretatio, ut minus hæres gravetur, & contrà legatarium Rot. *pluribus allegatis d. dec.* 77. *nu.* 41. quæ magis sibi vindicant locum, quando hæres est pariter dilectus Rot. *ibidem n.* 42. & potissimè cum hæ-

hæres institutus sit proximior, quàm legatarius, ut hic, etenim majoris dilectionis in hæredem, quam in legatarium circumstantia ob majorem sanguinis conjunctionem juxtà receptam distinctionem præsumenda est Card. De Luc. *de legat. disc.* 48. *n.* 9.

Et ex his satis constat Sententiam Illustrissimi D. Auditoris quò ad libros, & eorum capsas, & quò ad pecunias, & Calicem ad favores D. Felicis de Sgagnonis nepotis, & hæredis testatoris esse confirmandam, & quo ad comestibilia, & potabilia, ac ligna favore legatariorum prolatam esse revocandam, prout speratur.

Et ità &c. salvo tamen &c.

Joannes Fedolfi J. C.

§. LEGITIMA. VI.

1 Legitima nil aliud est in substantia, (ultra alias descriptiones à Doctoribus, & præcipuè à Merlino loco citato allatas,) quàm portio quædam bonorum à lege determinata, quam habebat defunctus tempore mortis suæ, debita personis pariter à lege determinatis, Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 2. *qu. pr. per tot.* Michalor. *de fratr. part. pr. cap.* 33. *num. pr. &c.* Tusch. *litt. L, conclus.* 181. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 169. *num.* 3. *vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 26. *num.* 2. *&c.* Vide Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 3. *tit.* 28. *leg.* 8. *n.* 4. *pag.* 211.

2 Legitima est tertia pars bonorum, quando filii sunt quatuor, vel pauciores, quando verò sunt pluses, & sic ultra quatuor est dimidia, habito respectu bonorum existentium tempore mortis, inter ipsos filios æqualiter dividenda *Auth. novissima*, *Cod. de inoff. testam.* Ricc. *Collect.* 105. ubi plura de legitima, Pract. Papp. *hæredit. ex testam. gloss. Ac etiam num.* 24. *cum Addit.* Michalor. *de fratr. part. pr. d. cap.* 33. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 127. *per tot. & dec.* 192. *num.* 6. *& seqq. par.* 14. *dec.* 303. *num.* 1. *&c. par.* 18. *dec.* 88. *n.* 1. *&c. dec.* 240. *num.* 22. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *qu.* 1. *per tot.* ubi benè declarat *infra num.* 21. Tusch. *d. conclus.* 181. *per tot. & latiùs conclus.* 183. *&c. per tot.* Nicolius *§. sed. hæc ita, & seq. n.* 4. *Instit. tit. de inoffic. testam.* De Luc. *de legit. disc.* 6. *n.* 3. *&* 4. Balduc. *de Dot. decis.* 49. *n.* 10. *decis.* 51. *n.* 14. *tit.* 3. *et decis.* 12. *n.* 23. *tit.* 4. Bertachin. *vot.* 174. *n.* 2. Cabrun. *lucubr.* 22. *n.* 8. Caprar. *decis* 699. *n.* 1. *decis.* 590. *n.* 4. *decis.* 1. *n.* 2. *decis.* 23. *n.* 1. *decis.* 678. *n.* 7.

Et idem est in legitima matris, ideft super bonis maternis, ut pro illa calculanda attendatur, ut supra numerus filiorum tam masculorum, quàm fœminarum utriusque matrimonii, quando mulier contraxit plura matrimonia, & reliquit liberos ex utroque, ad latè tradita per Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 128. *per tot.* vide *in §. Filiatio num.* 89. facit *infra nu.* 17. *& in locis ibi citatis, & n.* 27. Vide Balduc. *dict. decis.* 49. *n.* 10.

Quod sit quota bonorum regulariter, & non hæreditatis, licet quibusdam respectibus etiam dicatur quota hæreditatis, Altograd. *cons.* 91. *nu.* 77. *et seqq. ad* 85. *lib. pr.* melius *cons.* 42. *num.* 44. *et* 45. *lib.* 2. Franch. *dec.* 127. ubi an pendente discussione æris alieni negati, vel non liquidi, sit statim solvenda cum cautione per filium præstanda de servando hæredem illæsum, & vide Merlin. *dict. tract. lib. pr. tit. pr. quæst.* 2. *per tot.* Tusch. *dict. conclus.* 181. *nu.* 30. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 170. *num. pr. etc. vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 26. *num.* 2. *et seqq.* Urceol. *consult. forens. cap.* 93. *num.* 33. *etc. vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 230. *num.* 10. *et part.* 13. *dec.* 415. *num.* 12. ubi quod est quota bonorum, & ideò censentur debita fuisse prius detracta, Ludovis. *dec.* 244. *n.* 6. ubi quod est valdè controversum, an sit quota bonorum, vel hæreditatis, & est quota hæreditatis ad effectum, ut illi accresceat reliquum hæreditatis. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 40. *a num.* 5. Rube. *de Consuet. Jur. cap. pr. n.* 99. *cap.* 14. *nu.* 5. De Luc. *de Legit. disc.* 26. *n.* 8. *disc.* 42. *n.* 4 *et* 5. *disc.* 43. *nu.* 7. Mantiss. ad eumdem.

Quod legitima sit quota bonorum, ideft ejus, quod remanet deducto ære alieno, & non quota hæreditatis, ac ideò agens ad ejus supplementum teneatur liquidare, & probare statum hæreditatis, ut possit cognosci quanta debeat esse legitima, Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 198. *num.* 4. *etc. infra nu.* 22. *in fine.* Balduc. *a dict. n.* 5. Rube. *loc. cit.* De Luc. Mantiss. *supra.*

3 Legitima cum sit debita à jure naturæ, & divino, non potest per statutum in totum auferri, sed tantùm diminui, Addit. ad Pract. Papp. *pro leg. rei sing. gloss. pr. litt.* K. Oinot. *in §. fin. nu.* 4. *Instit. de legit. agnat. tut. fol.* 56. latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst. pr. num. pr. et seqq. et lib.* 5. *tit. pr. q.* 6. ubi quo jure debeatur, alter Merlin. *dec.* 846. contra Em. De Luc. *de Legitim. disc.* 44. *n.* 10. *De Success. disc.* 22. *num* 2., *et seq. Conflict. observat.* 117. Vide Brunnemann. *in l.* 7. *n.* 4. *et* 5. *ff. si tab. test. null. ext.*

Quod procedit etiam respectu legitimæ ascendentibus debitæ, Altograd. *cons.* 56. *num.* 8. *et consil.* 57. *num.* 73. *etc. lib. pr.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 285. *num.* 7. *et seqq. volum. pr.* ubi refert contrarias opiniones. Contra Em. De Luc. *loc. cit.*

Contrarium quod imo legitima possit per Statutum tolli ex aliqua justa causa, puta ratione agnationis conservandæ, vel quando aliquid aliud assignatur loco alimentorum, vel dotis, vel ipsius legitimæ, attamen loco legitimæ non succedat, Gratian. *discept. forens. cap.* 300. *numer. pr. etc.* Michalor. *de fratr. par.* 3. *capit.* 4. *num.* 12. Magon. *decis. Flor.* 14. *num.* 16. *in fine, et num.* 12. *et dec.* 107. *nu.* 3. Merlin. *d. tract. lib.* 3. *tit. pr. qu. pr. num.* 15. *et per tot.* Altograd. *cons.* 17. *num.* 20. *lib.* 2. ubi instatur de veriori, & receptissima sententia, *et consil.* 57. *num.* 73. *et* 74. *lib. pr.* ubi intelligit hanc opinionem procedere non alternativè, sed conjunctivè, ideft concurrente causa, & facta aliqua reservatione ut supra, vide Merlin. *loc. cit.* latè Tusch. *litt. S. conclus.* 588. *per tot.* Christin. *d. dec.* 285. *n.* 10. *etc. vol. pr. et dec.* 169. *n.* 3. *etc. vol.* 2. Et indistinctè Em. De Luc. *loc. cit. et de success. disc.* 6. *n.* 7 *disc.* 25. *n.* 11. *disc.* 35. *n.* 6.

An autem, & quomodo possit indirectè prohiberi à testatore, Dec. *cons.* 687. Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 62. *infra num.* 31. Brunnemann. *sup. C. libr.* 6. *tit.* 41. *l. unic. nu.* 11. *pag.* 617. Carpzov. *P.* 3. *C.* 7. *def. pen.*

Qualiter autem possit prohiberi per Principem, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap. pr. nu.* 14. *et cap.* 10. *num.* 81 Rot *par.* 10. *rec. dec.* 318. *n.* 24. *et seqq.*

4 Legitima debetur filiis legitimis, & naturalibus simul, licèt emancipatis, ac etiam nepotibus, parentibus de medio sublatis, naturalibus tantùm non debetur à patre, sed benè à matre, nisi ipsa mater esset illustris; debetur legitimatis per rescriptum Principis, nisi adsit clausula sine præjudicio venientium ab intestato, prout communiter apponi solet, item tantò magis legitimatis per subsequens matrimonium; arrogatis autem debetur quarta, adoptivis nihil, nisi essent adoptati ab avo, vel nisi essent impuberes, seu à patre naturali emancipati; debetur etiam ascendentibus, ut dixi *in §. Ascendens num.* non autem debetur transversalibus, nisi fratribus, & turpi persona instituta, ut dixi *in §. Frater n.* de quibus omnibus videndi latè Michalor. *de frat. par. pr. cap.* 33. *num.* 12. *et seqq. ad* 57. & latiùs Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 2. *per tot.* ubi singillatim tractat de omnibus personis, quibus legitima debetur, vel non, nempè de filiis primi gradus, de adoptivis, de emancipatis, de naturalibus, de spuriis, de legitimatis omnibus modis, quibus legitimatio fieri potest, de nepotibus, de ascendentibus, & de collateralibus, item an debeatur monasterio in bonis ingressi, & patrono in bonis liberti. Quod debeatur emancipatis Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst. pr. num.* 87. *vers. emancipato fol.* 107. *tom.* 8. Quod debeatur nepotibus Caprar. *decis.* 224. *n. pr. decis.* 708. *num.* 11. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 70. *n.* 10. *et* 11. *vol.* 3.

Quod adoptivis non debeatur ab adoptante, sed à patre naturali, & quare, Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 309. *& part.* 12. *dec.* 97. *n.* 2. *et seqq.*

Quod debeatur nepotibus ex propria persona, & quando parentes sunt præmortui, ita ut eis nihil præjudi-

judiect quæcumque renunciatio à dictis parentibus prædefunctis facta, cùm intelligatur pro jure suo tantùm, & non pro jure nepotum, latè Galvan. *conſ.* 1. & 2. *per tot.* unà cum subſcriptione, & additione Peregrini, vide Merlin. *dict. tractat. lib. pr. tit.* 2. *qu.* 10. & 11. *per tot. infra nu.* 6. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 193. *n.* 9. & *ſeqq.* ubi de legitima debita nepotibus ex propria persona in bonis aviæ, quæ nec minuitur ob dotem illorum matri aſſignatam, vide *in §. Dos num.* 32. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 117. *per tot.* & *decis.* 311. *num.* 4. & *ſeqq.*

Quibus debeatur legitima, vel non, Tuſch. *littera E, concluſ.* 132. *per tot.* Brunneman. *ſup. ff.* & *Cod.* Nicoli. *Elucubr. Utriuſq. Jur.* Veid. *Inſtit. Imper.*

Quanta ſit legitima debita filiis, nepotibus, parentibus, & fratribus instituta turpi persona, latè idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 183. 184. 185. & 186. *per tot.* Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 27. *nu.* 19. & 20. *vol.* 3.

Quod legitima, & ſupplementum debeatur etiam legitimatis per reſcriptum Principis non obstante clauſula, *ſine præjudicio*, &c. & quod fuerint prohibiti quidquam aliud petere ultra id, quod ſibi in teſtamento fuerit relictum, dummodò agatur de vera legitimatione, & non de ſimplici diſpenſatione, plenè videndus Galvan. *conſil.* 3. *per totum*, *cum aliis quatuor conſ. ſeqq.* in eadem materia ubi ſatisfacit omnibus objectis, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 239. *n.* 15. & *ſeqq. dec.* 441. *num.* 15. & 16. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 342. ubi plures allegat. Vide De Luc. *de Legit. diſc.* 12. *de ſucceſſ. diſc.* 6. *n.* 9.

Intellige tamen reſpectu bonorum exiſtentium in territorio Principis legitimantis, & ad illa tantùm habito reſpectu, & non quoad alia, ut benè probat Ger. Spin. *conſ.* 7. *num.* 6. & *ſeqq.*

Quoad hujuſmodi legitimatos per reſcriptum, ſive cum dicta clauſula, ſive non, vide Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 496. *num.* 37. &c. *cap.* 567. *num. pr.* &c. *cap.* 635. *num.* 4. &c. & *cap.* 751. *nu.* 12. &c. Merlin. *d. tract. lib. pr. tit.* 2. *q.* 6. 7. 8. & 9. *per tot.* Ludoviſ. *dec.* 135. *per tot.* & *decis.* 201. plenè Urceol. *conſult.* 93. *per tot. vol.* 2. ubi probat ſtante clauſula ſine præjudicio venientium ab inteſtato non deberi legitimam hujuſmodi legitimantis, non ſolùm ſtantibus filiis legitimis, & naturalibus legitimantis, ſed etiam ſolis tranſverſalibus uſque ſaltem ad quartum gradum, quid ſi iſti non fuerint instituti, vel non in primo gradu, ſed tantùm ſubſtituti, & alia de hac materia, vide *in §. Legitimatio num.* 11. *et ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 239. *num.* 16. *et ſeqq.* ubi contra ro diverſis tamen terminis, *et decis.* 441. *n.* 15. *et* 16.

5 Legitima debet relinqui honorabili titulo institutionis, niſi ſit ſublata per ſtatutum, per quod aliud ſubrogetur loco legitimæ, putà dos, vel alimenta, quo caſu non eſt neceſſarius titulus institutionis, & idem eſt in legitima debita matri, vel aliis aſcendentibus, ut ſit dicto titulo institutionis relinquenda, Socein. *reg.* 196. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 44. *per tot. cap.* 448. *num.* 6. *etc. et cap.* 701. *per tot.* Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 6. *num. pr. et ſeqq. et cap.* 17. *num.* 18. *et* 19. Chriſtin. *decis. Belgic.* 248. *vol. pr. et dec.* 169. *num.* 4. *etc. et dec.* 170. *nu.* 2. *etc. vol.* 2. *et dec.* 182. *nu.* 9. *etc. volum.* 5. Sperel. *dec.* 32. *per tot.* Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 2. *qu.* 12. *n.* 5. & latè *lib.* 3. *tit.* 2. *qu. pr. cum pluribus ſequentibus*, ubi examinat, an & quando poſſit relinqui ſine titulo institutionis, & teſtamentum ſuſtineri, Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 20. *n.* 22. ubi quod aſcendentibus poteſt relinqui titulo legati, *et part.* 13. *dec.* 316. *num.* 3. ubi quod hodie pro ſuſtinendo teſtamento ſufficit quid minimum institutionis titulo relinquere, ſupplementum petitur conditione ex lege contra voluntatem teſtatoris, & non actione hypothecaria, *infra n.* 12. An in dubio cenſeatur relicta titulo institutionis: Molin. *de Primogen. cap.* 15. *num.* 22. *lib.* 2. De Luc. *de Teſtam. diſc* 21. *n.* 9. *Conflict. obſer.* 118., ubi de aſcendentibus Rub. *de Confuſſ. Jur. cap.* 14. *n.* 9.

Si tamen in teſtamento, vel relicto ſimpliciter à patre facto adſit clauſula, *omni meliori modo*, non poteſt teſtamentum impugnari ſub prætextu, quod deficiat honorabilis titulus institutionis, quia dicta clauſula ſupplet, ac veram expreſſionem dicti tituli præfert, non ſecus, ac ſi filius fuerit à patre apertè inſtitutus, Bald. *in l. quoties* 13. *num.* 9. *et* 10. *C. de hæred. inſtit.* quem pluribus aliis citatis ſequitur Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 254. *num.* 11. *et ſeqq.* dixi *in §. Clauſula num.* 15.

Quod debeatur ſupplementum, quamvis fuerit relictum legatum pro omni, & toto eo, quod occaſione legitimæ prætendi poſſet, & filius paternam diſpoſitionem, & judicium agnoverit, mediante dicti legati conſecutione, ſi non ſit ſufficiens pro integra legitima, unà cum fructibus ad rationem quinque pro centenario, ubi hæreditas conſiſtit in ſtabilibus, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 188. *per tot.* Vide Capras. *decis.* 590. *n.* 2.

Legitima debita nepotibus in bonis avi, vel aviæ eſt ſemis, vel triens juxta illorum numerum, cùm veniant directè, & immediatè pro virili tamquam liberi primi gradus, nec loco unius habeantur, licèt ex uno tantùm patre deſcendant, ſi ille præmortuus ſit avo, quod eſt intelligendum, niſi dicti nepotes concurrant cum patruo ſuperſtite tempore mortis avi, vel cum aliis nepotibus ex altero fratre præmortuo natis, quia tunc non conſiderantur in capita, nec ex propria perſona, ſed in ſtirpes, & repræſentativè ex perſona patris, & ideò loco unius tantùm habentur, Salyc. *num.* 51. Jaſ. *num.* 51. *in Auth. noviſſima, Cod. de inoff. teſt.* Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 4. *q.* 2. *per tot.* Duran. *dec.* 347. *num.* 3. *et* 4. Rot. in Bonon. ſucceſſionis 15. Martii 1647. coram Bichio *inter impreſſas ejuſdem dec.* 293. & penès Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 18. *n.* 25. Altograd. *conſil.* 58. *nu.* 13. &c. *lib. pr.* & *n.* 21. & *ſeqq.* Tuſch. *litt. L. concl.* 184. *ſupra num.* 4. *verſ. Quod debetur nepotibus*, Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 117. *num pr.* & *ſeqq.* Vide De Luc. *de Legit. diſc.* 8. *a n.* 5. *Conflict. obſer.* 12. 6

Legitima matri, vel aviæ debita, ſive alteri aſcendenti eſt tertia pars totius hæreditatis, quando fratres defuncti filii, vel filiæ, ſunt omninò præteriti, quia non inſtituta turpi perſona habentur pro exhæredatis, nec faciunt numerum in illa computanda, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 178. & 448. *per tot.* Altograd. *conſ.* 56. *numer. pr.* &c. & *conſil.* 57. *numer.* 22. &c. *libr. pr.* Sperel. *decis.* 34. *per tot.* Tuſch. *litt. L. concluſ.* 185. *per tot.* Ludovic. Bell. *conſ.* 77. *num.* 40. & *conſil.* 161. ubi refert contrarias opiniones. Vide De Luc. *de Legit. diſc.* 10. *a nu.* 27. *diſc.* 40. *a n.* 4. *de ſucceſſ. diſc.* 44. *n.* 3. 7

Quod legitima aſcendentibus debita, licèt ſit aucta ſicut illa deſcendentium de quarta ad trientem, ſive tertiam partem, tamen ſemper ſit triens, & ſic tertia pars, & numquam dimidia, Craſſ. *§. Legitima qu.* 9. *in fine*, Mangil. *de imputatione q.* 8. *n.* 3. Merlin. *de legitima lib. pr. tit.* 3. *qu.* 4. Altograd. & Sperel. *loc. cit.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 662. ubi quod eſt triens totius aſſis, & tranſmittitur in filios, & hæredes, ut infra *n.* 35. & 41.

An autem legitima aliis debita, ſit eodem modo in omnibus caſibus aucta de quarta ad tertiam partem, latè idem Merlin. *dict. tit.* 3. *q.* 2. 3. 5. & 6. *per tot. infra n.* 18.

Nulla tamen debetur legitima parentibus, ubi extant deſcendentes filii, vel filiæ defunctæ, Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 12. &c. vide in *§. Aſcendens nu.* 2. &c. Rot. *par.* 11. *recent dec.* 326. *nu.* 2. & *per tot.* ubi tamen quod debetur ſi fuit legata, & quare, & in eadem cauſa *dict. part.* 11. *dec.* 332. *per tot.* ubi fuit confirmata prima deciſio, & *part.* 12. *dec.* 4. *num.* 9. & *ſeqq. per totum.* Eminent. De Luc. *de legit. diſc.* 10. *ſub num.* 11., & *diſc.* 44. *num.* 11.

Sed poſteà ex noviter deductis fuit receſſum à deciſis, quia ſcilicet tempore teſtamenti non extabant filii teſtatoris, & ideò tunc erat debita, ſed illis poſteà natis fuit caducata abſque alia revocatione, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 251. & *dec.* 312. *per tot.*

Quando ſit tantùm tertia illius portionis, quam habiturus quis fuiſſet ab inteſtato, & non totius hæreditatis, Franch. *dec.* 63. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 942. *per tot.* Rot. in Imolen. legitimæ 2. Julii 1644. coram Dunozet. penès Urceol. *conſult. for.*

cap. 18. n. 35. latè Sperel. dec. 34. per tot. ubi reprobat Franch. loc. cit. vide Merlin. de legitim. lib. pr. tit. 4. qu. 7. per tot. Tusch. d. conclus. 185. per tot. Rot. par. 11. rec. dec. 20. nu. 38. & part. 13. dec. 491. n. 3. et 4.

Quod si fratres defuncti filii, vel filiæ, non sint omninò præteriti, sed in aliqua parte agniti; illa pars sit deducenda ante legitimam, & sic eam minuat, Sperel. d. decis. 34. per tot.

Quod debeatur etiam matri exclusæ per statutum à successione ab intestato, quando non est ei aliquid reservatum, latè de veriori, & æquiori opinione testando, & contrariis satisfaciendo, probat Altograd. cons. 56. & 57. per tot. libr. pr. ubi etiam quod sit debita jure naturæ, prout illa filiorum, & non jure civili, prout multi ab eo relati n. 32. censuerunt, quorum rationibus respondet, de quo Sperel. decis. 32. n. 2. & seqq. Merlin. de legit. lib. pr. tit. 2. quæst. 52. & tit. 3. quæst. 4.

Qualiter legitima ascendentibus debita differat, vel conveniat cum legitima descendentibus debita, & an in eam scilicet ascendentium imputentur fructus, Peregr. dec. 84. per tot.

8 Legitima non debetur matri respectu portionis, quam vigore statuti fuisset lucratus maritus filiæ prædefunctæ, illud enim lucrum prius deducitur, & postcà de reliquo legitima, Gratian. disceptat. for. cap. 300. num. 33. etc. Rot. in Imolen. legitimæ Veneris 1. Julii 1644. coram Dunozetto, vide in §. Lucrum n. 8. & distingue prout ibi.

Si tamen dos data filiæ fuisset inofficiosa, esset ante omnia deducenda legitima matris, & sic etiam de lucro debito marito, Gratian. disceptat. forens. cap. 950. n. 10. &c.

Quod si mater transierit ad secunda vota, non possit in bonis filii à patre profectis petere legitimam, vel ejus supplementum, sed debeat esse contenta relicto sibi facto, quando adsunt alii filii ex primo matrimonio successibiles, & in aliqua parte agniti; in adventitiis verò possit pleno jure succedere, & sic etiam legitimam, vel ejus supplementum petere, etiam contra voluntatem filii, Urceol. consult. forens. cap. 17. per tot. vide in §. Dispositio n. 3. &c. §. Mater n. pr. & §. Pater num. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. qu. 2. per tot. latè Rot. part. 11. recent. dec. 20. per tot. & par. 19. dec. 308. idem De Luc. de legit. disc. 21. per tot.

Quod legitima debeatur etiam in profectitiis non obstante transitu ad secunda vota, sed cum hac differentia, quod mater vidua præterita possit impugnare testamentum, illa verò, quæ convolavit ad secunda vota, non; ita ut in primo casu legitimam consequatur pleno jure, in secundo verò quoad usumfructum tantùm, proprietate aliis filiis ejusdem matrimonii reservata, latè Sperel. decis. 32. per tot. ubi reprobat Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. qu. 2. quarenus tenet dictum usumfructum nullam habere rationem legitimæ, & latè de prædictis, idem Sperel. decis. 33. & 34. per tot. Rot. par. 11. rec. decis. 20. per tot. & par. 19. dec. 308. ubi quod non extantibus aliis filiis prioris matrimonii, debetur legitima matri, etiam binubæ in plena proprietate unà cum fructibus, & alia plura de hac materia ad favorem matris, etiam binubæ.

9 Legitima debetur filiis habito etiam respectu ad valorem bonorum feudalium, & emphyteuticorum, licèt agatur de fœminis, quæ regulariter in hujusmodi bonis non succedunt, Bellon. cons. 48. Curt. jun. cons. 21. nu. 11. Michalor. de fratr. par. pr. cap. 33. n. 4. Martha vot. Pis. 115. nu. 12. & seqq. Cyriac. controv. 2., 6., 216., & 221. Vide Bosc. Parmens. in contr. feud. art. 6 num. 33. inter oper. Card. De Luc. Bertachin. vol. 198. n. 9.

Intellige de feudo novo, vel emphyteusi nova, secus in antiquo, vel antiqua, Capyc. dec. 2. per tot. vide latè Merlin. de legit. lib. 2. tit. pr. q. 4. et 5. per tot. q. 6. ubi quid in feudo hæreditario, q. 7. ubi de feudo mixto, & q. 8. ubi quid si feudum, vel emphyteusis ex consuetudine regionis sit alienabilis ad instar bonorum allodialium, & dixi in §. Feudum n. 6. & §. Emphyteusis n. 34. Tusch. litt. L. conclus. 597. per tot. Cabal. consil. dec. 140. per tot. lib. 2. Rot. part. 17. rec. dec. 583. nu. 6. et seqq. Bertachin. dict. vol. 198. n. 10.

An legitima deduci possit ante jus primogenituræ, & sic de primogenitura, Gudelin. de jur. feud. part. 3. cap. 4. n. 9. Paul. Christin. dec. Belgic. 366. n. 11. etc. vol. pr. Vide De Luc. de Feud. disc. 108. a n. 52. Boscol. Parmens. contr. feud. art. 6. a n. 23. inter oper. ejusdem De Luc.

Quod legitima sit debita ex universa successione, & sic etiam in juribus, actionibus, & nominibus debitorum, & etiam hæredis ipsius, cùm in præjudicium ejus, cui debetur legitima non fiat confusio debitorum, & creditorum per aditionem hæreditatis, Altograd. cons. 90. nu. 79. & 91. lib. 2. latè Merlin. de legit. lib. 2. tit. pr. q. pr. per tot. ubi etiam de fructibus ipsius legitimæ debitis, & quæst. 2. & 3. quid in Regno, Ducatu, & similibus, in quibus servatur jus primogenituræ.

10 Legitima semel filiæ assignata, si absque ejus culpa fuerit deperdita, est iterùm assignanda, l. etiam, §. pr. ff. solut. matrim. cum aliis per Gratian. discept. forens. cap. 689. n. 43. & cap. 792. n. pr. &c.

Quod debeatur filiæ, etiam si à marito fuerit dotata propter ejus nobilitatem, vel pulchritudinem, Franch. decis. 519. n. pr. &c. Amend. ad de Franch. loc. cit.

Quod si legitima fuerit evicta, teneatur hæres de evictione, Rot. part. 15. recent. dec. 290.

11 Legitima debetur filiæ à patre dotatæ, super bonis maternis, inspecto maximè jure communi, Cavaler. dec. 256. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 637. nu. 18. &c. late Rot. part. 9. recent. dec. 207. ubi in terminis statuti Urbis lib. pr. cap. 145. & part. 13. dec. 46. & dec. 159. num. pr. &c. Bich. dec. 80. per tot. & dec. 137. n. pr. et seqq.

Quid autem stantibus statutis excludentibus fœminas dotatas, & nuptas, an tunc filiæ à patre dotatæ, censeantur exclusæ à bonis maternis, etiam respectu legitimæ, vide Gratian. discept. foren. cap. 490. n. 25. &c. cap. 637. num. 35. &c. cap. 890. n pr. etc. dixi plenè in meis resol. cap. 90. per tot. ubi in terminis statutorum Mutilianæ, & Florentiæ probavi, fœminas à patre dotatas excludi vigore dictorum statutorum non solùm ab hæreditate patris dotantis extantibus personis à statuto nominatis, sed etiam à successione matris, etiam respectu legitimæ, si extent masculi, ut supra nominati, & sic fœminas à patre competenter dotatas non posse prætendere legitimam in bonis maternis stantibus terminis, & rationibus, de quibus ibidem, ubi vide, & in hoc opere §. Filia num. 82. et §. Statutum excludens n. 29. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. pr. quæst. 2. per tot. Altograd. consil. 5. num. 35. et 36. lib. pr. late idem Merlin. loc. cit. quæst. 17. per tot. ubi quando statutum intelligatur excludere tantùm à successione dotantis, vel etiam aliorum.

Quòd legitima, vel ejus supplementum debeatur filiabus etiam a patre dotatis, in bonis maternis unà cum fructibus à die obitus matris ad rationem quinque pro centenario, dummodò in hæreditate adsint res, quæ fructus ferant, etiam stantibus statutis exclusivis, non tantùm à coæquali successione, sed etiam à legitima, quando masculi quorum favore sunt exclusæ, non sunt instituti universaliter, sed alia fœmina, vel extraneus, cùm tunc causa, & ratio finalis exclusionis cesset, Rot. par. 13. rec. decis. 46. per tot.

12 Legitima, vel ejus supplementum petitur non actione hypothecaria, sed condictione ex leg. omnimodò, C. de inoff. testam. et l. si libertus, §. Libertas, ff. de bon. liber. quæ est in rem scripta, & datur contra possessores, Cravett. consil. 109. num. 5. &c. Perr. Jacob. in sua Pract. fol. mihi 93. vide Pacif. de Salvian. insp. 2. cap. 2. num. 300. etc. Scapuc. eod. tract. lib. pr. q. 9. per tot. ubi quod pro ea non datur Salvianum, Afflict. decis. 162. Gratian. discept. forens. cap. 702. num. 16. etc. cap. 198. num. 18. etc. Michalor. de fratr. part. pr. cap. 33. nu. 75. etc. Neguf. de pign. par. 2. membr. 4. num. 164. etc. Tusch. litt. L. concl. 192. et 193. per tot. et concl. 223. per tot. vide De Luc. De Legitim. disc. 41. n. 5., et disc. 26. n. 7., et 8.

Quòd

Quòd legitima non habeat hypothecam, nisi sit legata, & alia, vide per Merlin. de pign. lib. 3. tit. 3. quæst. 97. per tot. & meliùs in tract. de legit. lib. 5. tit. 4. q. pr. cum pluribus seqq. per tot. ubi plenè agit, quæ actiones, & remedia competant, vel non pro consequutione legitimæ, vel illius supplementi, vide Tusch. loc. cit. Peregrin. dec. 37. num. 4. & seqq. per tot. Rot. part. 9. rec. dec. 96. per tot. ubi plura, & esse agendum via ordinaria, Bich. decis. 94. De Luc. De Legitim. disc. 26. n. 9.

Pro supplemento dari tantùm actionem personalem, ex d. l. omnimodò, & non tribuere retentionem, nec impedire immissionem, dixit Rot. in Romana de Gnidis 13. Januarii 1631. coram Verospio in Noviss. part. 6. dec. 5. n. 4. vide Merlin. de legit. loc. cit.

Quòd quando legitima fuit legata competat pro illa hypotheca, & immissio ex utili Salviano non secus, ac pro aliis legatis, Buratt. dec. 115. num. 12. ubi Addit. Rot. par. 12. rec. dec. 326. num. pr. par. 22. decis. 20. num. pr. et seqq. et dec. 363. n. pr. etc.

Qualiter pro ea debeatur immissio saltem pro indiviso, Rot. part. 13. rec. dec. 301. n. pr. etc. et dec. 427.

Quòd quando supplementum peritur contra voluntatem testatoris non competat hypothecaria, nec immissio, sed actio personalis, & conditio ex d. l. omnimodò contra hæredes institutos, à quibus est petenda in judicio ordinario, & licèt alias cui debetur legitima competat remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen. intelligitur ubi esset scriptus hæres, vel saltem ei legata legitima, & sic peteretur eo modo, & forma, sub qua fuit relicta, nam tunc intraret dispositio d. l. fin. vel hypotheca, sicuti pro cæteris legatis, secus antem si petatur ex dispositione legis simpliciter contra voluntatem testatoris, ut pluribus citatis benè declarat Rot. part. 13. rec. dec. 316. per tot. & dec. 427. num. 27. & seqq.

Quid autem sit probandum, & liquidandum per filium agentem ad supplementum, Cabal. consil. 28. lib. pr. Bart. consil. 17. lib. pr. ubi de quantitate, & valore bonorum, Rot. par. 15. rec. dec. 198. dixi supra n. 2. in fine.

13 Legitima est debita sine ulla dilatione, ita ut hæres judicium, sive sententiam expectans, teneatur in pœnam suæ moræ duplicatam legitimam solvere, leg. si quis 33. Cod. de inoff. test. ubi Bart. cum aliis per Gratian. discept. forens. cap. 698. num. 6. & 7. Galvan. consil. 2. per tot. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. num. 60. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 4. qu. 9. n. 6. & per tot. ubi qualiter causa legitimæ sit executivè, & summariè tractanda. De Luc. de Feud. disc. 108. n. 43.

Et quod filio agenti pro legitima, debeantur alimenta, & sumptus litis, idem Merlin. dict. lib. 5. tit. 3. quæst. 12. per tot. vide in §. Expensæ n.

Quòd non admittat compensationem, vel retentionem pro debito filii, etiam liquido, Altograd. cons. 59 num. 35. lib. pr. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 20. n. 10. vide in §. Compensatio in Addit. ubi quod imò compensatio admittitur, etiam in legitima, & alia materia favorabili, ad Ludovis. decis. 568. num. 11. et 12. Vide Bersan. de Compens. cap. 2. quæst. 30. n. 20. & 21. et cap. 3. quæst. 25. n. 6. & 7.

14 Legitima debetur tantùm post mortem, & in illa calculanda habetur ratio bonorum existentium tempore mortis illius, de cujus bonis agitur, nisi pater per immensam donationem patrimonium suum exhauserit, quia tunc esset attendendum tempus donationis, Gratian. discept. forens. cap. 247. nu. 52 cap. 470. num 31. cap. 688. n. 41. cap. 731. nu 13. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. pr per tot. Tusch. litt. L. conclus. 190. & 191. per tot. Paul. Christin. decis. 182. num. 5. vol. 5. Rot. part. 16. rec. decis. 47. num. 10. & seqq. infra num. 25. in fine.

Nec attenditur augmentum, sive diminutio contingens post mortem, idem Gratian. cap. 194. num. pr. 11. Menoch. lib. 4. præsumpt. 33. nu. 6. vide Surd. tit. 3. qu. 7. per tot. & qu. 8. Mangil. de imput. quæst. 9. per tot. Rot. part. 14. recent. dec. 218. nu. 4. et seqq. quos vide, quia conclusio non ita strictè procedit. Vide De Luc. de Legit. disc. 15. per tot.

Quòd imò omne augmentum intrinsecum contingens bonis hæreditariis à die obitus patris usque ad diem petitionis, & consecutionis legitimæ cedat commodo ipsius legitimæ, Fontanell. decis. 571. 572. 573. & 574. per tot. vel filiorum, quibus debetur, quia cùm debeatur in corporibus, par est, ut augeatur tam in favorem filiorum, quàm hæredis, & sic in calculanda legitima attenditur tempus mortis quoad quantitatem bonorum, tempus verò petitionis, & consecutionis quoad illorum qualitatem, & valorem, quia ut dixi debetur in corporibus, ut benè applicat Bich. dec. 94. n. 6. & seqq. facit Urceol. de transact. q. 18. n. 15. Rot. par. 15. rec. dec. 198. n. 13. & 14. ubi quod attenditur augmentum intrinsecum, non autem extrinsecum proveniens ex facto, & industria hæredum.

Quod vivente patre, vel matre, nullum jus considerabile in legitima filiis competat, & spes non dicatur certa, nec probabilis, [quidquid contrarium teneat Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 1. num. 3. & per tot.) probat Altograd. cons. 41. n. 64. & seqq. lib. 2. ubi etiam vide nu. 62. & 63. & cons. 40. & cons. 43. per tot. d. lib. 2. ubi latè sustinet, quod vivente patre, vel matre, nullo modo sit debita legitima, & spes ad illam competens non sit probabilis, nec à jure considerabilis, sed omninò incerta, & vana propter multa accidentia, quæ contingere possunt, ut non debeatur, & vide Giurb. de consuet. Messan. par. pr. cap. pr. gloss. 3. n. 66. cap. 4. gloss. 5. n. 6. & 7. Bardellon. cons. 12. n. 4. &c. lib. pr. Tusch. litt. L. conclus. 200 per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 170. n. 4. 5. & 16. vol. 2. De Luc. de Regal. disc. 160. n. 27. de Credit. disc. 40. n. 12. de Testam. disc. 73. n. 23. de Legitim. disc. 28. num. 20. Ansald. dec. 37. num. 18.

Quod legitima, vel ejus supplementum non possit capi propria auctoritate, sed sit facienda liquidatio citato hærede, Tusch. litt. L. conclus. 202.

Legitima quandoque debetur etiam in vita patris, 15
ut si adsit statutum, quod pater teneatur pro delicto filii solvere ejus legitimam, vel si bona patris confiscentur, vel si cogatur dare legitimam loco dotis, pro alimentis, pro redemptione à carceribus, pro servanda vita, vel libertate, vel si simus in filio Judæi effecto Christiano, vel si pater consentiat, sive monasterium ingrediatur, quibus casibus, si patrimonium tempore mortis patris reperiatur auctum, potest etiam peti supplementum, Duen. reg. 356. per tot. Petr. Cabal. cons. dec. 137. n. 11. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 33. n. 57. & seqq. ad 70. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 3. cum aliquibus seqq. Tusch. litt. L. concl. 190. & 191. per tot. Vivi. com. opin. 455.

Quod in dictis casibus augeatur legitima pro modo augmenti ipsius patrimonii vivente patre facti, Menoch. de arbitr. cas. 149. n. 18. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 33. n. 12. & seqq. vide Merlin. loc. cit. q. 7. per tot. & q. 8. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 170. nu. 4. etc. vol. 2. Fachin. controv. jur. lib. 4. cap. 27. Vivi. comm. opin. 456.

Quod pater possit prævenire in solutione legitimæ, & illam etiam in vita assignare filiis consentientibus, ita ut isto casu non sit attendendum augmentum, vel diminutio bonorum posteà subsequens, sed sit habenda ratio bonorum existentium tempore assignationis, non attento tempore mortis probat Altogr. cons. 8. n. 36. lib. 1. Vivi. d. opin. 456. ubi refert contrarias opiniones, vide Urceol. tract. de transact. q. 18. per tot. ubi an, & quando sit licita transactio super legitima inter patrem, & filium, & quando possit impugnari, vel non, & transit cum Altogrado stante juramento, aliàs secùs, plures allegando, adde Rot. par. 18. rec. dec. 383. ubi quod talis præmatura assignatio habet vim ultimæ voluntatis, & potest ad libitum patris revocari, prout per subsequens testamentum revocata censetur, de quo tamen vide in §. Divisio n. 11. & 12. & §. Pater nu. 34. Rot. par. 18. dec. 385. ubi quando dicta assignatio sit irrevocabilis cum translatione dominii vigore juramenti, obligationis Cameralis, & aliarum clausularum, ita ut non veniat sub fideicommisso postea facto, & part. 19. dec. 344. nu. 1. & seqq. ubi quod licèt debeatur tantùm post mortem, tamen de

con-

consensu filii potest etiam à patre vivente persolvi, ut in casu dotis, &c. Vide De Luc. *de Donat. disc.* 169. *n.* 11.

Quod imò etiam *in* casu ingressus religionis, & professionis patris, non debeatur statim legitima, sed sit expectanda mors naturalis, & interim per monasterium solvantur alimenta tantùm, nisi essemus in monasterio bonorum incapace tam in communi, quam in particulari, Gratian. *discept. for. cap.* 102. *per tot. cap.* 815. *n.* 9. *&c.* Ger. Spio. *consil.* 1. *nu.* 37. *& seqq. per tot.* Argel. *de acquir. poss. quæst.* 17. *nu.* 589. *&c. & quæst.* 8. *n.* 625. Giurb. *de consuet. Messan. part.* 1. *cap.* 4. *gloss.* 5. *n.* 32. Vasq. *de success. resol.* §. 12. *n.* 13. *Auth. si qua mulier.* ubi DD. *C. de Sacrosanct. Eccles. & in c. si qua mulier* 19. *qu.* *nit.* latè Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *qu.* 3. *n.* 1. *& seqq. vide in* §. *Monasterium nu.* 8. Dian. *part.* 6. *tractat.* 7. *resolut.* 55. vide Castill. *de Alim. cap.* 41.

Contrarium autem, nempè deberi legitimam à die professionis, non expectata morte naturali firmat Sperel. *dec.* 32. *n.* 21. Rot. *part.* 5. *recent. dec.* 116. *n.* 223. *&* 267. hancque partem pluribus citatis sequitur Merlin. *d. quæst.* 3. *n.* 9. *et seqq. per tot.* ubi ampliat idem esse *in* descendentibus, qui si monasterium ingrediantur, & professionem emittant, eodem modo teneotur legitimam ascendentibus præstare; item sive monasterium sit capax bonorum, sive non, item etiam si filii moriantur ante parentes professos, nam cum à die professionis sit illis debita legitima, eam licet non petitam transmittunt ad suos hæredes, vide Bordon. *de profess. cap.* 5. *quæst.* 31. Spada *cons.* 306. *n.* 10. *lib.* 3. Tondut. *quæst. benef.* 96. *nu.* 22. Urcecol. *consult. forens. cap.* 41. *n.* 9. *& in Append. in fine* 2. *volum. fol.* 27. Et pater ingressus religionem tenetur servare legitimam filiis, nec eam minuere potest favore piæ causæ Boss. *de Dot. cap.* 3. §. 2. *n.* 36. Fagnan. *in cap. cum simus a n.* 6. *de Regular.* Ansald. *decis.* 89. *n.* 109.

26 Legitima filiorum, patre dilapidante, ac bonis malè utente, sive culpa, sive *in* fraudem; potest excorporari de bonis ipsius patris, etiam *viventis*, & ipsis filiis assignari, ad effectum ut reddantur tuti à dilapidatione patris, & à fraudulentis, & captiosis alienationibus, quæ legitimæ non præjudicant Duen. *reg.* 356. *ampliat. pr. vers. Contrarium*, Socein. *reg.* 355. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 44. *num.* 18. *&c.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 16. Mangil. *de imput. quæst.* 44. *n.* 7. Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 485. *n.* 85. *&c.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 26. *n.* 10. *privil.* 88. *nu.* 3. Giurb. *de consuet. Messan. part. pr. cap.* 7. *gloss.* 9. *n.* 17. *et* 18. Merlin. *de legit. lib.* 25. *tit.* 3. *quæst.* 6. *per tot.* ubi post relatas plures diversas opiniones circa modum providendi indemnitati filiorum in hujusmodi casu dilapidationis, hanc uti veriorem amplectitur, ampliando etiam in caso fideicommissi, limitando, & declarando, prout ibidem, & facit quod dixi *in* §. *Pater. num.* 53. Add. Castil. *de Aliment. cap.* 43. *et de usufruct. cap.* 64.

Qualiter in foro conscientiæ teneatur paterfamilias distribuere bona sua, Dian. *part. pr. tract.* 8. *res.* 83. *et seqq.*

Quod legitima non possit filiis auferri, nec diminui in inofficiosis donationibus, fraudulentis, & voluntariis alienationibus, ita ut detur revocatio usque ad illius quotitatem, etiamsi non malo animo sint factæ, ac etiam si non sint in tanta quantitate, ut redargui possint de inofficiositate, vel etiam si essent factæ loco pio, ut benè probat Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 539. *per tot.* & ideò tantò magis si ille, in quem fit alienatio sit particeps fraudis, Michalor. *de fratr. part. pr. cap.* 33. *n.* 58. Gratian. *discept. for. cap.* 247. *n.* 52. *etc. cap.* 751. *nu.* 14. *etc.* Hodicen. *in leg. hac edictali*, *C. de secund. nupt. quæst.* 39. *n.* 15. *etc.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit. p. q.* 18. *et* 21. *per tot. et lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 2. *et seqq.* facit quod dixi *in* §. *Donatio n.* 19. latè Tusch. *litt. L. conclus.* 188. Rot. in Bonon. separationis bonorum 15. Julii 1661. coram Verospio apud Urcecol. *consult.* 85. *n.* 30. *vol.* 2. ubi quod donationes tamquam alienationes voluntariæ legitimam non minuunt, nec etiam confessiones de recepto per patrem ad favorem alterius factæ, Mascard. *de probat. conclus.* 364. & idem est in dote inofficiosa, quæ mortuo patre potest revocari pro modo legitimæ aliorum filiorum, etiam constante Matrimonio, Merlin. *d. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 20. *per tot.* vide *in* §. *Dos n. infra n.* 25. *et* 26. Vide Balduc. *tit.* 4. *dec.* 23. *n.* 10. *et* 11. Ansald. *dec.* 84. *n.* 71.

Legitima filiorum primi matrimonii, an & quando sit ante omnia deducenda, & posteà reliquum dividendum cum secundo viro, Altograd. *cons.* 34. *nu.* 10. *& seqq. lib.* 2. Urcecol. *consult. for. cap.* 18. *per tot.* dixi in meis *resol. cap.* 46. *per tot.* & in hoc opere *in* §. *Dispositio n.* 8. *&* §. *Divisio n.* 25. *&* §. *Lucrum n.* 8. Merlin. *dec.* 38. *n.* 17. *&c. decis.* 828. *per tot. decis.* 853. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 406. *per tot.* Bich. *dec.* 203. latè Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 47. *per tot.* vide Emin. De Luc. *de donat. disc.* 50. *n.* 3. *de success. disc.* 32. *n.* 2. *&* 3. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 25. *n.* 15. 16. 38. *&* 31. 27

Legitima fratri debita, quando fuit instituta turpis persona, quanta esse debeat, Natt. *cons.* 478. *lib.* 3. Afflict. *decis.* 204. Coto. *cons.* 176. *num.* 3. *lib.* 4. Thess. *decis.* 128. *nu.* 13. Vasq. *de success. creat.* §. 20. *n.* 213. Mangil. *de imputation. quæst.* 8. *n.* 6. *&* 7. Crass. §. *Legitima quæst.* 10. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 5. *per tot.* ubi rejicit contrarias opiniones multorum tenentium, legitimam transversalibus debitam esse auctam de quarta ad trientem, & aliorum plurium affirmantium, imò non esse auctam isto casu, sed remanere quartam secundum jura antiqua, ipse hanc ultimam partem sequitur, ac contrariis respondet, vide *in* §. *Frater nu. supra numer.* 7. Tusch. *litt. L. conclus.* 186. ubi quod si sint quinque fratres erit medietas, si verò pauciores tertia pars, & citat Alexander. *cons.* 63. *lib.* 2. & quando possit etiam in totum rescindi testamentum, Jas. *cons.* 71. *lib.* 1. 28

Legitima potest detrahi, & est debita, etiam si inventarium confectum non fuerit, præcipuè ubi agitur de fideicommisso universali, quamvis & idem esse in fideicommisso particulari latè examinato articulo comprobat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 24. *nu.* 27. *et seqq.* Tusch. *litt. L. conclus.* 213. *per tot.* Gayl. *lib.* 2. *observ.* 188. *num.* 14. Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 140. Paul. Christin. *dec.* 51. *n.* 5. *vol.* 4. *et decis.* 201. *n.* 17. *etc. vol.* 5. Urcecol. *consult. forens. cap.* 53. *n.* 23. *vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 293. *n.* 22. *et seqq. et decis.* 336. *nu.* 15. *et seqq. d. part.* 9. *vol.* 2. *et decis.* 399. *n.* 21. *et seqq. ead. par.* 9. ubi quod verum est in fideicommisso universali, secus autem in particulari, quia de jure novo, non facto inventario, hæres legata, & fideicommissa particularia integrè solvere tenetur, *infra nu.* 33. Bich. *decis.* 251. *nu.* 22. *et* 23. Emin. De Luc. *de legitim. disc.* 21. *n.* 6. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 12. *num.* 25. Bich. *dec.* 32. *n.* Peutiog. *dec.* 359. *n.* 4. Rot. *recent. part.* 19. *dec.* 133. *n.* 9. Emerix jun. *dec.* 190. *nu.* 2. *decis.* 250. *n.* 2. *dec.* 652. *n.* 3. *dec.* 853. *n.* 10. 29

Prædicta conclusio obtinet etiam in trebellianica saltem quoad liberos primi gradus, ac etiam quoad extraneos hæredes, Gregor. *dec.* 266. *n.* 5. ubi Addit. Rot. *part.* 5. *recent. dec.* 399. *n.* 5. *et* 6. cum aliis per Consultissimum Pontirol. *in Respons. vel tractat. pro Mambellis Cæsenæ impresso de anno* 1645. *n.* 218. *et seqq.* ubi etiam quod istud nedum procedit ubi sejunctim altera tantum quarta debetur, sed etiam ubi conjunctim utraque deducitur, vide *in* §. *Trebellianica n.* 25. Surd. *decis.* 316. *per tot. ubi nu.* 16. *etc.* quod hæres tenetur de suo posteà refundere legatariis.

Prædictam opinionem de veriori tenendo firmat Cavaler. *dec.* 192. *n.* 2. ubi reprobat Surd. *loc. cit.* ac alios contrarium tenentes, sequitur etiam contra Surd. & alios Mart. Medic. *decis.* 6. *nu.* 27. *et seqq.* ubi latè Merlin. *d. quæst.* 24. *per tot.* Urcecol. *consult. for. cap.* 19. *per tot.* ubi plures decisiones allegat, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 294. *n.* 5. *c.* 5. *part.* 12. *decis.* 36. *per tot.*

Si tamen constet de alienationibus factis non confecto inventario, & hæres prætendat non sufficere

pro

pro sibi debitis detractionibus, & sic velle residuum deducere, non auditur nisi probet negativam insufficientiæ bonorum, & alia non habuisse, cum ex omissione inventarii resultet maligna suspicio subtractionis bonorum, & adæquatæ satisfactionis, Merlin. *decis.* 265. *n.* 5 *et seqq. et dec.* 383. *n.* 15. *et* 16. *etc. dec.* 633. *per tot. dec.* 644. *dec.* 707. *dec.* 776. *nu.* 24. *etc. dec.* 900. *a. pr. etc.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 241. *n.* 31. *et seqq. dec.* 293. *n.* 25. *etc. dec.* 336. *n.* 6. *et seqq. per tot. et decis.* 384. *in eadem causa d. par.* 9. *recent. et part.* 10. *dec.* 318. *nu.* 17. *etc. part.* 11. *dec.* 31. *n.* 9. *et seqq part.* 14. *dec.* 201. *et* 264. & benè probat Pontirol. *loc. cit. n.* 521. *et seqq.* ubi latè docet modos, & praxim probandæ hujusmodi negativæ, vide in §. *Negativa n.* 12. Urceol. *consult. forens. cap.* 53. *n.* 23. *et seqq. vol.* 2. ubi etiam citat *meam resol. cap.* 33. *nu.* 23. idem Urceol. *cap.* 65. *nu.* 28. *et seqq. vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 278. *n.* 6. *et seqq. et dec.* 294. *per tot.* ubi quod fideicommissarius allegans fuisse factas alias alienationes teneatur probare, *et part.* 11. *dec.* 170. *n.* 19. ubi hoc idem clarè probat, & vide *part.* 12. *dec.* 96. *et* 97. *et decis.* 136. *et part.* 13. *decis.* 263. *n.* 13. *etc.* Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 2. *quæst.* 78. plura ad rem, & quod legitimæ, & trebellianicæ consumptio probatur ex confessione filii hæredis gravati.

Quod legitima præsumatur habita, & non sit iterum de fideicommissis detrahenda, quando filius se immiscuit paternæ hæreditati nullo confecto inventario, nec probata negativa, non existentiæ aliorum bonorum, Natt. *cons.* 199. *n.* 11. *et* 12. *lib. pr.* Surd. *decis.* 316. *num.* 12. *et seqq.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 39. *n.* 14. Addent. ad Gregor. *decis.* 266. Merlin. *dec.* 633. *n.* 1. *etc.* ac alibi sæpè, ut supra, & præcipuè *dict. part.* 14. *decis.* 201. Duran. *dec.* 360. *n.* 1. ubi etiam *n.* 2. *etc.* quod etiam præsumitur consumpta ex alienationibus factis, ita ut filio contrarium afferenti incumbat onus probandi, dixi *in resolut. cap.* 33. *n.* 23. vide Urceol. *d. cap.* 19. *per tot. et cap.* 53. *n.* 23. *et seqq. vol.* 2. & alios supracitatos, Fachin. *contr. lib.* 4. *cap.* 34. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 248. *num.* 6. *&c. volum. pr.* latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 31. *n.* 9. *et seqq. per tot. et decis.* 167. *n.* 11. *&c. & part.* 12. *dec.* 37. *per tot.* ubi quod tunc non habet retentionem, sed agere debet judicio ordinario, Francisc de Angelis *d. quæst.* 78. *n.* 7. *etc.* ubi docet praxim quisnam teneatur probare alienationes factas æquare, vel non debitas detractiones. Vide Caprat. *decis.* 169. *n.* 36. *dec.* 625. *n.* 19. Emeria *loc. cit.*

20 Legitima, & ejus supplementum debetur contra voluntatem testatoris, & dicitur debitum necessarium, etiam quoad hæredem, ita ut omne relictum videatur factum animo compensandi, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 198. *per tot. et cap.* 682. *nu.* 39. Sperel. *decis.* 176. *n.* 79. *etc.* Magon. *decis. Flor.* 13. *nu.* 23. *etc. vide in §. Debitor n. et §. Legatum nn.* Ansald. *decis.* 49. *n.* 8.

21 Legitima an calculari debest, habito respectu tam ad masculos, quam ad fœminas, etiam à statuto exclusas, vel ad alios exhæredatos, ad effectum cognoscendi quanta esse debeat, an scilicet triens, vel semis secundum numerum filiorum, juxta superius dicta *nu.* 2. & sic an personæ exclusæ à successione faciant partem personis non exclusis, & augeant numerum ad reddendum legitimam uberiorem & pinguiorem ad favorem non exclusurum, vel potius ad favorem hæreditatis, latè Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 1. *et seqq. per tot.* Mart. Medic. *dec.* 7. *per tot.* Martha *vot. Pis* 69. *per tot.* dixi *in §. Jus accrescendi n.* 11. ubi cui accrescat portio exhæredati, Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 137. *per tot. et decis.* 160. *n.* 18. *et seqq. per tot.* Tusch. *litt. L. conclus.* 208. *et* 209. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 170. *n.* 17. *vol.* 2. Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 280. *per tot. part.* 12. *dec.* 136. *n.* 17. *part.* 13. *dec.* 128. 247. *et* 267. *et part.* 18. *dec.* 88. *n.* 2. *et seqq.* ubi quod fœminæ licèt à statuto ab intestato exclusæ, faciant partem ad favorem masculorum, quando condito testamento fuerunt agnitæ, relinquendo eis dotem jure institutionis, quo casu dicuntur restitutæ ad jura suitatis per statutum ablata, vide in §. *Filia n.* 89. De Luc. *de Legitim. disc. pr. ex n.* 19. *et disc.* 3. Bertachin. *vol.* 174. *n.* 3. *et* 4. Ansald. *dec.* 90. *n.* 2. 28. *et* 30.

Quomodo autem dotes, fœminarum à statuto propter masculos exclusarum sint deducendæ ex hæreditate, an scilicet tamquam æs alienum ante legitimam, quo casu illam indirectè minueret, vel ex ipsa filiorum masculorum legitima, sive de residuo hæreditatis post deductam legitimam ad favorem masculorum, vide latè Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 4. *quæst.* 6. *per tot.* Ludovis. *decis.* 565. *per tot.* dixi *in meis resolut. cap.* 60. *n. pr. et in hoc opere §. Dos num.* 12. *etc.* vide Rot. post Merlin. *d. tract. dec.* 106. *per tot. et part.* 11. *rec. decis.* 180.

Quæ loco dotis esse dicantur, vel non, Tusch. *litt. L, conclus.* 206. *per tot.*

Legitima an comprehendatur sub generali dispositione, vel requirat specialem mentionem, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 2. *n.* 36. *et seqq. et tit.* 2. *quæst.* 9. *n. pr. etc. et quæst.* 26. *per tot.* penès Tusch. *litt. L, conclus.* 214. *ad n.* 108. Paul. Christin. *dec. Belg.* 249. *vol. pr. et decis.* 279. *nu.* 18. *etc. d. vol. pr. et decis.* 169. *n.* 13. *vol.* 2. Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 218. *n.* 11. *etc.* Ludovis. *dec.* 489. *n.* 18. *etc. decis.* 539. *n.* 12. *et seqq.* Altograd. *cons.* 78. *n.* 24. *lib.* 1. Galvan. *cons. pr. et* 2. *per tot.* Michalor. *de fratr part.* 3. *cap.* 4. *n.* 12. *etc.* Rot. *in Noviss. par.* 6. *n. pr. etc.* dixi *in resolut. cap.* 90. *n.* 8. 17. *et* 26. ubi quod fœmina simpliciter à successione per statutum exclusa, censetur etiam exclusa à legitima juxta magis communem opinionem, quidquid secus sit in renunciatione, ut dixi in §. *Filius nu.* 85. *et seqq.* vide Boss. *de Dot. cap.* 7. §. *pr. à nu.* 57. 22

Et an possit legitimæ, vel ejus supplemento renunciari, Merlin. *lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 25. *per tot.* ubi videtur negativè concludere Vide Christin. *dict. decis.* 249. *vol. pr.* Vide De Luc. *de Legitim. disc.* 10. *n.* 12. *disc.* 40. *a n.* 14.

Legitima debetur una cum fructibus à die mortis illius, de cujus bonis agitur, quod caret difficultate quando consistit in bonis, sed idem est dicendum si consistit in pecunia subrogata loco legitimæ, vel etiam hæreditaria, eo quod in hæreditate non adsit, nisi pecunia penès hæredem existat, secus si penès tertium secundum opinionem Staiban. *tract. de interesse lib.* 2. *tit.* 2. *quæst. pr. per tot.* dixi *in §. Interesse num.* 15. §. *Fructus num.* 14. 23

Quod debeatur una cum fructibus à die mortis, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 301. *a. pr. etc. dec.* 536. *per tot.* Galvan. *cons.* 2. *per tot. et consil.* 31. *n.* 237. *et seqq.* Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit. pr. q. pr.* Tusch. *litt. L. conclus.* 204. *per tot.* Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 20. *num.* 24. ubi quando hæreditas cōsistit in stabilibus licet legitima sic relicta in quantitate, Cavaler. *decis.* 341. ubi etiam quod debetur absque onere, & ideò potest statim peti illius separatio ante purificationem fideicommissi, *infra num.* 41. *& seqq.* De Luc. *de hæred. disc.* 10. *nu.* 3. *de legit. disc.* 26. *n.* 11. *de Usur. disc.* 28. *n.* 7. *disc.* 33. *n.* 7. *de Dot. disc.* 110. *nu.* 6. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 13. *n.* 29.

Quod imò fructus legitimæ non debeantur, quando illa consistit in pecunia, jocalibus, & mobilibus, articulo maturè discusso firmavit Rot. in Romana legitimæ del Nero 4. Julii 1646. coram Otthobono, & sequuta est Rot. *par.* 11. *recent decis.* 248. *num.* 11. *& part.* 13. *decis.* 46. *nu.* 4. Thomat. *decis.* 87. Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 1. *quæst.* 12. *n.* 39. ubi quod stantibus interpellatione, & mora debentur fructus legitimæ ratione lucri cessantis, & damni emergentis, etiam si pecunia tantum fuerit in hæreditate relicta, quod est intelligendum concurrentibus, & probatis requisitis necessaria, de quibus dixi in §. *Interesse*, Pontanel. *decis.* 92. *num.* 12. *& seqq.* Grivel. *dec. Doland.* 98. plenè, & distinctè Andreol. *controv.* 314. *per tot.* Vide De Luc. *loc. cit.*

Legitima, & Trebellianica, sive etiam Falcidia, olim ad invicem confundebantur; hodie autem non ita servatur, sed invicem se compatiuntur, ita ut filius gravatus sub conditione possit statim sequuta 24

mor-

morte patris legitimam detrahere habito respectu ad totam hæreditatem, & posteà adveniente tempore restitutionis fideicommissi, sive solutionis legatorum Trebellianicam, vel Falcidiam deducere habito respectu ad id, quod remansit in hæreditate, quæ portiones simul junctæ ascendunt ad dimidiam totius hæreditatis, ut dixi in §. *Filius num.* 47. vide latè Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 5. *& seqq. per tot.* ubi docet praxim faciendi omnes hujusmodi detractiones, Petr. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 59. *nu.* 144. *& cons. decis.* 83. *nu.* 5. *& seqq. lib.* 1. *cap.* 583. *n.* 19. *&c. cap.* 694. *num.* 18. *&c.* ubi quomodo liquidentur hujusmodi detractiones, adde plenè Tusch. *litt. L. conclus.* 211. *&* 212. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 245. *volum. pr. & decis.* 315. *vol. pr. & dec.* 14. *nu.* 2. *volum.* 4. *& decis.* 203. *num.* 11. *& seqq. vol.* 5. Peregrin. *decis.* 91. *num.* 25. Martha *vot. Pis.* 8. *nu.* 62. *& seqq.* Viv. *comm. opin.* 459. ubi quod idem est in ascendentibus à filiis institutis, & ut supra gravatis. Vide Caprar. *decis.* 78. *n.* 23. *decis.* 200. *n.* 1.

Quod Trebellianica, vel Falcidia deducatur etiam in casu, quo legitima per se ascendit ad dimidiam, Mandel. *consil.* 41. *num.* 2. *&c.* Peregrin. & alii relati per Gratian. *decis.* 112. *in Addit. num. pr.* vide *in §. Trebellianica num.* 11. Merlin. *loc. citat. num.* 11. *&c.* Christin. *dict. decis.* 245. *&* 315. *volum. pr.* Fachin. *contr. lib.* 5. *cap.* 8.

Quod sit locus detractioni duarum quartarum, & sic legitimæ, & Trebellianicæ, quando filius fuit sub conditione gravatus, secus autem in fideicommisso puro, & quare, quod in utroque foro servatur, quidquid esset controversum de jure civili, bene Pontirol. *in Respons. pro Mambellis Cæsenæ impresso de anno* 1645. *num.* 213. *& seqq.* Gratian. *decis.* 59. *nu.* 13. *& in Addit. & decis.* 112. *per tot* ubi etiam quod dictæ detractiones possunt fieri simul, & eodem tempore, de quo tamen vide Merlin. *loc. sup. cit. num.* 16. Surd. *decis.* 251. *per tot.* Marc. Medic. *Exam.* 29. *num.* 17. Laderch. *consil.* 51. *nu.* 2. Tusch. *litt. L. conclus.* 212. *per tot.* Christin. *decis.* 245. *vol. pr.* Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

25 Legitima minuitur per funeris impensam, cum hujusmodi expensæ sint ante legitimam deducendæ intelligendo propriè, & strictè de illis expensis, quæ fiunt circa actum sepeliendi cadaver, ipso cadavere præsente, secus autem in illis, quæ posteà fiunt, etiam si suffragium animæ respiciant, ut benè probat Pontirol. *in dict. Respons. num.* 319. *& seqq.* quidquid omnes indistinctè comprehendi tenuerit Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 15. ut dixi *in §. Expensæ n.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 26. *nu.* 6. *&c.* De Luc. *de Legit. disc.* 19. *nu.* 10. Ansald. *decis.* 49. *n.* 32. *decis.* 84. *n.* 79.

Sicuti etiam ante legitimam est deducendum omne æs alienum testatoris, nedum extraneis debitum, sed ipsi hæredi tempore mortis, cum legitima sit quota bonorum, quæ dicuntur tantum deducto omni ære alieno, Merlin. *de legitim. libr.* 2. *titul. pr. quæst.* 16. *per tot.* Pontirol. *loc. citat. num.* 328. Tusch. *littera L, conclus.* 201. Christin. ubi supra. De Luc. *de Legitim. disc.* 29. *nu.* 2. *disc.* 42. *nu.* 5. *&* 6. Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 19. *n.* 89. *cap.* 14. *n.* 6. Caprar. *decis.* 584 *n.* 26. *decis.* 607. *n.* 2. Ansald. *decis.* 49. *n.* 32.

Quod est intelligendum de debitis naturali, & civili simul jure, vel etiam naturali tantùm efficacem actionem habentibus, vel si ipsi hæredi gravato debeantur, quia ad favorem hæredis deducitur ante legitimam etiam debitum naturaliter tantùm, licèt efficacem actionem non habeat, quòd si sit hoc modo extraneo debitum, statim non deducitur, sed ita demum si fuerit solutum, & non possit repeti, & super hoc futuro eventu præstatur hincinde cautiò inter hæredem, & fideicommissarium ad instar debiti conditionalis, super quo eodem modo cavetur, debitum verò civile tantùm nulla obligationis naturalis concomitantia unquam coloratum, vel posteà destitutum, non est attendendum tamquam omninò indebitum, nisi concomitetur naturali, licèt præsumpta tantum, & ficta obligatione, nam tunc esset detrahendum, sicut & debitum prætorium uti verum, & efficax deducitur, prout eruditissimè probat, & distinguit Pontirol. *in d. Respons. sive tract. num.* 329. *& seqq. ad* 373. ubi propterea rectè infert dotes maternas, & alia quæcumque ex materna linea filiis obvenientia tamquam per mortem patris plenè consolidata, & utroque jure filiis debita, esse ante omnia detrahenda, prout etiam dotes nuruum, quatenus pater ad illarum restitutionem tenetur, ut ibi *num.* 364. *& seqq.* quamvis indistinctè eas omnes esse detrahendas dixerit Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 87. vide eumdem Merlin. *quæst.* 15. 16. 17. *&c. d. lib.* 2. *tit.* 1. qualiter impensa funeris, æs alienum, dotes, & similia debita detrahantur ante legitimam.

Quid in dotibus legatis filiabus, vide in §. *Dos num.*

Quando pater teneatur ad restitutionem dotis nurus, vide in §. *Pater num.*

An pendente discussione æris alieni, teneatur filius expectare, vel possit cautionem dare de conservando hæredem illæsum, & statim legitimam consequi, Franch. *decis.* 127. Surd. *cons.* 248. *num.* 17. Cyriac. *controv.* 222. *n.* 7.

Qualiter æs alienum debeat esse evidens, & concludenter probatum, aliter quàm per confessionem patris, etiam juratam ad effectum, ut possit detrahi in præjudicium legitimæ filiorum, circa quam pater illis præjudicare non potest, per suam confessionem, nisi ageretur de aliqua modica summa arbitrio judicis, quamvis hujusmodi confessio patris, etiam in magna quantitate possit sustineri in vim legati si sit facta in testamento; sed hoc modo non præjudicat legitimæ ex infra dicendis, vide Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit. pr. q.* 16. *nu.* 13. *& seqq. per tot.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *q.* 4. *per tot. infra n.* 16.

An quarta debita uxori inopi juxta *Authent. præterea*, *C. unde vir. & ux.* sit ante legitimam filiorum detrahenda, & sic illam minuat, Merlin. *loc. citat. quæst.* 23. *per tot.* ubi videtur negativè concludere, facit quod dixi in §. *Uxor num.*

Quòd legitima non minuatur per æs alienum voluntarium, sive per alienationes voluntarias, sed suppleatur ex bonis donantis, si bona, quæ remanserunt non sufficiant, quia etiam donata habentur pro extantibus ad hunc effectum, Rovit. *decis.* 100. *num.* 26. cum aliis per Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 47. *num.* 10. *et seqq. num.* 14. *et decis.* 384. *in eadem causa.*

Legitima non minuitur ex legatis etiam ad pias causas factis, quia legitima deducitur ante legata, donationes causa mortis, & alia hujusmodi gratuita relicta: non tamen deducitur ex ipsis legatis, nisi in subsidium, sic neque ex legatis pro malè collatis, nec ex donationibus ob benemerita factis, dummodò tamen de ipsis malè ablatis, vel benemeritis plenè constet aliter quàm per confessionem donantis, Bart. *in l si quis ad declinandum num.* 6. *ubi glos. C. de Episc. et Cler.* Greg. *decis.* 339. *num.* 6. *et* 7. plenè Merlin. plures decisiones addens in ultima impressione *d. tract. de legitim. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 10. *per tot.* Pontirol. *d. Respons. num.* 411. *etc.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 57 *num.* 11. *et seqq. et part.* 12. *decis.* 286. *per tot. et decis.* 263. *num.* 2. *et seqq.* Vide Rot. coram Caprar. *decis.* 224. *n.* 25. *et decis.* 699. *num.* 8. Ansald. *decis.* 12. *n.* 36. *decis.* 84. *n.* 76. 26

Quòd regulariter non minuatur legitima ex legatis, sed ante illa sit detrahenda, & quare; quod tamen videtur intelligendum de legatis factis personis extraneis, secùs autem de factis personis succedentibus, pulchrè declarat videndus Urceol. *consult. forens. cap.* 18. *num.* 14. *& seqq.* Rot. in Imolens. legitimæ 1. Julii 1644. penes Urceol. *loc. citat. num.* 34. *et seqq.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 57. *num.* 11. *et seqq. per tot.* ubi etiam an minuatur ex diminutione valoris bonorum, vel propter expensas factas pro exactione creditorum hæreditariorum.

An autem ex legato famulis facto pro salario, & mercede minuatur legitima, dic quòd si petere poterant tamquam debitum necessarium, minuitur per illud legitima, quia tamquam æs alienum venit ante legitimam deducendum, aliàs autem secus, Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. et merced. q.* 33. *per tot.*

Quòd legitima minuatur per legatum usufructus omnium bonorum uxori relictum, sed prius sit de-

tra-

trahenda, nisi dictum legatum esset simul filiis, & uxori factum, quia tunc pro medietate spectat ad filios, in qua medietate concluditur illorum legitima, ut benè probat Urceol. Consult. forens. cap. 58. vol. 2. et cap. 71. num. 18. et 32. vol. 2. Merlin. Pignatell. lib 2. cap. 7. num. 6. etc. ubi quando comprehendatur in usufructu. Vide De Luc. de Feud. disc. 90. n. 6. de Legat. disc. 39. n. 2. et 6.

27 Legitima reservatur quando bona patris ob delictum confiscantur, & nisi aliter constet de consuetudine, vel lege municipali disponatur, si sunt duo filii, habent dimidiam bonorum pro legitima, si verò sint plures habent totam hæreditatem, & cessat confiscatio, juxta textus in l. quando C. de bon. damnat. et l. numeratio, ff. de bon. damnat. ubi gloss. & DD. Rol. consil. 92. num. 30. etc. lib. 2. Clar. §. fin. quæst. 78 versic. videndum est, Pract. Papp. for. Inquisit. glos. ult. num. 2. cum Addit. ubi quòd reservatur etiam patri ex bonis filii confiscatis quoad trientem, Michalor. de fratr. part. pr. cap. 33. nu. 5. et part. 3. cap. 27. num. 4. & Gratian. disceptat. forens. cap. 135. nu. 21. etc. Conciol. resol. crim. verb. legitima resol. pr. per tot. latè Merlin. de legit. lib. 3. tit. pr. q. 28. et 29. per tot. ubi ampliat etiam ad dotes filiorum, & ad alimenta, ac aliis modis declarat, & quid in Matre delinquente, ac alia hujusmodi, Conciol. d. verb. Legitima resol. 4. et 5. ubi quòd idem est in Matre delinquente, ut ex ejus bonis debeatur eodem modo legitima filiis, etiam in crimine læsæ Majestatis, licèt alii contra, & idem è converso, ut debeatur parentibus ex bonis filiorum confiscatis, quando non extant eorum descendentes. Vide Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 12. n. 206. tom. 3.

Fiscus tamen occupat omnia bona, & facta confiscatione convenitur pro excorporatione, & deductione legitimæ, & dotium, sicuti servat generalis consuetudo, teste Merlin. d. quæst. 28. num. 12. & me, qui in Statibus Etruriæ semper practicatum vidi, & alibi.

Quoad alimenta detrahenda sequitur Altograd. consil. 95. num. pr. alibi Conciol. dict. verb. Legitima resolut. pr. num. 4. etc.

De dicta materia reservationis legitimæ filiorum delinquentis, latè Farinac. quæst. 24. num. 34. et seqq. Guaz. de confisc. bon. conclus. 13. limit. 19. et 23. per tot. Conciol. d. resol. pr. Peregrin. de jure fisc. lib. 5. tit. pr. num. 34. etc. Thes. decis. 104. Benintend. decis. 91. Surd. de aliment. tit. pr. quæst. 31. Merlin. dict. qu. 28. et 29. per tot. Calvin. tract. de æquit. lib. pr. cap. 96. per tot. cum aliis per eos citatis, Card. Tusch. litt. C, conclus. 727. nu 12. et seqq. et litt. L, conclus. 189. per tot. etc. ubi videtur intelligere, quando confiscatio venit à jure communi, à quo procedit dicta reservatio ex causa miserationis, secùs autem si sit imposita à statuto principaliter in pœnam delicti; vide alios citatos, quibus adde Farinac. consil. 145. nu. 16. lib. 2. Conciol. resol. crim. verb. Confiscatio resol. 7. ubi latè contra fiscum, etiam in terminis statuti, cum per illud redeamus ad jus antiquum, à quo recipere debet interpretationem ut supra, dixi in mea Practica §. Confiscatione num. 12. et §. Doti num. 4. et 5. ubi etiam qualiter vigore legum Municipalium Florentiæ reserventur dotes filiabus, & sororibus delinquentium, Add. Fermosin. de confisc. allegat. 18. et 20.

Si tamen patris bona confiscentur ob crimen læsæ Majestatis, nulla hoc casu reservatur filiis legitima, l. quisquis, §. filii vero, C. ad l. Jul. Majestat. Peregrin. de jur. fisc. lib. 3. tit. 9. Clar. in §. Læsæ Majestatis, versic. Præterea Michalor. de fratr. part. 3. cap. 27. nu. pr. &c. Farinac. quæst. 116. §. 3. num. 76. & seqq. plenè Merlin. de legitim. lib 3. tit. pr. quæst. 30. per tot. dixi in Pract. §. Figlinoli e. 4. 5. & 10. & §. Machinatori per tot. ubi quid in hoc disponant leges Municipales Florentiæ, adde Conciol. resol. crim. verb. confiscatio resol. 7. num. 12. cum addit. & in verb. Læsæ Majestatis resol. unic. in fine, ubi quòd hodie dictæ pœnæ, in l. quisquis non sunt in usu de generali consuetudine, & in verb. Legitima resol. 4. num. 43. vide in §. Filius nu. 38. & §. Fiscus nu. 7. Portugal. de donat. Reg. libr. 3. cap. 25. num. pr. tom. 2.

Et idem est in crimine læsæ Majestatis Divinæ, ut filii hæreticorum priventur etiam legitima, ad latè tradita per Merlin. loc. cit. quæst. 31. per tot. Decian. tract. crimin. 5. cap. 45. num. 3. &c. Farinac. qu. 190. num. 191. ubi pluribus modis ampliant, & limitant adde Conciol. in verb. Legitima resolut. pr. num. 9. & seqq. per tot. ubi tamen quòd saltem debentur alimenta de æquitate, & alia ad rem, Sanchez ad Præcept. Decalog. lib. 2. cap. 16. à n. 26.

An autem legitima, & Trebellianica possit per Fiscum deduci, & prætendi ex persona filii delinquentis post mortem patris super bonis fideicommisso subjectis, vide latè Merlin. loc. cit. quæst. 32. per tot. ubi videtur concludere quòd non, cum de mente patris prohibendi detractiones quoquomodo apparere potest, Guaz. de confiscat. bon. concl. 27. num. 30. & seqq. per tot. facit quod dixi in §. Confiscatio num. 16. & §. Trebellianica num. 26. Conciol. resolut. crimin. verb. confiscatio resol. 6. num. 5. & 7. ubi quòd ex fideicommisso ordinato in casu delicti non potest per fiscum deduci legitima, neque Trebellianica, cum sit onus favorabile filiis, & alia ad rem, Fulvi Majoran. in oppoprax. lib. pr. cap. 11. nu. 38. & seqq. fol. 34. ubi citat Mastrill. decis. 181. Vermigl. consil. 51. & alios infra num. 30. in fin. Arias de Mesa var. res. lib. 3. cap. 29.

De materia an confiscatis bonis patris, sit reservanda legitima filiis, & an jus adeundi, vel hæreditas non adita transeat in fiscum, si filius post mortem patris delinquat ante aditam hæreditatem, & alia ad rem Antunez Portugal. (cum pluribus citatis) l. donat. Reg. lib. 3. cap. 25. per tot.

Legitima filii non potest propter ejus delictum patre vivente confiscari, nisi adsit statutum aliter disponens, Surd. decis. 167. Clar. §. fin. quæst. 86. Gratian. discept. forens. cap. 272. num. 8. etc. cap. 594. num. 13. &c. ubi de cautela, ut semper fiscus excludatur à legitima filii, etiam propter delictum commissum post mortem patris, et cap. 983. per tot. Duen. reg. 356. ampliat. 2 et limit. 5. Mant. de solut. cap. 47. Peregr. de jur. fisc. lib. 5. tit. pr. num. 132. etc. Farinac. quæst. 23. num 137. etc. et quæst. 24. nu. 16. etc. Giurb. de consuet. Messan. par. pr. cap. 4. glos. 5. num. 18. et seqq. Tusch. littera L, conclus. 190. per tot. latè Conciol. resol. crim. verb. Legitima resol. 3. per tot. Merlin. de legitima lib. 3. tit. pr. quæst. 33. per tot. ubi etiam videtur firmare, quòd non obstante dicto statuto compellente patrem ad solvendum legitimam pro filio delinquente, (prout in tota ferè ditione Ecclesiastica ex Constitutionibus Marchiæ Sixti, & Cardinalis Ægidii lib. 4. cap. 18. et 19. & in pluribus aliis Italiæ Civitatibus extat) possit pater præveniendo fiscum, filium ingratum exhæredare, sicque fiscum etiam à legitima excludere facit quod dixi supra n. 27. in fine, et in §. Statutum puniens n. 26. Castill. de Aliment. cap. 43. 28

De Bullis Pii IV. & Sixti IV. compellentibus patrem ad solvendam legitimam pro filiis, & earum intellectu, Conciol. resol. crim. verb. Bulla resolut. 2. 3. et 6. ubi quod tamquam odiosæ sunt restringendæ, non procedunt quando fuerunt nulliter condemnati, nec quando sunt Clerici, & alia ad rem, de quibus plenè idem Conciol. in verb. Legit. resol. 4. per tot. & quod tunc pater pro interesse proprio admittatur in judicio pro filio absente, & quando, idem Conciol. verb. Legit. resol. 2. per tot. Rot. part. 18. recent. decis. 735. num. 27. ubi quod in Statu Ecclesiastico potest confiscari legitima, & semel detracta per confiscationem, amplius detrahi non debet.

Florentiæ tamen (quod sciam, vel umquam audiverim) non extat similis Consuetudo, vel statutum compellens patrem ad solutionem legitimæ filii delinquentis, ipso patre vivente, de quo tamen vide Card. Tusch. litt. S, concl. 605. num. 7. & seqq. ut dixi in §. Statutum puniens n. 26.

Et de jure communi, postea decedente patre, legitima non confiscatur, sed jus succedendi (reperto filio delinquente ob bannum incapace) integraliter defertur aliis sequentibus in gradu ab intestato venientibus, vel à patre institutis, quia confiscatio non porrigitur ad jura futura, & conditionalia non delata tempore commissi delicti, Covar. var. resol. lib. 2.

cap.

cap. 8. sub n. 7. Gomez. *var. resol. tom. 3. tit. de confisc. num. pr &c.* Farinac. *q. 24. n. 19. &c. q. 125. num. 138. & seqq.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 33. nu. 4. & seqq. ubi num. 6. in Addit.* ampliat etiamsi Pater per modum divisionis, vel legitimæ aliquid filio inter vivos assignaverit, quia cum irrevocabiliter illi non quæratur, non venit in confiscatione, secùs autem si irrevocabiliter filio delinquenti fuerit quæsitum, Benaz. *consil. crim. 110. litt. B,* Guaz. *de confisc. limit. 19. n. 23.* Giurb. *de Consuet. Messan. p. 1. cap. pr. glos. 12. n. 8. &c.* vide *in §. Filius nu. 32. §. Bannitus n. 20. §. Confiscatio n. 5. & §. Fiscus n. 7. & 8.*

Quid si mortuo patre Filius delinquat ante aditam hæreditatem, vel agnitam legitimam, an fiscus possit illam prætendere, dic quod non, quia jus adeundi est meræ facultatis, & non in bonis, sed extra bona, & qui non vult acquirere, non dicitur diminuere in fraudem, Cæpbal. *consil. 321. lib. 3.* Franch. *decis. 101.* Farinac. *quæst. 25. n. 141.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 4. q. 9. nu. 44. & seqq.* vide in *§. Hæreditas n. 11. & 12.*

Quid si filius vivente patre deliquat, condemnatio verò, cujus vigore sequitur confiscatio facta sit post mortem patris, Calvin. *de æquitat. lib. 3. cap. 165. n. 7. & seqq.* ubi quòd consideranda sunt verba legis, vel statuti confiscationem imponentis, an respiciant tempus delicti, vel condemnationis, nam si tempus delicti non comprehendunt bona postea quæsita, si tempus condemnationis attenditur, quæ tunc possideat, ad Farinac. *qu. 24. num. 187.* Mangil. *de imput. q. 41.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit pr. qu. 39.* Hodiern. ad Surd. *decis. 167. n. 17.* adde Gabr. Vasq. *opusc. moral. de test. cap. 9. §. pr. dub. 5. fol. 355.*

An in confiscatione bonorum filiifamilias veniat legitima, examinat multis citatis Antunez. Portug. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 23. n. pr. & seqq.* ubi etiam de peculio.

29 Legitima an possit retineri à filio, qui vult abstinere ab hæreditate patris, Marant. *in l. is potest n. 62. ff. de acq. hær.* Soccin. *reg. 155.* Gratian. *discept. for. cap. 249. n. 2. & per tot.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 2. per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & quinque casus distinguit, Rot. *part. 18. rec. decis. 743. n. 12.* ubi quod secluso titulo hæreditario, ut quia filius repudiavit hæreditatem patris, non potest habere legitimam, Fachin. *controv. lib. 4. cap. 65. lib. 6. c. 56.* Vide Caprar. *dec. 434. n. 3. & 4. tom. 2.*

30 Legitima nullum recipit onus, & gravamen, & appositum reiicitur ipso jure, ideoque nec ejus alienatio regulariter impediri potest, Gratian. *discept. for. cap. 594. n. 4. & per tot.* Ger. Spin. *consil. 22. n. 5. & seqq. per tot.* Urceol. *consult. for. cap. 6. nu. 3. & seqq.* latissimè Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 3. per tot.* Altograd. *consil. 17. n. pr.* & latiùs *consil. 18. nu. 23. &c. lib. 2. infra n. 35. versic. Item transmittitur per tot.* plenè Tusch. *litt. L, concl. 187. per tot.* Paul. Christin. *dec. 270. nu. 8. etc. vol. 2. et ad leg. munic. tit. 16. art. 26. n. 11. etc.* ubi ampliat, & limitat Rot. *part. 4. recent. decis. 119. per tot. et part. 18. tom. pr. decis. 49. et part. 19. dec. 11. per tot.* ubi etiam quòd non est necessaria aliqua reclamatio filii, & *decis. 70. in eadem causa d. part. 19.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 6. sect. 4. n. 38. tom. 3.* Balduc. *tit. 3. decis. 52. n. 22.* Rube. *de Confuss. Jur cap. 19. num. 503.* Caprar. *dec. 532. n. 19.* Ansald. *dec. 10. n. 36.*

Quòd nullum onus recipiat, etiam reciprocæ substitutionis inter filias, loquendo in dote loco legitimæ subrogata, (quamvis non desinit contrarium tenentes respectu reciproci oneris) plenè Galvan. *consil. 31. n. 4. et seqq. et n. 97.* Et in simili quòd non admittat onus reciprocæ substitutionis verius esse profitetur, Gratian. *dec. 112. n. 9. etc.* vide Tusch. *d. concl. 187. per tot.* Paul. Christin. *dec. 182. nu. 21. et seqq. vol. 5. et ad l. municip. d. tit. 16. art. 26. n. 11. etc.* Rot. in Romana transactionis Lunæ 6. Martii 1673. coram Vicecomite post Urceol. *de transact. decis. 40.* Vide Balduc. *tit. 3. dec. 51. n. 15.* De Luc. *de Dot. disc. 106. n. 12. de Legit. disc. 9. disc. 16. nu. 12.* Rocc. Episc. *cap. 14. n. 28.*

Quæ autem, & quando substitutiones in legitima admittantur vide Merlind. *tit. 2. qu. 13. per tot.* Rot. *part. 9. rec. decis. 387. nu. 55. et seqq.* dixi in *§. Dos n. 16. et 17. et §. fideicommissum n. 20.* ubi quod admittuntur quando respiciunt commodum ipsius filiæ, & ejus descendentium, ex Rot. *part. 16. rec. dec. 379. per tot.*

Potest tamen prohiberi filio alienatio legitimæ donec pervenerit ad ætatem 25. annorum, Arias de Mesa *var. resol. lib. 3. cap. 29. per tot.* ubi etiam si filius interim delinquat, an legitima transeat ad fiscum, & sic onus in legitima admittitur ad tempus ubi commodum, & favorem filiorum respicit, Franch. *decis. 14. n. 3.* Ferret. *caut. 35.* Magon. *decis. Flar. 149. n. 38. &c.* Cabal. *cons. decis. 61. nu. 3. & seqq. lib. 2.* Gratian. *decis. 76. in Addit. nu. 1.* ubi quòd non ob id prohibetur filius alienare, vide *in §. Prohibitio n.* latè Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 11. per tot.* ubi etiam disputat an hujusmodi prohibitio possit sustineri usque ad 30. annos adducendo contrarias ad invicem opiniones, & supposita validitate probibitionis in utroque casu, non posse illi renunciari per filium, ita ut si alienaverit, etiam cum juramento (seclusa omni necessitate) alienatio sit nulla, & admittantur substituti, vel alii cohæredes instituti, vide Tusch. *litt. L. conclus. 187. num. 99. & seqq.* Spada *consil. 306. lib. 3.* Urceol. *in Append. ad cap. 6. in fine 2. vol. fol. 9.* Peregrin. *dec. 35. nu. 11. & seqq.* Marta *vot. Pis. 115. n. 3. & seqq.* ubi quòd talis prohibitio valet, ut consilium, non ut præceptum, & si illi contrafiat non amittitur legitima, nec admittitur substitutus. De Luc. *de Regal. disc. 1. n. 6.*

An autem stante dicta prohibitione, si filius decedat intra dictum tempus prohibitionis, possit saltem testari, & sibi hæredem instituere, affirmativè resolvit, distinguendo tamen plures casus idem Merlin. *loc. cit. quæst. 12. per tot.* vide *in §. Probibitio nu.*

Item an prohiberi possit alienatio legitimæ, casu quo bona pervenire deberent ad fiscum, Gratian. *discept. for. cap. 594. & cap. 983. per tot.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. q. 32.* ubi videntur affirmativè concludere, cùm hoc non sit onus, sed commodum filii, vide Farinac. *quæst. 25. nu. 45.* Cyriac. *controv. 148. n. 31. &c.* ubi contrarium defendit pro fisco, sed contra communem aliorum opinionem, ut inquit Merlin. *loc. cit. in Addit. n. 5. in fine, & qu. 33. sub n. 13. supra n. 27. in fine,* Fulvi Majoran. *in opoprax. lib. 1. cap. 11. n. 38. & seqq. fol. 54.* ubi pariter tenet contra fiscum. Altimar. *de nullit. rubr. pr. q. 12. nu. 23. tom. 3.* De Luc. *de Legit. disc. 13. n. 5. disc. 25. n. 13. de Fideicomm. disc. 148. n. 2.* Ansald. *dec. 77. n. 39.*

An, & qualiter ex consensu filii hæredis, possit per patrem onus, vel gravamen legitimæ apponi, saltem sub conditione, vide Covar. *in cap. Raynaldus §. 2. n. 3.* Gabriel. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap. 6. §. 4. dub. 2. per tot. fol. 308.* Baitel. *de ultim. volunt. dec. 28. n. 15. &c.* Valenzuel. *cons. 182. à n. 2.* Balduc. *tit. 3. decis. 52. n. 24.*

An filius possit consentire, & approbare gravamen legitimæ appositum in præjudicium suorum creditorum, latè Carleval. *de judic. lib. 2. tit. 3. disput. 25. n. 18. & seqq.* Aloys. Mans. *Consultat. 126. per tot. lib. 3.* ubi simpliciter an in legitima possit gravari, & filius approbare, infra *num. 37.* Cyriac. *controv. 284.* *Salgud. labyrint. part. 2. cap. 16.*

Legitima cùm ut dixi nullum onus recipiat, non 31
etiam venit in restitutione fideicommissi, quando filius fuit expressè, & nominatim gravatus, veniret autem in fidæicommisso, quando non ipse filius, sed illius hæres, vel substitutus esset gravatus, & sic quando fideicommissum esset relictum post mortem filii, vel per verba impersonalia, cùm tunc non dicatur injunctum onus ipsi filio, sed ejus hæredi, vel substituto, venit etiam restituenda legitima, & non potest retineri ab ejus hærede, vel substituto, quia licèt non possit filius, ut supra in ea gravari, potest tamen illius hæres, vel substitutus, ut benè probat Ger. Spin. *consil. 22. num. 27. & seqq.* facit Grat. *decis. 76. in Addit. n. 2. etc.* vide Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 8. per tot.* Baitel. *de ult. volunt. decis. 28. per tot.* Tuschus *litt. L. conclus. 187. n. 104. et seqq.* Bich. *decis. 88.* ubi de dote succedente loco legitimæ,

mæ, ut non possit à Patre fideicommissi onere gravari, & plum quando dos succedat loco legitimæ, vel non, de quo dixi in *§. Dos num.* 16. *et* 17. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 196. ubi quòd vigore statuti Bononiæ dos licèt succedat loco legitimæ, potest onere fideicommissi gravari, quicquid aliter tenuerit Rota Bononiensis, quæ ibi reprobatur.

De cautela prohibendi legitimam, scilicet instituendo filium cum onere non detrahendi legitimam, & Trebellianicam, sed omnia restituendi per fideicommissum, & si nolit acquiescere huic dispositioni instituendo in sola legitima, cæteris privando bonis, plenè cum resolutione contrariorum Andreol. *controv.* 250.

Et quòd non possit dos fideicommisso gravari, quando succedit loco legitimæ, latè Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 76. ubi quid si excedat legitimam, vel fuerit cum tali onere acceptata, & *decis.* 267. *in eadem causa, et part.* 18. *tom. pr. dec.* 49. *per tot.*

85 Legitimæ detractioni non quælibet causa onerosa facit, ut sit locus, sed solùm illa, quæ verè est onerosa, non verò ubi adest admixtum lucrum, quo casu dicitur ad hunc effectum causa lucrativa Seraph.

de-

deciſ. 416. *n.* 11. *& ſeqq.* Roec. *cap.* 14. *n.* 23. *libr.* 5.

86 Legitima præſumitur acceptata, dum non conſtat de repudiatione, & viceverſa plura fuerunt contracta debita, & factæ alienationes bonorum Emerix jun. *deciſ.* 185. *n.* 6.

87 Legitima aſſignata per Judicem in bonis fideicommiſſariis remanet libera ab onere fideicommiſſi ad ſeat. *in l. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtam.* Emerix jun. *deciſ.* 1119. *n.* 4.

Per hoc tamen non liberatur filius ab onere inveſtimenti faciendi ex fructibus aliorum bonorum Neguſ. *reſp.* 434. *n.* 15. Emerix jun. *ſupra n.* 5.

88 Evictione ſequuta reſpectu rei in illius cauſam à Patre aſſignatæ, emendatur vitium reſtituendo aliam rem, ſeu pecuniam, ſeu legitimario reſtituitur priſtina actio pro illa conſequenda Emerix jun. *deciſ.* 196. *n.* 7. *&* 8.

89 Legitima relicta titulo ſubſtitutionis cenſetur relicta titulo inſtitutionis Michalor. *de fratr. quæſt.* 33. *n.* 40. Emerix jun. *deciſ.* 123. *n.* 4. *&* 11.

Præſertim ſtante clauſula codicillari, *& omni meliori modo* Merlin. *de Legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 16. *n.* 4. Emerix jun. *loc. cit. n.* 5.

90 Legitima debetur matri binubæ etiam in bonis profectitiis filiæ prædefunctæ tàm quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum, quando nulli alii extant filii prioris matrimonii Emerix jun. *deciſ.* 431. *à n.* 1. Quod amplia ut *n.* 3. *&* 4.

91 Matri non debetur in bonis filii prædefuncti, cui fuit datus ſubſtitutus pupillaris expraſsè Emerix jun. *deciſ.* 793. *n.* 8. Vel ad ſummum in ſolo triente legitimæ eidem filio debitæ in bonis Patris *ibidem n.* 9.

92 Patri tranſeunti ad ſecundas nuptias non debetur in bonis filii, niſi quoad uſumfructum Put. *deciſ.* 4. *lib.* 3. Rot. poſt Pacific. *de Salvian. deciſ.* 96. *à n.* 1. Merlin. *deciſ.* 534. *à n.* 3. Dunoz. jun. *deciſ.* 676. *n.* 2. *&* 3. Emerix jun. *deciſ.* 160. *n.* 6. *& deciſ.* 187. *nu.* 7.

Quod locum habet in utroque conjuge Emerix jun. *deciſ.* 160. *n.* 7.

93 Supplementum Legitimæ peti debet conditione ex lege, quæ judicium ordinarium expoſcit Emerix jun. *deciſ.* 51. *n.* 12. Et actio ad illud petendum datur inſtituto in quota, vel ſumma minori, quàm ſit legitima *ibid. n.* 5. Etiamſi probibitus fuerit plus petere, ſub pœna privationis *ibidem n.* 6. Et quare fuit inventum Caprar. *deciſ.* 423. *n.* 10.

94 Legitima taxatur ſimul cum Trebellianica in unciis ſeptem cum dimidio, ubi filii ſunt pluſquam quatuor Merlin. *de Legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 12. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 142. *n.* 5. Emerix jun. *dec.* 687. *n.* 4. Ubi verò ſunt quatuor, & infra in unciis ſex Emerix jun. *deciſ.* 836. *n.* 1. Pereg. *deciſ. Patavin.* 91. *n.* 25.

95 Jus petandi legitimam tranſit ad hæredes, etiam extraneos Emerix jun. *deciſ.* 1. *nu.* 15. *deciſ.* 8. *nu.* 9. *deciſ.* 226. *n.* 3. *deciſ.* 739. *n.* 6. Caprar. *deciſ.* 218. *n.* 6.

Ac etiam petitio illius fructuum Caprar. *dict. deciſ.* 218. *n.* 16.

Et non obſtante Statuto, quod jus dicendi de nullitate teſtamenti ſolum tranſmittatur ad deſcendentes, & collaterales maſculos Emerix jun. *deciſ.* 1. *num.* 16.

96 Legitima non debetur, quoties hæreditas ab ære alieno abſorbetur Torr. *de Primog. Ital. part.* 2. *qu.* 66. *n.* 52. *&* 54. Priol. *deciſ.* 268. *nu.* 3. Caprar. *deciſ.* 544. *n.* 7. Et creditores hæreditarii abſorbentes integrum patrimonium excludunt filium a legitima Caprar. *deciſ.* 607. *n.* 3.

97 Legitima detrahenda eſt ante lucrum dotale debitum ſecundo, vel ulteriori viro Rot. *recent. part.* 15. *deciſ.* 366. *n.* 11. Caprar. *deciſ.* 224. *n.* 24. ad textum in *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

Cui textui non derogat Statutum Urbis Fenzon. *ad ſtatut. Urb. cap.* 131. *à n.* 7. Caprar. *loc. cit. n.* 27.

Sed ex reſiduo hæreditatis ſolvendum venit Merlin. *de Legit. libr.* 2. *tit.* 1. *q.* 22. *n.* 10. Caprar. *n.* 28.

98 Credita inexigibilia non ſunt relinquenda pro hærede, ſed ſuper eis eſt etiam aſſignanda ſua quota legitimario Cerr. *deciſ.* 784. *n.* 7. *&* 8. Caprar. *deciſ.* 607. *n.* 9.

99 Matri binubæ, quæ fuit præterita in teſtamento filii, in quo fuit inſtitutus hæres extraneus cum clauſula codicillari, an debeatur legitima, & ſuper quibus bonis, & quid ſi conſentiunt, & adhærent matri Sorores defuncti Caprar. *deciſ.* 41. *fere per tot. part.* 1.

100 Legitima regulatur eiſdem legibus, quibus regulatur ſucceſſio ab Inteſtato Palm. nep. *deciſ.* 101. *n.* 1. *&* 38. *tom.* 2.

101 Legitima ſicut non debetur Mortuis, & deportatis tempore mortis patris, ſic etiam non debetur profeſſis de tempore mortis patris Palm. nep. *deciſ.* 299. *n.* 37. *tom.* 3.

102 Legitima non potitur privilegio exigendi ſolidum à pluribus hæredibus Merlin. *de Legit. lib.* 5. *tit.* 4. *q.* 6. *n.* 4. *q.* 7. *n.* 3. Palm. nep. *deciſ.* 395. *n.* 15. *tom.* 4.

103 In Legitima favor filiorum prævalet piæ cauſæ De Luc. *de Fideicom. diſc.* 124. *n.* 11. Palm. *loc. n.* 16.

104 Legitima debetur à Patre Judæo adhuc vivente filię ad Sanctam fidem venienti Merlin. *de Legit. libr.* 4. *tit.* 2. *q.* 14. *n.* 3. Palm. nep. *alleg.* 349. *nu.* 1. *& alleg.* 400. *n.* 27. *tom.* 4.

§. LEGITIMATIO. VII.

a LEgitimatio filiorum naturalium poteſt fieri pluribus modis, nempè per oblationem Curiæ, ut quando pater filium Curiæ Principis offert, vel filiam Curiali in matrimonium collocat, de qua text. in §. *quòd verò*, *&* §. *ſeqq. Auth. quibus mod nat. eff. ſui.* Sed iſte modus legitimandi ſecundùm aliquos abiit in deſuetudinem. Vide Brunnemann. *in l.* 3. 4. *&* 9. *n. pr. C. de natur. liber.*

Secundò fit per præſumptionem, ut quando pater in teſtamento, vel alia ſcriptura trino teſte munita aliquem nominat filium, *Auth. ſi quis*, *C. de nat. lib. & in Auth. ut liceat matri*, *& aviæ*, §. *ad hæc C. eod.* Boer. *deciſ.* 240. *nu.* 15. Sanfel. *deciſ.* 342. *num.* 3. Vide Brunnemann. *in l. jubemus & ſeq. C. de natur. liber. a n.* 3.

Tertiò per ingreſſum religionis, non tamen ad effectum ſuccedendi, Soccin. jun. *conſil.* 48. *num.* 18. *&c. lib.* 4. Mantic. *deciſ.* 32. *num.* 4. vide Mart. *de ſucceſſ. legal. part. pr. q.* 18. *art.* 9. *nu.* 33. *& ſeqq. per tot.* Fajard. *tract. de legit. per ſubſeq. matrim.* 3. *poſt Allegat. fiſc. fol.* 672. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 480. *num.* 5. *& ſeqq. per tot.*

Quartò per ſubſequens matrimonium, & ita legitimati dicuntur verè legitimi ad omnes effectus, prout infra latiùs dicetur. Vide Brunnemann. *in l.* 5. 10. *et ſeq. u n.* 7. *C. de natur. liber.*

Quintò per reſcriptum Principis, & hujuſmodi legitimatio poteſt fieri etiam in ſpuriis, & à quocumque Principe in ſuo Statu, & territorio: legitimare enim eſt de reſervatis Principi, vel ei, cui ipſe mandaverit, DD. & gloſ. *in Auth. quibus mod. nat. eff. legit. & quibus mod. nat. eff. ſui & in C. tit. de nat. lib.* Oinot. *de patr. poteſt. in princip. num.* 16. *& ſeqq.* Jaſ. *in l. Barbarius, ff. de off. Prat.* Marin. de Caraciis *tr. de legit. per tot.* Addit. ad Oinot. *loc. citat.* Roſell. *tract. de legitimat. per tot.* Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 2. *q.* 6. 7. 8. *&* 9. *per tot.* ubi latè quodnam jus conſequantur hujuſmodi legitimati circa ſucceſſiones, & legitimam, cum aliis infra citandis, latè Sanfelic. *deciſ.* 342. *cum. plena Add. per tot.* Vide Brunneman. *in auth. præterea & in auth. item C. de natur. liber.*

De dictis quinque modis legitimandi, Tuſch. *litt. L. concluſ.* 228. Nicolius *Inſtit. Imper. tit. de patr. poteſt. n.* 6.

Hodiè tamen hujuſmodi modos legitimandi eſſe ſublatos, duobus tantùm exceptis, nempè per ſubſequens matrimonium, & per Principis reſcriptum, benè explicat Sanfelic. *deciſ.* 342. *cum Addit.* ubi plura notabilia de legitimatione per reſcriptum.

Quid ſit legitimatio, ad quid inventa, quid operetur, & conferat, ac alia, latè Tuſchus *litt. L. concluſ.* 215. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 145. *num.* 18. *& ſeqq. per tot. vol.* 3. Fajard. *tract. de legitim. per ſubſequens matrimonium per tot. poſt Allegat. fiſc. fol.* 671. *& ſeqq.* Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 6. *per tot.* ubi etiam qualiter legitimationi renunciari poſſit, Conciol. cum Romaguer. *ad ſtat. Eugub lib.* 2. *Rub.* 64. & latè etiam pluribus citatis Antunez.

Por-

Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 16. per tot.*

Qui possint, legitimare, vel non, an Imperator in Terris Ecclesiæ, & Papa in Terris Imperii, idem Tusch. *litt: L, conclus. 218. & 219. per tot.*

Qualiter sit probanda facultas legitimandi, & quomodo idem Tusch. *loc. cit. conclus. 224. per tot.*

Quòd Princeps possit legitimare etiam filium suum proprium, ut sibi succedat in certa parte bonorum, non obstante spurietate, latè probat Martha *vot. Pis. 57. per tot.*

2 Legitimatio facta per subsequens matrimonium est plenissima, & efficit filios tamquam natos ex justo matrimonio, si à principio potuisset inter coeuntes stare matrimonium; ita ut admittantur ad feuda, dignitates, Majoratus, & similia; etiam si essent vocati tantummodò nati ex justo matrimonio, latè videndus Duen. *reg. 350. per tot.* ubi 20. modis ampliat, & 14. limitat Cabal. *resolut. crimin. cas. 112. num. 10. &c.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 23. & 24.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 653. per tot. & cap. 754. n. 15. &c.* Altograd. *consil. 93. per tot. lib. 2.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 18. n. 34. & seqq. fol. 372.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. q. 7. per tot.* ubi qualiter possint petere legitimam, & alias successiones, latè Tusch. *litt. L. conclus. 229. per tot.* Paul. Christin. *decis. 145. num. 21. & seqq. vol. 3.* Urceol. *consult. for. cap. 57. per tot. vol. 2.* Ricc. *Collect.* 107. 832. Peregrin. *de fideicomm. art. 24. per tot. & decis. 107. per tot.* Martha *vot. Pis.* 94. ubi quòd excludit etiam substitutum, licèt testator geminatè dixerit filios legitimos, & naturales, atque de legitimo matrimonio natos, infra *num. 4.* plenè Fajard. *tract. de legitim. per subseq. matrimon. post Allegat. fisc. fol. 671. & seqq. ad 713.* ubi plures notabiles quæstiones de hac materia resolvit, quas proponit sub *num. 20.* Noguerol. *allegat. 23. per tot.* ubi latè qualiter legitimati per subsequens matrimonium succedant in majoratibus, in quibus legitimi vocantur, & totam materiam per quatuor casus distinguit, vide Em. De Luc. *de Fideicomm. disc. 223.* Bich. *decis. 101. n. 14. & 19. cum seqq.* Cerr. *decis. 294. n. 26.* Bertachin. *vot. 120. n. pr. & 6.* Rot. *recent. p. 19. tom. 2. decis. 647. n. 45.* Castald. *consult. 158. nu. 12. consult. 186. n. 6. consult. 201. n. pr. consult. 202. n. 6.*

3 Legitimatio per subsequens matrimonium operatur omnes suos affectus, etiam quoad vulgò quæsitos, conceptos, & natos ex publica meretrice, si posteà cum illa contracto matrimonio, agnoscantur à patre pro filiis propriis, Gratian *discept. for. cap. 653. per tot. cap. 744. num. 9. & num. 27.* ubi tamen quòd legitimanti esset exponenda conditio matris, si agatur de legitimatione per rescriptum, facit in *cap. 159. num. 10. &c.* vide Pac. Jordan. *loc. cit.* & dixi in §. *Filiatio num. 3. versic. Item dicta præsumptio, et num. 14. versic. Quod imò*, Rot. *part. 9. recent. decis. 317. n. 23. et seqq.* ubi benè declarat quomodo istud intelligatur, & latè Fajard. *dict. tract. num. 46. et seqq.*

Quòd dicta legitimatio procedat, si unus coeuntium sit in bona fide, & ignoret impedimentum, quod aderat tempore copulæ, quamvis dederit operam rei illicitæ, Gratian. *discept. forens. cap. 468. num. 60.* Pac. Jordan. *loc. supra citat.* Vide Pen. & Crescin. *decis. 210.*

Quòd filii efficiantur legitimi per subsequens matrimonium, licèt tempore copulæ, & conceptionis non posset matrimonium stare inter coeuntes, ut quia aliquis eorum esset conjugatus, si tempore nativitatis cessaverit impedimentum, ita ut tunc posset inter eos stare matrimonium, licèt nondum sit contractum, sed post nativitatem filii contrahatur, plenè Ger. Spin. *consil. 25.* ubi de veriori, & magis communi opinione, quidquid alii contrarium teneant, Pac. Jordan. *loc. cit. num. 40.* ubi contrarium firmat. Vide Crescin. ad Pen. *loc. cit.*

Quòd ut filii possint legitimari per subsequens matrimonium requiratur, quòd potuerit validè contrahi tempore conceptionis, vel partus, & tempore contracti matrimonii, Rot. *part. 10. recentior. decis. 214. num. 15.* Em. De Luc. *de Fideicomm. disc. 223. n. 4.* Sanchez *de matrim. libr. 8. disp. 6. et 7.* Vide Crescin. ad Pen. *cit. decis. 210.*

Non tamen potest suffragari legitimatio per subsequens matrimonium filiis naturalibus prædefunctis antè illud contractum, ita ut nepotes legitimè ex illis procreati, non efficiantur legitimi respectu avi, nec ei possint succedere, vel ad fideicommissum admitti juxta magis communem, & veriorem opinionem, quia legitimatio debet proficisci ab avo ad nepotem mediante persona filii, qui cùm mortuus sit, extremorum conjunctio impeditur, licèt etiam alii de æquitate, & favore filiorum contrarium sentiant, Rot. *part. 9. recent. decis. 214. num. 6. & seqq. & decis. 254. num. 28. d. part. 9. in eadem causa*, ubi firmatur dicta prima opinio, vide in §. *Filiatio n. 14.* Secundam verò opinionem uti veriorem, & æquiorem sequitur Fajard. *tract. de legit. n. 157. & seqq.*

Quid si aderat aliquod impedimentum, an, & quando dispensatio obtenta suffragetur etiam proli antea conceptæ, Rot. *part. 17. recent. decis. 377. num. 36. & seqq.* vide in § *Dispensatio*.

Legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutum sub conditione, *si sine liberis*, secundùm Ciarlin. *controv. forens. cap. 111. lib. pr.* ubi multos allegat, vide in §. *Substitutio num. 43.* Peregrin. *de fideicomm art. 24. & decis. 107.* ubi intelligit quando sunt vocati procreati de legitimo matrimonio per geminata verba cum clausula *non aliter &c.* ita ut appareat testatorem habuisse respectum ad tempus procreationis, quia tunc legitimatus etiam per subsequens matrimonium non venit sub nomine legitimorum; pro qua opinione stant etiam Bald. *cons. 367. volum. 5.* Thes. *decis. 196.* Surd. *decis. 319.* & alii ab ipsis citati, Bich. *dec. 501. per tot.* Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* 4

Contrarium pro legitimato latè defendit Altograd. *consil. 93. per tot. lib. 2.* ubi disputat ad partes adducendo jura, rationes, & auctoritates, contrariisque omnibus respondendo, vide Paul. Christin. *decis. Belgic. 310. per tot. vol. pr.* plenè Urceol. *consult. for. cap. 57. volum. 2.* ubi tamen non agebatur de exclusione alicujus substituti, sed de admittendo successore ad fideicommissum familiæ relictum, & latiùs Fusar. *de substit. q. 409. per tot.* Martha *vot. Pis. 94. per tot.* ubi idem dicit in legitimato per rescriptum Principis. Rot. *rec. part. 19. tom. 2. decis. 627. n. 3.*

Quando apparet testatorem voluisse ab initio, & tempore conceptionis extare justum matrimonium, non sufficere quòd subsequatur, & adsit etiam tempore nativitatis ad effectum excludendi substitutum, plenè Rot. in Romana fideicommissi de Arroniis 23. Junii 1642. coram Bichio inter impressas ejusdem *decis. 101.* & penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom. 2. decis. 82. n. 11. & per tot.* ubi etiam *nu. 20.* Quod talis legitimatio supponit filiationem, de qua prius constare debet, & est in *part. 9. rec. dec. 105. n. 14. & seqq. per tot.* ubi plures allegat, & latè idem Rot. probat in alia causa Bononien. fideicomm. de Bologninis 29. Februarii 1644. coram Carillo *d. par. 9. dec. 255. nu. 17. & seqq.* Spad. *cons. 364. n. 5. & 9. lib. 3.* Rot. *rec. part. 14. dec. 96. nu. 8.* Caprar. *dec. 539. n. 17.* Castald. *consult 219. n. 13.*

Quod prius constare debeat de filiatione ad hoc ut dicta legitimatio suum sortiatur effectum, & de illa satis non constet ex eo quòd mater domi retinebatur, nisi etiam probetur, quòd nullus alius ad illam haberet accessum, & alia, vide per Rot. in Faesen. bonorum 23. Januarii 1647. coram Corrado penes Zacch. *ubi supra, decis. 90. per tot infra nu. 20. & 12. & in Practic. §. figliuoli n. 30.* Rot. *part. 12. recent. dec. 347. n. 44. & 45.* Ludovis. *dec. 208. & decis. 223.* Bich. *d. dec. 101. num. 10. &c. p. 15. decis. 125. 127. & 246.* ubi quod si agatur de muliere nobili, quæ non potuerit haberi nisi ex furtivis amplexibus: filiatio quoad patrem probatur præsumptionibus, & conjecturis absque dicta coarctata probatione, ut dixi in §. *Filiatio*. Castald. *consult. 202. n. 27. & consult. 219. n. 12. tom. 2.* Vide Mantiss. ad De Luc. *lib. 10. decis. 23. n. 3. vol. 2.*

Legitimatio per subsequens matrimonium facta ab existente in articulo mortis, ut sit valida debet servari forma Concil. Trid. *de reform. sess. 24. c. 1.* prout in aliis matrimoniis, vel impetrari licentia ab 5

Epis-

Episcopo contrahendi sine solemnitatibus; & denunciationibus, Duen. *reg.* 350. *lim.* 1. & 12. Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 23. *n.* 21. Vide Episc. Roec. *cap.* 8. *n.* 35. *lib. prim.*

Mattimonium enim clandestinum non operatur effectum legitimationis, Boér. *quæst* 107. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt. pr. nu.* 100. *etc.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 18. *n.* 63. *fol.* 375.

Quòd imò ob brevitatem temporis, tunc non sint necessariæ denunciationes, & ideò si ex hac causa nec possit haberi dispensatio Ordinarii, valeat matrimonium, (non esse tamen interim licitam copulam, donec posteà fiant si talis sic contrahens supervivat) & filii efficiantur legitimi virtute Sacramenti, de cujus essentia non sunt dictæ denunciationes, sed tantùm de præcepto, cujus omissio non vitiat, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 105. *num.* 3. & *seqq.* cum aliis per P. Manat. *in Nact. Malencol. Interrog* 118. *fol.* 191. & plurim a citatis probat Fajard. *dict. tract. de legitim. per subseq. matrim. n.* 212. & *seqq.*

Quòd dicta legitimatio facta in mortis articulo præsumatur in fraudem creditorum, & aliorum agnatorum, quibus probata per illos hujusmodi fraude non præjudicet, Michalor. *de fratr. d. cap.* 23. *nu.* 12. &c. vide *in* §. *Substitutio n.* 43.

6 Legitimatus per subsequens matrimonium, non tollit jus primogenituræ jam nati, quando quis habuit ex concubina filium naturalem, & posteà duxit uxorem, ex qua suscepit filium legitimum, & naturalem simul, & dicta uxore mortua desponsat, ac ducit concubinam in uxorem quia licèt ille primus filius ex concubina susceptus legitimetur per subsequens matrimonium, non tamen excludit secundogenitum legitimum à successione Majoratus, vel primogenituræ, ut pluribus relatis probat Duen. *reg.* 350. *limit.* 14. *et ult.* latè Marta *de successʃ. legal. p. pr. qu.* 11. *art.* 2. *per tot.* Fajard. *d. tract. de legitim per subseq. matrim. num.* 234. & *seq. vide in* §. *Filius n.* 15. Tusch. *litt. L*, *conclus.* 217. *nu.* 2. *etc.* latè Calvin. *de æquitat. lib.* 3. *cap.* 262. Passerin. *de Sext.* 126. *Decret. cap. quamvis n.* 25. *de rescript.*

Contrarium autem ad favorem dicti legitimati per subsequens matrimonium, respondendo contrariis, nisi illi expressè, & litteraliter obstet voluntas institutionis majoratus, latè concludit Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regnor. et Majorat. par. pr. cap.* 4. *per tot. fol. mihi* 37.

7 Legitimatio fieri potest per quemcumque Principem non recognoscentem superiorem, vel alios ab eo auctoritatem habentes, ut per Comites Palatinos, vel similes quibus dicta auctoritas sit demandata, & hoc modo per rescriptum Principis legitimari possunt omnes illegitimi ex quocumque coitu nati, Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 25. *et* 26. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 342. *per tot. cum Addit.* Gratian. *discept. for. cap.* 138. *num.* 38. *etc. cap.* 496. *per tot. cap.* 567. *cap.* 635. *et cap.* 637. ubi quid operetur clausula *citatis*, *vel non citatis*, posita in privilegio legitimandi, si fuerit facta legitimatio sine citatione substitutorum, & vocatorum ad fideicommissum, an illis præjudicet, ut ab hujusmodi legitimato excludantur, Peregrin. *dec.* 10. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 33. *n.* 14. *etc. et part.* 13. *dec.* 151. ubi quod ita legitimati dicuntur habere utramque qualitatem vocatorum ad fideicommissum sub nomine filiorum legitimorum, & naturalium, & latiùs *p.* 18. *decis.* 637. *et par.* 19. *decis.* 88. *per tot.*

Quod regulariter legitimatio non requirat causæ cognitionem, neque citationem, & quando secus, Tusch. *litt. L. conclus.* 230. *per tot.* Vide Castald. *consult.* 213. *num.* 14. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 222. *n.* 7.

Qualiter reddatur nulla ex falsa causa, vel aliis de causis latè idem Tusch. *loc. cit. conclus.* 235. *et seqq.* Martha *vot. Pis.* 212. ubi multa pro nullitate plurium legitimationum ex defectu citationis, si non constet de potestate legitimantis, de filiatione legitimati, & aliis ex causis.

An autem valeat legitimatio facta à Principe de non subdito suo, & sic de extero sine licentia sui Principis naturalis, & quatenus sic, non tamen trahatur ad bona sita extra territorium Principis legitimantis, Ger. Spin. *cons.* 7. *n.* 6. & *seqq. per tot.* Fusar. *de substitut. quæst.* 408. *n.* 129. Rot. in Perusina reintegrationis 11. Januarii 1647. coram Royas, *vers. altera verò*, Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 8. *in fine*. Torr. *de successʃ. resp.* Bosch. 4. *nu.* 51. *par.* 2. Vide Castald. *consult.* 254. *a nu* 5. De Luc. *de Præem. disc.* 45. *sub n.* 15. *de Regal. disc.* 193. *a nu.* 5. *de Fideicomm. disc.* 223. *n.* 2. *de Testam. disc.* 54. *a n.* 10.

In Statibus Etruriæ non potest fieri legitimatio sine consensu, licentia, & auctoritate Serenissimi Magni Ducis ex Decreto Magistratus supremi sub die 7. Martii 1558. ut dixi in *Pract.* §. *Figliuoli n.* 15. ubi etiam qualiter legitimati non possint exercere officia in Civitate, Comitatu, vel districtu Florentiæ sine gratia particulari.

Idem servari in Statibus Parmæ, & Mediolani, ut non possit fieri legitimatio per Comites Palatinos sine licentia, Martha *vot. Pis.* 212. *n.* 34.

Quod Domini de Campegiis Bononienses habeant amplas facultates legitimandi sibi concessas à Summis Pontificibus Leone X. & Clemente VII. ac Imperatore Maximiliano, & aliis sæpè utantur; & fuerint pluries approbatæ à Rota Romana, testatur eadem Rota in Bononien. Aggregationis ad Collegium 23. Martii 1640. coram Merlino *inter impressas ejusdem decis.* 382. *nu.* 8. &c. Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 32. *n.* 1 & *decis.* 33. *n.* 4. &c. *part.* 13. *decis.* 151. *nu.* 7. &c. & *decis.* 379. & *part.* 14. *dec.* 167. *n.* 28. & *per tot.* De Luc. *de Fideicom. disc.* 68. *nu.* 20. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 627. *sub nu.* 22. & 29. Martha *vot. Pis.* 212. *n.* 36. ubi tamen quod isti, & alii similes non possunt legitimare natos Principum, Comitum, & Baronum, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 310 *n.* 16. & *seqq.* ubi tamen quod dicti Domini Comites de Campegis non habent plus juris, & auctoritatis, quam habeat Princeps, & ideò nec eorum legitimationes retrotrahuntur infra *n.* 11. *in fine*, & latius *part.* 18. *decis.* 673. *n.* 9. & *seqq.* ubi plura de facultatibus dictorum DD. de Campegis legitimandi, etiam sine citatione, quoscumque naturales, spurios, adulterinos, incestuosos, ac etiam natos ex Episcopo, & moniali professa, & *dec.* 351. *per totum in eadem causa*. Bertachin. *vot.* 185. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 627.

Plura de legitimatione, & ejus effectibus, quod sit actus supremæ potestatis, & non possit fieri, nisi à Rege, vel ab officialibus sub ipso ad id deputatis, Cabed. *dec.* 169. *per tot. part.* 2. & Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 16. *per tot.* Andreas Pierii in voto decisivo apud Torre *de successʃ. in Majorat.* & *Primogen. Ital. part.* 3. *decis.* 73. *per tot.* Boscol. *respons.* 4. apud eumdem Torre *part.* 2. & ipse Torre *in pluribus locis d. tract. indicatis in Repertorio generali in fine part.* 3. *verb. Legitimare*, &c. ubi quid sit legitimare, quid consequantur legitimati, de legitimatione per subsequens matrimonium, & alia communia, Andreol. *contr.* 300. *per tot.* & *contr.* 302. De Luc. *de Fideic. disc.* 68. Capr. *dec.* 499. *n.* 32.

Legitimatio facta per rescriptum Principis sæcularis operatur tantùm quoad temporalia in suis Terris, & Dominiis, non autem quoad spiritualia, & illis annexa ex defectu jurisdictionis, pro quibus recurrendum est ad Papam Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 18. *nu* 65. & *seqq. fol.* 336. Mangil. *de imputat. quæst.* 85. *n.* 9. &c. Peregrin. *de fideicom. art.* 23. *n.* 11. Giovagn. *cons.* 37. *lib.* 2. Rot. *part.* 2. *recent. dec.* 41. *per tot.* facit Peregrin. *dec.* 11. ubi quod valet legitimatio filiorum Præsbyteri, ut succedant saltem pro medietate jure alimentorum, & ita refert fuisse decisum, illamque decisionem in re valdè ambigua imitandam. Plura De Luc. *de Testam. disc.* 54. *a n.* 8. *de Jurepatr. disc.* 37. *nu.* 2. 8

Legitimatio ne possit dici subreptitia, debet in primis narrari qualitas nativitatis ipsius filii legitimandi, an scilicet sit naturalis, spurius, vel incestuosus, secundò concubinam, ex qua ille susceptus est non posse justa ex causa in uxorem duci, tertiò an habeat filios legitimos, quartò si aliàs fuerit 9

pe-

petita legitimatio, quintò qualitas matris, an esset vilis, vel nobilis, soluta, vel conjugata, sextò facienda est mentio de statuto excludente fœminas propter masculos, idem est de statuto prohibente legitimatos ab intestato succedere, ut possit fœminis præjudicare, & derogare statuto illos à successione repellente, septimò narrandum est fideicommissum à testatore factum, octavò feudi qualitas, ut possit in eo legitimatus succedere, & similia, prout benè explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 203. *per totum*, Tusch. *litt. L. conclus.* 227. *per totum* ubi ex quibus sustineatur ne sit subreptitia, & quando secus, Merlin. *dec.* 389. *per tot.* ubi quod sit facienda mentio filiorum, & descendentium, non autem transversalium, nisi jus quæsitum, vel saltem in spe probabili habeant, Rota *part.* 13. *rec. decis.* 312. *nu.* 26. *& seqq.* Plura de requisitis ad essentiam dictæ legitimationis per rescriptum Addit. cum pluribus citatis ad Sanfelic. *dec.* 342. *vers. ad essentiam.* vide Caprar. *dec.* 539. *n.* 13. *part.* 2.

10 Legitimatio per restitutionem natalium ex rescripto Principis cadit etiam *in* spurio, & mentio legitimæ sobolis omissa non reddit illam nullam, licet ei non præjudicet, debet tamen legitimatus probare se non filium illius, cujus enunciatur, nisi sit in quasi possessione filiationis, & alia, vide per Ger. Spin. *consil.* 62. *per tot. supra num.* 4. *in fine*, *& in pract.* §. *Figliuoli n.* 30. *infra n.* 12.

Quod legitimatio possit impetrari ad preces cujuscumque, nec ab initio requiratur consensus legitimati, sed sufficiat ratihabitio ex post facto re integra, & alia vide per Ger. Spin. *cons.* 63. *&* 64. *per tot.*

An possit fieri legitimatio absentis, & infantis, Tusch. *litt. L. conclus.* 223. *per tot.* Bertachin. *vol.* 283. *n.* 1. *cum seqq.*

An filii incestuosi, sive alias ex damnato, vel adulterino coitu nati possint rescripto Principis legitimari, vide Fachin. *controvers. jur. lib.* 3. *cap.* 57. *cum pluribus seqq.* Paul. Christin. *dec.* 129 *num.* 21. *& seqq. vol.* 3. Peregr. *dec.* 11. ubi de filiis Presbyterorum, vide supra *n.* 8. *in fine*.

Qualiter Papa possit ex dispositione filium incestuosum sequuto matrimonio legitimare, quando sic dispensasse dicatur, possitque in toto orbe principaliter, & in consequentiam legitimare tam in spiritualibus, quam in temporalibus, Rot. in selectis per Fatinae. *par.* 1. *tom.* 1. *dec.* 191. *per totum*.

11 Legitimatio facta cum clausula, *sine præjudicio venientium ab intestato*, quid impartet, & quomodo admittat ad successionem, Capyc. *decis.* 22. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 8. *cap.* 26. *n.* 28. *&c.* ubi quod hodie semper fieri solet cum hujusmodi clausula, de qua latè Gratian. *discept. for. c.* 496. *per tot. cap.* 724. *n.* 22. *&c.* ubi an operetur ad favorem transversalium, vel tantum ad favorem descendentium, & an ab intestato, vel etiam condito testamento, idem Gratian. *cap.* 567. *cap.* 635. *per totum cap.* 958. *n.* 15. *etc.* plenè Barbos. *de claus. claus.* 158. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 9. *per tot.* Galvan. *cons.* 3. *cum aliis seqq. per tot. et cons.* 18. *per tot.* Tusch. *littera L, conclus.* 225. Paul. Christin. *decis.* 145. *nu* 29. *et seqq. vol.* 3. Urceol. *consult.* 93. *per tot. volum.* 2. ubi quod stante dicta clausula non potest legitimatus prætendere legitimam, vide *in* §. *Legitima n.* 4. *infra n.* 17. Vide Castald. *consult.* 201. *n.* 9. *et consult.* 202. *n.* 34. *tom.* 2. De Luc. *de success. disc.* 28. *a n.* 8.

Quod clausula, *sine præjudicio venientium ab intestato*, adimat legitimato facultatem dicendi de nullitate testamenti ex causa præteritionis ipsius legitimati, & præservet legitimis omnes successiones ex dispositione majorum, Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 312. *n.* 31. *etc.* Mattha *vot. Pis.* 212. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 134. *et* 135. *per tot. et decis.* ant.

An clausula, *sine præjudicio*, præservet jus in petitorio tantùm, vel etiam in possessorio, & an inducat conditionem suspensivam, vel resolutivam, benè declarat, & distinguit Beltram. ad Ludovis. *dec.* 332. *vide in* §. *Conditio*.

Quod tamen Princeps possit legitimare spurium in vita patris in præjudicium venientium ab intestato, imò etiam post mortem patris ante aditam hæreditatem, cum agatur solùm de jure quærendo, & nondum quæsito quod Princeps tollere potest etiam sine causa, Altograd. *consil.* 49. *n.* 39. *lib.* 2. Tusch. *litt. L. conclus.* 222. Peregrin. *decis.* 10. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *n.* 500. *et seqq. part.* 9. *rec.* ubi intelligit de legitimatione facta ad instantiam ejus, qui potest de bonis suis disponere, secus si jam esset alius jus quæsitum, etiam solum in spe probabili, & vide Sanfelic. *decis.* 342. *cum Addit. per tot.* ubi etiam an sit necessaria citatio agnatorum, Martha *vot.* 212.

Qualiter possit fieri legitimatio per Principem etiam post mortem patris, & *in* præjudicium juris tertiò quæsiti, vel non, latè Tusch. *litt. L. conclus.* 221. *per tot.* Cabal. *consil. decis.* 163. *n.* 45. *et seqq. lib.* 1. Peregrin. *dec.* 10. Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 32. *n.* 36. ubi quod legitimatio facta ex præordinatione patris post ejus mortem retrotrahitur ad diem successionis, etiam in præjudicium eorum, quibus fuit delata hæreditas, quidquid secus cessante dicta præordinatione, de qua materia latiùs *in decis.* 33. *dict. part.* 9. *rec.* & Paul. Rub. *loc. citat.* Sanfelic. *decis.* 342. *per tot. cum plena Additione*, Bich *decis.* 54. ubi qualiter possint observari plures legitimationes, ut si una non sufficiat, prosit alia, etiam voluntate, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 310. *per tot.* ubi quod legitimatio obtenta post delatam hæreditatem, & aditam, ac capta possessione à substituto, non suffragatur, nec retrotrahitur ad favorem legitimati, nisi procedat ex testatoris præordinatione, de qua ibidem plura ad ejus exclusionem, *et decis.* 246. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, *et decis.* 773. *n.* 8. *et seqq. per tot.* ubi plura in alia causa ad ostendendum præordinationem testatoris ad effectum, ut legitimatio retrotrahatur in præjudicium substituti, respondendo objectis eam distinctione, *et decis.* 751. Vide De Luc. *de Testam. disc.* 53. *n.* 2.

Legitimatio quantumvis amplissima non sufficit 12
in præjudicium tertii, nisi probetur, quod legitimatus sit filius patris in legitimatione nominati, Grat. *discept. for. cap.* 744. *n.* 4. *etc.* Peregrin. *dec.* 10. Dusan. *decis.* 254. *n.* 12. *etc.* ubi quando non sit necessaria probatio filiationis supra *n.* 4. *in fine*, *et num.* 10. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 317. *n.* 11. *et seqq. per tot.* ubi benè declarat Martha *vot. Pis.* 212. *num.* 25. *et seqq.* Ludovis. *dec.* 208. *et* 223.

Quod tamen ex assertione patris, tractatu, & communi reputatione, ac ex aliis satis dicatur constare de filiatione, Menoch. *de arbitr. cas.* 89. *n.* 69. *etc.* Merlin. *dec.* 389. *n.* 33. *etc.* vide *in* §. *Filiatio n.* 1. *etc.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 131. *n.* 2. *etc. part.* 15. *decis.* 317. *decis.* 125. *et* 246. *et part.* 18. *decis.* 673. *n.* 8.

Quod legitimatio facta in præjudicium creditorum sit invalida, maximè stante clausula, *sine præjudicio cujuscumque juris quæsiti alieni personæ*, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 14. *per totum et decis.* 96. ubi fuit confirmata prima decisio, *et decis.* 167.

Legitimatio semel facta non potest revocari ex 13
supervenientia filiorum legitimorum, Jas. *in l. Pactum et* §. *Pater n.* 8. *ff. de pact.* Gratian. *discept. for. cap.* 496. *nu.* 34. Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 23. *n.* 17. latè de more Tiraquel. *in repet. l. si unquam*, *C. de revoc. donat. verb. Donatione largitus quæst.* 56. *et in tractat. Cessante causa n.* 128. *etc. verb. Legitimationis*, ubi plurimos contrarium tenentes allegat, licet ipse videatur transire cum hac conclusione.

Legitimatus per rescriptum Principis habetur tam- 14
quam legitimus, parentibus tàm ex testamento, quàm ab intestato succedit, amplius spurius vocari non potest, excludit substitutum, & acquirit omnia privilegia, quæ legitimis, & naturalibus simul competere solent, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 477. *numer.* 2. *&c. cap.* 673. *per tot.* plenè Fusar. *de substitut. quæst.* 408. *per tot.* Torr. *de success. part. pr. cap.* 29. *numer.* 12. *& n.* 50. *&* 49. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 167. *per tot.* ubi plura in contrarium Addit. ad Sanfelic. *decis.* 342. Martha *vot. Pis.* 94. ubi quod excludit substitutum Sperel. *decis.*

73.

73. *num.* 25. *& seqq.* ubi plura ad ostendendum quod tollat omnem maculam, Merlin. *de legitim. lib. pr. tit.* 2. *quæst.* 8. *per tot.* ubi qualiter debeat habere legitimam, & alias successiones, vide Tusch. *litt. L. concl.* 218. *per tot.* ubi an excludat fœminã, & substitutũ, *et concl.* 238. *et* 239. *per tot.* Paul. Christ. *dec. Belg.* 399. *n.* 10. *& seqq. per tot. vol. pr. dec.* 155. *per totum volum.* 3. *& decis.* 193. *n.* 22. *& seqq. volum.* 5. Peregrin. *decis.* 35. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 32. *num.* 2. *& decis.* 33. *nu.* 5. *& seqq.* ubi plura qualiter succedat etiam in concursu legitimorum, & naturalium, & ad exclusionem fœminarum, licet legitimatio sequatur longè post mortem patris, de illius tamen voluntate, & quomodo de illa constare debeat.

Non tamen succedit in primogenitura, in feudis, in emphyteusi, non habet querelam inofficiosæ donationis, non excludit fœminas, Gratian. *discept. for. cap.* 635. *num.* 11. *&c.* latè cum ampliationibus, & limitationibus videndus Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 26. *per tot.* Sperel. *dict. decis.* 73. *nu.* 43. *& seqq.* ubi quod non succedit in emphyteusi Ecclesiastica, vide Merlin. *dict. quæst.* 8. *n.* 28. *cum Addit.* Tusch. *dict. conclus.* 217. *&* 226. *per tot.* ubi quod legitimatio in multis non habilitat. Torr. *de success. part. pr. cap.* 29. *num.* 129. vide in *§. Statutum excludens num.* 33. *infra num.* 19.

Quando possit succedere in emphyteusi Ecclesiastica, & in feudis, quid stante pacto affrancandi, & an excludat substitutum, Gratian. *discept. forens. cap.* 477. *per tot. cap.* 673. *per tot. cap.* 758. *num.* 23. *&c.* Magon. *decis. Lucen.* 10. *per tot.* Duran. *decis.* 254. *per tot.* Merlin. *de legitim. dict. quæst.* 8. *nu.* 29. *&c.* vide in *§. Emphyteusis num.* De Luc. *de Regal. disc.* 193. *n nu.* 8. Castald. *consult.* 158. *nu.* 13. *tom.* 2. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 660. *n.* 6.

An, & quando succedat in jurepatronatus, vel non, Tusch. *litt. L. conclus.* 237. Ciarlin. *controv. tom.* 2. *cap.* 157. *num.* 38. Cyriac. *controv. tom.* 3. *quæst.* 472. *num.* 5. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 342. ubi etiam quid in emphyteusi, & feudis. Castald. *dict. consult.* 158. *n.* 13. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 57. *n.* 2., Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 17. *a n.* 9. *vol.* 4. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 600. *tom.* 2.

Quod non comprehendatur in statuto loquente simpliciter de filio, nisi esset legitimatus per subsequens matrimonium, Gratian. *discept. for. c.* 734. *n.* 23. *&c.*

Continetur tamen appellatione filiorum legitimorum, Bald. *in leg. cum acutissimi, Cod. de fideicomm.* Jas. *in leg. si isque pro emptore num.* 285. *ff. de usucap.* Alexand. *consil.* 2. *num.* 33. *lib. pr.* Peregrin. *de fideic. art.* 23. *num.* 29. Merlin. *dict. quæst.* 8. *num.* 9. Torr. *de success. part. pr. cap.* 29. *num.* 50. Tusch. *litt. L. conclus.* 238. *per tot. et* 239. ubi an & quando veniat appellatione filiorum legitimorum in conditionibus, & succedat in præjudicium substituti, de quo ultimo Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 241. *nu.* 15. *& seqq. & par.* 14. *decis.* 96. *nu.* 7. *& decis.* 167. *part.* 15. *decis.* 85. ubi plura qualiter legitimatus in concursu extraneorum admittatur ad fideicommissum, in quo sint vocati proximiores legitimi, & naturales de familia, & agnatione; *& decis.* 217. ubi plura in alio simili casu, probata tamen filiatione ex conjectura, *& part.* 18. *decis.* 642. *num.* 2. *& seqq.* ubi quod admittitur, nisi repugnet mens testatoris, &c. *part.* 19. *decis.* 173. ubi quod legitimati in ampla forma veniunt sub vocatione filiorum legitimorum, & naturalium ac ideò admittuntur ad fideicommissum filii legitimi, & naturales ex patre legitimo procedentes, *& decis.* 377. ubi etiam de filiatione ex conjecturis, rejecta rigida mulieris custodia, aliàs necessaria, cum ageretur de matrona nobili, & illustri.

15 Legitimati an dicantur de familia, vel prole legitima, & quæ requirantur ad essentiam legitimationis, vide Bardelon. *cons.* 195. *per tot. lib.* 2. Cyriac. *controvers.* 208. ubi quod dicuntur de domo, succedunt activè, & passivè, familiam conservant, prout legitimi efficiuntur nobiles, & illustres juxta paternam nobilitatem, ac admittuntur ad fideicommissum favore nobilium de domo ordinatum, nisi aliter appareat de mente testatoris.

16 Legitimatus verè quando quis dicatur, vel potius dispensatus, loquendo de legitimatione per rescriptum, etiam post mortem patris, & quæ sit differentia inter dispensationem, & legitimationem, plenè Galvan. *cons.* 4. *per tot. cum aliis seqq.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 23. *num.* 32. *&c.* Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 22. *& quæst.* 9. *num.* 32. *&c. in Addit.* ubi quod quando legitimatio non est generalis quoad omnia, sed tantum particulariter ad quædam dicitur dispensatio, & ita particulariter legitimatus, vel dispensatus non habet jus petendi legitimam, nec ejus supplementum, vide Tusch. *litt. L. conclus.* 220. *per tot.* Sanfelic. *cum Addit decis.* 342.

De vera legitimatione, ejus vi, & effectibus, quæ in ea requirantur, & quid operetur clausula, *sine præjudicio venientium ab intestato*, plenè Galvan. *consil.* 18. *per tot.* Cabal. *cons.* 163. *lib. pr.* Merlin. *de legit. dict. quæst.* 9. *per tot.* ubi de dicta clausula, Urceol. *consult.* 93. *per tot. vol.* 2. ubi quod stante dicta clausula non potest legitimatus prætendere legitimam, vide *in §. Legitima num.* 4.

17 Legitimati cum clausula, *sine præjudicio venientium ab intestato*, non habet jus petendi legitimam, nec successionem ab intestato, non faciunt partem in legitima, nec deficere conditionem si sine filiis, nec excludunt fœminas, Galvan. *cons.* 18. *num.* 24. *&c.* Cyriac. *controv.* 236. *num.* 16. Rot. in Perusina reintegrationis 11. Januarii 1647. coram Royas, Giovag. *cons.* 30. *num.* 3. *& cons.* 31. *num. pr. lib. pr.* Galvan. *consil.* 4. *nu.* 37. Paschal. *de patr. potest. par.* 2. *cap.* 4. Ursel. *consult.* 43. *num.* 211. Urceol. *consult.* 93. *per tot. vol.* 2. Ludovis. cum Beltram. *decis.* 135. *per tot. & decis.* 201. Vivi. *comm. opin.* 452. Nisi legitimatio cum dicta clausula fuerit plenariè facta, ita ut certa videatur mens legitimantis pro legitima consequenda; dummodò ipse legitimans habeat auctoritatem plenariè legitimandi, alias ejus legitimatio non operaretur, si limitatam tantùm auctoritatem haberet, & ideò semper auctoritas legitimantis est diligenter attendenda, ut colligitur ex supracitatis, & Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 8. *nu.* 15. *et seqq. per tot. in Addit. et* 9. *per tot.*

18 Legitimati maximè cum dicta clausula non præjudicant legitimæ liberorum legitimorum à nativitate, quæ non minuitur per legitimationem naturalium, sed ista legitimatorum detrahitur de residuo bonorum, cùm non valeat legitimatio in præjudicium tertii, vide Mangil. *de imput. q.* 83. *n.* 50. *etc.* Galvan. *cons.* 18. *nu.* 24. *etc.* Merlin. *dict. q.* 8. *nu.* 17. *et seqq. cum Addit.* De Luca *de Fideic. disc.* 222. *n.* 9., *et* 10.

Quid capere possint, vel non legitimati, stantibus legitimis, Tusch. *litt. L, conclus.* 232. *per tot.* Cabal. *consil.* 163. *per tot lib. pr.* ubi quantum capere possint tam ab intestato, quàm ex testamento, & loquitur de legitimato à Serenissimo Magno Duce Etruriæ cum clausula, *sine præjudicio legitimorum, et naturalium*, vide in *§. Successio numer.* 4.

19 Legitimati (quidquid sit de jure juxta superiùs dicta in pluribus casibus) stante Bulla Pii IV. de legitimatione spuriorum edita anno 1562. & apud Fusar. *de substitut. quæst.* 408. *num.* 189. De Luca *de Fideic. disc.* 68. *num.* 18., *&* 212. *num.* 6., *&* 9 in Terris Ecclesiæ non admittuntur ad fideicommissa, cùm per dictam Bullam subvertantur legitimationes in præjudicium fideicommissorum factæ, & ideò ex stylo Curiæ Romanæ legitimationes non præjudicant legitimis successoribus, maximè si etiam mens testatoris obster legitimatis, si agatur de filiis verè spuriis, idest natis ex personis, inter quas matrimonium stare non poterat, & legitimatio sit facta post jus quæsitum fideicommissario, quæ sunt requisita necessaria, ut dispositio dictæ Bullæ procedat; nisi in legitimatione adesset clausula, *sine præjudicium venientium ab intestato*, quia tunc etiam cessantibus dictis requisitis Bulla procederet, & videretur præservatum jus substitutorum, Fusar. *de substitut. dict. quæst.* 408. *num.* 187. *&c.* Cyriac. *controvers.* 207. *cum trib. seqq.* Decian. *cons.* 38. *num.* 22. *lib.* 3. Laderch. *consil.* 25. *in fine*, Peregrin. *de fideicommiss. art.* 23. *num.* 6. 23. *&c.* Giovagn. *consil.* 21. *per tot. lib. pr.* & ibi Rot. Bononiens. Rot. Roman. *part. pr. recent. decis.* 667. & in Ferrarien. bonorum 27. Novembris 1630. coram

Ve-

Verospio, Merlin. de legit. lib. pr. tit. 2. quæst. 8. nu. 27. cum Addit. facit Ursecol. Consult. 93. volum. 2. & in terminis facultatis Dominorum de Campegiis, Eugen. cons. 52. num. 65. lib. pr. Menoch. cons. 461. num. 34. Rot. part. 9. recent. decis. 214. num. 5. & decis. 241. nu. 20. & seqq. ubi quod dicta Bulla comprehendit tantùm legitimatos volentes succedere contra voluntatem testatoris, non autem secundùm illius voluntatem, & alia quando admittantur, vel non, & in eadem causa dict. par. 9. dec. 255. n. 17. et seqq. & part. 10. decis. 41. num. 40. &c. part. 13. dec. 251. ubi quod dicuntur habere utramque qualitatem, & veniunt sub nomine filiorum legitimorum, & naturalium, ac admittuntur ad fideicommissum loquitur in privilegio DD. de Campegiis, & meminit de dicta Bulla, & dec. 379. dict. part. 13. vide in §. Filiatio n. 3. & par. 15. dec. 213. num. 13. & seqq. ubi plura ad intelligentiam, dictæ Bullæ, & part. 18. dec. 673. num. 32. ubi quod dicta Bulla resistit naturalibus legitimatis in præjudicium substitutorum, quando legitimatio facta fuit contra voluntatem testatoris, aliàs secus. Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 627. n. 23. Ansald. decis. 100. n. 70.

Quinimò etiam circumscripta dicta Bulla, hæres gravatus fideicommisso non potest facere legitimum filium bastardum ad prævertendum ordinem successionis, & tollendum jus quæsitum aliis secundùm Surd. cons. 555. num. 35. &c. Rota in Perusina reintegrationis 11. Januarii 1647. coram Royas, vers. fuit pariter, ubi loquitur in terminis reintegrationis fœminarum per deficientiam masculorum. Merlin. loc. cit. in Addit. facit Tusch. litt. L, conclus. 239. Peregrin. dec. 96. n. 2.

An autem possit Princeps legitimando bastardum, absque causa, & citatione substitutorum illis præjudicare, licèt multi affirment, tamen verior est negativa, nisi subsit justa causa publica, & probata, vel si successuri non haberent jus radicatum, & considerabile, sed tantùm eventuale, ad tradita per Paul. Rub. in Annotat. ad dec. 217. num. 492. & seqq. par. 9. recent.

Quod legitimatio non possit fieri de absente, vel infante, nisi legitimans id habeat expressum in facultatibus; Torr. de success. in majorat. resp. Bosc. 4. n. 65. par. 2. sustinetur tamen legitimatio si absens, vel infans illam posteà ratificet, Ludovis. decis. 41. per tot. ubi de legitimatione factam à Dominis Gozzadinis Bononiensibus.

Quæ quidem ratificatio cùm sit actus concernens favorem legitimati inducitur ea sola ipsius scientia sine contradictione, & ex aliis, ac sufficit etiam si sequatur post mortem patris, cùm retrotrahatur ad diem legitimationis, nec possit dari de nullitate ab alio, quàm ab eo, in cujus favorem est nulla, idem Ludovis. in eadem causa decis. 82. per tot.

Quod vigore Statuti Urbis lib. pr. cap. 144. sit adempta facultas relinquendi filiis legitimatis ultra medietatem bonorum patris, non tamen comprehendat forensis, neque incolas tamquam correctorium, & odiosum, aliaque plura ad intelligentiam dicti statuti, latè Rot. par. 18. recent. decis. 519. per tot.

20 Legitimatio personarum qualiter sit facienda in omni judicio, ex quibus facta dicatur, respicit personas, non causam, & requirit cognitionem, ut latè declarat Tosch. littera L. conclus. 244. 245. et 246. per tot. Salust. Tiber. in Prax. lib. pr. cap. 44. Ridolphin. in Prax. par. pr. capit. 5. per tot. Merlin. dec. 553. num. 15. et seqq. Rot. par. 14. recent. dec. 535. n. pr. & seqq. quæ est votum decisivum D. Marcelli Severoli, Rot. part. 17. rec. dec. 310. Caprar. decis. 228. n. pr. part. pr. Rub. de Confess. Jur. cap. 18. n. 342.

Intellige parte opponente, & contradicente, aliàs valet processus, etiam non facta legitimatione personarum, De Luca de Judic. disc. 12. n. pr. Jas in rub. Cod. qui admitti num. 4. Boer. decis. 171. num. 19. Rot. part. 9. recent. decis. 307. num. 24. & 25. & d. part. 15. decis. 535. num. 2. & part. 17. decis. 310. De Luc. de Judic. disc. 12. n. pr. 2. & 5. Caprar. loc. cit.

Quòd parte opponente sit nullus processus, & sententia ob non factam legitimationem personarum, De Luca de Judic. disc. 12. n. pr., Rot. part. 5. rec. dec. 234. num. fin. part. 6. decis. 141. num. 56. et par. 14. dec. 2. num. 24. & decis. 135. nu. 2. latè Sanfelic. dec. 338. num. pr. & seqq. cum Addit. ubi plura de hac conclusione, & in Praxi 642. per tot. ubi etiam de qualitate fundante jurisdictionem ante omnia probanda, ut in judicibus delegatis.

Quod etiam in judiciis summariis, & executivis sit necessaria legitimatio personarum, aliàs parte opponente, processus, & sententia subjaceant nullitati; non tamen sufficere generaliter oppositionem, ac hujusmodi legitimationem requirere plenam probationem, & alia, Ludovis. cum Beltramio. dec. 264. per tot. De Luc. de Judic. disc. 12. nu. pr. Rocc. Episc. cap. 127. n. pr. & cap. 153. n. pr. & 2.

Qualiter legitimatio personarum sit plenè probanda ab asserente in omni judicio se habere legitimam personam standi in judicio, & sufficiat adversario negare tam de præsenti, quàm de præterito, Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 974. per tot. Muscatel. in prax. par. 3. gloss. comparentis, Joseph. Feliv. & Cerezo Margar. var. conclus. verb. Legitimatio nu. 144. Rot. part. 17. recent. decis. 310. late Carleval. de jud. lib. 2. tit. 2. disput. 4. per tot. ubi an legitimatio personæ actoris sit de necessitate facienda ante litem contestatam, vel sufficiat illam fieri in termino probatorio, & ante decisionem causæ, plures casus distinguendo, & declarando.

Legitimatio processus criminalis quid sit, quomodo necessaria, quotuplex sit, quot, & quibus modis fiat, quæ in illa requirantur, quomodo fiat per repetitionem testium cujus expensis an Fisci, vel inquisiti, quomodo per confrontationem, vel declarationem de habendo testes pro ritè, rectè examinatis, & repetitis, vel per confessionem veram, sive fictam ex contumacia resultantem, & alia plura de hac materia Zuff. tractat. de legitim. process. libr. 2. & 3. per tot. dixi in §. Repetitio num. pr. & alibi in locis opportunis, ac in mea Praxi in Præfatione, ubi etiam quid servetur in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ. Vide Pellegrin. in Prax. Vic. part. 4. sect. 10. n. 56. pag. 390. 21

De legitimatione filiorum, ac de legitimatione personarum in judiciis, aliqua decisivè habentur apud Thoro Compend. dec. Neapol. par. 1. 2. & 3. sect. 2. verb. Legitimatio, & Legitimatus, & plura per Castejon. Alphabet. jurid. verb. Legitimatio, Legitimati filii, & Com. Augnst. Fontan. Biblioth. legal. cod. verb. fol. 32. &c. Card. De Luc. in Indic. general. Mantiss. ad eumd. Rocc. Episc. Altimar. Emerix Caprar. Spad. Castald. Mans. Palm. & alii moderni, nonnulla etiam Fagnan. supr. Decret. Brunnemann. sup. ff. & Cod. Balduc. 22

Legitimati, & quales admittantur ad feuda, & dignitates, vel non, qui possint legitimare, vel dispensare, & alia ad rem, latè Leli. Boscol. resp. 4. per tot. post p. 2. tract. 10. Torre de success. in Majorat. & Primogen. Ital. fol. 538. Andreas Pierii in voto decisivo impresso per Torre d. tractat. part. 3. dec. 73. per tot. Fagnan. in cap. tuam num. 44. de ordin. cognit. 23

Legitimitatem ubi testator in substitutis requisivit in multiplici substitutionum serie, non est credendum, quod aliquo in casu voluerit admitti naturales Castald. consult. 199. n. 20. tom. 2. 24

Qualitas legitimitatis in substitutione descendentium censetur repetita in successiva vocatione collateralium, ne detur absurdum, quod collateralis legitimatus excludat descendentem legitimatum, Beltram. cons. 29. n. 18. Menoch. cons. 117. a num. 55. & cons. 585 a n. 5. Castald. consult. 219. n. 15. tom. 2. 25

Sed contra quod legitimitatis qualitas in primis substitutis recepta, non censeatur in ulterioribus repetita Noguerol. alleg. 23. n. 40. Spad. cons. 363. n. 7. libr. 2. Otthobon. decis. 252. a n. 7. Castald. consult. 281. n. 19. tom. 2.

Legitimatio, licèt ex permissione Patris obtenta, retrotrahi non potest in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit jus quæsitum Nat. cons. 473. n. 24. Marzar. cons. 45. n. 2. Castald. consult. 201. a n. 11. et consult. 202. n. 35. tom. 2. 26

Nec

Nec etiam in præjudicium ejus, in quem bona fuerunt distractæ Castald. consult. 219. nu. 16. & 17., ubi etiam si emanaverit a Principe de plenitudine potestatis.

Princeps an facere valeat legitimationem ad quoscumque effectus successionis, & de retrotractione De Luc. de Regal. disc. 148. a n. 52. 60. et seqq., Et an possit retrotrahi in præjudicium juris tertio quæsiti Idem De Luc. de Fideicom. disc. 68. a n. 10.

27 Legitimatio non suffragatur, quando ei resistit voluntas patris Menoch. cons. 108. sub n. 5. Giovagnon. cons. 17. n. 219. Castald. consult. 201. nn. 8. tom. 2. & consult. 202. n. 36. eod. tom. 2.

28 Legitimatio probatur ex litteris patentibus legitimantium, quæ faciunt fidem Castald. consult. 202. n. 4. Merlin. decis. 499. a nu. pr. Duran. decis. 567. num. 3.

29 Legitimatio pinguior est attendenda Gratian. cap. 635. n. 16. & 18. Buccafer. cons. 55. n. 16. Lup. de Illegit. com. 3. §. 4. n. 44. Castald. loc. cit. n. 5.

30 Legitimatio amplissimis clausulis munita operatur, ut taliter legitimatus habeatur, acsi ex legitimo matrimonio esset natus Lup. loc. cit. com. 3. §. pr. n. 66. Peregr. de Fideic. art. 23. n. 32. Rot. rec. part. 5. decis. 50. n. 38. Castald. consult. 202. n. 33.

31 Legitimatio cum clausula sine præjudicio venientium ab intestato non habet effectum verè legitimationis Riminald. jun. cons. 446. n. 43. Hond. cons. 67. n. 30. Rot. rec. part. 5. decis. 572. n. 20. Castald. loc. cit. num. 34., Et an sit vera legitimatio, & quid operetur De Luc. de success. disc. 10. n. 16. disc. 28. n. 4. & 5. de Jurepatr. disc. 3. n. 2. de Testam. disc. 52. n. 7. & 8.

32 Legitimus præsumitur usque ab initio, qui ad præsens est in quasi possessione legitimitatis Fagnan. in cap. lator num. 10. & seqq. & 54. & seqq. qui filii sint legit., ubi plura de legitimitatis quæstione; seu causæ.

Legitimitas unde possit justificari respectu ascendentium, probata descendentiæ, maximè in antiquis Balduc. tit. 3. de Legat. decis. 22. n. 11. et seqq.

Natus quinto mense post matrimonium an sit reputandus legitimus Bertachin. vot. 123. n. 12. & 14.

Legitimitas probata dicitur, probata filiatione Balduc. de Legat. tit. 3. decis. 12. n. 13.

Et legitimitas præsumitur in antiquis Emerix jun. decis. 803. nu. 9. Rot. part. 15. decis. 343. a nu. 15. in recent. Zarat. decis. 15. n. 51.

Ex quibus legitimitas probetur Emerix. jun. decis. 653. n. 3. Cerr. decis. 938. n. 2. Bertachin. vot. 120.

Legitimitas in dubio præsumitur Episc. Piton. de de Jurepatr. alleg. 100. n. 578. tom. 2. Rot. p. 19. tom. 2. decis. 647. n. 46. rec.

Legitimitas probata taliter qualiter sufficit ad effectum suscipiendi ordines sacros Emerix jun. decis. 683. num. 5. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 48. num. 259.

Non tamen suffragatur ad effectum succedendi Emerix jun. decis. 683. nu. 5. & decis. 969. a num. 3. Zarat. decis. 73. n. 1. & 15.

Legitimitas ex quibus excludatur Bertachin. vot. 120. n. 8. & a n. 51.

Legitimitas probata non dicitur ex tractatibus conjugalibus Emerix jun. decis. 969. n. 12. Rot. par. 3. rec. decis. 117. n. 8. Pen. decis. 1322. n. 14.

Legitimitas personæ levioribus probatur adminiculis, si probata sit proximitas, nullusque compareat, qui gradum propinquiorem prætendat Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 13. n. 10. vol. 3.

33 Legitimatio obtenta ad certum effectum æquiparatur potius particulari dispensationi, quàm quod habeat vim plenariæ legitimationis Ansald. decis. 100. n. 52. & 55. Marescot. var. resol. lib. 3. cap. 20. n. 21. & vide Rot. rec. part. 19. tom. 2. decis. 647. n. 41.

Ac proinde nequit extendi ad alios diversos effectus Cabed. decis. 69. n. 3. & 13. part. 2. Dond. consult. pr. n. 15. & 16. Ansald. loc. cit. n. 67. Rot. dict. decis. 647. n. 41.

34 Legitimatio spurii, vel naturalis non præsumitur impetrata per oratorem in ea nominatum, nisi aliundè probetur Rot. rec. part. 19. tom. 2. decis. 475. n. 33.

35 Exceptio illegitimationis respicit petitorium, nec debet examinari in judicio possessorio Verzl. decis. 342. n. 3. cum seqq. Rot. rec. part. pr. decis. 387. nu. 4. & 5. part. 19. tom. 2. decis. 647. n. 43.

Legitimatus a Papa æquiparatur legitimis, & naturalibus, illorumque appellatione, ac si ex legitimo matrimonio procreatus fuisset Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 499. n. pr. Limita, quando positivè resistit testatoris voluntas ibid. n. 2. 36

Legitimatus debet ad successionem admitti cessantibus personis, quorum jura in legitimatione fuerunt præservata Rot. rec. part. 19. tom. 2. decis. 499. n. 22. 37

Sub masculorum nomine venire legitimatos, communis est opinio Giovagn. cons. 21. nn. 19. Cyriac. contr. 207. n. 49. Ninot. decis. 13. num. 19. Rot. rec. part. 15. decis. 217. n. 21. part. 19. tom. 2. decis. 627. num. 26. 38

Legitimatus non habet de Jure successionis jus in bonis transversalium l. communium rerum C. de natur. liber. Rot. part. 19. rec. tom. 2. decis. 647. n. 41. 39

Legitimitatis possessio, quando sufficiat, si constet de initio vitioso Rot. penes Bertachin. vot. 120. n. 7. 40

Argumentum a filiatione ad legitimitatem, quando non procedat Bertachin. vot. 120. n. 15. 41

Defectus legitimationis præscribitur per decennium Card. De Luc. de Regal. disc. 193. n. 3. & 4. 42

Legitimatio non dicitur importare privilegium, sed solùm remotionem maculæ quam Lex positiva induxit De Luc. de Præem. disc. 45. sub n. 15. 43

Legitimatio Archivii non operatur in præjudicium tertii De Luc. de Fideicommiss. disc. 68. nn. 9. & 21. ubi declaratur; sed conceditur Bastardis sine præjudicio venientium ab intestato De Luc. Relat. Cur. disc. 44. n. 7. 44

Legitima à Patre Legitimato relicta an consequatur privilegia Legitimæ De Luc. de success. disc. 28. n. 8. Et an pater teneatur illi Legitimam relinquere De Luc. de Regal. disc. 193. n. 10. & 14. Et an ille petat supplementum Legitimæ Idem de success. disc. 6. n. 9. 45

Legitimatus non præsumitur vocatus à testatore in concursu legitimorum, quia legitimatus non potest conservare splendorem familiæ ut illam conservant legitimi Molin. de Primog. l. 3. cap. 3. nu. 31. & 32. Fusar. de substit. quæst. 408. n. 67. Emerix jun. decis. 660. n. 10. 46

Legitimatio Amentis aut furiosi aut infantis fieri potest ad petitionem patris, aut tutoris, vel curatoris etiam eo invito Emerix jun. decis. 1122. n. 7. & decis. 1142. n. 6., ubi alia plura an requiratur consensus legitimati. 47

Facultas legitimandi concessa Comitibus, de Campegiis excipit filios illustrium Principum, Comitum, & Baronum Emerix jun. decis 546. n. 12. Quod intellige, ut dict. decis. 546. n. 12. & decis. 625. num. 7. & 8. 48

Jus legitimationem petendi non venit in generali renunciatione per ipsum filium illegitimum facta Emerix jun. decis. 1122. n. 26. 49

Hoc jus est personale, non cessibile, nec transmissibile Marot. cons. 9. nu. 5. Ludovic. de Sard. tit. de requis. in legit. num. 5. inter tract. magn. tom. 6. fol. 255. Emerix jun. dict. decis. 1122. num. 29. & decis. 1142. num. 13.

Legitimatio dicitur regeneratio quædam Bald. cons. 359. in princ. lib. pr. Emerix jun. decis. 1122. n. 9. 50

Decretum legitimationis non inducit maculam, sed lavat si adesset Balduc. de Legat. tit. 3. decis. 9. à n. 83. cum seqq. 51

Vis legitimationis pendet à potestate legitimantis, & transumptum privilegii illam non probat, & descendentia probanda est ab illo, cui facultas legitimandi fuit concessa, & legitimans non potest plus dare quàm sibi fuerit in privilegio facultativo legitimandi concessum Castald. consult. 213. à n. 6. tom. 2. 52

In Legitimatione filiorum ob subsequens Matrimonium, quod nam sit discrimen inter Jus Canonicum, & Civile, quo ad fictionem, vel præsumptionem, de qua supra Alba cons. 750. n. 26. Altograd. cons. 93. n. 16. lib. 2. Roec. Episcopus cap. 8. n. 14. 53

Legitimatio per subsequens Matrimonium est fortior, & efficacior qualibet alia Cephal. cons. 111. nu.

2. Rocc. Episc. *dict. cap.* 8. *num.* 18.

Legitimati per subsequens matrimonium succedunt, quoties in Investitura vocantur filii legitimi, & naturales, quia verè, & propriè sunt legitimi Surd. *dec.* 319. *nu. pr.* Dunozet. Jun. *dec.* 879. *nu.* 8. Rocc. Episc. *d. cap.* 8. *n. pr.*

Legitimati per subsequens Matrimonium comprehenduntur sub Investitura vocante ad feuda simpliciter descendentes Altograd. *loc. cit.* Card. de Luc. *de feud. disc.* 15. *n.* 3. Rocc. *sup. n.* 36.

Legitimatus per subsequens Matrimonium succedit, quoties Investitura non contenta vocatione filiorum legitimorum, ulterius addit, esse debere ex legitimo Matrimonio natos Peregr. *de fideicom. art.* 24. *ex n.* 14. Gratian. *cap.* 468. *n.* 53. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 7. *n.* 10. *& seqq.* Rocc. Episc. *loc. cit. n.* 2. *&* 5.

Legitimatus per subsequens Matrimonium comprehenditur sub statuto loquente de nato & procreato ex legitimo Matrimonio Rocc. *ibid. n.* 27.

Legitimatus per subsequens matrimonium non intelligitur exclusus, licet legitimatio expressè excludatur, quia intelligitur de legitimatione per rescriptum Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 7. *num.* 11. Fusar. *de substit. quæst.* 409. *n.* 47. *& seqq.* Rocc. *loc. adduct. n.* 28.

Legitimatio per subsequens matrimonium debet expressè excludi, nam alioquin intelligitur de legitimatione per rescriptum Petr. *de fideicomm. quæst.* 11. *n.* 239. *vers. vigesima tertia conclusio* Rocc. Episc. *d. cap.* 8. *n.* 29. *& seqq.* Idque, etiam si fuerit dictum de legitimo Matrimonio procreatus, & non alias Rocc. Episc. *ibid.*

Immo etiam si fuerit additum verbum *verè & non fictè* Bald. *cons.* 213. *lib.* 5. Rocc. *ibid.* De hujusmodi ampliatione ob quam rationem possit dubitari Ursin. *de success. feudor. part.* 1. *quæst.* 4. *art.* 3. *n.* 31. *& seqq.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 121. *n.* 3. Rocc. *ibid. n.* 32.

Legitimationis effectum adhuc operatur subsequens matrimonium, quando non solùm vocantur filii ex legitimo Matrimonio nati, sed ulterius procreandi ex legitimo matrimonio Soccin. Jun. *cons.* 77. *nu.* 54. *lib.* 3. Mantic. *de coniect. ult. volun. lib.* 11. *tit.* 12. *à n.* 14. Rocc. *loc. sup. cit. n.* 26. *et seq.*

Legitimatus per subsequens Matrimonium non succedit, quando Testator nominatim abhoruit à legitimatione per subsequens Matrimonium Menoch. *cons.* 227. *n.* 18. Marescott. *var. lib.* 3. *cap.* 18. *nu.* 51. Rocc. *ibid. n.* 25.

Legitimatus per subsequens Matrimonium est habilis ad obtinendum Episcopatum Rocc. Episc. *d. cap.* 8. *n.* 3.

54 Legitimati per rescriptum Principis regulariter non veniunt appellatione natorum sive procreandorum ex legitimo Matrimonio Card. Mantic. *de Coniect. ult. volunt. lib.* 11 *tit.* 10. *n.* 23. *et seq.* Peregrin. *de fideicom. art.* 23. *nu.* 45. Rocc. Episc. *ibid. nu.* 15. Reprobatur contraria Sententia Rocca *ibid. n.* 16.

Legitimati per rescriptum cum clausula, *quòd filii perindè habeantur ac si essent legitimè nati, vel de legitimo matrimonio procreati* dici debent nati ex legitimo matrimonio, quo ad omnes Juris effectus Surd. *cons.* 2. *n.* 88. *et* 98. *et seq.* Altograd. *cons.* 93. *nu.* 17. *lib.* 2. Rocc. Episc. *ibid. n.* 17.

Legitimatio per rescriptum excluditur, quoties ultra verba *ex legitimo matrimonio nati*, additur verbum *legitimus* Bursat. *cons.* 18. *n.* 19. *vers. Nec repugnat.* Rocc. Episc. *ibid. n.* 24.

55 Legitimitas fuit inducta, non à Jure naturæ, sed à Jure communi positivo ad differentiam naturalitatis Dec. *cons.* 155. *n.* 6. Rocc. Episc. *ibid. n.* 6.

56 Legitimitatis qualitas, an, & quando intelligi debeat repetita in successoribus, adeout veniant tantumodò hæredes sanguinis; non autem extranei Rocc. Episc. *cap.* 66. *n.* 32.

57 Legitimum esse est quid Juris positivi, non quid facti Sylvan. *cons.* 3. *n.* 31. *vers. ita quod* Rocc. Episc. *dict. cap.* 8. *n.* 7.

58 Legitimi quòd sint filii, & de legitimo Matrimonio procreati, sunt Synonyma Marescott. *var. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 50. *et seq.* Giovagn. *cons.* 59. *nu.* 64. *lib.* 1. Rocc. Episc. *dict. cap.* 8. *n.* 23.

59 Justificanda est legitimatio personæ ex actis, quando agitur de processu contumaciali Card. De Luc. *de Judic. disc.* 12. *sub n.* 1.

60 Legitimatio personæ, parte opponente, est necessaria etiamsi causa coram Principe agatur Rocc. Episc. *cap.* 153. *n.* 2. *tom.* 2.

61 Legitimatio personarum, hoc est qualitatis hæreditariæ defectus frustra opponitur, si ista qualitas fuit agnita per citationem factam uti hæredi Caprar. *decis.* 147. *n.* 5. *part.* 1.

62 Legitimatio Rei præstanda ab actore Rub. *de Consil. Jur. cap.* 18. *n.* 343. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 1. *à n.* 20. *tom.* 2.

63 Legitimatio personæ quando præstanda ab agente nomine alieno, vel proprio Rub. *loc. cit. à n.* 352. Olea *de Cess. Jur. tit.* 6. *quæst.* 9. *n.* 1. *et* 6.

64 Legitimatio personæ est exceptio dilatoria personam actoris respiciens: Et legitimationis personæ exceptio non admittitur, nisi actor sit prohibitus agere Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 6. *intersect.* 2. *n.* 1. *et* 2. *pag.* 94. Et legitimationis personæ exceptio procedit tàm in procuratore Actoris, quàm rei Pellegrin. *loc. cit. n.* 12., ubi etiam de Decreto legitimationis personæ, & an admittat appellationem.

65 Plura alia de legitimatione personæ De Luc. *de Fideicomm. disc.* 193. Carl. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 12. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 1. *et* 2. *tom.* 2.

66 De Legitimatione personarum assecuratarum probanda Balduc. *tit.* 1. *decis.* 15. *n.* 4.

67 De legitimo contradictore plura De Luc. *de Feud. disc.* 43. *n.* 5. *cum seqq. disc.* 104. *à nu.* 2. *cum seqq. disc.* 127. *n.* 2. *cum seqq. disc.* 115. *n.* 5. *de Judic. disc.* 43. *à n.* 15. *disc.* 44. *n.* 37. *et* 38. *de Benefic. disc.* 54. 55. 73. 76. 94. & alibi sæpe prout *in Indic. general. verb. legitimus contradictor. et verb. contradictor.*

§. LENOCINIUM. VIII.

a Lenocinium est genus delicti pessimum, pestiferum, nefandum, crudele, odiosum, sceleratum, ac adulterio, sive etiam homicidio gravius; lenones autem dicuntur præpositi meretricum, & seductores miserarum mentium, sic à leniendo, vel ab alliciendo dicti, quasi ad stupra alliciant, vel qui expressè exercent artem ad mulieres prostituendas, vel qui quæstuaria mancipia habent, etiam alterius artis occasione, ut caupones, stabularii, seu balneatores hujusmodi mulieres quæstuarias pro quæstu retinentes, *l. Athletas*, *§. Prætor ait*, *ff. de his, qui not. infam. l. palam*, *§. Si qua cauponum*, *ff. de rit. nupt.* Petr. Gregor. *Syntag. jur. lib.* 35. *cap.* 11. Peguet. *decis.* 15. Majol. *de irregul lib.* 5. *cap.* 41. *nu. pr. &c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 534. *num. pr. &c.* ubi plura, Cardin. Tusch. *litt. L. conclus.* 290. Farinac. *q.* 144. *§. Lenones*, *& §. Domum accomodans per tot.* Paul. Christin. *dec.* 82. *num.* 35. *& seqq. volum.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 13. *num.* 5. *& artic.* 14. *per tot.* Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 125. Guttier. *in prax. q.* 149. Gibalin. *de univ. neg. lib. pr. cap.* 4. *Consect.* 12. *num.* 8. *& per tot. fol. mihi* 96. Brunnemann. *in Jurib. allegat.*

Quod lenocinium pluribus modis committatur, nempè suadendo mulieres, vel masculos ad inhonestates, effectu etiam non sequuto, præstando locum, vel commoditatem opportunam scienter, vel aliter ad dictum effectum cooperando, imò quoad maritum erga uxorem ex simplici permissione, & tolerantia accepto lucro; propriè tamen committitur inducendo puellas, vel alias mulieres honestas, vel pueros ad turpitudinem lucri causa, ita ut pro essentia lenocinii requiratur præmium, & delictum debeat esse reiteratum saltem tribus vicibus, excepto marito, qui etiam pro una vice tantùm dicitur leno; non possunt lenones suæ turpitudinis præmium licèt promissum in judicio exigere, quamvis hoc sit permissum meretricibus, ut dixi *in Meretrix num.* possunt tamen solutum retinere, cùm in pari causa turpitudinis potior sit conditio possidentis, Lanfranch. Zacch. *tract.*

de

de fal. & merc. qu. 3. per tot. Scanarol. *de visit. carc. lib. 1. §. 3. cap. 4. n. 12. & seqq.* Farinac. & alii supracitati, dixi *in Pract. §. Ruffiani n. 4.* Guttier. *in Prax. qu. 49. & 50.* ubi etiam de pœna lenonibus imposita jure Regio Hispanorum, Gibalin. *loc. sup. cit.* ubi plura de negotiatione lenonum, & lupanarium in Republica non permittenda. Mattheu. Sanz. *de re Crimin.* de lenonum pœnis, & differentiis remissivè *contr. 59. n. 43.* Vide Brunnemann. *sup. C. et ff.* Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract. 10. quæst. 12.* Caprar. *dec. 543. n. 19.*

2 Lenocinium de jure communi punitur pœna mortis *l. pr. §. Qui puer, ff. de extr. crimin. et §. Sancimus, Auth. de lenon.* de consuetudine vero pœna fustigationis cum mitra in capite super asino, vel alia judici arbitraria; esset tamen semper augenda pœna quando hujusmodi crimen esset commissum erga personas sanguine conjunctas, putà uxores proprias, vel filias prostituendo, Menoch. *de arbitr. cas. 534. nu. 6. et seqq. per tot.* Cabal. *resolut. crim. cas. 171. per tot.* Scanarol. *de visitat. carcer lib. 1. §. 3. cap. 4. per tot.* Card. Tusch. *littera L, conclus. 290.* Clar. & Bajard. *in §. fin. quæst. 68. nu. 24.* Ang. *de malef. verb. Che hai adulterato la mia Donna nu. 69.* Peguer. *decis. 14.* Petr. Gregor. *Syntag. jur. lib. 36. cap. 51.* Farinac. *qu. 144. per tot.* Ricc. *Collect. 1795.* Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 125. per tot.* ubi tamen *n. 11.* limitat in matre, vel aliis, qui ex vi paupertatis moti tale crimen commiserint, nam non debent tunc puniri de lenocinio, & judicatum refert ad Vivi. *dec. 454.* quod ego intelligo de pœna ordinaria, non autem in totum excusari. Brunnemann. *in l. lenones 12. C. de Episc. Audien.*

Quando tamen lenocinium esset pro sodomia inter masculos, sequuto effectu, & pluries reiteratum pro præmio, debet puniri pœna mortis (non obstante allegata consuetudine) & furcarum, sicuti servasse, & benè testatur Petr. Cabal. *resolut. crim. cas. 248. per tot.* vide Farinac. & alios supracitatos.

Tria requiruntur ad hoc, ut lenones possint pœna mortis puniri de jure, nempè quod pluries, & non una vice tantùm persuaserint ad delictum, vel turpitudinem carnis, secundo quod hujusmodi persuasiones effectum habuerint, & tertiò quod lenones mercedem, & lucrum reportaverint, P. Manar. *in Noct. Malencol. interrog. 200. §. 13. fol. 322.* dixi *in Pract. §. Ruffiani n. 3. & n. 7.* ubi addidi quartum requisitum, nempè ut sit commissum cum muliere non malæ vitæ, vel famæ, quando agitur de mulieribus, nam in masculo non cadit hujusmodi consideratio; aliàs autem cessante aliquo ex dictis requisitis, non esset locus dictæ pœnæ ordinariæ lenocinii, sed alteri arbitrariæ mitiori juxta facti, & personarum qualitatem, Scanarol. Cabal. & alii in locis citatis, Menoch. *de arbitr. cas. 534. n. 48. & 49.* Pichard. *Pract. Institut. par. 3. tit. de pœn. nu. 77. & 78. fol. 102.* Novar. *Pragm. Regn. Collect. 125. n. 12. &c.*

Quoad maritum erga uxorem, ut leno dicatur, & tamquam talis puniatur arbitrio judicis sufficere solùm consensum in adulterio uxoris, etiam absque præmio innuit textus *in leg. mariti 29. ff. ad leg. Jul. de adult.* Peguer. *decis. 15. n. 7.* & fuit dictum per Assessorem Magistratus DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & ab eodem Magistratu approbatum, ac decisum (citata dicta mea *Pract. in §. Ruffiani*) de anno 1665. in causa cujusdam Ferdinandi Perati, qui fuit repertus in lecto cum adultero, & uxore in medio, & ob id condemnatus ad fustigationem cum mitra super asino, & inscriptione visibili causam indicante, se ad triremes per quinquennium; & eadem pœna fuit etiam damnatus quidam alius Vincentius Jacobi Calozzi de mense Octobris 1666. prout in filcia Processuum Cancellariæ dicti Magistratus 617. *n. 196.*

Quando autem maritus propriè dicatur leno uxoris, & qua pœna plectendus de jure, vide Menoch. *de arbitr. cas. 534. n. 20. & seqq. per tot.* quod à Justiniano est sancita pœna ultimi supplicii *in Auth. de lenon. §. Sancimus*, & plures alias pœnas contra lenones ex variis constitutionibus, & legibus in-

dictas refert Menoch. *loc. cit.* Paul. Christin. *dec. 82. n. 38. & seqq. volum. 5.* Sanfelic. *dec. 266.* ubi quod maritus etiam leno non repellitur ab accusando de adulterio, quia lenocinium mariti illum onerat, & non mulierem excusat, & ideò mulier, & adulter de adulterio puniuntur, & maritus de lenocinio.

Quod maritus leno repellatur de jure civili ab accusando uxoris adulterium, *l. cum mulier, ff. solut. matrimon.* Novar. *in Pragm. Regn. Collect. 155. n. 5.* sed non recedas à primo, cùm etiam judex in omnem casum possit ex officio supplere. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 3. n. 38.*

3 Lenones gravissimè peccare non est dubitandum, quidquid alii locatores domorum meretricibus, vel aliis ad malum finem, vel usum conducentibus possint excusari, quando ob id cariùs non locant, & consensum præstant habitationi tantùm, & non peccato, Azor. *Instit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 18. q. 3.* P. Steph. de Neapol. *lib. 2. cap. 43. nn. 17. & 18.* Didac. Mari ad Giazarel. *decis. 54. n. 2.*

Quod lenones, maximè uxores efficiantur irregulares, imò omnes lenocinium exercentes propter infamiam, quam ipso facto incurrent, Majol. *de irregularitate lib. 5. cap. 41. n. 3.* Ugonil. *eod. tract. cap. 60. §. pr. num. 3.* Menoch. *de arbitr. cas. 534. num. 22.*

Eadem ratione infamiæ repelluntur etiam à testimonio, sicut & meretrices, præter quam si ageretur de gestis in lupanari, & postribulo, vel si aliter veritas haberi non posset, sed non ob id integra esset illorum fides, Menoch. *d. cas. 534. n. 36. et 37.* vide *in §. Infamia num.* et *§. Meretrix n.*

4 Lenones tamquam pestis sunt à Civitatibus expellendi, *§. Sancimus, Auth. de lenon. inter Novell. Constit. 31. tit. de lenon. coll.* Ripa *tractat. de pest. tit. de remed. præservat. nu. 162.* Menoch. *d. cas. 534. n. 42.* Ricc. *Collect. 2705. par. 7.* Joseph. Mele ad Giazarel. *dec. 54. n. 22.* ubi etiam quod sicuti meretrices, possunt & isti, (ac tantò magis judicio meo) de vicinia expelli, Paul. Christin. *decis. 82. n. 35. et seqq. vol. 5. et ad leg. municip. tit. 2. art. 24.* Gibalin. *de univers. negot. lib. pr. cap. 4. consect. 32. per tot. fol. mihi 99. etc.* Vide infra *in novissim. addition.* Crescin.

Qualiter de anno 1483. fuerint lenones expulsi sub pœna capitis à Civitate Florentiæ, & toto ejus Dominio, & iterùm de anno 1520. sub mitioribus pœnis dixi *in Pract. §. Ruffiani n. 5.* ubi etiam *n. 6.* an possint describi ad officium honestatis, & alia hujusmodi.

Aliquando autem potius expelluntur studiosi, quàm lenones; illi enim à nemine aspiciuntur, & ibi ab omnibus amplectuntur; calamitas nostrorum temporum in quibus sæpè virtutes reputantur defectus, & illarum sequaces à pluribus irridentur; vitia autem virtutes, & illorum imitatores à similibus acclamantur, ita ut verificentur verba Taciti *lib. 1. Hist. Nobilitas, opes, omissi, gestique honores pro crimine, & pro virtute certissimum exitium.* Sed loquendo cum Isaia *cap. 5 vers. 20. Væ illis qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum in dulce, & dulce in amarum.*

Hodie tamen regnante Serenissimo Cosmo III. Principe Religiosissimo, Florentiæ summa cum vigilantia ferè omnes continentur cum debita honestate saltem externa, ac delinquentes debitis afficiuntur pœnis, maximè in hac materia tam lubrica, & lenæ, lenonesque ut supra expelluntur.

5 Quod ex defectu mercedis, & aliorum requisitorum quis non dicatur propriè leno, vel lena, & ideò si Curia ordinaria prævenerit in cognoscendo de delicto non teneatur remittere causas ad judices meretricum, & lenonum, cùm eorum jurisdictio sit intelligenda de veris, & propriis lenonibus, & meretricibus decisum, refert Franch. *decis. 68.* & illum aliis etiam citatis sequitur Thoro *compend. decis. Neapol. par. 1. verb. Lena.*

6 Florentiæ tamen posset dubitari de hujusmodi decisionibus, cùm judices meretricum, & lenarum soleant procedere etiam contra suspectos, & suspectas,

& ideò in occurrenti casu essent considerandæ leges, & statuta eorum officii, quod honestatis per hironiam appellatur, an tribuant, jurisdictionem privativè, vel cumulativè cum judicibus ordinariis, ut verius puto, & aliquando servatum scio data præventione.

7 An lenocinii delictum sit mixti fori, Garzia *de nobilit. gloss. 3. n. 36.* annuit Carol. Anton. Thesaur. *infra cit.*

8 De lenonibus plura tradūt DD.citati à Matth.Sanz. *de re crim. controvers. 59. n. 43.* Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Leno, Lenocinium*, & Com. Augustin. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. col. verb. fol. 36.*

9 Quod lenones sint infames, & consequenter irregulares, illos recipientes in domos ad illum effectum, domum amittant, si sint patres, aut domini privantur patria, seu dominica potestate, amittant usumfructum adventiciorum; & quidquid in aliis requiratur pluralitas actuum, & quæstus, in marito sufficit unus actus, etiam sine quæstu, ut ex Menoch. *de arbitr. cas. 534.* & aliis probat Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. par. 2. verb. Lenocinium fol. 213.* & de his omnibus ne descrat videre Philipp. Pascal. *tract. de viribus patr. potest. par. 2. cap. 10. per tot. cum Annot.* Piati.

10 Leno se solo semiplenè probat, quod intelligeut per Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tracl. 6. quæst. 4. n. 2.*

11 Lenocinii crimen quinquennio præscribitur Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract. 8. quæst. 5. num. 4.*

12 Lenocinia impedire debent Episcopi Brunnemann. *in l. si lenones 12. C. de Episcopul. audient.*

13 Leno quis propriè dicatur Brunnemann. *supr. ff. libr. 48. tit. 5. leg. 29. nu. 1.* Caprar. *decis. 543. nu. 19. part. 2.*

14 Maritus connivens sine lucro uxori luxuriosa viventi pœnam lenocinii non incurrit Brunnemann. *sup. ff. lib. 48. tit. 5. leg. 29. n. 3.*

15 Etsi leno durante servitute lenocinium exercens fiat liber, infamis tamen manet Brunnemann. *sup. ff. lib. 3. tit. 2. leg. penult.*

16 Lenocinium non dicitur exercuisse mulier ex introductione juvenis in domum puellæ, si inter eos præcesserant tractatus, & promissiones matrimonii contrahendi Caprar. *decis. 543. n. 18.*

§. LÆSIO. IX.

1 LÆsio alia est modica, alia magna, sive enormis, alia enormior, & alia enormissima, qualis autem unaquæque dicatur, & ad quam summam ascendat, variæ extant Doctorum opiniones, inter quas receptior est, totum judicis arbitrio remitti, attenta qualitate rerum, personarum, & contractuum, Odd. *de restitut. in integr. part. 1. quæst. 4. art. 13. per tot.* Covar. *var. resol. lib. 1. cap. 3. n. 11.* Menoch. *de arbitr. cas. 74. & 75. per tot.* Altograd. *cons. 102. n. 28. 47. & seqq. lib. 2.* Tusch. *litt. L. conclus. 292.* latè Hermosil. *ad leg. Partit. tom. 2. l. 56. gloss. 11. &c. fol. 819.* Constant. *ad stat. urb. annot. 46. a. 1. 2. & 3. tom. 2.* Pacion. *de Locat. cap. 18. num. 33.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 4. qu. 37. num. 72. tom. 6.*

Quando læsio dicatur enormis, vel enormissima, ad hoc ut competat restitutio in integrum, etiam post quadriennium, quæ non datur sine læsione, Gratian. *discept. for. cap. 184. n. 17. &c. cap. 734. n. 74. &c.* Magon. *dec. Flor. 10. nu. 22.* Ricc. *Collect. 2783.*

Quando quis dicatur læsus, Tusch. *littera L, conclus. 297.*

Non sufficit tamen læsiò in una re tantùm, sed in toto contractu ultra dimidiam debet esse, Ricc. *Collect. 3191.* Vide Pacion. *loc. cit. cap. 19. a n. 192.* Altimar. *supra n. 44.*

2 Læsio quando quotidiè originari dicatur, & habere tractum successivum in præjudicando, ita ut numquam currat tempus quadriennii ad petendam restitutionem in integrum, Gratian. *discept. forens. cap. 601. n. 31. etc.*

Læsio est probanda à minore, qui petit rescindi contractum, quando fuerunt servatæ solemnitates, & sic ubi sumus in contractu valido, & habente statum validitatis, quando verò sumus in contractu nullo, eo quia non fuerunt servatæ solemnitates, non tenetur minor probare læsionem, sed qui cum illo contraxit debet probare versionem in utilitatem ipsius minoris, quia tunc præsumitur mala fides, & dolus, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 84. per tot.* plenè videndus Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 36. per tot.* Pinel. *in l. 2. Cod. de rescind. vendit. par. 3. cap. 2. num. 24. etc.* Paul. Christin. *decis. 176. num. 2. vol. 3.* Card. De Luc. *de Alienat. disc. 29 nu. 14.* Caldas Pereyra *tractat. de restitut. in integr. verb. San felicitate, & verb. Vel adversarii dolo*, ac alibi sæpè, & præcipuè *in Verb. Læsis*, ubi plenè de læsione probanda, & quomodo. 3

Idem est etiam in Ecclesiis, quæ quando fuerunt servatæ solemnitates, si alleget læsionem, tenetur illam probare, Odd. *dict. quæst. 36. artic. 2. num. 15. &c.* Altograd. *consil. 28. num. 5. lib. 1.* ubi etiam *num. 11. &c.* qualiter testes de læsione deponentes debeant esse informati de omnibus qualitatibus rei alienatæ, ut scire possint, an intercesserit læsio, vel non, & *ibid. n. 53. &c.* de læsione probanda ab Ecclesiis, quando fuerunt servatæ solemnitates, cum illis adhibitis præsumatur utilitas Merlin. *decis. 219. per tot.* Ricc. *Collect. 2272.*

Quod læsio regulariter non præsumatur, sed sit probanda, exceptis aliquibus casibus, in quibus præsumitur, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 82. per tot.* Odd. *d. quæst. 36. art. 2. & 3.* Altograd. *consil. 5. num. 72. lib. 1.* Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 962.* Constant. *ad statut. Urb. annot. 46. nu. 44. & seqq. tom. 2.* Pacion. *loc. cit. nu. 2.* Mans. *consult. 39. nu. 27. & 28.* Altimar. *n. 58.*

Qualiter probetur læsio, Cagnol. *in leg. 2. Cod. de rescind. vendit. num. 234. & seqq.* Tusch. *litt. L, conclus. 299.* Mascard. *loc. cit.* ubi etiam quando debeat attendi tempus contractus, vel successivum, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 3. quæst. 23. nu. 15. & seqq.* ubi quando sufficiat semiplena probatio ad obtinendam restitutionem in integrum adversus confessionem. Altimar. *dict. n. 58. & seqq.*

Quando læsus dicatur minor absque alia probatione, eo ipso quod pro alio fidejussit, Soccin. jun. *consil. 47. num. 7. lib. 4.* Cavaler. *decis. 301. nu. 1.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 108. num. 49. &c.* ubi quando istud non procedat, Odd. *dict. quæst. 36. art. 2. & 3. num. 30. &c.* vide in *§. Minor num.*

Læsio omnis excluditur quando contractus fuit celebratus in præsentia consanguineorum, & judicis, & cum illorum consensu, & decreto, cum tunc actus præsumatur gestus bona fide, & ex libera voluntate, Corn. *consil. 36. num 8. & seqq. lib. 1.* cum aliis per Altograd. *consil. 5. num. 82. lib. 1.* ubi etiam *nu. seqq.* quod quando actus fuit pius, & laudabilis pro sublevando patre, vel fratribus, nulla consideratur læsio, quod ultimum sequitur, Odd. *d. q. 36. art. 3. num. 32. & quæst. 53. art. 3. & 4. per tot.* 4

Læsio in renunciationibus non consideratur, quando sunt factæ juxta morem, & consuetudinem regionis, vel causa ingressus Religionis, vel coram judice cum interventu proximiorum, & illorum consensu, vel pro conservatione decoris familiæ, vel pro alia causa pia, & laudabili, vel quando filia recepisset congruam dotem, Urceol. *consult. forens. cap. 48. num. 37. & seqq.* ubi etiam an possit allegari stante juramento, vide in *§. Sacramentum num.* Tusch. *litt. L, conclus. 194. per tot.* ubi quod non attenditur in multis casibus, de quibus ibidem. Pen. & Crescin. *decis. 133. & decis. 350.* Vida Palm. *alleg. 145. n. 9. & 10.* Constant. *loc. cit. annot. 46. art. 3. n. 207.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3 quæst. 32. num. 1317. & 1318. tom. 5.* De Luc. *de renunc. disc. 5. n. 10. disc. 14. n. 3. Conflict. obser. 255.* 5

Quod mulier dotata non dicatur læsa renunciando etiam pingui hæreditati dotantis, Fontanell. *de pact. nupt. claus. 9. gloss. 1. part. 2. num. 35. &c.* sequitur Rot. *par. 11. recent. decis. 150. num. 13.* Constant. *ad statut. Urb. annot. 46. num. 62. tom. 2.* vide in *§. Re-*

nunciatio

nunciatio *num.* 26. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 37. *n.* 19. *tom.* 6. Emerix jun. *decis.* 619. *n.* 22. Palm. nep. *alleg.* 199. *n.* 18. & 19. *tom.* 2.

Item læsio non ait considerabilis in quærendis, & sic renunciasio, vel cessio juris quærandi, non dicitur continere donationem, nec requirit solemnitates statuti, licèt renunciatio, val cessio videatur supponere saltem per ordinem intellectus præcedentam acquisitionem, cum alias nihil contineret, quia cum sit momentanea, & ordinata non ad acquirandum, sed ad renunciandum, talis acquisitio intellectualis non attenditur, Gratian. *decis.* 17. *num.* 22. & *seqq.* vide in *§. Statutum requirens num.* Rot. *par.* 21. *recent. decis.* 150. *n.* 12.

Item non consideratur læsio in actu, in quo liberalitas exercetur, ut in donatione, quæ dicitur de sui natura læsiva sed attenta liberalitate sustinetur, Gratian. *discept. forens. cap.* 592. *nu.* 26. &c. Caval. *decis.* 479. Altograd. *cons.* 5. *n.* 80. &c. *lib.* 1. Durao. *decis.* 221. *num.* 1. &c. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 283. *nu.* 8. De Luc. *de Donat. disc.* 27. *n.* 3. *disc.* 55. *a nu.* 10. *disc.* 61. *n.* 4. Ciarlin. *contr.* 124. *n.* 22. Cyriac. *contr.* 586. *n.* 43. Altimar. supra *n.* 371. & *rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 37. *n.* 87. *tom.* 6. Palm. nep. *alleg.* 196. *nu.* 17. *tom.* 2.

Posset tamen etiam in donatione considerari læsio, si deducatur per modum conjecturæ ad præsumandum dolum, metum, vel suggestionem, Magon. *decis. Flor.* 18. *nu.* 4. Rot. *par.* 2. *diverf. decis.* 102. *num.* 8. Vel si agatur de donatione correspectiva, quæ fit respectu alicujus dati, aut remissi, quia tunc attanditur læsio etiam ad effectum, *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* quamvis dictum fuerit, quod plus est dono, sicut etiam consideratur in simplici donatione, quando fuit donata res magni valoris, quam donans justo errore ductus credebat esse modici valoris, Duran. *dict. decis.* 121. *nu.* 21. & *seqq.* Rot. *part.* 2. *diverf. decis.* 102. *num.* 6. &c. *par.* 15. *recent. decis.* 193. *nu.* 20. Odd. *de restit. in integr. p.* 2. *quæst.* 58. *art.* 1. *num.* 22. & *seqq.* Constant. *ad statut. Urb. d. annot.* 46. *n.* 206. & 207. *s.* 2. Gratian. *decis.* 40. ubi quod numquam attenditur læsio, quando donatio fit ob ingressum Monasterii Vide Andreol. *contr.* 6. *num.* 60. *contr.* 201. *n.* 14. *contr.* 239. *à nu.* 81. Altimar. *supra utrobique* Palm. nep. *alleg.* 145. *nu.* 9. & 10. *tom.* 2. & *alleg.* 196. *n.* 18. *eod. tom.* 2.

Qualiter deceptus in pretio, propter consensum videatur excessum donare, quando scivit justum pretium, nulloque dolo, fraude, levitate, imprudentia, vel necessitate fuit ductus, sed liberè contraxit inter sanguine conjunctos, vel amicos, & tunc alter contrahens remaneat tutus etiam in foro conscientiæ, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 114. *per tot. infra n.* 9.

6 Læsio non consideratur quando ex contractu potest resultare lucrum, & damnum, quo casu cessat etiam restitutio pro minore, Gratian. *discept. forens cap.* 576. *num.* 30. & *cap.* 756. *num.* 8. &c. *nu.* 42. &c. ut quando esset renonciatum fideicommisso reciproco, Magon. *decis. Flor.* 92. *num.* 7. &c. *vide in §. Divisio num.* & *§. Mulier num.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 408. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 37. *à n.* 20. *tom.* 6.

Quòd non possit allegari læsio in incertis dependentibus à futuro eventu, & quæ possunt se habere ad damnum, & utilitatem, Altograd. *consil.* 65. *nu.* 81. *lib.* 2. Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 46. *n.* 57. *s.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 150. *num.* 12. &c. ubi quod non consideratur in jure eventuali, & incerto, & latè *part.* 13. *decis.* 134. *num.* 14. & *seqq. per tot.* ubi in terminis oblationum, & eleemosynarum, in quibus ratione dictæ incertitudinis non consideratur læsio, si de illis fuerit facta transactio, & *par.* 14. *decis.* 6. *num.* 16. &c. in eadem causa, & plenè ad excludendam læsionem ob incertitudinem, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 407.

Sed quod imò quando læsio ex posteriore eventu remanet patefacta, & sic actua incipit esse læsius, possit dari restitutio in integrum, idem Altograd. *cons.* 77. *n.* 58. *lib.* 2. Vide Andreol. *contr.* 399. *n.* 13. & 14. Altimar. *dict. quæst.* 37. *num.* 89. & *num.* 137. De Luc. *de Regal. disc.* 30. *n.* 10.

Quod ubi contractus unico momento perficitur, attendatur læsio solùm habito respectu ad tempus illius, quando verò contractus habet tractum successivum, vel aliquid de futuro est explendum, attendatur etiam tempus futurum, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 124. *n.* 11. &c. vide tamen. *d. par.* 13. *dec.* 374. *n.* 14. & *seqq. per tot.* ubi plura in contrarium, quando non attendatur læsio etiam in contractu habente tractuum successivum. Vide Bertachin. *vol.* 86. *n.* 12.

Alia vide in *§. Minor*, & *§. Restitutio*.

Læsio quando dicatur ultra dimidiam justi pretii, & quale sit pretium justum, ut sit locus remedio, *leg.* 2. *Cod. de rescind. vend.* Pract. Papp. *cum Addit. in caus. vendit. gloss. pro pretio*, Gratian. *discept. for. cap.* 461. *n.* 26. &c. latè Ursecol. *consult. for. cap.* 3. *per tot.* ubi qualiter sit probanda læsio, & quando dicatur de illa constare, vel non, & an attandatur in dote æstimata, Paul. Christin. *decis.* 66. *num.* 8. *vol.* 3. Ricc. *Collect.* 81. Vide De Luc. *de Donat. disc.* 54. *n.* 17. Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 12. *n.* 21. & 22. Cabrun. *lucubr.* 20. *num.* 7. & *seqq.* Palm. nep. *alleg.* 211. *a n.* 7. *tom.* 3. 7

Plura de læsione, qualis esse debeat, ut sit locus rescissioni contractus, & ad alios effectus, Hermosil. *ad l. Partit. tom.* 2. *leg.* 56. *gloss.* 4. &c. *fol.* 766. Conciol. & Romag. *ad Statut. Eugub. lib.* 5. *rub.* 58. *per tot.* Cabrun. *dict. lucubr.* 20. *ferè per tot.*

Quid autem narrare, & probare debeat agens hujusmodi remedio, Aret. *in §. Si quis agens, Instit. de act. nu.* vide in *§. Remedium num.* Cagnol. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit. n.* 334. & *seqq.* Tusch. *litt. L, conclus.* 299. Cabal. *consil. dec.* 144. *per tot. lib.* 1. ubi plura de remedio *d. l.* 2. tam ex læsione enormissima, quàm ex omissione solemnitatum in alienatione rerum minoris, de ratificatione, & hujusmodi. Caren. *resol.* 185. *n.* 9. Cabrun. *d. lucubr.* 20. *n.* 6.

Læsio ultra ad dimidiam dicitur ad effectum rescindendi contractum ex remedio, *l.* 2. *C. de rescind. vend.* quando (exempli gratia) res valebat decem, & fuit empta pro sex, numerando medietatem illius decem, & sic est ultra dimidiam justi pretii, ac idem est in similibus casibus, & è contra respectu venditoris juxta calculum, gloss. *in d. l.* 2. quam ibidem sequuntur Alberic. Odofred. Salyc. Cagnol. Castr. Bald. Padil. Covar. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 8. quam opinionem tamquam æquiorem, & veriorem approbat etiam Franch. *decis.* 245. *num.* 3. Dian. *part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 22. *per tot.* Card. De Luc. *de Præmin. disc.* 11. *n.* 4. 8

Sed dictam opinionem uti ineptam, & falsam refutari à gravioribus auctoritate, & numero DD. qui tenent, imò læsionem ultra dimidiam idem esse, an ultra duplum sit si res valebat decem, & fuit empta pro viginti, & uno, & hoc modo esse in eumdem calculum, sive computum; asserit, & probat Urecol. *consult. forens. cap.* 3. *num.* 35. &c. vide Paul. Christin. *decis. Belg.* 144. *vol.* 1. ubi quod respectu emptoris magna est controversia inter DD. idem Christ. *decis* 66. *num.* 8. *volum.* 3. ubi plures hincinde allegat Mysinger. *observ.* 73. *cent.* 4. idem Urecol. *in Append. ad d. cap.* 3. *num.* 35. *in fine vol.* 2. *fol.* 8. ubi quod idem est è contra in venditore, ut tunc læsus dicatur quando rem dignam pretio centum vendidit pro 48. vel 49. Cabrun. *dict. lucubrat.* 20. *a n.* 7. *cum seqq.*

Læsio quando non est ultra dimidiam, ut supra, licèt læso majori nullum videatur competere remedium, cùm sit permissum contrahentibus se invicem decipere usque ad dictam summam,) intelligendo in foro exteriori, & de jure civili, secundùm quod tolleratur hujusmodi læsio non tamquam justa, sed tamquam expediens in judicio deduci, aliàs plures essent lites, quam contractus, secus autem in foro conscientiæ, in quo omnis læsio excedens limites latitudinis justi pretii scienter commissa obligat ad peccatum, & restitutionem juxta veriorem, & magis communem Theologorum, & Iurisperitorum sententiam, ad tradita per Michael. Salon. *tractat. de just. & jur. tom.* 2. *qu.* 77. *art.* 1. *contron.* 17. & *seqq.* Sperel. *decis.* 119. *num.* 66. 69. & *seqq.* Leotard. *de usur. quæst.* 1. *num.* 27. &c. diai *in Pract §. Vendere num.* 34. & *§. Usura num.* 9

num. 17. *supra num.* 3. *in fine.*) Tamen operatur, ut possit contractus reduci ad æqualitatem, & justum valorem, vel rescindi, faciendo positiones adversario, inter quas ponatur, quod ille sit vir bonus, & probus, cui respondebit affirmativè, at prædicta deceptio, & læsio non convenit viro probo, & bono, & ideò alterum ex prædictis tenebitur adimplere, ut docet Perret. *caut.* 4. ubi allegat Gloss. *in l. semper in contractibus, ff. de reg. jur.* facit quod dixi *in §. Pactum num.* 36. *in fine.*

Hanc autem cautelam improbat Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 1. *n.* 23. *& seqq.* facit Paul. Christin *dec. Belg.* 210. *n.* 55. *& seqq. vol.* 1

Quod in foro conscientiæ non sit licita aliqua deceptio, ut supra sub pœna peccati, & restitutionis, ratione cujus peccati potest læsus etiam infra dimidiam justi pretii recurrere ad Judicem Ecclesiasticum, ut compellat adversarium ad restitutionem, etiam per censuras, Covar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 4. Card. de Lugo *de just. tom* 2. *disput.* 26. *sect.* 7. *nu.* 84. Dian. *resol. moral. part.* 7. *tract.* 10. *resolut.* 22. *vers. Nota tamen, &c. vide in §. Contractus n.* 42. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 37. *nu.* 73. *tom.* 6.

Quod ad rescindendum contractum sufficiat læsio ultra tertiam partem veri valoris vigore Statuti Urbis, Card. De Luc. *de empt. disc.* 54. *sub n.* 6. Rota *part.* 18. *recent. decis.* 698. *n.* 6. Rot. *rec. part.* 19 *tom.* 2. *decis.* 416 *n.* 25.

10 Læsio facit rescindere contractum, etiam à majore initum, quando est ultra dimidiam, cum arguat dolum, & circumventionem, Gratian. *discept. for. cap.* 823. *nu.* 37. *cap.* 824. *nu.* 41. *&c.* Franch. *decis.* 247. Urceol. *consult. forens. cap.* 3. *n.* 10. *&c.* latè Tusch. *littera L, conclus.* 293. *per tot.* ubi qualiter læsio ultra dimidiam habeat locum in omnibus contractibus, & quibus, Bich. *decis.* 609. ubi quod sufficit in sexta parte, quando agitur de venditione facta à judice, & reddit rationem diversitatis, vide infra *n.* 11.

Quod stante enormissima læsione, quæ æquiparatur dolo, actus sit ipso jure nullus, Cavaler. *dec.* 301. *n.* 5. *&c.* vide in *§. Dolus n.* Giurb. *decis.* 205. *n.* 1. *& per tot.* Urceol. *tractat. de transact. q.* 89. *n.* 55. *& seqq.* ubi qualiter, & à quo tempore sint restituendi fructus, de quo dixi *in §. Fructus num.* 9. *&* 10. Emerix jun. *decis.* 1213. *n.* 2. Palm. nep. *alleg.* 145. *n.* 2. *tom.* 2. Altimar. *de nullit. rub.* 2. *quæst.* 11. *n.* 24. *tom.* 3.

Quod procedat etiam stante judicis decreto, curatoris auctoritate, juramento, & similibus cautelis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 82. *n.* 2. *& decis.* 102. *n.* 2. *&c.* vide Giurb. *d. dec.* 205.

Et quando apparet ex publicis instrumentis, non dicitur acquirere altiorem indaginem, Rota *d. dec.* 82. *per tot.*

An autem renunciari possit læsioni enormissimæ, contrarias opiniones, negativam sequendo, maximè de æquitate, illamque pluribus modis declarando, refert Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 101. *per tot.*

11 Læsio consideratur etiam in subhastatione ad effectum, *leg.* 2. *Cod. de rescind. vendit. & quid si d. leg. fuerit renunciatum*, vide Gratian. *discep. for. cap.* 451. *n* Rota *part.* 12. *rec. dec.* 316. *n.* 4. *&c.* Attento tamen tempore subhastationis, & non ante, idem Gratian. *cap.* 926 *n.* 13. *&c. vide in §. Remedium n.* 36. *§. Subhastatio n.* 8. *§. Pretium n.* 2. vide De Luc. *de empt. disc.* 16. *n.* 4. *disc.* 28. *num.* 2. *de Regal. disc.* 30. *n.* 12. Caprar. *decis.* 380. *n.* 1. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *q.* 11. *n.* 24. *tom.* 3.

Quod regulariter læsio sit attendenda de tempore celebrati contractus, & quando secus, latè Ludovis. *decis.* 553. Tusch. *litt. L. conclus.* 295. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 178. ubi etiam quod in subhastatione sufficit læsio in sexta parte, quidquid alias in conditione voluntaria requiratur ultra dimidiam, & quare, ac de modo illam probandi. Sed ista decisio fuit postea revocata eadem *part.* 14. *dec.* 270. ubi fuit firmatum, læsionem etiam in subhastatione ad effectum illam ex hoc capite impugnandi requiri ultra dimidiam, prout in venditione juxta veriorem, & à Rota receptam opinionem, de qua etiam *part.* 18. *recent. dec.* 268. ubi fuit pariter reprobata decisio Bichii 609. firmans sufficere læsionem in sexta parte. Vide supra *sub n.* 6.

Excluditur tamen læsio ex incertitudine valoris, & pretii, & quando fit oblatio rei, super qua prætenditur læsio, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 64. *nu.* 29. *&c.* Nec probatur ex locationibus, & alia ad rem Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 608. *per tot.*

Qualiter etiam excludatur læsio ex qualitatibus minuentibus rei valorem, ut si vendita sit pro parte tantùm à venditore debitis gravato, sine cautione, & hujusmodi, Ludovis. cum Beltram. *dec.* 554. *nu.* 11. *& seqq.* vide in *§. Pretium n.* 2. ubi plura, *& §. Valor.* Vide infra *in novissimis addit.* Crescen. *n.* 59.

Læsio enormis in laudo ad effectum rescissionis, sufficit in sexta parte quantitatis controversiæ, & quandoque in majori, vel minori summa arbitrio judicis, Bart. *in leg. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio*, Socin. jun. *cons.* 48. *num.* 22. *cons.* 71. *nu.* 7. *& cons.* 144. *n* 14. *lib.* 1. Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 4. *art.* 13. *n.* 119. Menoch. *de arbitr. quæst.* 71. *n.* 16. *& cas.* 73. Duran. *dec.* 200. *nu.* 21. *&* 22. ubi tamen *n.* 25. videtur secundùm alios requirere læsionem ultra dimidiam, intelligendo quando fuit emologatum ex certa scientia, postquam fuit publicatum, alias procedit prima opinio, quam ibidem sequitur, cum minor sufficiat læsio, quæ procedat ex facto alterius, quàm si procedat ex facto proprio. Vide Palm. nep. *alleg.* 291. *nu* 34. *&* 36. *tom.* 3. *&* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *qu.* 37. *n.* 76. *tom.* 6. 12

Quod qualiscumque læsio contingens in arbitramento præter spem compromittentium, operetur ne standum sit in arbitramento, prout stante probatione erroris, Altograd *cons.* 21. *n.* 29. *&c. lib. pr.* Altimar. *loc. cit. n.* 80. Constant. *ad Stat. Urb. annot.* 46. *n.* 152.

Quod læsio enormis verificetur in amissione sextæ partis rei debitæ, Altograd. *cons.* 5. *n.* 73. *lib.* 1. *& consil.* 102. *n.* 28. *&* 47. *& seqq. lib.* 2. ubi quod læsio in sexta parte dicitur enormis, enormior in medietate, & enormissima ultra dimidiam, vel in totum, & sufficiat in sexta parte ad rescindendum laudum, vel arbitrio judicis juxta facti, & personarum qualitatem Altimar. *de nullit contract. Rub. pr. quæst.* 12. *n.* 181. *pag.* 254. *tom.* 3. ubi varias refert sententias.

Quod læsio, & iniquitas laudi non præsumatur, sed ut probanda ab allegante, Tusch. *litt. L. conclus.* 298.

Læsio in transactionibus debet considerari habito respectu ad dubium litis eventum, ut dixi in *§. Transactio n.* 17. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 72. *n.* 7. *& per tot.* ubi quod ex statuto Urbis sufficit læsio excedens tertiam partem, vel de jure communi dimidiam, habito tamen respectu ad dubium litis eventum, quo cessante, & sic dum sumus in claris, & decisis, nullo modo valere transactionem, tamquam sine causa, calumniosè, ac per dolum dantem causam contractui initam, *eadem part.* 13. *decis.* 144. *per tot.* plenè examinato articulo, & relatis tribus opinionibus, Urceol. *tract. de transact. quæst.* 98. *per tot.* ubi in substantia concludit, ut supra, Rot. *part.* 15. *recent dec.* 193. ubi quod transactio facta super re omninò clara veluti super obligatione nulla, tamquam in totum læsiva non sustinetur, *& part.* 18. *decis.* 698. *per tot.* ubi quod rescinditur propter læsionem ultra dimidiam, *& decis.* 707. *per tot.* ubi plura ad exclusionem læsionis propter dubium litis eventum, & alias ex causis in materia beneficiali. Emerix jun. *decis.* 1213. Palm. nep. *alleg* 178. *&* 179. *tom.* 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *par.* 4. *quæst.* 37. *a n.* 127 *tom.* 6. 13

Læsio an possit considerari in contractu emphyteutico, ita ut competat remedium, *leg.* 2. *C. de rescind. vendit.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 235. ubi refert diversas opiniones, & distinguit ut affirmativa procedat quando solvitur pensio fructibus correspondens, cum tunc sit potius locatio; negativa verò, quando solvitur modica pensio, dixi in *§. Reme-* 14

me-

Lex Mosaica ab Adventu Christi infra apud Christianos est sublata quoad præcepta mystica, & figurata, quò verò ad moralia, ut Decalogus, est adhuc in usu; apud Judæos in omnibus viget, & derogat juri communi Romanorum in successionibus, testamenti, matrimoniis, ac juramentis, Marant. *part.* 3. *num.* 47 *&c.* Roman. *consil.* 254. Tiraquell. *de jur. primog. q.* 66. Gabr. Vasquez in S. Thom. 1. 2. *tom.* 2. *q.* 98. *& seqq. fol.* 162. *&c.* Surdus *decis.* 138. *per tot.* ubi quando lex Mosaica sit servanda inter Hebræos. Em. De Luc. *De Dote disc.* 132., *de Matrim. disc.* 15., *De Judic. disc.* 35. *n.* 51. Nicolius *Instit. Imper. de* 14

hæred.

hæred. quæst. n. 3. Marant. *in specul. part.* 3. *a nu.* 12. *& a n.* 47., quem sequitur Crescin. *in Decret. rubr. de Constit.*

Quòd imò leges nostræ, & statuta, etiam excludentia fœminas propter masculos, & similia ligent etiam Judæos, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 29. *n.* 17. *&c. vide in §. Judæus num.* 6. *&* 14. latè Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 414. ubi qualiter mater de jure civili succedat filio, exclusо patruo, etiam in successione Hebræorum, & alia plura de illorum successione secundùm legem Mosaicam, & jus civile, de qua materia plenè etiam Tiraquell. *de jure primogen. q.* 66. *per tot.*

55 Lex Julia de vi publica, quæ delicta puniat, quot capita contineat; sicut & lex Julia de vi privata, habetur in *tit. ff. & C. ad l. Jul. de vi publ. & privat.* latè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *per tot.* vide in *§. Vis, sive Violentia n.* Brunneman. *ad dictum tit. C. per tot.* Vide Brunnemann. *in Jurib. allegat.*

56 Lex *fin. ff. fin. regun.* disponit, quòd qui sepem ad prædium affixerit, terminum non excedat, si murum, pedem relinquat, si domum pedes duos, si sepulchrum, aut scrobem, sive fossam quantum profunditatis habuerit, tantùm spatium relinquat, oleam, vel ficum ab alieno ad novem pedes plantet, cæteras arbores ad pedes quinque, Oinot. *in §. quædam Institut. de act. cap. act. fin. regun. fol. mihi* 449. Cæpol. *de servitut. urb præd. cap.* 81. *tit. de arbitr.* Ricc. *Collect.* 3980. *&c.* ubi plura ad intelligentiam *dict. l. final.* & qualiter ædificium debeat distare ab ædificio per unum, vel duos pedes, Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 287. *& p.* 17. *decis.* 126. ubi de variis traditionibus circa distantiam arborum, aliis intelligentibus de quinque pedibus, aliis de duobus tantùm.

Procedit tam in prædiis urbanis, quàm in rusticis, Bellon. *consil.* 61. *n.* 3. *& per tot.*

Quòd procedat in Urbanis tantùm, & non habeat locum circa arbores, Ricc. *Collect.* 1874. ubi citat Rot. Bonon. teste Dusio *dec.* 110. *vide in §. Vicinus num.* 18.

Si tamen quis velit maceriem, idest murum de lapidibus sine cæmento, vulgò murum siccum facere juxta fundum alterius, potest nullo dimisso spatio, dummodò terminum non excedat, sicut & sepem, si verò velit facere murum cum calce, sive cæmento, debet pedem relinquere, *d. l. fin. ff. fin. regund.* Cæpol. *de servit. urb. præd. c.* 79. *n. pr. &c.*

Dicta lex loquitur, quando quis juxta agrum alienum vult ædificare, sed si juxta alienum ædificium quis velit aliud ædificium construere habet locum, *l. si cui, & l. Meniana Cod. de ædific. privat.* quæ vult quòd inter privatos relinquatur spatium decem pedum, si verò privatus juxta publicum ædificare velit, quindecim pedes relinquet, *gloss. tamen dicit, quòd d. l. non servatur*, & ideò vide Interpretes, Cæpol. *tractat. de servitut. cap. de pariete, & muro col. pr.* Bellon. *consil.* 61. *num* 3. ubi quòd dispositio *d. l. fin. ff. fin. regun.* habet locum tam in prædiis urbanis, quàm in rusticis, Vivi. *comm. opin.* 233. *in fine*, Conciol. & Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 18. *per tot.* & alios modernos ibi citatos.

Cessat dispositio *d. l. fin.* si plantetur sciente, & patiente vicino, & plantatum tunc non erit eradicandum, glos. *in l. Meniana C. de ædific. privat.* vide Gratian. *discept. forens. cap.* 314. *num.* 7. *&c. & cap.* 957. *n.* 31. Costa *de facti sciem. & ignorant. distinct. pr. per tot.* & dixi in *§. Arbor. n.* 6. *&c.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 129. ubi quòd præsumitur ab initio debitum spatium dimissum ad evitandam usurpationem, & stante longo temporis cursu cum scientia, & patientia vicini intrat legitima præscriptio 30. vel 40. annorum.

Item non procedit in pariete divisorio, vel communi, Merend. *contr. jur. lib.* 7. *cap.* 37. *per tot.* Thes. *dec.* 215. *nu.* 2. *&c.* vide *in §. Ædificium n.* *& in resol. capit.* 15. *num.* 18. Ricc. *Collect.* 1874.

Quòd præscribatur actioni finium regundorum spatio 30. annorum, textus Gloss. & DD. *in l. fin. C. fin. regund.* Giovagnon. *respons.* 30. *per tot. lib.* 2. vide Rota *part.* 15. *recent. decis.* 587. cum pluribus citatis ad intelligentiam, & usum, *l. fin. ff. fin. regun.*

& part. 17. *decis.* 129. *per tot.* Nicolius *Instit. Imper. tit. de action. §. quædam num.* 234.

Quòd per modum accessionis, & indirectè præscribatur etiam spatio decem annorum, & quomodo, benè declarat Sperel. *dec.* 178. *num.* 47. *& seqq.* ubi plura *per tot.* in materia confinium agrorum probandorum.

Pes autem ad intelligentiam prædictæ *leg. fin. ff. fin. regund.* interpretatur esse quindecim digitorum, Oinot. in *§. rursus Instit. de act. num.* 40. *fol.* 378. Alexan. Jas. & alii *in l. pr. ff. si quis caut. per textus & glos. in cap. sicut caus.* 17. *q.* 4. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 190. *fol.* 532. ubi quòd passus est quinque pedum, & pes quindecim digitorum in materia immunitatis Ecclesiæ, incipiendo mensuram à foribus Ecclesiæ.

Quod pes sit sexdecim digitorum, Menoch. *de arbitr. cas.* 2. *n.* 2.

Et quòd mensura pedis in ædificando juxta murum vicini, sit sumenda ab ipso muro, & ejus regione, non autem à termino, in quo cadit stillicidium ipsius muri, nisi aliter servetur de consuetudine, penè probat Bellon. *consil.* 61. *per tot.* facit quod dixi in *resolut. cap.* 79. *num.* 3. *&c. nu.* 15. *&c.* vide Ricc. *Collect* 1874. ubi quando debeat sumi à stillicidio. De materia *dict. l. fin. ff. fin. regun.* vide Cabrun. *lucubr.* 3. *n.* 14. De Luc. *de servit. disc.* 15. *n.* 4.

L. meminerint C. unde vi, imponens pœnam capienti possessionem propria auctoritate quando locum habeat, vel non, Tusch. *litt. L. concl.* 282. *per tot.* 57

L. si quis major C. de transact. puniens non observantem contractum, ut cadat à jure suo reputatur rigorosa, quando, & in quibus casibus procedat, vel non, quæ sint necessaria, ut locum habeat, & alia, latè Tusch. *litt. L. conclus.* 183. 184. *&* 185. *per tot.* vide *in §. dispositio n.* 13. De materia hujus legis vide repetitionem solemnem Barthol. Bertaz. post *tract. ejusdem de clausul.* & per Bologn. Cagnol. & Curt. Farinac. *in repert. de contract. quæst.* 25. Post. *concl.* 10. *libr.* 2. Rube. *singul. tom.* 2. Rot. *diversf. part. pr. decis.* 538. *n.* 13. *part.* 2. *decis.* 279. *n. pr. part.* 4. *decis.* 410. *recent. decis.* 63 *n.* 6. *part.* 2. 58

L. fin. C. de edict. D. Adrain. toll. quam cognitionem causæ requirat, ut ei locus sit, & in quibus casibus procedat, vel non, latè Tusch. *litt. L. concl.* 287. *&* 288. *per tot.* dixi in *§. Remedium nu.* 22. *& seqq.* De materia hujus legis plura Argel. *de Legit. contradict.* Caren. *resol.* 53. *n.* 15. Giroc. *discep.* 37. *n.* 86. *discep.* 59. *n.* 53. *discep.* 78. *n.* 130. *discept.* 2. *n.* 37. *discept.* 21. *n.* 18. Larr. *dec. Granat* 6. *part.* 1. Mantic. *dec.* 20. *dec.* 33. *n.* 9. *decis.* 311. Noguerol. *alleg.* 25. *a n.* 219. Reverter. *dec.* 555. Rot. *diversf. part.* 1. *decis.* 735. *n.* 1. *decis.* 220. *num.* 3. *part.* 4. *& in recentior. part.* 2. *decis.* 431. *nu.* 8. *& decis.* 682. *n.* 8. *&* 9. *decis.* 697. *n.* 4. *part.* 3. *decis.* 637. *n.* 3. *part.* 4. *dec.* 444. *n.* 1. 59

Leges, sive Pragmaticæ, quæ fiunt in aliquo Regno locum habent etiam in terris Baronum, & locis infeudatis, nam omnis Jurisdictio pendet à Rege, & Fiscus Baronis habet idem jus, quod Fiscus Regis, quia subrogatur in locum ejus, Nata. *consil.* 446. *&* 346. Sord. *consil.* 210. *lib.* 2. cum aliis per Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in Prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ n* 86. *& seqq.* facit quod dixi in *§. Dominus n.* 38. *§. Feudum n.* 26. *& §. Jurisdictio n.* 4. 60

Et quia lex semper loquitur, comprehendit etiam Civitates, & loca postea devoluta, vel unita, ne dixi in *§. Statutum circa generalia n.* 58. de quo tamen vide Peregr. *tract. var. lib.* 1. *tit. de jurisdict. ordin. & deleg. lib.* 1. *nu.* 21. *et seqq.* ubi benè distinguit.

Lex, vel statutum, sive Pragmatica loquens de causis civilibus, non procedit in causis criminalibus, quia licèt dicatur in criminalibus procedi ad instar civilium, per textus in *l. absentem ff de pœnis*, Rom. *sing.* 694. Bald *in l. qui crimen*, *col* 3. *ad fin. C. qui accus. non poss.* Everard. *in Topic. legal. in loc. à contract. ad delict. et in loc. à civil. ad crimin.* Mascard. *de probat. conclus.* 332. *n.* 6. *lib.* 1. 61

Tamen hoc cessat stante diversitate rationis, ac

quando contrarium reperitur expressè dispositum, vel servatum in altero, ut benè advertit idem Everard. in *loc. cit.* Et ideò cùm æquiparatio non sit generalis, sed multæ sint differentiæ inter judicia civilia, & criminalia, de quibus latè Marsil. in Practica §. *Expedita n. 62. et seqq. ad 83.* ubi colligit ultra quindecim differentias, & de aliis se remittit ad lectorem, inter quas potissima videtur illa sub *n.* 46. ut in causis civilibus possit jurisdictio prorogari, non autem in criminalibus, de quo dixi in §. *Jurisdictio n. 7.* non valet argumentum de causis civilibus ad criminales, ut benè probat Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 5. in prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ n. 162. et seqq. per tot.* ubi respondet contrariis, & firmat legem, vel Pragmaticam loquentem de causis civilibus, non habere locum in criminalibus, in quibus agitur de majori præjudicio, & ad materiam vide Suid. *conf. 163. lib. 2.* ubi de decreto quando habeat locum in causa criminali.

22 Lex, vel statutum præcedens indistinctè loquens declaratur, & modificatur per legem posteriorem loquentem cum distinctione, & qui utitur lege præcedente, debet uti eum declarationibus, & limitationibus in posteriori contentis, ut benè probat Bich. *dec. 288. n. 9. et seqq.*

Quòd lex posterior deroget priori, nisi prior disponat in aliquo casu particulari, quia tunc per legem generalem posteriorem non tollitur prior specialis, Felin. *in cap. gratum in princip. de off. jud. deleg.* Joseph. Feliv. Cerezo *in Margar. var. concl. f. verb. Lex fol. 145. col. 2. in fine*, vide supra *nu.* 8. an verò corrigat statuta, & consuetudines particulares Nicolius *Instit. Canon. tit. de Constit. n. 4.* vide Episc. Piton. *de Jurepatronat. alleg. 30. n. 2. tom. 1.*

Plura in materia contrarietatis plurium legum, vel statutorum in eodem volumine, vel diverso insertorum, ac eorum interpresasionis, & conciliasionis, vel prælationis data incompatibilitate, Cabal. *consil. 162. per tot. lib. 1.* dixi in §. *Statutum circa generalia num. 35.* latè Em. De Luc. *in suis oper. et præcipuè in Conflict. leg.* Emerix jun. *dec. 589. n. 15.*

De interpretatione canonis, aut legis quomodo sit facienda, Gibalin. *de jur. canon. & Eccl. tom. 2. lib. 7. cap. 8. quæst. 1. per tot. fol. 375. vide in §. Interpretatio.*

Quòd causa, & ratio legis potius, quam verba sit attendenda, idem Gibalin. *de scient. canon. tom. 3. lib. 8. princ. 1. fol. 237. & seqq.*

23 De legibus, & earum materia multa, variaque tradunt DD. citati ab Ægid. de Castejon. *Alph. jurid. verb. Lex* & Com. Aug. Font. *Biblioth. leg. part. 5. eod. verb. fol. 20. &c.* Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Lex.* ubi quando lex dicatur contempta, quando obliget ad peccatum, quando contractus nullus sit servandus in foro conscientiæ, & alia plura ad rem. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Lex*, ubi de Legibus in genere, de Legibus canonicis, de Legibus civilibus, de Legibus feudalibus, de Legibus laicalibus, de Legibus municipalibus, de Legibus Pontificiis de Legibus in specie declaratis, *et in verb. cap. et in verb. Jus.* Brunnemann. *sup. ff. et Cod.* Fagnan. *sup. Decret. in Indic. general. verb. Lex*, ubi de Lege in communi, ubi quid, & quotuplex sit, qualis, & de quibus ferenda, de lege usu recepta, de auctoritate, & obligatione Legis, de interpretatione, declaratione, & extensione Legis, de derogatione Legis, de Lege canonica, & civili, de Legibus sæcularibus contra libertatem ecclesiasticam, de Lege divina, de Lege corrigente & correcta, de Lege humana, & de Lege naturali. Plura alia Castald. Piton. Panimol. Pignatell. Ursaya Rocc. Mantiss. ad De Luc. Balduc. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. Crescin. præsertim *in rubr. Decret. de Constitut.* & plures alii moderni.

24 Leges laicales contra clericos non servantur in vim dispositionis, sed in vim declarationis, quasi jus canonicum adjuvantes, nec possunt prohibere, ne Religiosi succedant, & alia, Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. par. 1. cap. 30. nu. 1. & seqq. part. 2. respons.* Boscol. 1. *n. 6. &c.* sed quoad prohibitionem successionis, vide alios per me in contrarium citatos in §. *Clerici n. 45.* versus finem in his Addit. & *in §. Monasterium n. 9. in fin. cum Addit.* Fagnan. *in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ n. 29. de Constit.* Crescin. *in dict. Decret. rubr. de Constit.*

Lex naturalis, & humana prohibet, ne quis artem, quam ignorat, exerceat Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. in præmis. proæm. n. 6.* Crescin. ad Abecclesf. *in addit. ad præfat. n. 18. part. 1.* 25

Lex reiicit superflua Crescin. ad Abecclesf. *obser. 57. n. 4. part. 1.* Imò non solùm superfluitas reiicitur à Lege, sed etiam punitur *ibidem n. 5.* 26

Princeps semper jubet Leges servari Crescin. ad Abecclesf. *obser. 106. n. 12. part. 1.* Et non est credendum Principem, qui jura tuetur, velle Leges evertere *ibidem n. 13.*, nec velle committere alicui talem potestatem, nisi de eo appareat, *ibid. n. 14.* 27

Lex adaptatur ad ea, quæ frequenter accidunt Domin. Advoc. Cabrun. *lucubr. 34. n. 8.* Episc. Rocc. *cap. 124. n. 21.* 28

Sed quandoque adaptatur ad ea, quæ rarò eveniunt Cabrun. *ibidem n. 9.*

Leges loquentes de casu puro non comprehendunt casum qualificatum De Luc. *de servit. disc. 82. nu. 6.* vide Vermigliol. *conf. 414. n. 8.* 29

Leges revocatæ, antiquatæ, vel non authenticæ attendendæ sunt tamquam auctoritates doctrinales De Luc. *de Feud. disc. 1. n. 17. disc. 26. num. 16. de Regal. disc. 160. n. 32. de Judic. disc. 35. nu. 87. de Regul. disc. 42. n. 18.* 30

Et possunt deduci pro interpretatione aliarum Legum De Luc. *de Feud. dict. disc. 26. n. 16. de Judic. dict. disc. 35. n. 87.*

Leges inductæ ob aliquam fraudem suspicatam non cessant, etiam cessante suspicione De Luc. *de Feud. disc. 1. sub n. 20.*, ubi hoc exemplificatur. 31

Leges quamvis duræ, & irrationabiles sunt servandæ De Luc. *de Dot. disc. 196 n. 6.*, ubi hoc declaratur. 32

Leges particulares Locorum non sunt interpretandæ ab exteris De Luc. *de Jurisdict. disc. 109. n. 13.* 33

Et prævalent Juri communi De Luc. *de Regal. disc. 579. n. 4.*

Et quomodo sint attendendæ in alio loco De Luc. *de Regal. disc. 161. n. 55. de servit. disc. 2. n. 19.*

Leges Regni, vel Provinciæ an procedant in Civitate addita, vel devoluta De Luc. *de Feud. disc. 83. à n. 9. de Credit. disc. 107. n. 6.* 34

Leges Longobardorum irrationabiles, & asininæ vocantur De Luc. *de Feud. disc. 75. nu. 6. de Cred. disc. 107. n. 6.* 35

Fœminas, & cognatos à successione excludebant De Luc. *de success. disc. 1. sub n. 13.*

Multa ex lege convenientiæ, & prudentiæ, vel pro scandalis tollendis concedenda sunt, quæ aliàs de Jure non procederent De Luc. *de Jurisdic. disc. 22. n. 15.* 36

Lex debet esse de casu dubitabili Bursat. *cons. 134. n. 10.* Castald. *consult. 195. n. 14. tom. 2.* 37

Lex fit de casu dubio, & non dubio propter rudes Rubeu. *de confuss. Jur. cap. 2. à n. 228.*

Lex non subsistit sine veritate, quia auctoritas sine veritate nihil valet Mastril. *de Magistr. lib. 2. cap. 2. n. 53.* Matth. & Sanz. *de Regim. Valent. cap. 2. §. 2. n. 94.* Rub. *de confus. Jur. cap. 2. n. 6.* 38

Lex disponens de casu ficto non fictè, sed verè statuit Gutier. *q. q. can. lib. 1. quæst. 31. nu. 11.* Rub. *loc. cit. n. 11.* 39

Leges non omnes casus possunt complecti Rub. *de confus. Jur. in proæm.* 40

Quilibet debet scire Leges, unde juris errorem allegare nequit aliquis pro titulo bonæ fidei Rub. *in dict. proæm. n. 26.* 41

Lex adimpleri sufficit per equipollens, etiamsi aliquid pro forma requiratur Bondeo. *collect. 8. num. 63. lib. 1. collect. 19. n. 52. collect. 24. n. 66. lib 2. collect. 26. n. 24. eod. lib. 2.* Balduc. *tit. 4. decis. 31. n. 32.* 42

Lex cessas non verificatis ejusdem qualitatibus De Luc. *de servit. disc. 76. n. 12. disc. 79. n. 2.* Balduc. *tit. 2. decis. 11. n. 1.* 43

Lex est assueta imitari naturam §. *minorem Instit. de Adopt.* Cacheran. *decis. 108. n. 11.* Rocc. Episc. *cap. 181. n. 2.* 44

Non

45 Non debet lex inæqualiter disponere, & universaliter non providere ad mensuram causæ finalis Piton. *de Jurepatr. alleg.* 5. *n.* 17. *tom.* 1.

46 Casum legis faciunt doctrinæ punctuales Rot. *dec.* 2121. *n.* 18. *vers. quoniam* cor. Coccin. Piton. *de Jurepatr. all.* 12. *n.* 19. *tom.* 1.

Doctrina punctualis sine contradictore facit casum legis Piton. *de Jurepatr. alleg.* 24. *num.* 11. *tom.* 1. & *alleg.* 82. *n.* 17. *tom.* 2. & *disceп. eccles.* 13. *n.* 37.

47 Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus Surd. *cons.* 219. *n.* 21. *et dec.* 88. *n.* 4. Guttier. *practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 22. *n.* 7. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 38. *nu.* 16. *tom.* 1.

48 Observantia interpretativa legis non requirit, quod sit præscripta cum suis requisitis Rot. cor. Buratt. *dec.* 390. *n.* 3. & cor. Cerr. *dec.* 753. *n.* 9. *et in rec. dec.* 419. *nu.* 6. *part.* 1. *et dec.* 316. *nu.* 15. *et seqq. part.* 9. Piton. *de Jurepatr. all.* 41. *n.* 26. *tom.* 1.

49 Lex dubia declarata remanet ex observantia subsecuta Rot. *dec.* 493. *n.* 4. *part.* 13. *rec.* cor. Buratt. *dec.* 679. *n.* 9. cor. Bich. *dec.* 48. *n.* 9. & 10. Piton. *de Jurepatr. d. all.* 41. *n.* 25. *tom.* 1.

50 Consuetudo canonizata per rem Judicatam facit statum, & habet vim legis in futurum Text. in *l. cum consuetudine ff. de legib.* Rot. *dec.* 266. *n.* 10. & 12. *part.* 15. & *dec.* 78. *nu.* 8. *part.* 14. *rec.* Piton. *loc. cit. n.* 29.

51 Non licet argumentari tacitè ad destructionem legis expressæ Cravett. *cons.* 92. *nu.* 3. Barbos. *axiom.* 89. *n.* 3. Piton. *de Jurepatr. all.* 47. *n.* 61. *tom.* 1.

52 Exempla non habent authoritatem legis Piton. *de Jurepatr. all.* 56. *nu.* 28. *tom.* 2. Castrop. *oper. mor. tom.* 1. *tr.* 3. *disp.* 3. *punct.* 2. §. 3. *n.* 7.

53 Opinio communior Doctorum appellatur lex Piton. *de Jurepatr. alleg.* 57. *nu.* 59. & *seq. tom.* 2. Vide De Luc. *de Fideicom. disc.* 122. *n.* 5.

54 Rescripta Sacr. Congregat. habent vim legis Piton. *dict. alleg.* 57. *n.* 61. *tom.* 2.

55 Papa rescribendo in signatura gratiæ facit legem Piton. *de Jurepatr. loc. cit. nu.* 66. ad text. *in cap. in causis de sentent. & re jud.*

56 Vetustas pro lege habetur Piton. *de Jurepatr. alleg.* 59. *num.* 44. *tom.* 2. Centenaria pro lege habetur Piton. *loc. cit. n.* 58.

57 Nova lex seu dispositio debet intelligi ut aliquid contineat plusquam contineatur in antiqua, seu præcedenti Piton. *de Jurep. all.* 100. *n.* 305. *tom.* 2.

58 Lege permittente quidquid paciscitur non dicitur contra naturam actus Cravett. *cons.* 186. *nu.* 5. *vers. natura* Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 5. & 7. Piton. *de Jurepatr. all.* 47. *n.* 43. *tom.* 1.

59 Interpretatio facienda est contra eum, qui sibi legem apertius non dixit, & ad evitandum præjudicium majus respectu tertii Mantic. *de Tacit. lib.* 1. *tit.* 17. *n.* 13. & 29. & *lib.* 2. *tit.* 13. *nu.* 1. & *seq.* Rot. *dec.* 353. *nu.* 5. *part.* 17. *et dec.* 126. *nu.* 4. *part.* 18. *et dec.* 351. *n* 7. *et seq. part.* 19. *rec.* Piton. *loco cit. num.* 67. *tom.* 1.

60 Paria sunt sine lege agere, & agere contra legem Rot. post Piton. *alleg.* 52. *sub nu.* 73. *tom.* 2. juxta Bald. *in cap. nihil n.* 15. *de Elect.*

61 Quod lege cautum non est in praxi non recipitur Rot. post Piton. *ibid.* ad tradita per Bald. *in cap. in Genesi in fin. de Elect.*

62 Cæremoniales veteris testamenti leges non solum abolitæ, sed etiam earum observatio Christianis interdicta est. Layman. *Teolog. Moral. lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 2. *n.* 2.

63 Ad substantiam legis non requiritur scriptura, sed potest etiam voce, vel alio signo denunciata esse Layman. *Teolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 2.

64 Lex & legislatrix potestas, alia Ecclesiastica est, alia Civilis, & quomodo inter se differant Nav. *cap. Noviter de Judiciis, notab.* 3. *n.* 82. Layman. *Teolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 6. *n.* 1.

Civilis potestas subordinata esse debet Ecclesiasticæ potestati ratione finis Layman. *Theol. Mor. ibid. n.* 2.

65 Legum ferendarum potestas ex ipsa natura, & conditione hominum in societatem conspirantium necessariò oritur Layman. *Teolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 1.

66 Legislator alius est absolutus, videlicet Papa, Imperator, Rex, Episcopi, Duces Imperii. Alius verò est legislator dependens Layman. *Theolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 9. *n.* 1.

67 Princeps, seu legislator absolutus suis legibus non obligatur in coactiva; sed in directiva Layman. *Teolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 9. *n.* 2. *et* 3.

Princeps legum suarum custus esse debet non violator, aut dissipator. Layman. *Teol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 16. *in fin.*

Si Magistratus aliquis statutum fecit, ut v. g. debitores ante quinquenium debita solvere non teneantur, cum etiam, qui Magistratui debet, eodem contra ipsum jure uti potest Abb. *cap. quod Clericis n.* 45. *de foro Competenti* Rebell. *par.* 1. *de oblig. Just. lib.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 1. Layman. *Teol. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *nu.* 3. §. *Tertium.* Vide Rocc. Episc. *cap.* 149. *n.* 53.

68 Si duo præcepta concurrant cessat obligatio minoris Layman. *Teol. Moral. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 4. *in fin. Et lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *n.* 10. §. *Verum.*

69 Lege humana, etiam civili, præcipi possunt non tantum opera Justitiæ, sed etiam aliarum virtutum moralium, iisque contraria prohiberi Layman. *Teol. Mor. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *n.* 1. *et n.* 2.

70 Quædam leges, sive præcepta secundum substantiam sunt Juris naturalis, aut divini; secundam determinationem verò sunt Juris humani Layman. *loc. cit. n.* 3.

71 Crimen externum, quamvis per accidens occultum sit, Ecclesiastica lege puniri potest. Layman. *Teol. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *n.* 5. *in fin.*

72 Qui opus præceptum, quatenus ex objecto bonum est, implet, quamvis mala intentione, is legem humanam non violat. Layman. *loc. cit. n.* 6.

73 Interdum accidit ut Ecclesiasticus legislator, præsertim statuendo censuram, aliquid prohibeat adjuncta conditione actus interni *in Clem.* 1. §. *verum de hæreticis* Layman. *Teol. Moral. ibid.*

74 Legislator, aut Prælatus non potest subditos obligare ad habendam intentionem, aliamve internam dispositionem, quæ operi non intrinseca, & substantialis sit. Suarez *lib.* 1. *de legib. cap.* 13. *n.* 16. *et disp.* 6. *de cens. sect.* 3. *num.* 20. Layman. *Teol. Moral. loc. adduct. n.* 13. §. *Non poterit.*

In his quæ pertinent ad naturam corporis conservandam, & propagandam homo sui Juris esse debet ac soli Deo subjectus Layman. *ibid. n.* 14.

75 Leges positivæ ordinariè non obligant cum periculo mortis, mutilationis, gravis infamiæ, aut bonorum magnæ jacturæ Layman. *Teol. Mor. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 14. *n.* 5.

76 Lex, vel est absolutè obligatoria, sine adjectione pœnæ, vel est mere pœnalis sine obligatione sub culpa, vel denique est mixta, quæ tum sub culpa, tum sub pœna obligat. Layman. *Teol. Mor. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 13. *n.* 1.

Lex, quæ à Principe lata est, ut tàm sub culpa, quàm sub pœna obliget, potest per consuetudinem fieri merè pœnalis. Layman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 14. *n.* 2.

77 Interdum lex contractui nec resistit, nec assistit. Layman. *Teol. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 16. *n.* 2.

Interdum lex contractum prohibet, sed non infirmat, nec à Judice infirmandum decernit. Layman. *loc. sup. cit. n.* 3.

Si Lex Ecclesiastica simpliciter aliquid prohibeat nulla facta mentione infirmandi, non censetur infirmare Suarez *lib.* 5. *de legib. cap.* 25. & 29. Layman. *ead. n.* 3. §. *Quærunt.*

Interdum lex contractum, aliumve actum licet per se ipsum non infirmet, tamen à Judice infirmandum decernit. Layman. *ibid. n.* 4.

Interdum lex contractum, testamentum, &c. ipso facto, & ante omnem aliam sententiam irritum reddit. Layman. *Teol. Moral. loc. cit. n* 5.

Talis infirmatio contractus, alteriusve suaptè natura subsistentis plerumque intelligitur tantum civiliter, ut interim maneat obligatio naturalis per se sufficiens ad transferendum dominium aliosque effectus. Layman. *ibid. n.* 6.

Interdum lex plenissimè infirmat, seu irritat actum, ut nullus inde effectus, aut obligatio in conscientiæ quidem foro oriatur. Layman. *Teol. Moral. loc. cit. & cod. n. 6.*

78 Si Legislator eum actum instituit, vel ejus exercendi potestatem primitus confert, formam, vel conditionem apponat, cum qua eaeteeri debeat, censetur forma substantialis Suar. *lib. 5. cap. 32. num. 6.* Layman. *Teolog. Moral lib. 1. tract. 4. cap. 16. num. 7. & 8.*

Sed etsi legislator exprimat, ut tali forma non observata actus inutilis sit, plerumque tamen ita intelligi debet, ut requiratur Judicis sententia irritantis actum. Layman. *loc. cit. n. 9.*

79 Interpretatio legis alia necessaria est, alia tantum doctrinalis, &c. Layman. *Teol. Moral. lib. 1. tract. 4. cap. 18. n. 1.*

80 Lex interpretans non minus obligat, quam interpretata Layman. *Teol. Moral. ibid. n. 11.*

81 Si manifestum sit casum aliquem ob speciales circumstantias à lege generali excipi oportere, talis interpretatio à quolibet fieri potest. Layman. *Teol. Moral. lib. 1. tract. 4. cap. 19. n. 3.*

82 In dubio utrum lex in particulari casu per Epikejam cesset, Princeps consuli debet Medin. *C. de Jejunio quæst. 9. §. quæret hic quispiam.* Layman. *Teol. Moral. loc. prop. cit. n. 4.*

83 Si constet de lege lata, dubium autem sit utrum abrogata, vel ob circumstantias ejus obligatio cesset, tunc tutior pars eligenda est, & secundum legem operandum. Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 20. 5.*

84 Si præceptum sit de re individua, qui excusatur à parte ejus substantiali, excusatur à toto Layman. *Teol. Moral. loc. cit. n. 6.*

Si Præceptum sit de re individua, qui excusatur ab una ejus parte, debet nihilominus alteram servare. Layman. *Teol. Moral. lib. 1. tract. 4. cap. 20. num. 7.*

85 Lege ab una positiva non est facienda illatio ad aliam loquentem in diversa materia, & habentem peculiarem rationem Rocc. Episc. *cap. 186. num. 15.* Quod etiam amplia, ut *ibidem n. 16.*

86 Legis beneficium non admittendum in tertii præjudicium Matescot. *var. libr. 2. cap. 125. à num. 8.* Salgad. *Labyr. Credit. part. 2. cap. 24. à num. 25.* Rocc. Episc *cap. 147. n. 14.*

87 Legem ubi habemus, inanis est ulterior disputatio Magon. *dec. Luc. 12. nu. 18.* Sess. *dec. Arag. 153. nu. 25.* Rocc. Episc. *cap. 160. n. 17.* Nec attendenda contraria D. D. opinio Mantiss. ad De Luc. *lib. 10. decis. 49. n. 28. vol. 2.*

88 Lex quando est clara non est opus aggredi disputationes, neque confugere ad divinatorias, & omninò extraneos intellectus Rocc. Episc. *cap. 124. n. 12.*

89 Lex ubique locorum una, & eadem est, & semperque loquitur Episc. Rocc. *cap. 1. n. 9. & cap. 85. nu. 11.* Bicch. *decis. 133. n. 27.*

90 Legis ratio est mens Legis Bald. per illum text. *in l. scire oportet §. aliud autem ff. de excus. tut.* Rocc. Episc. *cap. 57. n. 63.*

Legis essentia consistit in mente statuentium Rocc. *loc. cit. n. 64.*

91 Legum civilium corpus quando, & quomodo fuerit Pisis inventum, & e Pisis Florentiam translatum Episc. Rocc. *cap. 72. n. 22.*

92 Legis beneficium frustra implorat, qui eam contemnere non dubitavit Mantiss. ad Card. De Luc. *libr. 7. decis. 41. nu. 16. vol. 1. & libr. 9. decis. 38. nu. 18. vol. 3.*

93 Lex, seu Constitutio particularis alicujus Regni, Provinciæ, vel Civitatis potest ad decisionem similium casuum, nedùm in finitimis regionibus, sed etiam in aliis Regnis, Provinciis, & Civitatibus allegari, aut in argumentum trahi, quando agitur de articulo dubio ab interpretibus non explicato, & in quo nec jus commune, nec locale aliquid determinat Mantiss. ad De Luc. *in resp. 2.* Severol. *nu. 17. fol. 472. tom. 2.* Etiamsi ageretur de Lege abrogata, & non recepta *ibid. n. 18.*, Et quid de Lege Mosaica *ibid. n. 9.*

94 Tria considerantur tempora quoad legum inventionem à tempore quo Deus creavit primum hominem, scilicet Adam, Primo tempore quod appellatus tempus ante legem fuerunt prodita tria jura, seu tres Leges, videlicet jus naturale commune, seu primævum, item jus naturale rationis, seu secundarium, & jus gentium: Secundo tempore, quod appellatur tempus sub Lege, fuerunt proditæ tres aliæ Leges, videlicet Lex Mosaica, Lex prophetica, & Lex civilis; Tertio demùm, & ultimo tempore, quod fuit dictum tempus gratiæ, emanarunt tres aliæ Leges, nempe Lex Evangelica, Lex apostolica, & Lex canonica: Et ite conclusivè fuerunt novem Leges à tempore Adæ usque ad hoc nostrum sæculum. Ità compendiosè Abb. *in cap firmiter col. 5. de summ. Trinit. & fid. cath.* quam materiam pleniùs reassumit Marant. *in specul. part. 3. à n. 1.* & latissimè Crescin. *in Decret. rubr. de Constit.* ubi per plures quæstiones dictas novem Leges ex ordine declarat.

§. LIBELLUS XI.

Libellus est brevis oratio continens intentionem actoris, & constat tribus partibus, vel propositionibus, nempè narratione facti, quæ stat loco majoris propositionis, jure actoris, sive obligatione rei conventi, quæ obtinet locum minoris propositionis, & conclusione, quæ ex præmissis sequitur pro obtinenda justitia. Et quòd libelli oblatio, vel saltem qualiscumque petitio, ea qua actoris intentio colligi possit, sit de substantia judicii, ac multa de illius aptitudine, vel ineptitudine, Vant. *de nullit. ex defect. process. sive ordin. nu. 18. & seqq.* Marant. *in prax. part. 6. membr. 3. de libell. oblat.* Specul. *de libell. concept.* Pac Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 3. de libel. oblat. per tot. fol. 134.* ubi etiam de libelli significatione, oblatione, emendatione, clausulis, & cautelis in eo adhibendis, & similibus ad materiam, latè Tusch. *litt. L. conclus. 300. & seqq. ad 323.* ubi plura in materia lib. llorum, Mascard. *de probat. volum. 2. concl. 978* ubi qualiter libellus possit probari per testes, vel ea tenore sententiæ si fuerit amissus, vide Nicolium *Instit. Imper. tit. de actionib. n. 41.* ubi latè de formatione libelli, & Altimar. *de nullit. rub. 13. quæst. 1. à num. 48. tom. 2.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 2. sect. 1. subsect. 2. num. 4.* 1

Qualiter confessio facta in libello, etiam parte absente probet, & præjudicet libellanti, nisi fuerit ab adversario impugnata, Gratian. *discept. 789. n. 3. & decis. 19. n. 21.* Ricc. *Collect. 3511. & 3800.* Carol. Tap. *dec. 2. n. 44.* & plenè Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib. 2. quæst. 1. per tot.* Abeeclef. & Crescin. *obser. foreas. part. 1. obser. 4.*

Libellus in quibus causis de jure communi non sit necessarius plenè Afin. *in prax. §. 4. cap. 5. per tot.* ubi octuaginta casus per ordinem refert, *& cap. 4.* infert ad statutum Florentinum, cujus intentio eùm fuerit privilegia addere, & juris rigorem temittere, non autem addere, dicit non procedere in hujusmodi causis privilegiatis de jure communi, sed illas remanere cum suis favoribus, vide in *§. Causa nu.* Card. Tusch. *litt. L. concl. 300. cum plurib. seqq.* Crescin. ad Abeeclef. *obser. 39. nu. 3. part. 1. & obser. 188. nu. 6. ead. part. 1.* De Luc. *de Judic. disc. 8. n. 1. in summ. n. 29. Relat. Cur. disc. 32. n. 12.* 2

Quod libellus sit latissimè interpretandus, Magon. *dec. Lucen. 32. nu. 29.* latè Tusch. *litt. L. concl. 308. per tot.*

Cujus autem expensis sit mittenda copia libelli, debet in primis attendi consuetudo, vel statutum loci, quibus cessantibus, expensis actoris debet reo dicta copia transmitti Menoch. *de arbitr. cas. 28. nu. 14. & seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 3. n. 5. fol. 134.*

Libellus in Salviano debet continere majorem, minorem, & conclusionem; majorem videlicet narrationem crediti cum hypotheca, minorem, quod res petita possidebatur tempore obligationis, vel postea per debitorem, nunc verò per reum conventum, & conclusionem, petendo immitti in possessionem hujusmodi rei obligatæ ad effectum detinendi in satisfa- 3

tisfactionem crediti de fructibus: quando verò intentaretur hypothecaria debet narrari, quod res erat in bonis debitoris, nunc in bonis rei conventi, atq; ea hujusmodi narratione dignoscitur quodnam remedium fuerit intentatum, Ang. & Jas. in §. *Item Serviana in fine Instit. de act.* Scapuc. de Salvian. *lib.* 1. *q.* 20. Merlin. *de pign. leg.* 5. *tit.* 2. *q.* 77. & 78.

Quod vigore clausularum salutarium censeatur deducta omnis actio, quæ ex narratis colligi potest, Magon. *decis. Flor.* 111. *n.* 24. vide *in §. Clausula n.* Vide Pellegrin. *dict. subsect. pr. n.* 8.

4 Libellus non potest Judici offerri die feriata cum citatione partis, & sic quando est actus judicii, nisi res, vel actio esset tempore peritura, Marant. *de libell. oblat. n.* 19. *&c.* Scacc. & alii per Fenzon. *ad stat. Urb. cap.* 58. *n.* 8. *&c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 3. *n.* 27. *&c. fol.* 136. ubi quod potest præsentari die feriata ad honorem hominum, secus in die feriata ad honorem Dei, nisi periculum sit in mora, vel nisi agatur de libello appellatorio, vide in §. *Citatio n.* & §. *Feriæ n.* dixi in Pract. §. *Libelli n.* 9. & 10.

5 Libellus incertus, licet procedat reo non apponente tamen secus est quando reus se opponit, & petit illum declarari, & nulla sequitur declaratio, etiam quod contineret clausulas salutares *peto justitiam etc.* omni meliori modo, &c. Duran. *dec.* 327. *n.* 3. *et seqq.*

Plura de libello, & petitione facta in judicio tradit deciso Thoro *Compend. decis. Neapol. part. pr.* 2. *et* 3. *sect.* 2. *verb. Libellus*, & remissivè Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Libellus*, Com. Aug. Font. *Bibliotb. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 37. *etc.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect. pr.* Carol. Ant. De Luc. *in prax. judic. c.* 4. Card. De Luc. *in Indic. verb. Libellus* Brunnemann. *sup. ff. et Cod.*

Plura de libello generali, & obscuro, Tuschus *litt. L. conclus.* 805. *et seqq.* & de libello incerto quando admittatur, vel non, benè explicat Oinot. *in §. Curare Institut. de act. fol.* 503. etc. Pellegrin. *dict. subsect. n.* 9.

Quando libellus possit emendari, & mutari in judiciis universalibus, & usquequo, quando, & usquequo in generalibus, quid in singularibus, qua in parte, & quotics sit permissa (hujusmodi mutatio, vel emendatio, & alia latè Menoch. *de Arbitr. cas.* 576. *per tot.* Card. Tusch. *litt. L. conclus.* 322. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 89. *n.* 2. *etc. vol.* 4. *et decis.* 208. *n.* 14. *& seqq. vol.* 5. *& ad leg. municipal. tit.* 23. ubi an possit exhiberi post lapsum termini purgando moram. Olea *de cess. tit.* 6. *quæst.* 9. *nu.* 38. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 19. *n.* 51. *tom.* 1. Latr. *dec.* 120. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 4. *n.* 10. *part. pr.*

6 Libellum famosum componens, & publicans, vel alteri publicandum tradens, punitur de jure pœna capitali, *l. un. Cod. de famil. libell.* Menoch. *de arbitr. cas.* 263. *n.* 34. *& seqq. per tot.* ubi sex casus distinguit, & quid in cantilenis diffamatoriis, Franch. *decis.* 533. ubi quòd punitur pęna mortis naturalis, Clar. §. *Injuria n.* 21. Farinac. *quæst.* 18. *n.* 422. *&c.* Silvest. *in summ. verb. libellus*, Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 117. & 118. latè Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 74. *n.* 15. *et seqq.* ubi quod pęna famosi libelli capitalis est ab antiquissimo tempore, idest mortis naturalis dummodò tamen crimen in libello irrogatum talem pœnam meruerit, & simus in verò illius auctore secus in aliis complicibus, qui mitius puniuntur, adde Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 42. *per tot.* ubi etiam Romaguer. plures alios modernos adducit, vide Addent. ad Franch. *loc. cit.* Carol. Ant. De Luc. *in prax. crim. cap.* 15. *n.* 5.

Quod scribens libellum famosum in infamiam alterius sit etiam anathema, *cap. quidam* 5. *quæst.* 1. refert Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 35. *cap.* 6.

De materia, & pœna libelli famosi, latè Farin. *quæst.* 105. *Inspect.* 11. *per totum*, Cavalc. *decis.* 35. *per tot. lib.* 5. Card. Tusch. *litt. L. concl.* 231. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 235. & 271. *per tot.* plenè Laurent. Matthæ. & Sanz. *de re crimin. contr.* 74. & 75. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 1. *n.* 44. *&c.* Paul. Christin. *dec.* 202. *nu.* 16. *& seqq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 49. & 2630. Farinac. *consil.* 30. *per tot. lib.* 1. ubi benè Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 13. *amplint.* 91. *per tot.* ubi quod Romæ vigore Bullarum Pontificialium punitur pœna ultimi supplicii, & confiscationis bonorum juxta facti, & personarum qualitatem arbitrio Pontificis, etiamsi veritatem contineret, & est in viridi observantia, de quo latè Conciol. *resolut. crim. verb. Libellus resol. unic. per tot.* & dixi in §. *Injuria*, Adde Francisc. de Angelis *tractat: de confess. lib.* 2. *quæst.* 28. *per tot.* Guttierez *in praxi quæst.* 141. *per tot.* Scortian. *in select. Pontif. Constit. Epis.* 121. *theorem* 326. vide Carpzou. *in prax. part.* 2. *quæst.* 98. Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 15. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth. tract.* 10. *quæst.* 20.

Quod libellus famosus, ut sit punibilis, requirat dolum & qui illum legeret, vel retineret ex joco, vel curiositate, & non animo irridendi, nec injuriandi quemquam, vel ex necessitate officii transferiberet, vel autenticaret, vel ad correctionem ageret, debet à pœna excusari, & in omnem casum videtur solum punibilis primus casus publicationis, sicuti ex Menochio *d. cas.* 263. *n.* 41. Cephal. *consil.* 341. & alia nititur probare Bardellon. *consil.* 124. *per tot. lib.* 2. ubi scribit ad defensam; sed punctus judicio meo esset in excludendo dolo, & animo injuriandi, qui in actu de sui natura malo videtur præsumi, ad tradita per Farinac. *quæst.* 89. *inspect.* 4. *præsump.* 3. *& quæst.* 90. *inspect.* 1. *vide in §. Dolus nu.* §. *Injuria n.* 2. *& in Practica §. Libellus n.* 19. *&c.* Novar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 117. & 518. *per tot.* Thom. Trivisan. *decis.* 10. *n.* 48. *lib.* 2. ubi declarat *d. l. unic. de fam. libell.* non procedere contra publicantem, quando scitur libelli auctor, ut possit puniri, & alia ad rem, Conciol. *d. verb. Libellus resol. unic. per totum.* Bellegrand. *d. quæst.* 20. *num.* 3.

Quod libellus famosus nihil detrahat nominatis apud probos, & quoad juris effectus, neque examinari debeant crimina in eo contenta, cum nullam fidem mereatur si careat nomine actoris, vel nomen suppositum contineat; ejus pœna saltem arbitraria, comprehendat etiam scribentes, divulgantes, invenientes, & non statim lacerantes, typis mandantes, & pingentes, sacros oratores personas in concionibus notantes, quorum tamen punitio ad judicem Ecclesiasticum spectat. Quoad concionatores, qua modestia se gerere debeant in prædicando, aliàs teneatur, prout, Farinac. *quæst.* 105. *n.* 406. qualiter in hoc crimine famosi libelli possit Judex ex mero suo officio tamquam in crimine publico procedere, etiamsi nullus extiterit accusator, vel extiterit, & destiterit, cum ad vindictam publicam spectet punitio delictorum, & alia ad rem, Matthæu. Sanz. *de crim. controv.* 74. & 75. *per totum.*

7 Libellus supplex Principi oblatus an, & quando habeat vim litis contestationis, ita ut perpetuet actionem, & producat alios effectus litis contestationis, vide *tit. Cod. quando libell. Princip. dat.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 72. *n.* 2.

Quando inducat confessionem, vel non, dixi in §. *Confessio n.* 5. & latè Franciscus de Angelis *tract. de Confess. lib.* 2. *quæst.* 1. *per tot.* Vide Abeccles. & Crescin. *obser. forens. part.* 2. *obser.* 4. *nu.* 3. *cum seqq.*

8 Libellus accusatorius quomodo formari debeat, & in causis criminalibus quas solemnitates requirat, Ricc. *Collect.* 1199. & 2316. ubi quod debet continere locum commissi criminis, annum, mensem, diem, & Consulem, juxta *l. libellorum ff. de libell. oblat.* vide in §. *Inquisitio n.* 1. *&c.* Altimar. *de nullit. senten. Rub.* 13. *quæst. pr. n.* 57. *tom.* 2. Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 3. *n.* 95. & *n.* 3.

9 Libellus famosus describitur, vel definitur, ut sit cartula quædam reperta quocumque loco ad alterius infamiam scripta, seu dicta, vel picta, juxta textus in *leg. unica C. de famos. libell. & Canonizatur* 5. *quæst. pr. cap. si quis famosum*, adnotata per Muscatel. *in Prax. crim. de cognit. sive probat. delict in*

gen. de injur. & famos. libell. fol. mihi 600. *n.* 8. & *seqq.* ubi qualiter *in* isto crimine possit, & debeat constare de corpore delicti, sive de delicto in genere, saltem per testes deponentes de tenore illius, si cartula fuerit lacerata vel combusta, ut non possit recognosci, sequitur Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 11. *§.* 2. *n.* 8. & *seqq.* ubi quod talis recognitio debet fieri per Notarium coram testibus si extet, vel per testes deponentes de tenore si non extet, & quod debent esse saltem duo, alias dubitaretur de corpore delicti. Et qualiter fiat etiam sine scriptura per proponentes famosa carmina contra aliquem, Cabal. *resol. crimin. cas.* 235. *n.* 21. & *seqq.* sequitur novissimè Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 21. *§.* 1. *nu.* 3. & *seqq.* ubi quod libellus, etiam scriptus quandoque retinet naturam simplicis injuriæ, veluti si non contineat requisita substantialia hujus criminis, quæ sunt copulativè necessaria ad imponendam pœnam illius ordinariam. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. cap.* 15. Bellegrand. *d. quæst.* 20.

Primò quod Auctor non exprimat nomen suum, licet hoc sit controversum.

Secundò, exprimat nomen injuriati, cum non sufficiat illud præsumi, vel conjecturari, nisi appareat ex descriptione, vel affixione, vel aliis signis de persona infamata, quod posset etiam per torturam inquiri.

Tertiò requiritur affixio, vel alia publicatio ex qua oriatur diffamatio.

Quartò, quod crimen objectum non sit verum secundum aliquos, licet contrarium sit verius, saltem quoad pœnam extraordinariam, & si sit contra personas honestas.

Quintò requiritur quod interveniat dolus malus.

Sextò quòd contineat non solum contumeliam, sed etiam aliquod delictum considerabile, alias esset simplex injuria in scriptis redacta, imò alii requirunt quòd crimen impictum sit tale, pro quo si verum esset, imponeretur pœna capitalis, verius tamen est sufficere, quod quis generaliter imputetur de crimine ad infamiam, prout ista requisita probat, & colligit Raynald. *loc. citat. n.* 7. & *seqq.* ex textus *in l. unic. C. de famos. libell.* & ex doctrina Philipp. Matesc. penes Anel. de Sarno *prax. crim. part.* 2. *formal.* 10. *versic.* & *primum &c.* Coller. *dec.* 154. *part.* 1. Carpzov. *pract. crim. quæst.* 98. *num.* 28. *et seqq. par.* 2. Christin. *decis.* 202. *vol.* 4. Carol. Ant. De Luc. ad Franc. *decis.* 533. Farinac. *quæst.* 105. *n.* 459. & *seqq.* Felic. *allegat.* 68. Basilicò *decis.* 56. Sanz. *de re crimin. controv.* 74. Petr. Theodoric. *tit. de delict. privat. cap.* 2. *Aphor.* 16. & *aliorum, &c.* De his omnibus vide Carol. Ant. De Luc. *in prax. crimin. d. cap.* 15. Bellegrand. *d. q.* 20.

10 Quibus ex modernis materiam tractantibus addi possunt, Antonel. *de Regim. Eccles. Episc. lib.* 6. *cap.* 14. Baron. *de corpor. tit. de lingua n.* 91. & *seqq.* Pegas *ad ordinam. Reg. Portugal. tom.* 5. *tit.* 65. §. 25. Altimar. *de nullitat. Rub.* 13. *quæst.* 27. de Bictis *in Prax. quæst.* 126. Berlich. *concl. legal. part. concl.* 67. Cortiad. *decis.* 99. Rovit. *ad Pragm. de injur. per tot.* Thesaur. *de pœn. Eccl. verb. Libelli Famosi cap. pr. per tot.* & Romaguer. in addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 42. *per tot.* ubi *nu.* 6. & 7. auctoritate plurium ab citatis firmat, quod licet pœna libelli famosi (in conficiente maximè) sit mortis juxta qualitatem personarum delinquentium, & in quas delinquitur, tamen, nisi aliter ex atrocitate resultet reducitur ut plurimum ad pœnam extraordinariam mitiorem ex traditis præcipuè à Cortiad. *dict. decis.* 99. *num.* 44. Nicolius *Institut. Imper. tit. de injuriis n.* 3. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 15. Bellegran. *in comp. rer. crimin. meth. tract.* 10. *quæst.* 20.

11 Quòd hodiè de consuetudine componentes, & publicantes libellos famosos non puniantur pœna mortis, sed pœna fustigationis, ictuum funis, banni, vel pecuniaria, & ad summum triremiam juxta facti, & personarum qualitates, nisi essent contra suum Principem, vel Pontificem, vel Cardinalem, vel contra Principis Vicarium, vel alium ex supremis Magistratibus, vel essent affixi in Ecclesia, vel positio super Altare, & hujusmodi, Angel. *in leg. unic. C. de libell. famos.* Clar. §. *fin. quæst.* 68. *num.* 25. & *seqq.* Burlat. *consil.* 94. *n.* 33. & *consil.* 20. *nu.* 55. Binsfeld. *tract. de injur. & damn. dat. cap. pr. quæst.* 53. *concl.* 4. Mora *ad Pragm. tit.* 40. *de pœn. edent. famos. libell.* Cabal. *cas.* 235. *num.* 36. & *seqq.* Basilicò *decis.* 26. *num.* 8. Gargiarens *tractat. de libell. famos. cap.* 6. & *cap.* 10. Guazz. *de confiscat. bon. conclus.* 13. *ampliat.* 91. Farinac. *consil.* 145. Sanz. *de re crimin. controv.* 74. *num.* 15. Carpzov. *quæst.* 98. *num.* 5. & *seqq. part.* 2. cum aliis per Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 51. §. *pr. n.* 40. & *seqq.* & §. 4. & 5. *n.* 36. *&c.*

Et seclusa etiam dicta consuetudine, ac ubi non vigeret, potest recedi à pœna ordinaria mortis, cessantibus prædictis requisitis, vel aliquo ex eis ad constituendam verè libellam famosam necessariis, & ideò mittens litteras infamatorias alicui de tertio, cum hoc ut teneatur secretè, vel ipsi injuriato, & infamato, & sic deficiente publicatione non incidit in crimen libelli famosi, sed simplicis injuriæ; sic & faciens per jocum, ut præsumi potest ubi non apparet de causa delinquendi, & in juvene faceto, vel læto, ac bonæ famæ, & ita cessante dolo; vel si faciens fuerit provocatus simili libello famoso, cum tunc videatur species defensionis omni jure, etiam divino permissæ, ut habetur Proverb. 26. *versic.* 5. *Responde stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur*, & dicatur incontinenti facta, etiam interposito spatio, quo quis retorquendi habuit potestatem, imò cum injuria in scriptis semper maneat, & lædat calumniatum potest quandocumque propulsari, donec fuerit per calumniatorem revocata, ut pluribus citatis infert Raynald. *dict. cap.* 11. *§.* 1. *num.* 23. 23. & *seqq.* ubi *nu.* 30. refert etiam Sanctos Patres, qui scriptis lacessiti mordaciter, cum aliis injuria pariter in scriptis responderunt, vide Berlich. *conclus.* 67. *num.* 38. *part.* 5. Farinac. *quæst.* 105. *num.* 487. & *consil.* 123. Cartar. *decis. crimin.* 68. *numer.* 38. Surd. *decis.* 89. Thor. *vot. decis.* 50. Cavalcan. *decis.* 35. *part.* 5. Gargiar. *de libell. famos. cap.* 4. & *cap.* 7. Mut. ad *Pragm. tit.* 40. *num.* 42. Carol. Marant. *in tractat. Apologet. impress. in fine part.* 3. *suorum respons.* Struvium *tractat. de vindict. privat. cap.* 10. *Aphor.* 6. *nu.* 9. & *seq.* Filliuc. *Oper. Moral. tract.* 40. *in* 8. *præcept. Decalog. cap.* 3. *num.* 85. & 86. facit quod dixi *in* §. *Compensatio num.* 46. 12

Sicut etiam non habet locum pœna famosi libelli in eo qui ab alio factum publicat ob curiositatem, levitatem, vel simplicitatem, vel ob peregrinam compositionem, & delectatur non de infamia proximi, sed de modo compositionis, & ingenii libidine, Silvester. *in Summa verb. Libellus*, Gargiar. *dict. tract. cap.* 8. *nu.* 26. & *seqq.* Raynald. *loc. cit. num.* 51. 13

Alia plura curiosa, & scitu digna de libellis famosis tradunt DD. supracitati, præcipuè Gargiar. *eodem tractat.* & ex illis, Raynald. *dict. cap.* 11. *per tot.* ubi *in* §. 3. *citat.* Cæpol. *consil. crim.* 20. *nu.* 27. Spad. *consil. crim.* 117. *nu.* 6. & 17. *lib. pr.* Beneman. *Comen. de jur. retorsionis*, & alios tenentes non esse licitam retorsionem injuriarum, nec excusari facientes libellum famosum sub prætextu responsionis ad similem libellum contra se factum, ac ita disponere bannimenta Legationis Bononiæ, & certè mihi magis arridet ista opinio, cum non sit permissum reddere maledictum pro maledicto, ut aliàs notavi in §. *Fama num.* 4. *vers. Quod si infamator*, & *in* §. *Compensatio num.* 46. *in Addit.* Vel dic provocationem posse etiam in hac materia excusare provocatum à quanto, sed non à toto juxta opinionem Struvil *tract. de vir. dict. privat. cap.* 10. *Aphor.* 6. 7. & 8. Farinac. *quæst.* 105. *num.* 489. 14

De libellis famosis, & eorum pœnis scripserunt etiam alii citati à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Libelli famosi*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 39. Addo Pignatell. *consult. can.* 118. *tom.* 4. Carol. Ant. De Luc. *in prax. crimin. cap.* 15. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth. tract.* 10. *q.* 20. Brunnemann. *sup. ff.* & *Cod.* 15

Quod reus libelli famosi sequuta sententia efficiatur infamis, per consequens irregularis, quandoque incurrat excommunicationem, & alia, tradit Carol.

Anton.

Anton. Thesaur. *de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Libelli famosi fol.* 213.

16 Libello sententia debet esse conformis Crescin. ad Abecclef. *obser.* 22. *n. pr. part. pr.* Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *q.* 26. *tom.* 2. De Luc. *de Judic. disc.* 8. *n.* 8.

Et sententia difformis a libello, & a petitione est nulla Crescin. *loc. cit. n.* 2. Altimar. *loc. cit.* Emerix jun. *decis.* 145. *n.* 2.

Et sententia, quæ excedit limites libelli, seu monitorii, tam de jure, quàm de stylo omnium tribunalium est nulla Abecclef. & Crescin. *loc. cit.* Ansald. *decis.* 28. *num. pr.* Quod tamen limita ut per Altimar. *dict. quæst.* 26. Abecclef. *dict. obser.* 22. *part. pr.*

17 Sententia intelligitur lata secundum formam libelli, seu petitionis, & Judex præsumitur se voluisse conformare cum libello Abecclef. & Crescin. *obser.* 23. *n.* 10. *&* 11. *part. pr.*

18 Libellus alternativus regulariter non valet Abecclef. & Crescin. *obser.* 23. *nu. pr. part. pr.*, Quod intellige, ut *ibidem*.

19 Libellus declaratur ex successivè in causa productis Rot. coram Emerix jun. *decis.* 1077. *n.* 4.

20 Libellus Papæ porrectus in materia contentiosa non constituit possessorem in mala fide, nisi illius rescriptum fuerit productum Emerix jun. *decis.* 805. *n.* 8.

21 Libellus cumulativus successionis testatæ, & intestatæ non valet Boer. *decis.* 33. *a nu.* 11. Mysing. *lib.* 3. *obser.* 25. Rub. *de Confuss. Jur. cap. pr.* §. 2. *num.* 168.

22 Libellus unicus quando unicam, vel plures petitiones complectatur Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 3. §. *pr. num.* 369.

23 Libelli primi ad introductionem judicii usus non est in omnibus Curiis, & illius diversa vocabula, scilicet monitorium, contra supplicata, mandatum justificatum, & alia Carol. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 4. De Luc. *de Judic. disc.* 8. *Relat. Cur. disc.* 32. *n.* 11.

24 Libelli defectum quando suppleant articuli Muscatell. *in Prax. part. pr. in princ.* Rosa *cons.* 23. *n.* 26. Rich. *decis.* 81. *n pr.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 2. De Luc. *de Judic. disc.* 8. *n.* 3. *Relat. Cur. disc.* 32. *num.* 11.

25 In Libello actiones plures cumulari possunt De Luc. *de Judic. disc.* 8. *n.* 6.

Tenetur tamen actor ad unam se restringere, easque declarare instante Reo De Luc. *dict. disc.* 8. *nu.* 5. *&* 7.

26 Libellus non est necessarius in facienda præsentatione, licèt sit modus tutior De Luc. *de Jurepatr. disc.* 64. *n.* 21. *&* 22.

27 Libellus repudii an sit licitus inter Judæos De Luc. *de matrim. disc.* 15. *sub n.* 8.

28 Libelli famosi injuria an sit realis, vel verbalis, & sit necessaria remissio Carol. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 15. *n.* 6.

29 Libellum qui mutavit, non auditur, nisi prius refectis expensis Specul. *tit. de Libell. conc.* / *lib.* 4. §. *nunc ostendamus vers. sed etsi nu.* 2. Cabrun. *lucubr.* 44. *n.* 19.

§. LIBERATIO. XII.

1 Liberatio generalis facta cum clausulis, & verbis amplissimis, suffragatur quoad omnia in genere cogitata, licèt non expressa, *l. qui jure militari ff. de testam. mil.* cum aliis per Duran. *decis.* 362. *n.* 5. *&c.* ubi ponit pro regula, vidè latè Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 111. *per tot.* Surd. *decis.* 217. *per tot. & decis.* 176. Cæpol. *caut.* 221. *per tot.* vide in §. *Quietatio*, *&* §. *Transactio nu.* 8. plenè Urceol. *Consult. forens. cap.* 99. *num.* 19. *& seqq. per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 247. *nu.* 16. *& seqq. per tot. et decis.* 357. *per tot. d. par.* 9. *& p.* 10. *decis.* 144. sequitur Altim. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 46. *num.* 80. *tom.* 7. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Rocc. *cap.* 128. *n.* 35.

Nemo tamen cogitur facere liberationem generalem, Tusch. *litt. L*, *conclus.* 329. & ab illa, ac nimia effuso sermone, ne quis incidat in laqueum, & subeat periculum turpiter, ac stultè dicendi non *putaram*, cavendum esse docet Bald. *in l. pactum quæst.* 16. *C. de collat.* aliique plures relati per Urceol. *d. c.* 99. *nu. pr. etc.* & Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 357. *n.* 1. *& seqq.*

Liberatio cum clausula, *cujuscumque generis, & speciei sit, ad quamcumque summam ascendat, ex quocumque capite, & occasione*, extenditur ad omnia, etiam in correspectivis, ita ut non possit allegari læsio quantumvis enormissima, Bart. *in l. si quis in fine ff. de verb. oblig.* Alex. *consil.* 205. *num.* 3. *lib.* 6. Duran. *dict. decis.* 362. *nu.* 14. *&c.* ubi limitat quando fuit per dolum extorta, & in favorem illius, cui aliquid per dolum adest, *& num.* 16. quando remittens taliter ignorabat factum, quod si scivisset, verisimiliter non liberasset, & *num.* 17. quando importaret donationem ob causam finalem, quæ non sit vera, sed falsa, & erronea, vide latè Urceol. *dict. cap.* 99. *per tot. volum.* 2. ubi egregiè præ cæteris omnibus hanc materiam declarat, & Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 247. *num.* 14. *et seqq. per tot. & decis.* 357. *per tot. dict. part.* 9. Altimar. *loc. supra cit. n.* 81. 2

Liberatio generalis, quando præcessit petitio, & prosequutio pariter generalis, comprehendit omnia, & exceptis iis, quæ dolo essent occultata, & quæ jure dominii vindicari possent, & si sit facta à patre non præjudicat quoad res, & bona filiorum. 3

Quando autem petitio, & prosequutio fuit specialis, restringitur liberatio, licèt generalis ad rem petitam tantùm, vel juxta causam expressam, & ad rem, de qua agebatur una cum illius accessoriis, appendicibus, & connexis, nisi ex observantia subsequuta per multum tempus aliter appareat, ut quia nil ulterius fuerit petitum, vel nisi fuerint aliqua reservata, quia tunc reliqua non excepta, nec reservata comprehenduntur, Afflict. *decis.* 319. *n.* 5. *&c.* cum aliis per Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 151. *nu.* 2. *& seqq. ad* 16. Urceol. *dict. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 247. *num.* 19. *& seqq.* ubi approbat dictam distinctionem, *& decis.* 357. *per tot. d. par.* 9. ubi plura ad sustinendam liberationem generalem, ut omnia comprehendat, *& par.* 10. *decis.* 144. *per tot.* Altimar. *ubi supra n.* 82.

Liberatio facta verbis universalibus, & amplissimis, quæ salva ratione recti sermonis restringi non possunt solùm ad rem petitam, & de qua erat controversia, ut quando fuit dictum ex quacumque causa, vel occasione cujuscumque debiti, comprehendit omnia, & non restringitur ad causam expressam, cum in dubio non sit recedendum à generalitate verborum, & sic extenditur etiam ad ea, quæ in genere tantùm fuerunt cogitata, vel ad penitus incogitata quando fuit ita expressum, unde paret cavendum esse à sermone nimis effuso, quò liberantes, & renunciantes juribus suis incidunt in periculum sibi præjudicandi plusquàm cogitaverit, Afflict. *decis.* 319. Menoch. *d. præsumpt.* 151. *num.* 7. *& seqq. per tot. lib.* 3. Martha *vot. Pis.* 223. *n.* 10. *& seqq.* Ger. Spin. *consil.* 18. *num.* 19. *& seqq.* Altograd *consil.* 68. *num.* 68. *lib. pr.* Surd. *decis.* 217. *num.* 9. *&c.* Sperel. *decis.* 29. *nu.* 5. *&c.* planè videndus Urceol. *consult. for. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. d. decis.* 247. *num.* 14. *& seqq. per tot. & decis.* 357. *& part.* 10. *decis.* 144. Latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 9. *à num.* 74. *tom.* 3. *& rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 46. *n* 83. *tom.* 7. 4

Liberatio plena, & generalis restringitur semper ad speciem contractus, de quo agitur, & non ultra, ex not. per Bart. *in l. Aurelio* §. *Cavus*, *ff. de liberat. leg. et in l. sub prætextu C. de transact.* Gratian. *discept. forens. cap.* 292. *num.* 15. *etc.* vide in §. *Quietatio num.* Altimar. *dict. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 46. *nu.* 84. *tom.* 7. 5

Quod liberatio generalis ex certa causa non comprehendat aliam causam, & quando secus, latè Tusch. *litt. L*, *concl.* 326. *per tot.* Urceol. *d. cap.* 99. *volum.* 2. Rot. post eundem Urceol. *de transact. decis.* 27. & vide *in* §. *Transactio num.* 8. Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 351. ubi pro restrictione ad causam præcedentem, & expressam, & quando contraria procedant. Altimar. *dict. quæst.* 46 *n* 85. *tom.* 7. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 7. *decis.* 35. *n.* 6. *vol.* 3.

Liberatio quantumvis generalis non suffragatur, quando ille, in cujus favorem fuit facta habebat expli- 6

plicitam scientiam eorum, quibus renunciatur, sed dolo non exprellit, timens forte futurum, quòd non fieret liberatio, si exprimerentur, Cravet. consil. 192. num. 13. etc. Cancer. var. resol. cap. 19. num. 152. etc. cum aliis per Duran. decis. 362. num. 6. et 7. ubi pulchrè. Altimar. dict. quæst. 46. n. 86. tom. 7.

An liberatio amplissima extendatur ad dolosè commissa si propter dictum dolum nihil adsit administratori, ita ut dolus præteritus videatur remissus, dubitant DD. sed absque dubio non extenditur quando ex causa hujusmodi doli præteriti aliquid adest, nisi fiat expressa mentio, quia ubi aliquid adest, dolus habet causam permanentem, & censetur dolosè extorta, nec juramento firmatur Duran. dict. decis. 362. num. 10. etc. vide in §. Dolus num. Altimar. supra dict. n. 86.

Quòd dolus futurus non possit remitti, nisi consistat tantùm in omittendo, benè probat Cresp. de Valdaur. observat. 98. per tot. p. 2. fol. 185. Altimar. de nullit. rub. pr. quæst. 11. num. 314. tom. 3. et rub. pr. part. 5. quæst. 46. sub num. 86. tom. 7. Cresp. obser. 98. part. 2. Crescin. ad Pen. decis. 11. n. 34.

7 Liberatio generalis quantumvis amplissima restringitur, aut ampliatur ex causis expressis in præfatione, ex quibus uti finalibus dignoscitur mens contrahentium, Surd. decis. 217. Menoch. lib. 3. præsump. 151. num. 8. &c. Duran. d. decis. 362. num. 8. Urceol. Consult. 99. per tot. vol. 2. Rot. part. 16. recent. decis. 351. Altimar. dict. quæst. 46. n. 87. tom. 7.

Quòd liberationis causa, vel ratione cessante, cesset, & ipsa liberatio, neque quantumcumque sit per ampla, & prægnantibus verbis concepta, si illius causa non possit ex proprietate sermonis adaptari ad aliquam speciem debiti, illam non comprehendat, Tiraquel. tract. Cessante causa Verb. Liberationis num. 179. Urceol. loc. cit. Altimar. dict. quæst. 46. num. 86. tom. 7.

Quòd liberatio, sive solidatio computorum inter socios facta quantumcumque generalis non comprehendat negocium diversum, ac separatum, Escobar. de ratiocin. cap. 40. num. 21. & seqq. cum aliis per Bich. decis. 177. nu. 12. & per tot. ubi etiam ex quibus diversitas arguatur, Rot. post Urceol. de transact. decis. 27. per tot. ubi qualiter liberatio restringatur ex proœmio, tractatu, lite, causa, & computis in ea præinsertis, Rot. part. 16. recent. decis. 351. Altimar. dict. quæst. 46. n. 93. tom. 7.

8 Liberatio quantumvis amplissima facta administratori, potest quandocumque revocari, quando administrator ostentavit bonam administrationem fingendo conscientiam timidam, & assecurando de bona, cum mala esset, l. si quis affirmavit, ff. de dolo, Cravet. consil. 192. num. 14. sequitur Duran. d. decis. 362. n. 9. vide in §. Tutor, nu. 21. etc. Altimar. dict. quæst. 46. n. 94. tom. 7.

Quòd liberatio invalida ex defectu consensus, non sustineatur ex quibuscumque clausulis prægnantibus, cum debeant regulari secundum naturam contractus, cui adiiciuntur, Duran. d. decis. 362. num. 18. vide in §. Clausula n.

Quòd liberatio obtenta non suffragetur, quandò verè ratio non fuit reddita per exhibitionem partitarum, calculationem diligentem, & restitutionem reliquorum, Rot. part 9. recent. decis. 436. num. 13. & seqq. per tot. vide in §. Tutor. Altimar. dict. quæst. 46. n. 95. tom. 7.

Quando, & ex quibus censeatur remissa redditio rationis, vel non administratori, vel negociorum gestori, Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1256. per tot. vide in §. Administrator.

9 Liberatio generalis non comprehendit ea, quæ jure dominii vendicari possunt, l. Aurelius §. Mævia ff. de liberat. leg. ubi Bart. & alii Menoch. lib. 3. præsumpt. 151. n. 5. & idem est in liberatione facta per viam legati, idem Menochius lib. 4. præsumption. 264. n. 12 &c. Altograd. consil. 68. lib. pr. ubi ampliat etiamsi adesset clausula pro omni, & toto eo &c. vide Sperel. decis. 29. nu. 3. & seqq. Altimar. dict. quæst. 46. n. 96. tom 7.

10 Liberatio facta uni tutori qualiter, & quando prosit aliis, Gratian. disceptat. forens. cap. 86. n. 33. &c. ubi etiam quid in pluribus reis debendi, Surd. consil. 270. ubi quòd prosit liberatio illius, contra quem pro parte erant cedendæ actiones, Montan. de tut. cap. 29. num. 127. vide in §. Creditor n. & §. Pupillus n. §. Transactio n. 15. latè Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 5. quæst. 46. à n. 108. tom. 7.

Qualiter facta uni ex pluribus reis debendi prosit aliis, vel non, Afflict. decis 319. n. 13. Franch. decis. 476. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 966. n. 11. etc. Altimar. dict. quæst. 46. n. 112. tom. 7. Bich. decis. 631. n. 15.

Quòd facta ab uno ex correis credendi perimat obligationem etiam respectu alterius, l. 2. ff. de duobus reis, ubi Ronchegal. n. 97. concordantes allegat, & Bich. decis. 367. num. 9. et seqq. ubi etiam quæ requirantur, ut dici possint duo, pluresve rei credendi, vide in §. Correus, et §. Solutio, Bich. decis. 631. num. 15. ubi quòd liberatio, sive cessio extinctiva facta uni ex correis suffragatur omnibus.

Liberatione legata Tutori, vel administratori filiorum sive proprio, quid veniat, & an facta principali prosit fidejussori, & è contra, Menoch. lib. 4. præsumpt. 264. per tot. ubi alia plura de hujusmodi legato, vide in §. Testator num. §. Tutor num. 15. §. Legatum num. 59. Sperel. dec. 29. n. 8. etc. ubi quòd non continet solutionem reliquatus, nisi sit dictum, nec id, quod potest vindicari ab eo, sicut à quolibet extraneo, vide latè Tusch. littera L, conclus. 328. per tot. et litt. T, conclus. 457. per tot. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. q. 15. 11

Plura de legato liberationis à molestiis, ut scilicet legatarius debeat liberari ab omnibus molestiis, quid importet, & qualiter sit interpretandum, Rot. part. 9. recent. decis. 148. per tot. & in eadem causa decis. 247. n. 16. et seqq. per tot. d. part. 9. recent. et decis. 357. eadem part. 9. et part. 10. decis. 144. per tot. ubi quando possit referri etiam ad debita futura habentia tamen causam de præsenti. Altimar. de nullit. dict. quæst. 46. n n. 97. et 117. tom. 7. Rub. de Confess. Jur. cap. 3. n. 23.

Quando liberatio facta uni ex obligatis prosit aliis, vel non, Tuschus litt. L, conclus. 300. vide in §. Transactio num. 15.

Liberatio facta per Prælatum, & tutorem quando procedit ex causa necessaria liberat solventem ab obligatione, & quando secus, Tusch. litt. L. conclus. 331. facit quod dixi in §. Confessio num. et §. Solutio num. 12

Quòd sit facilior liberatio, quàm obligatio, idem Tusch. loc. cit. concl. 333.

Liberatio debitoris præsumitur ex restitutione chirographi lacerati, vel cancellatione instrumenti, ex lapsu temporis conjunctione sanguinis, sæpè calculatis rationibus, & hujusmodi, de quibus Tuschus litt. L, conclus. 332. vide in §. Solutio num. 5. et seqq. latè Mascard. de probat. volum. 2. concl. 982. per tot. ubi plura, ex quibus liberatio à debito probatur. 13

Liberatio à molestiis promissa verbis exuberantibus semper debetur, etiamsi agatur cum fidejussoribus dictam liberationem promittentibus, vigente tamen eadem causa promissionis, nec restringitur ad aliquod tempus, Rot. in Faventina fidejussionis, vel liberationis à molestia 1. Julii 1650. coram Albergato part. 11. recent. decis. 77. per tot. 14

Et debetur dicta liberatio à molestiis absque ulla discussione veritatis; & qualitatis illarum, quia sic obligatus debet de illarum exceptionibus agere contra molestantes, non contra molestatos, cum sufficiat molestias de facto esse illatas, non attento an justæ, vel injustæ sint, ad effectum consequendi liberationem promissã, Rot. par. 18. rec. dec. 572. per tot.

Quando tamen qui liberationem à molestiis promisit, litem in se suscepit, illamque defendit, non potest interim aliud à molestato prætendi, quia sic satisfacit promissæ liberationi, nec ideo molestatus transigere potest cum molestante, & transigendo non habet actionem ex stipulatu contra promittentem, qui suæ satisfecit obligationi, assumendo in se litem, & causam defendendo ut supra, sed exceptione doli removetur, cum sit factum voluntarium, & culposum, ad quod liberationem promittens

mittens non obligatur, Costa *de facti scient. & ignorant. cent. 1. distinct.* 48. Valeron. *de transact. tit. 5. n.* 38. cum aliis per Rot. *d. part* 18. *decis.* 626. *per tot.* in eadem causa, ubi fuit revocata alia præcedens decisio. De liberatione a molestiis vide Rot. *recent. par.* 19. *tom.* 2. *dec.* 568.

15 De liberationibus variis, & ad quæ extendantur generales, Castil. *lib.* 4. *controv. c.* 92. Vela *dissert.* 8. Caneer. *par.* 2. *var. cap.* 6. aliique, citati à Castejoa. *Alphabet. juridic. verb. Liberatio*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *eod. verb. fol.* 39. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *de nullit.* Emerix Manf. Palm. & alii moderni.

16 Liberatio facta per creditorem uni ex pluribus ad ejus favorem obligatis, quid operetur, maximè si sit facta cum reservatione agendi contra alios, vide Anton. Gob. *Consult.* 41. *per tot.* & quæ dixi in §. *Fidejussor*, Jacob. Balduc. in observat. ad Ramon. *consil.* 39. *n.* 49. *& seqq.* ubi *n.* 56. cum Gob. & aliis firmat, quod quando liberatio non fit per viam solutionis, seu acceptilationis, sed per viam pacti de non petendo, seu de non molestando non prodest aliis simul obligatis, nisi sequatur satisfactio, Cyriac. *controv.* 213. *n.* 8. *&* 9. *& controv.* 280. *n.* 10. *& seqq.* ubi quod liberatio supponit præcedantem administrationem, & facta cum clausula omni meliori modo, vel mediante Aquiliana stipulatione uni correo debendi, & non per viam transactionis liberat etiam alios, & facta uni tutori, qui prius erat conveniendus liberat alios, &c. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 46. *n.* 110. *tom.* 7.

17 Promissa discussione computorum, oritur nullitas liberationis stipulatæ per mulierem, cum computis non dispunctis constare non dicatur de veritate causæ, assertionibus etiam juratis ipsorum contrahentium Mantiss. ad De Luc. *lib.* 7. *decis.* 17. *n.* 3. *vol.* 3. Gratian. *cap.* 563. *n.* 30. 31. Merlin. *dec.* 603. *n.* 3.

18 In actu liberationis, qui non ordinatur ad dandum, sed ad remittendum non militat obligatio evictionis, & manutantionis Mantiss. *d. decis.* 17. *num.* 10.

19 In liberatione generali comprehenduntur omnia, quæ continentur in computis, ad quæ habita fuit relatio Coccin. *decis.* 200. *n.* 3. Mantiss. *d. decis.* 17. *num.* 12.

20 Liberatio concepta cum verbis generalibus, & ampliativè positis extenditur ad quæcumque etiam extra causam administrationis Rot. *decis.* 40. *sub nu.* 10. *& seqq. dec.* 41. *a n. pr.* post Escob. *de Ratioc.* Mantiss. *loc. cit. dec.* 35. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 7. *vol.* 3.

21 Liberatio facta occassione professionis, & favore sanguine conjuncti amplè est interpretanda Rot. *d. decis.* 40. Mantiss. *d. dec.* 35. *n.* 10.

22 Liberatio debitoris dicitur secuta ex præstatione consensus per creditores emissa in deliberatione, habita fide de pretio Mantiss. ad De Luc. *lib.* 15. *dec.* 28. *n.* 7. *&* 8. *vol.* 4.

23 Liberatio generalis eximit debitorem quoad omnia debita usque in illam diem contracta, secùs verò, si fuerit facta restrictio circa res, & bona Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 418. *n.* 2. *&* 3.

24 Liberatio censetur facta, si debitis involutus creditor supervixit per annos 20. & ultra, nec pro satisfactione institerit Aiguell. *decis.* 88. *n.* 17. *&* 18. Rot. *d. dec.* 418. *n.* 6.

25 Liberatio hæreditatis inducitur per oblationem rei legatæ Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 427. *n.* 16.

26 Liberatio evictionis non liberat hæredem Surd. *cons.* 284. *n.* 5. Rube. *de Confess. Jur. cap.* 11. *n.* 16.

27 Liberatio bonorum a vinculis fideicommissi an tribuat jus Creditoribus Emerix jun. *decis.* 1179. *n.* 5. *&* 6. ubi benè distinguit.

Et de hac liberatione vide eumdem Emerix *decis.* 1160.

28 Liberatio legata an intelligatur de debito puro, & non de debito in diem Emerix jun. *decis.* 1. *n* 2. *&* 3.

29 Liberatio, utpote favorabilior benigniorem recipit interpretationem Ludovis. *decis.* 511. *num.* 13. Episc. Rocc. *cap.* 127. *n.* 14.

30 An liberatio intelligenda sit de debito existente tempore testamenti Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 514. *a n.* 1. Rocc. Episc. *cap.* 39. *nu.* 52.

31 Liberatio, quamvis generalissima, intelligenda est de juribus tempore renunciationis competentibus Bero. *cons.* 130. Riminald. jun. *cons.* 491. *a num.* 10. Episc. Rocc. *cap.* 55. *n.* 22.

32 Liberatio a redditione rationum intelligitur de rigorosa & scrupulosa, non autem ut non teneatur tutor ad restitutionem bonorum ad ejus manus perventorum Baldue. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 11. *a n.* 20.

33 Liberatio ab onere satisdandi, vel rationem reddendi non liberat tutorem ab onere conficiendi inventarium, & ubi etiam liberatio esset facta à confectione inventarii, intelligitur de solemni inventario, sed nunquam a simplici saltem descriptione Balduc. *loc. cit. n.* 21. *&* 22.

34 Liberatio generalis a redditione rationum, & a quacumque alia actione per uxorem viro legata, an importet liberationem a restitutione Dotis De Luc. *de Legat. disc.* 47. *per tot.*

§. L I B R I XIII.

1 Libri Mercatorum nostri temporis, cum nullam habeant auctoritatem publicam, considerantur prout quælibet alia scriptura privata, & nihil probant de jure ad favorem scribentis, nisi adsit statutum, vel Consvetudo (prout extat in tota ferè Italia) illis fidem tribuens, quæ quidem Consuetudo (nisi sit notoria, prout est maximè Florentiæ) articulari, & probari debet, vel statutum ostendi, & operatur tantùm in pertinentibus ad mercaturam, & exercitium suum, & non in aliis negociis diversis, ac in modicis summis arbitrio judicis, latè Genua *de script. pr. tit. de libr. mercat. num.* 2. *& seqq. ad* 47. *fol.* 241. *&c.* vide in §. *Statutum num. & infra per discursum*, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 25. *num.* 1. *vol.* 3. Menoch. *de arbitr. cap.* 91. 92. *&* 93. Ricc. *Collect.* 72. 3457. 2854. 2817. *&c.* plenè Paul. Rubeo *in Annot. ad decis.* 345. *part.* 9. *recent. volum.* 2. Th. Trivis. *decis.* 16. *per tot.* Crescen. ad Pen. *decis.* 945.

Cessante autem dicto statuto, vel consuetudine, an, & quando probent tam pro scribente, quàm contra scribentem, vel pro tertio contra tertium, latè idem Genua *de scriptur. privata dict. tit. quæst.* 1. 2. *&* 3. *per tot. fol.* 249. *&c.* Ricc. *Collect.* 2854. 2817. 3388. *&* 3535. Paul. Rub. *in dict. Annot. per tot.* Ludovis. *decis.* 79. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 975. *num.* 9. *& seqq. per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 80. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 587. *per tot.* ubi quod libri mercatorum non solum de jure, sed etiam ex generali consuetudine totius Italiæ, junctis adminiculis plenè probant, maximè inter mercatores, & stante bona fama scribentis, & quod sint ordinate scripti, omniaque continenda contineant, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 74. *per tot.* Alvarez Pegas. *resolut.* 1. *num.* 33. *&c.*

2 Libri Mercatorum, ut probent etiam stante statuto, vel consuetudine, quòd eis fides habeatur, multa requiruntur, quæ ad majorem cautelam pro certa victoria obtinenda essent articulanda, & probanda; debent enim continere causam debiti verisimilis, & pertinentis ad exercitium, de quo agitur, diem, mensem, & annum, solitam inscriptionem, & secundum loci consuetudinem facti, & cartulati, scripti manu propria Mercatoris, qui alias veritatem scribere consueverit, legalis, fide digni, & pro tali communiter habiti, nec infamia publica notati, appareat res fuisse traditas, adsit aliquid scriptum etiam contra ipsum mercatorem, non sint libri mendosi, ac diversa manu, vel atramento scripti, si enim in aliquo reperiantur falsi, vitiantur in totum, & debent ad petitionem partis exhiberi, ac etiam mercator jurare debet contenta in illis esse vera, nisi ab initio suscepti officii juraverit de justè, & fideliter artem suam exercendo, quibus requisitis concurrentibus, vel eorum majori parte, & magis substantialibus, plenè probant libri pro scribente etiam, & in summis magnis; aliàs autem secus, cum absurdum, & perniciosum sit, ut ei scripturæ credatur, quam unusquisque annotatione propria sibi debi-

debitorem constituit ut inquit textus in *§. exemplo C. de probat.* latè Genua *de script. privat. lib. 4. tit. de libris mercat. n. 48. & seqq. ad* 102. *fol.* 244. *&c.* ubi etiam *nu. seqq.* an admittatur probatio in contrarium, Marant. *part. 6. versic. testium productio n.* 23. *&c.* Cyriac. *controv.* 140. *n.* 18. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 171. *per tot.* Menoch. *de Arbitr. cas.* 91. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 51. *fol.* 393. *&c.* Mascard. *de probat. conclus.* 975. Surd. *dec.* 199. *&* 312. *per tot.* ubi quòd concurrentibus prædictis probant etiam contra tertium, vide in meis *resolut.* 11. *per tot.* ubi quando non probent ex defectu prædictorum; & plenè Paul. rub. *in Annotat. ad decis.* 345. *part.* 9. *recent. volum.* 2. *n.* 45. *& seqq. per tot.* ubi plures decisiones, & Doctores allegat, Em. De Luc. *De Camb. disc.* 13. *sub n.* 4. *disc.* 14. *nu.* 3. *de Indic. disc.* 30. *n.* 17. *& per tot.* Vide Emerix jun. *decis.* 1135. *nu.* 4. Abecceles. *obscr.* 50. *part.* 1. *n.* 25. ubi Crescin.

Quod tamen stante statuto, ut dictis libris adhibeatur fides, eximatur mercator ab onere probandi dicta requisita, Gratian. *decis.* 203. *in Addit. nu.* 9. Surd. *dec.* 312. *in fine*.

Qualiter vigore statuti fori mercatorum Bononiæ, libri plenè probent etiam favore scribentis contra tertium. Rot. Bononien. inter recollect. per Gips. *dec.* 80. *n.* 38. *&* 55. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 139. *nu.* 15. *&c.*

Quòd stante dicto statuto, vel Consuetudine, probent etiamsi alibi producantur extra locum ubi consuetudo, vel statutum viget, Diaz. *reg.* 137. vide infra *n.* 5.

Quòd libri non compaginati, nec habentes alia debita requisita, vocentur *scartafogli*, vel *scartafacci*, & non probent, Gratian. *dec.* 137. *&* 146. Genua *de script. privat. lib.* 5. *tit. de scartafac. per tot. fol.* 287. *in meis resol. cap.* 11. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 345. *num.* 129. *& seqq. part.* 9. *recent. vol.* 2. Em. De Luc. *De Judic. disc.* 30. *num.* 13. *&* 25. *de Cred. disc.* 49. *n.* 13 *&* 14. Vide Emerix jun. *dec.* 712. *n.* 5. *&* 6. Caprar. *dec.* 65. *n.* 1.

Quòd Giornale probet vide Genu. *d. lib.* 5. *tit. de giornali fol.* 286. Card. Tusch. *litt. L, concl.* 346. *n.* 51. Vide Emerix jun. *dec.* 60., ubi quod debet edi.

Quòd liber parvus memoriæ tantùm causa conscriptus, vulgò *la Vacchetta*, nec contra scribentem probet Jason. *in l. admonendi n.* 91. *versic. quinto limita ff. de jurejur.* Honded. *consil.* 39 *n.* 53. *&* 54. *lib.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 407. *n.* 19. ubi concordantes allegat. Vide Emerix jun. *decis.* 510. *a n.* 3. *& decis.* 1081. *n.* 4. *& decis.* 1112. *a n.* 1. Ansald. *decis.* 40. *n.* 25. *&* 26.

3 Libri mercatorum regulariter non probant pro tertio contra tertium, de quo vide Gratian. *discept. forens. cap.* 727. *n.* 25. *&c. cap.* 767. *n.* 55. Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 977. *per tot.* latè Genua *de scriptur. privat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. quæst.* 3. *per tot. fol.* 251. Surdus *dec.* 312. Cavaler. *decis.* 552. Magon. *decis. Lucen.* 5. *n.* 18. *&* 37. ubi quòd probat semiplenè Ricc. *Collect.* 2817. 3535. vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 345. *n.* 1. *&* 16. cum plena ibidem Annot. Paul. Rub. Ludov. *dec.* 302. *num.* 4. *& seqq.* ubi quod concurrentibus aliis adminiculis probant etiam pro tertio, & contra tertium, & sine adminiculis probant solitum, & quod ita factum fuerit, quia quando agitur de probando aliquo facto, etiam res inter alios acta probat veritatem facti, licet effectus illius tertio non noceat, ut notat ibi Beltramin. *in Addit. nu.* 10. Emerix jun. *dec.* 896. *n.* 9. *& decis.* 493. *n.* 1.

Quod probent inter ipsos socios, cùm præsumantur scripti de illorum consensu, sicut & pro tertio contra mercatorem, & dominum libri, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 62. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit* 20. *num.* 135. *&c. fol.* 398. Altim. *de Nullit. quæst.* 25. *n.* 173. *&* 174. *t.* 4. Escob. *de ratioc. cap.* 12. Rocc. *de soc. mercat. not.* 42. *a n.* 83.

Qualiter libri rationum probent inter ipsos socios Menoch. *de arbitr. cas.* 92. *per tot.* Altimar. Escobar. Rocc. *loc. cit.*

Quod libri tenti legaliter, & adminiculati probent etiam pro scribente, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 196. *n.* 1. *& seqq.* De Luc. *de camb. disc.* 13. *n.* 4. *de Judic. disc.* 30. *n.* 17. Emerix jun. *dec.* 907. *n.* 1.

Item probant etiam pro tertio contra tertium concurrentibus adminiculis, Posth. *de manut. observ.* 35. *n.* 29. Buratt. *cum Addit. dec.* 119. *nu.* 10. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 643. *num.* 7. Vide Emerix jun. *dec.* 920. *n.* 4.

4 Libri Mercatorum Florentiæ vigore statuti illorum partitis sumptis, & exemplatis de commissione judicis, habent vim publici instrumenti, & continent hypothecam bonorum debitoris, quæ retrotrahitur ad tempus formatarum partitarum, & si concurrant cum publicis instrumentis, attenditur prioritas temporis, quod generale est in quacumque scriptura privata habente vim publici instrumenti vigore statuti, Neguf. *de pignor. par.* 5. *membr.* 2. *nu.* 47. *&c.* Gratian. *decis.* 203. *per tot.* quoad partitas librorum sequitur Magon. *decis. Flor.* 122. *nu.* 8. ubi tamen quoad alias scripturas contrarium firmat, non obstante dicto statuto, & ita etiam distinguere videtur Gratian. *d. decis.* 203. ubi etiam an habeant executionem paratam.

Quod libri continentes scripturam continuatam absque suspicione fraudis, & antidatæ probent veritatem temporis, etiam in concursu creditorum, stante maximè legalitate mercatoris, Gratian. *discept. for. cap.* 391. *n.* 3. *& seqq. per tot.* Genua *de script. priv. lib.* 2. *q.* 16. *concl.* 2. *n.* 28. *&c. & lib.* 5. *in notabil. fol.* 284. *in fine*, *vide in §. Scriptura num.*

Cessante autem statuto prædicto, libros habere tantum personalem actionem, & hypothecariam, Magon. *decis. Flor.* 76. *n.* 8. vide *in §. Mercator n.*

Romæ quale privilegium habeant dicti libri vigore consuetudinis, licèt non adsit statutum de hoc particulare, & vigore Constitutionum Pii IV. & Urbani VIII. Paul. Rub. *in Annotat. ad decis.* 345. *nu.* 155. *& seqq. part.* 9. *rec. vol.* 2.

5 Libri Mercatorum, quibus vigore statuti Principis sæcularis fides adhibetur pro scribente, non probant contra Clericos, vel alias Ecclesiasticas personas, etiam in foro sæculari litigantes, Soccin. *reg.* 268 *limit.* 3. Alex. *consil.* 211. *nu.* 5. *lib.* 2. Cyriac. *controv.* 140 *per tot. lib.* 1. Genua *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. num.* 28. *&c. fol.* 240. ubi quod nec etiam probant in illorum favorem, Leoncil. *dec. Ferr.* 179. *per tot.* ubi etiamsi esset confirmatum à Papa in forma communi, & idem esse in consuetudine, nisi probetur inducta, etiam de Clericorum consensu.

6 Libri Mercatorum, quorum fides pendet à statuto, probant tantùm de pertinentibus ad mercaturam, ad quam debet statutum restringi; si verò pendeat à jure communi probant quoad omnia, sive de mercatura, mutuo, vel deposito, vel quacumque alia causa agatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 171. *n.* 9. *&c. cap.* 727. *n.* 1. *&c.*

Primum dictum sequitur Leoncil. *dec. Ferr.* 108. ubi allegat Menoch. *de arbitr. cas.* 91. *nu.* 23. *&c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 66. *fol.* 394. Ricc. *Collect.* 2314. Paul. Rub. *in Annotat. ad decis.* 345. *&* 133. *& seqq. part.* 9. *recent. vol.* 2. Emerix jun. *dec.* 1365. *a n.* 1.

Quod de jure communi non probent, & ideò docendum esse illorum fidem provenire, vel ex consuetudine, Menoch. *cas.* 91. *n.* 15. & dixi *in resol. cap.* 11. *n.* 2.

Quod concurrentibus adminiculis probent pro scribente in iis tamen solùm, quæ concernunt negotium, non autem in aliis, & sic non quoad mutua deposita, vel alios contractus à negotio non dependentes, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 272. *n.* 4. *&* 5.

7 Libri Mercatorum probant non tantùm quando res tradita fuit ipsi debitori, sed etiam quando fuit tradita alteri de debitoris mandato, dummodo mercator attestetur, & scribat in libro, se tradidisse de mandato debitoris, & dummodo agatur inter præsentes, & non inter absentes, vide Gratian. *discep. forens. cap.* 171. *n.* 8. *&c. cap.* 727. *num.* 6. *&c.* ubi etiam an depositio sartoris aliquid probet, Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 65. *fol.* 394. dixi *in* re-

resolut. cap. 66. n. 14. & 15. & in Pract. §. Scripturæ n. 16. ubi qualiter probetur hujusmodi mandatum, Rota *par. 9. recent. decis. 345. nu. 2. & 15.* ubi quod ordo probatur concurrentibus adminiculis, Remaig. *d. rub. 74. n. 14.*

Quod libri licèt possint probare mandatum juxta prędicta, non tamen probent traditionem mercium, sed tantùm quantitatem, & pretium, ac ideò possit opponi exceptio rei non traditæ, Genua *de script. privat. tit. de lib. mercat. fol. 241. n. 82.* dixi *in resol. cap. 21. n. 3. &c.* vide *in §. Exceptio n. 39. & §. Mercator n. 23.* ubi quando dicitur res datas deservisse pro alio, an detur actio mercatori contra eum, pro quo servierunt merces.

Quod concurrentibus verisimilitudine, & aliis conjecturis, probent etiam contra tertium tam de tradisione mercium, quàm de causa, in quam cesserunt, Gratian. *discept. 750. n. 3.* Surd. *dec. 199. n. 2. & seqq.* cum aliis Bich. *dec. 568. n. 17.*

8 Liber Mercatorum in Statu Ecclesiastico probat usque ad summam scutorum viginti, Pauli III. *Bull. 47.* Et quod probant usque ad triginta, Pius IV. *Bull. 59.* refert Genua *de script. privat. lib. 5. columm. 3. vers. 6. fol. mihi* 284.

Dictas Constitutiones fuisse extensas ad summam scutorum 50. monetæ per Urbanum Octavum, cum privilegio etiam prælationis post Pistores, & Aromatarios omnibus aliis, etiam habentibus obligationem Cameralem, & ex causa dotis, dummodò dicti libri sint mercantiles, & cum aliis debitis conditionibus supra relatis, Paul. Rub. *in Annot. ad ad decis. 345. n. 155. & seqq. part. 9. rec. vol. 2.* ubi etiam testatur de consuetudine Romæ credendi dictis libris benè tentis, quæ tamquam statutum servari debet.

Quod privilegium concessum mercatoribus, ut eorum libris credatur, usque ad certam summam, intelligatur de qualibet partita, seu summa per se non coacervata cum aliis. Addit. ad Feliu. *in cap. ex parte n. 2. de rescript.* Joseph. Feliu. *in cap. ex parte nu. 2. de rescript.* Joseph. Feliu. *in Margar. var. conclus. verb. Privilegium fol. 47. col. 1.*

9 Libri partitæ si verificetur in parte, censentur veri in totum, Cravet. *con. 158. n. 6.* Gratian. *discept. forens. cap. 505. n. 13. &c.* intelligendo quando agitur de unico actu, seu scriptura diversarum parcellarum ab eodem mercatore, & pro eadem persona scriptarum, idem Gratian. *c. 570. n. 36. &c.* Magon. *decis. Flor. 3. n. 32. &c.* & ita intelligendo in connexis, non autem in separatis, sequitur Genua *de script. privat. tit. de lib. rat. n. 44. & seqq. ad 54. lib. 4. fol. 193. & fol. 247. nu. 104.* Ludovis. cum Beltramin. *decis. 79.* vide Surd. *dec. 199. n. 12. &c.* ubi loquitur etiam in separatis, Pac. Jordan. *loc. sup. citat. num. 82.*

Quod verificatis pluribus partitis, liber præsumatur verus in aliis, communem opinionem dicit Addit. ad Magon. *dec. Luc. 5. in fine*, Duran. *decis. 352. nu. 10.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 63. per tot.* ubi benè declarat Duran. *decis. 344. num. 16. cum Addit.* Rot. *part. 9. recent. decis. 473. num. 11. & seqq.* ubi quod procedit quando partitæ sunt verisimiles, aliàs secus, & *par. 11. dec. 179. n. 15.* ubi quod procedit in libro nullum patiente defectum, ac scripto per personam ratione officii ad eam spectantis, secus in libro prorsus informi, & non spectante ad officium scriptoris, ad Buratt. *dec. 163. n. 23. dec. 156. n. 9. decis. 199. n. 7.* Vide Caprar. *dec. 313. n. 7.* ubi quod liber habitus pro legali quoad unum, censetur talis quoad omnia.

E contra, etiamsi liber in parte reperiatur defectuosus, in reliquis amittat fidem, etiam quod defectus per errorem imputetur, Addit. ad Gregor. *decis. 79. n. 6.* Rot. *in Noviss. par. 6. decis. 1. nu. 10. &c.* Menoch. *d. præsumpt. 65. n. 2. & 8.* ubi quod in una parte falsus, præsumitur etiam in reliquis falsus.

Quod liber continens plures partitas annexas, non possit pro parte acceptari, & pro parte reprobari, De Luca *de credit. disc. 49. n. 15. disc. 78. n. 16. & seqq.* Rot. *par. 3. divers. decis. 276. lib. 2. & part. 9. recent. dec. 359. n. 5. & seqq.* ubi tamen quod secus est in non connexis, & quando liber non est legaliter tentus, nam tunc potest approbari quoad partitas facientes contra scribentem, & reprobari quoad facientes ad illius favorem.

An, & quando contenta in libro, possint pro parte acceptari, & pro parte reprobari, latè & pulchrè sex casus distinguendo declarat Menoch. *de arbitr. cas. 93. per tot.* vide Rot. *d. decis. 359. n. 7. & seqq.* De Luca *de Credit. disc. 78. n. 17. et 18.*

Quod liber continens partitas debiti, & crediti, non possit acceptari quoad creditum, & reprobari quoad debitum, sed acceptans partitas crediti, debeat etiam acceptare partitas debiti contrapositas in eodem libro, nisi in se assumat onus probandi, quod illæ partitæ debiti non sint veræ, & si ostenderit quod aliquæ partitæ sint erroneæ, & indebitè notatæ, & positæ, tunc licitum erit acceptare partitas crediti, & negare illas debiti, Ludovis. cum Beltram. *decis. 377. per tot.*

Liber Campsoris, & Bancherii plenè probat, etiam in summis magnis tam pro se, quàm contra se, ac contra tertium, cùm quo gestum sit negotium, si sit auctoritate publica approbatus, aliàs probat tantùm judicis arbitrio, ac dummodò omni suspicione careat, verisimilia, ac ad ejus officium spectantia, & non extranea negotia contineat, & sit manu propria, vel alia cognita scriptus, latè Rota *decis. 102. num. 20. et 27. apud Constant ad stat urb. t. 3.* Genua *de script. privat. lib. 4. tit. de lib. Camp. & Banch. per tot. fol. 257.* ubi etiam *num. 21.* quod si robur accipiat à consuetudine, & non à jure, talis consuetudo est probanda, quod ego intelligo, nisi sit notoria, prout est hodie ferè ubique, & ideò sufficit illam allegare. 10

De libro rationum Campsoris quando probet, vel non, latè Tuschus *litt. L. conclus. 547. per tot.* Constant. *ad stat. urb. annot. 19. num. 198. t. 1.*

Liber rationum privati non probat pro scribente, ne ita de facili detur occasio delinquendi, & cum exemplo perniciosum sit, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisque sibi annotatione propria debitorem constituit, *leg. exemplo, C. de probat.* dixi *in resolut. cap. 11. num. 1.* latè Ludovis. cum Beltram. *decis. 79.* plenè Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 975. per tot.* Cels. *decis. 252. n. 4.*, ubi amplias *n. 5. & decis. 302. n. 9.* Pen. & Crescin. *decis. 777.* De Luc. *de Credit. disc. 129. n. 13. in summ. à n. 28.* 11

De libro rationum privati Conciol. & Romaguer. *lib. 2. rubr. 75. per tot.* Rota *decis. 21. num. 16. apud Constant. ad stat. urb. t. 3.*

Probat tamen in his, quæ à libera scribentis voluntate, & solo ejus consensu dependent, vel si multa capitula rationum ipsius libri vera ostendantur, & liber in nihilo redargui possit, nam tunc probat in aliis connexis, non autem in separatis, vel si continet admodum verisimilia, & adjungatur juramentum scribentis, vel si agatur de modica summa juncto pariter juramento, vel si versemur in connexis eorum, quæ producuntur ex ipso libro contra scribentem, vel si ex consuetudine, sive statuto approbetur illius fides, vel si scribens sit persona nobilis, & honesta, vel si versemur in antiquis, vel si contineat data, & recepta ita clarè, & specificè, ut omnia cesset suspicio, latè Genua *de script. priv. lib. 4. tit. de lib. rat. num. 6. & seqq. ad 94. fol. 191. &c.* Ludovis. cum Beltramin. *d. decis. 76. per tot. & decis. 468. num. 12.* ubi maximè stante morte scribentis ante motum judicium, Mart. Medic. *decis. 88. per tot. cum Addit.* pulchrè Rot. *par. 10. recent. decis. 225. per tot.* ubi quod probat si scribens sit persona qualificata, ut Cardinalis, aliaque concurrant adminicula, de quibus ibidem ad effectum solutionis per eum factæ, Rot. *par. 19. recent. decis. 347. per tot.* ubi latè qualiter liber privatus admittendus sit, & probet, etiam contra tertium, concurrentibus adminiculis, de quibus ibidem. Vide Pen. & Crescin. *dict. decis. 777.*

An, & quando probet pro scribente, an contra scribentem, & an contra tertium, vide multa summatim per Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 20. num. 50.*

52. &c. fol. 393. Rot. par. 13. recent. decis. 431. n. 1. & seqq. ubi quod liber privatus junctis adminiculis probat contra tertium, maximè si sit scriptus tempore non suspecto, attenta verisimilitudine partitarum, & illarum connexitate. Vide Bertachin. vot. 38. De Luc. loc. cit. & de Camb. disc. 13. n. 4. de Regal. disc. 69. num. 9.

Quod pro tertio contra tertium non probet, sed tantùm adminiculum faciat, vel etiam semiplenè probet si sit hominis probatæ fidei, Genua loc. sup. cit. num. 150. & seqq. fol. 200.

Quod liber privatus legaliter tentus, & formiter recognitus benè probet etiam pro tertio, Cravett. de antiquit. temp. par. 1. limit. 4. num. 24. Rota part. 54. recent. decis. 426. num. 7. & contra tertium cum adminiculis, de quibus Rot. part. 19. recent. decis. 347. ubi pro extinctione census. Vide Rot. rec. p. 19. tom. 2. decis. 425. n. 4. & 5.

De multis librorum speciebus, quando & qui probent, vel non, & quid veniat appellatione libri, latè Tusch. litt. L, conclus. 346. per tot. Carol. Ant. De Luc. in Pract. jud. cap. 31. Genua de privat. script.

Quod ubi liber non est legalis, nec etiam contra scribentem probet, Burat. decis. 282. num. 7. cum aliis per Bich. decis. 139. nu. 9. Crescin. ad Pen. dict. decis. 777.

Quod ubi non dubitatur de debito in genere, liber privatus probet quantitatem debiti etiam pro scribente, sicut etiam adminiculis concurrentibus, Rot. part. 1. recent. decis. 362. num. 7. & 8.

12 Liber rationum defuncti, qui fuerit vir probus, & bonæ famæ continens debitam formam, data, & recepta facit aliquam præsumptionem pro hærede, vel etiam semiplenam probationem, ita ut ad plenam inducendam sufficiat posteà unus testis, vel juramentum, si ille defunctus fuerit vir probus probitate præexcellenti, & non ordinaria, sive etiam plenam probationem junctis aliis præsumptionibus, & adminiculis, Mascard. de probat. conclus. 975. num. 3. & seqq. Genua de script. privat. lib. 4. tit. de lib. rat. num. 56. & seqq. ad 33. fol. 191. ubi tamen num. 65. fol. 194. videtur intelligere id verum esse tantùm in his, quæ quis moriens dixit, vel scripsit, & non in aliis, de quibus moriens verisimiliter non recordatus fuit, vide in §. Script. n.

De libercolo rationum defuncti, quod probet concurrentibus aliis conjecturis, Paris. cons. 104. nu. 75. lib. 1. Genua lib. 2. quæst. 2. num. 26. fol. 97.

Qualiter liber rationum defuncti probet pro hærede, latè Paul. Christin. decis. Belgic. 143. num. 8. & seqq. per tot. vol. 1. Rot. par. 10. recent. decis. 225. per tot.

Quod si quis librum rationum vidit, & non contradixit, fidem illius approbare dicatur, Rot. per Farinac. decis. 845. num. 3.

13 Liber privatarum rationum non probat pro scribente, nisi multis verisimilitudinibus concurrentibus, Magon. decis. Flor. 95. num. 5. &c. Guidopap. decis. 442. ut consuetudo, quod aliæ partitæ fuerint approbatæ, & similes, Duran. decis. 416. num. 4. &c. vide Marr. Medic. decis. 88. per tot. cum Addit. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 20. num 51. fol. 393. Genua de script. privat. lib. 1. q. 4. n. 77. Ludovis. cum Beltramin. decis. 537. ubi quod etiam liber privatus pro scribente probat quando aliundè est adminiculatus. Rot. recent. part. 19. decis. 347. Pen. & Crescin. dict. decis. 777.

Quod tamen admittat probationem in contrarium, etiam in connexis, Addit. ad Gregor. decis. 377. Duran. decis. 352. num. 6.

14 Liber rationum privati, etiam sine die, & aliis solemnitatibus plenè probat contra dominum, & habentes causam ab eo, sive scriptus sit ab ipso domino, sive ab alio, & sive præsente, sive absente parte, dummodò vivo adhuc scribente sequatur ratihabitio. De Luca de Judiciis disc. 30. num. 16.

Non tamen probaret deficiente causa debiti, nec ubi allegaretur, & probaretur error, nec ubi fuerit impugnatus, nisi impugnans pœnituerit ante sententiam, nec ubi totus liber negetur à domino, nisi comprobetur per litterarum comparationem, nec ubi ageretur de aliquo folio, vel schedula in ipso libro reperta, ut latè declarat Genua de script. privat. lib. 4. tit. de lib. rat. nu. 95. & seqq. ad 136. fol. 197. ubi etiam n. 109. quod exceptis dictis casibus probat contra dominum, licèt scriptus sit manu adversarii, quia ipsius domini voluntate scriptus præsumitur, nisi contrarium probetur Mascard. de probat. concl. 976. per tot. Et non probat in parte, sed aut omninò probat, aut omninò improbatur, ut ibidem Genua num. 137.

Liber rationum privati, quamvis regulariter non probet pro scribente, si tamen producatur contra aliquem, & is contra quem producitur velit se in eo fundare, tenetur etiam contra se illi acquiescere pro scribente, si ita judicis arbitrio videatur inspecta scribentis qualitate, & aliis verisimilitudinibus, maximè in connexis ratione ejusdem causæ, & temporis, vel officii, per text. in l. Publica, §. fin. ff. depos. Menoch. de arbitr. cas. 93. num. 2. &c. Fachin. contr. jur. lib. 11. cap. 33. Munoz. de ratiocin. cap. 13. Genua de script. privat. lib. 4. fol. 201. n. 3. & seqq. ubi plures casus distinguit, vide in §. Confessio nu. & §. Litteræ nu. Rot. par. 14. recent. decis. 243. num. 4. ubi quod tempore non suspecto scriptus, & legitimè recognitus, atque aliundè adminiculatus benè probat. Vide Mantic. ad De Luc. lib. 6. decis. 29. n. 15. vol. 1. 15

Quod liber privatus confectus pro simplici memoria non probet, etiam contra scribentem, nisi seriò scriptus appareat, vel fuerit productus, Burat. decis. 274. num. 21. Rot. par. 9. recent. decis. 422. n. 2. &c. Vide infra n. 22. Carol. Ant. De Luc. in pract. judic. cap. 31. n. 9.

Liber rationum in Archivio publico repertus plenè probat, si fuerit repositus inter scripturas authenticas, vel pro talibus habitas, & eidem Archivio præsit officialis, qui suo testimonio illum corroboret, ut latè probat Genua de scriptur. privat. lib. 5. tit. de liberat. in Archiv. publ. repert. per tot. vide in §. Scriptura num. Vide Pen. decis. 201. n. 4. decis. 957. num. 1. & decis. 1180. nu. 5., ubi Crescin. Spad. cons. 16. & 19. lib. 2. 16

An autem sit necessaria citatio partis in extractione scripturæ ab Archivio, & alia, idem Genua loc. tit. num. 21. & seqq. fol. 266.

Liber rationum inter diversas personas, & de diversis negotiis conscriptus, ab uno approbatus, non probat contra alios, & licèt sit inter easdem personas & contineat diversam causam, vel negotia, & capitula separata approbatus quoad unum capitulum pro se, non censetur approbatus quoad alia contra se, nam ubi separatæ sunt causæ, & particulæ quis potest partem approbare, & partem improbare, secus autem si agatur de eodem negotio à scribente tractato nomine sui, & adversarii, ut in libro tutoris, curatoris, depositarii, œconomi, & similium, nam si in eo sint adnotata accepta ad favorem domini, & soluta sive impensa ad favorem scribentis, etiam diversis modis, temporibus, & causis, tunc si ille minor, vel dominus acceptet, quæ scripta sunt ad suum favorem, tenetur etiam acceptare alia, quæ sunt in sui detrimentum, & sic contra se, cum talia data, & accepta in eodem libro contenta tamquam connexa, & inseparabilia propter unitatem officii, & administrationis reputentur, Gloss. & DD. in l. publica, §. fin. ff. deposit. Menoch. de arbitr. cas. 93. num. 10. & seqq. Genua dict. lib. 4. nu. 14. & seqq. ad 29. fol. 202. 17

Quæ dicantur connexa, & quæ separata, latè explicat Menoch. de arbitr. cas. 95. per tot. Genua de script. privat. lib. 4. tit. de connex. & separ. fol. 204. & seqq. ad 208.

Liber rationum domini probat contra rusticos, & colonos, si contineat partitas verisimiles, quæ pro majori parte verificentur, ac data, & recepta, vel si de consensu ipsorum rusticorum sit conscriptus, vel si ab illis allegetur, vel si agatur de modica quantitate, cum inter colonos, & dominum procedatur de bono, & æquo, prout inter socios, M. Anton. Maccrat. var. resol. lib. 5. cap. 19. n. 2. & seqq. Genua d. lib. 4. tit. de lib. Dom. contr. rustic. fol. 208. 18

Liber rationum societatis plenè probat inter ipsos socios, etiam pro socio scribente, & in summis ma- 19
gis,

gis, cum de consensu omnium scriptus præsumatur, & cum illorum personæ inter se sint jam approbatæ, dummodò contineat verisimilia juxta qualitatem negotii data, & recepta, sit scriptus saltem manu unius ex sociis, vel alterius ad id per omnes deputati, contineat tantùm attinentia ad illam societatem, & non alia extrinseca, non sit in aliqua parte cancellatus, & contineat diem, mensem, annum, quibus deficientibus probare solum contra scribentem, & non pro illo, latè Genua *de script. priv. lib. 4. tit. de lib. rat. sociot. per tot. fol.* 233. ubi etiam quod talis liber est edendus ad instantiam aliorum sociorum, & alia. Vide Spad. *cons.* 295. *lib.* 2. Baldue. *tit.* 4. *decis.* 40. *n.* 12.

20 Liber rationum tutoris debet omnia, data, & accepta redditus, & exitus, ac expensas clarè, & singillatim cum die mense, & anno continere, ac cum causa, ex quo fundo, à quo colono, à quo debitore, & hujusmodi, aliàs datur juramentum in litem contra tutorem, de quo dixi in *§. Juramentum nu.* & *§. Tutor num.* 14. & dictus liber probat circa expensas verisimiles, & alia, ut per Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 8. *per tot. fol. mihi* 117. Genua *de script. privat. lib. 4. tit. de tut. curat. & simil. nu.* 3. *& seqq. fol.* 210. Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *num.* 19. *&* 20. Muñoz. *de ratiocin. cap.* 10. *per tot.* Merlin. *decis.* 589. *per tot.* Rot. *part.* 1. *recent. decis.* 590. *nu.* 5. *par.* 7. *decis.* 111. *num.* 5. *& part.* 9. *decis.* 126. *nu.* 9. *&c.* De Luc. *de Tutelis disc.* 6. *n.* 11. *& disc.* 7. *n.* 6.

Quod libri rationum tutorum, curatorum, & similium administratorum probent pro illis, etiam in magnis summis, dummodò clarè, & distinctè omnia complectantur, causam contineant, adsit dies, & annus, persona, quæ scripsit sit fide digna, contineant verisimilia, & negotia tantùm spectantia ad personam illius, cujus bona administrantur, & addatur juramentum ipsius scriptoris, nisi sit mortuus, latè Genu. *loc. cit. num* 7. *& seqq. ad* 29. *fol.* 211. ubi etiam *num.* 41. an probent contra tertium, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 84. *&c* Rota coram Pamphil. *decis.* 238. *n.* 1. 3. *&* 7

Deficientibus autem debitis requisitis probant tantùm contra scribentes, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 126. *per tot. & decis.* 359. *num.* 3. *& seqq. & decis.* 410. *num.* 16. *&* 17. *eadem part.* 9. *& part.* 11. *decis.* 54. ubi in aliis terminis.

21 Liber administratoris, & factoris domus, licèt regulariter non probet pro scribente, fallit concurrentibus adminiculis, puta legalitate scribentis, illius morte, si major pars partitarum fuerit verificata, & justificata, si contineat causam, & partitæ sine verisimiles; Baldue. *de dote tit.* 4. *decis.* 31. *num.* 49. Duran. *decis.* 352. *num.* 7. *& seqq.* ubi etiam *n.* 3. *&c.* quòd probat si fuerit retentus à Domino penes se absque contradictione, & approbatus, non probando aliundè suum creditum, quam ex illo, quo casu dum illo utitur ad sui favorem, tenetur approbare omnia in eo contenta, & descripta.

Quòd liber factoris probet contra dominum constituentem, ac illius hæredes, non tantùm in favorem tertii, sed etiam ipsius factoris, quatenus ejus fides sit agnita à domino, cui etiam tenetur dictum librum exhibere, aliàs ad interesse, Genn. *de script. privat. lib. 4. tit. de lib. fact. fol.* 209. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 475. ubi quod expensæ modicæ probantur ex libro factoris, imò etiam magnæ, stante illarum verisimilitudine secundum aliquos; licèt secundum opinionem Rotæ attendatur distinctio inter modicas, & magnas, ut in modicis credatur libro, etiamsi simul coacervatæ faciant notabilem quantitatem concurrente illarum verisimilitudine, secus autem in magnis, quæ æstimari debent arbitrio judicis juxta rei, actus, & personæ qualitates, idem Ludovis. *decis.* 512. *in eadem causa*, ubi de expensis victus factoris, pro viaticis ad tollenda impedimenta, & molestias, & de esculentis donatis procuratoribus, *infr. num.* 41.

De libro rationum Institoris quòd plenè probet contra dominum præponentem, si verisimilia contineat, & institor ipse fecerit id quòd de jure, aut consuetudine tenetur se manu propria scripserit, ita ut idem sit in simplici ejus scriptura privata, Genu. *de scriptur. privat. lib. 4. tit. de lib. Institut. num.* 94. *et seqq. fol.* 221. ubi etiam quòd scripta in jure de Institoribus hodie trahuntur ad factores, & quoscumque alios administratores, ac plura alia notabilia in hac materia Institorum, latè deducit, & declarat. Vide Spad. *cons.* 19. *n.* 10. *lib.* 2.

Liber non deputati ad scribendum, sed pro simplici memoria ab aliquo comparatus in judicio nullam fidem facit, non sit in potestate unius Copistæ adnorare aliquid in præjudicium alterius, ut dixit Rot. *part.* 3. *diversf. decis.* 14. *num.* 1. *et part.* 16. *recent. decis.* 119. *num.* 6. ubi quod liber memoriæ causa retentus non probat etiam contra scribentem. Vide *supra num.* 15. Carol. Ant. De Luc. *cap.* 31. *num.* 9. *in Pract. judic.* 22

Liber autem Officialis à publico ad scribendum deputati, etiamsi aliàs non sit persona publica, plenè probat, etiam ad favorem ipsius scribentis, & tertii in concernentibus illius officium, dummodò (agatur cum subditis, secus contra non subditos) & causam contineat, ita ut magis standum sit hujusmodi libro, quam depositioni testium contrarium asserentium, ut latè probat Genua *de script. priv. lib.* 4. *tit. de lib. rat. offic. per tot. fol.* 225. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 50. *nu.* 13. *part.* 1. Caprar. *decis.* 746. *nu.* 6. *part.* 2. Carol. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 31. *n.* 6. Caprar. *decis.* 746. *n.* 6.

Quòd est notandum pro Cancellariis, & similibus Ministris in Statu Etruriæ, ac alibi.

Quòd libri Communitatum plenè probent; Cabal. *cons. decis.* 95. *num.* 50. *lib.* 2. *infra num.* 34. Caprar. *decis.* 746. *part.* 2. *n.* 9.

Liber patroni navis benè compositus, & tentus facit plenam fidem contra omnes participes, etiam ad commodum ipsius patroni circa expensas pro fulcienda, reficienda, vel expedienda navi factas, vel pro aliis similibus ad usum ejus necessariis, cum scribæ navis sit credendum in his, quæ ad ejus officium spectant, Genua *de script. priv. lib.* 4. *tit. de lib. patr. nav. per tot. fol.* 213. 23

Liber proxenetarum, seu mediatorum, vel sensariorum nihil probat ad illorum favorem, etiamsi sint à publico approbati, nec etiam ad favorem aliorum contrahentium, cum illorum testimonium non admittatur, nisi sint à publico deputati, & agatur de pertinentibus ad illorum officium; nam tunc plenè probat, modò sit benè compositus, & clarè conventiones partium continens, ac ejusdem fiat editio, ut per Genu. *de script. priv. lib* 4. *tit. de lib. proxenet. per tot. fol.* 214. vide *in §. Testis num.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 514. *num.* 29. *cap.* 753. *num.* 4. *&c.* Card. Tusch. *litt. P*, *concl.* 954. *litt. T*, *conclus.* 203. Mascard. *de probat. conclus.* 140. *num.* 4. 16. *&c.* Farinac. *quæst.* 60. *illat.* 16. Altograd. *consil.* 10. *num.* 38. *lib.* 1. dixi *in Pract. §. Sensali num* 8. *&c.* ubi plura circa proxenetas vigore legum Municipalium Florentiæ. 24

Libri thesaurarii, prout etiam Massarii alicujus Villæ, sive Communitatis, Doganeorum, Fiscalium, venditorum salis, ac similium auctoritate publica ad aliquid peragendum deputatorum, plenè probant in pertinentibus ad illorum officium, si causam contineant, & alia juxta consuetudinem, & statuta loci, Genua *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib.* Thesaur. *Massar. &c. per tot. fol.* 238. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14 *tit.* 20. *n.* 71. *&c. fol.* 395. Tusch. *litt. L*, *conclus.* 343. ubi etiam de Libris Principum. Crescin. ad Pen. *decis.* 220. 25

Libri Usurariorum plenè probant contra illos, non autem pro illis, nisi quatenus approbentur ab adversario petente illorum editionem; Libri verò recipientium sub usuris nihil probant contra ipsos usurarios, ad quos convincendos, & odio illorum possunt compelli, edere libros suarum rationum, *Clem. un. §. Cæterum, de usur.* Menoch. *de arbitr. cas.* 499. *num.* 21. *& seqq.* Genua *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lit. usur. per tot. fol.* 259. *etc.* vide *in §. Usura num.* 26

Libri Hebræorum, & Judæorum plenè probant, etiam contra Christianos in pertinentibus ad illorum officium, dummodò tamen ex privilegio Papæ, qui 27

habet potestatem derogandi canonibus, illorum fides sit approbata, aliàs secus si ab alio Principe, qui non habeat hujusmodi potestatem, Alex. *cons. 53. per tot. lib. 2.* Genu. *d. tract. lib. 4. tit. de lib. Hebræorum per tot. fol. 262.* Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 15. num. 138.* ubi damnat hujusmodi privilegia, & dicit iniquum, irrationabile, & inhonestum esse, ut credatur scripturæ Hebræorum contra Christianos, cui libenter assentior propter illorum perfidiam, & falsitatem, quam sæpè adhibent in illorum negotiis, & rebus, maximè contra Christianos, vide in *§. Judæi n.*

28 Libri Aromatariorum de jure non probant, secus autem de generali consuetudine, vel aliis concurrentibus conjecturis, de quibus latè Camil. Borell. *consil. 82. per tot.* Purpur. *consil. 31. lib. pr.* M. Anton. Macerat. *var. resol. lib. 2. cap. 6. per tot.* Vide Genu. *de privat. script. libr. 4. tit. de Aromat. nu. 7.* Carol. Ant. De Luc. *in pract. judic. cap. 31. n. 10.*

In statu Ecclesiastico si sint compositi, & teneti more mercantili plenè probant usque ad quinquennium per Mot. prop. Julii Papæ III. confirmatum à Clemente VIII. ut testatur Genua *de script. priv. lib. 4. tit. de lib. Aromat. nu. 8.* Romaguer. *in Addit. ad Concil. stat. Eugub. lib. 3. rub. 2. num. 2. & seqq. per tot.* ubi alia plura de Aromatariis & Protomedicis.

Probant etiam in statu Etruriæ juxta ampla privilegia, Constitutiones, & statuta Artis Aromatariæ.

Qualiter autem taxari, & reduci debeant pretia, vide statuta dictæ Artis, & quæ notavi *in §. Taxatio num. 4.*

29 Libri Monasteriorum, vel aliarum Ecclesiarum plenè probant, etiam pro ipsis Monasteriis, & Ecclesiis, si custodiantur per officiales ad id deputatos, vel si sint antiqui, vel ubi ageretur de parva summa, & modico præjudicio, vel si contineant plures partitas veras, nam in connexis probant, vel si consuetudine receptum sit illis credi, Genu. *de script. priv. lib. 5. tit. de lib. Monaster. fol. 267.* ubi etiam an per hujusmodi libros censuales probetur dominium ad favorem Ecclesiæ, vel Monasterii, vide in *§. Dominium num.* Tusch. *litt. L, conclus. 344. per tot.* Vide Spad. *consil. 120. n. 4. lib. 2.* Cels. *decis. 177.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap. 31. nu. 5.* Caprar. *decis. 90. n. 2. & 4.*

30 Libri Confraternitatum scripti à scriba deputato ab ipsis Confratribus probant in pertinentibus ad illam Confraternitatem, vel Collegium, Genu. *dict. lib. 5. tit. de lib. Confrat. fol. 270.* Cabal. *consil. decis. 138.*

31 Liber rationum privati non est regulariter à reo edendus ad instantiam actoris, qui prætendit aliquid in eo ad sui favorem scriptum esse, nisi duobus concurrentibus, nempè quod sit scriptus de mandato expresso, vel tacito illius, & fiant ejus interesse, ac utilitate, vel nisi æquitas aliud suadeat, ut in rustico, vel amico, qui sequutus fuit fidem domini, vel amici, cujus rationes pustea sibi edi petat: Actor autem ad instantiam rei tenetur edere ipsi reo librum suarum rationum, utcumque privatum, & eo non mandante scriptum, Genu. *de script. privat. lib. 4. tit. de lib. rat. nu. 139. & seqq. ad 149. fol. 199.* Card. Tusch. *litt. E, concl. 44. per tot. vide in §. Actor num. 3.* Rot. *part. 11. recent. decis. 237. per tot. & par. 17. decis. 38.* ubi quod probata existentia, & interesse petentis intrat officium judicis pro exhibitione, absque eò quod editionem petens declaret velle stare libris pro, & contra se. Em. De Loc. *de Regal. disc. 151. à num. 4.* Vide Brunnemann. *in tit. ff. & C. de edend.* Pen. & Crescin. *decis. 254.* Abeccles. & Crescin. *obser. 48. & seqq. part. pr.*

In casu autem editionis fiendæ sufficit librum ostendere & copiam describendi, vel legendi facere, non autem effectualiter tradere, Rot. penes Farinac. *dec. 767. num. 2. & c.* Genu. *d. lib. 14. tit. de lib. administr. num. 7. & 8. fol. 213.* Ludovis. cum Beltramin. *decis. 151. per tot.* Vide Abeccles. & Crescin. *dict. obser. 49. part. pr.*

Et quando sit facienda exhibitio librorum, Gratian. *discept. forens. cap. 909. num. 10. & c.* vide in *§. Mercator num. 18. §. Instrumentum num. 20.* Abeccles. & Crescin. *dict. obser. 48 & seqq. part. pr.* Pen. & Crescin. *decis. 254.* Brunnemann. *in tit. ff. et C. de Eden.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap. 31. in fin.*

Quòd quis non teneatur ad exhibitionem librorum, nisi verè, & plenè (non autem tantùm præsumptivè) probata penes eum existentia, loquendo in libro tutelari, qui non præsumitur extare penes hæredem tutoris, nisi concludenter probetur, Merlin. *decis. 569.* Ludovis. *decis. 199.* Abeccles. & Crescin. *observat. 51. part. pr.*

Quod ut quis possit prætendi obligatus ad custodiam, & exhibitionem scripturarum sit probanda illarum existentia de tempore captæ possessionis, nec tenearur de facto antecessorum, etiam dolosè, Bich. *decis. 227. num. 2. & num. 8.* ubi quod probata semel existentia penes aliquem, qui dicit desiisse habere tenetur probare, Rot. *part. 17. recent. decis. 38. & decis. 73.* ubi quod post semel redditam rationem, & post sententiam, non tenetur amplius administrator custodire, nec exhibere libros.

Liber ratione publici officii conscriptus, est ad instantiam petentium proculdubio edendus, Genu. *de script. privat. lib. 4. tit. de lib. argent. num. 40. & seqq. fol. 232. tit. de lib. pubellar. nu. 21. & c. usq. 238.* Ansald. *de Comm. & Mercat. disc. 66. n. 8. & 9. disc. 72. & 73.* Abeccles. & Crescin. *obser. 50. part. pr.* 32

Prout etiam Mercatores nostri temporis tenentur suarum rationum libros edere, etiam ad fundandam actoris intentionem, ut latè probat idem Genu. *dict. lib. 4. tit. de lib. Mercat. quæst. ult. per tot. fol. 253. & c.* vide in *§. Mercator n. 18.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 3. num. 62. & c.* Cabal. *cons. decis. 122. num. 10. & seqq. lib. 2.* Rot. *part. 17. recent. decis. 115.* Ansald. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.* Scap. *de Jur. non script. lib. 3. cap. 76. n. 9.*

Et præcipuè Judæi, ut dixi in *§. Judæi num.*

Liber non est edendus ab actore, vel reo sub juramento asserente illum esse deperditum, & fecisse diligentias in perquirendo, dummodò ad illum custodiendum non essent obligati, nam si ex contractu, vel obligatione tenebantur illum custodire, amissio non probatur per solum juramentum; aliàs autem exhibitionem, vel editionem petens, existentiam penes eum, è quo edi petit probare debet, Rot. per Farinac. *decis. 238. 239. & 241. per totum.* Genu. *de script. privat. lib. 4. tit. de lib. rat. num. 149. fol. 200.* vide in *§. Amissio num. §. Instrumentum num. & §. Scriptura num.* Merlin. *decis. 569. & decis. 809. per tot.* ubi quando non sit facienda exhibitio librorum Ludovis. *decis. 199.* Abeccles. & Crescin. *obser. 47. & obser. 51. part. pr.* 33

Quod liber rationum tutoris, curatoris, & similium administratorum sit exhibendus, etiam per illorum hæredes, ita ut amissio non possit per juramentum probari, cum tam ipsi administratores, quàm illorum hæredes teneantur hujusmodi librum custodire, & exhibere, Menoch. *cons. 354. per tot.* Genu. *lib. 4. tit. de lib. tut. & curat. num. 33. & seqq. fol. 212.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 3. num. 56. & c.* Intellige probata verè existentia, ut per Merlin. & Ludovis. *loc. cit. alias secus*, Rot. *par. 17. recent. decis. 326.* ubi quod amissio libri, de cujus existentia constabat, non probatur juramento, De Luc. *de Regalibus disc. 151. nu. 7.* Abeccles. & Crescin. *loc. cit.*

Quod nec librorum amissio probetur per assertionem ufararii, vide in *§. Amissio num.*

Quod stetur juramento hæredis, libros confectos per defunctum ad se non pervenisse, nisi convincatur de mendacio, Ursil. ad Afflict. *decis. 274. num. 4.* sequitor Genua *lib. 5. in notabil. post medium fol. 284.* vide Ridolphin. *loc. cit.* ubi intelligit ut supra, nisi teneantur custodire, Abeccles. & Crescin. *observ. 51. part. pr.*

Contrarium quod imò non stetur juramento hæredis, quod libri, vel aliæ res defuncti ad se non pervenerint, latè Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. nu. 10. & c.* ubi respondet contrariis, Cavaler. *decis. 545. n. 2.*

Qualiter autem petens editionem libri sine ulla protestatione dicatur illum approbare, vide Altogr. *consil. 6. num. 23. & 24. lib. pr.* Abeccles. & Crescin. *obser. 50. & 9. part. pr.*

Sed in contrarium facit Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3.

3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 404. *fol.* 416. dixi in *§. Actor n.* 24. Rota *part.* 17. *recent. decis.* 38. *num.* 7.

Quod quando liber computorum administratoris fuit semel productus, & pars eo viso per multum tempus tacuerit, præsumatur fuisse fidelis, & administratio recta, etiamsi amplius non reperiatur, & ex hoc colligatur non stetisse per administratorem quo minus ratio redderetur, benè Seraph. *decis.* 684. *num.* 5. *& per tot.*

34 Libri gabellæ, vel similium officialium deputatorum ad exigendum gabellas, vel collectas faciunt plenam fidem, etiam pro scribente inter subditos communi, circa spectantia ad illorum officium, & non ultra, ac etiam ipsum contractum principalem probant quando sumus inter præsentes, & consentientes; solutio enim gabellæ facta de consensu, & præsentia utriusque contrahentis necessariò probat contractum præcessisse, Gratian. *discept. for. cap.* 727. *num.* 11. 16. *&c.* Genua *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. offic. n.* 37. 38. *& per tot. fol.* 227. *& de lib. Gabell. num.* 11. *& per tot. fol.* 237. ubi etiam quod tales libri tamquam publici sunt edendi ad instantiam petentis supra *num.* 22.

De fide libris Gabellariorum adhibenda, Surd. *dec.* 336. *lib.* 2. Mart. Medic. *decis.* 87. *per tot. cum Addit.* Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 223. *num.* 6. *etc.* ubi quod probant quantitatem rei ibi descriptam, non tamen excludunt majorem à testibus telatam, & sic probant affirmativè, non autem negativè, & rursus *dict. part.* 11. *decis.* 239. *per tot.* vide de Luc. *de Regal. disc.* 151. *& disc.* 82. *nu.* 4. ubi an probent negativam solutæ gabellæ. Vide Rocc. Episc. *cap.* 77. *a n.* 10., ubi an, & quando probant. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. judic. cap.* 31. *n.* 8. eumdem Card. De Luc. *de Regal. disc.* 68. *n.* 8. *disc.* 151. *a num.* 13. *de Judic. disc.* 30. *n.* 11.

De libris susceptorum annonæ (Abundantieri, vel Collectores vulgò dicti) quod plenè probent, cum sint à publico deputati, & quale sit illorum officium, Gen. *in Addit. tit. de lib. suscept. annon. per tot. fol.* 57. Rot. *dict. decis.* 223. *num.* 8. ubi quod probant valorem frumenti, &c. *& decis.* 193. *num.* 10. Bich. *decis.* 580. *num.* 27. *& seqq. & num.* 36. ubi quod debent detrahi vecturæ, cum pretium Urbis non adaptetur, nisi frumento in ea existenti. Vide Cels. *decis.* 225. *n.* 9. *decis.* 247. *n.* 3. Emeria jun. *decis.* 104. *n.* 3.

Quod libri Depositariæ publicæ sufficienter probent pro tertio contra tertium, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 226. *nu.* 5. ubi concordantes habentur. Crescin. ad Pen. *decis.* 220.

Quod libri dohanæ in his, quæ ad Dohanam non pertinent in nihilo suffragentur, nec præjudicent tertio, qui eorum descriptioni non interfuit, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 119. *num.* 7. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 220. Carol. Ant. De Luc. *dict. cap.* 31. *n.* 8.

35 Liber æstimi regulariter non probat contra tertium, fallit tamen contra dominum rerum in æstimo descriptarum, vel quando reperitur penes Marchionem, vel inter publicas scripturas custoditus à Magistratu publico, & diu habitus pro publico, & authentico, & ideò tunc probat bona fuisse in bonis testatoris fideicommittentis, sicut etiam concurrente solutione onerum, & collectarum, inter Universitatem, & descriptum in illo, inter præsentes, & consentientes descriptioni, seu transmutationi æstimi de uno, in alium, nisi probetur simulatio, & in omnem casum inducit talem qualem præsumptionem transferentem secundum plures onus probandi in adversarium; intelligendo omnes istas limitationes, quando agitur inter subditos, ut latè per Genua *de scrip. privat. lib.* 5. *tit. de lib. æstim. quæst. pr. per tot. fol.* 275. *& quæst.* 1. *&* 3. ubi an probet dominium, & possessionem, in quo conclude pro ut supra, & dixi in §. *Extremum n.* 2. latè Tusch. *litt. L. conclus.* 345. Rot. *part.* 14. *recen. decis.* 219. *num.* 15. *&* 16. ubi quod liber æstimi auctoritate municipali descriptus, & asservatus benè probat assertionem in eo descriptam, *& part.* 15. *decis.* 166. *num.* 9. *& seqq.*

An probet justum rei valorem, Genu. *loc. cit. quæst.* 4. *per tot. fol.* 280. *vide in §. Valor num.* Rot. *part.* 18. *recen. decis.* 703. *num. pr. & seqq.* ubi quod sic saltem præsumptivè, & nisi doceatur de contrario.

Alia plura de libris æstimi, vide per Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 128. *conclus.* 674. *&* 675. *litt. E. concl.* 345. *litt. L*, cum aliis per Genu. *loc. cit.* De Luc. *de Judic. disc.* 30. *n.* 26. *de Benefic. disc.* 90. *n.* 68.

Quod liber æstimi saltem præsumptivè probet quem esse, vel non esse solvendo; item probet censum, communionem, sive societatem, prout etiam divisionem, Genu. *lib.* 5. *tit. de lib. æstim. quæst.* 5. *cum quatuor seqq. fol.* 281. *&c.*

Qualiter liber æstimi probet bona fideicommissi fuisse in bonis testatoris tempore mortis, vide *in §. Fideicommissum numer.*

Quod liber æstimi antiquus probet quoad fines, & latitudines prædiorum, Guidobon. *Advocat. sua* 104. *n.* 9. Genu. *loc. cit. Miscellan. fol.* 203. vide plenè Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 520. *num.* 12. *& seqq. & num.* 37. *& seqq.*

An liber æstimi probet primum extremum in Salviano dixi in §. *Extremum num.* 2. ubi etiam quid vigore legum Municipalium status Florentini, & generaliter quid, & quantum, probet Scapuc. de Salvian. *lib. pr. quæst.* 29. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 252. *num.* 30. *&c. nu.* 44. *&c.* Magon. *decis. Florent.* 10. *num.* 6. *& seqq.* Geno. *loc cit.* Urceol. *Consultat. forens. cap.* 92. *nu.* 26. *&c. volum.* 2. ubi quod probat possessionem saltem præsumptivè ad effectum transferendi onus probandi contrarium in adversarios, Posth. *de manutent. observat.* 27. *nu. pr.* Buratt. *decis.* 690. *num.* 2. Altograd. *cons.* 74. *num.* 26. *lib.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 434. *num.* 2. *& seqq.* ubi pro manutentione, *& part.* 15. *decis.* 166. *num.* 9. *& seqq.* ubi quod ad effectū manutentionis probat concludenter, & alia in terminis Æstimi Pisarū, pro plena probatione, *& par.* 19. *dec.* 270. ubi quod junctis adminiculis probet etiam contra tertium possessionem debitoris de tempore contracti debiti, & identitatem bonorum de uno ad alium translatorum.

Quod non probet, nisi contra eos, qui illius descriptioni consenserunt, Gratian. *discept. for. cap.* 727. *num.* 20. *&c.*

Quod in præjudicium describentis probet dominium in favorem alterius, Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 60 *fol.* 109.

Quod alio reperto possidere nihil probet. Magon. *dict. decis.* 10. *num.* 47.

Quod in antiquis probet saltem præsumptivè dominium, & possessionem, nisi adsint præsumptiones contrariæ, idem Magon. *decis. Flor.* 37. *num.* 3. *&c.*

Non tamen probat civilitatem, nec aliquem esse civem alicujus loci ex eo quod sit in tali libro descriptus tamquàm civis, vel inter cives distinctos à forensibus, quia cum sit factus ad effectum exigendi onera, & gabellas non concludit quoad civilitatem, Natt. *consil.* 386. *num.* 6. latè Ludovis. *decis.* 372. *per tot.*

Plura de æstimo faciendo per homines Universitatis, & quomodo, Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub lib. pr. Rub.* 39. *per tot.*

Liber baptismi non solum probat baptismum, & ætatem, sed etiam inducit præsumptionem circa ea, quæ ibi reperiuntur descripta de filiatione ignoti patris, Cavalcan. *decis.* 12. *num.* 23. *&c. part.* 2. *& decis.* 10. *num.* 48. *part.* 3. Gratian. *discep. for. cap.* 744. *nu.* 7. Sperell. *decis.* 174. *nu* 28. *&c.* vide in §. *Ætas num.* *& §. Filiatio num.* Cels. *decis.* 347. *n.* 2. *et* 3. *& dec.* 226. *n.* 13. Crescin. ad Pen. *decis.* 907. 36

Quod probat autem, Duran. *decis.* 18. *num.* 22. latè Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 51. *num.* 52. *etc.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *nu.* 196. *&c. fol.* 279. Rot. *part.* 13 *recent. decis.* 447. *nu.* 7. De Luc. *de Judic. disc.* 30. *num.* 9.

Quod liber Plebani, Parochi, sive Curati, in quo notantur baptizati plenè probet ætatem, etiamsi diem nativitatis non contineat, sed tantum diem baptismi, ac etiamsi tractaretur de commodo illius, cujus est liber, Genu. *de script. priv. lib.* 5. *tit. de lib. Pleb. per tot. fol.* 271. Card. Tusch. *litt.* . *conclus.* 340. *nu.* 7. Mascard. *de probat. conclus.* 672. Possent. *sing.* 176.

Liber Curati, sive Parochi probat etiam mortem, 37 nativitatem, excommunicationem, & alia, Genu. *de script. priv. lib.* 5. *tit. de lib. Cur. q.* 2. *& seqq. fol.* 272.

Quod probet etiam matrimonium, Genu. loc. cit. quæst. 6. fol. 273. ubi etiam de libris Canonicorum, de libris Cameræ Apostolicæ, de libris Prælatorum, de libro Cæremoniali, & similibus, an, & quando probent, vide per eum, & de matrimonio, dixi in §. Matrimonium num. De Luc. de Judic. disc. 30. num. 7. de Jurepatr. disc. 32. n. 22. Annot. ad Concil. disc. 26. num. 5. Crescin. ad Pen. dict. decis. 907. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 31. n. 7.

Quod liber, in quo describuntur nomina Mortuorum plenè probet, Gratian. disceptat. forens. cap. 869. nu. 23. &c. & in libro Hospitalis sequitur Genu. dict. lib. 5. tit. de lib. Hospit. fol. 170. & in libro Curati, idem Genu. loc. cit. tit. de lib. Curat. quæst. 2. fol. 572. Rot. part. 13. recent. dec. 59. nu. 4. & seqq. ubi ex quibus conjecturis arguatur falsitas, ita ut nullatenus probet. Cels. decis. 130. n. 2. & decis. 352. n. 3.

38 Liber historiarum qualiter probet vide in §. Historia, ubi etiam de libris Chronicorum.

Quod liber Chronicorum descriptus per verba enunciativa non probet, nisi versemur in antiquis, & liber ipse sit approbatus, Genu. de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 47. fol. 579. De probatione per diversos libros latè Altimar. de nullit. rubr. 7. quæst. 4. à n. 12.

39 Libri empti à patre pro filio, & illi traditi, sive pecunia pro illorum emptione destinata, regulariter non sunt conferendi cum aliis fratribus, & in casu collationis esset attendendus valor de tempore mortis patris, & non emptionis, Duen. reg. 371. per tot. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 27. Gratian. discep. for. cap. 50. n. 24. &c. cap. 231. n. 18. &c. cap. 254. nu. 51. &c. Menoch. de arbitr. cas. 131. per tot. ubi limitat, nisi magna ob id resultaret inæqualitas, quæ arbitrio judicis æstimabitur, Merlin. decis. 273. num. 14. etc. Viv. comm. opin. 324. ubi videtur intelligere in filio emancipato, & aliis modis etiam declarat, vide in §. Expensæ n. 23. et seqq. plenè Oinot. §. Quædam actiones n. 45. et seqq. Instit. de act. fol. 440. Mantic. de tac. et ambig. lib. 13. tit. 14. num. 8. et seqq. Antunna de Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 5. num. 22. et seqq. Vide Rocc. Episc. cap. 54. à nu. 19.

Quod libri dati filio unius ex sociis omnium bonorum, remaneant communes, Michalor. de fratr. part. 2. cap. 29. n. 16. etc.

Quando libri studii acquirantur filio studenti, vel non, Tusch. litt. L. conclus. 349. et 350.

Libris legatis, quid veniat, vide in §. Legatum n. 19. in fine, et n. 55. et 68. ubi Crescin. in novissimis additionibus.

40 Libri Hæreticorum, Negromanticorum, sive aliàs prohibiti, qualiter, & sub quibus pœnis non possint ab aliquo retineri, vel legi, & retinentes, vel legentes ob id subiiciantur Tribunali Sanctæ Inquisitionis, Caren. tractat. de hæresi nu. 125. Delrius Disquis. Magic. lib. 3. sect. 17. Cancer. quæst. crim. cap. 1. de hæret. n. 64. Farinac. de hæresi quæst. 180. num. 9. Sessa tom. 4. decis. 464. n. 24. & alii relati per Dian. part. 4. tract. 7. resol. 6. Ricc. dec. 160. vol. 2. vide in §. Amor nu. 6. et §. Lex n. 6. Scortiam in Select. Pontif. Constit. Epit. 63. Theorem. 168. et 169. fol. 240. latè Sousam in Aphorism. Inquisit. lib. 1. cap. 11. per tot. fol. 97. etc. latè Baldell. Theolog. moral. tom. 2. lib. 1. disputat. 45. 46. et 47. Franeisc. de Magistr. in Silv. Eccl. part. 2. lib. 2. cap. 20. per tot. fol. 688. et seqq. Caren. de offic. S. Inquisit. part. 2. titul. 10. per tot. Torreblanc. de Magia lib. 3. cap. 15. Carol. Anton. Thesaur. de pœn. Eccles. part. 2. verb. Libri fol. 214. etc. latè Mendo tract. de jur. Academ. lib. 2. quæst. 17. ubi multa dubia resolvit Castejon. Alphabet. jurid. verb. Libri, Com. August. Fontan. Bibliothec. legal. eod. verb. part. 5. fol. 45. Lezan. quæst. regul. vol. 2. verb. Libri. Vide Card. De Luc. Relat. Cur. disc. 8. n. 8. et disc. 19.

Quod nulli libri, aliæve scripturæ possunt imprimi, & publicari absque approbatione Ordinarii sub pœna ducatorum centum fabricæ S. Petri applicandorum juxta Bullam Leonis X. de qua plura Ricc. Collect. 3963 et 3808. et decis. 77. et 380. Scortia in Select. Pontif. Constit. Epit. 56. Theorem. 154. et 155. fol. mihi 224.

Quod retentio librorum damnatæ lectionis scienter habita reddat suspectum de hæresi, ignorantia verò rationabilis excuset, Costa de facti scient. et ignorant. dist. 33. per tot.

Libro rationum administrationis statur circa expensas ab eo factas, dummodò expensæ sint verisimiles, non possint aliter probari, ut quia sumus in actibus, qui fieri consueverunt absque testibus, & scripturis, concurrat etiam qualitas, sive veritas causæ, legalitas scribentis, ipsiusque bona fama, expensæ non sint excessivæ respectu patrimonii, & hujusmodi, ad tradita per Cravet. de antiq. temp. vers. limitatur quarto n. 31. et seqq. Beltrand. consil. 139. lib. pr. Genua de scrips. privat. tit. de lib. Administr. n. pr. et seqq. vide supra n. 22. 41

Quod ut liber Administrationis probet, debeant in eo omnia singillatim describi de die in diem, tam respectu ejus, quod recipitur, quam ejus, quod expenditur, ut tantum ex tali fundo, tantùm à tali colono, tantum à tali debitore, tantum tali die, mense, & anno, & in tali re expensum, Joseph. Ludovis. conclus. 29. pag. 73. vers. amplia 18. Genua ubi supr. n. 3. etc. Vide Emerix jun. decis. 1203 n. 8. cum seqq.

De diversis libris, eorum auctoritate, & fide, Castejon. Alphab. jurid. verb. Libri n. 13. & Com. August. Fontan. loc. supra citat. Card. De Luc. in indic. general. Maxtiss. ad eumdem Castald. Bertæbin. Altimar. Emerix Caprar. Pignatel. Ursaya Mans. Palm. & alii moderni. 42

Librari, sive Bibliopolæ, Calcographi, & similes librorum mercatores propter nobilius subjectum ab illis tractatum dicuntur, & sunt nobiliores cæteris mercatoribus, illisque præferuntur in sessionibus, & hujusmodi, ac plura de illorum nobilitate, Cassan. in Catal. glor. Mundi par. 12. cons. 73. Garzon. in opere nuncupato, la Piazza universale Rub. de Librai, cæterique relati à Thoro Compend. dec. Neap. part. 1. verb. Mercator. ubi decisum testatur, & quod in illo Regno pro illorum Mercaturis sunt exempti à Regia Dohana ex speciali privilegio Caroli V. Imperatoris, sicut nec scholares solvunt gabellam pro libris. 43

Libri Studiosorum qualiter sint exempti ab omni obligatione, & hypotheca etiam expressa generali, nec in illis possit fieri aliqua executio, Ricc. Collect. part. 5. decis. 3042. Vincent. Caroc. de remed. controv. sentent. præjud. except. 56. cæterique relati à Mendo tract. de Jur. Academ. lib. 3. quæst. 7. nu. 51. fol. 274. & dixi in §. Executio n. 3. &c. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. subsect. 2. nu. 23. pag. mihi 190. 44

Liber componendarum Datariæ Apostolicæ plenè probant qualitatem gratiæ, & de ratione Ansald. dec. 30. n. 17. 45

Libri societatis debent confici sub nomine utriusque contrahentis, & illos retinens tenetur reddere rationem Otthob. dec. 40. n. 15. & 16 46

Libri Capparum, & Pictantiarum Ecclesiæ Cathedralis probant Cels. dec. 19. nu. 10. & 11. 47

Libri Gabellariorum probant affirmativam quod nempe tot res fuerint introductæ Ansald. decis. 11. num. 8. 48

Liber Æstimi an probet identitatem Cels. decis. 295. n. 2. 49

Liber baptismi an probet filiationem Pen. decis. 833. à n. 6. Cels. dec. 226. n. 13. & dec. 347. nu. 3. Carol. Ant. De Luc. in Pract. judic. cap. 31. nu. 7. Card. De Luc. de Judic. disc. 30. n. 8. 50

Liber nuncupatus matriculæ Protonotariorum non probat negativam annotationis, si Literæ patentes se referunt ad Librum Registri Caprar. dec. 131. n. 6. 51

Liber tutelaris, quoties ex confessione filiorum ad positiones, convincitur à matre tutrice confectus, omnia ratio suadet, quod ad ipsos cum hæreditate matris pervenerit Caprar. dec. 214. n. 8. Libri tutelares veniunt sub nomine scripturarum concernentium domum ibidem n. 9. Et Libri tutelares præsumuntur adesse inter scripturas in confuso in inventario descriptas ibidem n. 12. Et contra retinentes Librum tutelarem, & scripturas insurgit præsumptio, quod inter ipsas adsint probationes peni- 52

tus

tus excludentes tutricia debitum *ibid. num.* 17. De libris tutelaribus vide infra *n.* 80.

53 Libro beneficiorum Ecclesiarum Civitatis est plena fides adhibenda Rot. *decis.* 82. & 83. *utrobique n.* 2. *part.* 11. & *decis.* 564. *n.* 5. *part.* 18. & *decis.* 48. *nu.* 2. *part.* 19. *recent.* Caprar. *dec.* 536. *num.* 5. *part.* 2.

54 Libri Depositariæ Montium, facta solidatione, ex quibus dicantur restituti Caprar. *dec.* 485. *nu.* 6. Et Libri Depositariæ post redditam rationem in actu solidationis dicuntur restituti Caprar. *dec.* 513. *n.* 5. De Libris montium vide infra *n.* 76.

55 Libri, & aliæ scripturæ Jurium Testatoris an remanere debeant penes hæredem, vel usufructuarium Castill. *de usufruct. cap.* 59. *sub n.* 29. Cabrun. *lucub.* 22. *n.* 25. qui resolvunt penes hæredem illas remanere debere.

56 Libris an magis noceat falsitas, vel error alicujus partitæ, quam prosit verificatio alicujus partitæ, & magis nocere docet Carol. Ant. De Luc. *in Pract. judic. cap.* 31. *n.* 21. *vers. magis*.

57 Parochorum libris, in quibus annotantur baptismata, & matrimonia defertur circa administrationem illius [illegible] & qui fuerint patrini, & non quoad [illegible] extrinseca, ut filiationem, dotem, nec [illegible] validitatem super statu libero contrahentium, aut libertatem consensus, aut super ea qualitate, quæ reddat contrahentes domiciliarios, & ipsius Parochi subditos Capyc. Latr. *decis.* 14. Ludovis. & Add. *decis.* 577. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 7.

58 Libri intitulati *vacchetta*, *strazzo*, *secreti* non attenduntur Rot. *dec.* 358. *p. pr. dec.* 54. *n.* 8. *p.* 11. *rec.* Carol. Ant. De Luc. *supra n.* 21.

59 Libri quando sint revidendi ab Episcopo in loco visitationis, vel potius sint transportandi ad Palatium illius Berrachin. *vot.* 91. *n.* 4. Et vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 55. *n.* 14. *in fin. tom.* 2.

60 Liber, cujus author ignoratur, nihil probat Mantiss. ad De Luc. *lib.* 13. *decis.* 20. *n.* 16. *vol.* 4.

61 Libro antiquo deferendum venit Mantiss. ad De Luc. *lib.* 3. *decis.* 12. *n.* 12. *vol. pr.*

62 Liber Mercatoris decocti non probat, si partitæ sint inverisimiles Mantiss. *loc. cit. lib.* 6. *decis.* 33. *n.* 60. *vol. pr.*

63 Identitas librorum, & scripturæ in antiquis undè validè desumi possit Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 17. *n.* 26.

64 Libris capitularibus plena fides præstatur De Luc. *de Pens. disc.* 6. *num.* 14. *de Benef. disc.* 90. *nu.* 68. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *dec.* 72. *n.* 22. & *dec.* 73. *n.* 19. *vol.* 4.

Libri ecclesiæ, & statuta probant contra Capitulum, & obligant capitulares ad illius observantiam Emerix. jun. *dec.* 67. *a n.* 2. ubi hoc declarat.

Liber privatus Capituli an probet pro eodem Emerix jun. *dec.* 303. *n.* 3.

65 Libri proprii, & scripturæ privatæ possunt comburi, lacerari, aut aliàs negligi. De Luc. *de Regul. disc.* 151. *n.* 6. & 9. ad tradita per Farinac. *cons.* 43. *lib. pr.* Rot. *part.* 4. *rec. tom.* 2. *decis.* 146. *nu.* 7. & 8. Add. ad Ludovis. *dec.* 199. *n. fin.*

Secus in libris publicis, seu aliàs tenendis ex debito officio. De Luc. *d. disc.* 151. *n.* 7. Vide Thesaur. *decis.* 171. & DD. supra citatos.

66 Libri asportari an debeant ad Curiam instante parte, & extra locum gestæ administrationis. De Luc. *de Jurisdict. in Ann. ad. disc.* 73. *de success. disc.* 19. *n.* 10. Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 132. & *decis.* 550. *n.* 5.

67 Immissus in Salviano quando libros conficere teneatur de fructibus perceptis. De Luc. *de Cred. disc.* 134. *n.* 17. Post. *resol.* 5. *n.* 9.

68 Libri Monasterii, an probent professionem alicujus in Religione. De Luc. *de Benefic. disc.* 75. *nu.* 22. ubi citat Rotam *in Placent. nullit. profession.* 31. *mart.* 1656. coram Bevilaq.

69 Libri Capituli, an probent valorem beneficii De Luc. *de Benefic. disc.* 90. *n.* 68. Lotter *de re benef. quæst.* 43. *n.* 9. Rot. *rec. part.* 12. *decis.* 201. *n.* 10.

Quid de libris Cameræ De Luc. *de Benefic. dict. disc.* 90. *n.* 28. & *n.* 68. Ludovis. *dec.* 490.

Libri non bene tenti nullam merentur fidem. De Luc. *de Cred. disc.* 78. *n.* 14. *disc.* 94. *num.* 3. post Burat. *decis.* 419. *n.* 2. Cels. *decis.* 280. *n.* 6. 70

Libri Juspatronatus an, & quando probent quando in eis sunt descripta beneficia Diœcesis. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 9. *n.* 14. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 13. *a n.* 150. 71

Quid de libro visitationum, in quo status Ecclesiarum describitur. De Luc. *de Jurep. disc.* 57. *nu.* 55. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 13. *a nu.* 150. Rot. *rec. part.* 10. *decis.* 168. *n.* 24. 72

Libri Secretarii Thesaurarii non probant subcollectoriam generalem. De Luc. *de Benef. disc.* 8. *n.* 5. & *n.* 8. 73

Libri praxim edocentes an sint proficui. De Luc. *de Judic. disc.* 42. *n.* 31. 74

Libri Parochi si non reperiantur, valet fides per eum data de contractu Matrimonii. De Luc. *de Jurep. disc.* 3. *n.* 22. 75

Non tamen sunt de essentia Matrimonii. De Luc. *in Annot. ad Conc. disc.* 26. *n.* 5.

Libri Montium Pietatis urbis plenè probant. De Luc. *de Judic. disc.* 30. *nu.* 10. De libris montium vide supra *n.* 54. 76

Libri referentes se ad aliam scripturam non probant. De Luc. *de Judic. d. disc.* 30. *n.* 27. *de Credit. disc.* 68. 77

Libri tutorum aliorumque administrantium, an sufficiant pro redditione rationis quando sunt confecti modo grossolano per speciem memorialium. De Luc. *de Judic. disc.* 30. *n.* 52. *de Tutor. disc.* 4. *num.* 14. *disc.* 7. *n.* 6. *disc.* 6. *n.* 11. & *in Summ. n.* 13. & 14. Vide Buratt. & Add. *decis.* 465. Ludovis. & Add. *dec.* 475. Rot. post Zacch. *de Oblig. Cam. dec.* 252. & *in rec. p.* 7. *dec* 111. & 177. 78

Et quomodo liber tutelaris sit conficiendus De Luc. *de Tutor. disc.* 6. *n.* 11. *disc.* 7. *n.* 6. & *in Summ. num.* 7.

Et an impleri possit per æquipollens per librum mercantilem De Luc. *de Tutor. disc.* 6. *n.* 14.

Præsumuntur in dolo si libros non conficiunt De Luc. *de Tutor. disc.* 17. *n.* 6.

Redditio tamen rationum etiam sine ipsis libris tutelaribus fieri potest. De Luc. *de Tutor. disc.* 6. *n.* 12. *disc.* 7. *n.* 15. *disc.* 17. *n.* 5.

De libris tutelaribus vide supra *n.* 55.

Libri sociales si non conficiuntur, inducunt præsumptionem doli. De Luc. *de Tutor. disc.* 17. *n.* 7. 79

Libri Dataria, & Cancellariæ probant acceptationem alternativæ, aliaque in eis adnotata De Luc. *de Judic. disc.* 30. *n.* 6. 80

Libri Cameræ, seu Quinterniones Principis probant in materia feudali. De Luc. *de Judic. d. disc.* 30. *n.* 6. 81

Libri Monasteriorum, Baronum, Episcoporum &c. an probent in Materia decimarum aliarumque responsionum De Luc. *de Judic. disc.* 30. *num.* 24. Vide Palm. nep. *decis.* 466. *n.* 45. & 46. *tom.* 5. 82

Libri Mercatorum bilancia, seu quinterns, vel scartafacia nundinarum an probent De Luc. *de Judic. disc.* 30. *n.* 25. *de Cred. disc.* 49. *n.* 13. & 14. 83

Libri Mercatorum fundacalium, & tabernariorum rerum victualium, vel usualium probant De Luc. *de Judic. dict. disc.* 30. *nu.* 17. Vide Emerix jun. *decis.* 2365. *à n. pr.*

Scientia Constitutionis probatur ex libris publicè impressis, & distributis, in quibus eadem enunciatur Piton. *de Jurepatr. alleg.* 81. *n.* 24. *tom.* 2. 84

Ex quotidiana, & continua tractatione libri domestici infertur scientia omnium in eo contentorum Castr. *cons.* 314. *n.* 1. *in fin. lib.* 2. Cravet. *de antiq. temp. part.* 1. *sect.* 7. *nu.* 56. *cum seqq.* Rot. *part.* 19. *rec. tom.* 2 *decis.* 422. *n.* 13.

Liber familiaris, in quo descripta sint ab hæredibus fideicommissariis omnia bona fideicommittentis ex pluribus conjecturis adminiculatus supplet vices inventarii Gratian. *cap.* 215. Coccin. *decis.* 1886. *à n.* 10. Rot. *dict. part.* 19. *decis.* 595. *n.* 6. 85

Præceptum quod quis cogi non possit ad tradendum librum, quando illius donationem importet Rot. re- 86

recent. part. 19. *tom.* 2. *decis.* 513. *n.* 4.

87 Liber laceratus, & carens pluribus foliis non probat Adden. *ad decis.* 119. *à n.* 24. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *decis.* 239. *n.* 8. & 9. *part.* 17. & *decis.* 53. *nu.* 10. *part.* 18. Emerix jun. *decis.* 712. *n.* 5.

Præsertim si discordat ab alio aliàs producto Rot. *rec. part.* 16. *decis.* 282. *n.* 7. Cerr. *decis.* 76. *n.* 10. & 12. Emerix jun. *loc. cit. n.* 6.

Et administrator fatetur in illo omissas fuisse aliquas partitas Emerix jun. *loc. cit. n.* 7.

88 Liber productus ab aliquo præsumitur extare penes ejus hæredes Emerix jun. *decis.* 872. *n.* 7.

89 Libri privatorum Ecclesiæ præjudicare non valent Rot. *recent. part.* 7. *decis.* 57. *n.* 20. & 21. Palm. nep. *decis.* 380. *n.* 11. *tom.* 4.

Quod tamen limita, quando à Rectore approbati fuerunt in solidationibus Castald. *consult.* 556. Pacion. *de Locat. cap.* 21. *n.* 32. *in fin.* Pamphil. *decis.* 576. *n.* 5. Palm. nep. *loc. cit. n.* 12.

90 Libris mercatorum si quis declaraverit velle stare pro, & contra, illos deinde impugnare nequit Mantic. *decis.* 363. *n.* 2. Otthob. *decis.* 35. *nu.* 6. Rot. *rec. part.* 7. *decis.* 223. *n.* 9.

91 Liber regestri, æstimi, Ecclesiæ, gabellarii, notarii, inventarii, bannitorum probat instrumentum, bona esse obnoxia universitati, baptizatum, instrumentum, bona adesse in hæreditate, & bannitum Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 4. *tom.* 1.

§. LICENTIA. XIV.

1 Licentia concessa per testatorem, vel alium, de ingrediendo, & capiendo bona propria auctoritate, intelligitur dummodò alter non possideat, nam possessore reluctante, licentiæ non esset locus, sed opus esset judicis auctoritate, Gratian. *discep. for. cap.* 47. *n.* 20. *cap.* 87. *n.* 10. &c. *cap.* 542. *num.* 15. &c. ubi quod idem est in statuto dante hujusmodi licentiam, & facultatem. Palm. nep. *alleg.* 20. *tom.* 1. & *alleg.* 355. *num.* 17. *tom.* 4. Mans. *consult.* 312. *vol.* 4.

An dicta licentia importet hypothecam, vide in §. *Hypotheca n.*

2 Licentia prædicta, ut locum habeat, debet præcedere liquidatio cum citatione partis, quod evenerit hujusmodi casus possessionis capiendæ propria auctoritate, nisi sit expresse concessa etiam ante liquidationem pro summa quæ apparebit liquidato negotio, nec exerceri potest contra singularem successorem, nisi esset in esse producta tempore factæ alienationis, Gratian. *discept. for. cap.* 633. *num.* 1. &c. *cap.* 921. *nu.* 9. &c. latè Urceol. *consult. forens. cap.* 46. *n.* 24. & *seqq.* ubi etiam quod non sit necessaria citatio, quando pars adivit judicem non pro habenda licentia, sed ut sibi concedat familiam ad associandum propter scandala evitanda, vide *in* §. *Facultas n.* 8. §. *Pactum n.* 48. & §. *Possessio nu.* 4. & 43. Sanfelic. *decis.* 151. *per tot.* & *decis.* 312. Vide Palm. nep. & Mans. *loc. supra citat.*

3 Licentia disponendi altè, & bassè, ac prout videbitur, & placebit, comprehendit liberam, & absolutam voluntatem non restrictam ad arbitrium boni viri, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 23. *per tot.* ubi Carol. Ant. De Luc.

4 Licentia alienandi concessa à testatore, operatur ut ille in quem fit alienatio dicatur habere ab ipso testatore, & non ab alienante, ac concessa filio pro medietate extenditur ad totam hæreditatem, & per quæ verba inducatur hujusmodi licentia, Gratian. *discept. forens. cap.* 416. Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 427. & *seqq. fol.* 149. vide *in* §. *Alienatio nu.* 18. §. *Minor n.* & §. *Societas n.*

5 Licentia alienandi concessa inter eos de familia post inductum fideicommissum, non regulatur ad instar fideicommissi familiæ facti, in quo servatur ordo successivus, & semper proximior admittitur, ut dixi *in* §. *Fideicommissum n.* 9. &c. ita ut alienatio non possit fieri, nisi in proximiorem; sed sat est rem esse apud unum de familia, & in eo permanere licet remotior sit, Magon. *decis. Florent.* 72. *n.* 8. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 15. Fusar. *de substit. quæst* 380. Fontanel. *dec.* 94. *n.* 5. Mart. Medic. *dec.* 8. *num.* 14. & *seqq. dec.* 83. *n.* 42. Seraph. *dec.* 874. *n.* 2. Jo. Anton. Bellon. *cons.* 1. *nu.* 85. & *seqq.* ubi benè declarat hanc conclusionem.

Intellige quando agitur de fideicommisso conditionali inducto solum in casu alienationis extra familiam, & non habente antecedentem, vel subsequentem substitutionem vel ubi adest expressa licentia alienandi sine aliqua clausula præservativa fideicommissi, vel denique quando fideicommissum ex ipsa tantum prohibitione resultat; secus autem in fideicommisso simplici, perpetuo, & absoluto ante permissionem alienationis ordinato favore suorum descendentium, vel familiæ, servata gradus prærogativa, quia tunc dicta licentia non operatur, ut gravatus possit ordinem pervertere alienando in remotiorem in præjudicium proximioris vocati, vel tantùm operatur ad sustinendam alienationem durante vita gravati alienantis, & non ultra, prout egregiè declarant Bellun. *d. cons.* 1. *n.* 29. &c. Urceol. *consult. forens. cap.* 86. *per tot. volum.* 2. ubi inserit duas decisiones Rot. Rom. in Bononien. Domus de Malvasia 12. Februarii 1666. & 29. Januarii 1667. coram Emerix, idem optimè comprobantes, prima habetur *part.* 14. *rec. dec.* 415.

Quod licentia alienandi sit compatibilis cum fideicommisso in casu mortis, & quomodo, Altogr. *consil.* 81. *n.* 47. &c. *lib.* 2. vide in §. *Fideicommissum n.* 23. & §. *Facultas n.* 4. De Luc. *de Fideicommissis disc.* 57. *n.* 18. & 58. *nu.* 6. Redenasch. *cons.* 29. *n.* 25. *cum seqq.* Rot. *rec. part.* 16. *dec.* 229. *nu.* 10. Palm. nep. *alleg.* 95. *n.* 6. & 7. *tom.* 1.

6 Licentia vendendi concessa nihil operatur quoad hypothecationem, nec è contra, nam uno ex his concesso, non videtur alterum permissum, Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *n.* 19.

7 Licentia alienandi emphyteutæ concessa quanto tempore duret, vel consumatur, latè Surd. *dec.* 189. *decis.* 203. *per tot.* vide in §. *Emphyteusis n.* Palm. nep. *dec.* 140. *n.* 12. *libr.* 2. ubi quod est necessaria.

8 Licentia simpliciter concessa disponenti de aliquo retrahitur, & adaptatur tam ad ultimas voluntates, quàm ad contractus, Menoch. *cons.* 210. *n.* 1. &c. *cons.* 476. *n.* 13. &c. *cons.* 1006. *n.* 32. &c. Surd. *dec.* 279. *n.* 7. & *consil.* 357. *n.* 7. *lib.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 339. *n.* 22. ubi tamen *num.* 6. &c. concludit secus esse ubi dictum esset durante vita, quia tunc censetur reservata facultas testandi, sed tantùm inter vivos disponendi, quod ultimum, latè probat Merlin. *dec.* 747. per text. *in leg. pater filium* 36. §. *Fundum Titianum*, *ff. de leg.* 1. An licentia disponendi in vita possit exerceri in morte per ultimam voluntatem De Luc. *De Regal. disc.* 1. *n.* 4. *de Donat. disc.* 39. *n.* 3. & *disc.* 56. *n.* 13.

De alienatione permissa inter illos de familia, an censeatur etiam permissa donatio causa mortis, latè Matt. Medic. *Exam.* 52. & *dec.* 83. *per tot. cum Addit.*

Alia vide in §. *Facultas n.*

Quod licentia disponendi per ultimam voluntatem concessa à testatore filiis primi gradus nominatim institutis, non egrediatur illorum personas, maximè stantibus dictionibus repetitivis, & personalitatem denotantibus, Fusar. *de substitut. q.* 673. *nu.* 19. & *seqq.* Rot. *part.* 5. *rec. dec.* 359. *nu.* 34. & *seqq.* cum aliis per Bich. *dec.* 4. *num.* 11. & *seqq. per tot.*

9 Licentia alloquendi cum Monialibus debet concedi tantùm ob legitimam causam, nec sufficit occasio consanguinitatis, ac debet compendiosa verba dicere in præsentia Abbatissæ, qui vult cum Monialibus loqui, ita ut nec Episcopus possit extra suam Diœcesim alloqui, & ingredi Monasteria sine licentia superioris loci, Gratian. *discept. for. cap.* 393. *n.* 16. &c. latè de hac materia Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *n.* 34. *et seqq. fol.* 59. dixi *in Pract.* §. *Monasteri n.* 2. Raynald. *Syntax rerum crim. c.* 1. §. 15. ubi *n.* 11. refert duas Sacræ Congregationis resolutiones per quas fuit declaratum, patres, filios, atque fratres Monialium non indigere licentiis alloquendi cum illis, & alia ad rem, ubi qualiter, &

sub

sub quibus pœnis de hoc sit cantum per bannimenta, & Constitutiones status Florentini.

Plura notabilia circa prohibitionem alloquendi cum Monialibus, quando locum habeat, vel non, Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 48. *per tot. et resolut.* 103. *et* 104. latè Tamburin. *in suo celebri tract. de jur. Abbatiss. et Monial. disput.* 22. 23. 24. 25. *et* 26. *per tot.* Ciatlin. *part.* 2. *controv.* 14. *per tot.* Sperel. *dec.* 97. Barbos. *de jur. Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 45. *n.* 172. *et in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *c.* 5. *de Regular. et Monial.* Gavant. *in Manual. verb. Monialium allocutio*, Pellizar. *de Monial. cap.* 5. *sect.* 5. Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. part.* 2. *dub.* 70. *cap.* 9 *sect.* 2. Pae. Jordan. *loc. supra cit.* ubi *n.* 52. *et seqq.* quod patribus, & matribus, atq; fratribus, & sororibus Monialium permittitur accessus, & allocutio sine licentia, & fuit dictum in causa contra Antonium Mariam Francischium de Florentia sub die 7. Martii 1678. per Magistratum DD. Octo Balliæ, à quo cognoscuntur hujusmodi causæ per ea, quæ dixi *in §. Monasterium n.* 20.

An licentia ingrediendi Monasteria Monialium debeat esse in scriptis; etiam quoad forum conscientiæ, Diana *part.* 3. *tractat.* 2. *resolut.* 129. *et part.* 8. *tractat.* 7. *resolut.* 60. ubi an conditiones appositæ in licentia obligent sub mortali ad illarum implementionem, & observantiam, & videtur negativè concludere.

Vitium litigiosi an, & quando locum habeat, vel non, & ex quibus legibus proveniat, latè Tusch. *litt. L. concl.* 386. *&* 387. *per tot.* vide in §. *Res litigiosa.*

4 Litis contestatio dicitur principalis negotii apud judicem hincindè facta narratio, & subsequuta responsio, glos. *in cap. pr. de lit. contest.* Hostien. *in summ. eodem §. pr.* Fontanell. *decis.* 273. *& seqq.* ubi quid in Cathalonia habeat vim litis contestationis, de ejus effectibus, & alia, & *decis.* 499. *cum seqq.* ubi etiam an possit liti renunciari, tam in civilibus, quàm in criminalibus, & alia ad rem, Cancer. *var. p.* 3. *cap.* 16. *per tot.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *præmiss.* 4. *n.* 42. *& ead. part.* 2. *sect.* 2. *subsect. pr.* Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 2. *& rubr.* 13. *quæst.* 2. *tom.* 2. Abecclef. & Crescin. *observ.* 40. *part. pr.*

Quod litis contestatio meliorem plerumque faciat conditionem actoris, sed aliquando etiam deteriorem, Arias de Mesa *var. resol. lib.* 2. *cap.* 37. *&* 38. *per tot.*

Qualiter autem pluribus modis fiat hujusmodi contestatio, tam in civilibus, quàm in criminalibus, quos effectus producat, & alia ad propositum, vide per Hostien. & Goffred. *dict. tit.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 5. *per tot. fol.* 140. Marant. *in prax. par.* 6. *memb.* 10. *per tot.* Tuschus *litt. L. conclus.* 389. *& seqq. ad* 398. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 155. *&* 156. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 402. 403. 404. Mascard. *de probat. conclus.* 434. *& concl.* 985. Card. De Luca *de dote disc.* 170. *n.* 4. *de Judic. disc.* 7. *num.* 14. ubi quando dicatur contestata.

Et quoad criminalia, Clar. *§. fin. quæst.* 45. Farin. *quæst.* 10. *num.* 55. *&c.* Christin. *loc. cit.* Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 146. *per tot.*

Quòd lis habeatur pro contestata stante mora, fuga, & cunctatione citati ne contestetur, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 851. *num.* 4. *cap.* 939. *num.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 15. *glos.* 2. *n.* 5. *&c.* ubi quòd contumacia citati habetur pro contestatione, & operatur eosdem effectus, quos vera litis contestatio.

Quòd litis contestatio inducatur per oppositionem exceptionum generalium, vel generalia contra, Seraph. *decis.* 920. *n.* 2. vide in *§. Oppositio num.*

Quando, & ex quibus actibus inducatur litis contestatio, vel non, tam inspecto jure communi, quàm statuto Florentino, latè Ann. *in prax.* §. 17. *cap.* 1. *et* 2. *etc. per tot.* Dutan. *decis.* 375. *per tot.* Marant. *par.* 6. *membr.* 10. *et ult. per tot.* Gail. *observ.* 73. *lib. pr.* Fenzon. *ad statut. Urb. cap.* 12. Tusch. *litt. L. conclus.* 390. *etc.* Pellegrin. *dict. subsect. pr. num.* 5. *et* 8. Altimar. *dict. rubr.* 11. *quæst.* 2. *a nu. pr. et rubr.* 13. *quæst.* 2. *nu.* 4. De Luc. *de Dot. disc.* 170. *nu.* 4. *de Judic. disc.* 7. *n.* 14. Abecclef. & Crescin. *loc. cit. n.* 5.

Quòd in causis summariis primus actus respiciens merita causa habeatur pro contestatione, Seraph. *decis.* 929. *num.* 3. Pellegrin. *dict. subsect. pr. num.* 11. Altimar. *dict. rubr.* 11. *quæst.* 2. *n.* 9. *et rubr* 13. *quæst.* 2. *a n.* 19. *tom.* 2. Abecclef. & Crescin. *loc. cit.*

Quòd litis contestatio perpetuet actionem usque ad 40. annos, sicuti juramentum, *l. pr. §. fin. Co.t. de annal. except.* Everard. *loc. à vi, et energ. juram. n.* 49.

Si ante litem contestatam moriatur reus, debet iteratò formari libellus contra hæredem, *l. de eo, §. fin. ff. ad exhib. l. cum autem* 73. *ff. de rei vind.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 45. *n.* 23. ubi loquitur in actione reali.

Lis inter patrem, & filium quando possit esse, & an judicium sit nullum propter non petitam veniam, Capye. *decis.* 56. *per tot.* Carol. Rota *in Florileg. conclus.* 17. *per tot.* ubi plura, Oinot. *Instit. de act. §. pœnales, quoque nu.* 30. *et seqq. ad* 69. *fol.* 417. Paul. Christin. *decis. Belg.* 90. *nu.* 7. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2598. *vide in §. Actio num.* 26. Martha *vot. Pis.* 13. *num.* 4. ubi quòd inter patrem, & filium potest cadere obligatio naturalis, & de jure canonico, & ita limitatur *l. lis nulla, ff. de judici.* & in casibus, in quibus patri non quæritur ususfructus, ut ibi per Bart. & Castrens. latè Urceol. *tractat. de transact. quæst.* 17. *per tot.* ubi an inter Patrem, & filium in illius potestate existentem possit validè consistere obligatio, lis, judicium, ac consequenter transactio, *et q.* 18. *per tot.* ubi an in hujusmodi transactione requirantur solemnitates, & an super legitima, Fontanel. *decis.* 447. *et* 448. ubi plura an filii possint in jus vocare patrem sine venia. Altimar. *de Nullit. quæst.* 7. *n.* 2. *et seqq. rubr.* 11. *tot.* 2. 5

Lis ut dicatur finita requiritur sententia, quæ transiverit in rem judicatam, imò illius executio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 114. *nu.* 34. *etc. cap.* 781. *nu.* 18. *etc. cap.* 978. *num.* 26. Tusch. *litt. L, conclus.* 385. *per tot.* 6

Quando censeatur finita per lapsum decennii, vel saltem præsumatur calumniosa, idem Gratian. *cap.* 535. *num.* 7. *etc. cap.* 758. *num.* 19. *etc.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 104. ubi quòd non potest dici extincta, nisi adsit sententia super desertione, vel notoriè constet ex actis de non jure litigantis, *et par.* 13. *decis.* 581. *nu.* 6. *et seqq.* ubi quòd ideò semper committuntur attentata, etiam post 30. vel 60. annos, & ultra, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 388. *per tot. vide in §. Instantia numer.* 3. Rot. coram Cels. *decis.* 148. *nu. fin.* Emerix jun. *decis.* 900. *num.* 12. *et decis.* 912. *per tot.* Pen. & Crescin. *decis.* 221.

Qualiter lis finiatur per sententiā, per cessionem, vel renunciationem, per mortem, per tempus, per desertionem, per negligentiam, & per actoritatem Principis, latè Lancellott. *de attent. p.* 2. *in præf. n.* 212. *& seqq. fol.* 215. Ricc. *Collect.* 4073. ubi loquitur in beneficialibus. Cels. *decis.* 29. *nu.* 5. *decis.* 508. *n.* 3. *decis.* 366. *n.* 9. Carlin. *contr.* 216. Crescin. ad Pen. *dec.* 204. 208. *&* 221. De Luca *de Jurisdict. disc.* 12. *n.* 4. *de Judic. disc.* 28. *nu.* 35. *de benef. disc.* 92. *n.* 39.

Qualiter finiatur per mortem actoris de jure canonico, & in beneficialibus, quid si reus velit sententiam absolutoriam, vel actori fuerit datus subrogatus gratiosè, Rot. *part. 9. recent. decis.* 429. *per tot. & part.* 12. *dec.* 394. *n.* 12. *&c.* ubi 20, & quando finiatur per mortem, *& part.* 13. *decis.* 56. *per tot.* Lott. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 11. *nu.* 48. De Luc. *de benef. disc.* 5. *n.* 15. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 208. De Luc. *de Benefic. disc.* 52. *a nu.* 4. *de Judic. disc.* 7. *n.* 22. *disc.* 18. *n.* 36.

Non autem dicitur lis finita, vel terminata per sententias, etiam executioni demandatas, quando ab illis suis petita restitutio in integrum, & commissa causa, etiam cum clausula, *sine præjudicio*, quia illa tantùm operatur, ut judex possit ad executionem procedere sine vitio attentatorum, & restitutio in integrum suspendit cursum rei judicatæ, ac omnia in pristinum reponit, Bich. *dec.* 219. *per tot.* nec pendente termino appellationis vel nullitatis Altimar. *de nullit. Rubr.* 4. *quæst.* 25. *n.* 28. *tom.* 5.

7 Lis super hæreditate alicujus, non reddit litigiosum juspatronatus eidem hæreditati annexum, maximè si lis non sit de tota hæreditate, sed tantùm de aliqua ejus parte, Bich. *dec.* 558. *n.* 16. *& seqq. per tot.*

8 Litigantes, vel inquisiti, possunt pro salario Advocati, & procuratoris executivè conveniri in foro causæ peractæ, licèt aliàs non essent subditi, neque subjecti, ibique retineri donec solvant, Gratian. *discept. forens. cap.* 56. *nu.* 7. dixi in *resolut. cap.* 41. *num.* 17. *& in hoc opere, §. Salarium num.* 2. *vers. Possuntque.*

9 Litigantes non possunt offendi ex causa litis, *vide in §. Advocatus n.* 22. *& §. Procurator n.* 24.

10 De litibus, litium contestatione, rebus litigiosis, & hujusmodi habentur aliqua decisa apud Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *&* 3. *sect.* 2. *verb. Lis*, & plura satis remissivè per Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Lis, Litigiosa res*, & Com. August. Font. *Bibliothec. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 56. *&c.* dixi Ego in *§. Res Litigiosa*. Et an litis contestatio sit de substantia Judicii, & in quibus Judiciis requiratur in quibus verò non late Altimar. de *nullit. Rubr.* 13. *quæst.* 2. *per tot. tom.* 2. & quomodo fiat in Judiciis ordinariis & summariis Idem *Rub.* 12. *quæst.* 2. *in princ. tom. cit* De Luc. *in Indic. gener.* Mantiss. ad eumd. Ansald. Emerix Caprar. Pison. Pignatell. Ursay. idem Altimar. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni Rub. *de Confus. Jur.* Pellegrin. *in Prax. Vicar.*

11 Lis ad effectum subrogationis gratiosæ debet esse super titulo Manzaned. *dec.* 891. *n.* 1. Coccin. *dec.* 1235. *n. pr.* Cerr. *dec.* 611. *nu. pr. &* 2. Ansald. *dec.* 4. *n. pr.*

Quod intellige in beneficiis liberæ collationis, secus autem quoad beneficia Jurispatronatus Spad. *cons.* 61. *n.* 6. *lib.* 2. Add. ad Pamphil. *dec.* 128. *nu.* 15. Rosa *de Exec. lit. Apost. part. pr. cap.* 16. *num.* 125. Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 274. *num.* 18. Ansald. *supra n.* 2.

Itèm intellige, quando Papæ narrata fuit lis dumtaxat in genere, secus autem, si in specie, & distinctè Coccin. *dec.* 279. *n nu.* 12. Bich. *decis.* 187. *a n.* 10. Cerr. *dec.* 411. *nu.* 18. Ansald. *supra nu.* 6. *& decis.* 18. *n.* 4. Vide Caprar. *dec.* 97. *n.* 14.

12 Lis super mero possessorio non efficit Beneficium litigiosum ad effectum obtinendæ subrogationis gratiosæ. Rot. *dec.* 607. *num.* 10. *part.* 5. *rec.* & Cor. Coccin. *dec.* 2080. *ex nu.* 21. *usq; ad fin.* Ansald. *dec.* 4. *n.* 3. Vide Caprar. *dec.* 97. *nu.* 2.

Lis ex quibus dicatur super possessorio tantum Rot. cor. Cavaler. *dec.* 200. *n.* 4. *& dec.* 315. *nu.* 5. *&* 6. *part.* 13. *rec.* Ansald. *loc. cit. n.* 5.

13 Lis ad effectum subrogationis gratiosæ non suffragatur si appareat deserta. Ansald. *d. dec.* 4. *n.* 7. Et quid requiratur ad supradictum effectum Ansald. *ibid. n.* 8. *&* 9.

14 Lis calumniosa tollis subrogationem gratiosam De Luc. *de Benef. disc.* 50. *n.* 10. Caprar. *dec.* 161. *n.* 13. Piton. *de Jurep. alleg.* 100. *n.* 384.

Lis ut dicatur calumniosa in materia subrogationis gratiosæ, debet de calumnia plenè constare Rot. *dec.* 281. *n.* 14. *part.* 19. *rec.* Ansald. *ibid. n.* 11. *&* 19. Et quando dicatur calumniosa De Luc. *de Judic. disc.* 7. *n.* 27. Piton. *supr. n.* 385.

Lis quando propriè, & verè dicatur pendere su- 15
per titulo Beneficii, ita ut Beneficium dicatur litigiosum, nec ne. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 20. *per tot.* Ansald. *dec.* 18. *num.* 3. Bertachio. *vot.* 573. *n.* 5.

Lis inter partes inducit odium, & aversionem. 16
Cabal. *cons.* 128. *num.* 328. *& seqq. lib.* 2. Ansald. *dec.* 77. *nu.* 8. *&* 12. Maxime quando agitor inter consanguineos. Ansald. *ibid. n.* 9. Vide Crescin. ad Abecclef. *obser.* 8. *part. pr.*

Lis inducit malam fidem De Luc. *de Fideicom.* 17
disc. 84. *num.* 10. Quod intellige, ut *ibid.* & per Caprar. *dec.* 273. *n.* 5. 6.

Lis superveniens præscriptionem Interumpit Rot. *dec.* 81. *n.* 6. *&* 7. *part.* 11. *rec.* Ansald. *dec.* 78. *nu.* 44. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 133. *sub n.* 29. *de Judic. disc.* 7. *n.* 4. *de Fideicomm. disc.* 185. *n.* 9.

Litis mentio in supplicatione porecta Pontifici 18
sufficit ad tollendum attentata. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 5. *cap. pr. n.* 74. Rot. *dec.* 249. *n.* 6. *part.* 13. *dec.* 413. *n.* 16. *dec.* 424. *nu.* 13. *&* 14. *part.* 18. *rec.* & Cor. Coccin. *dec.* 396. *n.* 6. Ansald. *dec.* 72. *n.* 13. Et quando dicatur adesse ad effectum attentatorum De Luc. *de Judic. disc.* 7. *n.* 3. *disc.* 18. *a n.* 30.

Lis quando dicatur inducta ad diversos effectus De 19
Luc. *de Judic. disc.* 6. *n.* 8. *&* 19. *disc.* 7. *n.* 15. *de Benefic. disc.* 50. *n.* 4. *&* 5.

Lis denuncianda non est venditori, quando ei nol- 20
la competit defensio De Luc. *de Empt. disc.* 19. *n.* 8. ex doctrina Afflict. *dec.* 49. ubi Add.

Lis affectata per emptorem non retardat solutio- 21
nem pretii De Luc. *de Empt. disc.* 11. *n.* 4.

Lis pendens super suspicione tutoris an operetor, 22
ut administratio sit interdicta De Luc. *de tutor. disc.* 3. *n.* 2. *&* 3. Et qualis debeat esse lis cum pupillo ad hoc tutor sic removendus Idem De Luc. *loc. cit. disc.* 4. *& seq.*

Lis empta quando dicatur a possessore, ut intret 23
dispositio *l. l. per diversas, & ab Atanasio C. mand.* De Luc. *de Fideicomm. disc.* 172. *n.* 10. Et de materia d. d. l. l. vide eumd. De Luc. *in Indic. verb. Leges in specie* Alderis. *de Assist. q.* 11. Castald. *consult.* 82. *a n.* 13. Balduc. ad Ramon. *cons.* 14.

Lis subducenda quando veniat in probatione im- 24
memorabilis De Luc. *de Decim. disc.* 6. *nu.* 22. *disc.* 7. *n.* 4. *et* 5. Et quid in centenaria Idem *de Jurep. disc.* 57. *n.* 37.

Per Advocatos quando injustè defendatur, & quo- 25
modo intelligendi morales de hoc loquentes De Luc. *de Fideicomm. disc.* 179. *n.* 3.

Lis si fuerit renunciata non exindè censetur re- 26
nunciatum causæ De Luc. *de Fideicomm. disc.* 133. *n.* 5. *de Judic. disc.* 7. *n.* 23.

Lis quando dicatur extincta ad effectum regulæ 27
de triennali De Luc. *de benefic. disc.* 91. *n.* 24. *disc.* 92. *a n.* 11.

Lis causat affectionem in beneficiis De Luc. *de* 28
benefic. disc. 52. *n.* 16. *disc.* 92. *num.* 19. *de Jurep. disc. pr. n.* 10. *disc.* 67. *num.* 2. ubi hoc ampliat, & limitat.

Lis quando dicatur eadem, vel diversa vide E- 29
merix jun. *dec.* 625. *n.* 11. *& decis.* 647. *n.* 2.

Inter Collatores super petitorio, & possessorio re- 30
gulariter impedit illos conferre ad text. in *c. prim. &* 2. *ut lit. pen. in* 6. Emerix jun. *dec.* 686. *n.* 4.

Lis censetur introducta tam super possessorio, 31
quam super petitorio vigore clausulæ *una cum omnibus incidentibus, dependentibus &c. totoque negocio principali &c. quam & quas &c.* Emerix jun. *dec.* 885. *n.* 3. Limita quando commissio per aliam clausulam fuit restricta ad petitorium. Idem *decis.* 590. *n.* 2. Vide Caprar. *dec.* 92. *n.* 6. *dec.* 97. *a n.* 3.

Pendente lite nihil est innovandum Emerix jun. 32
decis. tot. *n. pr.* Caprar. *dec.* 50. *n. pr.*

Quid possit vel non possit fieri lite pendente De Luc. *in indic. verb. lite pendente* Plura etiam Piton.

Lis probatur ad effectum gratiæ *si neutri* ex cita- 33
tio-

tionibus, & aliis actibus judicialibus inter partes factis Emerix jun. *dec.* 77. *n.* 1.

34 Principium litis, & instantiæ xttenditur, ut quis dicatur legitimus contradictor Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 337. *tom.* x.

35 Litigatores quasi contrahere dicuntur cum Judice Rubeus *de confus. cap.* 3. *n.* 101.

36 Litem sustinere non debet non probatus talis, qualis convenitur. Text. *in l. inter* 6x. *ff. de Judic.* Bal. *cons.* 374. *n.* 2. & 3. *lib.* 4. Rub. *de confus. cap.* 18. *n.* 349.

37 Litis expensæ subministrandæ sunt ab appellante. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 120. *n.* 1. & *seqq.* & *nu.* 11. & *seq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 35. *n.* 20. Rub. *de confus. cap.* 3. *n.* 366.

38 Lis pro exclusione Regulæ *de subrogan.* dicitur extincta per sententiam in Judicatum transactam, & executioni demandatam per ademptionem possessionis Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 1. *n.* 17. Rot. *dec.* 164. *n.* 6. *part.* 10. *rec.* Caprar. *dec.* 161. *nu.* 6. *part.* 1.

39 Litis mentio ut dicatur habita, sufficiunt verba, & *super eo inter aliquos lis, cujus statum &c.* cum ea præservent à subreptione. Rot *dec.* 178. *nu.* 13. *part.* 8. *rec.* & cor. Merlin. *dec.* 467. *nu.* 8. Caprar. *dec.* 500. *n.* 9. *part.* x.

40 Lis dicitur durare, donec super desertione causæ, & re judicata superveniat Judicis sententia. Rot. *dec.* 250. *n.* 7. *part.* 11. & *dec.* 277. *nu.* 4. *part.* 1x. *rec.* Caprar. *dec.* 35. *n.* 7. *part.* 1. & *dec.* 64. *n.* 11. *part.* 1.

41 Litis ultima reliquia est ipsa executio, seu paritio Lothet. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 54. *nu.* 106. Caprar. *d. dec.* 35. *n.* 8. *part. pr.*

42 Lis dicitur amplius non extare, executa re judicata, ut retardari nequeat præstatio legati relicti sub verbis, terminata lite, licèt adhuc penderet judicium restitutionis in integrum Caprar. *loc. cit. n.* 9.

Contrarium tamen resolvitur. Rot. *dec.* 255. *n.* 3. *part.* 11. *rec.* & cor. Royas *dec.* 294. *n.* 9. & 10. Caprar. *in dec.* 46. *n.* 4. & *seq. part.* 1.

43 Lis habetur pro terminata, ac purificata conditio litis finitæ, quoties per hæredem fuit neglectum devenire ad terminorum prætiaionem, & terminationem litis. Caprar. *d. dec.* 35. *n.* 11. *part.* 1.

Negligentiæ tamen hæredis litigantis non adscribitur terminatio litis, quoties legatarius interesse habens, mediante admissione ad Causam poterat instare, & ad actus terminationis devenire. Caprar. *d. dec.* 46. *n.* 10. *part.* 1.

44 Lites intricatæ comprimendæ. Afflict. *dec.* 249. *nu.* 6. Pellegrin. *in prax. Vicar. part. pr. in monit. general. Vicar. n.* 16. *vers. quemad. prop. med. pag.* 4.

45 Litigandi origo unde. Pellegrin *in prax. Vicar. part.* x. *præmiss.* 2. *n. pr. pag.* 70.

46 Litigiosus, vel male conversans aut malè vivens ab accusatione repellitur. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 3. *n.* 46. *pag.* 309.

47 Litis pendentiæ exceptio, quibus in casibus non competat. Pellegr. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 6. *intersect. pr. n.* 19. *pag.* 93.

48 Litis pendentiæ exceptio differt ab ea, ne causæ continentia dividatur. Menoch. *de arbitr. Jud. cas.* 20x. & 371. ubi latissimè Pellegrin. *in prax. Vicar. loc. sup. cit. n.* x0. *d. pag.* 93.

49 Comissio restitutionis in integrum operatur, ne lis dicatur extincta. Rot. *dec.* 610. *n.* 19. *part.* 18. & *dec.* x62. *n.* 16. & 17. *part.* 19. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 9. *n.* 5. *lib.* 3. *vol. pr.*

50 Lis non dicitur extincta, etiam si adsit res judicata, ubi super istius intellectu, & executione adhuc agitur. Rot. cor. Bich. *decis.* 46x. *n.* 8. & *dec.* 26x. *n.* 18. *part.* 19. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 9. *n.* 6. *lib.* 3. *d. vol. pr.*

51 Lis dicitur extincta ex relaxatione executorialium Dunozett. Jun. *dec* 5. *n.* 2. Gratian. *discept.* 758. *n.* 19. & x0. Mantiss. ad De Luc. *loc. cit. n.* 9. Maxime, si executioni fuerint demandatæ. Mantiss. ad Luc. *ibid. n.* 10.

52 De vitio litigiosi ad varios effectus vide Ansald. *dec.* 78. *a n.* 19. *decis.* 79. *n.* 14. Emerix jun. *decis.* 189. *n.* 21. *dec.* 41. *n.* 1. & 2. *dec.* 76. *n.* 5. & 6. *decis.* 1306. *n.* 6. *dec.* 1348. *num.* 3. De Luc. *in Indic. verb. litigiosi vitium.* Crescin ad Abeccles. *observ.* 204. *part. pr.* Piton. *de Jurepatr. alleg.* 16. *a n. pr. tom. pr.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 40. *n. pr. vol.* x. & *lib.* 13. *dec.* 39. *n.* 3. & 4. *vol.* 4.

De Alimentis, & sumptibus litis Balduc. *de Dot. tit.* 4. *dec.* x9. *nu.* 39. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 9. & 10. *part. pr.* De Luc. *in Indic. verb. alimenta & sumptus litis.* 53

De litis consorte vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1x. *quæst.* 28. *a n.* 78. *tom.* x. & *rubr.* 4. *quæst.* x0. *tom. pr.* 54

Finis tandem est imponendus litibus Balduc. *tit. pr. dec. pr. n.* 38. Bonus, & brevis finis litibus imponendus Crescin. ad Abeccles. *obser.* 8. *n.* x. *part. pr.* Et ad Principis curam semper spectat per modum legis condendæ lites finire, tollere, & minuere, & hoc semper fuit piè, & religiosè a Serenissimis Ducibus Farnesiis observatum Idem Crescin. ad Abeccles. *loc. cit. n.* 5. ubi etiam quod lites sunt execrandæ ob pessimos effectus, quos solent producere, ut *ibidem.* 55

Litium Seminarium, quoties fieret, magnaque Instrumentorum strages sequeretur cum maximo Reipublicæ detrimento; tunc nullitas obiici non valet. Episc. Rocc. *cap.* 157. *n.* 3. *lib.* x. 56

Lites secum ferunt incertitudinem, & graves expensas Piton. *de Jurepatr. alleg.* 63. *nu.* 27. *tom.* 2. Rube. *de confuss. Jur. in proem. n.* 9. & 11. 57

De pacto quotæ litis Mantiss. ad De Luc. *libr.* 8. *dec.* 41. *a n.* 13. *vol.* 3. 58

Lis contra virum intentata præsumitur devenisse ad notitiam uxoris cum eo cohabitantis Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 12. *n.* 5. *vol.* 3. 59

Commissio sine citatione ad dicendum contra non inducit pendentiam litis. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *de attentatis lite pendente in præfat. nu.* x30. Mantiss. ad Luc. *dec.* 9. *n.* 1x. *lib.* 3. *vol. pr.* 60

Lis actionem temporalem efficit perpetuam Cancer. *var. resolut. quæst.* 3. *cap.* x6 *à n.* 5x. Carleval. *de Judic. lib.* 3. *disput.* 4. *à n.* 51. *in fin.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 3. *n.* 7. *lib.* 4. *vol.* 1. 61

Lis, & instantia promota per fideicommissarium continuatur & transit in alios quoscunque successivè vocatos. Peregr. *de fideic. art.* 53. *n.* 18. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 54. *n.* 15. *lib.* 9. *vol.* 1. 62

Post litis contestationem non licet uni collitiganti recedere, & retractare in præjudicium alterius, cui fuit jus quæsitum. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* x5. & *dec.* 58. *n.* 17. *lib. eod.* ubi quod est necessaria effectiva renunciatio litis. 63

Cedens liti fateretur se jus non habere. Mantiss. ad Luc. *dec.* x6. *lib.* 1x. *n.* 6. *vol.* x. 64

Litium brevitati magis consulitur per Canones quam per leges, & cur. Fagnan. *in cap. Venerabilis n.* 3. *de Judiciis.* 65

Litigare temerè non dicitur qui dubius est, sed qui scit jus non habere. Fagnan. *in cap. Ne innitaris n.* 384. *de Constitut.* 66

Litigantes propter calumniam condemnantur in expensis Otthobon. *dec.* 49. *n.* 5. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 52. *n.* 9. *part.* 1. 67

De mentione litis facienda vide De Luc. *de Feud. disc.* 66. *a n.* 8. *de Regul. disc.* 169 *n.* x0. *de Benefic. disc.* 5. *disc.* 17. *disc.* 36. *de Judic. disc.* 8. *de Pens. disc.* 13. 68

§. LITTERÆ. XVII.

Litteræ cambii, in quibus mandatur mercatori recipienti, ut solvat summam in eis contentam præsentatori, & ponat ad rationem scribentis, non liberat scribentem, nisi sequuta solutione, cùm aliter non videantur impleti fines mandati, ita ut non sufficiat acceptatio, & promissio recipientis litteras de solvendo, sed illo interim decocto, vel facto fugitivo, damnum adhuc, & periculum spectaret ad delegantem, & scribentem, qui per hujusmodi promissionem non remansit liberatus, nisi vera intercesserit delegatio cum suis requisitis, de quibus *vide in §. Delegatio nu.* 1. *&c.* Gratian. *discept. for.* a

cap. 64. *nu.* 5. *&c.* Altograd. *consil.* 6. *per tot. lib. pr.* Gregor. *dec.* 217. ubi Beltramin. in Addit. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 47. *n. pr. & seqq. per tot. & decis.* 260. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 154. *fol.* 400. latè Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 234. *n.* 50. *& seqq. per tot.* ubi octo casus distinguit, & in fine videtur concludere, quod acceptatis litteris, & facta promissione per Campsorem mediante stipulatione de solvendo præsentanti, sequatur liberatio scribentis, etiamsi postea Campsor decoxerit, nisi scribens sciret Campsorem illum esse pauperem, & de proximo decocturum, vel nisi fuerit acceptatus sub periculo scribentis, vide eum, & Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de litter. Camb. n.* 67. *&c. fol.* 157. *& in Addition. quæst.* 7. *per tot. fol.* 47. *&c.* ubi videtur in omnibus concordare cum prædictis ex Menoch. & aliis, plures alios addens, & Altograd. *consil.* 6. *num.* 45. *& seqq. lib. pr.* ubi quod facta promissione de mandato creditoris, & acceptata ab eo, cui solvi debet, statim remanet liberatus scribens, cùm talis promissio, & acceptatio habeat vim veræ solutionis ex notoria mercatorum consuetudine; prout etiam recipiens litteras dando debitum scribenti, & creditum præsentati facit novationem, & ipso jure remanet liberatus à mandante, cum inter mercatores, omnes ferè solutiones fiant per accommodationem, & revolutationem scripturarum; ut benè per plura declarat Altograd. *loc. cit. n.* 47. *&c.* vide *in §. Mercator n.* 8. *&c.* Ricc. *Collect.* 40. 3496. 3853. *&* 3448. Afflict. *dec.* 553. Franch. *dec.* 303 Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 183. *nu.* 11. *& seqq. per tot.* ubi latè qualiter non liberent scribentem, nisi sequuta solutione, *& part.* 10. *decis.* 47. *decis.* 26. *per tot. & part.* 16. *dec.* 213. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 150. *n.* 53. *& seqq. per tot.* ubi latè an, & quando per dationem litterarum cambii remaneat dissoluta hypotheca, vel non, Scacc. *tract. de commerc. §.* 2. *gloss.* 5. *nu.* 322. *& seqq.* Gait. *de credit. cap.* 2. *n.* 2377. Olea *de cess. jur. tit.* 7. *quæst.* 3. *n.* 25. *&c.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 126. Fontanel. *dec.* 124. *&* 121. *per tot.* ubi quod creditor, cui fuerunt datæ litteræ directæ cuidam tertio, ut illi solveret, non potest redire ad debitorem, qui litteras dedit, non factis diligentiis contra dictum tertium, & alia circa litteras cambii acceptatas, & præsentatas, sed non solutas, Castald. *cons.* 156. *lib.* 2. *& consil.* 308. *per tot. cons.* 273. *&c.* Mans. *consult.* 126. 127. *et* 159. *lib.* 2. *et consult.* 318. *lib.* 4. Ant. Gob. *consult.* 27. *per tot.* ubi quid stante decoctione Mercatoris, cui litteræ erant directæ, &c. de Marin. *lib. pr. resol.* 258. *et ad revert. obser.* 431. *n.* 2. Palm. *consult.* 48. *n.* 26. Altimar. *de null. rub. pr. part.* 2. *quæst.* 24. *n.* 52. *et nu.* 91. *tom.* 4. *et* ad Rovit. *cons.* 71. *n.* 6. *lib.* 2. Rocca *disp.* 93. *num.* 21. Roccus *de Lit. Camb. n.* 228.

Multa de cambio, quid sit, quotuplex sit, & quando dicatur reale, & validum, vel potiùs siccum, & usurarium, Genu. *de script. priv. lib* 3. *tit. de litt. Camb. fol.* 153. *n. pr. et seqq. ad* 51. Amat. *decis. Ferrar.* 45. *n.* 44. *et seqq. per tot.* alios citavi in *§. Usura n.* 5. latè Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 198. ubi quæ cambia debeant verificari, quæ dicantur reprobata, & qualia propriè sint cambia *con la ricorsa* latè Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *per tot.* & præcipuè *n.* 2330. *cum multis seqq.* ubi de litteris cambii, Bich. *dec.* 557. ubi quod realitas cambii consistit in litteris *dell' andata*, & litteræ reditus respiciunt tantùm probationem, & alia Idem Bich. *dec.* 565. ubi quòd in hoc non statur solidationi, nec confessioni partium, cum non sit in earum potestate facere licitum id, quod est usurarium, & ideò cambia debent aliundè ex litteris andatæ, & reditus justificari, aliàs; licèt fuerint soluta imputantur in sortem; nec possunt à semetipso accipi, nisi de voluntate expressa, vel tacita debitoris, vel nisi sit expressum pretium, & platea, pro quibus erat cambiandum, vel nisi in solidatione fuerint admissa ex certa scientia, cum tunc videatur ab initio concessa potestas, vel saltem ratificata, quòd sufficeret, Card. DeLuc. *de Camb. disc.* 27. *et in sum. ex n. pr.* ubi de ejus origine, vocabulo, & introductione.

Altimar. *de nullit. d. quæst.* 24. *per tot.* Rossignuol. *in Prax. Theol. Moral.* Layman. *in Theol. Moral.* Leotard. *de Usur.* Roccus *de Lit. Camb.* Ansald. *de com. et merc.*

Qualiter litteræ cambii postquam fuerunt acceptatæ liberant debitorem ab obligatione, quia sufficit campsoris promissio, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 492. *per tot.* latè Joseph. de Rosa *consult.* 67. ubi an acceptans litteras cambii urgeri possit ad solutionem, si eodem die sciat scribentem decoxisse, quid si acceptans sit debitor scribentis, & alia plura de effectu acceptationis litterarum cambii, juxta mercatorum stylum, & non constito de decoctione an possit acceptans petere terminum ad illam probandam. Vide Altimar. *loc. cit. nu.* 51. Manent. *decis.* 27. *& seqq.* Leo *decis. Valent.* 130. *lib.* 2. Monach. *dec. Flor.* 70. *n. pr.*

Litteræ cambii si dispositivè loquantur, & materia in illis contenta sit apta, probationem, & obligationem inducunt contra scribentem; dummodò illo vivente fuerint præsentatæ, ita ut nec per eum revocari possint, nisi simplex mandatum continerent; Contra autem illum, cui sunt directæ nullam probationem; nec obligationem inducunt, nisi quatenus fuerint acceptatæ, nam illis acceptatis recipiens remanet obligatus, & periculum erit illius, cui solvenda est pecunia, ut latè probat Genua *de script. priv. tit. de litt. camb. n.* 53. *& seqq. ad* 80. *fol.* 157. ubi tamen quoad periculum dicit Januæ inter mercatores contrarium servari, & utrumque tam scribentem, quam recipientem litteras remanere obligatum, donec sequatur solutio, hancque observantiam inter eos jus facere, & ita puto ubique servari, ut dixi in *§. Mercatorum num.* vide Mascard. *de probat. conclus.* 989. Gregor. & Beltram. *dec.* 217. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *nu.* 142. *& seqq. ad* 162. *fol.* 339. Genu. *d. tract. in Addit. quæst.* 7. *per tot.* ubi agendo, ad quem spectet periculum decoctionis, in effectu videtur concludere, quod stante vera delegatione, scribens remaneat liberatus per acceptationem illius, cui sunt directæ litteræ, aliàs autem secus, si vera non intercedat delegatio, vide *in §. Delegatio n.* *& §. Cedula*, ubi qualiter babeant vim solutionis; intelligendo ut supra quando fuit facta vera delegatio, quia tunc vim solutionis habent, & periculum spectat ad præsentantem, & recipientem, Gratian. *discept. for. cap.* 64. *per tot.* Seraph. *dec.* 1419. *per tot.* Vide Altimar. *loc. cit.* & præsertim *a n.* 51. *&* 91.

Qualiter probent, vel non, Tusch *litt. L. concl.* 362. Boer. *decis.* 333. Ricc. *Collect.* 40. Rot. *part.* 21. *recent. dec.* 198. ubi etiam de libro *scartafacci di fiera*.

Quod acceptans litteras cambii, teneatur solvere præsentanti summam in illis contentam, quamvis pendente termino solutionis scribens effectus fuerit decoctus, etiam si dictæ litteræ non essent dimissæ penes acceptantem sed retentæ per præsentantem pro maiore illius cautela, Franch. *decis.* 303. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3448. Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 11. ubi latè de hac materia, Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 219. *n.* 4. *& seqq.* Joseph. de Rosa *consult.* 167. latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 24. *num.* 54. *tom.* 4. & ad Rovit. *cons.* 71. *n.* 11. *lib.* 2. Mans. *consult.* 19. *num.* 4. *&* 5. Rocc. *disput.* 96. *n.* 26. Gob. *consult.* 27. *num.* 3. De Luc. *de Camb. disc.* 20. 25. 30. *de Credit. disc.* 163. *de societ. offic. disc.* 1. *n.* 7.

An acceptans dictas litteras, si verè fuit ignorans decoctionis scribentis teneatur complere tractam, vide Constantin. Cæsar. *specul. peregr. qq. quæst.* 41. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 219. *per tot.* ubi quod non, ubi hic in fine numeri, vel conclusionis, vide Altimar. *dict. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 24. *n.* 54. *tom.* 4. & ad Rovit. *d. cons.* 71. *n.* 11. *tom.* 2.

Qualiter acceptans litteras cambii obligetur præsentanti, adeò ut præsentans efficiatur principalis creditor acceptantis, & acquirat actionem irrevocabilem, nec possit acceptans opponere compensationem de credito, quod habebat cum scribente ante dictam acceptationem, Rot. in Romana litterarum cam-

cambii 19. Junii 1647. coram Ottobono, post Merlin. *de pign. dec.* 159. facit Ansald. *de commerc. & mercat. disc.* 5. *n.* 30. Circa compensationem vide Bersan. *de compensat. cap.* 3. *quæst.* 13. *n.* 9. & 12. De Luc. *de Camb. disc.* 2. *n.* 21. Rocc. *disp.* 146. *n.* 5. *et* 7. *vol.* 2. Altimar. *d. quæst.* 24. *n.* 69.

Quòd acceptans litteras cambii teneatur ad solutionem, nec possit scribens revocare ordinem solvendi Rota in Romana litterarum Cambii 27. Aprilis, & 15. Septembris 1643. coram Meltio post Oleam *de cess. jur. dec.* 1. *et* 2. *per tot.* Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 219. *per tot.* ubi distinguit tres casus, primus quando decoctio scribentis contingit ante acceptationem litterarum, & tunc concordant omnes mandatarium non obligari; secundus quando decoctio fuit quidem detecta post acceptationem litterarum, sed multò ante latenter inceperat, & tunc etiam excusari acceptantem, qui si statum scribentis scivisset nullatenus litteras acceptasset, nec se obligasset, quod ex pluribus dignoscitur in casu decisionis, *et d. part.* 15. *dec.* 295. *n.* 14. *et seqq.* ubi quod decocti, & de proximo decocturi par, & eadem est causa, & decoctio proxima dicitur intra decem, vel quindecim dies, adde Joseph. de Rosa *consult.* 67. *per tot.* facit Ansald. *decis.* 3. 4. *et* 5. *loc. citat.* Roccus *de Lit. Camb. n.* 193. *et* 194. Rossignuol. *in Prax. Theol. Moral. de Camb.* 2. *disq.* 4. §. 7. Altimar. *d. quæst.* 24. *n.* 88.

3 Litteræ cambii si casu in itinere antequam præsententur fuerint amissæ, potest ille, qui eas obtinuit agere contra scribentem pro recuperatione pecuniæ suæ pro illis obtinendis scribenti solutæ, liberando illum ab ipsis litteris per publicum instrumentum, nam contenta in litteris numquam sortiuntur effectum, nisi illis præsentatis; si verò amissæ fuerint postquam fuerunt præsentatæ, & acceptatæ agendum erit pro pecunia contra eum, qui litteras semel acceptavit, quo decocto damnum esset creditoris, cui videtur satisfactum ex quo campsorem illum in debitorem acceptavit, ut latè per Genu. *de scrip. priv. lib.* 2 *de litter. camb. qu.* 1. *per tot. fol.* 158. Franch. *dec.* 498. Beninteud. *decis. Bonon.* 58. ubi quod amissis litteris potest recuperari pecunia cum cautione, nisi simuletur amissio, ut à contractu recedat, quod non est permissum, & ideò esse in potestate scribentis novas litteras dare, nisi tamen medio tempore ille, cui scribitur esset factus minus idoneus, vel domicilium mutasset.

Sed juxta superiùs dicta concludendum, videtur, neque scribentem esse liberatum in secondo casu, non sequuta solutione, nisi vera delegatio intercesserit, vel nisi aliquid possit imputari ipsi creditori, ut quia dilationem fecerit illi, qui statim solvere tenebatur, Gratian. *d. cap.* 64. *n.* 23. *etc.* Pac. Jord. & alii supracitati, Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 126. *per tot.* ubi multa notabilia in materia literarum cambii. Vide Altimar. *loc. cit.*

4 Litteræ cambii possunt recognosci per testes habentes notam manum scribentis, vel per comparationem, quæ in istis facit plenam fidem, & obligant recipientem tamquam fidejussorem, si non erat debitor scribentis, & mittentis, si verò erat debitor, scribentem à debito liberant facta partita contra eum, cum inter mercatores delegationem inducant, & faciant recipientem debitorem principalem quoad omnia in eis contenta; ita ut teneatur suo periculo, & damno illas exequi, & obliget etiam socios; scribens autem non debitori suo, sed per cambium, non liberatur, nisi sequuta solutione, & in hujusmodi litteris dicitur locus contractus ille, in quo destinatæ, directæ, & receptæ fuerunt, non attento loco, in quo fuerunt scriptæ, sicuti hæc omnia, & alia ad materiam scientia tenuit Genu. *de scrip. privat. lib.* 3. *tit. de litter. camb. post. quæst.* 6. *in notabil. fol.* 161. ubi plurimos allegat hanc materiam cambiorum tractantes, Card. Tusch. *littera C. conclus.* 11. *et seqq. et litt. L. conclus.* 363. Tepat. *var. resol. lib.* 2. *tit. de litt. Camb.* Less. *de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 23. *per tot.* Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 10. *tit. de camb. per tot.* vide in §. *Cedula num.* Rocc. *Collect.* 40. 2985. 3497. *et* 3853. ubi quod scribens non liberatur nisi sequuta solutione, maximè si dicat *et ponatis ad meam rationem*, hoc non obstante mora creditoris in exigendo; debet tamen creditor cambii, qui non potest exigere, certiorare scribentem remittendo litteras cum protestatione, ad tradita per Scacc. *de cam.* §. 2. *glos.* 5. *nu.* 326. Ansald. *de commerc. et mercat. disc. general. n.* 124.

Quòd in Urbe de consuetudine non sit necessaria recognitio litterarum cambii, & alia de hujusmodi litteris cambii, juxta prædicta, vide summatim de more cum ampliationibus, & limitationibus, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 142. *et seqq. ad* 162. *fol.* 399. cum aliis supracitatis.

Et possit recognitio fieri per testes asserentes habere notam manum, vel per judicis interlocutoriam in contumaciam citati ad recognoscendum, & recognoscere non curantis, Coller. *de process. execut. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 95. *et* 138. Gail. *observ.* 80. *nu.* 6. *lib.* 1. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 971. *et nu.* 1055. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 235. *n.* 1. *et* 2.

Litteræ cambii de jure non habent hypothecam, 5
secus autem de consuetudine diversorum locorum, Genu. *de script. privat. de litter. Camb quæst.* 2. *per tot. fol.* 159. ubi etiam *quæst.* 3. quòd plenè non probant contra tertium, sed benè ad favorem tertii, *et quæst.* 5. quòd ex illis oritur actio mandati, vide in §. *Apotheca n.* 4. Vide De Luc. *de Tut. disc.* 10. *n.* 6. *de Regal. disc.* 26. *n.* 9.

De litteris cambii an habeant hypothecam, & executionem paratam, latè Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 280. *per tot.*

Litteræ inter Mercatores habent vim publici in- 6
strumenti, sententiæ, & rei judicatæ, probant stipulationem prius factam, & in illis præsumitur contractus, ex quo possunt conveniri, Gratian. *discept. for. cap.* 500. *n.* 2. *etc. cap.* 569. *nu.* 25. *etc.* Ansald. *disc.* 4. *n.* 3.

Quòd plenè probent Duran. *decis.* 416. *numer.* 1. *et* 3.

Quòd litteræ missivæ inter mercatores habent vim publici instrumenti, Genua *de scrip. privat. lib.* 5. *in sing. fol.* 284.

Qualiter litteræ cambii habeant executionem paratam, omni exceptione, etiam nullitatis rejecta, Constantin. Cæsar. *specul. peregr. qq. quæst.* 40. *per tot. cum aliquibus seqq.* ubi de exceptione non numeratæ pecuniæ, de qua plura dixi *in* §. *Exceptio n.* 42. *et seqq.* Amat. *decis. Ferr.* 45. *nu.* 9. *et seqq.* latè Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 6. *per tot. fol.* 91. Ansald. *disc.* 3. *nu.* 3. ubi de consuetudine totius orbis. Sanfelic. *in Prax. sect.* 51. *nu.* 28. Rodoer. ad De Marin. *lib.* 1. *cap.* 258. *n.* 2. Rocc. *resp.* 12. *n.* 1. *de Litt. Camb. not.* 8. *n.* 15.

Quòd de jure litteræ, etiam cambii, non habeant executionem paratam, sed benè ex forma statutorum mercantilium tam realem, quam personalem, tam contra scribentem, quam contra acceptantem, Genu. *d. tract. tit. de litt. Camb. quæst.* 6. *per tot. fol.* 161 Gratian. *discept. for. cap.* 64. *n.* 13. ubi quod habent executionem paratam, vide in §. *Cedula nu.* latè, & magistraliter Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 198. *per tot.* ubi de litteris cambii *d'avviso*, *et dec.* 290. Novar. *Collect.* 126. *et Collect.* 168. Amat. *decis. Ferrar.* 45. *per tot.* Calvin. *de æquit. lib.* 3. *c.* 280. *per tot.* Possent. *sing.* 164. ubi quod habent executionem paratam, etiam contra Clericos, qui tenentur ad leges sæculares ad bonum publicum tendentes, ubi canones aliter non disponunt, addo Layman. *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *de legibus cap.* 13. Vide Sansel. Rodoer. Rocc. sup. citatos Altimar. *d. quæst.* 24. *n.* 50. De Luc. *de Camb. disc.* 22. *nu.* 2. *de Credit. disc.* 65. *n.* 4. *et alibi*.

Quòd quando debitor cambii fuit citatus ad docendum de remissa, de ea non docto possit contra eum rectè relaxari mandatum, & Auditor Cameræ inter mercatores, & contra eos procedat manu regia, & uti Princeps, Rot. *par.* 9. *recent. vol.* 1. *decis.* 23. *per tot.* & *par.* 11. *decis.* 198. *per tot.* & *decis.* 290.

An autem probent ad favorem tertii, Gratian. *discept. forens. cap.* 718. *num.* 10 &c. *infra num.* Bich. *decis.* 557. *nu.* 11. & *seqq.* De litteris cambii latè Em.

De Luc. Ansald. & Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *qu.* 24. *per tot. lib.* 4.

De cedula bancharia habente vim solutionis, qualis esse debeat, an admittat conditionem, & alia Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 347. *num.* 12. *& seqq. & num.* 19. vide *in* §. *Cedula.*

7 Litteræ missivæ regulariter probant contra scribentem, etiam si non fuerint à scribente subscriptæ, sed ab alio, *leg. fidejussor*, *&* §. *Pater ff. de pignor.* etiam quòd illas scripserit ratione officii sui, nam sibi præjudicat si non protestetur de conservatione suorum jurium, intelligendo ubi ab initio officium fuit voluntarium, secus si fuisset necessarium, ut in tutore, & administratore Republicæ, qui sibi non præjudicarent, Duran. *decis.* 368. *per tot.* ubi tamen *num.* 53. declarat prædicta procedere quando scribens corpus litteræ in illa nomen proprium apposuit, aut quando alius non se subscripsit, aliàs tota epistola esset attribuenda soli subscribenti, nisi probet fuisse deceptum, quod non præsumitur, Duran. *loc. citat.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 66. *per tot.* vide in §. *Scriptura n.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 282. *&* 283. *per tot.* ubi etiam Paul. Rub. in Annot. plura de more cumulat.

Quando litteræ missivæ privatorum probent, vel non, Tusch. *litt. L. conclus.* 364. Rot & Paul. Rub. *in loc. citat. per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 498. *nu.* 23. ubi quòd plenè probant contra scribentem per *leg. Publia in fine*, *ff. deposit.* etiam si sint directæ tertio, De Luc. *de Judic. disc.* 23. *nu.* 21. *&* 24. *disc.* 29. *nu.* 25. Caprar. *decis.* 390. *n.* 12. *decis.* 656. *per tot.* Fagnan. *in cap. nihil n.* 31. *de Elect.*

Quòd probent contra scribentem, modò constet esse scriptas ab illo, quod fieri potest litterarum comparatione, vel recognitione sigilli, & tunc probant etiam quoad enunciativa, licet carerent data temporis, & loci, vel etiam subscriptione, si tamen mittentis nomen contineant, & solitam formam, ac dummodò fuerint præsentatæ illi, cui mittuntur vivente ipso scribente, aliàs ob defectum simultanei consensus nullum producunt effectum, prout nec litteræ credentiales generales, vel commendatitiæ, Menoch. *de arbitr. cas.* 98. *num.* 9. *& seqq. per tot.* ubi etiam quòd non probant contra tertium, de quo, & aliis prædictis, vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 282. *cum Annotat.* Paul. Rub. *per totum.*

Quòd scriptura præsentata creditori post mortem scribentis, propter defectum simultanei consensus nihil probet, Genua *de script. privat. lib.* 2. *quæst. pr. nu.* 178. *&c. fol.* 91.

Qualiter litteræ recognoscantur per comparationem, vel per testes deponentes videri sub manu talis scriptas, quam notam habent, Burat. *consil.* 39. *num.* 25. cum aliis per Genua *loc. citat. num.* 126. *&c. fol.* 87. *vide in* §. *Testis num.* 45. §. *Comparatio num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 285. *num.* 7. *& seqq.* vide Ansald. *de commerc. & mercat. disc. general. nu.* 223. ubi remissivè de hac materia vide De Luc. *de Judic. disc.* 29. *à n.* 34. Rocc. *cap.* 126. *nu.* 14. *&* 15. *libr.* 2. Balduc. *de Legat. decis.* 30. *n.* 14. *&* 15. Ansald. *decis.* 8. Abeccles. & Crescin. *observ.* 48. *&* 49. *part.* 2.

Quòd non requirant valde exactam recognitionem, Cæs. de Grass. *decis.* 2. *num.* 7. *de Præbend.* Lodovis. *decis.* 239. *num.* 3. Matthæu Sanz. *de re crim. controv.* 77. *nu.* 2. ubi quod probant contra scribentem, etiam absque illius recognitione, quando notissima est manus, adest recognitio recipientis, cum aliis adminiculis, & non agitur de imponenda pœna corporali.

Quòd probent contra scribentem, prædicta omnia sequendo, declarando, ac alia plura addendo, latè Genua *de script. privat. lib.* 3. *quæst. pr. num.* 59. *& seqq. ad* 116. *fol.* 111. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 162. *& seqq. ad* 188. *fol.* 400. *&c.* ubi an, & quando probent pro scribente, an contra scribentem, & an contra tertium.

Quando agitur de litteris ab alio scriptis de ordine alterius scribere nescientis quomodo ea pluribus simul junctis possit talis ordo probari, Menoch. *de Arbitr. cas.* 99. *nu.* 14. Farinac. *de test. quæst.* 63. *cap.* 4. *num.* 221. Genu. *de scriptur. privat. lib.* 2. *tit. de Apoca manu tertii conscript. nu.* 37. Bieb. *decis.* 664. *nu.* 16. *inter recent. part.* 12. *decis.* 139. & dixi in §. *Scriptura num.* 12. Bertachin. *vol.* 39. *num.* 17. *&* 18. Urceol. *consult.* 9. *n.* 10. Crescin. *dict. obser.* 49. *n. fin.*

8 Litteræ ut probent contra scribentem non sufficit propria manu esse scriptas, sed ulterius requiritur, ut contineant nomen scribentis tamquam subjectum, cui obligatio cohærere possit, aliàs dicuntur informes, vacuæ, & incertæ, Boer. *decis.* 282. *num.* 6. Cancer. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 26. Duran. *decis.* 368. *num.* 24. ubi etiam *num. seqq.* quòd non potest subintelligi persona scribentis quando non fuit expressa, Menoch. *de arbitr. cas.* 94. *num.* 21. Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 39. *& seqq. fol.* 109. ubi ampliat etiamsi continerent sigillum.

Contrarium vide *in* §. *Scriptura num.*

9 Litteræ missivæ qualiter interrumpant præscriptionem, & constituant in mala fide, vide Boer. *decis.* 333. *per tot.* Vide Rotam coram Caprar. *decis.* 122. *n.* 8. *part.* 1.

Quòd declarent mentem, & voluntatem scribentis, Altograd. *consil.* 5. *num.* 2. *lib.* 1.

10 Litteræ regulariter non probant pro ipso scribente, nisi quoad connexa, nam si ille, cui mittuntur acceptet eas pro se, tenetur etiam acceptare contra se, & sic pro scribente arbitrio judicis, *leg. Publia*, §. *ult. ff. de depos.* Menoch. *de arbitr. cas.* 93. *nu.* 14. *& seqq. & cas.* 94. *num.* 6. *&* 7.

Sicut etiam probant pro scribente, quando illas recipiens non contradixit, sed tacuit, quia videtur approbasse, *leg. filiusfam. ff. ad Maced.* Menoch. *dict. cas.* 94. *num.* 8. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 163. *& seqq. fol.* 400. vide in §. *Cautela num. infra num.* Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 117. *& seqq. ad* 186. *fol.* 113. *&c.* ubi sequitur prædicta ob non contradictionem, & in connexis.

Quæ autem dicantur connexa, continentia, & separata, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 95. *per tot.* Genu. *de script. privat. lib.* 4. *tit. de connex. & de separat. fol* 204. *&c.*

11 Litteras recipiens, & non contradicens, videtur illas approbare, etiam si contineant mandatum de solvendo, dummodò sciat quid re vera in illis contineatur, & id probetur, ac dummodò manu scribentis, vel de ejus mandato scriptæ appareant, nisi contineant calculum de datis, & receptis, nam tunc recipiens non videtur approbare, sed ut videat an calculus sit ritè factus; item intellige quoad approbationem, non quod recipiens fateatur factum enarratum in eis, vel nisi mittens aliquo modo impugnet, dummodò causam contineant, sponte recipiens illas acceperit, vel cessante metu retinuerit, vel nisi protestetur recipere in passibus, & punctis pro se facientibus, vel nisi dixerit latori se velle responsum dare mittenti, & postea exprimat ea, quæ non approbat, vel nisi agatur de incidenter prolatis, quæ non videntur plenè approbata, vel si recipiens contradicendo impedire non potuit, vel si contineant verba injuriosa, vel si mortuo mittente perveniant ad recipientem, nam his omnibus casibus non videntur per recipientem approbatæ prout latè probat, & explicat Genu. *de scrip. privat. lib.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 117. *& seqq. ad* 177. *fol.* 113. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. L. conclus.* 374. *per tot.* Cabal. *consil.* 16. *per tot. volum. pr.* ubi idem concludit in ambasciata, quando ex actu subsequenti arguitur accepta io.

An, & quando litteras recipiens, & non contradicens videatur confiteri, & approbare in eis contenta, & quomodo sibi præjudicet, latè Gratian. *disc. oprat. forens. cap.* 699. *num.* 31. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 65. *per tot. & de arbitr. cas.* 21. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *nu.* 145. *fol.* 399. *& num.* 165. *fol.* 400. Costa *tract. de re integra distinct.* 63. *per tot.* Gabriel. *de præsumpt. conclus.* 2. *num. pr. &c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 226. *num.* 10. ubi quòd sic, quando illas legit, & non contradixit, *& par.* 13. *decis.* 341. *num.* 2. *et part.* 17. *decis.* 221. *num.* 5. *& seqq.* benè Francisc. de Angel. *tractat. de confess. lib. pr. quæst.* 8. *limit.* 9. *nu.* 13. *et seqq. per tot.* ubi ponit plura requisita, ac pluries citat meas resolutiones *cap.* 27. ubi hanc materiam tractavi, & in hoc opere §. *Cautela num.* 5. Hermosil. *ad leg. Partis.*

tit. tom. pr. tit. pr. leg. 6. glos. 2. fol. 67. Altimar. *de nullit. rub. pr. part. 2. quæst. 24. num 90. tom. 4.* Fagnan. *in cap. tuæ litteræ num. 61. de Cler. per salt. promot.* Rocc. *resp. 4. n. pr. resp. 12. n. 3. tom. pr.*

Qualiter recipiens scripturas sine aliqua protestatione videatur approbare omnia in eis contenta, pulchrè Duran. *decis. 416. num. 6. et num. 20.* ubi de notulis, sive facturis transmissis, & sine protestatione receptis, *vide in §. Pretium num.* Rot. *part. 14. recent. decis. 256. nu. 2. & seqq. & part. 17. decis. 231.*

An autem, & quando per productionem censeantur approbatæ litteræ, vel aliæ scripturæ productæ, tam à producente, quam ab adversario non opponente, vide in *§. Productio num. & §. Scriptura num.* Rot. *part. 13. recent. decis. 341. num. 3.*

12 Litteras recipiens, & non contradicens, an sicuti in civilibus videtur fateri, & approbare in eis contenta juxta prædicta, ita etiam idem sit in criminalibus, dic quòd non, sed ex tali receptione, & non contradictione oriri tantùm inditium ad torturam secundum aliquos, licet secundum alios, & veriorem opinionem, nec etiam ullum inditium ad inquirendum oriatur, cum non sit eadem ratio, ut exemplificando probat Genu. *de script. privat. lib. 3. q. 3. per tot. fol. 125.*

Unde litteræ repertæ penes aliquem, quibus ei significetur homicidium, vel aliud delictum, de ejus mandato commissum, vel significantes vociferari eum occidisse talem, vel aliud delictum commisisse, & ideò caveat ne capiatur, sive quòd homicida se in tuto recepit, non videntur facere inditium ad torturam juxta prædicta, nisi alia concurrant per rationes adductas à Genu. *loc. citat. num. 7. & 8.* Eugen. *consil. 76. num. 99. & seqq.* Blanc. *in repert. leg. fin. num. 224. ff. de quæst.* cujus verba recitat Genu. *loc. cit.*

Sed quòd imò faciant inditium ad torturam, Marsil. *in prax. crimin. §. Diligenter num. 136. &c.* Addent. ad Matthesil. *sing. 22. num. 5.* Ancharan. *lib. 1. quæst. 48. nu. ult.* damnantur tamen isti à Genu. & aliis prædictis ubi supra, Sed quòd faciant indicium, tenet etiam Matths *vot. Pisan. 238. num. 7.* Rot. *part. 17. recent. decis. 231. num. 6.* Matth. Sanz. *de re crim. controv. 28. num. 69. et 70.* ubi quòd convincunt complicitatem in quocumque crimine, de quo loquantur ad Farinsc. *quæst. 130. num. 41.* Plac. *epit. lib. 1. cap. 15. n. 9. et cap. 16. n. 5.*

Illud autem apud me indubitatum est, quòd si agatur de litteris citatoriis à judice, vel juxta stylum Tribunalis emanatis, subsequuta relatione nuncii, si illas recipiens non contradicat, & in judicio, efficitur contumax, & habetur pro confesso, ac pro tali damnatur de generali consuetudine juxta ea, quæ dixi in *§. Citatio nu. et §. Contumacia nu.*

13 Litteræ amatoriæ inter amasios scriptæ, & penes eos repertæ, ac recognitæ, probant adulterium, vel alium concubitum in illis contentum, & sic esse verum illarum tenorem arbitrio judicis, latè Menoch. *lib. 5. præsumpt. 41.* Genu. *de scriptur. privat. lib. 3. titul. de litter. amat. per tot. fol. 166.* ubi reprobat Sanchez *de matrimon. lib. 3. titul. de divort. disputat. 12. qu. 3. num. 48.* tenentem hujusmodi litteras non probare adulterium in eis confessatum, sed tantùm facere inditium ad torturam, vide Farinac. *quæst. 136. cap. 4. num. 126. et 127.* Vivi. *decis. 241.* dixi in *§. Adulterium num. et in Pract. §. Adulterio nu. 7.* Basilic. *dec crimin. 22. à num. 27.* quem citat, & sequitur Crescin. *in annot. ad cons. 82.* Spad. *tom. 1.*

An autem famuli deferentes hujusmodi litteras peccatum continentes, peccent, vel excusentur ratione famulatus, & quid in commodante cubiculum ad fornicandum, Michael Ferro Manriq. *Quæst. Vicar. part. 2. quæst. 81. et 82.* ubi in utroque casu concludit contra Dianam *tract. 6. Miscell. resolut. 45. & 46. in §. Famulus num. 7.*

14 Litteras scribens ad hostes sui Principis, vel ab illis recipiens quando dicatur incurrere crimen læsæ Majestatis, vel possit excusari, vide Farinac. *quæst. 113. Special. pr. num. 25. et seqq.*

Sed omninò cavendum est à prædictis, ne dum disputatur quid juris, eveniat quid facti irretractabilis, Pac. Jord. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 20. n. 233. et seqq. fol. 404.*

Litteras Principis, sive Magistratus, vel judicis, sive privatæ personæ aperiens, & legens, ac eas aliis ostendens, sive removens sigillum, vel lacerans ipsas litteras, vel illas reddere retardans, ad quid teneatur, & qua pœna puniri debeat, latè Menoch. *de arbitr. cas. 538. per tot.* ubi undecim casus distinguit, & latiùs Genus *de script. privat. lib. 3. quæst. 2. et 3. per tot. fol. 120. etc.* ubi etiam de falsificante litteras alienas, Cardin. Tusch. *litt. L, conclus. 374. per tot.* Farinacc. *quæst. 150. part. 4.* Bajard. ad Clar. *§. Falsum nu. 203. etc.* Ricc. *Collect. 1929.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 20. num. 229. etc.* ubi etiam quòd peccat mortaliter, nisi possit ex aliqua justa causa excusari, & ponit sex limitationes, in quibus non incurritur peccatum, nempè in superiore Regularium, in parentibus, stante præsumpta ratihabitione mittentis, vel recipientis, occasione sibi cavendi à periculis, injuriis, & aliis malis, ex inadvertentia, ex mera curiositate nullo subsistente periculo alterius incommodi, & si continerent res parvi momenti, allegat Less. *de just. et jur. lib. 2. cap. 21. num. 133. etc.* Sà *in Manual. verb. Litteræ*, vide Dian. *part. 3. tract. 6. resolut. 55.* Ricc. *d. Collect. 1929.* Vivi. *decis. 62.* Coller. *decis. German. 179.* Guid. Pap. *decis. 233.* Novar *in Pragmat. Regn. Neap. Collect. 128.* 15

Litteræ regulariter non inducunt obligationem, si contineant verba curialia, vel in futurum prolata; obligarent autem ubi ageretur de contractibus, qui solo consensu perficiuntur si contineant verba apta, & causam, & quando pervenerunt ad eum, cui sunt directæ, ac ubi ageretur de probanda obligatione jam contracta, vel ubi scribens se soluturum constitueret pro alio jam obligato, Genu. *de scriptur. privat. lib. 3. quæst pr. nu. 13. et seqq. ad 27. fol. 108.* ubi etiam *num. seqq.* latè declarat, an, & quando probent obligationem jam antea contractam, & quomodo tunc agendum sit usque ad *num. 78. infra nu. seqq.* Rot. *part. 10. recent. decis. 40. nu. 12. et per tot.* ubi etiam quando simpliciter subscribens litteras alterius censeatur se proprio nomine obligare vel non, Quid de litteris commendatitiis Ansald. *de commerc. et mercat. disc. general. n. 83.* & quid in litteris laudativis, vel approbativis De Luc. *de Judic. disc. 29. sub num. 45.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. n. 907. et 908. tom. 5.* Ansald. *de commerc. disc. gener. n. 185. et 186.* 16

Litteræ credentiales si ita generalibus verbis sint conceptæ, vel potiùs sint commendatitiæ non obligant scribentem, nisi aliquid certum dispositivè contineant, vel nisi ex qualitate personarum aliter dignoscatur, ut quia lator esset Institor scribentis, vel nisi dicant adhibe fidem super me, vel periculo meo, sive quod commisit latori, ut scribentis nomine faciat quidquid voluerit, quo casu tamen casus specialiter prohibiti (ut donatio) non continentur; si verò ipsæ litteræ credentiales sint magis speciales obligant scribentem, prout in utroque casu exemplificat Genu. *de script. privat. lib. 3. tit. de litter. credent. & commend. fol. 163. & seqq.* Card. Tusch. *litt. L, concl. 366.* Bart. *in l. Lucius ff. de fidejuss.* Menoch. *de arbitr. cas. 94. num. 20.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 181. fol. 401.* Paul. Christin. *decis. Belg. 34. num. 6. vol. 3.* vide Ansald. *de commerc. & mercat. disc. 24. nu. 16.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 5. quæst. 22. à n. 104. tom. 2. Et rubr. 1. part. 3. qu. 31. dict. n. 907. & 908. tom. 5.* Idem Ansald. *dict. disc. gener. n. 185. & 186.* 17

Quòd ex litteris officiosis, generalibus, ac per modum urbanitatis, & complementi scriptis, nulla inducatur obligatio, nisi agatur de favore piæ causæ, latè idem Genu. *in Addit. tit. de litt. offic. per tot. fol. 52.* vide *in §. Verba n. 5. &c.* Rot. *part. 10. recent. decis. 211. num. 4. &c.* ubi tamen quod sufficiunt ad probandam scientiam negotii in illis contenti.

Litteræ ut dixi sufficiunt ad inducendum, & probandum quemcumque contractum, qui solo consensu perficitur, cum per eas rectè dari possit simultaneus consensus in hujusmodi contractibus necessarius, nam cum semper scribentis nomine loquantur, 18

&

& faciant illum præsentem, etiamsi per mille milliaria absit, si ille, ad quem diriguntur recipiat eas, & consentiat expressè, vel tacitè per non contradictionem, statim tempore receptionis dicitur oriri simultaneus consensus, & perficitur contractus, nisi ante præsentationem mortuus fuerit scribens, vel alitet eum pœnituerit, & voluntatis suæ mutationem declaraverit, nam his casibus propter defectum simultanei consensus, non induceretur contractus, nec obligatio, Genua *de script. priv. lib. 3. quæst.* 12. *per tot. fol.* 131. cum pluribus quæstionibus antecedentibus, & sequentibus, ubi singillatim explicat in emptione, & venditione, in societate, locatione, deposito, cessione jurium, pacto, donatione, mandato, constituto, compromisso, feudo, emphyteusi, aditione, repudiatione hæreditatis, in fideicommisso, & legato, in codicillis, in libertate, præsentatione, patronatu, consensu, collatione beneficii, sponsalibus, matrimonio, dote, cessione bonorum, & similibus; ex quibus rectè inferri posse existimo, contractus hujusmodi per litteras initi, suum initium, & perfectionem sumere non à die scriptarum litterarum, sed illarum receptionis, & ideò si interim scribens moriatur, vel pœniteat ut supra, evanescere, aut saltem esse præferendum alium, qui medio tempore ab eodem scribente jus acquisiverit.

19 Litteræ quando probant, id procedit inter mittentem, & recipientem, nam contra tertium minimè probant, nisi essemus in libris Campsorum; an autem probent ad favorem tertii, puta si scripsi tibi litteras, in quibus fassus fui debere centum alteri, an ille possit ad plenam probationem faciendam uti dictis litteris sibi transmissis, dic quod sic, cum epistola scribentis nomine semper loquatur, Genu. *de script. priv. lib.* 3. *quæst. pr. num.* 187. *& seqq. per tot. fol.* 118. Gamm. *decis.* 36. *num.* 5. Gratian. *decis.* 156. *num.* 3. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 341. *nu.* 7. ubi quòd de æquitate canonica probant contra scribentem, licèt tertiò cuidam fuerint transmissæ. Vide Rotam coram Caprar. *decis.* 122. *num.* 8. *part. pr.*

20 Litteræ geminatæ magis ostendunt perdurationem mentis, & faciunt non solum magis apparere veritatem, & perseverantiam, sed excludunt omnem errorem, simulationem, ac læsionem, & consensum roboratum, & confirmatum inducunt, Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 30. *&c.* ubi etiam quòd tantùm valet consensus geminatus, quantum juratus, & quòd ob id insinuatio non sit necessaria, *vide in §. Insinuatio num.*

21 Litteræ exhortativæ, idest hortantes alium ad aliquid faciendum regulariter non inducunt consensum scribenti præjudicialem, nec illum obligant, nisi fuerint causa finalis contractus, sine quibus recipiens non erat aliter contracturus, ut benè exemplificat Socin. sen. *consil.* 291. *lib.* 2. cum aliis per Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de Epistol. exhort. per tot. fol.* 267. ubi etiam remissivè de litteris onorariis officiosis, reverentialibus, & similibus, & vide Gratian. *decis.* 156. *per tot.* Ansald. *loc. cit. disc. gener. n.* 185. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 907. *& seqq. tom.* 5.

22 Litteræ testimoniales, sive legalitatis probant notariatum si fuerint in forma publica, & cum sigillo concessæ à Communitate loci domicilii ipsius notarii, prout passim servatur, quidquid in puncto juris contrarium tenuerint aliqui; deberent tamen continere non solùm quòd talis sit notarius, & publicè pro tali habitus, sed etiam quod scripserit illud instrumentum, aliàs si allegetur non fuisse manu illius scriptum, dictæ litteræ de hoc non faciunt fidem, sed solum de notariatu, quamvis etiam quoad omnia sufficere, (nisi adessent aliæ conjecturæ falsitatis, & ubi propter longinquas regiones non posset fieri comparatio) communi scribentium sententia, & usu admittatur, Pacion. *de probat. lib.* 5. *tit.* 21. *num.* 63. *& seqq.* cum aliis per Genua *de script. privat. lib.* 3. *tit. de litter. testimon. per tot. fol.* 168. *&c.* Card. Tusch. *littera L, conclus.* 363. *per tot.* Afflict. *decis.* 251.

23 Litteræ Papales, sive Apostolicæ justificatæ qualiter paratam habeant executionem vide summatim cum limitationibus, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 206. *& seqq. ad* 259. *fol.* 403. latè Marchesan. *de commiss. part. pr. cap.* 9. *per tot.* Lancellott. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 477. *& seqq.* Ricc. *Collect. in repertor. verb. Litteræ*, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 123. *num. pr. &c. & decis.* 154. *n.* 6. *&c.* Bich. *decis.* 388. *num. pr. &c. decis.* 594. intelligendo de justificatis, Gonzal. *regul.* 8. *glos.* 9. *§. pr. tit. de attent. num.* 225. *& seqq.* plenè Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 8. *per tot.* ubi etiam ponit formulas actorum super inde fiendorum, & agit de pluribus clausulis in hujusmodi litteris appont solitis, & quòd illorum executio non possit aliquo modo impediri sub pœna excommunicationis. Ansald. *decis.* 4. *n.* 23. Emerix jun. *decis.* 165. *n.* 2. *decis.* 246. *n. pr. decis.* 254. *n.* 3. *decis.* 298. *num. pr. & alibi.* De Luc. *de Benefic. disc.* 72. *n.* 5. *&* 6. *et disc.* 73. *a num.* 21. *de Fideicomm. disc.* 13. *n.* 14. *de Judic. disc.* 43. *n.* 3. Mantiss. ad eumd. De Luc. *libr.* 12. *decis.* 15. *num. pr. decis.* 17. *n.* 8. *vol.* 2. *et libr.* 12. *decis.* 28. *num.* 18. *libr.* 13. *decis.* 16. *n. pr. decis.* 19. *n. pr. decis.* 48. *nu.* 2. *vol.* 4. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 508. *n. pr. dec.* 648. *n. pr. decis.* 552. *n.* 2. *decis.* 606. *n. pr.*

De litteris Apostolicis, Episcopi, vel alterius ordinarii prout de litteris Imperatoris, Regis, vel alterius Principis, an, & quando probent latè differit Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de litter. Apostol. cum pluribus seqq. fol.* 179. *etc. ad* 187. Card. Tusch. *litt. L, conclus.* 361. *et* 365. *et seqq.* Mascard. *de prob. conclus.* 900. ubi de litteris Episcopi, facit quòd dixi in *§. Rescriptum, num.*

Quòd litteræ Apostolicæ quando sunt justificatæ, sint omninò exequendæ, & in illarum executionem provisus Apostolicus sit immittendus in possessionem, & quidem judicio possessorio ad instar, *l. fin. Cod. de edict. D. Adr. toll.* Menoch. *de adipisc. remed.* 6. *nu.* 34. Gregor. *decis.* 335. *n* 13. plenè Argel. *de acquir. possess. quæst.* 18. *et* 19. *per tot.* Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 371. *num. pr. et seqq. et part.* 10. *decis.* 14. *num.* 3. *et decis.* 25. *num. pr. etc. decis.* 31. *per tot. decis.* 263. *num.* 3. *etc. p.* 15. *decis.* 92. *et par.* 16. *decis.* 191. *et* 192. *p.* 17. *decis.* 372. ubi quòd quando sunt subreptitiæ, vel turbidæ, non sunt exequendæ, stante clausula, *arbitrio*, quia arbitrium debet à jure regulari, de litteris Apostolic. latè Em. De Luc. & Pignatell. in suis oper. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 15. *decis.* 10. *num.* 22. *vol.* 4. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 11. *n.* 63. Ros. *de exeq. lit. apost. part. pr. cap.* 7. *n.* 115.

An autem post lapsum 30. annorum perdant vim executivam, vide Burat. *decis.* 195. *nu.* 5. *cum Addit.* Rot. *par.* 11. *decis.* 99. *num.* 2. *et seqq.*

Quod sint diligenter attendendæ, quia Pontifex in beneficialibus non intendit tollere jus quæsitum alterius, Thom. Trivis. *decis.* 25. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 372. *num.* 4. *et seqq. per tot.*

Quando autem dicatur vulneratæ, vel non, ut non mereantur executionem, sed ordinariè sit procedendum, Bich. *decis.* 667. ubi idem in litteris Legati, vel Vicelegati. De Luc. *de Benefic. disc.* 73. *a num.* 51. *cum seqq.*

An possint ex aliqua causa litteræ, & Bullæ Apostolicæ examinari à Principe sæculari, vel ejus ministris, antequam executioni demandetur quoad possessionem bonorum dixi in *§. Judex num.* 30. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 5. *n.* 35.

Litteræ remissoriales, an & quando sint conceden- 24
dæ, vel non pro examinandis testibus, vide in *§. Remedium num.*

De litteris monitoriis ad aliquid detegendum, vide in *§. Monitorium num.*

De litteris dimissoriis, quæ fiunt ab Episcopo, clericis peregrinantibus, vel ad ordines suscipiendos, quid continere debeant, & alia ad rem, latè Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccles. part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 2. 3. *&* 4. *fol.* 279. *et seqq.*

Litteræ sine nomine scribentis, vel cum nomine al- 25
terius falsè usurpato continentes, & deferentes aliorum crimina, qualiter non sint attendendæ, neque de delictis in illis contentis judicialiter inquirendum, maximè contra publicos ministros, & officiales, licèt ex illis possint quandoque extrajudiciales notitiæ de-

desumi, Bajard. ad Clat. §. *final. quæst.* 73. *num.* 42. Larrea *decis.* 98. *nn.* 43. *& allegat. Fiscal.* 101. *num.* 20. *& seqq.* cum aliis per Matthæu. Sanz. *de re crim. contrav.* 74. *n.* 7. *& seqq.* & diai *in Præfat. num.* 14.

26 De litteris cambii, & hujusmodi aliqua decisa refert Thoto *Compend. decis. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *sect.* 2. *verb. Litteræ*, & alia plura remissivè Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Litteræ*, & Com. August. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 53. *&c.* Ansald. *decis.* 84. *n.* 66. *et* 67. Emerix Caprar. Roccus Rocca Altimat. Card. de Luc. Mantiss. ad eumd. Mans. Paliu. & alii moderni.

27 Litteræ quomodo recipiendæ, & expurgandæ tempore pestis, sicut & aliæ scripturæ, Card. Castald. *tract. de avert. & proflig. pest. cap.* 260. *nn.* 4. *et seqq. cap.* 34. *num.* 2. *et cap.* 43.

28 Litteræ requisitoriæ dantur inter Judices diversi territorii pro executione eorum, quæ invicem contingunt circa administrationem justitiæ, & sunt exequendæ, quia Judices tenentur sibi invicem auxiliari, ita ut Judices Ecclesiastici possint per censuras compellere sæculares, ut illis subsidium præstent; sæculares autem non compellunt ex se Ecclesiasticos ad sibi invicem præstandum auxilium ex defectu jurisdictionis, sed recurrunt ad illorum Superiorrs, ut ipsi compellant, & alia ad rem, latè explicat videndus Cancer. *var. resol. p.* 2. *cap.* 15. *per tot.* & faciunt plura per me notata in §. *Judex*. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 98. *n.* 16.

Multa de invocatione brachii sæcularis, & qualiter potestas laica teneatur illud Ecclesiasticis concedere; possit tamen, & debeat summariè de justitia, & validitate requisitorum cognoscere cum citatione partis ad hunc effectum, & alia tradit videndus pariter idem Cancer. *var. par.* 3. *cap.* 19. *per tot.* & Vela *tractat. de Episcop. et brachio sæculari part. pr.* ubi explicat quæ sint delicta mixti fori, *et par.* 2. ubi de Brachio sæculari implorando, & concedendo absque ulla cognitione in delictis merè Ecclesiasticis, in aliis verò mixti fori examinato processu, quando possit denegari, & alia; habetur iste *tractat. post Differt ejusdem Velæ fol. mihi* 321. *etc.* vide in §. *Judex num.* 32. *et* 78. Plura De Luc. *Miscell. disc* 7. *nn.* 11. *disc.* 22. *nn.* 13. *et* 14. *et per tot. annotat. ad Concil. disc.* 6. *n.* 11. *de Judic. disc.* 9. *a n.* 25. *disc.* 40. *n.* 9 *et* 30. *de Jurisdict. disc.* 98. *nu.* 16. Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 20. *et* 21. *et quæst.* 23. *et quæst.* 28. *n.* 30. *tom.* 1.

29 Observantia apta est interpretare Litteras Apostolicas. Rot. cor. Priol. *dec.* 95. *nn.* 30. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 38. *n.* 6. *lib.* 13. *vol.* 4.

Observantia facit præsumere justificationem litterarum. Rot. *dec.* 505. *n.* 3. *part. pr. rec.* & cor. Card. Cerr. *dec.* 183. *n. pr. cum seqq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 77. *n.* 12. *lib.* 13. *vol.* 4.

30 Quoties in litteris Apostolicis adsunt clausulæ *verificata, et amoto*, executor assumere debet partes Judicis, & citare omnes interesse habrntes. Rot. cor. Royas *dec.* 319. *n.* 3. *et dec.* 509. *nn.* 9. *et seq. part.* 8. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 21. *n.* 3. *lib.* 16. *vol.* 4.

31 Ex usu litterarum Apostolicarum suppletur consensus causalis resignatarii respectu pensionis reservatæ. Lothet. *de re benefic. lib. pr. quæst.* 35. *num.* 76. Card. De Luc. *de pens. disc.* 35. *nu.* 4. *et* 5. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 4. *n.* 56. *lib.* 12. *vol.* 4.

32 Litteras exequitur Apostolicas Episcopo mortuo directas Vicarius Capitularis Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 29. Pellegr. *in prax. Vic. par.* 1. *sect.* 4. *subsect.* 2. *n.* 19. *pag.* 41.

33 Litteræ Apostolicæ potius debent attendi, quàm supplicatio, & juxta illas potius est judicandum Emerix jun. *decis.* 516. *n.* 5. præsertim si sint compatibiles cum rescripto *ibid. n.* 7.

34 Litteræ Apostolicæ emanatæ motu proprio non indigent justificatione Emerix jun. *decis.* 102. *num.* 2. Rot. *recent. part.* 9. *decis.* 259. *nn.* 2. *part.* 10. *decis.* 93. *num.* 24.

35 Exequutio litterarum Apostolicarum retardatur per exceptionem symoniæ Bich. *decis.* 669. *n.* 9. Emerix jun. *decis.* 814. *n.* 7.

36 Litteræ Apostolicæ exequi non debent, nisi actualiter in actis exhibeantur juxta vulgatam regulam Cancellariæ & ad tradita per Emerix jun. *decis.* 860. *sub num. pr.*

37 Litteræ Apostolicæ non dicuntur originales quoties non fuerunt scriptæ antiquo charactere, qui erat in usu tempore datæ Emerix jun. *dec.* 1279. *num.* 6. *et n. n. seqq.*, ubi latè de hac materia.

38 Litteræ Apostolicę præbent legitimum titulum, & præstant bonum jus Bich. *decis.* 472. *n. pr.* Emerix jun. *decis.* 461. *n. pr.*

39 Litteræ Apostolicæ quando dicantur in forma gratiosa Rosa *de Exec. litt. apost. part. pr. cap.* 4. *il* 2. *n. pr. in fin.* Ansald. *decis.* 62. *n.* 6.

Et quando sunt in forma gratiosa nullam justificationem requirunt Ros. *loc. cit. cap.* 14. *n.* 184. De Luc. *de Benef. disc.* 37. *n.* 12. *et* 13. Ansald. *loc. cit. n.* 7.

40 Litterę, quæ justificantur in suo præcipuo fundamento sunt exequendæ Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 63. *n. pr.* Piton. *de Jurep. alleg.* 18. *n. pr.*

41 Litteræ Apostolicæ priores in data sunt exequendæ in concursu posteriorum Lott. *de benef. lib.* 2. *q.* 23. *n.* 6. Piton. *loc. cit. alleg.* 60. *n.* 13.

42 Arbitrium non intrat pro retardatione, quando litteræ sunt justificatæ Gregor. *decis.* 221. *n. pr.* Piton. *loc. cit. all.* 19. *n.* 23.

43 Appellatio non datur ab exequutione litterarum Seraphin. *decis.* 1484. *a n.* 2. Piton. *alleg.* 75. *n.* 33.

44 Litteræ non justificatæ nullam merentur exequutionem Emerix jun. *decis.* 469. *n. pr.* Rot. *p.* 19. *rec. decis.* 148. *n.* 4. Piton. *alleg.* 48. *n.* 89.

45 Quando sententia lata super exequutione litterarum Apostolicarum est injusta, tunc intrat arbitrium pro retardanda illius exequutione Mantiss. ad De Luc. *lib.* 12. *decis.* 19. *n. pr. vol.* 2.

46 Litteræ Apostolicæ, quæ patiuntur obreptionis, vel subreptionis vitium, nullam promerentur exequutionem Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 37. *nn.* 2. *vol.* 4. *et libr.* 16. *decis.* 21. *n.* 4. *vol. eod.* Bich. *decis.* 520. *sub n. pr.* Et litteræ beneficiales subreptitiæ sunt ipso jure nullæ Fagnan. *in cap. ad audientiam il* 2. *n.* 21. *de rescript.*, Sed vide eumdem *n. n. seqq.*

47 Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur ad impediendam exequutionem litterarum apostolicarum Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 39. *n.* 22. *vol.* 4. Dunoz. jun. *decis.* 352. *n.* 23. Priol. *decis.* 377. *n.* 6.

48 Litteræ Apostolicæ in forma dignum quid differant ab aliis in forma gratiosa Card. De Luc. *de Judic. disc.* 43. *n.* 13.

49 Attentata an dentur in executione litterarum Apostolicarum Card. De Luc. *de Judic. disc.* 18. *n.* 57.

50 Litteræ Apostolicæ exequendæ sunt in casu dubio contra provisum ab Ordinario. Card. de Luc. *de Benef. disc.* 5. *ex n.* 5.

51 Litteras Apostolicas falsificans incurrit pœnas privationis Beneficiorum. Garz. *part.* 11. *cap.* 10. §. 2. *n.* 170. Barbos. *de Episcopo alleg.* 57. *n.* 234. Card. de Luc. *de Benef. disc.* 75. *n.* 13.

52 Adversus litteras Apostolicas non potest opponi defectus antidatæ Gratian. *disc. pr.* 191. *nu. pr.* Rot. *dec.* 68. *n. final. part.* 5. *rec.* Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 42. *n.* 7. *&* 8.

53 Litteræ Apostolicæ expediri debent, alias non possunt exigi pensiones, & exactæ restituuntur. Card. de Luc. *de Pens. disc.* 22. *n.* 3. *disc.* 29. *n.* 3. *disc.* 30. *nu.* 9. *disc.* 40. *n.* 7. *disc.* 44. *num.* 9. *de Benefic. disc.* 64. *num.* 10.

54 Litteræ Apostolicæ in resignationibus non expediuntur sine consensu. Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 48. *n.* 8.

55 Litterarum Apostolicarum non est necessaria expeditio, quando impetratio fit ad cautelam per eundem possessorem. Lotrher. *lib.* 3. *quæst.* 21. *n.* 8. Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 39. *n.* 7.

56 Litterarum Apostolicarum quomodo sint facienda transumpta Card. de Luc. *de Benef. disc.* 76. *n.* 2.

57 In Litteris Apostolicis Officiales Cancellariæ, an aliquid adiicere valeant præter supplicationem. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 10. *n.* 16.

58 Litteræ Apostolicæ super reservatione pensionis habent executionem paratam, & de modo eas exequendi. Card. de Luc. *de Judic. disc.* 43. *num.* 17. *&* 18.

Li

59 Litteræ Apostolicæ an ex intervallo possint expediri quando reservatio est oretenus facta. De Luc. *de Pens. disc.* 40. *n.* 7.

60 Litterarum Apostolicarum in quibus provisionibus expeditio sit necessaria. Card. de Luc. *de Benef. disc.* 231. *n.* 4.

61 Litterarum Apostolicarum negativa est difficilis probationis, & multo magis in litteris Ordinarii. De Luc. *de Benef. dict. disc.* 131. *n.* 3.

62 In Litteris cambii exceptiones, quæ obstant giranti quando obstent adiecto seu giratario. Card. de Luc. *de Cred. disc.* 163. *n.* 2. *& seq.*

63 Litteræ cambii incontinenti sunt solvendæ ubi dicitur *à vista*, sed ubi dicitur *ad uso* intra terminum quindicim dierum. Card. de Luc. *de Camb. disc.* 21. *num.* 3.

64 Litterarum cambii regressus an, & quando cesset ob non factam in tempore protestationem. Card. de Luc. *de Cambi. disc.* 22., ubi de intelligentia pragmaticæ 6. *de litteris cambii.*

65 In Litteris cambii laudator, seu approbator, scribentis, an ad aliquid teneatur. Menoch. *cons.* 179., & Cæphal. *cons.* 447. Card. De Luc. *de cambi. disc.* 30. *n.* 2. *& seq.*

66 In litteris cambii verba *haveranno suo fine* de stylo mercatorum inducunt propriam obligationem. Card. de Luc. *de Camb. d. disc.* 30. *n.* 4. *& seq.*

67 Scribens alteri litteras cambii ut eas impleret in computum tertii ipse ad aliquid non tenetur Card. de Luc. *de camb. supra d. disc.* 30. *num.* 3. *&* 8. ubi declaratur.

68 Adiectus in litteris cambii acceptatis, an & quando habeat actionem Card. de Luc. *de Camb. disc.* 33. *n.* 2. *& seq.*

In Litteris cambii adiectus in pagella vulgo *pagherò* quam actionem habeat adversus scribentem. Cancer. *var. resolut. cap.* 22. *num.* 22. Card. de Luc. *de Cambiis dict. disc.* 33. *n.* 7.

69 Litteræ cambii impleri an, & quando debeant per bancum publicum. Card. de Luc. *de Camb. disc.* 2. *num.* 13.

70 Verbum *valuta* in litteris cambii quid importet. Card. de Luc. *de Camb. dic. disc.* 33. *n.* 3.

71 De stylo mercatorum in litterarum cambii acceptatione. Card. de Luc. *de Camb. disc.* 25. *n.* 14.

72 Litteræ cambii per Hyspanias quid differant ab illis per Italiam Card. de Luc. *de Camb. disc.* 21. *n.* 5. *et* 6. ubi habetur votum Cordubæ.

73 Litteræ cambii *de Aviso, seu Certificatoria* an, & quando obligent, & probent. Rot. *dec.* 108. *part.* 12. *rec. ex n.* 11. *& per tot.* Card. de Luc. *de Camb. disc.* 29. *num.* 7.

74 Litteræ dimissoriales pro suscipiendis ordinibus an concedi valeant per Prælatum inferiorem cum territorio separato. De Luc. *Miscell. disc. pr. sub num.* 89.

75 Litteræ mercatorum habent vim publici instrumenti. Paris. *cons.* 127. *nu.* 29. *lib. pr.* Rot. cor. Dunoz. jun. *dec.* 459. *n.* 8. Mantiss. ad de Luc. *dec.* 25. *nu.* 2. *lib.* 8. *vol.* 3

76 Litteræ invitatoriæ, non autem privatæ conventiones inter socios mercatores factæ sunt inspiciendæ. Rot. *dec.* 151. *nu.* 10. *&* 21. *part.* 10. *rec.* & cor. Manzaned. *decis.* 343. *n. pr.* Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 25. *n.* 6. *lib.* 8. *vol.* 3.

Et hoc, ne pereat publicum commercium. Mantiss. ad de Luc. *loc. cit. n.* 7.

77 Litteræ oblatoriæ inter mercatores religiosè sunt custodiendæ, & quæcumque immuratio, licèt non substantialis, & pacta essentialia, & destructiva non deducta ad correspondalium notitiam, non attenduntur ad infractionem obligationis in eisdem litteris oblatoriis contentæ. Rot. *dec.* 151. *nu.* 10. *&* 21. *part.* 10. *rec.*, & apud Torr. *de pact. futur. success. dec.* 66. *n.* 4. *et* 5. *et n.* 8. Mantiss. ad de Luc. *dec.* 30. *num.* 15. *lib.* 8. *vol.* 3., & circa hanc conclusionem plura etiam doctè de more cumulat Ansaldus in ejus Decisionibus Sacræ Rot. Roman. *decis.* 43. *n.* 11.

78 Litteræ cambii si reddeunt non adimpletæ, & protestatæ, intrat regressus contra scribentem, etiam pro damnis, & interesse, via executiva. Gratian. *discept.* 569. *per tot.* Card. de Luc. *de Camb. disc.* 22. *num.* 2. Caprar. *dec.* 65. *n.* 4 *part. pr.*

Litteræ dispensationum, quæ ex speciali indulto diriguntur Priori Alcantaræ, ostendunt ipsum carere Jurisdictione, quasi Episcopali, & Territorio separato, cum si his qualitatibus polleret, non indiguisset speciali privilegio. Rot. cor. Coccin. *dec.* 346. *n.* 7. Caprar. *dec.* 645. *n.* 14. *part.* 2. 79

Litteræ in forma *dignum*, dispensationes matrimoniales, & alia rescripta Apostolica committuntur solum inferioribus Ordinariis quando sunt nullius Diœcesis, & habent quasi Episcopalem Jurisdictionem. Rot. cor. Coccin. *loc. sup. cit.* Caprar. *dec.* 182. *num.* 5. *part. pr.*

Litteræ remissoriales, post allegatum suspectum Judicem, sunt alteri Judici præsentandæ intra tempus in eis præscriptum, aliàs imputatur negligenti. Caprar. *dec.* 66. *n.* 3. *part. pr.* 80

Litteras comendaritias Vicarius Capitularis Curatis studere volentibus concedit infra annum. Innoc. *in cap. pr. num. pr. &* 2. *de Cler. perg.* Pellegr. *in prax. Vicar. part. pr. sect.* 4. *subsect.* 2. *n.* 10. *pag.* 40. 81

Litteras approbationis de vita, & moribus concedit Vicarius Capitularis Barb. *de potest. Episc. part.* 2. *all.* 7. *num* 14. Pellegrin. *loc. sup. cit. n.* 21. *pag.* 41. 82

Litteræ missivæ, & remissoriales in quo differant. Pellegrin. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 7. *num.* 2. *pag.* 138. 83

Litteræ missivæ conceduntur hodie loco remissorialium. Pellegrin. *in Prax. Vic. loc. adduct. num.* 5. *pag.* 138.

Litteræ missivæ, & remissoriales conceduntur in omnibus causis. Rot. *dec.* 112. *n. pr. part. pr. et dec.* 647. *n.* 3. *part.* 3. *divers. lib.* 3. Greg. *dec.* 191. *n. pr. et* 403. *n.* 3. Pellegrin. *ibid. n.* 10.

Litterarum prædictarum concessio est arbitraria. Mantic. *dec.* 312. *n.* 10. Pellegr. *in prax. Vicar. ibid. n.* 19. *pag.* 139.

Litteræ missivæ quomodo decernantur, & forma decreti. Pellegr. *loc. adduct. n.* 39. *pag.* 141.

Litterarum Refutariorum forma Judicis à quo ad Judicem ad quem. Pellegr. *in prax. Vic. part.* 3. *sect. pr. n.* 123. *pag.* 263. 84

Litterarum aliorum Apostolorum forma. Pelleg. *in Prax. Vic. dict. part.* 3. *sect. pr. pag.* 264. *n.* 124. 85

Litterarum missivarum forma quadruplex. Pelleg. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 7. *num.* 42. *pag.* 142. 86

Litteræ prædictæ extra Jurisdictionem dicuntur hortatoriæ, & earum forma. Pellegr. *in prax. Vic. loc. cit. n.* 43. *pag.* 143.

Litterarum prædictarum consignationis decretum Pellegr. *ibid. n.* 44.

Litterarum prædictarum latoris, & Judicis deputationis decretum. Pellegrin. *loc. supr. citat. num.* 49. *pag.* 146.

Litterarum Provisionalium forma cum insertione sententiæ. Pellegr. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 3. *subsc. pr. n.* 111. *pag.* 185. 87

Litteræ mercatoris super receptione mercium probant debitum pro illarum pretio. Rocc. *de litt. camb. notab.* 47. *n.* 131. Emerix Jun. *dec.* 527. 88

Litteræ oblatoris semper solent transmitti antequam Mercator assumat aliquod negotium, seu Mercaturam. Emerix Jun. *dec.* 70. *n.* 5. 89

Litteræ Patris, quæ non probantur innotuisse filio, quo ad ipsum perinde est, ac si non fuissent scriptæ. Rot. *dec.* 404. *n.* 2. *part. pr. dec.* 208. *nu.* 8. *part.* 10. *rec.* Emerix. Jun. *dec.* 870. *n.* 19. 90

Litteræ receptæ inducunt tacitam acceptationem oblationis in eis contentæ Emerix. Jun. *dec.* 775. *n.* 3. 91

Litteræ responsivæ probant contra scribentem. Rot. *dec.* 345. *n.* 14. *& dec.* 355. *n.* 5. *part.* 10. *dec.* 308. *nu.* 168. *n.* 9. *part.* 14. *dec.* 162. *nu.* 13. *& dec.* 170. *nu. pr. par.* 15. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 948. *n. pr.* 92

Litteræ missivæ, seu epistolæ *de avviso*, in quibus datur mandatum procuratori debent acceptari per eum, ad quam diriguntur, ut operentur Rot. cor. Priol. *dec.* 335. *n.* 19. Altimar. *de nullit. rub. pr. par.* 3. *quæst.* 31. *n.* 34. *tom.* 5. 93

Lit-

94 Litteræ credentiæ non habentur loco mandati, si mittantur per Mercatores alteri absque alio mandato. Bart. *in l. Lucius Titius ff. de fideicomm.* Altimat. *loc. cit. n.* 216.

Litteræ credentiæ propter nimiam obscuritatem non inducunt mandatum. Mascard. *concl.* 1009. *nu.* 56. Altimat. *loc. adduct. n.* 217. *ad* 223.

Litteræ credentiæ non habent vim mandati. Altimar. *de Nullit. d. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 909. *tom.* 5.

95 Litteræ assecurationis cum præstatione juramenti practicantur in successore feudi titulo particulari. Card. de Luc. *de Feud. disc.* 52. *in Annotat. circ. med.* Sed si non peratur non per hoc intrat caducitas, vel alia pœna, sed solum contractus remanet imperfectus quandocumque revocabilis. Card. De Luc. *ibid.*

96 Litteræ in Beneficiis, pensionibus, & aliis gratiis, ad quos effectus expediantur. Card. de Luc. *de Feud. disc.* 109. *n.* 14.

97 Solutio portus litterarum non dicitur vectigal, seu gabella, sed merces laboris. Card. de Luc. *de Regul. disc.* 46. *n.* 6. *&* 10.

98 Litteræ missivæ continere possunt præsentationem ad Juspatronatus. Rot. *dec.* 302. *part. pr. rec.* Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 64. *n.* 25.

99 Litteræ missivæ viri qualificati nullum habentis interesse probant in rebus difficilis probationis. De Luc. *de Benefic. disc.* 16. *n.* 17.

100 Litteræ missivæ Cardinalis Nepotis, vel Sacræ Consultæ dicuntur litteræ Papæ. Gratian. *discept.* 839. *n.* 20. Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 73. *n.* 4.

101 Litteræ Missivæ concedi solent quod A. C, ubi examen fieri debet extra Curiam Card. de Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 4.

102 Litteræ delegationis sunt ostendendæ ordinario loci per delegatos, seu Commissarios. Card. de Luc. *in Miscell. disc.* 22. *num.* 7. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 4. *tom pr.*

103 Litteræ familiares, seu missivæ in quibus partibus Italiæ initia habuerint, & quando redierint in Græciam. Card. de Luc. *Relat. Cur. disc.* 19. *n.* 3. *& seq.*

104 Litteræ commendatitiæ, vel credentiales an liberent debitorem, vel depositarium solventem pecuniam, vel restituentem rem depositam illi, qui tales litteras affert Ansald. *cons.* 49. *a nu.* 42. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 22. *a n.* 107. *tom.* 2. *& rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 21. *n.* 380. *tom.* 4.

105 Litteræ qualiter deserviant ad inquisitionem habendam Bellegrand. *in compen. rer. crimin. Method. tr.* 2. *q.* 2. *à n.* 21.

Litteræ sine Auctore an ad inquisitionem deserviant Bict. *q.* 19. *num.* 3. Bellegrand. *in compen. rer. crimin. method. ibid. à n.* 25.

106 Litteræ delegatoriæ ubi parum, aut nihil jus commune lædunt, latissimè interpretandæ sunt Bellegrand. *in compen. rer. crimin. Method. tr.* 11. *q.* 11. *num. pr.* explicatur *ibid.*

107 Litteræ commendatitiæ non facile admittendæ ab Episcopis, Salas *de legib. disp.* 25. Rebell. *p.* 1. *de oblig. just.* Gomezz. *variar. cap.* 13. *de fidejuss.* Maraviglia *de legib. prud. Epis. leg.* 319. *circa finem.*

Litteræ commendatitiæ sunt periculosæ, & quomodo Maraviglia *de legib. prud. Epis. leg.* 319. *ibid.*

Litteræ commendatitiæ tantum recipiendæ ab Episcopis, quando aliunde illis constat meritum personæ commendatæ Maravigl. *de legib. prud. Epis. leg.* 320.

Litteræ commendatitiæ Principum coactivæ non admittendæ ad Episcopis, & quid agendum, Maraviglia *de legib. prud. Epis. leg.* 320.

Litteræ commendatitiæ Principum in quibus rebus possunt ab Episcopis admitti Pasqualig. *decis.* 125. 126. 127. Maraviglia *de legib prud. Epis. leg.* 320.

108 Litteris executorialibus expeditis an competat restitutio in integrum Gratian. *decis.* 172. Caroc. *de remed. contra sentent. except.* 48. *nu.* 48. Reg. Rovit. *super pragm. pr. de minor. n.* 26. Altimar. *de nullitat. rubr. pr. q.* 6. *n.* 50. *tom. pr.*

109 Littera, seu dictio A quid importet, Asin. *in pract.* §. 17. *cap.* 6. *num.* 2. Straza *de assecur. gl.* 22. *num.* 2. Altimar. *de nullitat. rub.* 10. *quæst.* 15. *n.* 22. *tom.* 2.

Litteratura non præsumitur, nisi probetur, tamquàm extrinseca qualitas Menoch. *de præsumpt. libr.* 6. *præsumpt.* 91. *a nu.* 17 Rot. *decis.* 8. *de Probat. in novis* & post Piton. *de Jurepat. alleg.* 7. *n.* 26. *tom.* 1. 110

In Judice necessarium est utrumque sal, integritas scilicet, & litteratura Crescin. ad Abecelet. *in præfat. n.* 29. *part. pr.* 111

Ad effectum prælectionis in Parochialibus an, & quando litteratura requiratur De Luc. *de Paroch. disc. pr. n.* 19. *disc.* 3. *n.* 9. *&* 11. *disc.* 6. *num.* 4. *disc.* 7. *nu.* 5. *disc.* 37. *n.* 27. 112

Pro majoribus ordinibus suscipiendis qualis litteratura esse debeat De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 14. *n.* 28. Et qualis ad primam tonsuram, & ordines minores *ibidem n.* 25. 113

Quinam ex litteratis immunitatem habeant Brunemann. *sup. Cod. lib.* 10. *tit.* 52. *leg.* 3. *pag.* 978. 114

Litteratorum famuli gaudent privilegio fori Brunemann. *sup. C lib.* 3. *tit.* 26. *leg.* 10. *n.* 3. *pag.* 209.

Litteratos tantùm approbant sacri canones ad Beneficia Maravigl. *de Leg. prud. Episc. leg.* 137. ad text. *in cap. venerab. de Præb. cap. cum in cunctis de Elect.* 115

Minus litterati, sed magis probi præferendi Maravigl. *loc. cit. leg.* 138.

Litteratura est inspicienda de tempore examinis non autem post, cum reprobatus possit postea addiscere Rot. *recent. part.* 6. *decis.* 147. *n.* 7 & coram Otthobon. *decis.* 123. *n.* 12. *&* 13. 116

Litteratura de tempore prioris examinis deduci non potest ex approbatione facta longe post examen Rot. coram Otthobon. *dict. decis.* 123. *n.* 14.

Litteratura, & doctrina non est habitus innatus, sed contingens, & tractu temporis acquiritur, & ideo ex litteratura de præsenti non potest inferri ad præteritum juxta textum in *l. Stichus* 12. *ff. de Legat.* 3. Lott. *de re benef. libr.* 2. *quæst.* 31. *n.* 155. Rot. *recen. par.* 2. *decis.* 505. *n.* 4. & coram Otthobon. *dict. decis.* 123. *n.* 15.

§. LOCATIO XIX.

Locatio nil aliud est quàm personæ, vel rei ad usum facta concessio, mercede in pecunia numeranda conventa, vel est contractus bonæ fidei ultrò citròque obligatorius, qui consensu, re, & mercede certa perficitur, quas, & alias definitiones refert Caroc. *de locat. & conduct. part.* 1. *quæst.* 1. ubi etiam *quæst.* 2. *&c.* quod locatio largissimè sumpta comprehendit livellum, censum, & emphyteusim, & impropriè dicitur locatio etiamsi merces non consistat in pecunia, sed in specie, vel fructibus, & alia ad intelligentiam terminorum, vide Oinot. & alios, *Instit. de locat. & conduct.* Tusch. *litt. L, conclus.* 400. *etc.* Paul. Christin. *decis.* 106. *cum pluribus seqq. vol.* 3. ubi latè de hac materia, & Pacion. postea editus *in tract. de locat. et conduct. cap.* 1. *per tot. cap.* 16. *et* 17. ubi plura quomodo contrahatur locatio, & conveniri debeat de re, & mercede, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 17. ubi de tota materia *tom.* 4. Vide etiam Alderis. *de symbol. contract. tit.* 1. *n.* 9. Verd. *Instit. lib.* 3. *tit. de Locat. num.* 2031. *cum seqq.* Nicoli. *Instit. Imper. tit. cit.* 1

Quòd locatio ad instar venditionis pro substantia requirat consensum, rem, & pretium conventum, licèt postquam fuerit sic perfecta possit circa tempus, quod in ea consideratur tamquam accidens, conferri in arbitrium alterius, sustinetur tamen de æquitate canonica, & stante juramento, vel etiam post traditionem, licèt fuerit posita in voluntatem alterius, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 534. *num.* 3. *&* 18. vide *in §. Venditio num* 1. Pacion. *d. tract. cap.* 2. ubi plura quomodo differat locatio ab emptione, & venditione, Albert. Alderis. *tract. de symbol. contract. tit.* 2. *cap.* 1. *& seqq.* De Luc. *Locat. disc.* 16. *num.* 3. *&* 9. *& in summ.* 13. *de Emphyt. disc.* 1. *nu.* 8. Altimar. *loc. cit. n.* 2. Capon. *de pact. quæst.* 18. *n.* 14.

Quòd possit per epistolam fieri, Genu *de script. privat. lib* 3. *quæst.* 8. *per tot. fol.* 130. latè Altimar. *ubi supra à n.* 117. Pacion. *de Locat. cap.* 16. *n.* 37. *&* 49. Rot. Jannens. *decis.* 48. *n.* 6.

An

An autem, & quando dicatur facta locatio, vel potius venditio gabellæ, & quid hoc importet, maximè circa remissionem pretii, vel pensionis propter supervenientiam belli, vel alterius casus fortuiti insoliti, latè Surd. decis. 326. per tot. Pacion. dict. tractat. cap. 13. num. 25. & seqq. Vide De Luc. de Empt. disc. 5. à num. 8.

Qualiter differat à venditione, & quomodo cognoscatur, latè Tusch. litt. L, concl. 402. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 17. num 77. cum seqq. tom. 4. De Luc. de Empt. disc. 1. n. 9.

De probatione locationis ex eo quod quis tamquam inquilinus, vel colonus soluit annuam pensionem pro certo fundo, vel per testes, Mascard. de probat. vol. 2. concl. 993. & 994. per tot. Pacion. de locat. & conduct. cap. 22. per tot.

Quæ res locari possint, vel non, & in specie de animalibus, gabellis, & bonis Ecclesiæ, de quibus plenissimè, de operibus, & hujusmodi, Pacion. dict. tract. cap. 11. & seqq. Vide Altimar. loc. cit. à nu. 93. De Luc. de Locat. in sum. à n. 3.

Quod regulariter nemo locare teneatur, exceptis aliquibus casibus, prout in venditione, idem Pacion. cap. 20. n. 1. & seqq. vide in §. Venditio n. 54.

2 Locatio ubi non apparet, de certa quantitate conventa, præsumitur facta pro consueta præcedenti mercede, & solvi solita in annis proximis præteritis, Jas. in §. actionum num. 167. Institut. de act. Magon. decis. Flor. 2. n. 12. l. exceptio, C. de locat. latè Rot. part. 2. divers. decis. 88. per tot. Paul. Christin. decis. 514. num. 7. &c. vol. 3. Pacion. de locat. cap. 35. per tot. Staib. de interess. libr. 2. tit. 5. quæst. unic. n. 20. & alii relati per Altimar. loc. cit. n. 13. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. cap. 257. Card. De Luc. de Locat. disc. 16. n. 3. & 9.

Et idem est in Doctore reconducto ad legendum in Academia, Menoch. de arbitr. cas. 159. per tot. Rot. part. 13. recent. decis. 30. n. 5. &c. Add. Larream dec. 85. n. 13. Parlador. tom. 3. diff. 130. Altimar. ubi supra n. 14.

Ac in electo ad officium, Christin. d. decis. 114. n. 9. vol. 3. vide in §. Salarium num. 22. 23. & 24. Add. Nugueroll. allegat. 5. num. 15. allegat. 33. et num. 52. Pacion. de Locat. cap. 17. n. 30. Altimar. supra n. 15.

Plura de interpretatione locationis dubiæ, vel circa rem, vel circa mercedem, vel circa tempus, vel circa pacta, & hujusmodi, qualis sit capienda, Pacion. de locat. et conduct. cap. 23. per tot. cum aliquibus seqq.

3 Locatio rei communis quando præsumatur facta pro æquis portionibus, & an recipiens pensiones ex tali re locata, dicatur recepisse pro rata unumquemque tangente, Gratian. disceptat. forens. cap. 705. per tot. vide in §. Conductio num. 37. ubi etiam quando locans pluribus simpliciter, non possit contra illos pro pensione agere in solidum, sed tantùm pro rata, de qua materia, quando scilicet locatio, & conductio dicatur facta in solidum, sed pro virili, ac de jure accrescendi in locatione, latè Pacion. dict. tract. cap. 26. per tot. et cap. 35. n. 35. &c.

Quòd locatio rei communis, vel alienæ non possit fieri invito socio, vel domino, & quando secus, Tusch. litt. L. conclus. 430. Paul. Christin. decis. 116. num. 13. & seqq. vol. 3. Pacion. de locat. et conduct. cap. 6. cum pluribus seqq. ubi multa qui locare possint, vel non, & qui pariter conducere possint, vel non. Alderis. de contract. symbol. tit. 2. cap. 8. Bich. decis. 452. n. 23. De Luc. de Locat. disc. 56. Altimar dict. quæst. 17. n. 89.

Quòd socius possit invito consocio rem communem pro indiviso possessam locare, dummodò licèt juxta solitum, & utiliter, alias autem secus, Gratian. disceptat. 752. num. 14. 15. & 20. Felic. de societ. cap. 28. num. 16. Rot. part. 15. recent. decis. 692. num. 6. Bich. decis. 452. num. 23. & 24. vide in §. Socius num. 25. latè Pacion. de locat. & conduct. cap. 9. per tot.

Quid si unus ex sociis rem communem totam retineat vel inhabitet, an teneatur solvere alteri mercedem pro parte illi tangente, latè Pacion. dict. tract. cap. 31. num. 37. & seqq. dixi in §. Frater n. 20. & §. Societas n. 21.

Locatio tacitè renovata ita se habet ad primam, 4
ut dicatur potius continuatio, & tacitè etiam intelligatur facta obligatio executiva vigore primi instrumenti respectu temporis prorogati, Magon. decis. Florent. 2. num. 29. quia censetur facta cum repetitione omnium qualitatum præcedentium in prima expressarum, facit quod dixi in §. Conductio num. 4. & §. Executio num. vide Rot. part. 10. recent. decis. 335. ubi plura ad hoc propositum, Tuschus litt. L. conclus. 426. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsump. 85. Paul. Christin. decis. 111. volum. 3. Urceol. consult. forens. cap. 59. num. 16. & seqq. vol. 2. ubi etiam quòd hypotheca, quæ in tacita reconductione inducitur incipiat tantùm à die reconductionis, & non primæ locationis, infra num. 21. ubi contra in fin. prædictis adde Pacion. de locat. cap. 64. nu. 1. & seqq. Vide Cancer. var. lib. 1. cap. 14. num 65. Altimar. loc. cit. à n. 139. & à num. 175. Verd. Institut. de Locat. n. 2061. cum seqq.

Quòd in tacita reconductione non censeatur repetita obligatio Cameralis, nec pro ea competat via executiva, Afflict. decis. 365. num. 15. Cabal. cons. decis. 42. num. 6. & seqq. lib. 1. Rot. part. 13. recent. decis. 474. num. 8. Pacion. d. cap. 64. nu. 22. & seqq. ubi quòd adhuc potest executivè procedi, de quo infra nu. 27. Vide Ridolphin. in Prax. part. 2. cap. 13. n. 49. Verd. & Altimar. loc. cit. De Luc. de Locat. disc. 36.

De locatione renovata quando non fuit in tempore disdicta juxta pactum, Martha vot. Pis. 35. per tot. vel per solutionem futurarum pensionum.

Quando autem locatio dicatur tacitè renovata, quomodo, & pro quanto tempore tam in prædiis rusticis, quàm in urbanis, Staiban. de interess. lib. 2. tit. 10. q. 1. nu. 144. & seqq. ad 168. Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 992. per tot. optimè Marc. Medic. Exam. 59. per tot. & decis. 98. per tot. cum addit. ubi etiam an primi fidejussores remaneant obligati, de quo vide in meis resolut. cap. 1. cap. 30 per tot. & in hoc opere §. Fidejussio num. 46. Tusch. littera L. conclus. 421. per tot latè Menoch. d. præsumpt. 85. per tot. Ridolphin. in praxi part. 2. cap. 13. num. 45. & seqq. Paul. Christin. decis. 114. num. 1. & decis. 116. per tot. volum. 3. Urceol. d. cap. 59. num. 16. & seqq. ubi etiam in terminis Statuti Bononiensis, Rot. part. 9. recent. decis. 63. per tot. ubi quòd procedit tantùm de anno in annum, licèt longius tempus in prima locatione fuerit appositum, & declarat Statutum Bononiæ aliter disponens, & quòd nec procedit dicta tacita relocatio si conductor deficiat in implemento, & solutione pensionis, & plenè de omnibus prædictis, & aliis ad materiam tacitæ renovatæ locationis, Pacion. de locat. cap. 64. per tot. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 17. à num. 140 tom. 4. Cancer. var. tit. de Locat. cap. 14. n. 57. Staiban. de Interess. lib. 2. tit. 10. quæst. unic. n. 141. Verd. loc. cit. n. 2058. cum seqq.

Non etiam procedit ubi constat de contraria mente contrahentium, Rot. d. part. 9. decis. 431. num. 2. Pacion. loc. cit. num. 28. &c. nu. 88. & seqq. Altimar. dict. quæst. 17. n. 169.

Nec quando locatio est nulla, Rot. part. 10. decis. 219. n. 16.

Quando autem locatio renovari debeat ob melioramenta in re facta, vel de æquitate, sive ex pacto, consuetudine, & hujusmodi, latè Pacion. de locat. cap. 62. & seqq. vide in §. Melioramenta num. 23.

Locatio pro certa annua quantitate non arguit ju- 5
stum rei valorem, nisi aliundè adminiculetur, Rot. part. 2. divers. decis. 116. num. pr. vide in §. Valor nu. pr. Ludovis. decis. 76. n. 5. et 6. Rot. part. 18. recent. decis. 668. per tot. vide De Luca de credit. disc. 134. n. 11. de Benef. disc. 90. num. 68. Balduc. de Prelat. decis. 8. n. 28. Crescin. latissimè in annot. ad decis. 46. et 287. Pea. Caprar. decis. 183. n. 10.

Non etiam probat dominium locatoris, nisi concurrentibus aliis adminiculis, ut solutio affictus, & similia, Rot. part. 2. divers. decis. 141. num. pr. etc. Tuschus litt. L, conclus. 427. ubi quòd neque possessionem, & quando secus, Paul. Christin. decis. 118. num. pr. etc. vol. 3. Ricc. Collect. 1725. 3693. Probat

tamen

tamen quantitatem fructuum, qui liquidantur in quantitate ſolita percipi ex locatione, Cavaler. *deciſ.* 13. *num.* 1. & latè Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 27. *num.* 72. *et ſeqq.* Pen. *deciſ.* 704. *num.* 6. Caprat. *deciſ.* 367. *n.* 7.

Probat etiam poſſeſſionem, quando eſt pluties reiterata, & effectuata, ac etiam in præjudicium tertii non conductoria ex relatis per Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 229. *num.* 17. *et ſeqq.* vide in §. *Poſſeſſio nu.* 24. de prædictis omnibus & aliis effectibus locationis, plenè Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 27. *per tot.* ubi an transferat dominium, & quale, poſſeſſionem, an probet utrumque, & alia prædicta. Vide Pen. *deciſ.* 295. *n.* 15. Caprat. *deciſ.* 367. *n.* 7.

6 Locatio facta ad decem annos, vel ultra tranſit in contractum emphyteuticum, Pract. Pap. *libell. ad ſilit. præſt. gloſ. pr. num. pr.* vide Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 3. *et* 4.

Dicitur ad longum tempus, transfert utile dominiū & dicitur alienatio unde requirit ſolemnitates neceſſarias in aliis alienationibus, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ* 14. *n.* 81. Alex. *con.* 17. *n. pr. lib.* 4. Boer. *dec.* 234. *n.* 1. Pie. *ad ſtat. Urb. gloſ.* 7. *n.* 94. latè Montan. *de tut. cap.* 33. *nu.* 396. *et ſeqq. ad* 418. *fol.* 148. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 5. *per tot.* Tuſch. *litt. L. concluſ.* 403. *per tot. concluſ.* 404. *etc.* Cabal. *conſil. dec.* 138. *per tot. lib.* 2. ubi probat omnia prædicta, inferendo quòd ſi talis conductor privati eſſet per triennium ſolvere debitam penſionem, privatur commodo contractus, & omni ſuo jure, & quando dicatur ad longum tempus De Luc. *de ſervit. diſc.* 44. *n.* 2. *de Alienat. diſc.* 1. *n.* 32. Fagnan. *in cap. requiſivit n.* 2. *de reſtit. in integr. et in cap. nulli n.* 39. *de reb. Eccleſ. non alien.*

Quòd imò locatio, & non emphyteuſis præſumatur ubi penſio fructibus correſpondet, & ſic contractus fuit denominatus à contrahentibus, etiam ſi agatur de bonis Eccleſiæ, & conceſſio ſit facta in perpetuum, ac ideò tranſeat ad hæredes extraneos, & alia ad rem, Rot. *part.* 15. *rec. deciſ.* 309. *et p.* 17. *deciſ.* 123. *n.* 15. *et ſeqq. et deciſ.* 221. ubi fuit confirmata præcedens deciſio; & plura quomodo cognoſcatur locatio ab emphyteuſi, tradit Pacion. *tract. de loc. & conduct. cap.* 3. *per tot.* Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contract. tit.* 2. *cap.* 3. *per tot.* vide De Luc. *de emphit. diſc.* 13. *Conflict. obſer.* 221. Bertachin. *vor.* 511. *n.* 7. Caſtald. *conſult.* 206. *n.* 4. & 9.

7 Locatio rerum Eccleſiæ eſt nulla in totum ſi fiat cum pacto renovandi de anno in annum, cùm non valeat ultra triennium ſine debitis ſolemnitatibus, ita ut dicto caſu nec ſuſtineatur pro triennio permiſſo, *Extravag. Ambitioſæ de rebus Eccl. non alien.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 715. *num.* 16. &c. Merlin. *dec.* 826. *per tot.* & Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 474. *n.* 5. & *ſeqq. per tot.* & *part.* 14. *deciſ.* 372. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 67. *n.* 35. &c. Sperel. *dec.* 154. *n.* 28. &c. Paul. Chriſtin. *dec.* 183. *vol.* 1. ubi videtur tenere quòd valeat uſque ad decem annos; ſed non recedas ab aliis, Altograd. *conſil.* 23. *num.* 24. *lib.* 1. ubi quòd iſto caſu utile vitiatur per inutile, Tuſc. *litt. L. concluſ.* 401. ubi quòd facta ad plures annos dicitur una, & non plures, & quando ſecus. Vide Fagnan. *in d. cap. nulli num.* 40. *cum ſeqq. de reb. Eccleſ. non alien.*

Intelligendo quando quolibet anno fructus recolliguntur, ſecus autem ſi de biennio, vel triennio tantùm, quia tunc valeret locatio ad ſex, vel novem annos, cum biennium, vel triennium quo fructus colliguntur reputetur pro uno anno, Grat. *diſcept. for. cap.* 931. *n.* 13. *vide in* §. *Emphyteuſis nu.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 219. *n.* 6. & *ſeqq.* Fagnan. *in d. cap. nulli n.* 43.

Plura de locatione bonorum Eccleſiæ quando valeat, vel non, Tuſchus *littera L. concluſ.* 405. & *ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 826. Ricc. *Collect.* 655. 2165. 2167. &c. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 219. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 309. ubi an prædicta procedant in locatione domus ruinoſæ, vel damnoſæ, & an nullitas poſſit allegari ab alio, quàm ab Eccleſia, & alia de hac materia, Thom. Triviſ. *dec.* 21. plenè Pacion. *de locat.* & *conduct. cap.* 14. *per tot.* à *pagina* 86. *uſque ad pag. n.* 147. *ad ſaturitatem*, & Thom. del Bene *de Immun. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 18. *per tot fol.* 584. *et ſeqq.* Gibalin. *de univerſi negot. tom.* 2. *lib* 3. *cap.* 8. *art.* 4. *Conſect.* 11. *per tot. fol.* 218. *etc.* Plura De Luc. *in Indice verb. locatio bonorum Eccleſiæ*.

8 Locatione finita, conductor primus offerens quantum novus præfertur in reconductione, ſi agatur de rebus fiſcalibus municipii, Reipublicæ, vel Eccleſiæ quamvis ad modicum tempus propter æquitatem, *l. congruit*, *C. de locat. præd. lib.* 10. quæ inducit ſpeciale in hujuſmodi cauſis privilegiatis, & æquiparatis, unde contrarium eſt dicendum in aliis caſibus Bart. *in d. l. congruit*, Addit. ad Pract. Papp. *libell. ad ſilit. præſt. gloſſ.* 1. *verb. et dic. verb. ſterilitas*, latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 357. *per tot. cap.* 520. *n.* 5. *etc. cap.* 715. *nu.* 10. *etc. cap.* 813. *num.* 33. *etc.* Franeb. *dec.* 406. *per tot.* vide *in* §. *Conductio n.* 42. ubi quod *d. l.* congruit limitativè procedit tantùm in prædiis fiſcalibus, de quibus loquitur, & non in aliis, imò nec in gabellis, & ſimilibus, adde Tuſch. *litt. L. concluſ.* 422. *per tot.* Paul. Chriſtin. *dec.* 113. *n.* 4. *etc. vol.* 3. latè Pacion. *de locat. et conduct. c.* 20. *n.* 39. *et ſeqq. per tot.* ubi poſſit regulam negativam, ut primus conductor non præferatur, quam novem modis limitat, nempè ſtante pacto, ſtatuto, favore ſtudii, pauperum, Eccleſiæ, fiſci, & hujuſmodi penes eum videndis, ſed antiquum conductorem bonorum Eccleſiæ non eſſe præferendum novo, latè tuetur Caten. *reſol.* 46. *et* 47. *per tot.* Add. Em. De Luc. *de ſervit. diſc.* 50. Brunnemann. *in l. ne cui liceat. C. de Locat. et Conduct.*

Quòd de æquitate antiquus conductor poſſidens, & offerens ſolvere quantum novus non poſſit expelli, ſi dominus nullam expellendi cauſam habeat, Alex. *conſil.* 129. *vol.* 1. Jaſ. *in auth. qui rem*, *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Gramatic. *conſil.* 4. *nu.* 2. Afflict. *deciſ.* 238. Mattha *vot. Piſan.* 35. *n.* 10. *et ſeqq.* ubi loquitur extra dictos caſus privilegiatos, nec alios allegat, adde Pacion. *d. cap.* 20. *n.* 42. et *num.* 120. *et ſeqq.* ubi quod ſequentes hanc opinionem loquuntur in prædiis ruſticis, diſtinguendo ab urbanis, ſed eſſe intelligendo in caſibus limitationum prædictarum, vel Conſtitutionum Neapolitanarum, vel non habendos in conſideratione.

Qualiter ratione communionis detur prælatio, Gratian. *diſcept.* 526. *num.* 3. Vide Brunnemann. *in dict. l. ne cui liceat in fine. C. de Locat.* & *Conduct.*

Et qualiter ratione intraturæ, vide *in* §. *Conductio n.* 42. facta locatione duobus quis præferatur, Tuſch. *litt. L. concl.* 429.

Plura de inquilinatu, ex quo conductori competat prælatio, an procedat tantum quoad domus, vel etiam quoad apothecas, & Magazenos, & alia ad rem, Pacion. *d. cap.* 20. *n.* 82. & *ſeqq.* & *cap.* 27. *n.* 144. *ſeqq.* ubi etiam an conductor ſit præferendus in emptione rei conductæ.

9 Locator mortuo conductore ſine hærede ante finitam locationem, poteſt rem vel alteri locare, vel ſinere ſtare ſine conductore, ut ſibi currat penſio, cùm locationis contractus tranſeat ad hæredes, maximè quando de illis fuit facta mentio, & hæreditas jacens repræſentat perſonam defuncti, ſecus ſi eſſet vacans, & nullus eam capere poſſet, vide Capyc. *deciſ.* 87. *nu.* 11. *et per tot.* Striban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 10. *quæſt.* 1. *nu.* 53. et *n.* 160. Pacion. *de locat. cap.* 61. *n.* 1. et *ſeqq. ad* 7. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 413. ubi qualiter locatio ſit hincinde ad hæredes tranſitoria, Paul. Chriſtin. *dec.* 116. *n.* 8. *etc. vol.* 3. *et ad leg. munic. tit.* 8. *art.* 1. *etc.* ubi plura de locatione, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 335. *num.* 9. *et ſeqq.* ubi etiam quid ſi hæres ſit minor, an procedat tacita renovatio ſine ſolemnitatibus, adde Pacion. *de locat. cap.* 64. *n.* 70. *et ſeqq. ad* 88. ubi declarat dictam deciſionem. Vide Brunnemann. *in l. viam veritatis C. de Locat.* et *Conduct. et in l. ſi Domina C. de uſufruct. et habit.*

10 Locans operas ſuas ad aliquod opus conſtruendum tenetur de operis vitio, ſive unica penſio, ſive in ſingulos dies præſtita fuerit, ſi verò locaret operas ſuas ſingulis diebus, nec ad ullum tempus ſe adſtrinxerit,

rit, de vitio operis non tenetur, *l. ex lege*, *§. locavi operas* 54. *ff. de locat.* ubi Bart. & alii, Fab. & alii in §. *Imperitia Institut. ad leg. Aquil.* Caroc. *de locat. part.* 4. *tit. de imperit. agrim.* cum aliis per Lanfranch. Zacch. *de salar. et merced. quaest.* 55. *n.* 11. *etc.* Roman. *consil.* 297. Borgn. Caval. *dec.* 25. *part.* 1. ubi de Sartore, Medico, & hujusmodi, *et part.* 2. *dec.* 26. ubi de ædificio, Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 31. *per tot.* ubi videtur intelligere quando operarius opus in se suscepit, & arbitrio suo operatus fuit, secus autem si arbitrio domini fecit, nam primo casu tenetur, secus in secundo. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quaest.* 17. *n.* 138. *tom.* 4.

Qualiter magistri domorum, sive Mutatores teneantur de casu fortuito, vel de vitio Operis, debeant de suo portare, & reficere instrumenta necessaria ad operas locatas præstandas, & habeant hypothecam cum prælatione super ædificio pro suarum Operarum mercede citato Peciono, & aliis benè Romeguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 9. *per tot.*

An, & quando locator operarum teneatur de levissima culpa, vel non, si non actione locati, saltem actione legis Aquiliæ, Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 26. *et dec.* 159. *n.* 20. *et seqq.* vide in *§. Ædificium n.* 18. Vide De Luc. *de Locat. disc.* 11. *a num.* 2. *et* 7. *disc.* 12. *a n.* 2. *disc.* 13. *a num.* 2. *de Tut. disc.* 15. *nu.* 11. Brunnemann. *in l. cum conductorem n.* 1. *C. de Locat. et Conduct.*

Quòd locans operas suas ad certum tempus debeat pro toto tempore habere salarium, si per eum non stetit quominus serviret, Cavaler. *dec.* 520. vide in *§. Salarium n.* Vide De Luc. *de Tut. disc.* 18. *a n.* 3. Altimar. *d. quæst.* 17. *n.* 219.

Qualiter artifex ædificii teneatur de vitio apparente, & ruina usque ad quindecim annos, quia tanto tempore præsumitur ruina ex malo ministerio, exceptis casibus fortuitis, *l. omnes* 8. ubi Bald. & alii *Cod. de oper. publ.* qui licèt loquatur de ædificiis publicis, procedit etiam in privatis, Rom. *consil.* 197. Tusch. *litt. E*, *conclus.* 39. Cyriac. *contr.* 166. *tom. pr.* Constantin. Casar. *specul. peregr. qq. qu.* 30. *per tot.* ubi facit alias declarationes, & distinctiones, & facit latè Borgn. *dec.* 26. *p.* 2. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 31. *per tot.* Costa *de ratione rata q.* 127. *per tot.* ubi benè distinguit, & quando sunt plures artifices æquè principales, qualiter teneantur singuli pro rata. Vide Brunnemann. *in d. l. omnes* 8. Altimar. *loc. cit. quæst.* 17. *n.* 138. *tom.* 4.

Quòd etiam teneatur Artifex opus construere juxta formam, typum, & planam conventam, & an possit in melius commutare, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 764. *per tot.* & dixi in §. *Forma n.* 4. *in fin.*

11 Locans operam suam pro vehenda re aliqua de loco ad locum, tenetur regulariter de dolo, lata, & levi culpa, non tantùm sua, sed illorum, quibus utitur, *leg. sicut certo*, §. *nunc videndum*, *ff. commod.* De Luc. *de locat. disc.* 11. *n.* *sub* e. 5.

Teneretur etiam de levissima, & ad omne damnum quando locasset operam suam pro vehenda re frangibili, vel de facili corruptibili, & devastabili, *l. si merces*, §. *qui columnam*, *ff. locat.* ita ut ad illum spectaret probare culpam abfuisse, omnem diligentiam adhibuisse, & damnum evenisse casu fortuito, de quo non teneretur, latè Cyriac. *contr.* 166. *per tot. lib. pr.* Lanfranch. Zacch. *de salar. & merced. quæst.* 8. *n.* 26. *&c.* vide in §. *Electio nu.* 3. *§. Periculum* e. 11. §. *Vectarales n.* 2. Paul. Christin. *ad l. municip. tit.* 8. *art.* 15. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 21. *nu.* 17. *& seqq.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 26. *n.* 8. *& seqq.* ubi benè declarat ad excusationem mulionis, quando non teneatur de levissima, *& decis.* 156. *d. p.* 12. in eadem causa revisa, & confirmata, vide De Luc. *de locat. disc.* 11. *per tot. et seqq.*

An, & quando locans operas suas in aliquo officio exercendo teneatur de levissima culpa, vel non, latè Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 73. *n.* 8. *et seqq. per tot.* ubi etiam qualiter pro eo teneantur fidejussores dati, & explicat textus in *d. l. merces*, §. *qui columnam*, concludendo locatorem operarum non teneri de culpa levissima, juxta veriorem opinionem, habetur inter impressas Bich. *decis.* 646.

Plura autem de operibus, quæ locari possint, & quomodo, vel non, Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 25. *per tot.* ubi in specie de Sacerdotibus, meretricibus, procuratoribus, advocatis, & hujusmodi in genere, & in specie operas suas ad diversa locantibus.

Et qualiter locator operarum teneatur remittere mercedem, si non præstiterit operas promissas, vel si illas conductor percipere non potuit, latè idem Pacion. *cap.* 50. *per tot.*

Locans pascua expressè pro alendis animalibus habet hypothecam super illis cum prælatione, etiam quoad creditores anteriores, pro pensione, & pretio fœni consumpti, Cavalcan. *decis.* 44. *num.* 7. circa hanc conclusionem vide Balduc. *de Prælat. tit.* 2. *decis.* 15. *a n.* 1. *n.* 28. *et* 30. 12

Si tamen simpliciter locasset pascua, vel vendidisset fœnum, secus esset dicendum, Grat. *discept. for. cap.* 25. *n.* 17. *etc.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 5. *n.* 16. *etc. et n.* 65.

Locans domum, horrea, vel apothecam non pro simplici habitatione, sed pro conservatione rerum, præfertur in illis creditoribus etiam anterioribus conductoris pro pensione conventa, Gratian. *discept. forens. cap.* 68. *n.* 4. *etc. cap.* 713. *n.* 1. *etc.* vide in *§. Hypotheca n.* 29. *et §. Dominus n.* 30. ubi de hypotheca super fructibus fundi locati, de qua vide Ricc. *Collect.* 1066. & Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 64. Pacion. *de locat. cap* 40. *n.* 127. *et seqq.* ubi de locatione pro conservatione mercium, ut supra, & Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 726. *per tot. et part.* 19. *dec.* 15. *n.* 2. *et seqq.* 13

Quod possit locator invecta, & illata in domum locatam propria auctoritate intra domum claudere, si sibi tempore convento non fuerit soluta pensio, Gratian. *discept. for. cap.* 921. *n.* 15. *cap.* 953. *num.* 19. *etc.* ubi etiam qualiter in fructibus in suo recollectis præferatur quibuscumque anterioribus, *vide in* §. *Dominus* 30. de quo ultimo latè Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 33. *per tot.* & de Invectis, & illatis qualiter sint hypothecata, & possint claudi, vel non, ut supra plene idem Pacion. *loc. cit. c.* 40. *per tot.* dixi *in* §. *Hypotheca n.* 27. *et nu.* 29.

Sed an dominus, vel locator præferetur in dictis fructibus creditori ex causa seminis mutuati, disputat Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 21. *fol.* 225. ubi post plura ad favorem mutuantis pro semine, vel alia expensis laborerii, sive culturæ tamquam productricis totius, ad exemplum mutuantis pro conservatione rei, & fructus non dicantur nisi deductis expensis, tandem concludit ad favorem domini, vel locatoris, ut ratione terragii ipse præferatur, cum fructus percipiantur non jure seminis, sed jure soli, quia semen cedit solo, vel quia sit etiam anterior tempore, cum semen ut plurimum detur post locationem, & aliis rationibus respondendo contrariis, vide in §. *Mutuum n.* 7. Pacion. *d. cap.* 33. *n.* 49. *et seqq.* ubi post plures hincinde relatos concludit pro locatore, ut supra.

Quod locator de jure non habeat prælationem super fructibus à solo separatis in pilotum emptione, aut dominio, sed solum in hypotheca adversus alios creditores, Peregr. *cons.* 80. *n.* 2. *et* 3. *lib.* 3. quem sequitur Bich. *decis.* 500. *n.* 34. Pacion. *d. c.* 33. *nu.* 68. Vide De Luc. *de Credit. disc.* 6. *num.* 15. *et* 16. *disc.* 7. *num.* 2. *disc.* 17. *a nu.* 2. Bertachin. *vot.* 98. *per tot.*

An autem sit necessaria citatio partis in claudenda domo ob pensionem non solutam, vel in ea aperienda quando finita locatione fuit relicta clausa à conductore, Alex. *cons.* 106. *lib.* 3. *& cons.* 131. *lib.* 4. Cancer. *tit. de renovat. locat. declarat.* 16. Baron. *tractat. de citat. tum.* 2. *sing.* 96. *&* 97. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 40. *n.* 52. *& seqq. infr. n.* 25.

Non tamen præfertur locator doti, §. *bis consequens Auth. de æqual. dot.* Gratian. *discept. for. cap.* 157. *n.* 33. *cap.* 713. *n. pr.* quia mulier ex sua tacita hypotheca præfertur omnibus aliis etiam anterioribus habentibus solum tacitam quantumvis privilegia-

giatam, ot tenent multi relati per Merlin. *de pign. lib. 3. tit. pr. quæst. 31. per tot.* quibus ipse respondet, & videtur firmare quod inter hujusmodi tacitas hypothecas privilegiatas conquassentur privilegia, & sit servandus ordo temporis, & regula, qui prior tempore potior sit in jure, & convenit Gratian. *disceptat. forens. cap. 935. n. 8. & per tot.* vide in §. *Mutuum n.* Pacion. *d. cap. 33. num. 59. & seqq.* ubi videtur concludere pro locatore, etiam si non sit anterior. Vide Balduc. *tit. 4. de Dot. disc. 37. a n. 16. cum seqq.*

Qualiter locator habeat hypothecam super bonis invectis, & illatis in re condocta, Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 4. n. 128. & seqq.* Mascard. *de prob. concl. 210.* Tusch. *litt. C. conclus. 428.* dixi *in §. Hypothecæ n. 27. &c.* Paul. Christin. *decis. 110. vol. 3.* Altimar. *de nullit. rub. pr. par. 3. quæst. 30. nu. 304. tom. 5.* ubi quando illam amittat. De Luc. *de Locat. disc. 39. a n. pr. disc. 49. nu. 2. de Credit. disc. 21. n. 8. Conflict. obs. 231.* Bertachin. *vot. 80. nu. 7. & 8.* Balduc. *de Prael. tit. 2. decis. 15. n. 30. 31.*

14 Locator qui ab initio recipit integram pensionem pro toto tempore, non potest conductorem expellere, etiam propter necessitatem propriam, vel aliam legitimam causam ante finitum tempus, & sibi debet imputare quod se excluserit ab hujusmodi facultate, Pract. Papp. *libell. ad ficti præstat. glos. pr. n. 9.* vide in §. *Conductio n. pr. etc.* latè Mart. Medic. *Exam. 28. per tot. cum Addit.* ubi quod regulariter non possit locator expellere conductorem ante finitum tempus, exceptis aliquibus casibus, de quibus ibidem, & plenè Tusch. *litt. L. conclus. 417. per tot.*

An autem petendo pensionem excludatur à jure repellendi propter non adimplementum promissorum, vide Gratian. *discept. for. cap. 515. nu. 7. 50. et per tot.*

Quod per solutionem pensionum futurarum inducatur etiam tacita relocatio, & conductio, per text. *in leg. item quæritur, §. qui impleto, ff. de locat.* ubi DD. & Martha *vot. Pis. 35. n. 9.*

15 Locator potest petere augumentum pensionis ob insolitam ubertatem provenientem fortuito, & non ob diligentiam coloni ad exemplum sterilitatis, propter quam tenetur remittere pensionem, ut damni, & lucri sit eadem ratio, Gratian. *discept. for. cap. 195. n. 13. cap. 442. n. 15. et seqq.* & benè declarat Pacion. *de locat. cap. 51. per tot.* ubi *nu. 24.* requiritur quod fructus aucti fuerint ultra dimidiam ejus, quod regulariter percipi solet, vide alios, quos allegavi *in §. Conductor n. 34.* Tuschus *lit. L. conclus. 416. et litt. C. conclus. 614.* Ang. *cons. 312. num. 5.* ubi quod augumentum in pretio fructuum, sicut etiam diminutio non attenditur ad augendam, vel minuendam pensionem, vide in §. *Remissio in fine.*

Quando autem locator teneatur facere remissionem mercedis conductori, vel non, plenè Tusch. *litt. L. conclus. 431. 432. et 433. per totum* dixi *in §. Remissio n. 4. et seqq. per tot.* Vide De Luc. *in Indic. verb. defalcum, et verb. conductor quoad pensiones.*

Quando locatio dicatur facta ad corpus, vel ad mensuram, & an ob id sit locus augumento, vel diminutioni pensionis, si mensura enunciata sit major, vel minor, latè Cabal. *consil. 165. lib. pr.* vide *in §. Venditio n. 16.* Rot. *part. 16. recent. dec. 45. per tot.* ubi benè declarat plenè Pacion. *tract. de locat. et conduct. cap. 24. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. par. 2. quæst. 17. a nu. 31. tom. 4.* ubi de hac materia. Cyriac. *contr. for. cap. 53.*

16 Locator qualiter teneatur ad damna, & interesse, quando conductor fuit impeditus uti re locata, Ricc. *Collect. 3766.* Grat. *discep. for. c. 376. n. 18. et per tot. cap. 534. num. 22. &c.* ubi quid si in minima parte, & facto ipsius conductoris, & an possit recedere ante tempus propter novam causam supervenientem, vide in §. *Conductio num. 41.* Ludovis. *decis. 235.* Altograd. *cons. 21. num. 51. lib. pr.* Pacion. *de locat. & conduct. cap. 28. num. 24. & seqq. per tot.* ubi distinguit, & declarat quatuor casus, an scilicet impedimentum proveniat ex facto locatoris, vel conductoris, vel tertii, vel ex casu fortuito, in quo connu-

merat factum Principis, *& cap. 47. num. 26. & seqq. & cap. 48. num. 19. & seqq.*

Quod in contractu locationis non sit permissum ab eo recedere ob non implementum alterius partis, nisi respiciat causam finalem, quid si res sit adhuc integra, & alia ad rem, Ludovis. cum Beltramin. *decis. 130. per tot.* vide *in §. Contractus, & §. Exceptio.* Vide Pacion. *de Locat. cap. 44.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 39. n. 236. tom. 6.*

Quod locator non exprimens, quod res locata non poterat locari dicatur esse in dolo, & teneatur ad omne damnum, & interesse conductoris, ad exemplum venditoris, nec possit allegare nullitatem contractus, quia dolus suus sibi patrocinari non debet, Gratian. *disceptat. forens. cap. 534. num. 20. &c.*

Quid si res locata fuerit malæ qualitatis, dic quod si locator ignoravit, tenetur tantùm ad remissionem mercedis, quatenus resultet conductori damnum ad illam obtinendam sufficiens, si verò scivit, vel scire potuit, tenetur etiam ad interesse, *leg. sed addes 21. §. si quis dollia, ff. locat.* Pacion. *dict. cap. 48. num. 24. & 25.* ubi etiam in specie de locante scienter equum malum, ut teneatur ad interesse. Altimar. *de nullit. rub. pr. part. 4. quæst. 39. nu. 198. tom. 6.* Vide Rube. *de Confuss. Jur. cap. 28. n. 79.*

Qualiter teneatur locator præstare patientiam, & qualem conductori, latè Tusch. *litt. L. concl. 414. per tot.* Surd. *dec. 326.* Paul. Christ. *decis. 109. n. 10. &c. vol. 3.* ubi qualiter teneatur etiam ad refectionem rei locatæ, & damna ob locationem rei vitiosæ, *& decis. 117. per tot. vol. 3.* Pacion. *de locat. & conduct. dict. cap. 28. per tot.* Merlin. *decis. 292.* Rot. *part. 14. rec. decis. 38.* ubi quod tenetur ad restaurationem rei locatæ; quoad expensas necessarias, vide *in §. Expensæ*, Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis. 399. per tot. & part. 15. recent. decis. 16. & decis. 184.* ubi quando ob exceptionem non implementi possit retardari solutio affictus, vel non, *vide in §. Exceptio num.* & Pacion. *dict. tract. cap. 46. per tot.* ubi plura de ista exceptione non implementi in materia locationis. Vide Roccum *resp. 87. n. 6. libr. pr.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 17. sub num. 138. tom. 4.*

Locator agendo vigore locationis, si opponatur 17 de re non tradita, debet probare traditionem, & patientiam præstitisse tamquam implementum, ad quod teneatur ex parte sua, cum locatio sit contractus ultrò citròque obligatorius, etiam si in instrumento dicatur domum, vel terram fuisse traditam, quia hujusmodi verba extra conspectum rei prolata non operantur traditionem, sed tantum licentiam intrandi possessionem propria auctoritate, Pract. Papp. *libell. ad ficti præstat. gloss. recusaverit*, Natt. *cons. 360. num. pr.* Magon. *decis. Luc. 11. num. 3. &c. per tot.* ubi tandem concludit contrarium vigore statuti, de quo ipse loquitur, licet in terminis juris communis nullatenus videatur recedere à prædictis, vide in §. *Exceptio num. & §. Executio n.* Paul. Christin. *decis. 109. & 117. per tot. vol. 3.* Rot. *part. 13. recent. dec. 130. per tot.* ubi qualiter repellatur exceptione nō implementi, vel rei non traditæ, licet conductor promiserit solvere quacumque exceptione non obstante, *& decis. 177. in eadem causa, & decis. 291. num. 14. &c.* adde Pacion. *de locat. & conduct. cap. 28. per tot. & cap. 44. per tot.* ubi plura, an & quando obstet exceptio non implementi, vel non.

Quod locator præsumatur præstitisse patientiam, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 86. per tot.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 235.* ubi intelligit quando ab initio constat de traditione, & patientia, quia tunc conductor allegans supervenisse impedimentum, tenetur ipse probare, secus autem ubi non apparet de traditione, & patientia ab initio, quia isto casu incumbit onus locatori probandi implementum, & patientiam ea parte sua, adde Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis. 399. per tot.* ubi quod constito de traditione, non potest conductor retardare solutionem, nisi docto de impedimento, vide Pacion. *dict. tractat. cap. 28. & 4. per totum.*

Locator non tenetur recipere rem locatam factam 18 deteriorem à conductore absque detrimenti, & jacturæ pre-

pretio, cum res, quæ offertur deterior facta, non dicatur integra sine detrimenti pretio, & sic cum habuerit justam causam recusandi illam recipere, conductor tenetur interim, nedum ad reparationem, & reintegrationem, sed etiam ad omne interesse intrinsecum, & extrinsecum, quoad locator percipere potuisset, re sibi in pristinum statum restituta, ita ut in probatione istius interessa non sint necessaria requisita, de quibus ea Castr. & aliis dixi in §. Interesse num. Sed sufficiant probationes verisimiles concludantes à communiter accidentibus, ut benè probat Altograd. cons. 21. nu. 31. &c. per tot. lib. pr. vide in §. Conductio num. 19. & §. Commodatum nu. 1. & 3. facit Pacion. de locat. & conduct. cap. 29. & seqq. & cap. 65. num. 6. & seqq. ubi qualiter conductor teneatur restituere rem in eadem essentia, & statu, quo illam recipit, & latè quæ remedia tam possessoria, quàm petitoria locatori competant ad illam recuperandam.

Si tamen conductor negaret damnum, & de illo non constaret in continenti, & sic esset illiquidum, tenetur in dubio locator recipere rem cum protestatione de damnis, & interesse, idem Altograd. dict. cons. 21. num. 44. libr. pr.

Qualiter teneatur locator culpam casus fortuiti probare, Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 995. dixi in §. Conductor, & §. Incendium.

Ad quas expensas teneatur locator, vel non, Tusc. litt. L, conclus. 415. vide in §. Conductor num. 27. & §. Expensæ nu. 12. plenè Pacion. dict. tract. cap. 34. per tot. Rot. part. 17. recent. decis. 179. 181. & 388. Valasch. de Jure Emphyt. quæst. 25. n. 32. Parlador. differt. 80. tom. 3. Altimar. loc. cit. quæst. 17. nu. 276. De Luc. Empt. disc. pr. n. 14. de Locat. disc. 10. nu. 2. in summ. n. fin.

Quod locator teneatur reficere melioramenta in re facta à conductore, etiam si conductor se obligaverit illa facere propriis sumptibus, quia hujusmodi obligatio donationem non importat, nec tollit actionem repetendi, nisi fuerit etiam conventum, quod melioramenta cum ipsa re ad dominum revertantur absque illorum solutione, Rot. par. 16. recent. decis. 305. per tot. & part. 17. decis. 251. num. 10. & seqq. in eadē causa, ubi fuit confirmata prima decisio, & dixi in §. Expensæ, & §. Melioramenta, ubi etiam quando teneatur ad fructus melioramentorum, vel non, sive ad simplicem expensarum restitutionem absque fructibus, ad latè tradita per Rot. part. 17. recent. decis. 323. per tot. Altimar. dict. quæst. 17. num. 277.

Quod si locator recuset solvere ædificia lignea, vel similia à conductore facta, possit ipse conductor illa removere, Rot. part. 18. recent. decis. 565. per tot. & decis. 608.

19 Locans molendinum, vel quid simile pro certa summa, si sublocetur à conductore pro minori summa, ipso primo conductore facto decocto, & non solvente, an possit ipse primus locator agere contra subconductorem pro integra summa ab initio conventa, dixi in §. Conductio num. 26. facit Pacion. de loc. & conduct. cap. 32. num. 38. & seqq. per tot. ubi plura de sublocatione, & an, & quando subconductor teneatur primo locatori, vel non.

20 Locans alteri fundum excolendum pro certa quantitate fructuum, debet illam integram habere absque aliqua deductione expensarum in recolligendis fructibus necessariarum, Capyc. decis. 20. num. 14.

Quod nec etiam teneatur tradere conductori semina pro agro colendo, sive seminando, vide in §. Conductor. nu. & §. Colonus num.

Qualiter locator obligatus dare terras seminatas dicatur implevisse, Tusch. litt. L. conclus. 403.

Qualis autem contractus dicatur initus cum colonis partiariis, vide Pacion. de locat. & conduct. cap. 5. per tot.

21 Locans, qui sibi cavit de hypotheca pro pensione contra conductorem, illam acquirit à die contractus, etiam pro pensionibus postea maturandis, ita ut habere debeat anterioritatem contra alios, qui interim ante maturatas pensiones aliam hypothecam acquisivissent, cum sit attendendum tempus locationis, & contractus, non autem dies solutionis, ex quo hypotheca sive in diem, sive conditionalis retrotrahitur ad diem contractus, Cavaler. decis. 342. per tot. vide in §. Hypotheca num. 38. Pacion. de locat. & conduct. cap. 39. num. 51. & seqq. per tot. ubi etiam quid in locatione tacitè renovata, an procedat hypotheca cum prælatione à die primi contractus, vel renovationis tacitæ, & refert contrarias opiniones, transeundo cum Merlin. de pign. lib. 4. tit. pr. quæst. 52. num. 31. ut procedat à die primi contractus, sed Merlin. ibi loquitur in diversis terminis, ut dixi in §. Hypotheca num. 29. in fine.

Locatio animalium ad collaticum, sive jovaticam qualiter sit licita, & ad quem spectet periculum animalium, Cravet. cons. 145. Alca. cons. 158. lib. 2. Tusch. litt. L. conclus. 409. dixi in resolut. cap. 27. per tot. & in hoc Opere §. Animalia num. 4. & 5. latè Pacion. de locat. & conduct. cap. 12. per tot. ubi bis citat dictas meas resolut. cap. 17. nempe sub num. 34. & 59. Em. De Luc. de Usur. disc. 2. 22

De locatione mobilium, sive vasorum, & medicamentorum apothecæ facta præcedente æstimationem cum pacto, ut interim solvatur interessa pretii æstimati, & in fine restituantur vasa, & medicamenta eodem pretio æstimanda, licitam esse probat Dian. part. pr. tract. 8. resolut. 89. ubi allegat Calvac. decis. 13. nu. 66. part. 2. Valer. de diff. utriusque for. verb. Usuræ diff. 3. num. 9. facit contra quod dixi in meis resol. cap. 100. Sed possunt doctrinæ concordari attentis circumstantiis utriusque casus.

Re autem mobili locata, & per longum tempus non restituta, si fuerit perempta, non debetur amplius merces à die peremptionis, si verò extet, restitui debet unà cum interesse convento non excedente valorem rei, ut resolvit Senatus Cathaloniæ apud Fontanell. decis. 536. 637. & 538. licèt ipse videatur tenere, ut merces possit excedere valorem rei, & juxta prædictam distinctionē, & taxationem interesse me consulente sæpè fuit resolutum à Magistratu DD. Octo Balliæ Florentiæ in causis Hebræorum vestes locantium pro mercede diurna, illis longo tempore retentis, vel non restitutis, & similium locantium equos ad vecturam, & non dissensit Pacion. de locat. cap. 65. nu. 17. & 18.

Locationi qui stare teneantur, vel non, latè Tusch. litt. L. conclus. 418. 419. 420. per tot. dixi in §. Conductio num. pr. & 12. §. Emptio num. 42. & §. Successor num. 14. & §. Ususfructus n. 23. in fine, Paul. Christin. ad leg. Municip. tit. 8. articul. pr. etc. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 39. n. 235. tom. 6. De Luc. in Indic. gener. verb. locatio antecessoris. 23

Locatio excessiva ultra dimidiam justi pretii, tamquam læsiva potest rescindi ex remedio leg. 2. Cod. de rescin. vendit. non autem ex fœnoris causa impugnari, cum usura committatur dumtaxat in mutuo verò, vel ficto, non autem locatione, vel aliis contractibus ad mutuum non reducibilibus, Covar. var. lib. 2. cap. 3. nu. 7. & 8. Leotard. de usur. quæst. 8. n. 25. Gratian. discept. foren. cap. 185. n. pr. & seqq. Marescot. var. lib. 2. cap. 132. Rot. part. 13. recent. decis. 58. nu. 15. & seqq. per tot. vide in §. Remedium nu. 36. §. Usura nu. pr. & §. Conductio num. 48. ubi qualiter etiam in locatione possit usura committi, & dicta decisio fuit confirmata ead. part. 13. decis. 164. & decis. 252. ubi tamen quando possit considerari usura etiam in contractu locationis. Vide De Luc. de Locat. in summ. n. 36. 24

Quomodo, & quando consideretur læsio in contractu locationis, & qualiter dicta læsio probari possit, latè Pacion. de locat. & conduct. cap. 18. & 19. per tot. ubi plura ad rem in genere, & casus particulares in specie.

Quòd imò remedium d. l. 2. C. de rescind. vendit. non habeat locum in contractu locationis, & quare, latè contra aliorum communem opinionem, probat Albert. Alderis. tract. de symon. contract. tit. 2. cap. 5. nu. 20. & seqq.

Locator finita locatione qualiter possit conductorem expellere etiam propria auctoritate, & aperire ostia ipso claudente, vel tutius procedere cum præcepto executivo de asfractando, à quo non datur appel- 25

latio

latio ad effectum suspensivum, nec requiritur plena probatio, sed sufficit summaria, non admittitur declinatoria fori, nec exceptio dominii conductoris, sed bene tertii, si ipse tertius dominium prætendens judicio assistat, & quare; intelligendo quando locator agit non ex locato actione locati, & sic petitorio, sed remedio, *l. si quis conductionis*, *C. locati*, & alia de hac materia plenè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 371. *per tot.* Cavalcan. *dec.* 19. Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 399. *nu.* 145. Fenzon. *ad stat. Urb. cap.* 121. *nu.* 15. *et seqq.* cum aliis per istos citatis, facit Bich. *dec.* 526. *nu.* 18. *& seqq. vide in §. Conductor nu.* 15. *& seqq. & nu.* 51. *supr. nu.* 13. Pacion. *de locat. cap.* 55. *n.* 36. *& seqq.* ubi quid servare debeat locator in apertione domus, si conductor sit absens, & alia ad rem, & latius idem Pacion. *cap.* 65. *per tot.* ubi de omnibus prædictis, & aliis remediis possessoriis, & petitoriis locatori ad rem locatam recuperandam, finita locatione competentibus, cum suis requisitis, & extremis necessariis probandis.

26 Locatione ejusdem rei duobus facta, præfertur possessor ex regula, *leg. quoties C. de rei vindic.* Alex. *cons.* 122. *vol.* 5. Ursil. ad Afflict. *decis.* 238. *num.* 7. Rot. *in antiquis decis.* 2. *num.* 3. *de locat. & conduct.* Martha *vot. Pis.* 35. *num.* 13. *&* 14. vide *in §. Conductor num.* 44. Pacion. *tractat. de locat. & conduct. cap.* 21. *per tot.* ubi quod neutro possidente, præfertur anterior, & idem si posterior possideat, sed anterior habeat hypothecam ad sui favorem, & alia ad declarationem materiæ, facit quod dixi *in §. Emptio num.* 43. *& §. Venditio num.* 45.

27 Locator an possit executivè contra conductorem procedere ad pensionem, videtur affirmativè respondendum per text. *in leg. Præses* 17. *de locat.* Viv. *commun. opin.* 678. *nu.* 6. *& decis.* 308. *n.* 22. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 117. *num. pr.* Fenzon. *ad stat. Urb. lib. pr. cap.* 121. *num.* 9. cum aliis per Bich. *decis.* 506. *num.* 5. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 4. *decis.* 33. *nu.* 13. *tom. pr.* Caprat. *decis.* 349. *n. pr.*

Contrarium tamen est verius, quia de jure locatori datur solùm actio ex locato, vel ex stipulatu, quæ actiones ordinariæ sunt, & non executivæ, etiam si obligatio fuerit contracta per publicum instrumentum, quia nisi contineat formam Cameralem, vel guarantigiam, non habet executionem paratam, ut dixi in §. *Instrumentum n.* 8. *&* 9. nec sufficit ad hunc effectum clausula, *omni exceptione remota*, neque juramentum quod non habet privilegium viæ executivæ, nisi sit litis decisivum, ut concludit idem Bich. *dict. decis.* 526. *num.* 6. *& seqq. per tot.* ubi respondet omnibus contrariis, & concordantes allegat: loquitur tamen, & debet intelligi in terminis juris communis, nam hodie vigore statutorum in multis locis Instrumenta publica, vel etiam scripturæ privatæ cum certis solemnitatibus habent executionem paratam, addè latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 30. *per tot. et cap.* 40. *num.* 35. *& seqq.* ubi qualiter competat via executiva adversus bona invecta, & illata in prædium locatum, supra *num.* 13. Caprat. *dict. decis.* 349. *nu.* 3.

Quando non impediatur solutio affictus ob exceptionem non implementi non expressè à locatore promissi, Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 16. *& decis.* 184. vide in §. *Exceptio*, ubi plura de hujusmodi exceptione.

28 Locatio facta à tutore, vel curatore de bonis pupilli, vel minoris sine decreto judicis, si fuerit ad modicum tempus, valet, & pupillus, vel minor tenetur illi stare, etiam finita tutela, vel cura, secus si fuerit ad longum tempus, ut per Caroc. *de locat. part.* 2. *tit. de tut. num. pr. & seqq. fol. mihi* 69. *&* 70. adde latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 8. *per tot.* ubi etiam sit necessarius interventus ipsius pupilli, de quo dixi in §. *Pupillus num.* 3. & alia plura ad rem.

29 Locatis pluribus rebus simul sub uno, vel distincto pretio, an dicatur unicus contractus, vel plures contractus, ita ut debeatur una tantum gabella, vel plures gabellæ, vide DD. citatos in §. *Contractus nu.* 6. quibus adde Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 25. *per tot.* ubi alia plura ad rem, & de correspectivitate unius locationis ad aliam, ita ut etiam ratione correspectivitatis, una locatio reputetur alteri inexa, & efficiatur onus, atque individuus contractus, de qua materia dixi in §. *Contractus num.* 34. ubi adde Rot. post Urceol. *de transact. decis.* 93. *& part.* 15. *recent. decis.* 59. *per tot.*

30 Locator an pro pensione possit agere contra uxorem, vel filios conductoris, vel alios, qui re locata usi, & gavisi sunt; licet aliter non obligatos, saltem in subsidium ex æquitate, *l. si me, & Titium* 32. *ff. si cert. pet.* & latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 35. *num.* 1. *& seqq.* & dixi plures allegando *in §. Filius num.* 28. *& §. Uxor num.* 14.

35 Locatio finitur pluribus modis, ut conductor teneatur dimittere rem locatori, & primò per lapsum temporis præfiniti, sive certum sit, sive incertum, puta ad vitam, ad certam generationem, vel lineam, *l. conductores*, *& leg. si quis conductionis*, *C. locat.* Ludovis. *decis.* 45. *nu. pr.* Corbul. *de jure emphyt. tit. de caus. privat. ob lin. fin. num. pr. etc.* latè declarat Pacion. *de locat. cap.* 53. *per tot.* de quibus Altimar. *de nullit.* 1. *part.* 2. *quæst.* 17. *à num.* 1. 196. *tom.* 4.

Secundò finitur, & potest conductor expelli propter malum usum, & deteriorationem rei conductæ, dummodò sit circa ipsam rem, & proprietatem, non modica, sed considerabilis, & per dolum, vel culpam saltem levem, *l. ædem*, *Cod. locat. cap. propter* 3. *§. verum eod. tit.* Menoch. *de arbitr. cas.* 78. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de locat. resol.* 4. Pacion. *d. tract. cap.* 54. *per tot.* ubi benè declarat, dicta requisita, & dixi *in §. Conductor num.* 7. *& §. Arbor num.* 8. Add. Staiban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 10. *quæst. unic. n.* 48. *et seqq.* & Antonell. *de tempore legal. libr. pr. cap.* 39. Verd. *Instit. tit. de Locat. num.* 2127. *et* 2129. Novar. *in Pragm.* 1. *de Locat.*

Tertiò, finitur, & potest conductor expelli si non solverit integram mercedem conventam, etiam stante pacto jurato de non expellendo durante tempore absque alia verborum pregnantia, per text. *in l. æde* 3. *C. de locat. &* in *l. quæro* 56. *§. inter locatorem*, *ff. eodem*, & dixi *in §. Conductor num.* 10. ita ut locator possit hoc agere de facto, propria auctoritate, nisi conductor resistat, licèt tutiùs sit ad evitanda scandala associationem, sive assistentiam à judice petere, quæ est concedenda sine partis citatione, quando constat nullam competere defensionem, aliàs citanda est pars, sed summariè, & executivè procedendum, & non solum conductor, sed etiam subconductor potest expelli, si neuter illorum domino mercedem solverit; si tamen conductor sit absens, debet expectari per aliquod tempus arbitrio judicis, ut dixi in §. *Conductor n.* 3. & si agatur de aperienda domo, in qua adsint mobilia, facere illa describere per notarium, ne contra locatorem detur juramentum in litem ad probandam illorum quantitatem; intelligendo etiam in simplici locatione, nam in Emphyteusi Ecclesiastica debet expectari biennium, & in privata triennium ante declarationem caducitatis, quæ potest evitari pluribus modis, & per purgationem moræ, de qua plura dixi *in §. Emphyteusis num.* 49. *& seqq. §. Mora per tot.* & hæc omnia singillatim probat Pacion. *d. tract. cap.* 55. *per tot.* Add. Staiban. *ubi supra num.* 38 Antonell. *cap.* 44. *n.* 12. Rovit. *in Pragm. pr. de Locat.* Novar. *in Pragm.* 1. *de Locat.* n. 14. Verd. *loc. cit. n.* 2130. Altimar. *supra* n. 220.

Quartò, finitur locatio in prædiis urbanis, si dominus probaverit domum sibi necessariam pro usu proprio, vel familiæ, ex causa necessaria superveniente, & inopinata de tempore locationis, *leg. æde* 3. *C. locat. cap. propter sterilitatem*, *§. verum eodem tit.* Mart. Medic. *Exam.* 28. cum aliis in me citatis *in §. Conductor num. pr. &.* 2. quibus adde Pacion. *de locat. cap.* 56. *per tot.* ubi exemplificat in multis casibus, & limitat non procedere in prædiis rusticis, nec in successore singulari in casibus, in quibus tenetur stare locationi, de quibus dixi *in §. Emptor num.* 42. *& §. Successor. num.* 14. quid si conductor sit persona privilegiata, vel adsit pactum non expellendi, vel necessitas proveniat ex culpa ipsius locatoris, vel si domus sit adeò ampla, ut possit utrique servire, vel adsit specialis hypotheca rei locatæ, vel si pensionem, sive ejus

partem post necessitatem recipit, vel si causa necessitatis reperiatur falsa, vel si agatur de locatione ad longum tempus, an id liceat propria auctoritate, & alia ad rem, tradit Pacion. *d. cap. 57. per tot.* Add. Staiban. *dict. quæst. unica num. 43. & 44.* Antonell. *dict. cap. 39. n. 10.* & alii plures relati per Altimar. *dict. quæst. 17. n. 196. & seqq.* Card. De Luc. *de Locat. disc. 45.* Castald. *consult. 145. a n. 3.* Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap. 173.*

Quintò, finitur locatio (volente conductore) si domus locata indigeat refectione, nam tenetur conductor illam ad hunc effectum vacuam dimittere, & non potest compelli post refectionem illam recipere, & in locatione continuare, licèt si velit possit redire, & inhabitare, *l. ædem, Cod. locat. cap. propter, §. verum eod. tit.* Pacion. *de locat. cap. 57. per tot.* ubi an procedat tam pro refectione necessaria, quàm voluntaria, & quæ inter utramque differentia ad hunc effectum, quid si necessitas aderat tempore locationis, vel possit illi occurri conductore inhabitante, & alia ad rem. Præter supracit. Staiban. Antonell. & Altimar. adde Alderis. *de symbol. contract. tit. 2. cap. 8. num. 2.* Verd. Instit. *tit. de Locat. n. 2129.* Morl. *in Empor. part. pr. tit. 10. de Locat. in præmiss. n. 24.*

Sextò, finitur, sive dissolvitur locatio ex voluntate, & consensu partium, in illarum tamen præjudicium tantùm, & non tertii, cui esset applicata, vel destinata, & promissa solutio affictuum (maximè si erat creditor locatoris, qui per delegationem cessit illi tale creditum cum consensu conductoris) quicquid sit si ex alia causa necessaria resolvatur locatio; ex quibus inducatur hujusmodi recessus à contractu, an sint necessariæ aliæ solemnitates adhibitæ in illius celebratione, quid si unus tantùm vellet recedere, & alteri solvere damna, & interesse, & alia ad rem, Pacion. *d. tract. cap. 58. per tot.* Altimar. *dict. quæst. 17. n. 218.*

Septimò, finitur locatio quando alienatur res locata, & successor singularis non vult stare locationi, prout regulariter non tenetur, ut latè explicant Scapuc. *in tract. de sing. success.* Pacion. *de locat. cap. 61.* & ego dixi *in §. Emptio n. 42. & §. Successor nu. 14. & 15.* Altimar. ad Rov. *cons. 33. num. 6. libr. 6. & de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 17. n. 220. tom. 4.*

Quando autem, & ex quibus dicatur remissa caducitas, vel finis locationis, idem Pacion. *cap. 59. per tot.* & dixi *in §. Dominus num. 4. & seqq.* De Luc. *de Locat. disc. 20. n. 7.*

Et an in casibus, in quibus licitum est locatori à locatione recedere, sit etiam eodem modo permissum conductori, idem Pacion. *cap. 60. per tot.* & dixi *in §. Conductor num. 2. cum addit.*

Item quando debeat renovari locatio de jure, vel vigore pacti, consuetudinis, vel statuti, de tacita renovatione, ac demum de restitutione rei locatæ, plenè Pacion *dict. tract. cap. 62. 63. 64. & 65. per tot.*

Reliqua de materia locationis, *vide in §. Conductor per tot.* & alibi opportune.

32 Et generaliter de locatione, quid, & quotuplex sit, aliaque plura de materia locationis, & conductionis, Cancer. *variar. resolut. part. pr. cap. 14. per tot.* D. Gregor. Rossignol. *in Noviss. Prax. Theolog. legal. contract. 10. tit. de locat. & conduct. à fol. 1. et seqq. ad 175.* Altimar. *de nullit. toties cit. quæst. 17. per tot. tom. 4.* Verd. *Instit. tit. de Locat.* Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Card. De Luc.

Aliqua decisa refert Thoro *Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. sect. 2. verb. Locatio*, & plura remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Locatio*, Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. par. 5. eod. verb. fol. 59. &c.* Valer. *de different. utriusque fori, verb. Locatio per tot.* ubi notat plures differentias inter forum externum, & internum in materia locationis, & conductionis, Vela *dissert. 15. cum pluribus seqq. et dissert. 19. et 20. vol. 1.* ubi plura de differentiis surgentibus ex locatione, vel alienatione ejusdem rei pluribus facta, Add. D. Verd. *Instit. tit. de Locat.* Altimar. Bertsehin. Castald. Emerix Capiat. Ansald. Mans. Palm., & alios modernos.

33 Locatio identitatem rei non probat, si est æquivoca Gloss. *in cap. in præsentia, verb. verbum, vers. & est notabile*, & probat Emerix jun. *dec. 218. nu. 5.*

34 Locationes læsionem non probant si sint incertæ, confusæ, & æquivocæ, Emerix Jun. *decis. 1139 n. 11.*

35 Obligatio locandi pro eadem invariabili summa excluditur ex pluribus locationibus factis pro summis diversis Emerix Junior. *dec. 804. n. 6.* & in omnem casum, si illæ sint continuatæ per longissimum tempus, præbent legitimum titulum præscriptionis Emerix Jun. *ibid.* Vel saltem attenduntur tanquam actus declarativi Emerix Jun. *ibid. n. 8.*

36 Pactum quod finita locatione per triennium, & non facta disdicta per annum ante res censeatur reconducta ad aliud triennium an sit licitum in rebus Ecclesiasticis Pamphil. *decis. 389. vers. cum Bona Ecclesiæ* Modernus Pistorien. *de locat. & conduct. cap. 14. §. 2. n. pr.* Emerix Jun. *dec. 809. n. 2.*

37 Locatio hæc expirat in prima relocatione Emerix Jun. *ibid. n. 9.*

38 Et prætenditur esse de consuetudine totius Apuliæ Rota coram Buratto *decis. 735. num. 6. & 9.* Emerix Jun. *decis. 809. n. 4.*

Sed non tamen probatur Emerix Jun. *ibid. n. 5.*

Et ad quem effectum probari debet concludenter cum observantia canonizata in contradictorio judicio Rota coram Priolo *decis. 375. nu. 25. & 26.* Emerix Jun. *ibid.*

39 Locator domum locatam ingrediens absente conductore, tenetur ad inventarium rerum coram notario Rubeus *de confusione jur. cap. 25. n. 68.*

40 Locator ad longum tempus an obliget successorem in fideicommisso Scapuccin. *de sing. success. ampl. 3. n. 12.* Rubeus *de confusione jur. cap. 24. n. 55.*

41 Prohibitus locare ad longum tempus, an tueatur locationem pro parte temporis Peregr. *art. 40. num. 106.* Rubeus *de confusione jur. ibid. n. 56.*

42 An obliget successorem ratione confusionis jurium Rubeus *de confusione Jurium ibid. n. 57.*

43 Locator amittit hypothecam super bonis in domum invectis, & illatis, si accipiat fidejussorem Hering. *de Fidejuss. cap. 13. à num. 45.* Gratian. *cap. 117. n. 8.* Contra Merlin. *de Pignor. libr. 2. quæst. 67. à n. 98.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 30. n. 304. tom. 5.*

44 Locatio cessionem juris importat De Marin. *resol. cap. 158. n. 3. libr. 1.* Rocc. Episc. *cap. 72. n. 32. lib. 1.*

45 Locationis capitula cum Principe locatore inita Legis vim obtinent *l. Cæsar*, ubi Castr. *ff. de Public.* Rocc. *loc. cit. n. 50.*

46 Locationes quando sunt separatæ de una ad aliam Inferri non valet Rot. *decis. 592. n. 5. decis. 615. nu. 7. part. 5. rec. tom. 2.* Rocc. *loc. cit. cap. 119. num. 48. lib. 2.*

47 Locationis merces non debetur, nisi post fructus per conductorem collectos Episc. Rocc. *cap. 124. nu. 19. lib. 2.* Et in locatione non est præsumenda anticipata solutio *ibid. n. 20.*

48 Pactum addictionis in diem an, & quando dicatur adesse in contractu locationis, & quid operetur Rocc. *ubi supra cap 153. à n. 1. & 12. lib. 2.*

49 Plures, & diversæ locationes an in uno contractu contineantur Card. De Luc. *de Locat. disc. 51. nu. 4. & 7.*

50 De re fructifera si sit facta locatio facit tot esse locationes quot anni Barb. *de divis. fruct. part. 2. cap. 7. n. 3. cum seq.* De Luc. *de Regal. disc. 117. nu. 18. vers. Igitur quot.*

51 Locatio scripturam, seu Instrumentum non requirit de essentia Card. De Luc. *de Regal. disc. 81. n. 2. in fin. de Locat. disc. 21. n. 8. & in Sum. n. 12.*

Locatio oretenus conclusa an dicatur perfecta si fuerit reservata accomodatio Capitulorum De Luc. *de Regal. d. disc. 81. sub n. 2. & 3. & sub n. 24.*

52 Locatio an resolvatur ob non implementum Card. De Luc. *de Locat. disc. 17. n. 8. disc. 18. per tot. disc. 59. nu. 12.*

53 Quæ actio competat adversus inhabitantem domum alienam, vel ea utentem sine locatione Rot. *dec. 88. n. 15. part. 5. divers.* Card. De Luc *de Locat. disc. 16. n. 5. & in Sum. n. 9. & nu. 10.* Prætendi posset pensio pro qua habitator esset conducturus, non autem quanti locator potuisset illam locare Rot. & Card. de Luc. *ubi sup.* Pen-

54 Pendente discussione, an locatio duret, nec ne interim conductor est manutenendus Post. *de manuten. obser.* 52. *n.* 17. & 18. Cavaler. *dec.* 182. *num.* 2. Card. De Luc. *de Locat. disc.* 19 *n.* 6.

Quando præsertim non est quæstio inter locatorem, & conductorem, sed inter primum, & secundum conductorem Card. De Luc. *de Locat. dict. disc.* 19. *n.* 7.

Collata resolutione in arbitrium ipsius locatoris non rescinditur locatio, nisi declarata ipsius voluntate Card. De Luc. *de Locat. loc. cit. n.* 13.

55 Locatio facta per administratorem non durat post ejus jus cassatum, si est facta mala fide Card. De Luc. *de locat. disc.* 23. *n.* 5. & *disc.* 56. *per tot.*

Locatio facta à marito de bonis dotalibus resolvitur soluto matrimonio, nec uxor illi stare tenetur Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 3. *de locata num.* 8. Card. De Luc. *de Locat. disc.* 25. *n.* 3.

Quid ubi locatio facta sit de bonis extradotalibus Card. De Luc. *de Locat. dict. disc.* 25. *num.* 5. Et quando valeat imminente fine administrationis De Luc. *de Locat. disc.* 26. *n.* 2. & *seq.* ubi de hærede gravato.

Et de circunstantiis inducentibus bonam fidem in administratore locante in tempore non suo Card. De Luc. *de Locat. disc.* 56. *n.* 9. *de Fideicom. in Sum. n.* 359. Non præsumitur facta in fraudem successoris Card. de Luc. *disc.* 24. *sub n.* 3.

56 Locatio appellationem an, & quando admittat Tonat. *dec.* 57. *n.* 12. Card. De Luc. *disc.* 19. *n.* 9. & 20. *de Judic. disc.* 37. *n.* 52.

In locatione datur appellatio, ubi contentio non est cum locatore, sed inter duos conductores Card. De Luc. *d. disc.* 19. *n.* 10.

Non datur à mandato de evacuando De Luc. *loc. cit.* & *de Judic. disc.* 37. *n.* 52.

68 Lucrum debitum filiæ ex beneficio *l. fæminæ C. de secundis Nuptiis* non comprehenditur sub generali renunciatione facta per filiam dotatam Purpurat. *in l. ultima n.* 176. *C. de pactis* Rocca Episc. *cap.* 55. *n.* 57. *& seq.*

Amplia, tam in lucro delato, quàm deferendo tempore renunciationis Pappon. *lib.* 15. *tit. pr. arrest.* 11. *de nupt.* Gaill. *lib.* 2. *obser.* 98. *num.* 10. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 13. *n.* 129. Hodiern. *in l. hac ædictali quæst.* 11. *n.* 128., *& quæst.* 21. *nu.* 46. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 4. *n.* 49. *&* 50. Rocca Episc. *ibid. n.* 60.

Reprobatur contraria sententia distinguens inter lucrum delatum, & deferendum Rocca Episc. *ibid. num.* 60.

Distinctio inter lucrum delatum, & deferendum posset fortasse procedere quoties filia tempore renunciationis, non ignoraret Jus sibi à lege delatum super lucro. Galerat. *de renunc. centur.* 2. *renunc.* 328. *n.* 11. *in fine* Rocca Episc. *ibid. n.* 63.

Lucro prædicto etiam delato, licet fuerit expressè per mulierem renunciatum; adhuc hujusmodi renunciatio non adversatur, nisi eadem Mulier certioretur de beneficio *dictæ legis fæminæ* Rocca Episc. *ibid. n.* 64.

Lucro prædicto non dicitur per filiam renunciatum, si post transitum Matris ad secundas nuptias renunciaverit bonis omnibus paternis, maternisque Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 21. *num.* 21. *& seqq.* Rocca Epis. *ibid. n.* 62.

Lucri certi taxatio non reddit contractum illicitum; sed potiùs exactio Rocca Epis. *cap.* 96. *n.* 15. 69

Ideoque, si creditor non exegit interesse ad summam taxatam, sed potiùs legitimam, taxatio habetur pro non facta Craver. *consil.* 189. *num.* 8. *vers. non negarem, lib. pr.* Surd. *cons.* 327. Grat. *c.* 387. *nu.* 8. Rocca Episc. *ibid. n.* 16.

Lucri cessantis taxatio licet ab initio sit illicita, non tamen redditur illicitus contractus; si ea creditor uti nolit, sed id velit dumtaxat exigere quod sua interest. Rocca Episc. *ibid. n.* 17.

Lucri magni amissio dicitur sapere damnum notabile, formalemque pœnam Rocca Episc. *c.* 184. *n.* 13. 70

Lucri magni amissio æquiparatur pœnæ, merumque inducit Rocca Episc. *ibid. num.* 14. Vide Rot. *part.* 10. *recent decis.* 93. *n.* 11.

De lucro captando, quoties agitur, non autem de damno evitando, exceptio non impleti, non tantùm interesse alterius initiatur, quàm violationi fidei ex parte non implentis Bart. *in leg. cum proponas, Cod. de pact.* Gratian. *cap.* 725. *num.* 23. *& cap.* 301. *n.* 15. Rocca Epis. *c.* 156. *n.* 27. 71

Lucrum hæreditatis obligat ad factum defuncti text. *in l. ex qua persona ff. de reg. jur.* Rubeus *de confus. jur. c.* 9. *num.* 13. 72

Lucrum tertii pluris, quando detor creditori recipienti bona insolutum Jo. Ant. Abecclesf. *tom. pr. observat.* 144. *num.* 15. Rubeus *de confus. jur. c.* 22. *num.* 37. 73

Secundum Statut. Parm. *lib.* 2. *rub. ad evitand. damn. quæ pass. fuer. Civ. & Habit. Civit. Parm.* quando bona adjudicantur in solutum Creditori, tunc Creditor lucratur decem pro qualibet centenario Crescin. ad Abecclesf. *obser.* 138. *n.* 5. *part. pr.*

In Patria Pedemontana Creditor consequitur lucrum tertii pluris De Luc. *de Empt. disc.* 54. *n.* 15. Crescin. ad Abecclesf. *ibid. n.* 6.

Debitor si non sit solvendo, & multi Creditores concurrant, bona dantur in solutum absque lucro, etiam si agatur de dotis receptore Crescin. ad Abecclesf. *obser.* 144. *num. n.* 5. *part. pr.*

Lucrum tertii pluris debetur Creditori etiam ex fructibus, & mobilibus Crescin. ad Abecclesf. *obser.* 145. *n. pr. part. pr.*

Refertur Statut. Parm. *lib.* 2. *rubr. ad evit. damn. quæ pass. fuer. Civ. & Hab. Civit. Parm.*, Crescin. ad Abecclesf. *n.* 3. *ubi supra*.

In hac controversia, an scilicet ex fructibus, & mobilibus debeatur lucrum Creditori Doctores pro utraque opinione refert, Scacc. *de Judic. libr. pr. cap.* 46. *n.* 29. Crescin. ad Abecclesf. *loco cit. n.* 4.

Statuta, quæ dant in solutum Creditoribus res subhastatas cum lucro, seu augumento tertiæ partis sunt rationabilia, & assignatur ratio, Rocc. *cap.* 154. *n.* 6. *tom.* 74

6. *tom.* 2. Franch. *decis.* 54. *n.* 10. Crescin. ad Abeccl. *ibid. n.* 5.

Et hæc statuta sunt præcisè servanda, Conciol. *ad Statut. Eugub. in rubr. de consum. & renut. daud. rubr.* 19. *n. pr.* Rot. coram Seraphin. *decis.* 1478. *n.* 2. Crescin. ad Abeceles. *ibid. n.* 6.

75 Damnum cum lucro quando possit compensari. Vide Mangil. *de evict. quæst.* 102. *n.* 4. Pecchi. *de Aquæduct. libr.* 2. *cap.* 11. *quæst.* 4. *n.* 25. Brunneman. *in l. si negotia n.* 2. *ff. de negot. gest.*, & latissimè Bersan. *de Compens. cap.* 2. *quæst.* 21. *per tot.*

76 Lucrum quis consequi non potest ex actu, quem impugnavit Palm. nep. *decis.* 198. *n.* 26. *tom.* 2.

77 Lucrum, & damnum non potest liquidari, nisi prius factis computis Rot. Jannens. *decis.* 173. *n.* 16. Palm. nep. *alleg.* 267. *n.* 4. *tom.* 3.

78 Lucra facta propria industria quando debeant inter fratres communicari Soccin. jun. *cons.* 24. *in princ. libr.* 3. Mantic. *de tacit. libr.* 6. *tit.* 18. *nu.* 23. Palm. nep. *alleg.* 28. *n.* 13. *tom.* 1., Vide supra *n.* 60.

§. LUDUS XXII.

1 Ludus dicitur contractus, quo ludentes res suas periculo exponunt ob spem vincendi, & lucrandi rem alterius; & est multiplex, nam quidam consistit in sola corporis exercitatione, quidam in ingenio, quidam in sorte, & fortuna, & quidam mixtus ingenio, & fortuna. Ludi corporis sunt plures, nempè cursus, saltus, lucta, jactus, pugna, quintana, pila, & similes, quibus corpus exercetur, *l.* 2. *ff. de aleat. l. ult. C. de relig. & sumpt. fun. aliàs de aleat.* Ingenii autem, ut scaccorum, & similes, quibus ingenium exercetur, & versatur, & hujusmodi duæ species ludi corporis scilicet, & ingenii tantùm sunt permissæ, etiam cum pecunia (modò de jure aureum non excedat, licèt hoc de consuetudine non attendatur) & cùm astutia, quasi omnia videantur ludentibus permissa, ut vincant his ludis permissis, gloss. *ult. in l. in executione*, *§. ult. ff. de verb. oblig.* ubi Castr. Jas. & alii, Bart. & Jas. in *l. si rem tibi inspiciendam*, *§. ult. ff. de præscript. verb.* Guid. Pancirol. Thes. *var. lect. lib. pr. cap.* 48. P. Stephan. Neapolit. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 2. *cap.* 73. Farinac. *qu.* 109. *part.* 3. *per tot.* ubi ponit regulam permissivam hujusmodi ludorum cum quinque ampliationibus, & totidem limitationibus, infra *n.* 7. adde Ricc. *Collect.* 3670. ubi ponit discursum moralem an, & quando recreationis causa sit licitum ludere, de quo etiam Vivi. *comm. num.* 647. *& seqq.* ubi plura de ludo scaccorum, pilæ, & hujusmodi an, & quando, ac cum quibus circumstantiis sint liciti non solum laicis, sed etiam Clericis, & plene de omnibus Guttierez *in Prax. q.* 92. *cum pluribus seqq.* Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 26. *per tot.*

Alii verò ludi in sola sorte consistentes, ut alearum, & similes, vel mixti ingenio, & sorte, ut pariter alearum, (intelligendo aleas generaliter pro omni ludo prohibito consistente in fortuna, vel mixto ingenio, & fortuna, sic nuncupato à quodam milita Alea illius inventore in Bello Trojano) quamvis in se non sint propriè prohibiti, nec capitaliter peccaminosi in laicis; quicquid Clericis omninò interdicantur, tamen ratione malorum inde provenientium, quæ multa, scandalosa, & maxima reputantur, hujusmodi ludi maximè in pecunia, vel ubi agitur de lucrando, vel perdendo pecuniam, sunt omninò de jure prohibiti tam clericis, quàm laicis, tam in privatis, quàm in publicis domibus, ita ut nec liceat facere ad partem, vel societatem cum aliquo ludente, nec valeat statutum, vel consuetudo ludum prohibitum permittens, sub pœna in foro conscientiæ secundum aliquos peccati capitalis, & in foro exteriori judici arbitraria, (ubi non sit à statuto, vel alia lege municipali prout Florentiæ determinata) & graviori si aliqua fraus, vel dolus intercesserit, cùm in his ludis prohibitis non sit licita aliqua deceptio, sed decipiens teneatur de furto, & falsitate, ac ad restitutionem, & idem est in compellente aliquem sive per vim, sive blanditiis, & allectamentis ad ludendum; sunt autem dicti ludi prohibiti, mixti fori inter Episcopum, & judicem laicum præventione, vel cognitionis illius judicis, cui quoad criminalitatem sit tributa jurisdictio à statuto, vel alia lege municipali, Guid. Pancirol. *d. cap.* 48. *versic. tertium genus*, *&c.* Clar. in *§. Ludus*, ubi etiam Addent. Caccialup. *tract. de ludo*, latè Farinac. *d. quæst.* 109. *part. pr. per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 198. 199. *& seqq. vol.* 2. Vivi. *comm. opin.* 468. *&* 469. ubi plura in detestationem ludorum prohibitorum, & malorum inde provenientium, cum pluribus miraculis contra lusores, quando teneantur ad restitutionem, vel non, & alia, Menoch. *de arbitr. cas.* 399. *per tot.* ubi quibus rationibus ludus alearum olim fuerit, & hodie sit prohibitus, quibus pœnis afficiantur aleatores, sive Clerici sint, sive laici, tam de jure canonico, quàm civili, quid si dolus, vel fraus intercesserit, quid in aleatorum receptatoribus, qui domos, & aleas ad ludendum paratas tenent, & de ludis prohibitis, latè Borell. *tract. de ædict. Magistr. lib.* 3. *cap.* 11. Thesaur. *qu. forens. lib.* 4. *cap.* 19. Scanarol. *de visit. carcer. lib. pr. §.* 13. *capit.* 4. Tusch. *litt. L. conclus.* 456. P. Steph. de Neap. *d. c.* 73. *per tot.* ubi quoad forum conscientiæ, Ricc. *Collect.* 4107. & latè Dian. *resol. moral. part.* 7. *tractat.* 9. *resol. pr. & seqq. per tot.* ubi probat ludere etiam ludis prohibitis, & cum intentione lucrandi, seclusa omni fraude, & alio malo, non esse peccatum mortale, etiam in Clericis, & aliis Religiosis, dummodò moderatè, & recreationis gratia, ac alia plurima de ludo, & sponsionibus vulgò, *dette le scomesse*, An Clerici peccent idem Diana *part.* 9. *tractat.* 9. *resol.* 66. Quo ad regulares vide Lezan. *qu. regul. tom.* 2. *verbo ludus* ubi latè de ludis prohibitis, & permissis non solum Regularibus, sed etiam Clericis, & aliis. Vide Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 21. *tom. pr. infra in novissimis addit.* Crescin.

Quòd ludi prohibiti spectatores puniantur eadem pœna, qua ipsi lusores, *l. fin. §. commodis igitur*, *Cod. de relig. & sumpt. fun. Authent. interdicimus*, *C. de Episcop. & Cler.* cum aliis per Farinacc. *dict. q.* 109. *part. pr. n.* 34. Guzman. *de Evict. qu.* 60. *n.* 21.

Quòd expressè cavetur per bannimenta status Florentini, ut dixi in Pract. *§. Giuoco num.* 2. *& vide Bannimeta Urbis Romæ de anno* 1591. *cap.* 7.

An autem dicti spectatores mortaliter peccent videtur affirmare, quando ludus ipse est cum peccato mortali, P. Stephan. de Neapol. ubi supra *cap.* 74. *num.* 4. Dian. *resol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 40. ubi quòd verùm est maximè quoad Clericos, & religiosos, quibus interdictum est etiam sub pœna excommunicationis per Bullam Pii V.

An ludus ille, qui vulgò dicitur, *Lotto*, sive *Beneficiata* sit licitus, & cum quibus conditionibus, Dian. *p. pr. tract.* 8. *resol.* 81. *infr. num.* 11. Vide De Luc. *de Alien. disc.* 47. *n.* 14., ubi quod est suspectus de inæqualitate.

De prohibitione ludi ex legibus humanis, & Pontificiis, qualiter acquisita per ludum prohibitum sint restituenda, de pœnis ludentibus omni jure impositis; an Clerici, & seculares possint repetere amissa in ludo; an possit ludi per alium; qualiter receptatores ludorum, vel tenentes ludos puniantur; an licitum sit ludere ad creditum, vel credentiam, & an pecunia soluta possit retineri in foro conscientiæ; de ludo pilæ, aliaque plura de ludis, latè Gutierez *in Prax. q.* 92. *cum seqq. ad qu.* 103. Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *per tot. fol.* 231. ubi latè quid, & quotuplex sit ludus, qui ludere possint, vel non, de ludis prohibitis, ac de quibusdam aliis ludis diversis, & generaliter de tota materia ludorum quoad forum conscientiæ quando intret obligatio restitutionis, vel non. Vide Layman. *loc. supra cit.*

Ludens tota nocte cum pluribus, & diversis personis contra prohibitionem legis, tenetur tantùm ad unam pœnam, & non ad plures pœnas, cùm propter continuationem dicatur semel tantùm lusisse, Bart. & alii, quos refert, & sequitur Navar. *de pœnitent. distinct.* 5. *cap. consideres num.* 46. *&c. ac in Manual. cap.* 6. *num.* 17. *&* 18. Azor. *Instit. Moral. part. pr. lib.* 4. *cap.* 4. *in fine fol. mihi* 315. ubi adducit alios casus similes, facit quod dixi in *§. Delatio num.* 2

num.

num. sequitur Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 45. ubi quòd etiam committit unum solum peccatum, licèt alii velint tot esse peccata, quot personæ, cum quibus ludit, tamquam si cum pluribus fornicetur, ut probat Castr. Palaus *tom. pr. tract.* 2. *disput.* 3. *punct.* 3. *num.* 7. latè Gutierez *in praxi q.* 98. *per tot.*

3 Ludens cum filio familias, vel minore, sive alio, qui non habeat liberam suorum bonorum administrationem, tenetur ad restitutionem, etiam si ludus fuerit licitus, nam de illicito nullum est dubium, & pro pecunia ex ludo illicito acquisita nulla datur actio, ludentes tamen ludo licito, & permisso si amittant tenentur solvere, nec solutum possunt repetere, & etiam filius familias factus sui juris tenetur solvere id, quòd in ludo licito amisit, de quo vide Michalor. *de fratr. part. pr. cap.* 3. *num.* 59. *&c.* Farinac. *d. q.* 109. *par. pr. n.* 81. *& seqq. per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 10. *num.* 105. *& seqq.*

Plures quæstiones de ludente cum filio familias, & de ipso filio familias, quando possit ludere, vel non, an vincere, vel perdere, & alia, Dian. *part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 5. *& seqq. per tot.* ubi etiam de uxore, servo, minore, Religioso, & hujusmodi. Vide Layman. *loc. adducto.*

An acquirens à minoribus per ludum, vel alium similem contractum teneatur ad restitutionem, Dian. *part.* 3. *tractat.* 5. *resolut.* 45. ubi vide ad tollendos scrupulos conscientiæ, adde Caspens. *Curs. Theolog. tract.* 18. *disput.* 8. *per tot. fol. mihi* 250. ubi plura de restitutione ex ludo, vel alio turpi lucro, latè etiam Giballn. *loc. supra citat.*

Quod ex ludo illicito nulla competat actio, nec pro quibusvis contractibus occasione illius factis, Ludovis. *dec.* 47. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 553. Farinac. *d. quæst.* 109. *num.* 109 *num.* 196. *& nu.* 203. *& seqq.* in quibus locis latè probat, quòd sicuti ex ludo prohibito, vel contractibus illius occasione celebratis non datur actio, ita ex ludo permisso, & contractibus in eo initis rectè datur actio, & denegatur soluti repetitio cum declarationibus, de quibus ibi per eum, vide Gramat. *decis.* 40. Fenzon. *ad statut. Urb. cap.* 23. *num.* 5. *etc.* Bonifac. *de furt. loc. cit.* Guid. Pancirol. *Thesaur. var. lect. lib. pr. cap.* 48. *versic. nunc videndum, &c.* ubi probat quod quamvis de jure civili vincens pecuniam in ludo prohibito, teneatur illam restituere, & possit victus, vel ejus hæres intra quinquaginta annos repetere, *l. ultim. C. de aleat.* tamen de generali consuetudine totius mundi, quæ prævalet, & derogat juri scripto, non sit restituenda, nec repeti possit etiam in foro conscientiæ, exceptis aliquibus casibus, in quibus pecunia victa, non solùm ludo prohibito, sed etiam ludo permisso esset restituenda, ut si fuerit victa alicui, qui liberam bonorum suorum administrationem non habet, vel secundum aliquos si vincens sit Clericus, si fuerit adhibitus dolus, si vincens traxerit per importunitatem victum ad ludendum, vel si habuerit pravam intentionem ludendi, vel spoliandi proximum, de quibus vide latè P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 2. *cap.* 73. *&* 74. *per tot. fol. mihi* 242. dixi in Pract. §. *Giuoco n.* 19. 20. *&* 24. Farinac. *d. quæst.* 109. *part.* 5. *per tot.* Dian. *part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 22. *&c.* Vivi. *comm. opin.* 468. *& seqq.* De Luc. *de Alienat. disc.* 49. *num.* 7. *& in summa num.* 124. etiam si quod debetur ex causa ludi in alium contractum sit concessum *dict. disc.* 49. *num* 7. *de Credit. disc.* 123. *num.* 13.

An attrahens, sive cogens aliquem ad ludendum teneatur restituere quod vincit, Dian. *par.* 2. *tract.* 17. *resol.* 27. ubi refert contrarias opiniones, & ipse videtur negativam probare, de quo latiùs idem Dian. *part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 32. *& seqq.* vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 200. *volum.* 2. Vivi. *loc. cit.* Sanchez *libr. pr. cons cap.* 8. *dub.* 10. *& seqq. & dub.* 9. ubi de movente. Brunnemann. *in l.* 2. *C. de Alcat. & alear. usu* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 14. *n.* 533. *tom.* 3.

An autem ex quæsitis in ludo possit prætandi legitima, vide Merlin. *tractat. de legit. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 53. *per tot.*

Quòd lusori continuo sit dandus curator, vide *in* §. *Curator num.*

Lusores, qui consueverunt vitam agere in ludis prohibitis, repelluntur à testimonio ferendo, nisi agatur de probando aliquid sequutum in ludo, Farinacc. *q.* 56. *art.* 12 *nu.* 427. *&c.* Gramat. *decis.* 51. *& vot.* 22. Mascard. *de probat. conclus.* 697. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 497. *& seqq. fol.* 329. ubi etiam *num.* 507. *&c.* de histrionibus, & similibus artis ludicræ causa in publicam scenam prodeuntibus, adde Ricc. *Collect.* 1536. ubi etiam quòd morientes in ludo periculoso, privantur Ecclesiastica sepultura, judices tenentes ludum possunt officio privari, tutores removeri, amissa in ludo repeti usque ad 50. annos & si victus negligat recuperare, potest id facere Episcopus, vel Fiscus, & alia, quæ tamen hodie ex generali consuetudine ab Aulis recesserunt. 4

Ludum domi retinens, vel accomodans taxillos, vel aleas ad ludendum lucri causa, punitur pœna extraordinaria judicis arbitrio, in amissione domus, & potest illi impunè damnum, furtum, aut injuria inferri tempore ludi, ut latè explicat Farinac. *q.* 109. *p.* 4. *per tot.* An domum suam ludo accomodantes puniantur & qua pœna Molina *tract.* 2. *de just. disp.* 521. Diana *tom.* 6. *tract.* 4. *resol. pr.* ubi an peccent & *resol.* 2. 5

Et quid in hoc disponant leges Municipales Florentiæ, dixi in Pract. §. *Giuoco n.* 5. *&* 15.

An autem peccent mortaliter, videntur affirmare Diana *resolut. moral. part.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 65. *per tot. fol.* 242. *& p.* 7. *tract.* 9. *resol.* 39. *per tot.*

Sed contrarium, nisi alia pauca concurrant contra Dian. in specie tenet P. Steph. de Neapol. *loc. sup. cit. cap.* 74. *n.* 6. ubi infertur ad Principes an peccent concedendo licentias ludendi.

Ludentibus mutuans pecuniam, an possit illam repetere, satis est ambigua quæstio, in qua videtur posse regula affirmativa constitui, nisi quis mutuaverit minori, aut prodigo, sciens pecuniam consumpturum in ludo, vel soluturum creditori ex causa ludi, vel nisi mutuator sit ille, qui domi suæ ludum retinet, vel nisi mutuet collusori, nam inter colludentes nullus tenet contractus, cùm simul delinquant, & ideò his casibus denegatur etiam mutuanti repetitio, intelligendo de ludis illicitis, & prohibitis, latè Farinac. *quæst.* 109. *part.* 6. *per tot.* Guid. Pancirol. *thesaur. var. lect. lib. pr. cap.* 48. *fol. mihi* 62. *per tot.* Ludovis. *decis.* 47. Vivi. *commun. opin.* 470. *&* 471. vide Guzman. *de evict. quæst.* 60. *per tot.* 6

Ludens ad ludum prohibitum in creditum, vel ad credentiam, & promittens solvere vincenti, non obligatur, quia ex injusta causa promittit, etiamsi de tali promissione fiat instrumentum, *l.* 4. §. *si quis pr. ff. de except. doli, l. ult. C. de aleat.* Caccialup. *tract. de ludo n.* 34. Paris. de Puteo eodem *tract. num.* 21. Guid. Panzirol. *loc. cit. d. cap.* 48. *in fine*, Diana *part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 23. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 200. *num. pr. & seqq. volum.* 2. Viv. *com. opin.* 471. Vide Layman. *Theol. Moral. libr.* 3. *tract.* 4. *cap.* 21. *num.* 3. *tom. pr.* supra *num.* 3. Brunnemann. *loc. cit.* 7

An ludentibus competat actio pro pecunia in ludo lucrata, & pro gestis circa ludum, & alia, Thesaur. *quæst. for.* 59. *lib.* 4. quam refert Ricc. *Collect.* 2405. *supra n.* 3. Brunnemann. *loc. cit.*

Florentiæ adest lex municipalis de anno 1569. & 1595. prohibens sub gravissimis pœnis quodlibet genus ludi, etiam permissi, in creditum, vel ad credentiam, sive cum pignoribus, vel scripturis, ut latiùs dixi in Pract. §. *Giuoco numer.* 8. *&* 9. ubi plura in materia ludorum prohibitorum per multa bannimenta status Florentini, de quibus ibidem *per tot.*

Quòd ludens ad credentiam si aliquid perdiderit, non teneatur in foro conscientiæ solvere, cum solutum possit repetere, si autem non repetat, non tenetur etiam ille, qui accepit restituere, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 94. vide *inf. num.* 10. *versic. An perdens*, idem Dian. *part.* 7. *tract.* 9. *res.* 23. *&c.*

Ludus ad sui justitiam plures conditiones requirit, prima, ut collusores habeant liberam administra- 8

strationem rerum suarum, quas ludo exponunt; secunda ut ludus sit voluntarius, & alter alterum non trahat ad luendum frande, minis, aut convieiis; tertia, ut collusores non adhibeaat fraudem, vel dolum contra leges ludi, exceptis samen aliquibus astutiis in ludo adhiberi communitar solitis; quarta ut inter ludentes sit æqualitas tam in lucro, quàm in jactura raspectu unius ludi vel jactus, namti unus habeat decem, & alius quatuor aureos, non potest qui minus habet plus vincere, & luctari quàm ipsu possit perdere, eum non sit justum, ut si unus perdat, perdat decem, & si vincat, vincat quatuor tantùm in una vice, vel jactu, postquam autem minus expositum in ludo habens vicerit aliquam postam, poterit illud plus lucrari in aliis postis, & sic deinceps, Azor. *Institat. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 25. Bonac. *disput.* 2. *quæst.* 3. *part.* 2. P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 2. *cap.* 74. *per tot.* ubi quod his cessantibus est peccatum mortale, & intrat obligatio restitutionis, & alia in materia ludi, Riec. *Collect.* 3670. ubi plura curiosa de ludo, Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 90. ubi de Clerico aleatore.

Quibus addo ego quintam conditionem, ut scilicet ludus sit de permissis, & non de prohibitis, juxta superius dicta n. 1. quod verum est de jure, quamvis de consvetudine hodie omnes ludi, cum non sint de sui natura mali, nec à jure naturæ prohibiti, sed actus indifferentes, seculis malis inde provenientibus, vel legibus municipalibus prohibentibus, ac concurrentibus aliis prædictis conditionibus, peccatum mortale regulariter non contineant, nec obligationem restituendi, maximè in laicis, vel recreationis causa, vel in modica summa, ut colligitur ex præcitatis, & aliis Doctoribus, ad quos me remitto, licèt hæc opinio non sit fortè judicio meo omninò tuta, cum dicta consuetudo tamquam nutritiva peccati non possit excusare in conscientia, sed tantùm in foro fori, & cum exponens se voluntariè, ac scienter periculo peccati, peccatum ejusdem qualitatis, cui se exponit committat, ut tradunt communiter Theologi, vide latè Dian. *resol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 1. *& seqq. per tot.* ubi plura de ludo, & sponsionibus, *& dict. part.* 7. *tract.* 21. *resolut.* 29. ubi an sit peccatum exponere se probabili periculo peccandi, & affirmativæ opinioni adhæret, licèt referat Caramuel contrarium probantem, sed nimis latè etiam judicio meo, vide in §. *Periculum n.* 17.

Quòd consuetudo ludendi possit excusare à pœna temporali in foro fori, Rom. *sing.* 19. Menoch. *de Arbitr. cas.* 400. *nu.* 7. *& seqq.* Caccialup. *de ludo quæst.* 17. *n.* 71. & ita fuit servatum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Florentiæ sub die 13. Octobris 1676. in causa contra Andream Salettum, & alios de Mutiliana, facit quod dixi in *§. Consuetudo n.* 10. 21. *&* 22.

An qui minus habet in ludo, vel filiusfamilias, qui parum possit perdere, possit acceptare sponsionem, sive postam majorem, illamque vincere, & lucrari sine onere restitutionis, negativè plures respondent, quia non est æqualis conditio lucri ex parte utriusque prout requisitus in ludo juxta prædicta; alii tamen quos refert, & sequitur Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *resolut.* 66. *&* 67. affirmativè concludunt, quia qui majorem pecuniam habet in ludo, si novit inæqualitatem, & consentit, nulla ei fit injuria, & injustitia, & ideò ludentes etiam cum minoribus scienter videntur cedere juri suo, ac inæqualitatem contractus pati, & licèt parum possint vincere, multum tamen perdere possunt, absque eo quod minor, vel filiusfamilias, sive alius parum ludo exponens obligetur ad restitutionem illius majoris summæ, quam vicerit, & sic etiam habens tantùm decem, vel viginti aureos potest lucrari centum, imò etiam mille ducatos secundum Dian. *loc. citat.* ubi allegas Azor. Bonac. & alios, idem Dian. *part.* 3. *tract.* 17. *resolut.* 40. *& part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 186. ubi de disparitate scientiæ ludi inter colludentes, an obliget ad restitutionem, refert contrarias opiniones, & negativam sequitur quando disparitas est nota, & contestata collusori, quia tunc videtur cedere juri suo, & volenti non fit injuria, nec dolus, de qua disparitate latiùs idem Diana *part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 19. *& seqq.* ubi quod quando non est nota obligat ad restitutionem, & de aliis prædictis. Vide Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 21. *n.* 6. *tom.* 1.

De conditionibus ludi, & aliis Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 26. *dub.* 2. *& seqq.* Brunnemann. *in l.* 3. *C. de Aleat. & alear. usu.*

An, & quando sint restituenda quæsita ludo prohibito, vel possint repeti, latè Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Restitutio differ.* 20. *per tot.*

Quinam ludi sint liciti, & qui illiciti, & an detur conditio, vel repetitio pecuniæ ludenti mutuatæ, latè Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 7. *per tot.* De Luc. *de Alien. disc.* 49. *n.* 7. *in summ. n.* 124.

Ludo acquisita, an, & quando possint retineri, vel non, & alia plura de ludo in foro conscientiæ, & quoad restitutionem, Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ disput.* 34. *cap.* 14. *per tot. fol. mihi* 421. *& tractat. de Jur. Accadem. lib.* 3. *n.* 192. *& seqq.* ac alibi, ut in Indice *verb. Ludus*, Sanchez *lib.* 1. *cons. cap.* 8. *per tot.* Vide Layman. *loc. cit.* Brunnemann. *loc. cit.*

An perdens in ludo prohibito teneatur in foro con- 9
scientiæ solvere, multi affirmant, alii verò magis probabiliter negant, intelligendo hanc negativam opinionem in terminis juris communis, secundum quod perdenti datur soluti repetitio, secùs si in aliquibus locis de consvetudine, vel alio jure municipali non concedatur hujusmodi repetitio, quia tunc nec etiam erit permissa retentio, vel nisi ludentes cesserint juri suo, ad tradita per Diana *part.* 2. *tract.* 17. *resolut.* 8. *per tot. & part.* 7. *tractat.* 9. *resol.* 21. *&c.* adde Paul. Christin. *decis. Belgic.* 198. 199. *&* 200. *volum.* 2.

Dubitans quod colludens vicisset, si ipse fraudem non adhibuisset, an teneatur ad restitutionem; dic quòd sic, respectu rei per fraudem acceptæ, non autem rei suæ, quam debuisset tradere, si perdidisset, quia in dubio melior est conditio possidentis, Dian. *part.* 4. *tract.* 13. *resolut.* 75.

An autem sit aliquando licitum uti fraudibus in ludo, dic quòd sic, quatenus agatur de fraude, astutia, vel simulatione legibus ludi permissa, aliàs secus, Diana *part.* 7. *tractat.* 9. *resol.* 43. latè Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *art.* 4. *consect.* 5. *per tot. fol. mihi* 249. Sanchez. *lib.* 1. *cons. cap.* 8. *dub.* 12. Layman. *loc. cit. sub n.* 6.

Vincens ludentem cum falsis cartis, vel taxillis an 10
teneatur ad restitutionem, aliqui affirmant, cum debeat æqualitas inter ludentes servari, alii verò magis communiter negant, cùm inæqualitas proveniat ex culpa, & dolo fraudem adhibentis, & ideò non mirum si possit vinci, & non vincere, ac idem est in trahente alium ad ludendum, qui si vincat tenetur restituere, tractus verò, non, Dian. *part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 169. vide supra *n.* 7.

Quòd lucrum ex ludo prohibito factum, sit restituendum in foro conscientiæ, multi affirmant, sed alii magis communiter negant, ut videre est ex citatis per Alvarez de Velasch. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *Annot.* 12. *§.* 2. *n.* 2. *&* 25.

De sponsionibus vulgò, *scomesse*, qualiter valeant, & obligent, sicut alii contractus, quando factæ sunt super rebus licitis, & honestis, vel etiam in ludo permisso, vel ut dicitur, *à maschio, e femina*, vel super vita, & morte Pontificis, vel similibus, Magon. *dec. Florent.* 8. Cabal. *consil. decis.* 65. *per tot. lib.* 1. Gaspar. Thesaur. *quæst. forens.* 19. *lib.* 4. Martha *decis.* 55. Crivel. *decis.* 17. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 213. ubi tamen quòd sunt prohibitæ à Pragmaticis Regni Neapolitani, ac à Bulla Gregor. XIII. latè Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *per tot.* Em. De Luc. *de Donat. disc.* 30. *n.* 13. *de Usuris disc.* 36. *de Alienat. disc.* 47. *&* 48. Brunnemann. *in l.* 3. *ff. de Aleat.*

Florentiæ etiam sunt prohibitæ vigore legum Municipalium; ut dixi in Pract. §. *Scomesse per tot.*

De sponsionibus factis, ut vulgo dicitur, *a tempo di Moglie*, qualiter sint validæ, dummodò absit dolus, vel fraus, & de eo qui vendidit equum, vel quid

aliud

aliud cum pacto, ut emptor pro pretio tantum frumenti daret quantam summam conficeret granum unum frumenti multiplicatum usque ad trigesimam secundam vicem, scilicet multiplicando unum granum per duplum, duplum sursus duplicando, & sic deinceps semper summam duplicando usque ad 32. vices, quæ multiplicationes, licèt à vilibus principiis, immensam summam constituunt, & ideò dicatur sponsio fraudulenta, & non attendenda, Urceol. *longè postea visus tract. de transact. quæst.* 28. *n.* 30. *& seqq.* cum pluribus ab eo citatis, & est votum decisivum Rotæ Florentinæ.

Plures quæstiones notabiles, curiosas, & scitu dignas, tamquam quotidiè occurrentibus in materia ludi, & sponsionum vulgò, *dette le scomesse*, resolvit Diana *part.* 7. *tractat.* 9. *per tot.* & alibi *in loc. supra citat.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 198. 199. *& seqq. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 4107. Leotard. *de usur. qu.* 30. *n.* 42. *& seqq.* Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *per tot. fol.* 283. *& seqq. ad* 292.

11 Ludus urnæ, qui aliàs vulgariter dicitur *Lotto*, est de sui natura licitus; tamquam originem trahens ab emptione, & venditione; sed quia multum Reipublicæ, & Civitatibus perniciosus non nisi auctoritate publica, & Principis permitti debet cum quibusdam cautionibus, de quibus Leotard. *de usur. quæst.* 23. *n.* 5. *& seqq.* Molin. *disputat.* 503. Martin. del Rio *disquisit. Magic. lib.* 4. *quæst.* 2. *conclus.* 1. & alii ab ipsis relati, Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 81. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 269. *& part.* 17. *dec.* 289. in eadem causa, ubi agitur de *Lotto* quodam Veneto, in quo cecidit sors super quadam muliere pro ducatis 39. milia, est suspectus de inæqualitate Em. De Luc. *de Alienat. disc.* 47. *num.* 14. *de Usur. disc.* 36. *n.* 51. *&* 12. Layman. *loc. cit. n.* 7.

12 Ludi omnes propè Ecclesiam sunt prohibendi, ne distrahantur homines ab orando propter rumorem, & alias causas; procul verò ab Ecclesia ludi corporis exercitativi, ut dixi supra *nu.* 1. sunt permissi, & præcipuè ludi Pilæ, vulgò, *della Palla, del Pallone, e delle Boccie, ò Pallotole*, non possunt prohiberi, præterquam in locis propè Ecclesiam, vel Monasteria existentibus, Novar. *de Vassallor. gravam. gravamen.* 63. *n.* 25. *& per tot. part.* 2. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. *§.* 12. *per tot. &* §. 15. *&* 16. ubi de aliis ludis jaculatoriis, sonis, cantibus, musicis, serenatis, & hujusmodi prohibitis bagordis propè Monasteria Monialium, quæ passim etiam sunt vetita Florentiæ per cartellas lapideas in parietibus affixas, & per Bannimenta, ut dixi in Praxi, *§. Monasterii*, & alibi faciunt notata in hoc Opere, *§. Monasterium n.* 20. *&* §. *Licentia n.* 9.

13 Alia plura dubia de diversis ludis, & eorum resolutiones apud diversos Auctores indicant Ægid. de Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Ludi, Ludibria*, & Com. August. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 67. *&c.* Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 21. *per tot. tom.* 1. Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* De Luc. *in Indic. general.*

De ludis Veterum, & qui apud Antiquos fuerunt in usu multa curiosa, ex variis Auctoribus cum explicatione aliquorum jurium, tradit Pancirol. Thesaur. *var. lect. lib.* 5. *cap.* 46. *& seqq.*

Qui ludi sint permissi, & qui prohibiti, Pascal. *de patr. potestat. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 30. *& cap.* 6. *n.* 91. *& seqq.*

Quod ludum domi tenentes, si verberentur, vel furtum patiantur nullam habent actionem, & si occidantur pœna sit arbitraria, idem Paschal. *d. cap.* 6. *n.* 95. *& seqq.* intelligendo de tenentibus ludum publicè cum lucro, secùs si recreationis causa, ut jam dixeram.

14 De ludis agitationis Taurorum, & Ferarum, torneamentorum, alearum, & hujusmodi, qualiter, & sub quibus pœnis Ecclesiasticis sint prohibiti, latè Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Ludi fol.* 218. Mendo *de Jur. Accad. lib.* 2. *n.* 305. *& seqq.*

15 De sponsionibus, sive scommissis super vita, vel morte Papæ, vel electione Papæ, vel promotione Cardinalium prohibitis, tam quoad spondentes, quam sponsiones permittentes in Terris suis, ac dantes auxilium, consilium, vel favorem, sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ ex Bulla Gregorii XIV. 4. quæ incipit, *Cogit nos*, & irritationis, & nullitatis talium pollicitationum, etiam in foro conscientiæ, ut recepta retineri non possint, sed sint restituenda, non danti, sed locis piis Civitatis, vel Oppidi, ubi contractus fuit celebratus, vel crimen detectum, & personæ Ecclesiasticæ amplius in utroque foro privantur omnibus beneficiis obtentis, & inhabiles ad futura redduntur, ita ut ordinarius possit de illis sic vacantibus disponere, etiam si alias essent Sedi Apostolicæ reservata, Scortia *in Select. Constit. Theorem.* 384. *per tot.* Sayr. *lib.* 3. *cap.* 31. *n.* 2. Filiucc. *tractat.* 32. *nu.* 105. Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Sponsiones fol.* 342.

Hinc fit, hujusmodi sponsiones sint etiam Florentiæ prohibitæ, ut dixi in Prax. *§. Scomesse per totum & in hoc §. sub n.* 10.

An, & quomodo sint licitæ scolasticis sponsiones, circa obtentuias Cathedras, & circa alia ad ingenium spectantia præcipuè in Hispania, & alibi, Mendo *tract. de jur. Accad. lib.* 3. *quæst.* 18. *per tot. fol. mihi* 301.

Multa de sponsionibus quando licitæ sint, vel non de jure communi tradit Anton. Gob. *consult.* 143. *per tot.* ex quibus reprobata fuit quædam venditio facta pro pretio dupli pluris ab Hebræo cuidam Christiano, solvendo, *quando verrà il Messia*, & rescisso contractu merces restitutæ ob dolum, & fraudem Christiani.

Ludus azardi, & alearum multos depauperare consuevit Fagnan. *in cap. Odoardus n.* 42. *de solut.* 16

Vicarius non debet ludere, aut ludis interesse, 17 quia sunt clericis prohibiti Pellegrin. *in Prax. Vic. in monit. gener Vicar. n.* 17. *circ. fin. pag.* 5.

Clerici tamèn Latrunculorum, sive scaccorum ludo aliquando animi levandi gratia ludere non prohibentur Lopez ad Diaz *cap.* 73. *vers. sed an clericos* Bellet. *p.* 2. §. 24. *n.* 7. Pellegrin. *ubi supra* Et quid de ludo nuncupato *bombre* De Luc. *de alienat. disc.* 49. *annot. ad Concil. disc.* 19. *num.* 3. ubi quod permissus Clericis, & Religiosis.

Et quod non omnis ludus sit prohibitus Clericis De Luc. *de Alien. disc.* 49. *nu.* 1. *annot. ad Concil. disc.* 19. *n.* 3. Emer. jun. *dec.* 1334. *n.* 6. Et quisnam ludus dicatur Clericis prohibitus De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 19. *n.* 3

In ludo permisso qui nocet alteri de damno non 18 tenetur secùs in prohibito Brunnemann. *ff. lib.* 9. *tit.* 2. *leg.* 7. *n.* 5. Vide Damhouder. *in pract. crim. cap.* 86. *n.* 3.

Quod Domino ædium, in quibus alea luditur, læso non concedatur actio, hodiè obtinet in levi injuria Brunnemann. *ff. lib.* 11. *tit.* 5. *l.* 1. *a nu.* 1. Vide 19 Menoch. *de Arbitr. cas.* 400. *n.* 16.

Quæ a liberis perdita a parentibus repeti possunt 20 Brunnemann. *in d. leg.* 1. *n.* 8. *& l. ultim. n.* 2. *ibidem.*

Et quæ a parentibus perdita quatuor de causis a liberis repeti queunt Brunnemann. *in d. l.* 1. *a n.* 9.

Interdum Judex animadvertere potest in ludentes 21 extra ordinem Strach. *de spons. p.* 3. *per tot.* Brunnemann. *in d. leg.* 1. *n. fin.*

Sponsiones extra ludum in honesta causa vim ha- 22 bent Vammes. *cons.* 10. *nu.* 2. *cent.* 4. Stracc. *loc. cit. n.* 2. Brunnemann. *ff. lib.* 51. *tit.* 5. *leg.* 3. Hering. *de Fidejuss. cap.* 18. *n.* 42.

Studiosis in ludo pecuniam emungentes sunt in 23 mala fide, & cum salutis jactura lucrum retinent Brunneman. *Cod. lib.* 3. *tit.* 43. *leg.* 3. *n.* 30. *pag.* 264.

In ludis educatio modesta conspicitur. Rugmell. 24 *de Senatorib. gloss.* 3. *n.* 173. *cap.* 14. *pag.* 56.

De Jure privativo vendendi aleas lusorias Scana- 25 soll. *de visit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 4. Card. De Luc. *de Alienat. disc.* 49. *n.* 7. *in fin.*

Ludus prohibitus in anno Jubilæi non excusat de- 26 falcum Appaltatori Bulli alearum. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 80. *sub n.* 4.

Gabella imposita super bullo alearum dicitur potius pœna, quam Gabella. Card. De Luc. *de Regal. disc.*

disc. 79. *n.* 6. *& d. disc.* 80. *n.* 4.

27 Ludus sortis, vulgò nuncupatus *Lotto* an, & quando sit justus, & licitus. Ursaya *Institution. Crimin. lib.* 3. *tit.* 10. *de Crimin. lud. ex n.* 171. *cum pluribus seqq.* Ansald. *dec.* 95. *n.* 41. Et de duplici specie lotti permissi, aut prohibiti per publica bannimenta Ansald. *d. dec.* 95. *n.* 42. *ad* 45. *juncto n.* 47. ubi assignatur remedium extirpandi lottos illicitos, atque prohibitos.

In ludo spondentibus, data falsitate in illo commissa est reficiendum totum lucrum, quod in illo ludo facere potuissent. Azor. *Instit. Moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 25. *in princ.* Rocc. Episc. *cap.* 188. *n.* 3. *libr.* 2. 28

Finis Libri Decimi.

MARCI

MARCI ANTONII
SABELLI J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER UNDECIMUS.

De littera M.

§. MAGISTRATUS, & MAGISTER I.

1 Magistratus tamquam navis gubernatores fuerunt ex necessitate in civitatibus ad custodiendas leges, & justitiam ministrandam instituti, ut altius repetita jusdicendi origine, *ex leg.* 2. *& tot. tit. ff. de orig. jur.* explicant interpretes Marant. *in prax. par.* 3. *per tot.* Christin. *ad leg. municip.* Meclin. *tit.* 2. *art.* 1. *nu.* 1. Ricc. *Collect.* 3707. noon. ubi de Senatoribus, Adde plenè multis citatis Antunez Portugal. *de donat. Reg. libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 1. *& seqq.* ubi etiam quæ sint per Principem animadvertenda in electione Magistratuum cum congruis salariis, & alia plura ad rem.

Quot sint ordines Magistratuum, quomodo honorandi, & alia, idem Christin. *decis.* 105. *num.* 57. *& seqq. vol.* 5. Card. De Luc. *de Præmin. disc.* 23. *n.* 8. *& disc.* 38. *nu.* 13. Vide Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 3. *tit.* 24. *leg. pr.*

Quòd Principem repræsentent, illisque omnis honor debeatur, ita ut nullum majus delictum, aut gravius in genere læsæ Majestatis sit, quam illud quod adversus corpus justitiæ committitur, Luc. de Penna *in leg. pr. C. ut nemo ad suum patr. lib.* 11. Christin. *dict. tract. tit.* 2. *art.* 10. *num.* 5. *&c.* ubi extendit ad executores ipsorum Magistratuum, quia quando offenduntur, aut impediuntur in exercitio illorum officii, dicitur offendi justitia, vis fieri Magistratui, & Principi, cujus mandata exequuntur, Bartol. *in l. injuria, §. pr. l. item apud labeonem, §. item, & l. Lex Cornelia, ff. de injur.* Guid. Papp. *decis.* 657. cum aliis per Christin. in Addit. *loc. citat.* Ricc. *Collect.* 4181. ubi plura, infra *num.* 13. Palmnep. *decis.* 437 *n. pr. tom.* 5.

An autem nuncio asserenti se fuisse offensum credatur, vide in *§. Nuncius num.*

Qualiter Magistratus, & judices revereri, & salutari debeant sub pœna injuriæ, Scanarol. *de Visitat. Carcer. lib.* 2. *§.* 35. *cap. pr. per tot. fol.* 365. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 6. *&* 7. *per tot.*

Plura de auctoritate Magistratuum, illorum necessitate, quantum debeat Princeps illos sustinere, non facilè delatoribus credere, quia, quo meliores eo magis subjacent calumniis, quæ detectæ sunt acriter puniendæ, & veluti læsæ Majestatis nunquam remittendæ; & qualiter Princeps debeat fidere de suis Magistratibus, & Ministris, illorumque defectus occultare, ne aliter à subditis contemnantur, & alia plenè Maranta de ordine judiciorum *in proæm. n.* 20. Larrea *alleg. fisc.* 109. *& seqq.* cum pluribus citatis, & exemplis.

2 Magistratus non exigendo satisdationem à tutoribus, qualiter teneatur actione subsidiaria, & quando non, latè Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 7. *numer.* 23. *&c ad* 76. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 181. *&* 182. *per tot. volum.* 3. *& ad leg. municip* De Luc. *de tutorib. disc.* 22. *num.* 2. Mechlin. *tit.* 19. *art.* 6. *num.* 2. *in Addit.* ubi tamen quod moribus Germaniæ, & Galliæ abrogatum est, nisi Magistratus id omiserit ex dolo, vel colpa. Vide Mario. *lib.* 1. *resol. cap.* 537.

Quòd de jure vera sit dicta conclusio, sed usu, & consuetudine generali non servetur, Gratian. *decis.* 69. *num.* 28. *&c.* vid*e* in §. *Judex num.* 64.

An delinquendo teneantur omnes in solidum, Tusch. *litt. M. conclus.* 2.

3 Magistratus licet ubique à Jurisconsultis, & Imperatoribus honor appelletur, tamen principaliter onus esse cum onere admixtum, notat Montan. *de tut. cap.* 26. *n.* 32. *fol.* 73.

Quòd Magistratus non possit exerceri à debitore Reipublicæ, vel Communitatis, donec non satisfecerit, vide in *§. Debitor num.*

4 Magistratus temporales accipiendo mutuo nomine Civitatis non convocato consilio obligantur ipsi in proprio ad favorem mutuantis, non autem obligant Civitatem, nisi probetur versio in ejus utilitatem, vel nisi essent Magistratus perpetui, quod potest extendi ad omnia Collegia, & Communitates, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 96. *per tot. cap.* 469. *n.* 6. *&c.*

Circa versionem probandam, Menoch. *de arbitrar. cas.* 432. vide in §. *Versio num.* 1. *& §. Administrator num.* 35.

Si tamen aliquid solverint de proprio, debent servari indemnes ab ipsa Civitate, Gratian. *dict. cap.* 96. *nu.* 31. *&c.*

Et quando sindicus constitutus à Consilio generali cum speciali mandato ad recipiendum pecuniam mutuo, illam accipit, vel etiam sine mandato, sequuta ratihabitione obligatur Civitas absque alia probatione versionis facienda à Creditore, Staiban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 11. *quæst.* 1. *num* 104. *&c.*

An Consules, & hujusmodi se obligantes ratione officii remaneant obligati, & sibi præjudicent finito officio DD. *in Rub. ff. quod cujusque universit. nomine,* Paul. Christin. *decis.* 151. *num.* 21. *&c. vol.* 3.

Multa de Prioribus Universitatum, an dicantur habere administrationem cum libera, & possint facere conventiones in damnum, vel utilitatem Universitatis, quid in sindicis Civitatum, Collegii, vel Artium, & an solutio illis facta liberet solventes, Gratian *decis.* 90. *per tot.*

An possint donare, dic quòd non, nisi ex aliqua justa causa remunerationis, Dian. *part.* 8. *tractat.* 6. *resolut.* 16. *per totum.*

5 Magistratus in venditione rerum Civitatis, ultra alias solemnitates, jurare debent, quòd venditio sit utilis, *leg. fin. Cod. de vendit. rer. Civit. lib.* 10. Gratian. *discept. forens. cap.* 564. *numer.* 17. ubi quòd sufficit juramentum præstitum in susceptione, & principio officii, De Luc. *de Paroch. disc.* 3. *nu.* 6. vide *in §. Decretum nu.* §. *Alienatio nu.*

6 Magistratum falsò gerens, & usurpans, aliquid de gravioribus, dolo malo peragendo, punitur tamquam reus læsæ Majestatis pœna mortis, si verò leviora exercuerit judicis arbitrio, sicut & si cum falsis literis Magistratum, vel aliam dignitatem, & jurisdictionem quis adeptus fuerit, & usurpaverit, Menoch. *de arbitrar. cas.* 320. *per tot.* vide *in* §. *Jurisdictio num.* 6. Guid. Papp. *decis* 48. Capell. Tolos. *decis.* 402. Seraph. *decis.* 183. Laurent. Matth. & Sanz. *tractat. de rer. crimin. controv.* 4. *per tot.* ubi de his, qui sub nomine justitiæ pecunias extorquent, causas criminales nequiter supponendo, Antunez Portugall. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 7. *&c.*

7 Magistratus unus an, & quando censeatur habere jurisdictionem cumulativè cum alio Magistratu, vel privativè quoad alium Magistratum dixi in §. *Jurisdictio numer.* 5. *& in Pract.* §. *Magistrato num.* 8.

Berlich. *Pract. conclus.* 2. *de jurisdiction.* 2. latè Sanfelic. *decis.* 290. *num.* 2. *&c.* ubi quod Magistratus novus electus habet jurisdictionem accumulativam, & non privativam respectu ordinariæ, & universalis jurisdictionis alteri competentis, quæ semper viget, etiam si addita sit clausula, ne alius se ingerat, & loquitur in Præfecto annonæ, cujus deputatio non præjudicat aliis Magistratibus ordinariis in delictis communibus, etiam contra Ministros, & servientes annonæ extra officium delinquentes.

8 Magistratus superior petendo à Judice Inferiore relationem causæ, illa facta, non potest inferior procedere, Gratian. *decis.* 544. *num.* 35. *&* 36. vide in §. *Causa num.*

9 Magistratus DD. Octo Balliæ Vitorum Civitatis Florentiæ, qualiter sit ipse solus cognitor causarum explosionum archibusorum, & quarundam aliarum, vide in mea Pract. §. *Magistrati num.* 3. 16. 17. *&c.*

Cui adde quoad explosiones prædictas, debere intelligi, quando sequutæ, vel proximè attentatæ fuerunt contra hominem, quia si essent contra animalia, quamvis in casu punibili, sunt cognitionis illius Rectoris, in cujus jurisdictione casus evenerit, sicuti fuis contra votum, & prætensionem dicti Magistratus decisum per rescriptum suæ Celsitudinis Serenissimæ sub die 9. Aprilis 1666. in quadam causa Montis Politiani contra Sargentem Arcangelum Lorbellium, de qua in filcia Negotiorum dicti Magistratus de dicto tempore *num.* 463.

Alia de Magistratibus Civitatis Florentiæ vigore legum municipalium dixi in Pract. §. *Magistrati per tot.*

10 Magistratum gerens non potest durante officio de novo in judicio conveniri, neque in causis antea cœptis cogitur respondere, *leg. pars litterarum*, *ff. de jud. leg.* 2. *ff. de in jus voc.* latè Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 977. *cum plurib seqq.* Mastrill. *de Magistrat. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 4. *& seqq.* Constantia. *ad Statut. Urb. de offic. conservat. annot.* 32. *in* 2. *n.* 212. *tom.* 1. Matthæus Sanz. *de re crim. controv.* 73. *nu.* 5. *& seqq.* ubi intelligit de Magistratu, temporali, secùs in perpetuo, Rot. Bonon. Fideicommissi 17. Decembris 1635. coram Merlino inter impressas ejusdem *decis.* 700. *num.* 5. *&c.* ubi de Antianis Bononiæ, qui etiam vigore statuti Rub. de causis Antianorum, non possunt, ut supra conveniri, dummodò tamen dictum privilegium allegaverint, cum sit in eorum arbitrio illo uti, quidquid alias de jure exempsio notoria non requirat oppositionem, adde latè Borgn. Cavalcan. *decis.* 5. *per tot. de judic.* Soccin. *verb. Magistratus reg.* 2. *per tot.* ubi ponit plures fallentias, & dixi in §. *Administrator num.* 34.

Quòd Magistratus, & Officiales durante officio non possunt conveniri, nec ipsi alios convenire, intelligendo de majoribus, & temporalibus, secus autem in minoribus, & perpetuis, qui tales dicantur, & alia plura ad rem ultra supracitatos tradunt Fenzon. *ad stat. Urb. cap.* 25. *num.* 7. Thomat. *decis. Marcb.* 53. *num.* 19. Solorzan. *de jur. indiar. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 66. Vela *dissert.* 39. Altimar. *de nullit. tom.* 1. *part.* 2. *Rub.* 11. *quæst.* 31. *num.* 117. D. Francisc. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 9. *num.* 8. *& seqq. num.* 19. *& seqq.* ubi etiam an interim currat præscriptio, an procedat pro delictis, an teneantur mittere procuratorem, allegare privilegium, & alia notabilia, vide Tondut. *quæst. civil.* 178. *per tot. part.* 2. vide De Luc. *de Judic. disc.* 20. *num.* 19. *de credit. in summ. nu.* 60. Rocc. Episc. *cap.* 4. *à nu.* 15. *& seqq. lib.* 1., ubi hoc bene declarat; Vide Brunnemann. *sup. ff. lib.* 2. *tit.* 4. *leg.* 2. *n.* 2. *& lib.* 47. *tit.* 10. *leg.* 32. *n.* 6. *& lib.* 5. *tit.* 1. *leg.* 48. *nu.* 1. *& sup. Cod. lib.* 9. *tit.* 27. *leg.* 4. *à n.* 3.

Qualiter autem mercatura, & negotiatio sit Magistratibus prohibita, & an aliquando permissa, Larrea *alleg. fisc.* 104. vide in §. *Officialis num.* 6.

Quod Magistratus superiores, & Senatores conveniri debeant coram Principe tantum, vel coram eo, cui fuerit specialiter commissum, & idem est in cæteris officialibus Regiis officia perpetua à Principe obtinentibus, *leg. solet* 6. §. *pr. ff. de offic. Proconf.* cum similibus adductis per Mattheu. Sanz. *dict. contr.* 73. *num.* 7. *& seqq.*

Magistratus, sive Repræsentantes Civitatem, qui pecuniam in proprios usus non vertunt, nec restituere promiserunt, non possunt carcerari pro debito Civitatis, nisi quatenus sint in mora solvendi de bonis ipsius Civitatis per illorum venditionem, quæ mora contrahitur, quando bona non exhibent, vel collectam non imponunt, si Civitas bona non habeat, & his tantum casibus possunt carcerari, ac sibi debene imputare cum fuerint negligentes, & sic licet pro alieno debito id fiat, propria tamen eorum negligentia, & culpa contingit, vide Gratian. *disceptat. forens. cap.* 196. *& decis. Marcb.* 219. Anton. Fabr. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 7. *diff.* 5. Guttierez *de Gabell. quæst.* 588. *num.* 19. *&c.* Rot. post Modern. Perus. *de manutent. decis.* 276. *num.* 8. *& per tot. decis.* 331. *num.* 18. *& seqq.* & post Oleam *de cess. jur. decis.* 24. *nu.* 14. quæ est coram Bicchio inter ejus impressas *decis.* 484. *num.* 28. *& seqq.* & dixi *in* §. *Administrator num.* 35. 11

Magistratus quilibet, & judex debet jurisdictionem sibi concessam tenaciter defendere, etiam pœnali judicio contra illam turbantes, vel impedientes per text. *in leg. pr. ff. si quis jus dicen. non obtemper. cap. pr. & cap. ex litteris de off. & potest. jud. deleg.* Et ubi jurisdictiones sunt distinctæ, & separatæ, non potest unus se ingerere in jurisdictionem alterius, & contrafaciens debet puniri, cum absurdum sit promiscuis actibus turbari rerum officia, *leg. quicumque Cod. de execut. & exact. lib.* 12. *l. consulta*, *C. de testam leg. in Provinciis*, *Cod de num. lib.* 12. *leg. militaribus*, *Cod. de Decur. lib.* 10. latè Sansalic. *in Praxi sect.* 20. *per tot.* ubi ponit casum D. Petri à Toleto Ducis Regiarum Triremium, qui cum fuisset carceratus ejus Auditor de ordine judicis civilis Magnæ Curiæ, fecit eumdem judicem blandis verbis traduci in Regiam Triremem, ibique illum arrestavit, donec de omnibus certiorem faceret Proregem, & Generalem Capitaneum, ut ipse mandaret quid agendum pro conservatione Regiæ jurisdictionis utique concessæ; Sed interim, & ipse D. Petrus profectus ad Proregem fuit de ejus ordine carceratus in Castro novo, & licet plura fuerint deducta ad ostendendum, quod in aliquo non deliquerit, agendo ut supra pro tuitione jurisdictionis Regiæ sibi demandatæ in omnes personas, & Officiales dictarum Regiarum Triremium, fuit his quoque attentis ultra carcerationem relegationis pœna punitus, vide in §. *Judex* 10. §. *Jurisdictio num.* 6. *&* 18. 12

Florentiæ qualiter Magistratus non possint usurpare jurisdictionem alterius, & quomodo differantiæ inter eos nascentes debeant brevi manu absque lite terminari à Clarissima Practica dixi in Praxi §. *Magistrati num.* 23.

Magistratibus, & præcipuè majoribus, omnis honor, & reverentia debetur, Pat. latè Raynald. *Syntax. rer. Crimin. cap.* 2. §. 6. *&* 7. *per tot.* adeò ut privati non assurgentes Magistratui puniantur, & teneantur defendere officiales; gravior injuria reputatur, quæ fit in præsentia Magistratus, vel in Ecclesia, & platea publica, dicitur delictum notorium, in quo sine accusatore, & non servato juris ordine procedi potest, & gravius puniri, etiam pœna mortis juxta facti, loci, & personarum qualitates, debent tamen etiam Magistratus se continere in gravitate, & decore officii, audire subditos cum patientia, & contra eos non prorumpere ad injurias, aliàs, & ipsi puniuntur, ut singillatim probat Anton. de Ballis *tract. variar. lib.* 4. *quæst.* 6. *per tot.* Carol. Rota *in ejus Florileg. concl.* 30. *per tot.* 13

Quòd non salutantes nudato capite judices, & officiales puniantur ratione irreverentiæ arbitrio judicis, Giurb. *consil.* 38. *nu.* 15. Gratian. *discept. forens. cap.* 284. *num. pr. &c.* Conciol. *resolut. crim. verb. Officiales resol.* 2. ubi ampliat, ut procedat etiam in Clerico, qui judici laico debitum honorem ex proposito non salutando denegaret. De Luca ad Gratian. *loc. citat.*

Qualiter auctoritas Magistratuum, & Officialium sit sustinenda à Principe, vide in §. *Princeps num.* 43.

Qua autem pœna puniendus sit Magistratum, vel judicem ordinarium offendens; & an dicatur committere

mittere crimen læsæ Majestatis, latè Matthæus Sanz. *de re crimin. controverf.* 14. *per tot.*

14 Magistratus est dignior quolibet alio de populo, quia totum populum repræsentat, & ratione publicæ administrationis habet præeminentiam super omnes privatos, non obstante consuetudine contraria, nulla particulari ratione fulcita, Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 78. A Ponte *de potest. Proreg. tit. de off. elect.* §. 8. *num.* 35. Bobadil. *in polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 61. Capyc. Latr. *decis.* 181. *n.* 5. & 6. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 212. *num.* 7. & *seqq.*

15 De Magistratibus, eorum imperio, & jurisdictione, ac præcipuè de origine, & potestate creandi Magistratus; de qualitatibus requisitis ad optimum Magistratum; de Principis jurisdictione, & juribus sibi competentibus; de Baronum jurisdictione, dignitate, & potestate in subditos; de Magistratuum jurisdictione, & eorum officio, ac de generali Magistratuum visitatione, & syndicatu, & hujusmodi, plenè D Garsia Mastrill. *tract. de Magistrat. per tot.* aliique plures citati ab Ægid. Castejon. *Alphab. jurid. verb. Magistratus, Ministri*, & Com. August. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 71. *&c.* Non nulla Em. De Luc. *in Indice general. verb. Magistr.* Ruginell. *de Senator.*

De Magistratibus Academiarum plure Mendo *tract. de jur. Academ.* ut in Indice *verb. Magistratus* Vide Bich. *decis.* 448. & *decis.* 474. & *in recent. part.* 18. *decis.* 639. *n.* 17. *tom.* 2. Pen. & Crescin. *decis.* 157.

Magistratus quid facere debeant tempore pestis, vide *in §. Medici num.* 21.

16 Magistratus utrum cum subditis contrahere possit Mansrer. *in Prax. fol.* 36. *sub n.* 11.

17 Aliud Magistratus, aliud Senatus. Ruginell. *de Senatorib. cap.* 1. *n.* 13. *pag.* 8.

18 Magistratum alium nisi gessisset, nullus in Senatum est electus Ruginell. *de Senatorib. d. cap. pr. nu.* 14.

19 Magistratuum multiplicitas non necessaria, Reipublicæ utilis non est. Ruginell. *de Senatorib. gloss.* 2. *cap.* 1. *n.* 4.

20 Magistratus in omni Republica summa res est Ruginell. *de Senatorib. gloss.* 3. *n.* 75. *cap.* 4.

21 Magistratum committere improbo viro periculosum est. Ruginell. *de Senatorib. gloss.* 3. *num.* 192. *cap.* 17.

22 Magistratus sapientes non propter Magistratum, sed propter virtutem in administratione esse oportet. Ruginell. *de Senatorib. gloss.* 3. *n.* 246. *cap.* 18.

23 Magistratuum electiones fieri non debent in bene constituta republica, antequam occasio veniat, aut electi Magistratum ineant. Ruginell. *de Senatorib. gloss.* 3. *n.* 342. *cap.* 28.

24 Magistratum petere cuiq; concessum fuisse firmat Ruginell. *de Senatorib. gloss.* 3. *n.* 347. *cap.* 30.

25 Magistratus omnes ex antiquissimo instituto jurare tenebantur. Ruginell. *de Senat. gloss.* 4. *n.* 68. *cap.* 5. Juramentum sufficit præstasse in susceptione officii, nec tenetur juramentum iterare in expeditione cujusque actus De Luc. *de Paroch. disc.* 3. *n.* 6.

26 Magistratus, quos eligit Princeps, si revereri non curat, se quoque minus verendum facit. Ruginell. *de Senat. gloss.* 6. *n.* 301. *cap.* 33.

27 Magistratus qui pretio factus est utrum removeri possit. Pinell. *in part.* 2. *rub. C. de rescind. vend. c.* 2. *n.* 31. & *seqq.* Ruginell. *de Senat. gloss.* 7. *n.* 3. *c.* 2. Sed qui magistratum pecunia adeptus est vitari debet, & de ratione Ruginell. *pract. q. q. c.* 48. *n.* 22.

28 Magistratus perpetuus legibus derogare posse Ruginel. *de Senator. gloss.* 7. *n.* 8. *cap. pr.*

29 Magistratus, quærendi sunt, & suscipiendi. Ruginell. *de Senatorib. glos.* 7. *n.* 31. *cap.* 3.

30 A Magistratu propter Senectutem non esse aliquem abdicandum. Ruginell. *de Senat. d. gloss.* 7. *nu.* 33. *cap.* 3. *pag.* 112.

31 Magistratus, & gradus militares conferendi sunt peritioribus, magisque versatis Mastrill *de Magistr. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. *cum seqq.* Rocc. *de Offic. rubr.* 6. *n.* 7. & *seqq.* & *n.* 12. & 13. Ansald. *dec.* 85. *n.* 26.

32 Magistratui attestanti, quod scripturis alicujus Notarii asservatis in Archivio plena fides adhibetur, standum est Rot. post Gilian. *ad Statut. Perus. decis.*

Sabelli Summ. Tract. Tom. III.

35. *n.* 31. *dec.* 57. *n.* 5. Emerix sen. *dec.* 136. *n.* 4.

Magistratus quatuor modis creantur Passerin. *de* 33
Elect. cap. 1. *n.* 3.

Magistratus leges per edictum in albo ponebant. 34
Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 13. *n.* 1. *tom.* 2.

Magistratus loci, ubi accademia est, cives hujus 35
ibidem noctu delinquentes comprehendere potest in ipso facto, sed non inquirere Brunnemann. *in l. in officiales* 4. *n.* 9. *C. de officio rectoris Provinc.*

Magistratus civicus in municipiis ex quibusnam 36
constiterit. Brunnemann. *in rub. C. de Decurionibus, & Filiis eorum n.* 1.

Magistratus municipalis quis fuerit, quomodo eli- 37
gatur, & quæ ejus potestas. Brunnemann. *in l. Decuriones pr. num. pr.* & 2. *C. de Magistratibus Municipalibus.*

Magistratus alii subjectus condit statuta non con- 38
tra, sed præter jus commune Brunnemann. *ff. lib.* 2. *tit.* 2. *l.* 9. *n.* 2. Rol. à Vale *vol.* 1. *cons.* 29. *n.* 7.

Magistratus subditos ob publicam utilitatem po- 39
test cogere ad vendendum Brunnemann. *ff. lib. pr. tit.* 12. *l.* 1. *n.* 20. Covarr. *lib.* 3. *resol. cap.* 14. *nu. pr.* Gomez. *tit.* 2. *resol. cap.* 2. *n.* 52.

Magistratus familiæ suæ factum præstare debet. 40
Berlich. *part. pr. dec.* 54. *n.* 5. Brunnemann. *ff. lib.* 2. *tit.* 16. *l.* 4. *n.* 5.

Magistratus dona accipere non potest Brunneman. 41
ff. lib. 1. *tit.* 18. *l.* 18. *n.* 2. Vide Abeccles. & Crescin. *in præfat. obser. forens. Senat. Pedam.*

Inferior Magistratus non rescindit factum superio- 42
ris. Oddus *quæst.* 32. *art.* 19. *n.* 145. Brunnemann. *ff. lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 18. *num. pr.* Sed de hoc dubitatur. Brunnemann. *ibid. n.* 2.

Magistratus quatenus actione injuriarum conveni- 43
ri possit. Farin. *quæst.* 105. *n.* 121. Rol. à Vale *cons.* 27. *n. pr.* & *cons.* 68. *n.* 16. *vol.* 3. Brunnemann. *lib.* 47. *tit.* 10. *l.* 32. *n. pr.* 8. & 9.

Magistratus latam, & levem culpam præstare de- 44
bet etiam in omittendo. Tusch. *concl.* 230. *nu.* 36. *lit. A.* Escobar. *in tract. de ratiocin. cap.* 19. *nu.* 21. Brunnemann. *lib.* 50. *tit.* 8. *l.* 6. *n. unic.*

De Majore Magistratu agit Menoch. *cons.* 1156. 45
lib. 12.

De decreto majoris Magistratus vide Rub. *de confus. Jur.*

Lex de infimis Magistratibus non curat, ideò 46
mulcta imponitur solumodo pro contemptu Magistratuum superiorum. Ruginell. *practic. quæst. c.* 47. *num.* 80.

Magistratibus, qui non obtemperet, dolo non ca- 47
ret. Mascard. *concl.* 531. *n.* 81. Ruginell. *pract. qu. d. cap.* 47. *n.* 53.

Magistratus nequit futuras successiones concedere, 48
cum sint reservatæ supremis Principibus. Afflict. *dec.* 292. *n.* 5. Mastrill. *de Magistr. cap.* 25. *n.* 26. *lib. pr.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 2. *lib.* 2. *n. pr. vol. pr.*

Decuriones, similesque Magistratus nequeunt per- 49
agere ea, quæ successoribus præjudicant Mastrill. *de Magistrat. lib. pr. cap.* 25. *nu.* 13. Gratian. *discept. forens. cap.* 167. *n.* 4. Mantiss. ad De Luc. *loc. cit. n.* 2. Vide Caprar. *dec.* 208. *n.* 8.

Inter pares Magistratus non datur imperium. Ma- 50
yer. *de Advoc. armat. cap.* 16. *n.* 824. Mantiss. *ibid. num.* 4.

Prorex Neapolis, Magnus Magister Religionis 51
Hierosolymitanæ, cæterique omnes Magistratus, qui jus supremi imperii non habent, nequeunt suam authoritatem in futuris exercere Minad. *cons.* 31. *per tot.* Barbat. *in cap. constitutus col.* 2. *de rescript.* Mantiss. ad De Luc. *loc. supr. cit. n.* 5. & 6.

Magistratus non excusat à jam susceptis tutelis. 52
Aldobrand. *sup. instit. fol.* 242. *n.* 8.

Ea quæ resident penes Magistratum particularem 53
dicuntur existere actu, & in exercitio, habitu verò existunt penes totam Civitatem Card. De Luca *de Præem. disc.* 39. *n.* 6.

Quare administratio Magistratus debeat esse penes 54
paucos Card. De Luca *d. disc.* 39. *n.* 8.

Quando Magistratus obliget singulos cives Card. 55
De Luca *de cred. in sum. n.* 265. *remiss.*

Prædecessores, administratores non possunt sibi 56

eligere successores in Magistratu Card. De Luca *de Praem. disc. 39. n. 15.*

57 Substinentur gesta per Magistratum solitùm publicè gerere aliquem actum Card. De Luca *de Don. disc. 2. n. 24.*

58 Sede vacante Magistratus debent habere in Superiorem Collegium Cardinalium Card. De Luca *de Jurisd. disc. 116. sub n. 8. & 9.*

59 Electio, seu admissio Magistratus ad officia Civitatis pertinet ad totum populum, seu Consilium generale ad text. *in lege 2. Cod. de Decurionibus lib. 10.* Card. De Luc. *de Praem. disc. 31. n. 5. disc. 38. n. 13. disc. 39. n. 10.*

60 Citari quomodo debeat Magistratus Card. DeLuca *de Judici. in sum. n. 54.*

61 Statuta demandantia admissionem personarum, quæ certas habeant qualitates an sint arctativa, vel facultativa ita ut à rejectione detur appellatio Card. De Luca *de Praem. disc. 31. per tot.*

62 Magistratus exercitus per filium, an obliget Patrem Card. De Luca *de Cred. disc. 86. Conflict. observ. 150.*

63 Consilium generale Civitatis an possit demandare Magistratui particulari administrationem aliquam sibi competentem, & an sit quandocumque revocabile Card. De Luca *de Praem. disc. 39. per tot.*

64 Magistratus veniam ætatis quando concedere possit Menoch. *cons. 990. n. 16.* Decian. *cons. 20. n. 74. lib. 1.* Cancer. *lib. 1. var. c. 7. nu. 15.* Cyriac. *contr. 219.* Card. De Luca *de Donat. disc. 2. nu. 15. & 26.*

65 Magistratus ordinarius non potest graviora negotia explicare sine consensu Consilii Card. De Luca *de Alien. disc. 23. sub n. 17.*

66 Magistratus derogare quando possit ultimis voluntatibus, vel fideicommissis Card. De Luca *de Fideic. in sum. ex n. 296.*

67 Magistratus Principis replicare debet, & non exequi provisiones tertio præjudiciales Card. De Luca *de Regal. disc. 5. n. 7. de Judic. disc. 10. n. 13.*

68 Magistratus sæculares inhibere, ac præcipere debent ad effectum, ut recursus ad eos habitus dicatur Menoch. *de arbitrar. casu 360. n. 9.* Farin. *q. 14. n. 55.* Duard. *ad Bull. Cœn. canon. 16. qu. 6.* Card. De Luca *Miscell. disc. 17. n. 9.*

69 Magistratus supremus, & immediatus regulariter recusari non potest Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract. 4. qu. 13. n. 3.*

70 Magistratus Civitatis pretium rerum spectantium ad victum taxare potest, ejusque taxa servanda est Caprat. *dec. 688. n. 3.*

71 Magisterium importat idem ac Doctoratus inter sæculares De Luc. *de Regular. disc. 18. n. 2.*

72 Magisterii, sive Doctoratus gradum præproperè assumentes corripiuntur Fagnan. *in cap. cum in magistrum n. 2. de Election.*

73 Magistri, & Professores, eorumque liberi, dum ipsi parentes vivunt habent immunitatem a Decurionatu Brunnemann. *sup. Cod. libr. 10. tit. 31. nu. 52. & 53.*

74 Magistri libellorum, qui essent Brisson. *select. ex jur civil. antiq. interp. lib. 3. cap. 7.* Ruginell. *de senat. §. 1. gloss. 5. n. 5. pag. 110.*

75 Magistri admissionum qui fuerint Ammian. Marcell. *libr. 15.* Ruginell. *de senat. §. 1. gloss. 6. cap. 4. num. 67.*

76 De privilegiis Magistrorum Sacrorum Scriniorum Brunnemann. *sup. C. lib. 12. tit. 9. leg. 10. n. 3.*

77 De Officio Magistri Officiorum Brunnemann. *sup. Cod. lib. 1. tit. 31. leg. 1. & lib. 12. tit. 6.*

78 De Magistris Grammaticæ Fagnan. *in c. quoniam de magistr. & in c. quia nonnullis eod. tit.* ubi plura.

79 De potestate Magistrorum, eorumque authoritate in Discipulos Fagnan. *in cap. cum voluntate a n. 30. de sent. excomm. & in cap. ad audientiam nu. 16. de homicid.*

80 De Magistro navis Brunnemann. *sup. ff. lib. 4. tit. 9. leg. 3. n. 1.*

81 De Magistro Virorum Card. De Luc. *Relat. Cur. disc. 38. per tot.* ubi plura circa hanc materiam.

82 De Magistro Militum Crescin. ad Abeccles. *obser. 16. nu. 4. part. 1.* Brunnemann. *sup. Cod. lib. 1. tit. 32. leg. 1. & eod. lib. 1. tit. 48. leg. 1. n. 1. & lib. 3. tit. 13. leg. 6.*

De Magistro Capellæ De Luc. *de Paroch. disc. 30. sub n. 7.* 83

De Magistro cæremoniarum Caprat. *dec. 670 n. 12.* 84

De Magistro Sacri Palatii Vide De Luc. *in Indic. verb. Magister.* 85

De Magistro Actorum Crescin. ad Abeccles. *obser. 32. part. 1.* De Luc. *de Judic. disc. 5. num. 4. disc. 27. n. 14. Relat. Cur. disc. 47. n. 4.* 86

De magno Magistro Religionis Hierosolymitanæ Vide Emerix jun. *dec. 211.* Caprar. *dec. 322.* Carol. Ant. De Luc. *de Plur. leg. cap. 81. & cap. 112.* 87

De magno Magistro Ordinis Sancti Stephani Caprat. *dec. 260. nu. 11.* Piton. *de Jurepatr. alleg. 47. tom. 1.* 88

De Magistris Ordinis Prædicatorum vide Passerin. *de Elect. cap. 4. n. 39. cap. 10. n. 224.* 89

§. MAJORATUS. II.

CAderet hic majoratuum materia, de qua Vela *Dissert. 48. 49. volum. 2.* Christophor. de Paz. *tract. de Tenuta per tot.* & præcipuè in locis indicatis *in Repert. verb. Majoratus*, & plenissimè scripsit videndus D. Consiliar. Jo. Torr. in novissimo, & doctissimo *tractat. de success. in Majorat. & Primogenit. Ital. part. 1. 2. & 3. per tot.* ubi recenset alios, qui ante eum scripserunt de eadem, & ego dixi in *§. Primogenitura per tot.* eam coincidant, & ferè idem sint Majoratus, & Primogenituræ, latè Emin. De Luc. *in Indic. general. verb. Majoratus.* 1

Dominus meus Sabellus paucis se expedit ab hoc paragrapho remittendo Lectores ad paragraphum *Primogenitura*: Ego tamen qui apud Nostrates, & præsertim apud recentiores Doctores, plures vidi utiles, & necessarias controversias circa hanc materiam excitatas, nolo easdem prætermittere, sed potius in hoc paragrapho, tamquam in propria sede ipsas collocandas esse censeo. 2

Majoratus dicitur fideicommissum in una persona Castill. *lib. 5. controv. cap. 93. §. 4. per tot.* Card. De Luca *de Fideicom. disc. 6. n. 6.* Carl. Ant. De Luc. *de lin. Legal. art. 8. n. 2. tom. 1.* 3

In majoratu uni tantùm privativè est debita successio De Luc. *de fideic. disc. 6. nu. 6.* Bich. *decis. 274. n. 22.* Rocc. Episc. *cap. 4. n. 2. lib. 1.*

Majoratus alius dicitur proprius circa dominium, alius improprius circa jus honorificum in administrando, retinendo claves, vel scripturas Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art. 8. n. 4.* Et vide infra *n. 15.* Card. De Luc. *de Fideicomm. disc. 6. a n. 6.* 4

Majoratus improprius differt à proprio, quia improprius est saltuarius de seniore in seniorem, & in majoratu proprio attenditur linea, & differentiæ recensentur. Lotter *de re benefic. lib. 2. quæst. 11. nu. 93.* Rot. *dec. 362. n. 11. part. 5. rec.* Carol. Ant. De Luc. *de lin. legal. loc. cit. n. 26. & seq. & art. 81. n. 12. tom. 2.* Card. De Luc. *de Fideicom. disc. 2. n. 7. disc. 4. n. 6. disc. 6. n. 14. Conflict. obser. 81.*

Majoratus successio decurrit per lineas, & qualiter Molin. *de Primog. lib. 3. cap. 6. num. 29.* Carl. Ant. De Luca *de lin. legal. d. art. 8. n. 32. tom. 2.* 5

Majoratus Hispaniæ considerat lineam, & non ætatem etiamsi dictum sit in erectione, ut succedat major natu, vel major superstes. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 1. n. 2. & lib. 3. cap. 8. n. 18.* Carl. Ant. De Luc. *de lin. Legal. ibid. n. 10. & 11.* Et quando secus *ibidem.* Vide Rocc. Episc. *cap. 4. n. 13. lib. 1.* 6

Majoratus Italiæ an differant ab illis Hispaniæ, ut illi Italiæ sint saltuarii de seniore ad seniorē, & è contrario in illis Hispaniæ cōsideretur prærogativa lineæ, & non ætatis. Menoch. *cons. 442. n. 22.* Carl. Ant. De Luc. *ibid. n. 9. & 10. & 23. & seqq.* & de differentiis vide Molin. & Add. ad eumdem Carl. Ant. De Luca *loc. cit. art. 8. num. 10. tom. 2.* Rocc. Episc. *loc. cit.* Card. De Luca *de Fideicomm. disc. 1. 2. 4. 5. 26. 34.* 7

Majoratus Italiæ non differt ab illis Hispaniæ, quando testator habuit majoratum cum primogeniis synonimum, & vocavit majoratum, & primogenium promiscuè confundendo nomina primogenituræ, &

ma-

majoratus Carl. Anton. De Luc. *de lin. legal. loc. cit. art.* 8. *n.* 38. *tam. pr.*

Majoratus usitatus apud Hispanos idem est, quod Primogenium apud Italos, & Gallos Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 81. *nu.* 20. *tom.* 2. Fragos. *de Regim. Reip. lib.* 9. *disp.* 18. §. 1. *n.* 4. Vide De Luc. *de Fidcicom. disc.* 1. *in summ. n.* 74.

De Majoratibus Hispaniæ, & Italiæ, eorumque differentiis latè Card. De Luc. *in Indic. general.*

8 Major natu an idem sit, quod primogenitus. Carl. Ant. De Luc. *ibid. n.* 6. *& seqq. & art.* 81. *per tot. tom.* 2.

Linea Majoris natu non refertur ad præsens tempus succedendi, & consideratur ætatis, non lineæ prærogativa, Carl. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Expedis majoratum erigere Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 57. *n.* 24. Et de majoratuum origine, & introductione Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 82. *n.* 7. *&* 16.

9 Majoratus in successione linea recta debet succedi, nec successio retrocedere nec de linea ad lineam transire debet. Castill. *lib.* 5. *contr. cap.* 93. *nu.* 5. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. d. art.* 8. *n.* 41. *tom.* 1.

10 Majore natu vocato, an nepos a primogenito præferatur patruo Mart. *part.* 3. *quæst.* 9. *&* 2. *num.* 13. Carl. Ant. De Luc. *ibid. n.* 24. *& seqq.*

11 Majoratus successio defertur etiam transversalibus, & quantum extendatur. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 40. Carl. Ant. De Luc. *ibid. n.* 50.

12 Majoratus successio non defertur jure hæreditario, sed sanguinis. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 8. Carl. Anton. De Luc. *de lin. legal. art.* 9. *n.* 9. *tom.* 1.

13 Majoratu instituto, & vocato fratre consanguineo, & demum post descendentes consanguinei vocati proximioribus ipsius institutoris, & fratris, an proximior ex parte fratris uterini præferatur remotiori ex parte fratris consanguinei Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. d. art.* 9. *n.* 27. *& seq.*

14 Majoratus institutus à viro, & uxore an sit duplex. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 84. Castill. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 17. Carl. Ant. De Luc. *ibid. n.* 42.

Majoratu secundo superveniente, si ad hunc secundum vocatus sit sequens in grado, an succedat ejus filius. Reg. de Pont. *lib.* 1. *cons.* 4. *n.* 66. Carl. Ant. De Luc. *ibid. n.* 39. *& seq.* Et quid si pater obtineat majoratum incompatibilem Rocc. Episc. *cap.* 3. *nu.* 32. Et de incompatibilitate majoratuum De Luc. *de Fideicomm. disc.* 12. *&* 13. *in summ. a n.* 75. Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 64. *tom.* 2. *& art.* 76. *eod. tom.* 2.

15 Majoratus alius regularis, & proprius, alius irregularis, & improprius, & declarantur. Rosa *consult.* 69. *n.* 69. Cevall. *dec* 16. *n.* 55. *& dec.* 40. *&* 43. *lib.* 2. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 10. *nu.* 3. *tom.* 1.

16 Majoratus in dubio censendus regularis Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 5. *n.* 20. *vol.* 2. Latea *dec.* 56. *n.* 9. Roxas *de Incamp. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 341. Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 12. *n.* 56. Vide Gatt. *cons.* 8. *n.* 9. *&* 67. Et majoratus regulariter est linealis, & de ratione Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 81. *&* 99. *n.* 7. *tom.* 2. Mantiss. *loc. cit. n.* 19.

Quando majoratus censeatur saltuarius De Luc. *disc.* 1. *disc.* 3. *disc.* 4. *discurs.* 5. *& disc.* 6. *sub tit. de Fideicomm.* Tondut. *q. civil.* 89. Mans. *consult.* 93. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 19. *a n.* 1. *tom.* 2. Mantiss. *loc. cit. num.* 23. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 34. *&* 35.

Quando majoratus censeatur linealis Mans. *consult.* 95. Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. & art.* 81. *& art.* 82. *tom.* 2. Gatt. *cons.* 8. *n.* 61. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 33. *num.* 22.

De majoratu mixto, partim lineali, partim saltuario Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 2. *&* 5. *vol.* 2.

Linealis an sit majoratus si quis substituat filios fratris, & eorum descendentes, cum hoc quod semper succedat major, & sic de linea ad lineam Carl. Ant. De Luc. *de lin. leg. art.* 99. *per tot. tom.* 2. Et an majoratus a transversali institutus censeri debeat saltuarius Idem *ibidem.*

Majoratus an sit linealis, & primogenealis si vocetur unus ex descendentibus Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 105. *tom.* 2.

Majoratus electivus quid sit, & quando sit primogenealis Carl. Ant. De Luc. *art.* 10. *n.* 2. *& art.* 105. *n.* 2. *tom.* 2.

Majoratus an sit linealis si dicatur, quod sit in majore natu de descendentia in descendentiam Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 19. *n.* 1.

Majoratus, an sit saltuarius, si vocetur major natu pro tempore Carl. Ant. De Luc. *d. art.* 19. *nu.* 3. *& art.* 81. *tom.* 2. Vide Gratian. *cap.* 695. *a nu.* 13.

17 Majoratus constitutus in contractu cum Regio assensu cum pacto de non revocando, adhuc est revocabilis. Molin. *lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 4. *& lib.* 1. *cap.* 12. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. d. art.* 12. *nu.* 50. *in fin. tom.* 1.

18 Majoratus successio habet cursũ suum instar fluminis, cujus cursus retrogradationem non admittit, nec regurgitat super caput suum. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 7. *n.* 76. *&* 79. *&* 84. *& art.* 10. *à n.* 2. *tom.* 1.

19 Majoratus successio an debeat stare in suspenso, donec impossibile sit, quod ex linea superiori aliquis nascatur, putà masculus, seu alius, vel potius debeat succedere alius de linea inferiori, & posito, quod successerit linea inferior, an deficiente illo de linea inferiore debeat retrocedere majoratus successio. Carl. Ant. De Luc. *art.* 12. *n.* 53. *tom.* 1. Vide Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 7. *nu.* 9. *disc.* 10. *num.* 3.

20 Majoratus ingressus in unam lineam continuare in ea debet, donec evacuetur linea. Ursin. *de feud. part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 2. *nu.* 13. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 8. *n.* 39. *& seq. & num.* 47. *tom.* 1. Card. De Luc. *de Fideicom. disc.* 1. *nu.* 13. *disc.* 2. *n.* 2. *disc.* 3. *n.* 6. *disc.* 5. *n.* 4. *disc.* 7. *n.* 18. Mantiss. ad eumdem De Luc. *libr.* 10. *dec.* 2. *&* 3. *vol.* 2. ubi hoc declarat.

21 Majoratus in successione linea una finita non considecatur persona proximior, sed linea proximior, & is qui descendit per lineam rectam ex filio majori. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 8. *n.* 47. *&* 48.

22 Majore de linea, vel domo, aut familia vocata an censeatur erecta primogenitura perpetua. Fusar. *q.* 390. *n.* 7. Rot. *dec.* 1. *part.* 10. *n.* 37. *in rec.* Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 13. *n.* 23. *& art.* 15. *n.* 17. *& seqq.* Et quid si major Petri puta, aut Pauli sit vocatus Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. d. art.* 13. *num.* 23.

23 Majoratus suapiè natura est indivisibilis, neque divisionem bonorum patitur inter plures Tiraq. *de jur. primog. q.* 71. *n.* 2. Cyriac. *controv.* 312. *num.* 65. Fontanell. *dec.* 32. *n.* 9. Rocca Episc. *c.* 4. *n.* 9. *lib.* 1.

24 In majoratus successione inspici debet habilitas tempore successionis Robles. *de repræsentat. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 27. *vers. unde habilitatem* Rocca Episc. *cap.* 3. *n.* 67. *lib.* 1.

25 In majoratu, quoties agitur de intervertendo ordinem succedendi Regia facultate munitum, requiritur Regius Assensus Card. de Luc. *de Fideic. disc.* 574. *n.* 4. *&* 5. Urceol. *de transact. q.* 50. *n.* 47. Rocca Episc. *cap.* 2. *n.* 50. *lib.* 1.

26 Majoratus possessori non conceditur intervertere ordinem succedendi aliosque actus præjudiciales gerere in detrimentum Primogeniruræ Card. De Luc. *de fideic. disc.* 13. *n.* 20. Afflict *dec.* 26. *nu.* 6. Giurb. *dec.* 108. *n.* 11. Rocca Episc. *cap.* 2. *n.* 48. *lib.* 1.

27 In majoratu an possit poni exclusio Fisci latè Rocc. Episc. *cap.* 1. *à n.* 46. *lib.* 1.

Majoratus possessoris ob crimen bona devolvuntur ad successores vocatos in casu confiscationis, quando Majoratus, seu fideicommissum fuit institutum in bonis propriis Molin. *de Primogen. Hispan. lib.* 4. *cap. ultimo n.* 67. *vers. non etiam non obstat* Rocca Episc. *c.* 1. *num.* 52. *in fin. & seq. lib.* 1.

Secus quando Institutor licentiam instituendi illud habuit à Principe, qui non aliter voluit assentiri, nisi præservatis Juribus Fisci in casu confiscationis Molin. *de Primogen. Hispan. lib.* 4. *cap. ultimo n.* 67. *vers. non etiam non obstat.* Rocca Episc. *cap.* 1. *n.* 53.

Majoratus quando subjaceat confiscationi De Luc. *de Regal. disc.* 161. *à n.* 43.

28 Majoratuum omnium bona, si Princeps facultatem alicui concedat obligandi, si post mortem possessoris Majoratus ad plures pervenerint, omnes tenentur pro rata contribuere ad æs alienum à possessore contractum Salgad. *in labyr. credit. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 23. *& seqq. & cap.* 12. *n.* 24. Rocca Episc. *c.* 6. *n.* 9. *lib.* 1.

Sed affertur contraria sententia Durae. *dec.* 126. *n.* 38. Rot. *in rec. decis.* 18. *n.* 31. *part.* 10. Rocca Episc. *cap.* 3. *n.* 34. *lib.* 1.

29 Majoratus institutor quoties fœminas post Masculos admittit, non potest dici majoratum ob agnationem conservandam fuisse institutum, cum ad hunc effectum opus sit, ut soli masculi vocentur non autem fœminæ Sard. *cons.* 475. *n.* 16. 19. 20. Rocca Episc. *cap.* 3. *n.* 33. *lib.* 1. Affertur contraria sententia *ibidem*.

Intellige, ut hæc sententia, quatenus subsistat, procedere possit quousque durat Agnatio usque ad ultimum masculum Majoratus possessorem secus ubi post mortem omnium masculorum defecit omnino agnatio Rocca Epis. *ibid. n.* 35.

30 Majoratus usque ad certas personas possunt esse Agnatitii easdem verò fiunt regulares, ubi successio, earinctis agnatis devolvitur ad fœminas, vel ad alios cognatos Castill. *lib.* 5. *controv. cap.* 92. *num.* 5. *&* 6. Rosa *consult.* 69. *n.* 24. Rocca Episc. *cap.* 3. *n.* 36.

31 In Majoratibus seu Primogenituris attenditur proximitas respectu ultimi possessoris, non autem institutoris Molin. *de Hisp. Primog. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 15. De Luca de linea legali *art.* 8. *n.* 80. Rocca Episc. *cap.* 3. *n.* 37. *lib.* 1. Gatt. *cons.* 8. *n.* 59.

32 In Majoratibus, & Primogenituris Sacerdotium successionem non impedit quoties personæ Ecclesiasticæ non reperiuntur expressè exclusæ, neque fuit injunctum onus nubendi pro conservatione familiæ, & agnationis Rot. *in recent. dec.* 346. *nu.* 4. *part.* 12. Rocca Episc. *c.* 4. *n.* 6. *lib.* 1.

A Majoratu non excluditur Ecclesiastica persona, nisi quatenus verba expressa Testatoris pernecesse concludant, Imò ne excludatur omnis possibilis est capienda interpretatio Aldobrand. *cons.* 3. *n.* 2. *lib.* 2. Archiepisc. Carill. *dec.* 266. *n.* 15. Rocca Episc. *cap.* 4. *num.* 7.

Ad Majoratum Sacerdotis vocatio fortiùs deprehenditur, quoties Testator post ejus lineam extinctam voluit succedere Ecclesiam Archiepisc. Carill. *dec.* 266. *n.* 7. *vers. quibus accedit* Rocca Episc. *cap.* 4. *n.* 11.

Majoratus bona à Sacerdote possessa dicuntur conservati in Familia pro ejus decore, & dignitate Rocca Episc. *cap.* 4. *n.* 10.

A Majoratu Sacerdos, an dici debeat exclusus ex vocatione Senioris, ejusque filiorum de Primogenito in Primogenitum Rocc. Episc. *cap.* 4. *num.* 10.

33 Successio Majoratus regulatur secundum naturam feudorum Socin. sen. *cons.* 47. *nu.* 6. *lib.* 3. Surd. *cons.* 403. *n.* 7. Gatt. *cons.* 7. *n.* 26.

34 Testator censetur majoratum velle exordiri ab eo, quem, ejusque filios instituit Menoch. *cons.* 713. *nu.* 1. Peregr. *cons.* 102. *sub nu.* 7. *in fin. lib.* 4. Gatt. *ibid. num.* 70.

35 In Majoratibus attenditur potiùs ordo Juris quàm scripturæ Malvas. *cons.* 22. *sub num.* 41 Gatt. *ibid. n.* 19. *&* 76.

36 In quo differat Majoratus ordinatus pro habendo Consilio, & pro successione bonorum Gatt. *ibid. n.* 35.

37 Majoratum non amittit, qui tenetur nubere certis personis, quæ non fiet de genere Judæorum, vel Saracenorum, sed nobili licèt nupserit talibus personis, quæ tamen communiter nobiles reputabantur, seù probabiliter eorum defectus ignotus erat Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 29. 30. 32. *&* 33. Gatt. *cons.* 28. *n.* 62.

Et hoc procedit multò magis in minore Gatt. *ibid. num.* 64.

Majoratum non amittit vocatus ad illum cùm hoc, quòd nubat certis personis sub pœna amissionis Majoratus, quando non nupsit illis impeditus à tertio, qui justè poterat impedire Bartl. *in l.* 1. *C. de inst. & subst. n.* 1. Bal. *n.* 9. Alex. *n.* 3. *&* 4. Castr. *n.* 5. Jes. *n.* 9. Gatt. *ibid. n.* 39.

In majoratibus quatuor considerantur linea, gradus, sexus, & ætas Gatt. *cons.* 8. *n.* 57. Et quod quando Majoratus est linealis tunc in eo primo spectatur linea, secundò gradus, tertio sexus, & quartò ætas, docent Molin. *de Primog. lib.* 3. *cap.* 4. *à n.* 13. Rox. *de Incomp. lib.* 1. *cap* 6. *à n.* 9. Tondut. *res. civil. lib.* 1. *cap.* 89. *à n.* 4. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 15. *n.* 4. Rot. *recent. part.* 18. *decis.* 18. *num.* 4. *&* 5. & in Mantiss. ad ornat. ejusd. De Luc. *lib.* 10. *decis.* 1. *nu.* 1. *vol.* 2. 38

Majoratus vocat unumquemque principaliter Molin. *de Primogen. cap.* 15. *nu.* 88. *lib.* 4. Gratien. *cap.* 751. *à nu.* 23. Giurb. *decis.* 108. *nu.* 12. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 81. *n.* 38. *tom.* 2. 39

Majoratus institutus inter descendentes plurium an intelligatur distretivè in qualibet linea? Et an fiet duo, vel unicus Idem Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 70. *n.* 8. *& art.* 83. *n.* 4. *tom.* 2. 40

Facultas erigendi majoratum à Principe concessa Titio, an valeat executioni demandari ab hærede ipsius Titii Vide Mieres *de Major. part.* 1. *quæst.* 15. *à n.* 14. Ansald. *decis.* 97. *n.* 20. 35. *&* 43. 41

Majoratus possessor habet dominium limitatum Rub *de confuss. Jur. cap.* 6. *n.* 25. *&* 26. 42

Majoratu optato, diminuto, vel evicto, an censeantur majoratus incompatibiles, & possit haberi regressus ad majoratum dimissum Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. art.* 84. *per tot. tom.* 2. 43

Majoratuum bonis diminutis an dimienatur onus illi annexum Rox. *de Incompat. par.* 5. *cap.* 6. *num.* 107. *& seqq.* Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 88. *nu.* 5. *tom.* 2. 44

Majoratus si fuerit institutus ad favorem Petri, & Pauli, & Joannis, an isti simul admittentur, vel uti indivisibilis spectet ad primò nominatum, vide Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 5. Gonzal. in *Regul. Cancel.* 8. *gloss.* 3. *n.* 20. Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 70. *num.* 2. 45

Majoratus spectat ad duos masculos, si unico partu fiet editi, & ignoretur quis sit primò editus, facit text. *in l. inter C. de fideic. liber.* Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. art.* 6. *num.* 16. *tom.* 1. *& art.* 70. *num.* 3. *tom.* 2. 46

Majoratus est nomen clarum, primogenitus verò est nomen equivocum Palm. nep. *alleg.* 50. *num.* 11. *tom.* 1. Redoanasc. *cons.* 82. *n.* 1. 47

Majoratus in uno casu ordinatus, non censetur in alio repetitus Palm. nep. *alleg.* 309. *nu.* 2. *tom.* 4. *& alleg.* 19. *n.* 31. *tom.* 1. Rot. *recent. part.* 14. *decis.* 182. *à n.* 7. 48

Majoratus constitutus super bonis indifferentibus differt ab illo constituto super bonis jurisdictionalibus Torr. *de major. cap.* 25. §. 24 *sub n.* 267. Palm. nep. *decis.* 281. *n.* 31. *tom.* 3. 49

Plura de majoratu scribunt De Luc. *in Indic.* Mantiss. ad eumdem Baldue. Carl. Ant. De Luc. præsertim *de lin. legal.* Rocc. Episc. Mans. Palm. & alii recentiores. 50

§. MALA FIDES. III.

MAla fides, hoc est scientia rei alienæ, ut inducatur non sufficit generalis, & indiscreta citatio, sed requiritur specialis, & certa cum omnibus qualitatibus nec inducererur per litis contestationem, quando actor litem cœptam non prosequitur, sed sinit instantiam perire, & in omnem casum posset nova præscriptio inchoari, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 2. *num.* 31. *&c. cap.* 786. *nu.* 20 *&c.* Asin. *in Prax* §. 2. *cap.* 15. *num.* 32. *&c. ful.* 31 *infra num.* 3. *&* 7. Bich. *decis.* 379. *num. pr. & seqq.* ubi videtur tenere malam fidem semel inductam per contestationem litis obstare donec per sententiam reus absolvatur, Rot. *par.* 17. *recent. decis.* 379. *n.* 7. ubi quod præscriptio interrupta per litem, post illius acquiescentiam, denuò inchoari, & compleri non prohibetur. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 43. *n.* 114. *tom.* 7. Vide Andreol. *contr.* 258. Emerix jun. *decis.* 1188. *n.* 5. *&* 6. 1

Quòd inducatur per simplicem protestationem, & no-

notificationem ad hunc effectum nominatim factam, & interrumpat præscriptionem, *leg. fin. Cod. de præscript. 30. vel 40. ann.* Duran. *decis. 375. num. 8. & 5.* Suid. *decis. 5. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 117. &c. fol. 484.* ubi distinguit inter præscriptionem odiosam, & favorabilem, vide in §. *Lis num.* §. *Præscriptio num.* §. *Remedium nu.* & §. *Res litigiosa nu.* sed contra dicit Barbos. *in rub. 6. de præsc. 30. vel 40. annorum nu. 321.* Vide Altimar *loc. cit. n. 115.*

Quód ex interpretatione sive judiciali, sive extrajudiciali inducatur mala fides præscriptionem interrumpens, Felin. *in cap. illud n. 7. & 9. de præscript.* Rot. *part. 17. recent. decis. 584. num. 8.*, & idem sentit Altimar. *sub dict. n. 115.*

2 Mala fides, per quam interrumpatur præscriptio non inducitur quando adversarius succubuit in causa, Gratian. *disceptat. forens. cap. 881. nu. 20.* Rot. *part. 22 recent. decis. 253. num. 3.* Quia tunc lis mota dicitur detecta injusta, nisi sententia esset nulla, vel injusta, Sperel. *decis. 178. num. 71. &c.*, & sequitur Altimar. *ibidem n. 116.*

Quód mala fides orta ex litis contestatione, remaneat purgata, & convertantur in bonam fidem per sententias favorabiles reportatas à reis conventis, *leg. quæsitum in fine, ff. de acquir. rer. dom.* Buratt. *decis. 568. num. 3.* Rot. *part. 11. recent. decis. 248. num. 8.* Idem Altimar. *ubi supra n. 117.*

3 Malæ fidei effectus causatus per litis contestationem durat etiam perempta instantia, nisi esset contestata coram judice incompetente, vel agatur ex alia causa diversa cum aliis declarationibus, de quibus Capyc. *decis. 11. num. 4. & per tot.* Ger. Spin. *consil. 57. nu. 10. & seqq. supra num. pr.* latè Bart. *in l. cum lite mortua, ff. judic. sol.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 156. num. 2. vol. 2.* Bich. *decis. 263. n. 6. & seqq.* ubi videtur facere differentiam ad effectum præscriptionis, vel acquisitionis fructuum, licet in utroque concludat ut supra, vide *in §. Fructus num. 10. & num. 43.* latè Cabal. *consil. decis. 89. per tot. lib. 2.* Altimar. *supra n. 114.* Roceus *resp. 73. n. 21. libr. 2.*

Quód mala fides inducta quoad unam personam noceat quoad omnes ex eodem jure causam habentes, Rot. in Romana fideicommissi de Marianis 10. Decembris 1646. coram Royas post Oleam *de ceff. jur. decis. 4. num. 5.* Altimar. *ubi supra n. 119.*

4 Mala fides non præsumitur, sed arguitur ex conjecturis arbitrio judicis æstimandis, ut quando quis possidet sine titulo, quando fuit ei denunciatum ne emeret, quando non servatis solemnitatibus contraxit, quando dicit se, scire rem esse alterius, vel si de hoc fama sit in vicinia, quando post possessionem procuravit titulum, ex fide testium etiam singularium, quando non curavit videre mandatum, quando allegatur privilegium ex relatione tertii, quando emit à statim consumpturo, quando adhibuit cautelas insolitas, & quid si dubitet de jure suo, latè Menoch. *de Arbitr. cas. 225. per tot.* Viv. *com. opin. 472.* ubi quód probatur per famam publicam, plenè Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 182. per tot.* Altimar. *loc. cit. nu. 120.* Altograd. *cons. 2. a nu. 34. cum seqq. libr. 2.* Vide Pacion. *de Locat. cap. 52. num. 40.* Gall. *de fruct. disp. 12. art. pr. n. 3. & 4.*

Dictas, & alias conjecturas, aliis etiam citatis refert, & sequitur Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 24. nu. 49. & seqq. ad 68. fol. 479.* ubi duobus modis illas limitat, nempè si quis fuerit coactus emere, vel auctore Prætore acquisiverit.

Quod mala fides præsumatur in eo, qui contrahit non adhibitis solemnitatibus necessariis, Franch. *decis. 291. nu. 4. &c.* Menoch. *dict. cas. 225. num. 6. & 7.* Jordan. *loc. citat. num. 53.* vide in §. *Contractus num.* Thom. Trivis. *decis. 55. sub num. 76. lib. 2.* ubi quod qui contra jura mercatur præsumitur in mala fide.

Item mala fides probatur ex occupatione, & detentione de facto apprehensa, ex denunciatione proprii juris facta detentori à domino, vel possessore civili ex lite mota, ex citatione, & litis contestatione, per quam interrumpitur præscriptio, quæ non currit contra eum, cui negligentia non potest imputari, Altograd. *consil. 2. num. 34. et seqq. lib. 2.*

An, & quando mala, vel bona fides præsumatur in possessore, latè Menoch. *lib. 3. præsumpt. 130. per tot.* ubi decem casus distinguit, & declarat Mascard. *de probat. dict. conclus 182. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 5. quæst. 43. n n. 120. tom. 7.*

Quod mala fides non præsumatur, sed bona, & excludatur ex possessore longi temporis scientibus, & patientibus adversariis, Ludovis. *decis. 567. n. 9.*

Nisi tamen constet de scientia debiti in possessore, quia tunc impedit præscriptionem, Rot. *part. 19. recent. decis. 231. num. 3. & seqq.*

Mala fides superveniens completa præscriptione, 5
non impedit quominus res prescripta retineri possit etiam in foro conscientiæ, *vide in §. Præscriptio n. 11.* Altimar. *ubi supra n 122.*

Item non obstat circa modum agendi præscriptum, Alex. *consil. 111. num. 7. lib. 7. etc. vide in §. Executio nu. 22. vers. Præscribitur.*

Item mala fides, quæ medio tempore duravit non interrumpit præscriptionem tam inchoatam, etiam de jure canonico, ut declarat Gratian. videndus *cap. 493. num. 29. etc.*

Quod mala fides non possit allegari post triginta annos, & transmittetur in bonam fidem post hujusmodi tempus, nisi contrarium expressè probetur, Mandel. *consil. 28. n. 2.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 130. nu. 7. etc.* ubi vide, quia pluribus modis declarat, Gratian. *disceptat. forens. cap. 644. in fin.* ubi quod stante lapsu 30. annorum, etiam absque probatione tituli bona fides præsumitur, vide Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 4. tit. 24. num. 45. etc. fol. 479.* ubi intelligit de mala fide præsumpta, & in foro fori, secus in mala fide apparente, & in foro conscientiæ, si possidens habeat cognitionem, & scientiam rei alienæ cum propria scientia sufficiat ad impediendam præscriptionem, *cap. fin. cum ibi notat. de præscript.* vide Fachin. *contr. jur. lib. pr. cap. 67.* Paul. Christin. *decis. 84. num. 4. volum. 4.* ubi aliter declarant istam conclusionem, facit Thom. Trivis. *decis. 24. per tot.* Viv. *comm. opin. 473.* ubi quod mala fides præsumpta triginta annis purgatur, nisi de necessitate bona fides requiratur, ut in præscriptione, Bich. *decis. 50. n. pr. &c.* addo Bonden. *de præscript. Docum. 6.* vide Bich. *decis. 50.* Venturin. *cons. 9. num. 78. libr. 2.* Altimat. *supra n. 123.*

Quòd mala fides ex cursu temporis tollatur, & ex eo bona fides inducatur, ut si agatur de tempore, cujus initii memoria non extet, cum tale tempus immemorabile vim tituli, & privilegii obtineat, vel de tempore 30. annorum, vel de decennio apparente alio antiquiore possessore, Menoch. *de arbitr. cas. 43. per tot.* Capyc. *decis. 4. num. 20. & seqq. & decis. 86. nu. 10.* ubi intelligit de præsumpta, & non de vera, ac esse attendendas qualitates præsumptionis, vide Tho. Trivis. *decis. 24. per tot.*

Quòd tamen mala fides resultans ex continuatis litibus excludat etiam immemorabilem præscriptionem, Rot. *part. 13. recent. decis. 160.* vide in §. *Præscriptio num. 24.*

Item non consideratur in jure quærendo, Rot. *par. 12. recent. decis. 40. num. 10.* vide in §. *Hæres n. 47.*

Alios casus, in quibus non obstat mala fides etiam in foro conscientiæ, & quid si res aliena retineatur ob justas rationes, vide per Thomam Hurtad. *resolut. moral. part. 2. tract. 8. fol. 54. &c.*

Mala fides impedit quamcumque præscriptionem, 6
& defuncti afficit hæredem, ut etiam ex propria persona sine acceptione temporis, quo defunctus possedit, non possit illam inchoare, sive simus in primo hærede, sive in hærede hæredis, & in quocumque foro, cum agitur de peccato, Gratian. *discept. foren. cap. 407. num. 15. &c. cap. 422. num. 8. &c. cap. 912. num. 44. &c. cap. 919. num. 4. &c.* Cabal. *caus. decis. 105. num. 6. & seqq. lib. 2.* Magon. *decis. Flor. 91. n. 3. &c.* Rot. *part. 9. recent. decis. 373. num. 8. & seqq. & part. 10. decis. 30. num. 35. &c. decis. 118. num. 27.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 249. nu. 5.* Bich. *decis. 50. num. pr. & seqq. & decis. 311. num. 18.* ubi quod verum est in successore titulo universali, quicquid sit in successore titulo singulari, Capyc. *decis. 4. n. 12. etc.*

31. &c. ubi ao idem fit in alio successore, qui non jure hæreditario, sed alio titulo universali succedat, ut in Prælato Ecclesiæ, Universitatu, & similibua, & tenet quod illis non obstet mala fides prædecessorum, benè Pac. Jordan. *Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 24. num. 36. &c. fol. 478. & num. 77. & seqq. fol.* 481. vide in *Pract. §. Præscriptione nu.* 12. ubi plures allios allegavi, quibus addn Sperel. *decis. 178. nu.* 56. &c. late Tuschua *litt. M. conclus.* 22. *per tot.* ubi nn, & quando mala fides defuncti, vel auctoria noceat hæredi, sive successori, vel non; Ricc. *Collect.* 4115. Rot. *par. 13. recent. decis. 47. per tot. et decis.* 391. *num. 34. & sequentib.* latè Altimar. *de nullitat. rubr. pr. part. 5. quæst. 43. n. 125. tom. 7.* Rob. *de conf. Jur. cap. 32. n. 3. 10. et 12.* ubi ampliat Emerix jun. *decis. 26. n. 5.* Gobb. *tract. var. quæst. pr. nu. 47.* Dn Luc. *de Dot. disc. 29. n. 10. de Empt. disc. 7. a nu. 4. de Credit. disc. 117. n. 5. Conflict. obs. 160.*

Quod mala fides defuncti nocèat universali successori, intellige de vera, non nutem de præsumpta, quæ non impedit ex propria persona novam inchoare præscriptionem, habita tamen ratione qualitatis præsumprionum quæ adeò vehementes esse possent, ut veræ æquiparentur, Capye. *dec. 86. num. 17. et per tot.* Gabi. *comm. conclus. tit. de præscrip. conclus. 5. n. 9.* Pac. Jordan. *loc. cit.* Thom. Trivis. *decis. 24. nu. 7. et 8.* ubi quod hæres possessoris malæ fidei potest ipsa inchoara præsctiptionem de æquitatn canonica secundum Dyn. *in regul. possess. de reg. jur. in 6. nu.* 45. Innocent. *in cap. jura de jurepatr.* Jo. Andt. *in reg. cum quis de reg. jur. in 6. num. 2.* Fnlin. *in cap. si diligenti de præscript. num. 6.* ubi etiam in hærede dignitatis, quàm hæreditatis, ut est Prælatus, idem Trivis. *decis. 55. num. 74. et seqq.* ubi *num. 77. et 78.* concludir veriorem esse sententiam, quod mala fides defuncti noceat hæredibus, non autem successoribus dignitatis, ac ita concordari opiniones. Quod ab hærede ignorante, & existente in bona fide possit incipere præscriptio 30. annorum, Rot. *part. 16. recent. decis. 270. n. 8. et seqq. et part. 17. decis. 4. num. 18.*

Non tamen potest etiam successor dignitatis uti accessione temporis, & juvari possessione sui Auctoris, qui in mala fide fuit, Ludovis. *decis. 249. num. pr.* Altimat. *loc. cit. num.* 135.

Quod habens titulum à possessore malæ fidei, longo tempore non præscribat, & quando secus, Soccin. *regul. 526. per tot.* Pac. Jordan. *ubi sup. num.* 33. ubi quod vero domino ignorante non utitur præscriptionu longi temporis, sed tantùm longissimi.

An autem hæres perficiens præscriptionem inchoatam per defunctum, acquirat sibi, vel hæredirati, ita ut res præscripta efficiatur ejua propria, vel hæreditaria, & veniat in restitutione fideicommissi, & in hypotheca ad favorem creditorum hæreditatis, vel defuncti, Peregrin. *decis. 96. num. 6. et decis. 59. nu. 2.* ubi refert diversimodè obtinuisse judicari, videtur tamen magis inclinare pro veritate spectandum esse initium, & non finem præscriptionia, & allegar Corn. *cons. 304. nu. 4. vol. 3.* Negus. *de pign. par. 2. membr. 2. num. 54.*

7 Mala fides non inducitur ad effectum restitutionis fructuum perceptorum ab hæredn ex prædiis alteri legatis, stante ineptitudine libelli, ac judicii nullitate, cum tunc dicatur res adhuc integra, & in eodem statu, ac si lis numquam fuisset contestata quoad omnes effectua, Duran. *decis. 327. num. 3. etc.* vide in §. *Fructus num. 19. et §. Hæres n. 47.* Bieh. *decis. 43. nu. 25. et seqq.* obi quod mala fidea non inducitur ex judicio nullo, & per consequens non interrumpitur præscriptio, intelligendo ramen quando est nullum in initio primæ citationis, secus si prima citatio esset valida, & specifica, cum non sufficiar quælibet generalia petitio, sed debet esse talia, ut per eam reddatur certua citatua de intentionn actoris, &c. supra *num. pr.* facit latè Cabal. *cons. decis. 89. lib. 2.*

8 Malæ fidei possessor dicitur illn, qui rem, quam possidet ad alium pertinere certò scit, & dummodò habeat titulum excusatur a fructibus percipiendis, Bald. *in l. si fundum, C. de rei vindic. et in l. mala fide, C. de conduct. ex leg.* Mascard. *de probat. vol. 2. conclus.* 1001. ubi ex Baldo *loc. cit.* constitui triplicem malæ fidei possessorem, vide *in §. Possessor num. 44. et §. Fructus n. 10.* Altimar. *loc. cit. n.* 113. Andreol. *contr. 142. num. 5.* Balduc. *de Dot. disc. 32. num. 42. 51. et 52.*

9 Utrum autem malæ fidei possessor, possit in aliquibus casibus tuta conscientia præscribere, & in quibus, vel non, latè Thom. Hurtad. *resol. moral. part. 2. tractat. 8. per tot. fol. mihi 54. et seqq.* ubi de non restituente rem alienam ob justas rationes, de possidente ex errore juris, de possidente sine peccato mortali, de statuto quod transacto aliquo tempore possessor præscribat de pœnis à lege taxatis, de pœnis conventionalibus, de bonis fisco applicatis, de emente rem alienam in publico foro, de bonis naufragantium, de pignore, de pacto retrovendendi, de gabellis, de debitis, de legatis, de debitis ex causa furti, homicidii, stupri, de salariis servitorum, sive famulorum, stante inhabilitate ad dandum, & recipiendum, de venatoribus, & piscatoribus in alieno, de emptoribus Æthiopum, de cædentibus ligna in alienis fundis, de incertis debitis, de acquisitis per fictam paupertatem, de bonis inventis, & thesauris, & aliis plurimis casibus, in quibus videtur aliquo modo posse præscriptionem procedere, etiam cum mala fide, ut explicat idem Auctor *loc. cit. à fol. 54. usque ad 150.* vide in *§. Præscriptio.*

10 De mala fide (me citato, & aliis materiam tractantibus) nonnulla indicat Com. August. Fonten. *Bibliothec. legal. part. 5. verb. Mala fides fol. 80.* Jacob. Balduc. in Observ. ad Ramon. *cons. 50. à nu. 51. & seqq.* Em. De Luc. *in Indice verb. mala fides.* Altimar. *loc. cit. & alibi.*

11 Mala fides qualiter impediat præscriptionem, & ex quibus inducatur, Andreol. *controvers.* 143. reliqua vide *in §. Præscriptio.*

12 Mala fides inducta ex litis contestatione, an duret perempta instantia ad effectum, ut veniant fructus die primæ litis contestatæ, vel tantùm secundæ, Andreol. *controvers. 258. per tot.* vide in *§. Instantia num. 21.*

Ad donandum *n.* 33. De Luc. *de Regal. disc.* 180. *n.* 2. *de Dot. disc.* 168. *n.* 8. Altimar. *supra nu* 654.

Ad renunciandum instantiæ litis *n.* 34.

Ad renunciandum exceptionibus peremptoriis *nu.* 35.

Ad renunciendum appellationi, vel nullitati *nu.* 36. *et* 37.

Ad faciendum ea, quæ sunt magni præjudicii *n.* 38. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *qu.* 31. *num.* 656. *tom.* 5.

Ad resignandum, vel conferendum beneficium *nu.* 39. Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 26. *n.* 78. *cum seqq. tom.* 2. *et dict. quæst.* 31. *n.* 657. *tom.* 5.

Quamvis alias in generali mandato etiam causæ beneficiales includantur, nec speciali egeant, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 317. *n.* 7.

Quod quidem mandatum ad resignandum expirat statim per mortem mandantis, etiam absque scientia procuratoria, ita ut resignatio postea facta tamquam sine consensu resignantis sit invalida, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 480. *n.* 13. *et* 14. vide *in* §. *Resignatio.*

Ad præsentandum Clericum ad beneficium *nu.* 40. Rot. *part.* 16. *rec. dec* 22. Altimar. *d. quæst.* 26. *n.* 269. *tom.* 2. *et dict. quæst.* 31. *n.* 658. *tom.* 5.

Ad acceptandum beneficium Ecclesiasticum *n.* 41. Novar. *in Pragm. de Procur. n.* 36. Altimar. *d. quæst.* 31. *n.* 659.

Ad faciendum ea, per quæ mandans cadat in commissum delictum, vel pœnam *n.* 42. Conciol. *resol. crimin. verb. Pœna resol.* 8. *per tot.* De Luc. *de Regal. disc.* 280. *n.* 2. *de Dot. disc.* 168. *n.* 8. Altimar. *supra n.* 660.

Ad

Ad remittendam, & declarandam eaducitatem *n.* 44. *et* 45. Andreol. *contr.* 83. *n.* 5. Altimar. *d. quæst.* 31. *n.* 861. *tom.* 5.

Ad impetrandum beneficium *n.* 46. Altimar. *loc. toties citat. n.* 662.

Ad fidejubendum, vel quid alind antra negotia domini faciendum *n.* 47. *etc.* Quandu autem en verbis amplissimis refaltet mandatum, etiam ad fidejubendum, Rot. *part.* 14. *rec decis.* 149. *num.* 10. *etc.* Altimar. *supra num.* 663. vide Golin. *de Procurat. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 213.

Ad declarandum obscuritatem libelli à mandante porrecti *num.* 50. Novar. *loc. cit.* 55. Altimar. *supra n.* 665.

Ad anigendum laudemium, nisi spontè solvatur *n.* 51. Altimar. *loc. supra cit. n.* 666.

Ad intentandum jus retractus *num.* 52. Pont. *cons.* 204. *n.* 6. *lib.* 2. Altimar. *n.* 667.

Ad locandum, Gratian. *discept. for. cap.* 752. *nu.* 21. *etc.* Altimar. *supra nu.* 668. vide Golin. *de Procur. part.* 2. *cap.* 5. Pacion. *de Locat. cap.* 5. *nu.* 3.

Ad jurandum debitorem de fuga suspectum secundum multos, licèt etiam alii generale ad lites sufficere teneant, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 401. *num.* 6. *et seqq.*

Ad renovandum, vel revocandum societatem, donandum, vel liberandum, idem Gratian. *cap.* 699. *n.* 4. *etc. cap.* 710. *n. pr. etc.*

Item io omnibus concernantibus animi deliberationam & in locationibus, & conductionibus, idem Gratiao. *cap.* 442. *n.* 18. *etc. cap.* 994. *num.* 39. *etc.* Altimar. *supra n.* 671. Noguerol. *alleg.* 10. *nu.* 138. De Luc. *de Emph. disc.* 36. *n.* 14.

Item in omni casu ubi agitur de magno præjuditio, Duran. *dec.* 337. *n.* 58. *vide in* §. *Inventario nu.*

Item speciale, & individuum requiritur ad alienandum bona Ecclesiæ, vel Universitatis, ut puta sale prædium expressis ejus confinibus. Altograd. *cons.* 26. *n.* 2. *etc. lib. pr.* ubi etiam *nu.* 8. quod non præsumitur ex cursu temporis. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 26. *n.* 240. *tom.* 2. *et rubr pr. part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 672. *tom.* 5.

Item specialissimum requiritur ad appellandum ab executione, cum appellans, & sucumbens io executivis incidat in pœnam; in quam procurator non potest facere dominum incidere sine speciali mandato, Gratian. *discep. for. cap.* 333. *n.* 17. *cap.* 806. *n. pr. etc.* Merlin. *dec.* 20. *n.* 7. *etc.*

Plures casus, in quibus mandatũ speciale requiritur, vide per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *nu.* 265. & *seqq. fol.* 125. ubi benè declarat quando sufficiat generale, *cum libera*, &c. Tusch. *litt. M*, *conclus.* 52. *per tot.* Rice. *Collect.* 312. & 1597. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 196. *n.* 35. & *seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 26. *tom.* 2. & *rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *a n.* 587. *tom.* 5. Cancer. *libr.* 2. *cap.* 24. *n. pr.* Solorz. *Polit. libr.* 3. *cap.* 6.

Quando mandatum dicatur speciale per clausulam generalem, veluti si in eo exprimantur aliqui casus speciales, mandatum speciale requirentes, & *ad omnia alia, etiamsi mandatum exigant speciale*, nam tunc censetur speciale ad omnia, in quibus speciale requiritur, similia taman expressis, latè Tusch. *litt. M*, *conclus.* 52. *per tot.* facit in contrarium Rota *part.* 9. *recent. decis.* 486. *num.* 3. & *seqq.*

Quod mandatum, *cum libera*, &c. ac aliis clausulis amplissimis æquipolleat mandato speciali, ut possit procurator facere omnia, quæ posset principalis, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 36. *num.* 36. & *seqq. supra num.* 13. Rot. *dict. part.* 10. *decis.* 213. *nu.* 9. Sanfelic. *decis.* 181. Vide Altimar. *loc. cit. a nu.* 753. Urceol. *de Transact. quæst.* 12. *n.* 9. *quæst.* 13. *n.* 22. Pacion. *de Locat. cap.* 7. *a n.* 24. Ansald. *de Commer. disc.* 77. *n.* 11.

Quod ad obligandum in forma Cameræ requiratur mandatum speciale, nec generale sufficiat, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 64. *nu.* 40.

16 Mandatum non se extendit ultra terminos primæ causæ, & sic non ad prosequutionem appellationis, quæ dicitur esse nova causa, & in omnem casum se extenderet solum pro prima, & non ulteriori appellatione, cum mandans de prima tantum intellexisse credatur, juxta *l. boves*, §. *hoc sermone*, *ff. de verbor. signific.* si tamen mandatum esset in ampla forma comprehensiva facultatis appellandi, & prosequendi sufficeret, Magon. *decis. Flor.* 52. *num.* 17. vide in §. *Procurator num.*

Quod mandatum generale, etiam substituti extendatur ad appellandum, & appellationem prosequendam, Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 62. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 32. & *seqq. fol.* 116.

Plura an, & quando mandatum ad certas causas, vel ad certos actus extendatur ad alios, vel non, latè Tuschus *litt. M*, *conclus.* 41. & *seqq.*

Mandatum restrictum ad recipiendum, non dicitur adimpletum per confessionem de recepto, quæ tali casu domino non præjudicaret, Gratian. *disceptat. forens cap.* 677. *nu.* 46. &c. Addit. ad Magon. *decis. Lucens.* 5. *litt. E*, vide in §. *Confessio num.* 29. &c. §. *Procurator num.* 6. *et* §. *Solutio nu.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 80. *n.* 21. 17

Mandatum semel recusatum, quomodo possit postea acceptari, ut acta per procuratorem gesta sint valida, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 92. *n.* 32. *etc.* 18

Quod sit necessaria acceptatio mandati saltem tacita resultans ex facto, vel verbis, aliàs quis non dicatur procurator, nec ejus contumacia præjudicet domino, etiam si in mandato dictum fuerit, quod quis constituit talem procuratorem præsentem, nam si non fuit additum, & acceptantem, non est procurator sine acceptatione, quia alias habetur pro invito, & non pro consentiente, *l. filiusfam.* §. *invitus*, ubi Bald. *num.* 3. *ff. de procur.* Vestr. *in prax. lib.* 4. *cap.* 5. *sub num.* 4. Rot. *par.* 17. *recent. decis.* 372. *num.* 6. & 7.

Mandatum præsumitur revocatum quando fuit factum jam multis annis elapsis, & nihil vigore illius gestum, Castr. *cons.* 12. *num.* 7. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 1125. *tom.* 5. 19

Quod imò constare debeat de mutatione voluntatis, aliàs nunquam censeatur extinctum, nisi justa revocationis causa supervenerit, Gratian. *discept. forens. cap.* 22. *num.* 6. &c. Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. seu mandati num.* 156. &c. *fol.* 177. ubi latè facit quod dixi *in* §. *Jurisdictio num.* Carol. Anton. De Luc. ad Golin. *de Procur. part.* 3. *cap* 5. *n.* 6. Altimar. *supra n.* 1126.

Quod mandatum possit revocari, etiamsi fuerit factum irrevocabiliter, & cum juramento, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 783. *n.* 35. Vant. *de nullit. loc. cit. num.* 158. &c. ubi etiam quod talis revocatio debet parti intimari legitimè, aliàs acta cum tali procuratore adhuc valerent in præjudicium revocantis, non autem in ejus favorem; distingue ut dixi in §. *Juramentum num.* 21. & §. *Patronus nu.* 16. Martha *vot. Pis.* 11. *num.* 2. &c. Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 44. *sect.* 6. *per tot. fol.* 623. *etc.* ubi plura quomodo tam mandans, quam mandatarius revocare possiat mandatum. Golin. *de Procur. loc. cit. n.* 123. & 128. Altimar. *ubi supra n.* 1118.

Quando præsumatur revocatum mandatum, latè Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 36. *per tot.* ubi octo conjecturas adducit, latè Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. seu mand. num.* 163. & *seqq. supra num.* 8. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1015. *per tot.* ubi quod præsumitur durare, & quo pacto revocatio probetur. Altimar. *dict. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *a n.* 1130. *cum plurib. seqq. tom.* 5.

Quod mandatum ad tempus, illo elapso expiret, sicut etiam expirat per constitutionem alterius procuratoris, Cavaler. *decis.* 483. Golin. *supr. n.* 86. & *in addit. n.* 16. Jovi. *de solemn. gloss.* 6. §. 12. *n.* 52. Altimar. *supr. n.* 1132.

Multa qualiter finiatur mandatum per revocationem, qualiter revocatio sit notificanda parti, quando hujusmodi ratificatio non sit necessaria, & alia ad propositum, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 272. & *seqq. ad* 307. *fol.* 130. Mascard. *d. conclus.* 1015. *per tot.* Altimar. *supra n.* 1107. Ansald. *de commer. disc.* 30. *a n.* 8.

Valent tamen gesta per procuratorem revocatum,

sed ignorantem sui revocationem, excepto matrimonio, Rot. part. 15. recent. decis. 172. per tot. vide in §. Matrimonium num. 4. Altimar. dict. nu. 1107. & seqq. & n. 1137. Ansald. a dict. n. 8.

Qualiter primum mandatum revocetur per secundum, & aliis modis, Tusch. litt. M, conclus. 64. per tot. supra num. 8. Jovi. de solemn. gloss. 22. §. 28. n. 58. Golin. de Procurat. part. 3. cap. 5. n. 65. Altimar. de Nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. num. 1207. tom. 5.

Quod mandatum ad exigendum aliquod creditum expiret per cessionem ejusdem crediti alteri factam, sicut & per mortem mandantis, nisi esset in rem suam, quia tunc non posset revocari, Rot. par. pr. recent. decis. 443. n. 3. & 4. Altimar. dict. quæst. 31. n. 1133.

20 Mandatum quando expiret, vel non morte mandantis, vide Gratian. disceptat. forens. cap. 342. Rot. in Noviss. par. 7. decis. 171. nu. 13. &c. Menoch. lib. 2. præsumpt. 36. num. 28. & seqq. per tot. Vant. de nullit. ex defect. inhabilit. seu mandat. n. 170. Franch. decis. 255. & 466. Speral. decis. 81. num. 38. &c. ubi de mandato ad donandum Joseph. Feliv. Margar. variar. conclus. verb. Mandatum par. 2. fol. 3. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. titul. 2. num. 230. & seqq. ad 272. fol. 128. ubi plura qualiter expiret, vel non morte mandantis, vel mandatarii, Mantic. de tractat. & ambigu. lib. 7. tit. 23. Straban. de interesse lib. 2. tit. 13. num. 55. etc. Gratian. cap. 683. per tot. Tuschus litt. M, conclus. 65. per tot. Ricc. Collect. 312. et 3413. ubi multis modis limitat regulam, quod mandatum morte mandantis extinguatur, adde Petr. de Onnate de contract. tom. 2. tractat. 23. disput. 44. sect. 8. fol. 629. ubi plura quomodo finiatur mandatum morte mandantis, & mandatarii, et tractat. 14. disp. 45. sect. 7. per tot. fol. 661. Latissimè Altimat. toties laudata quæst. 31. a num. 1248. tom. 5.

Quòd licèt fuerit irrevocabile expiret morte mandantis sine hærede, cum tunc nulla remanet imago defuncti. Rot. part. 13. recent. decis. 479. num. 23. Altimar. loc. cit. n. 1273. Alderis. de Contract. Symbol. tit. 3. cap. 5. n. 117.

Quod quando est in rem suam morte non expiret, Gratian. disceptat. forens. cap. 507. nu. 12. cap. 873. num. 21. etc. Rot. part. 2. divers. decis. 174. num. 3. ubi etiam quando mandatum dicatur in rem suam, Merlin. decis. 436. nu. 16. Rot. in selecta per Farinac. part. pr. tam. pr. decis. 443. tom. 4. Altimar. supra nu. 1310. Ros. consult. 20. n. 12. Golin. de Procur. part. 3. cap. 4. n. 16. & a nn. 21. Petr. rit. 105. nu. 13. et 14. Fajard. alleg. 25. a n. 15.

Item non expirat morte mandantis quando procurator est factus dominus litis per contestationem, Gratian. cap. 531. nu. 51. &c. Magon. decis. Florent. 48. num. 15. &c. decis. 152. num. 17. Menoch. dict. præsumpt. 36. num. 32. Merlin. decis. 436. num. 17. Rot. par. 9. recent. decis. 354. nu. 9. ubi etiamsi filii sint pupilli, et decis. 453. num. 2. eadem part. 9. ubi quod non expirat stante clausula, relevans, etc. de utroque eadem Rot. part. 11. recent. decis. 77. num. 11. et seqq. Altimar. loc. cit. n. 305., ubi hoc ampliat.

An per mortem substituentis, Gratian. cap. 737. num. 32. vide in §. Procurator num. Tuschus litt. M, conclus. 66. per tot. Altimar. supr. n. 1278. Revert. & Marin. decis. 151. & 339.

Quòd licèt ipse principalis per se litem contestatus fuerit, si postea procuratorem constituat, qui aliquem actum judiciarium faciat, per illum efficiatur dominus litis, & mandatum morte mandantis non expiret, Magon. decis. Flor. 48. num. 15. &c. vide in §. Dominus num. pr. Altimar. loc. cit. n. 1307.

Quod regulariter mandatum extinguatur morte mandantis, & quando secus, ultra superius citatos, vide leg. si defunctus, ff. de procur. l. mandatum, C. mand. §. recte, ubi Gloss. & alii Inst. de mand. Leoncil. decis. Ferr. 120. & 121. per tot. dixi in Pract. §. Procuratori num. pr. ubi an possit constitui procurator duraturus post mortem constituentis, vide in §. Administrator num. 36. Cabal. cons. decis. 145. per tot. lib. 2. Albert. Alderis. tractat. de symbol. contract. tit. 3. cap. 5. num. 77. et seqq. per tot. fol. 298. etc. ubi ampliat regulam octo modis, & illam limitat sexdecim modis usque ad num. 126. in quibus tota materia continetur quando mandatum extinguatur, vel non morte mandantis, vel mandatarii. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. a n. 1248. et seqq. tom. 5.

Qualiter mandatum finiatur morte, & aliis modis, latè Tusch. litt. M, conclus. 65. per tot. Latissimè Altimar. dict. quæst. 31. a n. 1036. cum seqq.

Quod expiret etiam per mortem civilem, Rot. part. 13. recent. decis. 506. num. 6. et part. 14. decis. 486. num. 3. et seqq. ubi quod tunc debet fiscus citari. Altimar. loc. cit. n. 1300. et n. 1330. Golin. de Procur. part. 3. cap. 4. n. 6.

Quod mandatum extinguatur per mutationem status mandantis, veluti furorem, decoctionem, & similem mutationem, & quasi, Martha vot. Pis. 84. per tot. Cabal. dict. cons. 145. ubi de ordine, vel mandato dato per debitorem campsori de tenendo sub cambiis, & recambiis summam sibi creditam, etiam post mortem ipsius debitoris, ut extinguatur morte dicti debitoris, relicto hærede pupillo, qui non tenetur ad cambia post mortem patris decursa ob status mutationem. Vide Altimat. de nullit. loc. cit. n. 1241.

Mandatum ad delictum numquam præsumitur, nisi probetur cap. ad sedem extr. de rest. spol. Bald. cons. 98. nu. 8. lib. pr. Boss. de mand. ad homicid. num. 39. Decian. respons. 4. num. 50. respons. 104. num. 33. lib. 3. etiam si famulus, vel consanguineus occidisset inimicum domini, vel consanguinei sui, Bald. cons. 393. col. ultim. lib. 5. Anan. cons. 59. Natt. cons. 469. num. 2. lib. 3. Gom. tit. de delict. cap. 3. num. 47. Simon. de Praet. cons. 15. num. 39. etc. Honded. consil. 93. nn. 13. lib. pr. Menoch. lib. 5. præsumpt. 27. Mascard. de probat. verb. Mandatum concl. 1015. Gabriel. commun. conclus. tit. de malefic. conclus. 2. Farinac. consil. 102. & 147. nu. 7. lib. 2. Paul. Bellon. tractat. de his, quæ fiunt in continenti cap. 77. Cyriac. controv. 105. et 106. Marc. Medic. Exam. 35. num. 7. 8. et 9. Farinac. de Consultat. auxil. et mandat. quæst. 134. cap. 2. et 3. per tot. Card. Tusch. litt. M. conclus. 34. per tot. dixi in Pract. §. Sicari nu. 8. et 9. ubi quod quando non constat de aliqua causa propria in delinquente, (quamvis respectu famuli, vel consanguinei, quasi propria possit dici offensa, vel injuria domino, vel consanguineo suo facta) delictum præsumitur ad instantiam alterius commissum, & potest delinquens torqueri, ut nominet mandantem, Conciol. resolut. crimin. verb. Mandatum resolut. pr. per tot. Plaz. Epit. delictor. cap. 19. num. 13. et cap. 15. num. 19. Grammat. vot. 37. Addit. ad Ambrosin. process. informat. fol. mihi 459. decis. 58. ubi notat Farinac. de indic. et tort. quæst. 37. num. 154. vide Honded. cons. 87. per tot. lib. 2. Conciol. resol. crimin. verb. Mandatum resolut. pr. cum plurib. seqq. Zuff. de legitim. process. crim. lib. pr. quæst. 66. per tot. ubi plura pro defensione imputati de mandato ad homicidium, etiam si constet de inimicitia, nisi concurrant alia infrascripta requisita; maximè si constet de delinquente, licet causam propriam non habente & quando ex defectu causæ propriæ possit delinquens interrogari, vel torqueri si sit præsens, ut nominet mandantem, intelligendo tamen si prius sit confessus, vel convictus de delicto principali, de cujus qualitate, nempè mandato inquiritur, & dummodò interrogetur in genere ad suggestionem evitandam, non autem in specie de aliquo, nisi contra eum particularia urgeant indicia. 21

Mandatum ad delictum, & præcipuè homicidium committendum, ut præsumatur, tria copulativè debent probari per Fiscum, Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 2. et 3. num. 46. et seqq. scilicet inimicitia capitalis inter eum, qui mandasse asseritur, & eum contra quem fuit mandatum, secreta alloquutio inter mandantem, & mandatarium, & quod in continenti sit sequutum, quibus conjunctim non concurrentibus, etiam si delinquens sit filius, consanguineus, domesticus, vel famulus illius, qui prætenditur mandasse, mandatum non præsumitur, Anan. consil. 59. n. 2. in fine, Dec. consil. 234. in fine, Marsil. consil. 3. num. 9. & 15. Carer. in leg. 2. §. circa secundum nu. 16. Cod. quor. appell. non recip. Menoch. de 22

præ-

præsumpt. lib. pr. quæst. 89. *num.* 555. *&* 116. Jas. *in leg. pr. num.* 31. *vers.* 5. *C. de serv. fug.* Felin. *in cap. afferte n.* 13. *de præsumpt.* Card. Tusch. *litt. M. conclus.* 34. *num.* 13. *& seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 80. *conclus.* 419. *& conclus.* 1014. Gabr. *commun. conclus. tit. de malefic. lib.* 7. *conclus.* 3. *num.* 55. Farinac. *quæst.* 134. *part.* 3. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 24. *tit.* 2. *nu.* 310. *fol.* 133. Zuff. *de legitimat. process. crim. lib. pr. quæst.* 66. *num.* 57. *& seqq. per tot.* ubi etiam, an & quando minę, vel alia inditia æquipollant allocutioni, & plenè Honded. *consil.* 87. *per tot. lib.* 2. Anton. de Ballis *tractat. variar. lib. pr. quæst.* 20. *num.* 11. *& seqq.* ubi etiam quod mandatum arguitur contra eum, qui recipit in domo homicidam post homicidium, ad Menoch. *dict. quæst.* 89. *num.* 208. vide Conciol. *in verb. Mandatum per tot.* ubi benè totam materiam declarat.

Quòd ad hoc ut dicatur constare de mandato ad homicidium, tria sunt probanda, videlicet primo colloquium præcedens, secundò tractatus illud committendi, tertiò modus, & deliberatio, quibus non probatis non possit dici constare de corpore delicti, ita ut de dicto tractatu debeat liquidè, & certè apparere, non autem præsumptivè, Vermigliol. *cons. crimin.* 31. *nu.* 2. *cons.* 70. *nu.* 2. *cons.* 83. *num. pr.* ubi de communi opinione. Nec judex potest procedere ad capturam, inquisitionem, nec torturam, nisi de corpore delicti constet, Farinac. *quæst.* 2. *n. pr. &c.* vide in §. *Corpus delicti num.* Sed ista opinio quoad corpus delicti est intelligenda, ut de illo satis constare dicatur per indicia, & præsumptiones, cum mandatum per se consideratum sit de illis delictis, de quibus non remanent vestigia, & ideò possit conjecturis probari contra mandantem, licet contra mandatarium qui exequutus fuit mandatum in delicto facti permanentis debeat constare per evidentiam facti juxta ea, quæ dixi in §. *Corpus delicti*.

Quod mandatum dicatur probatum, probato quod dominus dixerit famulo suo, non reverteris domum, donec aliquid novi senserim de illata injuria, vel similia verba, Farinac. *quæst.* 134. *cap.* 2. *num.* 41. *&c.* cum aliis per Genu. *de verb. enunciat. quæst.* 4. *lib. pr. num.* 246. *&c. fol.* 21. ubi etiam quod tale mandatum per verba enunciativa rectè induci, & probari potest, sicut & per quælibet alia verba, ex quibus appareat de intentione, & voluntate mandantis, & latius Farinac. *dict. quæst.* 134. *cap. pr.* Card. Tuschus *litt. M. conclus.* 34. *num.* 16. *& seqq.* Gabriel. *dict. tit. de malef. conclus.* 2. *num.* 47. *&c.* Farinac. *consil.* 55. *nu.* 31. *&* 47. *& cons.* 102. *n.* 34. *& seqq. lib. pr.* Conciol. *verb. Mandatum resolut. pr. nu.* 14. *& resolut.* 2. ubi quod inducitur ex quibuscumque verbis, etiam enunciativis principaliter prolatis aptis, & idoneis ad inferendum mandatum, & quando secus.

Hæc omnia de requisitis in probatione mandati, videntur intelligenda, ut sit locus pœnæ ordinariæ delicti; nam etsi omnia prædicta non concurrerent, sed tantum aliqua, & alia similia inditia gravia, & urgentia arbitrio judicis prædictis æquipollentia, & stante defectu causæ propriæ in delinquente, cum agatur de delicto difficillimæ probationis, quod in occulto, & secreto committi solet, posset juxta qualitatem inditiorum esse locus pœnæ arbitrariæ, vel torturæ, quando reus esset præsens; quando verò esset absens, & legitimè citatus, præcedentibus inditiis sufficientibus ad formandam contra eum inquisitionem specialem, sieque factus contumax, & habitus pro confesso vigore generalis consuetudinis, posset pœna ordinaria damnari, juxta ea, quæ dixi in §. *Contumacia num.* & alibi sæpè, & pluries servasum vidi Florentiæ per Magistratum Dominorum Octo Balliæ Virorum in diversis causis, ut stante inimicitia capitali cum aliis adminiculis tendentibus ad tractatum, & mandatum, procederent ut supra juxta opinionem Clar. *quæst.* 21. *vers. inimicitia vigens*, Farinac. *quæst.* 49. *num.* 116. *&c. & consil.* 196. *num.* 10. *lib.* 3. Cardin. Qualtier apud Zuff. *tract. de legitimat. process. quæst.* 66. *num.* 57. *& seqq.* ubi benè declarat quando ex defectu causæ propriæ delinquente oriatur præsumptio mandati contra inimicum offensi, concurrentibus aliis indiciis, & quando secus, ut ibi latè pro defensione prætensi mandantis, vide in §. *Inimicitia num.* 13. quicquid in contrarium votaverit D. Auditor Bandarum de anno 1675. in causa contra Joannam Cavalli de Cæsena Mandatarium prætensum, & fuerit approbatum, non servato forsan debito justitiæ rigore tam in processu, quàm in sententia, adde Conciol. *resolut. crim. verb. Inimicitia resolut.* 4. ubi quod si constat de certo occisore, qui potuit habere causam propriam, inimicitia sive sola, sive cum adminiculis non facit indicium de mandato, nisi adsint alia indicia particularia circa mandatum, tractatum, vel participationem.

Quod mandatum possit deduci, & probari non solum ex tribus requisitis hoc numero enunciatis, sed etiam ex aliis indiciis, & præsumptionibus desumptis ex personis, & causis, ex motibus, ex minis, ex animositate, ex familiaritate, ex conversatione, ex fama publica incontinenti orta, & hujusmodi, quia licet non omnia dicta tria requisita interveniant, sufficit, ut alia similia, & æquipollentia concurrant, Bald. *in leg. pr. numer.* 18. *C. de serv. fugit.* Farinac. *consil.* 55. *num.* 46. *et seqq. consil.* 102. *n.* 24. *et* 32. *quæst.* 134. *nu.* 62. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 2. *et* 3. *nu.* 52. *et seqq.* ubi benè declarat quæ sint ista indicia æquipollentia, quid, & quantum operentur.

Non autem esset verisimile mandatum, si mandatarius sit æqualis, vel melioris conditionis mandantis, Castr. & Jas. *in l. pr. Cod. de serv. fugit.* Burs. *cons.* 20. *n.* 43. *lib. pr.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. pr. quæst.* 20. *n.* 16. Conciol. *verb. Mandatum resol. pr. n.* 5.

Posset etiam attendi, quod si famulus, vel familiaris aliquid delinquendo faciat, quod utilitatem, vel satisfactionem domini respiciat, de mandato domini factum præsumatur per doctrinam Bart. *in leg. fin. ff. quod vi aut clam*, Alex. *cons.* 69. *num.* 5. *lib.* 2. Boss. *de indic. n.* 60. *et tit. de mandat. ad homicid. n.* 32. Cabal. *cons. dec.* 149. *num.* 14. *lib.* 2. Vido Gatt. *cons.* 6. *n.* 57.

Quod ad inducendum mandatum simplex (sine assassinio, de quo dixi in §. *Assassinium*) ad delinquendum, plura requiruntur, nempè primò, *persona mandantis*, qui ex causa propria moveatur ad dandum mandatum, nam si ex causa communi cum mandatario moveretur, non diceretur mandatum, sed consilium, & inflamatio, secundò requiritur *persona mandatarii* exequentis, de quo debet constare, ut dixi infra *num.* 27. requiritur *probatio ipsius mandati*, ut dixi supra *numer.* 22. & latè hæc omnia pluribus citatis comprobat Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7. *et* §. 2. *et* 3. *num.* 14. *et seqq.*

Mandatarius criminis nominando mandantem, 23
cum sit socius non facit contra illum indicium ad torturam, sed tantum ad inquirendum, nisi aliud adminiculum concurrat contra nominatum, sive simus in delictis, in quibus permittitur de sociis interrogare, sive non, Clar. §. *final. quæst.* 21. *versic. et ex hac*, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 192. *num.* 8. *etc.* Menoch. *de præsumpt. lib. pr. quæst.* 89. *num.* 75. Boss. *de inquisit. num.* 44. *et indic. num.* 182. Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *nu.* 41. *etc.* Conciol. *resolut. crim. verb. Mandatum resol.* 11. *per tot.* D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 96. *et seqq. fol.* 221. Francisc. de Angelis *tractat. de confess. quæst.* 19. *per tot. lib.* 3. Guaz. *def.* 9. *c.* 2. Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 538. *et seqq.* Farinac. *quæst.* 44. vide in §. *Societas n.* 51. *et in Pract.* §. *Compagni nu. pr. et seqq.* §. *Sicari n.* 12. *et seqq.* ubi etiam qualiter socius criminis sit leviter torquendus ad purgandam maculam infamię ex delicto contractam, nisi fuerit seductus præter intentionem ad delinquendum, quia tunc non contraxisset infamiam, & faceret indicium absque tortura, ut notat Cabal. *resolut. crim. cas.* 84. *n.* 12.

Et quod de consuetudine multorum Tribunalium præstetur fides socio criminis sine dicta tortura maximè in delictis exceptis, ita ut si plures sint, faciant indicium ad torturam absque aliis adminiculis, & cum aliis adminiculis, vel indiciis probationem ad effectum condemnandi non solum in pœnas arbitra-

rias, sed etiam quandoque ordinarias ipsius delicti, nisi aliquid obstet incontrarium, ad tradita per Cabal. *d. cas.* 84. *nu* 13. *cas.* 185. *nu.* 5. Peguer. *quæst. crimin. cap.* 5. *n.* 38. *et* 39. Zuff. *de legitim. process. lib.* 3. *quæst.* 158. ubi in crimine hæresis, Clar. *§. fin. quæst.* 21. *n.* 13. & ita servari in regno Neapolitano vigore particularium Constitutionum, Franch. *decis.* 570. Ricc. *Collect.* 3562. nisi condemnandus fuisset jam tortus vigore nominationis de illo factæ à socio criminis, quia tunc cum illud indicium fuerit purgatum per torturam, non potest conjungi cum aliis nominationibus superventientibus aliorum sociorum, ad effectum condemnandi dictum nominatum jam tortum in pœnam ordinariam, sed benè in extraordinariam, etiam triremium, ut benè declarat idem Franch. *decis.* 577. *per tot.* quem sequitur Balthass. de Ang. in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 78. *n.* 6. *et* 7. Sanfelic. *dec.* 382. *cum Addit.* ubi in terminis dictarum Constitutionum, quod probent, dummodò sint saltem tres, singillatim, & occultè in tormentis deponant, ita quod unus ignoret depositionem alterius, alia in eis non adsit causa suspicionis, nominati sint aliàs diffamari, & non fuerint torti, nominantes alios non patiantur defectus, neque aliquis eorum fuerit tamquam cadaver tortus, & alia.

Tria alia animadvertenda dixi *in Pract. dict. §. Sicari n.* 15. nempè ut verificetur quantum fieri possit aliundè confessio, & nominatio ipsius socii; socius nominans sit quoad se confessus, vel convictus, ita ut appareat, quod non nominet alios ad se exonerandum, & purget maculam ut supra in tormento, vel confronteтur, nisi obstet consuetudo, vel ipse protestetur nolle ad hunc effectum torqueri, quo casu tamen non integram faceret fidem, ut supra, vide in *§. Societas na.* 52. licet non obstante dicta protestatione quandoque viderim procedi ad dictam torturam.

Quod mandatarius confitendo fecisse de mandato, & nominando mandantem, etsi socius sit criminis (in delicto assassinii, in quo sufficit præsumpta probatio) etiam pro condemnando ad pœnam ordinariam fidem faciat, ac semiplenam probationem inducat, quæ juncta cum aliis adminiculis, puta inimicitia, & similibus, rem clarissimam efficiat, & testes singulares possint conjungi, & alia ad rem pro fisco, Martha *vot. Pisan.* 238. *per tot.* ubi profitetur, pro veritate scribere, allegat Clar. in *§. Assassinium n.* 6. Peguer. *dec.* 5. *n.* 19. *&* *decis.* 17. *num.* 40. *& seqq.* ac plures alios, & qui mandatum non acceptavit, & omni exceptione major, saltem cum adminiculis, Bajard. ad Clar. *qu.* 89 *n.* 21. cum aliis ab ipsis Citatis, Carol. Marant. *controv. part.* 5. *respons.* 59. *n.* 91. *&* 92. ubi quod integer est testis qui mandatum non acceptavit, de quo tamen vide Clar. *§. fin. quæst.* 21. *vers. ex hac*, Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 1. *quæst.* 20. *n.* 1. *& seqq.* ubi quod mandatarii dictum contra mandantem non facit indicium, nulla habita distinctione, an susceperit mandatum, vel non, nisi concurrant aliæ præsumptiones, quid si essent plures, & alia, Farinac. *quæst.* 43. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Mandatum resol.* 11. *num.* 6. ubi quod non est differentia, an susceperit mandatum, vel non, & quare juxta magis communem opinionem, quam sequitur etiam D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *num* 99. *& seqq. fol.* 221. Farinac. *consil.* 99. *per tot.* ubi plura pro defensione mandantis nominati à mandatario, qui non acceptavit mandatum, ut non faciat indicium ad torturam, cum etiam ut mandatum sit de se punibile, etiam in atrocissimis, & assassinio, requiratur fuisse deventum ad actus proximos, & quando id factum esse dicatur, vel non, de quo & Giurb. *cons.* 64. *n.* 7. *& seqq.* Vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 6. *quæst.* 4. *n.* 2.

24 Mandatum superioris excusat à delicto, quando non sumus in genere de sui natura prohibitorum, Menoch. *de arbitr. cas.* 354. *n.* 35. *& seqq.* Clar *§. fin. quæst.* 60. *vers. Solet dubitari*, facit Gratian *discept. forens. cap.* 202. *n.* 13. *&c.* vide Menoch. *loc. citat. per tot.* ubi de mandato Principis, Magistratus, domini, & patris, quod excuset à pœna ordinaria delicti, etiam in gravi crimine, non autem ab extraordinaria arbitrio judicis imponenda, nec quoad pœnam spiritualem in foro conscientiæ, cum pro salute æterna debeat quis potius omnia mala pati, quam delicto consentire. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *n.* 59.

Sed quod in practica mandatum domini non excuset à pœna ordinaria, nisi dominus sit potens, sævus, fuerit minatus, & solitus minas exequi, Sperel. *dec.* 108. *n.* 14. *&c. per tot.* Farinac. *quæst.* 97. *n.* 162. *& seqq.* dixi in *Pract. §. Servitori na.* 18. *& §. Sicari n.* 5. ubi quod quamvis famulus, vel filius delinquens de mandato domini, vel patris (cessante præmio) non comprehendatur sub nomine, & pœna sicarii, tenetur tamen pœna ordinaria delicti commissi, nisi fuerit ut supra coactus, Cabal. *resol. crimin. cas.* 289. *per tot. & de omn. gener. homicid. nu.* 495. *&c.* Farinac. *d. quæst.* 97. *n.* 11. *et seqq. et nu.* 149. *et seqq. ad* 170. Bardellon. *consil.* 276. Card. Tusch. *litt. M. conclus.* 70. *per tot.*

Mandans committi homicidium, illo sequuto, tenetur eadem pœna, qua ipse committens, etiam si primus mandatarius per se non fuerit executus, sed alteri mandaverit, nam omnes tenentur eadem pœna, & quid si re integra fuerit revocatum mandatum, & alia, vide per Cabal. *resolat. crim. cas.* 241. *et* 242. *per tot.* facit *in cas.* 243. Capyc. *decis.* 155. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 352. *et* 353. *per tot* ubi latè quod mandans puniatur eadem pœna, quando est à jure communi imposita, & arbitrio judicis, quando pœna non est indicta à jure communi, sed à statuto, quia si loquantur de faciente, non comprehendit propriè mandatum, sed est interpretativè, ut dixi in §. *Statutum puniens n.* 4. & an dicatur magis delinquere mandans, vel mandatarius *ibidem n.* 4. *et* 7. vide Farinac. & Vulpin. *in suco quæst.* 135. *part. pr.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *n.* 308. *et seqq. fol.* 132. Card. Tusch. *litt. M. conclus.* 34. *nu.* 39. *et seqq.* Cabal. *de omn. gen. homicid. nu.* 501. *et seqq.* Sanfelic. *dec.* 36. ubi plura, an & quando mandans, vel consulens, sive aliter auxilium præstans delicto teneatur eadem pœna, vel mitiori, Conciol. *resol. crim. verb. Mandatum resolut.* 8. *et* 9. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7. *§.* 2. *et* 3. *n.* 3. *et seqq.* ubi quod sequuto homicidio mandans, & mandatarius tenentur eadem pœna ordinaria de jure; homicidio verò non sequuto pœna extraordinaria, nisi aliter sit per bannimenta statutum, vel datum arbitrium usque ad mortem, quod arbitrium possit adhiberi quando mandatarius reliquit percussum tamquam mortuum, vel superchieria, & cum animo occidendi percussit, & mortaliter vulneravit. Bellegrand *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 5. *n.* 8. 25

Quod eadem pœna teneatur etiam ille, quo mediante factum est mandatum, vel oretenus, vel per litteras scienter delatas, Genu. *de scriptura privat. lib.* 3. *quæst.* 3. *nu.* 12. *fol.* 126. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 37. *n.* 11. Farinac. *q.* 130. *n.* 41. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 243. *per tot.*

Mandans tamen unicum delictum pluribus personis, non tenetur pluribus pœnis, sed unà tantùm pœna, ac si uni soli mandasset, Bart. & Marsil. *in l. si in circa, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Plaz. *Epit. delict. cap.* 15. *n.* 10. Cabal. *resolut. crim. cas.* 280. *nu.* 5. *etc.*

26 Mandans committi delictum punitur pœna ordinaria ipsius delicti commissi, etiam si quid plus præter illius intentionem fuerit sequutum, sicuti contingere potest in eo, qui mandat aliquem vulnerari, si vulnerati deinde ex vulneribus mors sequatur; cùm vulnera non possint dari ad mensuram, nisi tamen mandatarius ipse ex se fines mandati voluntariè excesserit, ut quando fuit mandatum aliquem pugno, vel baculo leviter verberari, vel sfrisari, & mandatarius gladio, vel ense graviter percussit, quia tunc mandans non teneretur de excessu pœna ordinaria, sed pœna arbitraria, Menoch. *de arbitr. cas.* 352. *n.* 1. *& seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 49. *n.* 6. *vol.* 3. Conciol. *resolut. crimin. verb. Mandatum*, reso-

resolut. 10. *per tot.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 240. *& seqq. ad* 272. Farinac. *quæst.* 135. *part.* 4. *n.* 250. *& seqq.* Bardellon. *consil.* 147. *n.* 29. *&c. lib.* 2. Cardinal. Tuschus *litt. M. conclus.* 14. *num.* 23. *&c.* Pac. Jcrdan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *n.* 199. *fol.* 125. *& resolut.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 370. *&c. fol.* 550. ubi quòd data, vel promissa pecunia, sive alia re æstimabili cum mandato ad vulnerandum tantùm, sequuta morte præter intentionem, ambo tam mandans, quàm mandatarius incurrunt in crimen, & pœnas assassinii, eo quia præcedente culpa tenentur ad casus inde sequentes, vide in §. *Assassinium n.* Sperel. *dec.* 20. *nu.* 40. *&c.* ubi qualiter etiam mandans Clericum vulnerari, efficiatur excommunicatus, si mandatarius veneno perimat, & plura de veneno ad tempus operarum propinato Clerico, ut faciat incidere statim in excommunicationem, vide in §. *Excommunicatio n.* 4. *versic. Nota etiam*, ubi contra quoad excommunicationem Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 10. *q.* 5. *n.* 10.

Circa excessum mandatarii in exequendo mandatum, Centolin. in addit. ad Farinac. *consil.* 32. *litt.* A Danza *de pugn. Doct. tit. de homic. cap.* 7. *n.* 23. *&c.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 5. *per tot.* Vide Bellegrand. *loc. cit. n.* 8. *&* 10.

Quòd mandans hominem vulnerari, & prohibens ne occidat, non teneatur pœna ordinaria si mandatarius occidat, neq; etiam teneatur restituere damna, quæ intulit mandatarius excedendo fines mandati, quando in ejus potestate fuit illos servare, Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 33. vide Conciol. *d. resol.* 10. ubi refert contrarias opiniones, & in substantia convenit cum prædictis.

27 Mandans non potest molestari, nisi prius constet de delicto mandatarii, ac de ipso mandatario, & aliter quàm per ejus contumaciam, Bost. *de delict. n.* 34. *& seqq.* Menoch. *de arbitrar. cas.* 349. *num.* 13. *&c. & cas.* 352. Clar. §. *fin. quæst.* 90. *versic. scias, etiam*, Tuschus *litt. C. conclus.* 1020. *n.* 32. *&c. litt. M. conclus.* 35. Farinac. *quæst.* 3. *num.* 1. *etc.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *n.* 311. *et seqq. fol.* 133. videndus plenè Zuff. *de legitim. process. crim. lib.* 1. *quæst.* 66. *per tot.* & est Consilium D. Card. Gualteri, Anton. de Ballia *tract. var. lib.* 2. *q.* 9. *nu.* 15. *et seqq.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 23. *n.* 36. *et* 37. Conciol. *resol. crim. verb. mandatum resol.* 6. *per tot.* dixi in Pract. §. *Delitti n.* 32. *et* §. *Sicari n.* 19. ubi quòd istud verum est de jure, sed de consuetudine, & stylo proceditur simul, & eodem tempore contra omnes legitimè indiciatos, licèt adhuc non constet de mandatario, vel de illo constet tantum per indicia ad transmittendum inquisitionem sufficientia, vel per sententiam in contumacia latam, quia in delictis gravibus, & atrocibus mandatum ex se est punibile saltem pœna extraordinaria, quamvis effectum non habuerit: ad instantiam tamen mandantis comparentis, deberet nominari Mandatarius, vel in inquisitione exprimi, si nota sit illius persona; si verò sit incognita possit contra mandantem procedi, etiam non constito de mandatarii persona, quia si aliter servaretur multa delicta remanerent impunita, contra publicam utilitatem, & torqueri si legitima extent indicia, ut egregiè etiam in puncto juris contrariis satisfaciendo consulvit Nat. *consil.* 422. *per tot. lib.* 2. quem sequitur, Farinac. *d. quæst* 3. *n.* 9. *et* 10. ubi etiam qualiter sit describenda persona mandatarii incogniti, ut si unquam venerit in fortiam Curiæ possit puniri, Zuff. *d. q.* 66. *n.* 31. *et seqq.* ubi aliter hanc praxim per consuetudinem favore imputati de mandato declarat Guttierez. *in Prax. quæst.* 16. ubi sequitur Farinacium, quem dicit rectè loqui, & ego latiùs declaravi in mea Prax. *in præfat. nu.* 187. *et seqq.* ad ibi dicta me remitto, Anton. de Ballia *d. quæst.* 9. *n.* 20. *et seqq.* Intrigliol. *dec.* 19. *n.* 20. Farinac. *q.* 3. *n.* 8. Giurb. *consil. crimin.* 91. *n.* 8. qui tenent posse mandantem extra ordinem puniri, quando non plenè constat de mandatario, sed tantum per famam, vel alia indicia, ubi qualiter possit procedi quando persona est incerta, vel mandans est causa ne sciatur, vel mandatum est de se punibile, vel quoad pœnam extraordinariam, Conciol. *d. resol.* 6. *nu.* 5. *et seqq. per tot.* Menoch *de arbitrar. cas.* 381. *n.* 8. *etc.* ubi quòd quando mandatarius nullo modo exequutus fuit mandatum, si agatur de levi crimine, mandans non punitur, si verò agatur de gravi, & atroci delicto punitur pœna extraordinaria arbitrio judicis, nisi expressè jure municipali, vel communi cautum sit de pœna speciali contra mandantem, etiam effectu non sequuto, Farinac. *d. quæst.* 3. *nu.* 6. *et* 7. Conciol. *d. resolut.* 6. *et resolut.* 7. *per tot.* vide *in* §. *Auxilium nu.* 3. de conclusione quomodo constare debeat de mandatario, ut possit mandans puniri, latè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 2. *et* 3. *nu.* 19. *et seqq. ad* 45. ubi cum Card. Gualtier. *supracit.* distinguit sex casus, & declarat Nattam *d. consil.* 422. cujus doctrinam dicit non omninò tutam, sed ego verissimam puto, & tenendam in praxi per ea, quæ dixi in *præfat. meæ Pract. n.* 187. *cum multis seqq. secundæ impressionis*. Bellegrand. *in compend. rer. crim method. tract.* 10. *quæst.* 5. *n.* 8.

An autem puniatur ille, cujus causa, & occasione sequutum fuit delictum, licèt eo non mandante, Menoch. *de arbitr. cas.* 471. ubi vult secundùm aliquos nulla pœna puniri, sed secundùm alios pœna arbitraria, ut per Osasch. *decis.* 204. *nu.* 2. *etc. vide in* §. *Delictum, n.*

An autem puniatur ille, cujus causa, & occasione sequutum fuit delictum, licèt eo non mandante, Meaoch. *de arbitr. cas.* 471. ubi vult secundùm aliquos nulla pœna puniri, sed secundùm alios pœna arbitraria, ut per Osasch. *dec.* 204. *n.* 2. *etc.* vide *in* §. *Delictum n.*

Quòd mandaotes, & mandatarii in atrocioribus delictis prout læsæ Majestatis, & similibus, possent puniri etiam pœna ordinaria delicti, licèt non consumati, quando fuit acceptatum mandatum, & fuit deventum ad actus proximos, quia quoad eos delictum habetur pro consumato, Bardellon. *consil.* 138. *lib.* 2. *et consil.* 147. *n.* 7. 25. *etc. d. lib.* 2. Farinac. *q.* 123. *n.* 79. *etc. quæst.* 134. *n.* 95. *et consil.* 4. *n.* 3. *etc.* Conciol. *versic.* M*andatum resol.* 7. *n.* 4. Farinac. *consil.* 99. *num.* 50. ubi quando dicatur deventum ad actus proximos, ut possit esse locus pœnæ, concludens pro illius exclusione ex hoc defectu.

Qualiter mandans fieri homicidium per pecuniam puniatur etiam effectu non sequuto, Menoch. *de arbitr. cas.* 360. *nu.* 39. *et seqq.* facit quod dixi in §. *Consilium n.* 3. Martha *vot. Pis.* 238. *per tot.* videndus pro fisco, & Farinac. *d. q.* 3. *nu.* 7. Carol. Matant. *contr. p.* 5. *respons.* 59. *num.* 71. *et seqq.*

Quòd sontnntia absolutoria lata ad favorem mandantis, non prosit mandatariis, nec è contra, Conciol. *resol. crimin. verb. Mandatum resol.* 5. *per tot.* ubi etiam adducit contrarium tenentes, declarat, ac concordat opiniones, & quòd si mandatarius, & mandans ambo sunt præsentes, ambo absolvuntur, vel condemnantur, si unus sit confessus, & alter negativus hic absolvitur, & alius condemnatur; si verò unus sit absens, & alter præsens, primò perficitur processus contra absentem, & postea devenitur ad expeditionem causæ contra præsentem juxta veram, ac tutiorem praxim, ad Guaz. *defens.* 2. *cap.* 8. *num.* 12. Caren. *de offic. S. Inquisit. p.* 3. *tit.* 9. *num.* 101. & alios, ac ita ego ipse sæpè servavi & servatum vidi Florentiæ, & ejus Statu, vide in §. *Tortura num.* 17. & convenit Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 16. Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 5. *n.* 8.

De materia sub hoc numero contenta plenè pluribus antiquis, & modernis citatis Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 2. *et* 3. *num.* 64. *et seqq. per tot.* ubi etiam an probationes factæ à mandatario prosint mandanti contumaci, vel è contra, & an sint admittendæ quatenus respiciunt favorem contumacis, de quo dixi in §. *Socius n.* 56. quid in tortura, & alia plura in praxi notabilia. De mandato ad delinquendum Grasset. *de Homicid. prodit.* Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method.* Carpzov. Brunnemano. & alii Criminalistæ.

Mandans non punitur si ille, quem occidi mandavit, non ab ejus mandatario, sed ab alio tertio oc- 28

cisus

eisus fuerit; prout tamen mandans si non ratione effectus, saltem ratione solius mandati de se punibilis in atrocioribus arbitrio judicis puniri; non etiam punitur mandans, quando mandatarius fuit tamquam innocens absolutus, nec quando probationes super isto delicto non concludunt, vel si mandatum non præcessit, vel si de eo plenè non appareat, vel si mandatarius erat absque mandato sua spontè facturus, quia tunc punitur mandans tantùm arbitrio judicis propter iniquitatem sui mandati, ut latè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 352. *num.* 11. *& seqq. per tot.* facit quòd dixi in Pract. *§. Delicti num.* 38. & in hoc Opere §. *Consilium num.* Costa *tract. de re integra dist.* 23. *in fin.*

29 Mandans non tenetur de delicto etiam consumato, si re integra mandatum revocavit, licèt postea mandatarius de se exequatur, quòd est intelligendum in levi delicto, nam in atrocioribus etiam re integra revocato mandato tenetur mandans saltem pœna arbitraria, Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 352. *num.* 7. *&c.* Costa *tract. de re integr. distinct.* 23. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 47. *&c. fol.* 519. *& volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 300. *&c. fol.* 132. vide Cabal. *resol. crimin. cas.* 242. *per tot.* Farinac. *quæst.* 135. *part.* 5. *num.* 174. *&c.* ubi plura, & in aliquibus recedit ab opinione Menoch. Conciol. *resolut. crim. verb. Mandatum resolut.* 9. *per tot.* ubi quòd procedit etiam in revocatione mandati tacita resultante ex parentela, pace, vel amicitia postea inita inter mandantem, & eum, quem occidi mandaverat, dummodò sit nota mandatario, quid si post mandatum orta fuerit inimicitia inter mandantem, & mandatarium, vel si mandatum fuerit ad tempus, an mandans teneatur de delicto post illud commisso, & alia ad rem.

Multa de revocatione mandati quando excuset mandantem, quomodo talis revocatio probetur, & quid si postea delictum fuerit ratificatum, Bardellon. *consil.* 123. *lib.* 2. ubi etiam an revocatio sit denoncianda personæ offendendæ, ut sibi caveat, absque tamen propalatione mandatarii, & quoad mandantem firmat denunciationem non esse necessariam, sed benè quoad consulentem, assignatque rationem differantiæ, de quo tamen vide Farinac. *q.* 135. *part.* 2. *& part.* 5. Plaz. *Epit. delict. cap.* 19. *nu.* 12. Costa *loc. supra citat.* Azor. *Institut. Moral. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 11. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 51. *fol.* 519. ubi probat non esse faciendam differentiam inter mandantem, & consulentem, & neutrum teneri facere dictam notificationem personæ offendendæ, nisi ab benè esse, & se remittit ad Dian. *part.* 2. *tit.* 16. *versic.* 17. *& part.* 3. *tit.* 5. *versic.* 83. Layman. *lib.* 2. *tit.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. Less. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 18. Salon. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 7. *contr.* 6. vide Cabal. *resolut. crimin. cas.* 243. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Mandatum resolut.* 9. *per tot.* ubi quod revocato mandato re integra, sive expressè, sive tacitè ut supra, vel si mandatum sit ad tempus limitatum, non tenetur mandans de delicto postea sequuto, dummodò revocatio mandati sit intimata, & notificata mandatario, quia si mandatarius non habuit scientiam de pœnitentia, & contraria voluntate mandantis, & exequatur mandatum, punitur mandans pœna ordinaria, & non obstante revocatione in atrocioribus delictis punitur saltem pœna extraordinaria, non tamen tenetur mandans revocato mandato aliquid notificare personæ offendendæ, sed benè tenetur consulens, etiam si consilium retractaverit, ad tradita per Cabal. & Farinac. *in locis citatis*, vide in §. *Consilium nu.* 13. facit latè Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. part. pr. cap.* 2. *dubit.* 8. *select.* 6. *& seqq. fol.* 114. *&c.* ubi de mandante percussionem Clerici, an incurrat excommunicationem tempore mandati, vel executionis, quid si moriatur ante executionem, vel revocat mandatum, & mandatarius nihilominus exequatur, vel pœniteat, sed non possit tam citò revocare quin sequatur effectus, & alia ad rem. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 5. *n.* 11.

30 Mandans, & Mandatarius puniri possunt non solùm in loco consumati delicti, sed etiam in loco dati, & acceptati mandati, in terminis Bannimentorum Bononiæ Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7. §. 7. *per tot.* licèt delictum fuerit in alieno territorio, vel statu consumatum, cùm mandatum de per se sit delictum, & punibile saltem pœna arbitraria, vel etiam ordinaria, quando sumus in atrocioribus, in quibus punitur affectus, etiam non sequuto effectu, & est locus præventioni inter dictos judices acceptati mandati, & consumati delicti, de quo vide Farinac. *quæst.* 7. *nu.* 47. *& seqq.* Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 31. *num.* 8. *fol.* 197. Clar. §. *final. quæst.* 38. *num.* 6. *&c.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *libr.* 13. *tit.* 8. *nu.* 197. ubi videtur contrarium probare, sed postea convenit cum prædictis *sub nu.* 198. Card. Tuschus *littera D. conclus.* 168. *nu.* 24. *&c. litt. M, conclus.* 36. Plaz. *Epit. delict. cap.* 15. *nu.* 16. *&c.* Franch. *decis.* 37. *num.* 5. *&* 6. & fuit judicatum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ de anno 1666. proponente D. Curtio de Polis à secretis contra quosdam Joannem Bernardi Mutinensem, & Franciscum Antonii Bononiensem, ex eo quòd in Statu Florentino tractaverint occidere quemdam Lucensem à patria exbannitum, & in statu Florentino comorantem illum seducendo, & conducendo in Statu Lucensi, à quo erat exbannitus, ut ibidem illum impunè occiderent, prout fecerunt; sed Florentiæ ratione dicti tractatus fuerunt condemnati dictus Franciscus contumax in pœnam furcarum, & confiscationis bonorum, & Joannes carceratus, ad triremes ejus vita durante, prout apparet in Giornalibus dicti Magistratus 617. à 5. & 618. à

Quæ quidem resolutio in his terminis mihi visa fuit, & videtur summo rigore plena, & fortè inconsiderata, cùm dictus tractatus talis qualis fuerit, & fortè non sufficienter quoad carceratum probatus, tenderet ad occisionem bannimenti in loco permisso, ex traditis in puncto per Clar. *§. homicidium num.* 17. vide Farinac. *quæst.* 103. *n.* 212. *&c.* Franch. *decis.* 276. *num.* 5. & alios supracitatos.

Quando autem sicarii, vel mandatarii forenses pervenerint in aliquo loco ad effectum occidendi aliquem, si fuerint capti etiam effectu non sequuto, nec ad alios actus proximos deventi, possint vigore bannimentorum sic disponentium prout Bononiæ, & Mediolani furca suspendi, cùm bannimenta etiamsi rigorosa sint servanda, Carpan. *ad nov. Const. Mediol. num.* 1046. Boss. *tit. de homic. n.* 4. *& nu.* 49. *& seqq.* Calvin. *de æquit. cap.* 102. *n.* 41. & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 8. *per tot.* vide in §. *Assassinium num.* 9. *versic. Quinto, &* §. *Forensis num.* 1.

31 Mandata Principum debent probari per litteras eorumdem, quinimò nec secretariis creditur de gratia à Principe facta, nisi constet per scripturam, ad tradita per Christin. *decis. Belgic.* 64. *vol.* 2. *vide in* §. *Gratia num.* 8. Fagnan. *in cap. cum in Jure nu.* 8. *de Offic. Delegat.*

32 Mandatum à Communitate, vel Universitate factum quas solemnitates requirat, vide Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 62. *per tot.* & alios allegavi in §. *Universitas num.* 11. eadem Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 593. ubi quando agitur de alienatione, vel impositione census. Vide Altimar. *de Nullit. rubr.* 11. *quæst.* 34. *n.* 33. *tom.* 2.

33 Mandatum datum emptori à venditore, vel alio debitore de solvendo alicui creditori, postquam est acceptatum, non potest in præjudicium dicti creditoris revocari, maximè si etiam emptoris intersit, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 362. *num.* 8.

34 Mandatum susceptum non adimplens, tenetur ad damna, & interesse, quorum loco succedit, id quod fuisset perceptum ex implemento promisso, *l. si mandavero, §. sicut, & l. si quis alicui, ff. mandati*, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 920. *num.* 26. *&* 27. *& discept.* 932. *num.* 34. cum aliis per Bich. *decis.* 618. *num* 9. ubi in terminis investimenti promissi, ut loco illius veniant fructus, qui ex investimento fuissent percepti, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 92. ubi quòd licèt mandatum de sui natura debeat esse gratuitum, admittit tamen remunerationem oblatam, vel conventam, atque indemnitatem ad expensas,

damna,

damna, & interesse, etiam pecuniæ trajectitiæ, & lucri cessantis, & mandatarius etiam, vel procurator tenetur non solum de gestis, sed de neglectis, & levissima culpa, per textum *in l. à procuratore* 13. *C. mandati*, ubi notant glos. & Baldus, *vide in §. Procurator n.* 14. & 16. Rot. cor. Caprat. *decis.* 146. *n.* 2. & 3.

35 De natura, causis, & effectibus mandati, quid sit mandatum, de vastitate hujus contractus, quot, & quales actiones ex eo competant, qualiter sit implendum in forma specifica, ad quid sibi invicem teneantur mandantes, & mandatarii, an, & quando mandatum possit revocari, quomodo finiatur, & alia ad rem, latè Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 13. *per tot. fol. mihi* 600. & *seqq.* Golin. & Carol. Ant. De Luc. ad eumd. *in tract. de Procur.* Altimar. *de nullit.* & præsertim *rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *per tot. tom.* 5.

36 An autem liceat mandatario facere occultam compensationem pro executione mandati sibi injuncti, præsertim quando mandans credebat fieri gratis, nec illi deerant alii, qui in ipsius gratiam gratis exequerentur; dic quòd si mandatum transeat in locationem, & conductionem expressè, vel tacitè, ut quia mandatarius solebat exercere pro mercede, nec creditur quòd alio modo faciat, licèt præ verecundia mercedem expressè non petat, & tunc si ei non solvatur debitum stipendium, poterit uti occulta compensatione adversus mandantem; si verò versemur in mandato propriè sumpto gratis exequendo, non erit licita dicta occulta compensatio, imò si quidquam fuerit occultè acceptum, debet restitui, ut latè ad plures casus particulares inferendo, declarat Zamor. *tract. de compensat. disput.* 5. *capit.* 8. *per tot.* facit quod dixi in *§. Procurator num.* 16. *in fine.*

37 De mandatis maximè quoad criminalia aliqua decisa refert Thoro *Compend. dec. Neapol. part. pr.* 2. & 3. *sect.* 2. *verb. Mandatum*, & de mandatis generaliter tam in civilibus, quàm in criminalibus plura indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Mandatum*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 83. &c. Valer. *de diff. utriusque fori, verb. Mandatum per tot.* Rocc. Bertachin. Ansald. Emerix Caprar. Altimar. Mans. Palm. & alii recentiores.

38 Plura de mandato suspicionis fugæ Bertachin. *vot.* 83. *vot.* 129. & *vot.* 14. Abeccl. & Crescin. *obser.* 121. *part. pr.* Emerix jun. *dec.* 70. *n.* 3. & 4. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 6. *n.* 2. *vol. pr.*

39 Mandatum pinguius semper adimpleri potest Rot. coram Ansald. *decis.* 62. *n.* 4.

40 Mandatum nunquam continet ea, quæ sunt improbabilia, & inverisimilia Barx. *decis. Bonon.* 125. *n.* 25. Larr. *decis. Granat.* 19. *num.* 9. Ansald. *decis. Sacr. Rot. Roman.* 68. *n.* 11.

41 Mandatum extenditur ad omnia dependentia, & necessaria connexa cum principali Rot. *recent. part.* 12. *decis.* 202. *n.* 11. *part.* 14. *decis.* 461. *n.* 12. Ansald. *loc. cit. n.* 12.

42 Mandatum non debet censeri inutile, & de vento Staiban. jun. *resol.* 200. *n.* 83. Rot. post Cenc. *de Cens. decis.* 528. *a n.* 11. Ansald. *loc. cit. n.* 13.

43 Mandatum non attenditur, quando Procurator quid minus promisit Ansald. *decis.* 79. *nu.* 18. Nec attenditur mandatum ad supplicandum Sanctissimo, sed quid ipse Pontifex concesserit Ansald. *loc. cit. n.* 19. & 20.

44 Mandatum an requiratur speciale ad impetrandam delegationem causæ. Altimar. *de nullit. rubr.* 20. *qu.* 54. *n.* 8. *tom.* 2.

Mandatum delegatorium an, & quando dicatur revocatum. Gloss. *in cap. in litteris de offic. deleg.* & *cap. gratum*, & *cap. relatum eod. tit.* Altimar. *de nullitatib. rub.* 10. *quæst.* 16. *n.* 46. *tom.* 2.

45 Mandatum cum libera quid sit, & quomodo constituatur, an constituatur per cartam albam. Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 25. *tom.* 2., vel per clausulam alter ego, vel alter nos Fontanell. *dec.* 433. *nu.* 18. Solorz. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 6. & 7. Altimar. *d. rubr.* 11. *quæst.* 25. *n.* 72.

Mandatum cum libera factum procuratori ad lites quid importet. Mascard. *de probat. concl.* 1314. *n.* 9. Altimar. *ubi sup. n.* 42.

46 Mandatum generalissimum quodnam sit. Card. Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 16. *num.* 28. Altimar. *loc. sup. cit. n.* 45. 46. & *seq.*

47 Mandatum cum clausula: *ad omnes alias causas &c.* an comprehendat causas futuras Loffred. *cons.* 20. *n.* 6. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 29. *nu. pr. et seq. tom.* 2. *Ad causas ad Romanam curiam devolutas legitimè* quid velit. Altimar. *sup. num.* 8. & *seq. Motas, & Movendas.* Noguerol. *all.* 9. *nu.* 89. Surd. *cons.* 160. *n.* 36. *vol.* 2. Altimar. *ibid. nu.* 21. & *seq. Et super illis coram quocunque Judice comparendum*, quid. Altimar. *ibid. nu.* 24. Cum potestate substituendi. *ibid. n.* 15. & *seq.* Et ad alia omnia faciendum, quæ utilia & opportuna videbuntur. Et promittens ratum, & gratum habere quidquid per eosdem procuratores legitime factum fuerit. Spec. *de proc. §. ratione formæ col.* 2. Gloss. *in verb. debito modo in clem. pr. de Proc.* Altimar. *dict. rubr.* 11. *qu.* 29. *n.* 47. *cum plurib. seqq.*

48 Mandatum qui ignorat fuisse constitutum in sui personam an possit exerceri illud. Alex. *cons.* 146. *col.* 3. *lib.* 5. Gratian. *disceptat.* 877. *nu.* 15. Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 30. *n. pr. tom.* 2.

49 Mandatum nullum, & non ritè, & rectè constitutum idem est. Tiraq. *ad leg. connubial. gloss. pr. part.* 6. *à n.* 12. Altimar. *ubi sup. n.* 10.

50 Mandati transumptum quomodo debeat esse Menoch. *cons.* 7. *libr. pr.* & *cons.* 745. *n.* 6. *lib.* 8. Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 32. *n.* 20. *tom.* 2.

51 Mandatum suum an possit fieri ab ipsomet notario litigante. Borell. *in Summa dec. tom. pr. tit. de procurat. n.* 84. Altimar. *ibid. n.* 22.

52 Mandatum quid debeat continere. Gratian. *discept.* 201. *n.* 41. *part.* 2. Golin. *de proc. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. Altimar. *loc. cit. n.* 23. *et* 24.

53 Mandatum factum cum mandato Judicis an possit revocari sine illius decreto Castr. *in l. si quis cum procuratorio.* 31. *§. Julianus nu.* 4. *de proc.* Altimar. *rub.* 11. *quæst.* 35. *n.* 97. & *seq. tom.* 2.

54 Mandatum quando finiat perempta instantia. Borell. *in Summa dec. tom. pr. tit. de Instantia caus.* 64. *n.* 87. & *seq* Altimar. *ibid. n.* 164.

55 Mandatum habere dicens persona nobilissima, an ei credatur. Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 20. *nu.* 17. *tom.* 2. *in fin. in appendice operis.*

56 Mandatum procuræ quando continet favorem Procuratoris, & per modum facultatis potest procurator eo non uti. Rot. cor. Buratt. *dec.* 845. *n.* 10. & cor. Dunozett. Jun. *dec.* 699. *sub nu.* 16. *vers.* & *quamvis cum duob. seqq.* Caprar. *dec.* 146. *n.* 4 *part. pr.*

57 Mandatum procuræ continens diversa facta potest in una parte acceptari, & in alia non acceptari. Turr. *de Camb. disput.* 2. *quæst.* 5. *n.* 32. *et seq.* & *quæst.* 13. *num.* 54. *cum duob. seqq.* Caprar. *d. dec.* 146. *num.* 5. *par. pr.*

58 Mandato conditionali non potest procurator liberè uti. Rot. *dec.* 374. *n. pr.* & *seqq. part.* 16. *rec.* Caprar. *dec.* 18. *n.* 9. *part. pr.*

59 Mandatum continens liberam facultatem præsentandi, intelligitur servata forma mandati. Rot. cor. Card. Cerr. *dec.* 417. *nu.* 11. & 12. & cor. Bich. *dec.* 98. *n.* 17. & *seq.* Caprar. *d. dec.* 18. *n.* 10. *part. pr.*

60 Mandatum non habere, & illius formam non observare, paria sunt. Bald. *cons.* 411. *n.* 2. *lib. pr.* Paris. *cons.* 47. *n.* 41. *pariter lib. pr.* Caprar. *dec.* 171. *n.* 2. *part. pr.*

61 Mandatum est strictè intelligendum, nec potest aliquid addi, vel detrahi. Paris. *loc. sup. cit. num.* 44. Capyc. Latr. *consult.* 92. *num.* 23. *et* 24. *lib.* 2. Caprar. *d. dec.* 171. *n.* 15. *part. pr.*

62 Mandatum habetur pro non facto, ubi conditio, sub qua erat facienda obligatio, esset contra jus, vel exorbitans, vel impossibilis, nec poterat adimpleri, & obligatio aliter facta à Procuratore remanet inefficax ex defectu consensus principalis. Rot. *dec.* 1160. *n.* 4. *lib.* 6. *part.* 3 *divers.* Caprar. *ibid. n.* 19.

63 Mandatum procuræ cum clausulis generalibus, etiam cum libera supplere nequit promissionem repugnantem voluntati constituentis. Rot. cor. Merlin. *dec.* 463. *n.* 24. cor. Bich. *dec.* 541. *nu.* 27. & *seq.* & *in rec.*

rec. dec. 418. *n.* 9. *tom.* 2. *part.* 19.

Limita si adiecta sint pacta non repugnantia voluntati instituentis. Rot. cor. Merlin. *dec.* 577. *n.* 6. *& seq. & in rec. loc. sup. cit. n.* 10.

Vel apponi solita ex natura actus, seu ex consuetudine Notariorum. Rot. *rec. loc. cit. n.* 11.

Vel si Clausulæ generales non sint restrictæ per verba *de & super præmissis*. Ruin. *cons.* 59. *n.* 3. *vol.* 5. Marta *de claus. part. pr. claus.* 46. *n.* 4. Rot. *in rec. ibid. n.* 12.

64 Mandatum procuræ generale à Patre confectum in personam filii cum clausulis amplissimis, continere dicitur facultatem assecurandi dotem à filio receptam super bonis Patris. Rot. *dec.* 436. *n.* 21. *tom.* 2. *part.* 19. *rec.*

65 Clausulæ generales *Dans &c. Promittens &c.* mandatum speciale in omnibus includunt. Rot. *dec.* 19. *n.* 9. *part.* 13. *& decis.* 8. *n.* 8. *part.* 14. *& dec.* 436. *n.* 22. *tom.* 2. *part.* 19. *rec.*

66 Mandatum procuræ cum Clausula *quod posset facere quidquid posset ipse constituens*, omnem transfert potestatem in Mandatarium. Afflict. *dec.* 305. *n.* 4. *&* 5. Rot. *dict. dec.* 436. *n.* 23. *tom.* 2. *part.* 19. *rec.*

67 Difformitas mandatorum procuræ, infert indeterminatum consensum contrahentium, & consequenter nullitatem contractus Text. in *l. pr. §. si quis ff. verb. obligat.* Rot. *dec.* 558. *n.* 6. *tom.* 2. *part.* 19. *rec.*

68 In Mandato dici debent comprehensa solita apponi, etiam si non sint expressa. Bald. *cons.* 138. *nu.* 4. *lib.* 5. Rot. *dec.* 428. *n.* 10. *part.* 5. *tom.* 2. *rec.* Rocc. Episc. *cap.* 134. *n.* 21.

69 Mandati extra fines, vel contra, actus à Procuratore gestus, non solum est nullus in excessu, sed in totum vitiatur ratione formæ, quæ est indivisibilis. Rocc. Episc. *cap.* 152. *n.* 4.

Reprobatur contraria sententia. Bursatt. *cons.* 295. *n.* 19. *lib.* 4. Capyc. Latr. *consult.* 108. *num.* 21. *lib.* 2. Rocc. Episc. *d. cap.* 152. *n.* 5.

70 In Mandato generali nunquam venit persona procuratoria, nisi exprimatur. Calderin. *cons.* 31. *tit. de testam.* Menoch. *cons.* 296. *nu.* 2. Episc. Rocc. *cap.* 501. *n.* 17.

Mandatum ad contrahendum, si alicui detur, non potest cum ipso contrahere, cum propria persona semper exclusa censeatur. Dec. *cons.* 493. *n.* 11. Rot. *dec.* 85. *n* 4. *part.* 4. *divers.* Episc. Rocc. *d. cap.* 501. *num.* 16.

71 Clausulæ generales, & amplæ in mandato contentæ intelliguntur intra speciem expressam, itatamen ut comprehendant omnia ejus individua Emerix jun. *decis.* 1331. *n.* 11.

72 Mandatum datum a Minore generaliter intelligitur datum prout de Jure, & sic servatis solemnitatibus in quolibet actu, etiamsi in ipso mandato servatæ fuerint solemnitates Emerix jun. *decis.* 392. *n.* 3., Quod intellige, ut *ibidem n.* 4.

73 Mandatum datum cum clausula *citra &c.* efficit nihilominus, ut censeatur recessū ab iis, quæ sunt incompatibilia Emerix jun. *dec.* 631. *n.* 3. *&* 4. Cels. *dec.* 28. n. 11. Pamphil. *decis.* 27. *n.* 12., ubi Add *n.* 21.

74 Mandatum consumptum, & adimpletum fit in totum irrevocabile Mantiss. ad De Luc. *lib.* 5. *decis.* 18. *n.* 5. *&* 8. *vol. pr.*, Et mandatum ad nominandum sequuta nominatione efficitur irrevocabile Mantiss. *loc. cit. libr.* 5. *decis.* 20. *n* 4. *vol. pr.*

75 Mandatum dicitur officium gratuitum unde accedente mercede transit in contractū locationis, & conductionis. Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 2. *nu.* 1. *cum duob. seq* Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 20. *nu.* 8.

76 Mandatum ambiguum declaratur per subsequentem approbationem. Card. De Luc. *de Cred disc.* 150. *n.* 2.

77 Mandatum generale ad negotia quibus, & quomodo dari soleat. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 19. *num.* 1n.

78 Mandatum procuræ in dubio deservit pro interpretatione contractus à procuratore initi. Card. DeLuc. *de Feud. disc.* 111. *n.* 6.

79 Gesta ultra Mandati fines substinentur accedente ratificatione. Card. De Luca *d. disc.* 111. *n.* 5.

80 Mandatum procuræ non requiritur in actionibus popularibus, de quibus. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 12. *n.* 6.

Mandatum procuræ duobus concessum per acceptationem unius expirat in altero. Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 48. *n.* 10. 81

De multiplici significatu hujus vocis *mandatum* plura Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 31. *a n.* 1. *tom.* 5. 82

Quibus modis contrahatur mandatum latè Altimar. *loc supra relat. a n.* 16. 83

Quid sit mandatum tacitum Gratian. *cap.* 117. *n.* 57. Latr. *dec.* 143. *n.* 21. Latr. *dec.* 20. *n.* 12. Altimar. *supr. a n.* 29. 84

Procurator immunis servari debet a mandante, & non debet esse in damno Ansald. *de comm. disc.* 61. *n.* 24. *disc.* 62. *n.* 23. Altimar. *sup. n.* 39. *& a n.* 49. 85

Per mandatarii factum obligatur mandans, & ejus heredes Ansald. *disc.* 79. *n.* 19. *disc.* 30. *nu.* 3. *&* 15. Altimar. *supra a n.* 71. 86

Mandatum quale requirat scripturam Altim. *supr. a nu.* 147. Et an ad illud sufficiat sigilli appositio *ibid. n.* 159. 87

Mandatum ambiguum intelligitur in favorem proferentis Altimar. *ibid. n.* 164. & mandans potest illud declarare *n.* 168. 88

Mandatarius ad negotia potest tractare lites, secus e contra Altimar. *supr. n.* 190. *& n.* 310. 89

Mandatum an possit constitui in carta alba Altim. *supra num.* 195. Et an debeat esse de certa persona *ibidem a n.* 191. 90

De mandato de associando Emerix jun. *dec.* 615. *n.* 3. & vide eumdem *in Indic. verb. associatio*. 91

De mandato de consignando vide Emerix jun. *dec.* 534. *n.* 1. & eumdem *in Indic. verb. consignatio.* 92

De mandato de solvendo vide Emerix jun. *decis.* 463. *&* 482. *&* 734. 93

De mandato ad præsentandum ad vacaturum ipso jure nullo Piton. *de Jurepatr. alleg.* 82. *nu.* 5. 6. *&* 16. *tom.* 2. 94

De mandato ad præsentandum beneficio pleno Piton. *loc. cit. alleg.* 100. *n.* 475. *tom.* 2. Emerix Jun. *dec.* 298. *n.* 10. *&* 11. & de mandato ad præsentandum in genere De Luc. *de Benefic. disc.* 124. *nu.* 3. *de Jurepatr. disc.* 62. *n.* 13. 95

De mandato ad resignandum Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 522. *n.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 101. *nu.* 18. De Luc. *de Benef. disc.* 38. *nu.* 8. *disc.* 52. *num.* 8. *de Alien. disc.* 54. *n.* 16. 96

De mandato de immittendo Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 39. *nu.* 2. *vol.* 2. *& libr.* 55. *decis.* 25. *n.* 11. *vol.* 4. 97

De mandato de manutenendo vide De Luc. *de Judic. disc.* 44. *nu.* 112. & eumdem *in Indic. verb. manutentio* Emerix jun. *dec.* 17. *dec.* 179. *dec.* 875. 98

De mandato exequutivo vide De Luc. *de Judic. disc.* 36. *a n.* 23. *disc.* 40. *a n.* 5. *disc.* 47. *a nu.* 51. *Miscell. disc.* 22. *a n.* 13. *de Dot. disc.* 59. *nu.* 3. & eumdem *in Indic. verb. exequutio* Emerix jun. *dec.* 502. 99

Plura de mandato, de actione ex jussu, & de in rem verso Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 27. *tom. pr.* 100

Mandatum ad delinquendum non præsumitur datum De Luc. *Regal. disc.* 180. *n.* 4. 101

Statutum loquens de Mandatario implicitè comprehendit mandantem. Farin. *quæst.* 135. *num.* 144. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. tract.* 50. *quæst.* 5. *n.* 9. Sed non ratificantem. Bellegrand. *ibid. n.* 12. 102

Mandans an gaudeat immunitate Ecclesiæ. Grasset. *de homicid. prodit.* §. 20. *à n.* 1. 103

Mandans an, & quando incurrat irregularitatem. Fagnan. *in cap. Ad Audientiam num.* 27. 53. 55. 59. 64. *&* 69. *de homicid. tom.* 5. 104

Mandanti actus tribuitur etiam non facta mentione de Mandato. Rot. cor. Ludov. *dec.* 472. *n.* 8. *& in rec. dec.* 64. *n.* 4. *par.* 6. Balducc. *de assecurat. tit. pr. dec.* 51. *n.* 26. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part* 3. *quæst.* 31. *n.* 265. *tom.* 5. 105

Mandatum de offendendo, vel occidendo non secuto effectu cautionem non rumpit. Farinac. *quæst.* 106

107.

207. n. 205. Altimar. ibid. n. 312.

107 Mandatum datur etiam ad delictum faciendum. Conciol. resol. crim. verb. mandatum resol. pr. et seq. Altimar. ibid. n. 429. et 430.

108 Mandati verba, prout vobis placuerit, vel videbitur non inducunt liberum arbitrium. Cravett. cons. 748. n. 14. Altimar. ibid. n. 327.

109 In Mandato non procedit argumentum à contrario sensu. Cravet. cons. 147. per tot. Altimar. ibid. n. 410.

110 Si Mandatum non detur in forma specifica, mandatarius determinat mandatum, prout vult. Rot. dec. 374. n. 33. et seq. part. pr. rec. Altimar. ibid. n. 337. nisi in casibus de jure expressis. Altimar. ibid. n. 438. 439. 440. et 441.

111 Mandatum speciale requiritur in oblationibus Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 598. n. 28.

Mandatum speciale requiritur in his, quæ pendent ab animo Rot. d. dec. 598. n. 28. Caprar. dec. 659. num. 12.

Mandatum speciale requiritur ad hoc ut confessiones de recepto subscriptæ a tertio probent Rocc Epis. cap. 106. n. 9. lib. 2.

112 Mandatum judiciale relaxatum nulla præcedente liquidatione non est exequendum Gregor. dec. 547. n. 7. Ubag. dec. 72. n. 12. Pamphil. & Add. dec. 77. Ansald. dec. 94. n. 49.

113 Mandatum judiciale revocatum perinde habetur, ac si non emanasset Bich. decis. 408. num. 14. Cels. dec. 307. n. 10. Ansald. dec. 96. nu. 8.

114 Semper stat præsumptio pro validitate, & justitia Decreti, Mandati, & Exequutionis factæ Crescio ad Abroclef. obser. 158. n. 8. part. pr.

115 Mandata judicis sunt strictè interpretanda itaut includant tantum id, quod ex eis pernecessa infertur Mantiss. ad De Luc. libr. 7. dec. 32. n. 3. vol. pr.

116 Mandatum judiciale quoties est validum, & justum debet confirmari. Rot. dec. 352. num. pr. part. 24. rec. Caprar. dec. 408. n. pr. part. pr.

117 Mandatum judiciale relaxatum pro credito proveniente ex transactione, cujus vigore competit via executiva, est exequendum. Rot. cor. Merlin. dec. 875. in princ. et n. 8. et 9. Caprar. dec. 394. n. pr. p. pr.

118 Mandatum Judiciale dicitur rectè relaxatum, quoties creditum est manifestum Rot. dec. 274. nu. 5. part. 14. rec. Caprar. dec. 619. n. 9. part. 2.

119 Mandati judicialis justitia resultat ex decisionibus in causa editis. Rot. rec. dec. 173. num. 2. part. 19. Caprar. dec. 259. n. 2. part. 1. & dec. 408. n. 2. pariter part. 1.

120 Mandati judicialis justitia metienda est ex eisdem Actis, non autem ex noviter deductis. Rot. coram Card. Cerr. dec. 308. nu. 8. & 9. & dec. 414. nu. 25. & 26. & in rec. decis. 116. num. 10. & 11. part. 10. Caprar. dec. 150. n. 4. part. 1. Vide infra n. 135.

121 Mandatum judiciale non executum potest executioni demandari pro summa debita. Rot. cor. Ubag. dec. 14. n. 6. & dec. 81. n. 6. Caprar. dec. 325. n. 6. part. 1.

122 Antequam deveniatur ad Mandati relaxationem, crediti liquidatio requiritur Surd. cons. 168. num. 21. Rot. dec. 143. n. 7. & dec. 161. num. 27. part. 6. & dec. 131. n. 7. & 8. part. 12. & dec. 175. num. 6. & 7. part. 16. rec. Caprar. dec. 352. n. 3. part. 1.

123 Mandati executio non valet impediri ex restitutione in integrum adversus inconsultò aditam hæreditatem cum hujusmodi judicium sit Ordinarium, & requirat altiorem indaginem. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec. 645. n. 25. & 26. Caprar. dec. 234. num. 8. part. pr.

124 Mandatum non potest redargui de defectu citationis, & decreto Judicis, cum per Notarios non soleant mandata expediri, nisi illis præviis, & intimatione. Caprar. dec. 116. n. 7. part. pr.

125 Mandatum quod apparet nullum, & injustum non est exequendum. Rot. dec. 61. n. 3. part. 18. & dec. 208. n. 5. part. 19. Caprar. dec. 352. n. pr. par. pr.

Mandati injustitia non paritur, ut ad ulteriora in illius executione procedatur. Seraphin. dec. 425. nu. 3. Caprar dec. 377. n. 2. part pr.

126 Mandatum, seu *Exequatur*, antequam relaxetur contra personam, & bona propria hæredis, debet doceri de qualitate hæreditaria, & præmitti solitei termini, seu citationes ad docendum se adiisse hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii. Salust. Tiber. in lib. pr. cap. 45. nu. 17. Ridolphin. part. pr. cap. 8. n. 23. & seq. & nu. 253. Caprar. dec. 352. num. 2. part. pr.

Mandati *Exequatur* debet obtineri, quando post illius expeditionem, & ante executionem sunt mutatæ personæ. Ridolphin. in Prax. part. pr. cap. 5. n. 21. & seq. & cap. 8. n. 32. Card. de Luc. de Judic. disc. 40. n. 5. & 7. Caprar. dec. 166. n. pr. part. pr.

Mandati *Exequatur* debet concedi, quoties ab actore fuit doctum de legitimatione personarum. Ridolphin. in praxi d. cap. 8. n. 32. part. pr. Caprar. sup. d. dec. 166. n. 2. & 3.

Mandatum expeditum per Contradictas, non citato prius principali, nec minus procuratore Causæ est nullum. Ubert. de Citat. part. 3. cap. 12. à nu. 209. usq. ad n. 214. Scacc. de Judic. cap. 57. nu. pr. lib. pr. Caprar. dec. 689. n. 10. part. 2. 127

Mandatum de evacuando datur in executionem manutentionis. Caprar. dec. 289. n. 3. part. pr. 128

Mandatum executivum loco executorialium à Rota concedi consuevit. Cassador. dec. 6. sub n. 11. de cons. possess. & propriet. Caprar. dec. 388. n. 1. par. 1. 129

Mandatum de Manutenendo intelligi debet prout jura disponunt. Rot. cor. Priol. dec. 238. nu. 7. Caprar. dec. 85. n. 6. part. pr. 130

Mandati relaxationem qui obtinuit, & deinde per plures annos tacuit, nec umquam venit ad illius expeditionem, procurando satisfactionem, præsumitur, quòd usque tunc fuerit doctum de solutione, aliàs non fuisset adeo negligens, ut non procurasset expeditionem, & satisfactionem. Modern. ad Stat. Urb. tom. 2. annot. 48. nu. 249. Rot. cor. Merlin. dec. 225. n. 21. Caprar. dec. 740. n. 10. part. pr. 131

Mandatum, quod per debitorem numquam fuit impugnatum eò magis est exequendum. Rot. cor. Coccin. dec. 1079. n. 7. & 8. cor. Bich. dec. 257. nu. 19. Mantiss. ad De Luca dec. 8. n. 5. lib. 8. vol. 3. 132

Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria debitoris, debet exequi contra personam, & bona hæredis, si hic in termino eidem præfixo rationem non reddiderit de bonis hæreditariis, inventariumque non exhibuerit. Ridolphin. in prax. part. pr. cap. 8. n. 251. Rot. dec. 143. n. 3. & dec. 511. nu. 4. part. 14. & dec. 42. nu. 7. & seq part. 17. rec. Mantiss. ad De Luc. dec. 17. n. 5. lib. 9. vol. 3. 133

Mandatum cum clausula, *dummodo possessio sit vacans*, relaxari atque exequi potest, etiam die feriato, Mantiss. ad De Luc. dec. 5. n. 6. & 8. lib. 15. vol. 4. Amplia ut ibid. num. 10. 134

Et illud Mandatum reputatur inter actus voluntariæ Jurisdictionis. Mantiss. ad De Luc. d. dec. 5. n. 7. lib. 15. vol. 4.

Mandatum de aliquo citando, decerni, & exequi valet die Dominica Mantiss. ad De Luc. d. dec. 5. n. 9. lib. 15. vol. 4.

Justitia Mandati metienda est ex eisdem actis ad effectum, ut deliberationem passo concedatur manutentio. Rot. cor. Cerr. dec. 308. num. 8. & 9. et dec. 414. n. 25. & 16. & in rec. dec. 116. n. 10. & 11. part. 10. Mantiss. ad De Luc. dec. 20. nu. 3. lib. 15. vol. 4., Vide supra n. 120. 135

Iura alia de mandatis judicialibus vide apud Card. De Luc. in Indic. verb. Mandatum Mantiss. ad eumd. apud Rot. in recent. & apud Emeria Caprar. Mans. Palm. & alios recentiores, & apud Pellegrin. in Prax. Vicar., ubi etiam agit de formis diversorum mandatorum. 136

§. MANUTENTIO. VI.

MAnutenere significat rem in eodem statu manentem tenere, & ideò qui ad hoc tenetur non potest cogi ad faciendum de novo re prima casu destructa, sed tantùm ad reficiendum, cùm edictum de manutenendo sit retinendæ, non adipiscendæ, nec restituendæ possessionis, Gratian. discep. forens. cap. 84. num. 22. &c. Tusch. lit. M. Conclus. 78. 1

Quid

Quid sit mandatum de manutenendo, & quibus concedendum, vel non, Tusch. *lit. M. conclus.* 69. *per tot. & conclus.* 79. Ricc. *in multis Collect. prout in repertorio verb. Manutentio*, plenè Post. *tractat. de manut. per tot.* Ridolphio. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *per tot.* ubi etiam ponit formulam actorum juxta Romanæ Curiæ praxim; Et quod requirat citationem partis aliàs decretum sit nullum, & quid si fuerit intimatum, Ludovis. cum Beltram. *dec.* 457.

2 Manutentio in summariissimo possessorio conceditur possidenti ad avitanda scandala, & rixas etiam pro juribus incorporalibus, ut aquæ ducendæ, aut divertendæ, tendit tantùm ad præparandum possessorium ordinarium, & ad cognoscendum quis debeat esse reus, vel actor, ideòque non solùm attenditur vera possessio, sed etiam simplex detentatio, sive justa, sive injusta, cùm tueatur tantùm præsentem statum, nec admittat exceptiones altiorem indaginem requirentes, latè Altograd. *consil.* 97. *num. pr. &c. lib.* 2. Urceol. *Consult. forens. cap.* 46. *per tot.* Ridulphin. *d. cap.* 12. *n.* 88. *& seqq. per tot.* Boccac. *de interdict. uti possidetis per tot.* Menoch. *de retinend. remed. ult. per tot.* vide in §. *Turbatio poss. num.* 2. latè Sanfelic. *dec.* 340. *cum Addit. per tot.* ubi plura notabilia de hoc summariissimo remedio, et nullas admittat exceptiones, etiam doli, nec nullitatis, etiam citationis partis, quæ præcavere debeat insistens in hoc remedio, & alia de ejus privilegiis. Abeccles. & Crescin. *obser.* 189. *par.* 1.

An in judicio manutentionis admittatur exceptio de possessione tertii, vide *in §. Exceptio n.*

Quòd in hoc judicio non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem, insecondo ad plures, sed rejiciantur in petitorium, Ridolphin. *d. cap.* 12. *num.* 246. *& seqq.* Sanfelic. *dec.* 340. *cum Additi.* Vide De Luc. *de Donat. disc.* 14. n. 6. *disc.* 35. *nu.* 2. *de Fideicomm. disc.* 13. n. 6. *& 9.*

Qualiter non obediens mandato de manutenendo possit, & debeat declarari excommunicatus donec adimpleat, idem Ridolphin. *loc. cit. num.* 260. *&c.* Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 220.

De manutentione pensionarii in exactione pensionis plura Carol. Marant. *contr. p.* 4. *respons.* 68. *per tot.* & dixi in §. *Pensio* n. 8. *& §. Quasi possessio.* Vide De Luc. *de Pens. disc. pr nu.* 2. *disc.* 30. n. 3. *disc.* 36. *n.* 3. *disc.* 37. n. 2.

3 Manutentio in summariissimo possessorio, ut sit concedenda, debent duo extrema probari, primum possessio, vel quasi, vel detentio de tempore motæ litis, vel paulò antè ex parte petentis manutentionem, secundum turbatio, sive inquietatio ex parte adversarii, pro quo sufficit etiam solus timor turbationis, de qua dicitur constare per quamcumque molestiam, & impedimentum, vel contradictionem judicialem, Altograd. *d. consil.* 97. n. 10. *&c.* Urceol. *d. cap.* 46. latè Ridolphin. *dict. cap.* 12. *num.* 100. *et seqq. et n.* 99. ubi etiam qualiter petens manuteneri debeat citare partem adversam, cùm manutentio non nisi causa cognita concedatur. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 188. *n.* 2. *et* 3. *part. pr.*

Et quando non sit necessaria citatio partis, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 340. Crescin. ad Abeccles. *dict. obser.* 188. n. 4.

Quando, & ex quibus actibus sit concedendum mandatum de manutenendo, latè Gratian. *discept. forens. capit.* 113 *cap.* 310. *cap.* 402. *per tot.* ac alibi sæpè, vide *in §. Possessio num.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 291. *num.* 12. ubi quod datur ex unico actu, Sanfelic. *dec.* 340. *cum Addit.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 182. vide infra *in novissim. Addit.* Crescin.

Quòd unicus actus sufficiens ad effectum obtinendæ manutentionis, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 26. *nu.* 3. Pen. *decis.* 817. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. jud. cap.* 17. n. 4. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 191. *num.* 4. *part. pr.*

Quòd concedatur constito de possessione tempore litis motæ, vel etiam de anteriori, quæ præsumitur continuata alio non apparente, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 431. *in princ. cap.* 910. *n. pr. cap.* 911. *num.* 3 Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 243. ubi qualiter sit concedenda emphyteutæ, quotiescumque caducitas à domino directo prætensa non est adeò clara, ut de illa dubitari non possit, *infra* n. 10. *in fine.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 10.

Conceditur tamen ad limites tantùm possessionis, & non ultra, & non possidenti non competit, Altograd. *consil.* 97. *n.* 106. *etc. lib.* 2. latè Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 169. *per tot. infra n. seqq.* Ridolphin. *d. cap.* 12. *n.* 149. Rot. *p.* 10. *rec. dec.* 224. *n. pr.* Vide Pen. *decis.* 121. *& decis.* 785. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 189. *n.* 6. *part. pr.*

Quòd pro civili possessione animo retenta, sit danda manutentio, & possit peti restitutio, & reintegratio naturalis possessionis ab alio occupatæ, Menoch. *de retinen. remed.* 3. *num.* 22. *et seqq.* benè Gait. inter decisiones Sanfelic. *dec.* 397. *n.* 20. *et seqq.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 17. n. 5.

An sit concedenda, vel deneganda propter possessionem jure familiaritatis, late Gratian. *disceptat.* 450. *per tot.* vide *in §. Uxor* n.

De manutentione in servitute viæ, vel itineris, idem Gratian. *cap.* 681. *per tot.*

De manutentione in servitute aquæ ducendæ, Merlin. *dec.* 742. *per tot.* Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 270.

Manutentio quando causa est universalis datur in totum licèt non probetur exercitium vel quasi possessio rei particularis, ut in Abbate existente in quasi possessione deputandi Capellanos in aliqua Ecclesia, probata generali quasi possessione respectu aliarum Ecclesiarum, resolvit Rota in Eugubina beneficii 1. Martii 1619. coram Buratt. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom.* 2. *dec.* 44. *nu. pr. et* 2. ubi allegatur Rot. *par.* 2. *divers. dec.* 17. *n.* 2. *etc.* Rot. *p.* 10. *rec. dec.* 45. n. 5. *etc.* ubi qualiter pensionarius sit manutenendus in exactione pensionis, etiam si partem tantùm exegerit, & alia plura, ex quibus dicatur quasi possessio exigendi justificata, & *p.* 12. *dec.* 113. *per tot.* Fontan. *dec.* 327. ubi an ex actibus particularibus datur manutentio in universum, vel tantùm ad limites possessionis, & Post. *tract. de manut. observ.* 73. Vide Crescin ad Pen. *decis.* 780. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 17. *n.* 10. Cels. *decis.* 47. *n.* 3. *& decis.* 287. *n.* 3. 4

Quòd manutentio detur etiam successori in beneficio ex possessione prædecessoris, licèt ipse successor numquam possiderit, quando agitur nomine Ecclesiæ de jure reali ipsi Ecclesiæ annexo, Sperel. *dec.* 96. n. 14. *& seqq. per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 187. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 155. *nu. pr.* ubi de pensionario, vide *p.* 12. *dec* 96. *num.* 19. *& seqq.* Crescin. ad Pen. *decis.* 214. *& decis.* 717.

Quòd detur resignanti beneficium adversus resignatarium, non obstante resignatione, Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 90. *n.* 9. *& seqq. per tot.* vide in *§. Resignatio n.* 8. *&c.* Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 33. *a num.* 5. *& seqq.*

Manutentio datur possessori anteriori, etiam si habear tantùm instrumentalem possessionem, alio tamen non possidente, & possessio posterior præsumitur clandestina, etiam si capta fuerit auctoritate judicis non ritè tamen procedentis, Cavaler. *dec.* 2. *per tot.* Merlin. *dec.* 3. *& decis.* 9. *& dec.* 14. *&* 43. 64. 121. 207. & alibi sæpè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 118. *& seqq. & nu.* 151. *et seqq. ad* 166 ubi plura de possessore anteriori manutenendo, quod tamen octo modis limitat, vide *in §. Possessio nu.* 9. Rot. *part.* 9. *recentior. decis.* 45. *per tot.* ubi plura de manutentione contra factum judicis injustè emanatum, *et dec.* 76. *num. pr. et seqq. dict. part.* 9. *et part.* 10. *dec.* 319. *per tot. et dec.* 352. *per tot. part.* 11. *dec.* 56. & alibi, sæpè & præcipuè *dict. part.* 11. *decis.* 174. *nu.* 19. ubi optimè declarat, quando hoc remedium nimis facilè usurpatum contra factum judicis procedat, vel non, nempè si de facto, & uti privatus processerit, secus si judicialiter, esto quòd errore captus injustè, vel nulliter judicaverit, quibus casibus suppetunt alia remedia juris, absque eo, quod judiciorum ordo confundatur, & *part.* 12. *decision.* 166. *n.* 5. *et seqq. et part.* 13. *decis.* 432. *per tot. et dec.* 506. *nu.* 2. *etc. part.* 14. *dec.* 55. n. 5. *etc. et decis.* 60. *per tot. et dec.* 270. *n. pr.* ubi quòd debet constare de notoria injustitia, vel nullitate, ut contra factum judicis detur reintegratio 5

parti,

parti, vide in §. Judex nu. 72. Rot. part. 18. decis. 292. ubi conceditur manutentio contra factum judicis, & ibidem dec. 293. et dec. 380. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judicial. cap. 17. nu. 6. Card. De Luc. de Judic. disc. 44. n. 82. de Benefic. disc. 25. sub n. 2. Crescin. ad Pen. decis. 76.

Quòd sit danda manutentio existenti in possessione auctoritate judicis, etiam non docto de expulsione adversariorum, & possessio posterior non sit attendenda, possitque possessor ex vi suæ civilia recuperere naturalem, Ludovis. dec. 203.

Quòd alio possidente, possessio instrumentalis non sit manutenibilia, idem Cavaler. dec. 14. num. pr. Ridolphin. loc. citat. n. 121. etc. obi intelligit nisi probetur anterior, & quòd in dubio ista instrumentalia præsumitat capta nemine possidente, nisi contrariom probetur, & inter plures instrumentales præfertur illa, quæ horam continet, vel ponctum, & alie, Rot. part. 10. rec. decis. 34. num. pr. etc. dec. 88. per tot. Beltramin. ad Ludovis. dec. 268. num. 9. et seqq. ubi quòd ad impediendam instrumentalem sufficit etiam nude detentio penes alium, licèt attentata, nisi sit omninò nulla, & infecta, & potest dari de possessione tertii, intelligendo, quando instrumentalis capta sit propria auctoritate, secùs si auctoritate judicia, quæ privat alium possessione, etiam sine ejectione. Vide Posth. de Manut. observat. 21. à n. 35. et obser. 71. n. 38. Rot. post eumdem decis. 42. nu. 3. Emerix. jun. decis. 2169. à n. 3. cum sequentib.

6 Manutentio in exactione salarii, & mercedis, an & quando competat operariis, & similibus personis conductis ad aliquid faciendum, pulchrè, Lanfranch. Zacch. tract. de salar. et merced. qu. 95. per tot. è quò tamen dissentit Pacion. de locat. et conduct. cap. 43. quatenus dicit manutentionem dari pro mercede operarum, seu servitutis, & obsequiorum, quia quando jura incorporalia, prout jus exigendi, non fundantur in corpore, non datur eorum quasi possessio, & ideò nullum possessorium judicium concedi potest pro annuis præstationibus personalibus; pro aliis verò non merè personalibus, sed occasione certæ rei, prout in jure exigendi pensiones domus, & hujusmodi, rectè quasi possessionem, & manutentionem dari cum declarationibus ibidem adductis, prout etiam dari pro præstationibus annuis personalibus, quando essent perpetuæ, seu ad vitam.

7 Manutentio datur domino, & creditori census per exactionem fructuum, etiam pendente lite super illius nullitate, vel post latam sententiam, e qua fuerit appellatum, etiam pendente causa restitutionis in integrum post latas sententias in petitorio super nullitate, Gratian. discept. forens. cap. 796. nu. 39. etc. cap. 853. nu. 16. etc. cap. 871. nu. 14. cap. 921. nu. 4. etc. cap. 948. n. 10. etc. cap 981. nu. 29. etc. Buratt. dec. 60. Gregor. decis. 313. Bich. dec. 585. per tot. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 12. num. 195. cum pluribus antecedentibus, et seqq. ubi de pluribus aliis, quibus competit manutentio in sua possessione, vel quasi, & idem esse in similibus exactionibus, Rota part. 9. rec. dec. 339. per tot. Martha vot. Pisan. 243. n. 7. etc. ubi quòd datur manutentio domino census, etiam stante onica solutione facta metu mandati executivi, Ludovis. cum Beltramin. dec. 313. vide in §. Quasi possessio, Pacion. de locat. cap. 43. per tot. ubi plura de manutentione in quasi possessione exigendi mercedes rei locatæ, & hujusmodi. Rot. part. 18. recent. dec. 403. obi de manutentione in exactione census, etiam contra successorem in re obligata, cùm jus metiendum sit ex parte possessoria, cujus conditio non mutatur ex mutatione debitoris, &c. et dec. 582. d. part. 18. ubi quòd talis manutentio datur contra quoscumque possessores, ac etiam hæredes beneficiatos tamquam possessores, ad quos transeunt bona cum causa, & onere suo; secus autem si non possideant dec. 785. d. p. 18. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. subsect. 3. intersect. 20. n. 7. Crescin. ad Pen. d. dec. 214. et dec. 717. Caprar. dec. 433. 488. et 564.

8 Manutentio datur potins habenti possessionem cum titulo, quam ei, qui solæ nititur possessioni, quando sumus in dubio, Gratian. discept. forens. c. 870. n. 32. cap. 910. n. 4. etc. Altograd. consil. 74. nu. 38. et 39. lib. 2. Rota part. 10. rec. dec. 88. num. 5. etc. vide latè Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 12. n. 166. et seqq. ubi pluribus modis declarat, Paul. Christin. dec. Belgic. 60. nu. 2. vol. pr. ubi quòd tunc demum prodest titulus quando æqualitas reperitur in possessione, aliàs præfertur ille, qui in actuali anteriori est possessione, titulo non attento, & dec. 292. dict. vol. 1. vide Sanfelic. dec. 340. cum Addit. Ludovis. cum Beltram. dec. 323. et dec. 412. Rot. dec. 88. a num. 5. part. 10. recent. Crescin. ad Pen. decis. 76. Emerix jun. dec. 1280. n. 7. et dec. 1297. n. 11.

Et quamvis in judicio manutentionis non admittantur respicientia petitorium, tamen fallit quando deducuntur ad colorandum possessorium, & tunc attenduntur, non ut causa dominii decidatur, sed ut possessio ex dominio magis justificetur, & exteris paribus obtineat, qui habet potiora jura in proprietate non ex naturali, sed ex accidentali causa, quia ubi constat de bono jure in petitorio, illud absorbet possessorium, & is obtinet, qui obtineret in petitorio, ut benè probat Altograd. consil. 97. n. 19. et seqq. lib. 2.

An detur manutentio, quando possessio pendet à titulo, ante ipsius tituli cognitionem, vel prius debet constare de titulo, Addit. ad Gregor. dec. 283. n. 8. Rot. part. 9. rec. dec. 339. n. 21. et seqq.

Cessat autem manutentio stante petitorio notoriè nullo, & non tribuente aliquod jus, & quòd dicitur de prædone manutenendo, & restituendo, limitatur ubi talis ex eisdem actis appareret, quia tunc non esset manutenendus, Gratian. discept. forens. c. 899. n. 10. 20. etc. vide in §. Spolium nu. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 11. n. 136. et 137. Sanfelic. dec. 340. cum addit. ubi plura de sola possessione, vel quasi facti attendenda. Vide Rot. part. 10. recent. dec. 295. a n. 14. Rube. de Consuet. Jur. cap. 2. a n. 78. Crescin. ad Pen. dec. 3. præsertim num. 7. et per tot. Carl. Ant. De Luc. de linea leg. art. 7. n. 11. tum. pr.

Quòd prædo sit manutenendus, intellige quando contendit cum tertio non possidente, secus si contendat cum vero domino, aut verò possessore, Post. de manutent. observat. 42 n. 169. etc. Altograd. cons. 97. n 124. Crescin. loc. supra cit. n. 10.

Quod de stylo Rotæ detur manutentio spoliatori, donec causa fuerit per tres conformes terminata, Rot. part. 2. diversf. dec. 269. in fine, cum aliis per Urceol. consult. forens. cap. 46. n. 32. et 33. Ridolphin. d. cap. 12. n. 135. etc. Crescin. ubi supra n. 6.

Quòd possessorium absorbetur quotiescumque actor patitur disputari de petitorio, cùm dominium sit suffocativum omnium aliorum jurium minoris potentiæ, ut est possessorium, Magon. dec. Lucens. 31. n. 37. et seqq. Rot. part. 2. diversf. dec. 167. nu. 10. et dec. 269. n. 5.

Et quando pars adversa patitur fieri probationes circa merita petitorii, potest judex pronunciare etiam in petitorio, ita ut non sufficiat semel protestari, sed sint repetendæ protestationes in quolibet actu, aliàs in judicialibus videtur ab illis recessum, Altograd. consil. 97. n. 35. etc. lib. 2.

Qualiter exceptio rei judicatæ in negotio principali impediat mandatum de manutenendo, Ricc. Collect. 3676.

Quòd ubi clarè constat de titulo adversarii incontinenti per confessionem partis, aut rem judicatam, aut publicum instrumentum denegetur manutentio possessori, secus si per testes, vel alio modo, Rot. part. 20. recent. dec. 333. nu. 20. etc. Vide Ansald. dec. 82. sub n. 2. et n. 8. Caprar. dec. 433. nu. 34.

Manutentio in possessorio summariissimo datur, 9
etiam pendente judicio, & lite in possessorio ordinario, etiam quòd simus in causa appellationis, Seraph. dec. 255. per tot. Gratian. discept. for. c. 569. n. 34. etc. dixi in resolut. cap. 92. n. 33. et 34. vide latè Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 12. n. 277. et seqq. Rot. part. 10. recent. dec. 220. n. 11. etc. part. 12. dec. 115. n. 10. etc. ubi idem in gradu restitutionis in integrum. De Luc. de Judic. disc. 44. n. 11. et disc. 38. sub n. 13. Crescin. ad Abeceles. observ. 289. n. 3. part. pr.

Sententia tamen lata in hoc judicio summariissimo manutentionis, tamquam interlocutoria momentaneum tantùm affert præjudicium, quod potest reparari in judicio retinendæ possessionis ordinario, & non privat possidentem sua possessione civili, Altograd. *consil.* 74. *n.* 7. *et n.* 49. *lib.* 2. Crescin. ad Abecclef. *d. obscr.* 189. *a n.* 10. *part. pr.*

Quod manutentio non admittat appellationem suspensivam, Spetel. *dec.* 86. latè Ridolphin. *d. c.* 12. *n.* 270. *et seqq. ad* 281. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 37. *n.* 56. *et* 58. *disc.* 44. *nn.* 4. *et* 84. *de Benef. disc.* 80. *n.* 2. *disc.* 97. *n.* 9. *de Credit. disc.* 112. *n.* 4.

Quid si sententia, vel decretom contineret mixtoram, Urceol. *Consult. for. cap.* 30. *n.* 14. *etc. per tot.* ubi refert pulchrum responsum D. Fabritii Ponticoli in hac materia.

Quod non admittat appellationem, & possit revocari, quandocumque melius constiterit de possessione, & alteri concedi, ita ut hodie uni cras alteri concedi possit manutentio, prout melius quisque suam possessionem probaverit, latè Urceol. *Consult. forens. in cap.* 46. *per tot.* ubi etiam quod non est necessaria explicita reservatio jurium in possessorio ordinario, sed sufficit implicita per concessionem manutentionis, & præcepti de non turbando, adde Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 263. *et seqq.*

10 Manutentio datur existenti in possessione de mandato judicis, nisi mandatum esset notoriè nullum, & injustum, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 67. *dec.* 109. *decis.* 216. *et part.* 12. *decis.* 166. *nu.* 1. *et seqq.* Grat. *disceptat. forens. cap.* 926. *per tot. cap.* 950. *nn.* 30. *etc. vide in resolut. cap.* 8. *n.* 27. *etc.* Merlin. *decis.* 221. *et* 175. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 182. Vide Balduc. *tit.* 4. *decis.* 36. *n.* 6. *et* 7. Caprar. *decis.* 64. *n.* 1. *dec.* 80. *n.* 1. *decis.* 300. *n.* 6. *et* 7. Emerix jun. 1267. *n. pr. et* 2. *dec.* 1089. *a n.* 1.

Quod concedatur adversus factum judicis nulliter, & injustè procedentis, dummodò quis non habuerit se pro spoliato, Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.* 12. *nn.* 150. Merlin. *dec.* 221. *et* 175. Rota *part.* 9. *recent. dec.* 45. *per tot. et decis.* 143. *nn.* 1. *etc. part.* 23. *dec.* 148. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 296. *et* 319.

Et quod non debeatur illi, qui se habuit pro spoliato Caprar *dec.* 203. *n.* 5. *dec.* 761. *num.* 6. & vide Emerix jun. *dec.* 61. *n.* 6.

Item datur habenti assistentiam juris, etiam non docto de possessione, nisi alius possideat, Merlin. *dec.* 544. *n.* 5. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 195. Gratian. *cap.* 870. *n.* 8. *cap.* 871. *et* 898. *nu.* 18. Duran. *decis.* 320. *nn.* 3. Christin. *decis.* 346. *vol. pr.* Ricc. *Collect.* 4170. vide Ridolphin. *in prax. part.* 12. *nu.* 143. *et seqq.*

Non autem datur contra eum, qui est fundatus in jure communi, nisi petens probet titulum, vide Paul. Christin. *dec. Belgic.* 63. *n.* 6. *vol. pr.*

Quod non detur possidenti, contra quem militat communis juris præsumptio vehemens, ac publicæ auctoritati firmans, nisi doceat etiam de titolo, Capye. *dec.* 189. Paul. Christin *decis. Belgic.* 291. *n.* 7. *volum. pr.* Ludovis. *dec.* 370.

Quod detur habenti assistentiam juris, etiam non probata possessione, procedit in jurisdictionalibus tantùm, secus in aliis materiis, Merlin. *dec.* 19. *n. pr. etc.* Emerix jun. *dec.* 228. *n.* 11. *dec.* 260. *n.* 4. *dec.* 479. *n. pr. dec.* 811. *n.* 2. *dec.* 1296. *n.* 24.

Item datur in possessione naoris, vel sibi restituitur pendente lite super validitate matrimonii, Grat. *cap.* 852. *n.* 5. *et per tot. vide in §. Maritus n. pr.*

Item conceditur proprietario adversus hæredes usufructuarii, & quoslibet tertios possessores finito usufructu, propter civilem possessionem, quam semper penes se retinuit idem proprietarius, latè Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 120. 173. *et* 313. Gratian. *c.* 779. Merlin. *dec.* 425. *et decis.* 679. Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 12. *nu.* 127. *et seqq.* ubi qualiter detur cuicumque civiliter tantùm (hoc est animo) possidenti contra turbantem in naturali possessione, ac pro illa recuperanda, & Merlin. *dec.* 151. Peregr. *decis.* 127. ubi non obstante statuto de continuanda possessione in hæredes, quia intelligitur de continuabili. Caprar. *dec.* 151. *a n.* 5. *part. pr.*

Intelligẽdo tamen quãdo cõstat de juribus claris ipsius proprietarii, & quando nulla potest competere retentio hæredibus usufructuarii, aliàs secus, idem Gratian. *cap.* 899. *num.* 7. *etc.* Post. *de manut. observ.* 26. *num.* 42. *et seqq.* dixi in *resolut. cap.* 8. *nn.* 40. *etc.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 22. *num.* 46. *et seqq.* Franc. Marc. *decis.* 867. *num.* 3. *par. pr.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 172. *n.* 12. *etc.*

Datur etiam manutentio domino directo in re emphyteutica ratione possessionis civilis, quæ penes eum remansit, quando est finita emphyteusis, & devolutio est omninò clara, secus autem si possit aliquo modo excusari, nam tunc potius datur ipsi Emphyteutæ, pro quo Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 29. *per tot. et* 243. *et part.* 11. *decis.* 13. *n.* 7. *et seqq. per tot.* Bich. *decis.* 402. *num pr.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 255. *n. pr. et seqq.* vide in *§. Dominus n.* 14. *in addit.* Vide Caprar. *decis.* 752. *n. pr. part.* 2.

Quod dominus directus finita linea emphyteutæ non sit manutenendus, si renovationem promisit, nisi velit pro se retinere, quid stante aliqua declaratione facta de renovando, & alia, Rot. apud Post. *de manut. decis.* 211. *et part.* 11. *recent. decis.* 17. *per tot.* vide in *§. Emphyteusis num.* 13. Marcha *vot. Pis.* 244. ubi pro domino directo, & Bich. *decis.* 402. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 395. *per tot.* ubi fuit concessa manutentio Ecclesiæ stante devolutione emphyteusis ob tertiam generationem finitam, non obstante nova concessione ab alio obtenta à prima longè diversa, & *dec.* 396. in eadem causa, ubi fuit confirmata præcedens decisio, & simul declarata devolutio.

Qualiter manutentio detur etiam debitori postquam creditor immissus ex Salviano de suo credito fuerit satisfactus, Rot. *part.* 28. *recent. decis.* 502. *n.* 5. dixi in *§. Creditor n.* 29. *& seqq. & num.* 69. *& in §. Immissio numer.* 10. Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 334. *per tot.* Emerix jun. *decis.* 697. *nu. pr. decis.* 2127. *n. pr.*

Manutentio non datur ex possessione, quæ dedit causam liti, Gregor. *decis.* 4. *num.* 2. *decis.* 569. *nu.* 4. Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 30. *num. pr.* Duran. *dec.* 349. *num. pr. & decis.* 330. *num.* Altograd. *consil.* 97. *num.* 119. *lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3913. ubi infert ad plura, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 78. *num* 16. *& decis.* 252. *num.* 9. *part.* 13. *dec.* 96. *num.* 17. Bich. *dec.* 648. *num.* 29. 11

Item non datur stante manifesta possessione contra jus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 801. *nu.* 27. *cap.* 870. *num.* 15. *&c.* Merlin. *decis.* 106. *num.* 3. *etc.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 295. *num.* 14. *&c.* ubi secus in dubio.

Licèt enim sufficiat sola detentatio ad obtinendam manutentionem, debet intelligi quando procedit ex justa causa aliàs secus, Cancer. *var. resol. part. pr. cap. pr. in responso juris n.* 107. *et num.* 137. Urceol. *in Append. ad cap.* 10. *&* 11. *in fin. vol.* 2.

Quid si bona sint affecta vitio spolii, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 60. *nu.* 9. *& seq.* An detur manutentio nulliter spoliato Emerix. jun. *decis.* 517. *nu. pr. decis.* 766. *n. pr. et decis.* 1264. *n. pr.*, & vide eumd. Emerix *decis.* 202. *n.* 2. *decis.* 749. *n. pr. decis.* 1089. *n. pr. decis.* 1140. *n. pr.* De Luc. *de Judic. disc.* 44. *n.* 61. 67. *&* 68.

Item non datur illi, qui facto proprio cecidit a possessione, Gratian. *cap.* 70. *num.* 61. vide in *§. Remedium n.* Caprar. *decis.* 761. *nu.* 6. Emerix jun. *decis.* 1345. *n. pr. decis.* 580. *n.* 9. *decis.* 28. *n. pr. decis.* 103. *n.* 3. *decis.* 210. *n. pr.*

Item non datur adversus illum, qui reperitur in possessione mandato judicis, quamvis per alium judicem revocetur sententia, nisi fuerit notoriè nulla, Gratian. *discept. forens. cap.* 912. *nu.* 51. *&c.* vide in *§. Remedium num. & in resolut. cap.* 8. *num.* 7. *&c. supra num.* 10.

Plures alios casus usque ad 18. in quibus non datur manutentio, vide per Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 208. *& seqq. ad* 246.

Manutentio non datur in facultativis, sed tamen ubi quis scientibus, & patientibus adversariis per plures annos acquisiverit statum considerabilem, etiam in facultativis datur manutentio, & restitutio, 12

tio, maximè cessante fraude, & malitia, Cavaler. *decis.* 286. *num. pr.* & 6. & *decis.* 418. *num.* 9. & 10. ubi simpliciter in facultativis non detur manutentio, vide latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 186. *per tot.* ubi quod ex actibus voluntariis, & facultativis quasi possessio manutenibilis non acquiritur, & quando actus dicantur voluntarii, sive facultativi, vel potius ex jure, & obligatione provenientes, optimè declarat, & est repetita in *Append. d. part.* 11. *decis.* 380. benè Sanfelic. *decis.* 340. *num.* 44. & *seqq.* Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 162. *num.* 16. dixi in §. *Facultas num.* 15. Emerix jun. *decis.* 1069. *n.* 7., Sed vide De Luc. *de servit. disc.* 31. *n.* 7. *disc.* 32. *n.* 3. *de Judic. disc.* 44. *n.* 105.

23 Manutentio dū super aliqua re fuit alicui concessa, & paraadversa interim ad evitandā executionē mandati, illā rem in aliū transtulit, potest, & debet exequi contra acquirentē eodem modo, ac si alienatio sequuta non esset, cum res litigiosa transeat cum suo vitio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 502. *nu.* 36. Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 392. *num.* 39. & *part.* 12. *decis.* 81. *per tot.* vide in §. *Alienatio num.* & §. *Res num.*

24 Manutentio quando pendet à negotio principali, vel ab aliquo antecedente, non potest concedi, nisi prius cognitum fuerit de negotio principali, veluti si petatur manutentio in possessione sepulturæ non est danda, ubi non constat de aliqua sepultura, & idem in similibus, ut benè declarat Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 283. & 350. Lancellott. *de attent. p.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 19. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 21. *n.* 7. *disc.* 44. *n.* 77. Ansald. *decis.* 30. *n.* 4. Episc. Rocc. *cap.* 158. *n.* 18. *tom.* 2.

25 Manutentio an detur ex sola juris communis assistentia, latè Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 11. Ludovis cum Beltramin. *decis.* 312. ubi quod in materia jurisdictionali sufficit sola juris assistentia pro manutentione; nisi esset turbida; nam tunc requiruntur etiam aliqui actus possessorii, vel nisi alius esset in possessione, quia tunc datur potius possidenti, quam habenti juris assistentiam; extra verò materiam jurisdictionalem non datur manutentio propter juris assistentiam, nisi probata possessione, facit quod dixi in §. *Decimæ*, & §. *Episcopus*, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 219. ubi plura de manutentione concedenda Parocho in exactione decimarum ex juris assistentia, & quasi possessione probata, & *decis.* 575. ubi quando detur alteri contra Parochum. Bertachin. *vot.* 88. *n.* 41. & 45.

26 Manutentio est concedenda possessori constito de ejus possessione per confessionem adversarii, etiam cum qualitate injustæ, & nullæ possessionis, quia hujusmodi qualitas habet contra se præsumptionem juris, & rejicitur, Lodovis. *decis.* 458. *nu.* 3. & *seqq.* Bich. *decis.* 648. *num.* 3. de quo plures alios allegavi in §. *Confessio num.* 61. *in fine*, & *in* §. *Possessio n.* 27. *in fin.*

27 Manutentio est concedenda, etiam pendente judicio restitutionis in integrum, nisi executio jam esset cœpta, & cœpta dicitur quando fuerunt decretæ, & relaxatæ executoriales, sive mandatum post sententiam, non enim sufficit esse relaxatum mandatum in ipsa sententia, quia aliàs semper posset impediri restitutio in integrum, ut benè probat Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 458. *num.* 10. vide in §. *Restitutio num.* 5. §. *Executio num.* 16. *et* §. *Nullitas n.* 27. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 785. *num.* 15. *et seqq.* ubi an, & quando detur, vel non manutentio in gradu restitutionis in integrum.

28 Manutentionem petens, & quatenus opus sit reintegrari ad possessionem, non videtur habere se pro spoliato, & alia plura notabilia quando quis intelligatur se habuisse pro spoliato, vel non; Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 555. *per tot.*

Petens verò immissionem fatetur se non possidere, sed adversarium, Ludovis. *decis.* 46. *num.* 3. & 4. Duran. *decis.* 299. *num.* 17. Burat. *decis.* 160. *nu.* 4. & 5. Bich. *dec.* 579. *num.* 6. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 44. *num.* 10.

29 Manutentio danda est possessori, licèt contractus prætendatur resolutus, quia ex resolutione contractus pernecesse non resultat possessionis resolutio, & donec de resolutione cognoscatur, manutenendus est possessor, *l. naturaliter* §. *nihil commune*, ff. *de acquir. poss.* Lanar. *consil.* 14. *num.* 12. & *seqq.* Merlin. *decis.* 313. *num. pr.* & 6. cum aliis per Bich. *dec.* 579. *num.* 3. & *seqq.*

Manutentio licèt regulariter in bonis hæreditariis non detur hæredi, qui numquam possedit, quia possessio defuncti non transit ad hæredem, nisi apprehendatur, ut dixi in §. *Possessio nu.* 18. Datur tamen hæredi litem prosequendo à defuncto intentatam, prout danda fuisset ipsi defuncto si vixisset, quia in hæredem lis, & instantia continuatur, per textus *in l. hæres absens* 19. ff. *de judic.* Menoch. *de retinend. remed.* 3. *nu.* 6. Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 9. Post. *de manuten. observ.* 55. *n.* 45. & 46. cum aliis per Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 319 *num.* 6. 7. & 8. 20

Reliqua *vide in* §. *Possessio*, & §. *Quasi possessio.* De Luc. *de Judic. disc.* 44. *n.* 102.

Manutentio in quasi possessione servitutis itineris, probato illius usu non semel, & unica vice tantum, sed triginta, & pluribus vicibus, est concedenda, etiamsi testes essent singulares, cum tendant ad eumdem finem, maximè si aliis conjecturis sint adminiculati, ac etiam non probata scientia, & patientia adversarii, quando agitur de servitute causam discontinuam habente, quidquid secus sit in servitutibus causam continuam habentibus; quæ scientia in omnem casum probatur conjecturis ad effectum manutentionis, licèt ad effectum præscriptionis sit articulanda, & concludenter probanda, unà cum usu jure servitutis, de quibus omnibus, & aliis ad rem facientibus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 681. *per tot.* Post. *tractat. de manuten. observ.* 10. *n.* 49. *observ.* 198. *num.* 46. & *observ.* 42. *num.* 30. ac ita fuit judicatum, per Excellentissimum D. Joann. Baptistam Sansonium judicem Civitatis Pistorii de anno 1682. & per me approbatum Florentiæ sub die 26. Septembris dicti anni in causam contra Andream Dominici de Quercis. 21

Manutentio an, & quando sit concedenda tutori pro detentione bonorum pupilli post finitam tutelam ratione adhuc non reddita, nec examinatis computis, plura hinc inde Fontanel. *decis.* 544. & 545. *per tot.* vide in §. *Tutela num.* 19. *cum Addit.* Vide De Luc. *de Tutor. disc.* 6. *à n.* 22. *cum seqq.* 22

Alia plura notabilia de manutentione, & conservatione possessionis in diversis casibus, quam chartam tuitivam conservatoriam appellat, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 32. *per tot.* ubi convenit cum omnibus ferè in hoc §. *notatis*, & Cancer. *var. par.* 3. *cap.* 14. *per tot.* 23

De manutentione nonnulla decisivè habentur penes Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 2. & 3. *sect.* 2. *verb. Manutentio*, & plura remissivè Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Manutentio*, & Com. August. Fontan. *eodem verb. Biblioth. legal. part.* 5. *fol.* 88. &c. De Luc. *in Indic. general.* Mantiss. ad eumdem Altimar. Bertachin. Castald. Ansald. Emerix Caprat. Constantin. Mans Palm. Crescin. & alii moderni. 24

Manutentio qualiter sit concedenda primogenito vocato in Primogenituris, quia continuatur possessio de primogenito in primogenitum absque alia nova apprehensione, Gomez. *ad l.* 45. *Tauri n.* 101. Molin. *de Hispan. Primogen. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 1. & *seqq.* Royas *de incompatibil. par.* 4 *cap.* 3. *num* 14. Christophor. de Paz. *tract. de Tenuta*, Mierez. *de Major. part.* 3. *quæst.* 11. Noguerol. *allegat.* 31. *num.* 58. & 63. Castill. *lib.* 5. *contr.* 91. *num.* 50. & plenè Rot. in Romana Majoratus, & Primog. de Cæsarinis Lunæ 17. Junii 1686. coram Albergato Decano, & 13. Januarii 1687. coram Emeria *per tot.* habentur istæ duæ decisiones impressæ apud Jo. Torre *de success. in Majorat.* & *primogenit. Ital. part.* 3. *decis.* 74. & 75. *per tot.* 25

Manutentio in materia servitutum jurisdictionalium, & præeminentialium imponit finem liti De Luc. *de Regal. disc.* 145. *n.* 2. Præsertim in rebus publicis, & communitativis, dum quod commune est, solet negligi, Idem De Luc. *ibidem* & *disc.* 178. *n.* 3. 26

Hæredi ab Intestato an sit danda vel potius hæredi testamentario manutentio De Luc. *de Legitim. disc.* 26 *n.* 4. 27

4. *&* 5. *de Fideicomm. disc.* 57. *a num.* 5. *et seq.* Vide Buratt. *decis.* 186. *num.* 6. *et* 730. *num.* 5. *decis.* 74. *et* 75. apud Post. *de manut. decis.* 88. *decis.* 230. *et decis.* 265. *part.* 10. *rec.* Post. *de Manut. observat.* 42. *n.* 19. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 26. *a n. pr. vol. pr.*

28 Manurentio an competat viro in possessione cohabitandi cum uxore post factam thori separationem De Luc. *de Matrim. disc.* 12. *n.* 2.

29 Actor, an Reus dicatur, qui petit manutentionem De Luc. *de Judiciis disc.* 2. *n.* 9.

30 Ad consequendam manutentionem ex actibus possessoriis non est necesse, ut probetur quoad istos scientie & patientia partis Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 3. *dec.* 21. *n.* 6. *vol. pr.*

31 Possessor est manutenendus, licèt agatur de emphytensia contra Dominum directum Mans. *consult.* 8. *num.* 3. De Luc. *de Emphyt. disc.* 7. *disc.* 61. *&* 67. Mantiss. ad eumdem *lib.* 4. *decis.* 9. *n.* 2. *vol. pr.*

32 Manutentio non conceditur, nisi causa cognita Crescin. ad Abeccl. *obs.* 188. *n.* 5. *part. pr.*

Libellus an sit necessarius in Judicio manutentionis. Ridolphio. *part.* 2. *cap.* 12. *n.* 94. *&* 95. Crescin. ad Abeccles. *d. obser.* 188. *n.* 6. *part. pr.*

33 Manutentio in Beneficialibus datur absque aliqua justificatione, aut productione tituli. Rot. *dec.* 193. *n.* 8. *part.* 3. *rec.* Ludovis. *dec.* 332. *n.* 2. *&* 4. Crescin. ad Abecles. *obser.* 189. *n.* 9. *part. pr.*

34 Sententia lata in Judicio Summarissimo manutentionis non privat possidentem sua possessione Civili. Altograd. *cons.* 74. *nu.* 7. *&* 49. *lib.* 2. Fagnan. *in c. In nomine Domini n.* 24. *de Test.* Crescin ad Abecles. *loc. sup. cit. n.* 11.

35 Exceptiones contra personas testium in Judicio manutentionis non admittuntur. Card. Seraphin. *decis.* 392. *n.* 2. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 44. *num.* 78. Crescin. ad Abeccl. *obser.* 191. *n.* 6. *part. pr.*

Sed Intellige hanc conclusionem juxta tradita per Gemin. *in cap.* 2. *§. fin. de Test.* Crescin. *loc. cit. n.* 7.

36 Juramentum in supplementum probationis non est necessarium in Judicio manutentionis Crescin. *ibid. num.* 10.

Probatio semiplena cum Juramento partis sufficit. Crescin. *loc. adduct. n.* 11.

37 Manutentio non datur non possidenti. De Luc. *de Judic. disc.* 44. *nu.* 62. Crescin. ad Abeccles. *loc. alleg. n.* 14. *part. pr.*

Manutentio non datur sine possessione. Pen. *dec.* 111. *& dec.* 785. Crescin. ad Abeccles. *ibid. nu.* 25. *part.* 1. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 41. *nu.* 1. *vol.* 2.

38 De rigore non repugnet quod Reo, & Possessori dari valeat manutantio, & contextualiter Actori immissio. Ansald. *decis.* 81. *num.* 9. Et qua ratione id quandoque practicari soleat in Tribunali Sacræ Rotæ Ansal. *d. dec.* 81. *n.* 10.

39 Manutentio, constito de meliori jure alterius semper revocari potest. Thomat. *dec.* 36. *nu.* 10. Rot. post Cenc. *de Censib. dec.* 242. *n.* 14. Ansad. *decis.* 30. *n* 57.

40 Manutentio, licet post decennium amissæ possessionis non competat, tamen, quando Actor impeditus fuit facto adversarii ea datur. Posth. *de manut. observ.* 58. *n.* 33. *usq. ad fin.* Rot. cor. Buratt. *dec.* 365. *n.* 11. Ansald. *dec.* 42. *n.* 40.

41 Manutentio non impeditur ex credito ex perceptione fructuum per longum tempus, vel extincto, vel saltem reddito illiquido. Text. *in l. fin. C. de Compensat.* Rot. *dec.* 345. *nu.* 12. *part.* 18. *rec.* Balduc. *de dot. tit.* 4. *dec.* 36. *n.* 12.

42 Pro manutentione in Jurepatronatus familiari sufficit quasi possessio Auctorum, secus in hæreditario. Pilon. *de Jurepat. all.* 11. *n.* 20. *tom.* 1.

An successori detur manurentio in quasi possessione præsentandi ex persona Auctoris. Rot. cor. Ubald. *dec.* 542. *n.* 7. *& in rec. dec.* 260. *nu.* 4. *& dec.* 337. *sub n.* 3. *part.* 2. *& dec.* 374. *n.* 23. *part.* 11. Piton. *de Jurep. all.* 75. *n.* 50. 51. 52. 53. 54. 55. *tom.* 2.

43 Manutentio datur in possessorio illi, cui bonum jus famulatur. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 449. *num.* 6. cor. Arguell. *dec.* 51. *n.* 4. Rot. post *All.* 5. *nu.* 34. *tom. pr.* Piton. *de Jurepatr.*

Manutentio conceditur ex cepite boni Jurie. Rot. cor. Roxas *decis.* 212. *num.* 14. Piton. *de Jurepatr. all.* 75. *n.* 67. *tom.* 2.

Patronus qui est Possessor, est manutenendus in 44
quasi possessione præsentandi lite pendente super proprietate Piton. *de Jurepatr. all.* 3. *n.* 19. *tom. pr.*

Manutentio, constito de possessione danda est utri- 45
que Collitiganti ad formam transactionis. Posth. *de Manut. obs.* 35. *n. pr. & seqq. per tot.* Rot. *dec.* 161. *n. pr. & dec.* 254. *nu.* 2. *part.* 19. *rec.* Caprar. *decis.* 522. *n. pr. part.* 2.

Manutentio datur ad limites privilegiorum proba- 46
ta possessione. Rot. cor. Peutin. *dec.* 12. *n.* 23. Caprar. *dec.* 28. *n.* 3. *part. pr.*

Manutentio quatenus competat non est opus suc- 47
currere mediante reintegratione, licet hæc duo remedia sub unico dubio cumulari possint. Rot. post Posth. *de Manut. dec.* 554. *nu.* 39. *& in rec. dec.* 25. *n.* 9. *part.* 18. Caprar. *dec.* 356. *n.* 25. *part. pr.*

Manutentio concessa, & canonizata etiam à si- 48
gnatura Justitiæ cum Rescripto *sine præjudicio* non validat possessionem vitiosam. Caprar. *dec.* 210. *nu.* 30. *part. pr.*

Manutentio non validat possessionem vitiosam eum ea concedatur etiam vitiosè ingresso. Posth. *de Manut. obser.* 42. *n.* 214. Rot. *dec.* 115. *n.* 4. *part. pr. rec.* Caprar. *ibid.*

In Judicio summarissimo manutentionis admittun- 49
tur etiam jura informia, & probationes imperfectæ Rot. cor. Gregor. *dec.* 275. *n.* 10. cor. Burat. *dec.* 827. *n.* 7. *& in rec. dec.* 124. *n.* 10. *part.* 19. Caprar. *dec.* 390. *n.* 4. *part. pr. & dec.* 564. *n.* 10. *part.* 2. Et depositiones extrajudiciales testium Mantiss. ad DeLuc. *libr.* 11. *dec.* 24. *n.* 8. *vol.* 2.

Manutentionis remedium juxta praxim & consue- 50
tudinem, consuevit hodiè adhiberi pro purgatione attentatorum. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 18. *n.* 9. Caprar. *dec.* 520. *n.* 3. *part.* 2.

Postquam creditor associatus, vel immissus fuit 51
satisfactus, manutentio danda est antiquo possessori Mantiss. ad ornat. Card. DeLuc. *lib.* 6. *dec.* 54. *nu. pr. vol. pr.*

Quando exceptio resultat ex ventre, & verbis in- 52
strumenti, tunc debet discuti, etiam in judicio manutentionis Mantiss. *loc. cit. lib.* 10. *dec.* 508. *num.* 7. *vol.* 2.

Manutentio regulariter conceditur locatori finito 53
tempore conductionis. Posth. *de manutent. obser.* 16. *n.* 49. Pacion. *de locat. cap.* 65. *nu.* 29. *cum seq.* Ansald. *dec.* 69. *n.* 2.

Manutenrio super usu Camini non impeditur ex 54
timore ignis, dum possessor illo utitur, & uti intendit juxta consuetum Caprar. *dec.* 102. *n.* 3. *part. pr.*

Manutentio datur vigore Statuti continuativi pos- 55
sessionis defuncti in hæredes. Post. *de Manut. obser.* 55. *n.* 54. Caprar. *dec.* 288. *n.* 12. *part. pr.* Card. de Luc. *de Testam. disc.* 27. *n.* 2. *de hæred. disc.* 26. *n.* 7. *de benefic. disc.* 73. *n.* 39.

Manutentio datur Donatario extincto usufructu re- 56
servato favore donantis. Posth. *de Manut. obser.* 20. *nu.* 54. *& seq.* Emerix jun. *dec.* 690. *n. pr.*

Manurentio datur Delaganti ex possessione sibi ac- 57
quisita per delegatum. Emerix jun. *dec.* 1168. *n.* 3.

Manutentio datur existenti in quasi possessione de- 58
cimandi. Posth. *de manut. observ.* 12. *n.* 14. Emerix jun. *dec.* 270. *n. pr.*

Manutentio datur hæreditati Jacenti, seu ejus Cu- 59
ratori adversus deliberationem injustam. Rot. post Cenc. *de Censib. dec.* 434. *n.* 2. *& seq.* & cor. Bich. *dec.* 18. *n.* 1. *cum seq.* Emerix. Jun. *dec.* 252. *n.* 3.

Manutentio datur hæredi hæredis gravati pro de- 60
tractionibus legitimæ, & Trebellianicæ. Posth. *de manut. obser.* 54. *n.* 23. Rot. cor. Bich. *dec.* 600. *n.* 6. *&* 7. Emerix jun. *dec.* 336. *n. pr.*

Manutentio hæredibus pluribus institutis detur pro 61
indiviso. Emeria Jun. *dec.* 771. *nu. pr.* Rocc. Episc. *cap.* 158. *n.* 19. *tom.* 2.

Manutentio datur Canonico in quasi possessione 62
præcedendi, aliisque inde dependentibus acquisita ex installatione in Choro. Rot. apud Posth. *de manut. dec.* 175. *n.* 2., & cor. Burat. *dec.* 249. *nu.* 2. Emerix jun. *dec.* 66. *n.* 14.

Ma-

63 Manutentio datur locatori adverſus conductorem finita locatione. Gratian. *diſcept.* 899. *n.* 6. Rot. *dec.* 89. *n.* 21. *part.* 9. *rec.* Emerix. Jun. *dec.* 809. *n. pr.*

64 Manutentio datur participanti de commodo, ſeu rei commoditate. Burat. *dec.* 572. *n.* 6. Rot. *dec.* 445. *n.* 5. *part.* 4. *rec.*

65 Manutentio datur Rectori antiquo Eccleſiæ adverſus diſmembrationem nullam Emerix jun. *decif.* 1048. *num. pr.*

66 Manutentio datur Scholari exiſtenti in poſſeſſione exigendi alimenta ſibi a teſtatore legata ad effectum ſtudendi Emerix jun. *decif.* 927. *per tot.*

67 Manutentio datur etiam in jure exigendi gabellas Rocc. Epiſc. *cap.* 69. *a n.* 41. *libr. pr. & cap.* 77. *n.* 6. *cod. libr. pr.* Quod declara, ut per eumdem Rocc. *loc. cit.*

68 Manutentio datur contra perturbantes, ſeu moleſtantes de facto Rot. coram Emerix jun. *decif.* 308. *ſub num. pr.*

69 Manutentio datur vigore clauſulæ *Conſtituti* contra conſtituentem, & habentem ab eo cauſam. Rot. apud Poſth. *de manut. dec.* 141. *n. pr.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 32. Emerix Jun. *dec.* 239. *n. pr.* Quæ clauſula ſuffragatur omnibus Conſtitutariis, etiam ſi poſſeſſio capta fuerit ab uno ſolum nomine proprio. Emerix. jun. *dec.* 1224. *per tot.*

70 Manutentio danda eſt poſſidenti in jure votandi, ſeu interveniendi in Capitulo & Congregatione pendente lite. Card. De Luc. *de Praeem. diſc.* 38. *nu.* 7. Item pendente lite ſuper civilitate, vel alia qualitate neceſſaria ad magiſtratus, & officia Civitatis poſſeſſor eſt interim manutenendus. Card. de Luc. *d. diſc.* 38. *n.* 8. ubi declaratur, *& ſub n.* 13.

71 Manutentio danda eſt exiſtenti in poſſeſſione hauriendi aquam, ubi præſertim eſt poſſeſſio diuturna. Text. *inl. ſi quis diuturno, ff. ſi ſervitus vendicetur.* Card. De Luc. *de Servit. diſc.* 32. *n.* 3. *&* 4.

72 Manutentio donatario competit in vim clauſulæ *Conſtituti*. Card. De Luc. *de Donat. diſc.* 14. *nu.* 2. *diſc.* 22. *n.* 3. *de Judic. diſc.* 44. *n.* 87. An autem peti debeat in foro donantis, vel donatarii. Card. De Luc. *de Donat. d. diſc.* 22. *num.* 3. Et quid ubi actus principalis eſt nullus. Card. De Luc. *de Judic. d. diſc.* 44. *n.* 86.

73 Acta facta in Judicio manutentionis, transportanda non ſunt in judicio principali Poſth. *de manut. obſer.* 69. *ſub n.* 30. *verſ. Immo nec de Jure.* Rot. *dec.* 185. *n. fin. part.* 13. *rec.* Mantiſs. ad De Luc. *dec.* 3. *n.* 3. *lib.* 9. *vol.* 3.

74 Probationes equivocæ ad effectum manutentionis non juvant. Tondut. *reſol. civil. cap.* 64. *per tot.*, & ſignanter *n.* 19. *cum ſeqq.* Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 2. *n.* 4. *lib. pr. vol.* 3.

75 Manutentio data contra unum dari debet contra alium idem jus habentem. Emerix Jun. *dec.* 31. *n.* 2.

76 Manutentio decreta contra unum non debet retardari ſub prætextu unionis cauſarum. Rot. *dec.* 652. *n.* 2. *part.* 2. *& dec.* 688. *ſub n.* 4. *part.* 3. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 99. *n.* 9.

77 Manutentio poſſeſſionem novam non tribuit, ſed antiquam confirmat. Poſth. *de Manut. obſerv.* 73. *n.* 10. *cum plurib. ſeq.* Rot. poſt eumdem *dec.* 647. *n.* 34. *cum ſeqq.* Emerix Jun. *dec.* 1099. *n.* 4.

78 Manutentio proviſo ab ordinario datur contra proviſum Apoſtolicum, quando reſervationes ſint turbidæ, ſecus claræ. Rot. cor. Burat. *dec.* 627. *n.* 3. Card. De Luc. *de Benefic. diſc.* 11. *n.* 10. *& diſc.* 15. *n.* 3.

79 Actor, vel reus, an dicatur qui manutentionem petit. Card. De Luc. *de Judic. diſc.* 2. *n.* 9.

80 Manutentio non conceditur ejecto ab officio ſervitorio. Card. De Luc. *de Beneficiis diſc.* 97. *n.* 10.

81 Manutenibilis non eſt poſſeſſio, ſi adſit vitium in captura poſſeſſionis Capyc. Latr. *decif.* 33. Argel. *de acquir. poſſeſſ. q.* 3. *art.* 5. *n.* 148. Carl. Ant. De Luc. *de Liu. leg. art.* 7. *n.* 11. *tam. pr.*

82 Poſſeſſio contra Decretum irritans non eſt manutenibilis Lotter. *de re benef. libr.* 2. *quæſt.* 46. *nu.* 63. *&* 64. *&* 70. Bertachin. *vol.* 86. *num.* 26. 44. 46. *&* 49. Emerix jun. *dec.* 1280. *n.* 9. *& decif.* 1297. *n.* 12., Sed vide Emerix jun. *decif.* 1296. *nu.* 27. Mantiſs. ad De Luc. *lib.* 16. *dec.* 3. *vol.* 2. *& lib.* 11. *dec.* 4. *n.* 21. *vol.* 3.

Manutentio, ſeu reintegratio non competit ei, qui paſſus fuit deliberationem, ſi per decennium acquievit, cum per lapſum tanti temporis, immò paucorum dierum, cenſeatur ſe habuiſſe pro ſpoliato. Poſth. *de Manut. obſer.* 58. *ſub nu.* 21. Rot. *dec.* 342. *n.* 8. *part.* 15. *rec.* Caprar. *dec.* 150. *n.* 6. *part. pr.* 83

Manutentio non conceditur ratione incertitudinis. Rot. *dec.* 456. *n.* 9. *part.* 14. *& dec.* 314. *nu.* 8. *part.* 15. *& dec.* 265. *n.* 9. *part.* 16. *rec.* Caprar. *dec.* 505. *n.* 4. *part.* 2. 84

Manutentio non datur in ſolutionibus ex liberalitate factis Poſth. *de manutent. obſer.* 53. *a numer.* 2. Caſtald. *conſult.* 193. *num.* 10. *tom.* 2. & ex cauſa merè voluntaria Caſtald. *conſult.* 192. *&* 193. 85

Manutenibilis non eſt poſſeſſio quæſita ex actibus geſtis poſt litem motam Poſth. *de manutent. obſer.* 48. *a n.* 7. Seraphin. *decif.* 1262. *nu.* 3. Buratt. *decif.* 504. *num.* 10. *& decif.* 488. *num.* 5. Epiſc. Rocc. *cap.* 86. *num.* 18. 86

Non eſt manutenibilis poſſeſſio quæſita ex actibus extortis per vim compulſivam cum repræſaliis, & extorſionibus, ſpretis inhibitionibus Mareſc. *var. lib. pr. cap.* 22. *n.* 22. Cyriac. *contr.* 155. *n.* 7. *&* 8. Rocc. *loc. cit. n.* 19. 87

Manutentio non datur Æconomo deputato Adminiſtrationi Eccleſiæ, vel Sacramentorum, qui non dicitur poſſidere Rota *dec.* 114. *n.* 16. *cum ſequenti*, *& dec.* 318. *n.* 10. *cum ſeqq.* coram Bichio *& dec.* 97. *n.* 3. coram Peutingerio Emerix Jun. *dec.* 551. *n. pr.* 88

Manutentio non datur poſt decennium, neque ipſimet Eccleſiæ Poſth. *de manutent. obſervat.* 57. *nu.* 105. Rota poſt eumdem *dec.* 330. *n.* 36. Emerix. Jun. *dec.* 517. *n.* 6. *& dec.* 541. *n.* 7. Limita quando poſſeſſor non habuit ſe pro ſpoliato Emerix Jun. *dict. decif.* 517. *n.* 7. 541. *n.* 6. 89

Manutentio non datur ſucceſſori in fideicommiſſo vigore ſtatuti continuativi poſſeſſionis defuncti in hæredem niſi ille docuerit ſe eſſe habilem ad ſuccedendum Rota *decif.* 513. *in fin. p. pr. decif.* 263. *ſub num.* 5. *p.* 2. *& decif.* 523. *in fin. p.* 3. *recent.* Emerix. Jun. *decif.* 726. *n. pr.* 90

§. MARITUS. VII.

MAritus eſt manutenendus in poſſeſſione uxoris ſuæ, qua non debet ſpoliari lite pendente, & è contra uxor in poſſeſſione viri, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 141. *& ſeqq. fol.* 197. Ricc. *Collect.* 303. vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 850. *num.* 5. *& per tot.* Tuſch. *litt. M, concluſ.* 99. *per tot.* ubi quòd etiam poteſt agere petitorio, & vindicatione, Merlin. *decif.* 400. ubi quod non denegatur manutentio conjugibus exiſtentibus in poſſeſſione exercitii matrimonialis, mota litè à tertio de nullitate matrimonii ante pubertatem contracti. Caſtald. *conſult.* 266. *n.* 6. *tom.* 2. 1

Intellige concluſionem ſi conſtet de legitimo conſenſu, aliàs ſecus ſi poſſeſſio non ſit juſta, Ludoviſ. *decif.* 351. *nu.* 40. *& ſeqq.* ubi aliis etiam modis declarat.

Item ſi propter nimiam ſævitiam viri uxor aufugerit ab eo probata ſævitia, non eſt reintegrandus maritus, etiam oblata cautione de illam non offendendo, cui non tenetur uxor credere ſtante mala in eam ſæviendi conſuetudine & diuturna perſeverantia, ex qua oritur præſumptio incorrigibilitatis, Altograd. *conſil.* 23. *num.* 17. *&* 52. *et ſeqq. lib.* 2. ubi etiam latè probat, quòd propterea amittit lucrum dotis, imò tenetur ſtatim totam dotem reſtituere, vide in §. *Uxor num.* 7. *&c.* Tuſch. *d. concl.* 99. *num.* 4. *&c.* ubi quòd admittitur exceptio nimiæ ſævitiæ, quæ tamquam incidens ad impediendam reſtitutionem debet ſummariè probari, & cognoſci, Merlin. *decif.* 67. *per tot. & decif.* 446. ubi quando ſit facienda ſeparatio thori ob ſævitiam viri, & dotis reſtitutio, Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 199 *per tot. et decif.* 270. *per tot. et part.* 18. *decif.* 463. *per tot.* ubi plura ad excluſionem ſævitiæ, illam reducendo ad levem correctionem marito permiſſam, & denegando prætenſam thori ſeparationem cum cautione de non offendendo, & illam benè tractando.

Non tamen separatio potest fieri propria authoritate conjugum, etiam in causis concordantium, sed judicio Ecclesiæ servatis servandis est facienda; & quę sævitia sit permissa, & alia ad hanc materiam, & praxim spectantia, Sperel. *decis.* 138. & 139. *per tot.* ubi etiam quo in loco sit interim uxor custodienda, & Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 199. ubi ea quibus causis, & quomodo probatis, sit licita separatio ad effectum restitutionis dotis, & *decis.* 270. in eadem causa, ubi ea circumstantiis facti perpensis fuit revocata prima decisio, vide in §. *Matrimonium nu.* 19. Rot. *part.* 13. *decis.* 328. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, ob odium implacabile, retenta tamen muliere in Monasterio alenda ex fructibus dotalibus.

Quis autem sit judex competens in bujusmodi causis possessorii simplicis matrimonialibus, vide Thesau. *decis.* 117. ubi concludit causas meri possessorii spiritualis etiam matrimonialis coram judice laico tractari posse, & Ecclesiasticum non debere inhibere quando sæcularis prævenit, & *decis.* 82. cum aliis relatis per Sperell. *decis.* 9. *num.* 1. ubi ipse tamen ex professo prout sui moris est dictam doctrinam tamquam jurisdictioni sæculari faventem latè impugnat, & contrariam opinionem pro viribus sustinet, nempè non posse judicem sæcularem in bujusmodi causis possessorii spiritualibus, & matrimonialibus se aliquo modo ingerere, quod & latius docuit in *decis.* 8. *per tot.* vide *in* §. *Judex num.* 30. hanc partem firmat etiam Dian. *resol. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *resol.* 65. facit Ludovis. *decis.* 351. *num.* 41. *&c.* ubi quod possessorium matrimoniale habet admixtam causam proprietatis.

Sed primam opinionem in possessorio meri facti distinguendo inter quæstionem facti, & juris amplectitur, licet Ecclesiasticus, & insignis Episcopus, Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13 *num.* 81. *&c. ad* 86. *in fine fol.* 360. *vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 161. *&c. fol.* 86. & *lib.* 14. *titul.* 11. *num.* 245. *fol.* 182. vide Menoch. *de recuper. remed.* 15. *nu.* 210. & *seqq.* Farinac. *quæst.* 8. *num.* 23. *&c.* dixi *in* §. *Laicus nu.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 21. *nu.* 5. & *seqq. vol.* 2. Peregrin. *decis.* 147. *per tot.* ubi quæ dicantur causæ facti, & non juris in matrimonialibus, Noguerol. *allegat.* 23. *punct.* 3. *num.* 137. & *seqq.*

Quid sint maritus, & uxor, qualiter dicantur unum corpus, & una caro, Tusch. *litt. M. concl.* 87. & 88. *per tot.* Vide Fagnan. *in cap. suscepimus nu.* 27. *de Homicid.*

An, & quando possint inter se contrahere, vel non, idem Tusch. *loc. citat. conclus.* 93. *per tot.*

2 Maritus tenetur alere uxorem, etiam extra domum suam, quando ob ejus culpam recessit à domo viri, ut quia fortè tenebat concubinam, & pro hujusmodi alimentis sunt bona tacitè obligata, ac lite pendente, debet etiam sumptus litis subministrare, Afflict. *decis.* 10. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 857. *nu.* 20. *&c.* Sperel. *decis.* 138. *per tot.* latè Surd *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 32. & *seqq.* & *tit.* 7. *quæst.* 16. *per tot.* Ludovis. *decis.* 354. ubi cum supposito quod dos fuerit ei soluta.

Quòd tenens concubinam dicatur infamis, vide in §. *Persona num.*

Quòd maritus teneatur alere uxorem, quando diverrit ab eo cum justa causa, secus autem si recesserit sine justa causa, Cavaler. *decis.* 469. ubi quòd propterea in primo casu frater, qui aluit sororem nuptam repetit alimenta à marito, qui alere tenebatur, *infra num.* 29. Castald. *consult.* 266. *nu.* 1. *tom.* 2. Marescott. *var. cap.* 83. *n.* 65. *lib.* 2. De Luc. *de Matrim. disc.* 11. *n.* 7. *de Credit. disc.* 86. *n.* 4.

An & quando maritus teneatur alere uxorem extra domum, latè Sperel. *decis.* 138 *num.* 22. & *seqq. per tot.* ubi in effectu concordat cum dicta distinctione, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 32. *n.* 26. *tit.* 4. *quæst.* 14. *num.* 19. Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 83. *n.* 66. Leonard. Balduc. inter Consultat. Urceol. *cap.* 89. *num.* 36. *vol.* 2.

Qualiter teneatur alere uxorem indotatam, Rot. *par.* 14. *recent. decis* 94. *num.* 7. & *seqq.* Licet in contrarium faciat Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 334. & Viv. *comm. opin.* 478. vide infra *num* 29. De Luc. *de Dot. disc.* 3. *n.* 8. *disc.* 150. *n.* 35. *disc.* 169. *n.* 4. *disc.* 142. *n.* 55. & 213. *n.* 9. *de Matrim. disc.* 2. *n.* 2.

Quòd maritus non teneatur alere uxorem, quæ dotem non solvit, nisi illam duxerit indotatam, & in omnem casum teneatur solum pro rata dotis receptæ, nempè de fructibus illius, maximè quando divertit à domo viri, & illi non præstat obsequia matrimonialia, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 117. ubi etiam quando nec teneatur ad alimenta litis.

Maritus tenetur alere uxorem, licet propter ipsius uxoris adulterium fuerit separatum matrimonium, nam uxor licet adultera non desinit esse uxor, etiam post thori separationem, & maritus tenetur castitatem servare, aliàs compensarentur adulteria, & posset cogi ipsam uxorem in consortium admittere, non solum officio judicis, sed ad instantiam ipsius uxoris, Clar. §. *Adulterium num.* 17. sequitur quoad alimenta, Duran. *decis.* 399. *num.* 9. facit Gratian. *disceptat. forens. cap.* 102. *nu.* 24. *&c.* vide *in* §. *Matrimonium num.* 20. latè Paul. Christin. *decis.* 218. *nu.* 34. *et seqq. volum.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *per tot.* Leoncill. *decis. Ferr.* 84. *per tot.* ubi plura, Thom. Trivis. *decis.* 16. *lib.* 2. 3

Intelliga dictam conclusionem de alimentis præstandis uxori adulteræ, quando ad meliorem vitam redierit, & de commisso delicto pœnituerit, aliàs autem secus, si in illa vitæ turpitudine perseveret, Osasch. *decis.* 124. Bajard. ad Clar. *dict.* §. *Adulterium num.* 113.

Quòd maritus rem habens cum uxore adultera scienter, non facta pœnitentia, videatur adulterium remittere, illius mores approbare, & mortaliter peccet, *cap. conjugio* 32. *quæst. pr.* Bertach. *in sua Repertor. verb. Adulter num.* 3. Bajard *num.* 115. & *seqq.* quod dicitur leno, & pœnam lenocinii incurrat non accusando, nisi esset homo sanctæ vitæ, qui vellet Christum imitari retribuendo bonum pro malo, absque tamen consensu in peccato, vide Diana *par.* 9. *tractat.* 8. *resolut.* 40. *per tot.* dixi in §. *Adulterium nu.* 13. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 76. *nu.* 105. *etc.* Leonail. *decis. Ferrar.* 84. *num.* 38. ubi quòd scienter cognoscens, vel osculans uxorem adulteram censetur remittere jus querelandi quoad præteritum, non quoad futurum.

Maritus potest correctionis gratia uxorem leviter percutere, quæ autem dicatur levis, vel gravis percussio, & qualiter teneatur de excessu, late Alogr. *consil.* 23. *num. pr. et seqq. lib.* 2. vide in §. *Uxor nu* 8. Rot. in Neapolitana separationis thori 28. Junii 1624. coram Buratto, penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom.* 2. *decis.* 56. *per tot.* & *decis.* 94. *nu.* 13. *quæ est in part.* 11. *recent. decis.* 35. *n.* 13. Thom. Trivis. *decis.* 45. *num.* 15. *lib. pr.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 270. *nu.* 3. *et seqq.* Sperell. *decis.* 239. *per tot.* ubi propterea *nu.* 10. *etc.* infert quod non potest compelli ad cavendum de non percutiendo moderatè uxorem, & ad correctionem, & si de facto se obligasset, non teneret promissio tamquam contra bonos mores, nec diceretur contravenire moderatè illam pro modo culpæ castigando, cum id permittente lege faciat, imò vir prudens debeat quotidiè malos uxoris mores corrigere, ne transeant in consuetudinem, quæ vix postea tollitur, & ponit exempla sevitiæ. Sed quoad cautionem contrarium probant alii citati in §. *Uxor nu.* 8. & passim servatur Florentiæ, facit Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 463. ubi fuit provisum prætensæ sevitiæ per cautionem de non offendendo, & bene tractando. Vide Fagnan. *in cap. cum contingat n.* 21. *de for. comp.* 4

Quòd maritus possit carceribus mancipare uxorem, sicut Pater filium, *leg. si constante*, §. *si maritus*, ubi DD *ff. solut. matrim. Auth. sed novo jure*, *Cod. de repud. cap. placuit* 33. *quæst.* 2. Faber. *in* §. *Sed hoc tempore*, *Instit. de his, qui sui, vel alien. jur. sunt*, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 404. *obser.* 15. vide in §. *Pater n.* 32. Vide Fagnan. *in dict. cap. cum contingat n.* 21.

Maritus facto divortio tenetur statim dotem restituere, nec gaudet aliqua dilatione statuti, vel Legis, intelligendo quando ex ejus culpa procedit, quia 5

tunc

tunc indignus est nomine, & privilegiis mariti, Gratian. *discept. forens. cap.* 106. *per tot.* Clar. *§. Adulterium nu.* 12. *&* 13. Altograd. *consil.* 23. *nu.* 19. *& seqq. lib.* 2. ubi quòd facto divortio ex culpa viri tenetur totam dotem restituere uxori cum augumento, & lucro dotis, vide in *§. Dos n.* 28. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 514. ubi quòd sævitia viri tribuit justam caosam separationis thori, quo casu tenetur maritus ad restitutionem dotis, & ex quibus arguatur dicta sævitia tam præterita, quàm futura.

6 Maritus, vel uxor non potest ingredi monasterium, nisi quoque alter ingrediatur, & posset ingressus à remanente in sæculo revocari, nisi unus commiserit adulterium, quia tunc cum ille cesserit juri suo, potest innocens absque alterius delinquentis licentia ingredi, licet alter in sæculo remaneat, qui tamen vivente innocente religioso facto, non potest aliud matrimonium contrahere, Gratian. *discept. forens. cap.* 102. *n.* 21. *&c.* Dian. alios citans *part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 73. ubi quòd requiritur, ut ambo ingrediātur, vel quòd remansurus in sæculo votum perpetuę continētiæ emittat, & sit adeò ætate provectus, ut in eo cesset omne periculum incōtinentiæ, & quæ ætas sufficiat ad hūc effectū, de quo refert diversas opiniones, *& dict. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 129. ubi probat sufficere quod uxor remansura in sæculo voveat castitatem, etiam si juvenis sit nisi vir ad Episcopatum promovendus sit, quia tunc omninò est necessarius ingressus uxoris in religionem, Vide Fagnan. *in cap. cum sis de Convers. Conjugat. n.* 1. *& seqq.*

Quid autem si maritus sit promovendus ad Cardinalatum, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 29. De prædictis, & an sit necessaria licentia Episcopi, idem Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 56. *per tot.* Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 59 ubi quod possunt maritus, & uxor de mutuo consensu, & cum licentia Sedis Apostolicæ ingredi Religionem.

Quod ingressus non possit professionem emittere, nisi post annum, qui annus est etiam expectandus per remanentem in sæculo antequam aliud matrimonium contrahat prout potest, quando alter fuit ingressus religionem re integra ante matrimonium consumatum, alias secus, idem Gratian. *cap.* 591. *nu.* 27. *&c.* vide *in §. Uxor n.* 5. *infr. nu.* 12. *in §. Matrimonium n.* 28.

An non obstante copula violenter extorta intra bimestre possit fœmina, quæ vim passa est contradicente viro religionem intrare, an uterq; ingredi debeat, vel sufficiat consensus erga alterum, vel quod maritus efficiatur Eques D. Joannis, & alia, Dian. *part.* 3. *tract* 4. *resol.* 242. *&* 243.

7 Maritus quando possit impunè occidere adulterantem cum uxore sua, & ipsam uxorem simul, & quę requirantur, ut saltem excusetur à pœna ordinaria, an possit hoc aliis mandare, vel alios in suum auxilium convocare, an si adulter sit Clericus incurrat irregularitatem, & excommunicationem, & quid in foro conscientiæ, latè Cabal. *resolut. crimin. cas.* 300. *per tot.* Laurent. Matthæo. & Sanz. *tract. de re crimin. controv.* 11. *&* 12. *per tot.* Clar. *§. Homicidium, vers. sed quid dicendum*, Martha *vot. Pis.* 206. ubi quòd occidendo adulterum etiam ex intervallo excusatur à pœna ordinaria, & latè Sanz. *d. controv.* 12. *per tot.* Carol. Rota *in Florileg. verb. Adulterium nu.* 46. Thom. Trivis. *decis.* 22. *lib.* 2. ubi quòd maritus, & pater non possunt per alios facere, & ideò mandatarii non excusantur, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 81. *fol.* 522. ubi etiam quid in patre, filio, & fratre, Anton. de Ballis *lib.* 3. *cas.* 1. *nu.* 65. *& seqq.* Diana *part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 28. vide in *§. Pater n.* 29. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 152. *vol.* 2. *n.* 8. *&* 9. Tiraquel. *de leg. connub. lib.* 3. alios allegavi in *§. Adulterium n.* 7. Ricc. *Collect.* 497. *&* 2061. ubi vide, & plenè Sanfelic. *dec.* 337. cum tribus allegationibus Advocatorum pro defensione mariti, & plena additione in quibus locis plura notabilia habentur de hac materia, præcipuè mariti favore de hujusmodi delictis imputati, etiam si uxor interfecta fuerit pregnans, Farinac. *de homicid. quæst.* 121. *part.* 2. *per tot.* ubi plura Matt. Mur. *dec. Siciliæ* 61. *per tot.* Paul. Rub. *in Annotat. ad decis. pr. part.* 9. *recent. volum. pr.* ubi ostendit nullo casu mundi, nec illo jure licitum esse marito occidere uxorem adulteram, & quatenus eam repertam in flagranti statim, & incontinenti occiderit eximi tantum à pœna ordinaria homicidii, non autem ab extraordinaria [quidquid patri videatur impunè permissum occidere filiam, & adulterum in flagranti, ratione patriæ potestatis, vel potius quia lex magis confidit de pietate patris, quam de sævitia mariti] si verò maritus ex intervallo occidat uxorem adulteram, magnam esse inter DD. contentionem ac possit à pœna ordinaria excusari, & multos pro affirmativa allegat, licet ipse videatur transire cum negativa, ut tunc possit puniri pœna ordinaria, quia tales interfectores honoris causa dicuntur colere Diabolum, & leges ejus, facit quod dixi in §. *Homicidium n.* 25. Sed æquiorem, ac in supremis Europæ Tribunalibus acceptam esse opinionem pro pœna extraordinaria mitiori, etiam ex intervallo sequuto homicidio, latè pluribus juribus, & rationibus propositis, probat Matthæu. Sanz. *controv.* 22. *per tot.* Intellige prædicta si ferro occidat, & non veneno, idem Sanz. *contr.* 62. *n.* 45. *& seqq.* Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 2. *§.* 4. *num.* 124. *& seqq. fol.* 207. ThoroComp. *dec. Neap. part.* 1. *&* 3 *sect.* 2. *verb. Occidens.* Vide Fagnan. *in cap. interfecisti n.* 6. *de homicid.* ubi etiam quid dicendum de Jure canonico Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 16. *n.* 9. ubi an marito liceat illam occidere ex intervallo.

Non etiam è contra licitum est uxori occidere virum adulterum, quia nec accusare potest, Ricc. *dec.* 147. *part.* 5. Addit ad Sanfelic. *dec.* 337. *vers. fuit dubitatum, &c.*

Quòd saltem teneatur sub pœna peccati præstare spatium pœnitentiæ, & in foro conscientiæ mortaliter peccet utendo dicta facultate sibi permissivè tantùm à lege civili concessa, P. Manar. *Noct. Malencol. Interrogat.* 188. *fol.* 297. ubi etiam in fine notat, quod permittitur à lege civili occidere tantùm adulterum, & non uxorem, quam potest judici deferre, ut puniatur, Jordan. *loc. cit. in fine*, Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 223. ubi quòd maritus non potest tuta conscientia interficere uxorem in adulterio deprehensam, quicquid aliqui secus teneant, *& part.* 11. *tractat.* 6. *resolut.* 28 *per tot.*

An autem maritus occidendo uxorem adulteram possit dotem lucrari, vide Franch. *dec.* 678. ubi refert contrarias opiniones, & punctum non fuisse decisum, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 337. *vers. dubitant Doctores*, Conciol. *resol. crim. verb. Occisio resol.* 9. *per tot.* dixi in *§. Homicidium n.* 20. *& in §. Lucrum, n.* 20. De Marin. *lib.* 2. *resol. cap.* 263. Altimar. ad Rovit. *cons.* 1. *n.* 44. *tom.* 3. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. crimin. cap.* 16. *n.* 8.

Quod maritus miles ex privilegio possit adulterantem cum propria uxore occidere impunè, per textus in *leg. Marito* 24. *& leg. capite* 25. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Ferret. *de re milit. tit. de milit. justit. n.* 140. Crispold. *cas. militar. verb. Adulterium*, & fuit dictum de mense Julii 1673. in causa contra Sabbatinum Pauli da Cà de Gatti, qui tamen fuit condemnatus ad confinium, ut in filza Processuum in Cancelleria DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ 638. *sub nu.* adde Calvin. *de æquit. lib. pr. cap.* 58. ubi tenet de æquitate nullam incurrere pœnam, si incontinenti faciat &c.

Quòd marito volenti adulterantem occidere possit impunè, & sine peccato resisti, etiam illum interficiendo, si aliter non possit adulter, vel uxor evadere propriam vitam cum maritus in hoc non dicatur minister justitiæ, prout aliqui minus rectè existimant, si enim talis reputaretur, non posset illi resisti, nec aliquod malum inferri, sed tantum fugiendo evadere, Molin. *de justi ia, & jure tractat.* 3. *disput.* 7. Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 8. P. Manar. *dict. tractat. Interrogat.* 189. *fol.* 198. P. Stephan. de Neapol. *tractat. de restit. lib. pr. cap.* 8. *num.* 16. ubi refert contrarium tenentes, & benè distinguendo declarat, vide in *§. Pater num.* 29.

An autem adulter occidendo maritum ut supra

cum

cum moderamine inculpatæ tutelæ teneatur ad aliquam restitutionem ex causa dicti homicidii, contrarias, & diversas opiniones refert Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resolut.* 47. ubi ipse negativam sequitur cum Lessio *lib.* 2. *cap.* 9. *dub. pr. nu.* 137. & Megal. *part.* 2. *lib.* 3. *cap. pr. qu. pr. n.* 10.

8 Maritus accedens ad aliam mulierem solutam de jure civili dicitur stuprum, vel fornicationem committere, & non adulterium, quamvis secus sit de jure canonico, Cabal. *resol. crim. cas.* 32. *per tot.* vide in *§. Adulterium num.* Carpzou. *in Prax. crimin.*

9 Maritus promittens dotem, & illius augmentum restituere in omnem casum tam ipsi mulieri, quam ejus hæredibus, amittit augmentum, quod acquiritur uxori, & transmittitur ad suos hæredes, etiam illo vivente, Cravet. *cons.* 184. Addit. Pract. Pap. *libel. ad dotem usumfruct. glos.* 3. *num.* 22. *litt. L.* vide in §. *Augmentum num.*

10 Maritus promittens cum juramento in omnem casum dotem restituere cum renunciatione de omnibus juris, & legum auxiliis, censetur renunciasse lucro dotis sibi ex forma statuti competenti, Roland. *de dot. quæst.* 42. Altograd. *consil.* 32. *num.* 12. & 13. & *num.* 28. *lib.* 2. ubi etiam quod sibi præjudicat promittendo totam, & integram dotem restituere, secus si promiserit simpliciter restituere, sine illis verbis, *totam*, *vel integram*, quamvis etiam illis additis, non desint tenentes sibi in lucro non præjudicare, ut per Boer. *decis.* 244. *num.* 8. Altograd. *dict. consil.* 32. *num.* 28. Urceol. *Consult. forens. cap.* 10. *nu.* 28. 38. *&c.* vide *in §. Promissio n.* & §. *Renunciatio nu.*

11 Maritus paciscens de lucranda dimidia dotis, videtur renunciare statuto deferenti totam dotem, Rol. *de dot. quæst.* 102. vide *in* §. *Statutum de lucro n.*

Quod teneatur pro rata lucri dotalis concurrere ad expensam funeris uxoris defunctæ, Ludovis. *dec.* 573. *n.* 9. Altograd. *consil.* 30. *n.* 36. *lib.* 2. vide *in §. Expensa num.* 18. Cæphal. *consil.* 625. *num.* 26. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 5. *num.* 8. *&c.* Colt. *de port. rat. q.* 73. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 231. *n.* 29. & *decis.* 438. *n.* 31. & *seqq.* Marth. *vot. Pis.* 5. *num.* 12. & *seqq.* De Luc. *de Donat. disc.* 68. *sub n.* 3.

Quod teneatur statim ipse maritus facere expensas funerarias pro uxore, licèt postea illas in dotem computet, cùm non teneatur de proprio, Boss. *de dote cap.* 19. *nu.* 66. & *seqq. fol.* 714. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 2. *part.* 5. ubi plura qualiter maritus teneatur alere uxorem infirmam, & ad expensas funerarias, quas tamen repetat ex dote pro rata ad alios tangente, & alia.

12 Maritus lucratur dotem sibi debitam vigore statuti statim quod uxor ingreditur monasterium *in* casu permisso, ut supra *num.* 6. cùm habeatur pro mortua ad hunc effectum, Roland. *de dot. quæst.* 95. Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 91. *n.* 91.

13 Maritus, qui facultatem testandi de dote concessit uxori, sibi debet imputare, nec potest illam revocare, Roland. *de dot. quæst.* 41. vide late Altograd. *consil.* 32. *per tot. lib.* 2. Non enim sine hujusmodi licentia posset uxor testari in præjudicium lucri marito obventuri post mortem uxoris, Roland. *de dote quæst.* 82. vide *in §. Uxor n.* & latè in meis resol. *cap.* 77. *n.* 11. & *seqq.* Bardellon. *cons.* 281. *per tot. lib.* 2. Mart. Medic. *dec.* 48. *n.* 10. cum Addit. Gratian. *disceptat. for. cap.* 556. *n.* 28. & *seqq.*

14 Maritus, cui ex forma statuti, vel pacti debetur lucrum dotis cum fructibus non lucratur fructus dotis non traditæ, *l. de divisione*, ubi Jas. *ff. solut. matrim.* Et quid de fructibus dotis non exactæ Balduc. *tit.* 4. *dec.* 27. *a n.* 12.

An autem lucretur dotem promissam, & non solutam, & alia, *vide in* §. *Statutum de lucro n.* Vide De Luc. *de Dot. disc.* 151. *n.* 9.

15 Maritus legando aliquid uxori, videtur illi remittere expensas in re dotali factas, quæ aliàs ipso jure dotem minuunt, quando cum certa specie fuit simul data pecunia, secus autem si sit data tantùm species, quia illa non minuitur, sed repetuntur expensæ, Afflict. *dec.* 359. Gratian. *discept. for. cap.* 824. *n.* 21. *&c.*

An possit repetere expensas factas in exigendo dotem, Jas. *in l. arena num.* 3. *ff. de condit. indebit.*

Quod repetat illas, quas fecit in meliorando rem dotalem, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 32. *n.* 13. Garzia *de expensis cap.* 13. *per tot.*

Maritus si reliquerit uxori usumfructum certæ rei, donec vidua manserit, & quod post illius mortem debeatur Titio, an ipsa uxore transeunte ad secunda vota statim Titio debeatur legatum non expectata morte, affirmare, videtur Jas. *in l. si extraneus nu.* 3. *ff. de condit. caus. dot.* & *in l. si mater*, *C. de instit.* & *substit.* 16

Contra Dec. *cons.* 590. 536. & 485. Cravet. *consil.* 187. Everard. *loc. ab æquipollent. n.* 8. facit Alexand. *consil.* 111. *per tot. lib.* 2. vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 185. *n.* 31.

Maritus legans uxori pro justis causis, & aliis servitiis videtur legare in compensationem fructuum ex bonis uxoris perceptorum, & uxor debet legato esse contenta, si fructus excedant, Afflict. *dec.* 44. *n.* 8. *&c.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 198. *num.* 15. *&c.* *vide in* §. *Legatum n.* 32. *&c.* 17

An in dubio maritus præsumatur percepisse fructus ex bonis uxoris de illius voluntate, ut eos lucretur, Afflict. *dict. decis.* 44. *nu.* 8. Straban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 4. *per tot. vide in §. Fructus n.* 12. *&c.* latè Tuschus *lit. M. conclus.* 97. *per tot.* ubi an, & quando, & quos fructus lucretur.

Et qualiter teneatur de rebus paraphernalibus ipso sciente in domum inductis, Gratian. *disceptat. for. cap.* 677. *n.* 28. vide in §. *Bona*.

Maritus legans dotem uxori nulla certa quantitate expressa, intelligitur solùm legasse dotem sibi solutam, cùm legatum dotis contineat id, quòd originaliter continebat actio de dote, & nihil operetur, nisi in tempore, Gratian. *discept. forens. cap.* 823. & 824. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 145. *per tot.* Altograd. *consil.* 53. *n.* 5. & 53. & *seqq. lib.* 2. ubi in quibus consistat utilitas legati dotis, & quod plus non contineat, quàm actio originalis de dote, ita ut illa sublata cesset etiam actio ex testamento pro ipsius dotis legato; & debet ex parte uxoris probari certa quantitas, aliàs non habet actionem, *l. si non designata*, *Cod. de fals. caus. adject. leg.* ubi DD. Peregrin. *dec.* 124. *lib. n.* 1. 18

Quod legans dotem uxori, si uxor ipsa illam promiserat, videatur illi liberationem legare; si verò pater, vel alius pro illa dotem promiserat, dicatur legare actionem contra promittentem, quando ipse maritus dotem non exegit, vel exegisse non fuit confessus, Gratian. *discept. forens. cap.* 823. *n.* 9. *&c.* vide *in §. Legatum n.* 33. & §. *Testator n.* 2. *&c.*

Legatum non deberi quatenus contineat dotem non solutam, sed actionem esse cedendam adversus promissorem, etiam si certa quantitas in legato fuerit expressa, Surd. *decis.* 141. *per tot.* *§. vide in §. Mulier n.*

Quod maritus instituta uxore in medietate ultra dotem, & quartum dotale, censeatur voluisse uxorem utrumque consequi, nempè medietatem hæreditatis, & dotem à cohærede in alia medietate instituto, Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 460. *per tot.*

An autem legans uxori suæ sub nomine appellativo censeatur legasse tàm primæ, quàm secundæ ductæ post mortem primæ, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 522. *per tot.* vide *in §. Legatum n.* 33.

Maritus non potest præjudicare uxori renunciando legatum illi factum, nisi renunciatio ratificetur ab uxore ex certa scientia, & cum omnibus solemnitatibus necessariis in ipsa renunciatione, latè Grat. *discept. forens. cap.* 565. *n.* 42. *&c.* 19

An autem possit uxori præjudicare per suam confessionem de dote recepta ad effectum, ut tamquam dotata excludatur à successione suorum parentum, vel aliorum vigore statuti excludentis fœminas dotatas, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 15. *nu.* 29. *&c.* *cap.* 362. *n.* 2. *&c.* & *cap.* 651. *num.* 7. *&c.* vide in §. *Statutum excludens n.....*

Quid in aliis puta non solvendo canonem rei emphyteuticæ sibi in dotem traditæ, vel patiendo præscribi, Menoch. *de arbitr. cas.* 39. *num.* 21. *&c.* ubi quod non potest præjudicare.

Quod

Quod maritus possit acceptilatione, vel confessione de recepto liberare debitorem dotis constante matrimonio absque interventu uxoris, sic etiam remissione, & præscriptione quoad actionem dotis, quidquid secus quoad fundum dotalem, Fontanel. *de pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. part. 2. nu. 63.* Seraphin. *dec. 569. n. 2.* Bich. *dec. 574. n. 5. & seqq. & dec. 603. n. 9. & seqq.*

An autem, & quando maritus possit transigere de dote tam cum uxore, quàm cum dotis debitore, novissimè Urceol. *tract. de transact. qu. 29. per tot.* Vide Caprar. *dec. 151. n. 4. part. 1.*

20 Maritus de rigore juris civilis debet citari cum uxore in judicio contra bona dotalia, de jure verò canonico sufficit citare uxorem, penès quam residet dominium, & in omnem casum omissio citationis mariti non reddet nullam sententiam, sed tantùm operatur, ut sententia illum non citatum non afficiat, Cavaler. *dec. 353. nu. 1. &c.* Vide De Luc. *de Judic. disc. 9. nu. 40.* Altimar. *de nullit. rubr. 11. qu. 19. tom. 2.*

21 Maritus non potest super fundo dotali censum imponere, nisi tamquam super re aliena, quando hujusmodi fundus sibi non fuit datus æstimatus tali æstimatione, quæ faciat emptionem, Cenc. *de censib. quæst. 18. n. 6.* vide in *§. Fundus n.*

Quod sit dominus dotis, & qualiter istud procedat, Tusch. *litt. M. conclus. 90. per tot.* Vide Ansald. *dec. 80. n. 19. & 34.*

Qualiter possideat bona uxoris, idem Tusch. *loc. cit. conclus. 90.*

22 Maritus secundùm multos potest retrovendere censum dotalem, ita ut debitor illi solvendo sortem principalem remaneat liberatus, licèt alii etiam contrarium teneant, unde tutiùs erit retrovenditionem fieri ab utroque conjuge, Gratian. *disceptat. for. cap. 985. n. 1. &c.* Cenc. *de cens. q. 109. nu. 42. & seqq.* ubi sequitur affirmativam, facit Giurb. *dec. 79.* idem Cenc. *qu. 67. n. 24. &c.* Rot. *part. 18. rec. dec. 397. n. 12. &c.*

Quod maritus non possit alienare bona uxoris, Bich. *decis. 157.* Tuschus *litt. M, concl. f. 98.* Paul. Christin. *decis. 81. num. 4. &c. vol. 3.* ubi quinque modis ampliat, quæ possit, vel non possit facere maritus circa bona uxoris, & è contra latè idem Christin. *ad leg. municip. tit. 9. per tot.* Balduc. *tit. 4. decis. 1. n. 9. & 10.*

23 Maritus potest gerere omnia negotia uxoris, etiam sine mandato tam in bonis dotalibus, quàm extradotalibus, sive paraphernalibus, Gratian. *disceptat. forens. cap. 514. nu. 24.* Tusch. *litt. M, conclus. 95.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 9. art. 1. num. 13. &c. & per tot.* ubi plura de jure maritali, facit Vivi. *comm. opin. 480.* Vide Caprar. *d. dec. 151. a num. 3.* Emerix jun. *dec. 152. n. 4. & decis. 868. nu. 7.* Ansald. *dec. 65. n. 10.*

Quod possit esse in judicio pro uxore absq; mandato, & sine cautione respectu rerum dotalium, maximè si pars cum eo tamquam tali jam contraxerit, quia dicitur approbatus cum qualitate procuratoris, Gratian. *discept. forens. cap. 524. num. 4. &c. cap. 514. num. 24. & 25.* ubi idem est respectu bonorum paraphernalium, Ger. Spi. *cons. 70. n. 23. &c.* facit quod dixi *in §. Bona n. 9. & seqq.*

Licèt enim sit principium affinitatis, potest tamquam affinis, & conjuncta persona agere pro uxore, idem Gratian. *cap. 901. n. 30. &c.*

Si tamen maritus fuerit constitutus procurator in aliquibus causis, non potest in aliis agere sine mandato, *leg. maritus, C. de procurat.* Rebuff. *in prax. benef. par. pr. tit. de forma Vicariatus num. 232.*

Quod possit proprio nomine etiam soluto matrimonio ratione ususfructus sibi debiti exigere dotem, licèt eam posteà reddere debeat, quibus est assignanda, Gratian. *discept. forens. cap. 627. per tot.*

Quomodo autem probari possit maritum administrasse bona uxoris, ita ut de illis teneatur reddere rationem in quantitate solita percipi, Rot. in Bonon. pecuniaria 10. Januarii 1650. coram Otthobono *per tot.* penès Paol. Zacch. *q. medic. legal. tom. 2. dec. 93.*

Quorum bonorum uxoris maritus sit legitimus administrator tam de jure communi, quàm municipali Castellæ, & qualiter inter eos possit fieri occulta compensatio de sibi invicem acceptis, & usurpatis, vel defraudatis, latè Zamoren. *tract. de compensat. disp. 4. cap. 26. per tot.*

Maritus tenetur solvere debita per uxorem contracta causa se vestiendi, cùm vestitus veniat sub nomine alimentorum, ad quæ tenetur maritus juxta suam conditionem, & pro illis sicuti pro dote competit hypotheca, Gratian. *discept. forens. cap. 750. nu. 8. &c.* vide *in §. Alimenta num.* 24

Quando maritus teneatur pro uxore, vel non, & è contra tam in civilibus, quàm in criminalibus, vide *tot. tit.* cum Gloss. & DD. *Cod. ne uxor pro marito*, Paul. Christin. *dec. Belgic. 17. vol. 3.* Vide Crescin. ad Abecclef. *obser. forens. part. pr. obser. 160. a num. pr. & seqq.*

Maritus cessans per decennium petere usuras dotis, vel alimenta uxoris propter dotem non solutam, an videatur remittere, vide Jas. *in §. fuerat num. 30. Instit. de act.* Olasch. *decis. 131.* Gratian. *discept. forens. cap. 143. num. 16.* Magon. *dec. Florent. 42. n. 16. dec. 83. num. 10.* Gratian. *decis. 46. in Addit. nu. 3.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 25. per tot.* ubi quatuor casus benè distinguit, & declarat, Tusch. *litt. M, conclus. 98. num. 20. & seqq.* Rot. *part. 17. recent. dec. 227. nu. 6. & seqq.* 25

Quod maritus cessans per decennium petere usuras dotis, non videatur illas remittere, nec tacitè donare, sive debeantur jure actionis ex stipulatu, sive officio judicis, sed requiratur tempus legitimæ præscriptionis 30. vel 40. annorum, cùm minori tempore, nec actio personalis, nec officium judicis præscribatur, nisi agatur de debito odioso, vel lucro pœnali, & usurario, vel post solutum matrimonium, vel nisi concurrant copulativè tria requisita, *l. procula, ff. de probat.* nempè taciturnitas longi temporis, conjunctio sanguinis, & sæpiùs calculata ratio; quæ quidem præsumptio remissionis usurarum dotis tantò magis cessat ubi extant liberi, quibus non est verisimile patrem velle auferre, & fortè donare, prout ex recentioribus, multis aliis additis, & objectis satisfaciendo, probant Mart. Medic. *dec. 60. per tot. & exam. 37. per tot. cum Addit.* Altograd. *cons. 30. per tot. lib. 1.* qui testantur sic fuisse à Rota Florentina decisum, & constare ex libro *Mott. 72. fol. 547.* vide Staiban. *de interesse lib. 2. tit. 3. q. 2.* Leotard. *de usur. q. 92. per tot.* Ger. Spin. *cons. 24. nu. 25. & 26.* Urceol. *consult. forens. cap. 15. n. 52. & seqq.* ubi refert diversas opiniones, & distinguit, Sperel. *dec. 84. n. 36. &c.* ubi admittit post decennium, & sequuta morte censeri remissas, ac aliis modis declarat, vide Ridolphin. *in prax. part. 3. cap. 5. num. 451. & seqq.* Boss. *de dot. cap. 20. num. 70. & seqq. fol. 741.* Noguerol. *allegat. 17. num. 40.* Rot. *part. 17. recent. decis. 127. num. 6. & seqq.* ubi quod pendet ab arbitrio judicis ex conjecturis moderando, de quibus ibi pro non remissione.

Quando marito debeatur interesse dotis, vel non, Tuschus *litter. M. conclus. 96. per tot.* dixi in *§. Interesse num. 23. &c.*

An recipiendo dotem videatur remittere usuras dotales, Surd. *de alim. tit. pr. q. 43. per tot.* vide in *§. Interesse num. 30.* Rot. *part. 17. rec. dec. 127. n. 17. & seqq.* ubi quod non ex pluribus rationibus.

Maritus pro restitutione dotis non tenetur ultra quam facere possit, & sic non potest carcerari, vel carceratus debet relaxari, ita ut nec hujusmodi privilegio renunciare possit expressè, vel tacitè, nisi tamen fuerit ingratus contra uxorem, quia tunc amitteret dictum privilegium, secùs autem ex simplici sævitia, ob quam fiat separatio thori, cùm vigeat spes pœnitentiæ, & reversionis ad eumdem thorum, Rot. in Recanaten. separationis thori 26. Februarii 1625. coram Pirovano, penès Scanarol. *de visitat. carcer. in Appendice dec. 18. per tot.* Fagnan. *in cap. Odoardus n. 53. de solution. lib. 3.* 26

Quod tamen maritus dissipans bona amittat dictum privilegium, Altograd. *consil. 95. nu. 3. lib. pr.* latè Rot. in Januen. prætensæ excarcerationis 19. Decembris 1636. coram Coccino, penès *d. tract. in Appendice dec. 3. per tot.* ubi fuit tentatum pro validitate

te carcerationis mariti ad instantiam uxoris vigore suspicionis fugæ pro restitutione dotis ob separationem thori ea culpa ipsius viri, vide *in §. Beneficium* n.

27 Maritus transiens ad secunda vota, tenetur reservare filiis primi matrimonii omne lucrum occasione illius matrimonii perceptum, & in eo debet habere nudum usumfructum vita durante, *leg. fœminæ, C. de secund. nupt.* ubi Gloss. Bart. & alii, Roland. *de dote quæst.* 86. Boer. *decis.* 185. Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 85. *n.* 6. *& seqq.* ubi quod quidquid lucratur maritus ex donatione propter nuptias, vel dote, usufructu sibi salvo, filiis illius matrimonii quoad proprietatem reservare tenetur, si transeat ad secundas nuptias, si verò ab illis abstineat, præter usumfructum acquirit etiam proprietatem pro portione, & numero liberorũ; de qua tamen si expressè non disposuit, spectat in totum ad filios, nec in ea censetur aliquod jus quæsitum creditoribus patris, vide *in §. Dispositio num.* 7. *§. Pater n.* 43. *&c.* Rot. *d. par.* 14. *dec.* 555. *in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio, etiam stante hypotheca generali ad favorem creditorum, &c. Vide Episc. Rocc. *cap.* 55. *a n.* 54. *& cap.* 50. *a n.* 91. *libr. pr.*

28 Maritus, cujus bona ex dispositione legis veniant hypothecata pro dote, si protestetur dũ dotem recipit nolle illa obligari, nihil agit, & idem est in Socero protestante ut supra, Jas. *in §. fuerat num.* 107. *&c. Instit. de act.*

29 Maritus propter dotem sibi promissam ab uxore, & non solutam, non tenetur illam alere, imò potest de domo expellere, *l. fin. C. ad Vellejan.* secus autem si dos fuerit promissa à socero, qui habet privilegium, ne damnetur ultra id, quod facere possit, vide Soccin. *reg.* 258. Boer. *dec.* 22. plenè Mart. Medic. *Exam.* 7. *num.* 5. *& seqq.* Tusch. *litt. M. conclus.* 94. *num.* 10. *& seqq. & conclus.* 100. *per tot.* Paul. Christ. *dec.* 113. *num.* 55. *&c. vol.* 3. Vivi. *comm. opin.* 478. vide supra *n. pr. in fine.*

Quod vir, qui non consensit recipere uxorem indotatam, non teneatur illam alere, quando nec dotem promissam, nec fructus illius consequitur, & quatenus partem receperit, teneatur tantùm pro rata, Alragr. *consil.* 76. *num.* 10 *& seqq. lib.* 2. Sperel. *dec.* 138. *num.* 32. *& seqq.* ubi quod qui duxit uxorem indotatam, tenetur illam alere, & sibi debet imputare, secùs autem si dotatam, & dos promissa sibi non solvatur, quod latiùs prosequitur ibidem *num.* 77. *& seqq.* vide Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 17. *per tot. cum plurib. q. seqq.* Ricc. *Collect.* 3949. Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 117. Vide De Luc. *de Dot. disc.* 3. *n.* 8. *disc.* 150. *num.* 35. *disc.* 169. *n.* 4. *disc.* 142. *n.* 55. *disc.* 207. *a nu.* 6. *disc.* 213. *n.* 9. *de Matrimon. disc.* 2. *n.* 2.

Si tamen mulier, quæ viro dotem promisit, vel socer dedit id, quod potuit, non potest maritus illam expellere, sed tenetur alere, sicuti quando nulla dos fuisset promissa, Soccin. *reg.* 315. *per tot.* Sperel. *d. decis.* 138. *num.* 39.

Ex inspecto jure canonico, cui standum est, non possit maritus ob dotem non solutam uxorem expellere, & si de facto expulerit, sit cogendus à judice Ecclesiastico ad illam deducendam, Gratian. *discept. forens. cap.* 65. *n.* 21. *&c. cap.* 236. *num.* 7. Sperel. *d. dec.* 138. *n.* 10. *& seqq.* Mart. Medic. *d. exam.* 7. *n.* 16. *&c.* Tusch. *litt. M. conclus.* 100. *per tot.* Leonard. *de usur. qu.* 28. *n.* 49. *&c.* Boss. *de dot. cap.* 20. *§. pr. n.* 31. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 6. *gloss.* 2. *par.* 1. *n.* 10. *&c.*

Qualiter maritus teneatur ad expensas necessarias suæ uxoris, etiam dum ducitur ad eum, & hujusmodi, Tusch. *litt. M. conclus.* 94. *per tot. supra n.* 2.

30 Maritus, & uxor simul rem aliquam vendentes, præsumuntur æqualiter participare de pretio, & uxori postea dotem repetenti obstat, & imputatur quidquid ratione dicti contractus percepit; cùm hodie tamen experientia doceat uxorem adhiberi, & intervenire solùm pro forma, & cautela emptoris, ac totum pretium pervenire ad maritum, non procedit dicta conclusio, nisi quatenus probetur verè ad uxorem pervenisse, Bart. *consil.* 124. Boer. *decis.* 23. Franch. *dec.* 574. Afflict. *dec.* 209. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 498. *nu.* 13. *&c. cap.* 576. *n.* 34. *cap.* 705. *nu.* 5. *cap.* 691. *num.* 22. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 22. ubi ampliat etiamsi sit adhibitum juramentum, & simul receperint pretium, limitat tamen nisi aliter appareat de versione, ac ubi sola mulier vendidit, & sola se obligavit, vide *in §. Conjuges n.* 1. *§. Mulier. n.* 18. *§. Pater num.* *§. Possession.* Tusch. *litt. M. conclus.* 98. *n.* 8. *& seqq. per tot. & litt. V, conclus.* 66. *& conclus.* 391. *per tot.* Capyc. *dec.* 78. *nu.* 9. Vivi. *commun. opin.* 483. Cacheran. *dec.* 44. *n.* 5. Tiraquel. *de retract. convent. §.* 31. *n.* 5. *&c.* Costa *de ratione ratæ quæst.* 42. *per tot.* Trentacinq. *var. res. lib.* 3. *cap.* 4. Paul. Christin. *dec.* 52. *vol.* 6. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 239. *n.* 8. *&c.* Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 153. *per tot.* Vide De Luc. *de Dot. disc.* 85. *n.* 3. *de Empt. disc.* 22. *nu.* 6. Rot. *recent. part.* 19. *dec.* 426. *n.* 12. *tom.* 2.

Idem in patre, & filio vendentibus, Bich. *dec.* 515. *n.* 5. *&c.* Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 2. *quæst.* 20. *&* 21. ubi etiamsi confiteantur dotem recepisse, *& quæst.* 22. *&* 23. ubi de marito, & uxore vendentibus concludit ut supra, & quod mulieris confessio de dicta receptione pretii non valet sine solemnitatibus statutariis, & quando secus.

Maritus acquirens pro uxore, & solvens de propriis pecuniis, prout in dubio præsumitur, nisi aliter exprimat, acquirit dominium ipsi uxori, sed si uxor velit bona, tenetur reficere pretium in totum, si tota acquisitio sit facta pro ea, vel pro rata si nomine utriusque, ut benè declarat Tusch. *litt. M, conclus.* 92. *per tot.* vide in *§. Uxor n.* 22. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 513. ubi quod vir emens propriis pecuniis, suo & uxoris nomine, censeatur nomen uxoris simulatè apposuisse, & sibi tantùm acquirit, maximè non docto de ratificatione uxoris, quando stipulationi non fuit præsens, nec possit induci ex scientia, nisi sit vera, & omninò certa, & de re prorsus favorabili nullum onus admixtum habente, aliàs secus, ut ibi, *& decis.* 524. *per tot. in eadem*, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 7. ubi quod si maritus confiteatur emisse nomine uxoris, & de pecuniis uxoris, talis confessio prodest uxori, dummodò sit verisimilis, ut quia uxor aliundè habeat, & tunc præjudicat etiam creditoribus, aliàs autem secus, cum præsumatur donatio inter virum, & uxorem prohibita. 31

Maritus Comitissæ, Marchionissæ, vel alio titulo decoratæ, an saltem durante matrimonio potiatur titulis, & honoribus suæ uxoris Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 13. *fol.* 37. *& seqq.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 18. *n.* 39. *&* 40. & alios plures allegat, & sequitur Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 37. Anton. de Vilaplana *Illustrat. feudal. vers.* 3. *in addit. n.* 55. *fol.* 178. & sic dicatur Comes, & Marchio, &c. verior est opinio de jure, fœminam titulatam virum titulatum non facere, quia licèt mulieres maritorum radiis, & dignitate coruscent, non procedit in casu contrario, & mariti nobilitate, vel dignitate uxorum non resplendens, & tanto minus soluto matrimonio, Jo. Bapt. Thor. *in Compend. dec.* 2. *par. verb. Fœmina titulata*, Capyc. Galeot. *lib.* 1. *controv.* 55. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 3. *n.* 20. *& seqq.* ubi tamen quod in Regnis Hispaniæ, ac etiam in Italia contrarium de consuetudine, vel urbanitate admittitur, & de jure probat Garaia *tract. de nobilit. gloss.* 1. *§.* 1. *n.* 45. facit Decian. *respons.* 84. *n.* 7. *vol.* 7. Anton. Pichard. *Pract. Instit. disput.* 2. *per tot. fol.* 179. *& seqq.* ubi plenè petitis juris principiis disputando ad partes sustinet nobilitatem inter virum, & uxorem communicari, vide in *§. Nobilitas n.* 9. *& §. Uxor. nu.* 2. Amaya *in leg. ult. Cod. de Incolis lib.* 10. *n.* 27. *fol.* 342. 32

Quod saltem de consuetudine fœmina titulata faciat virum titulatum, testatur Thoro *in loc. hic cit.* & iterum *in par.* 3. *sect.* 2. *verb. Maritus.*

Maritus bona, & jura sua hypothecanda ad favorem creditorum, non dicitur disposuisse in bonis sibi ex lucro dotis provenientibus, nec in dicto lucro aliquod jus creditoribus est quæsitum, maximè si dos in pecunia consistat, & non in corporibus, Menoch. *præsumpt.* 20. *num. pr. lib.* 3. Peregr. *de fideicommiss. art.* 39. *nu.* 8. *&* 9. Merlin. *decis.* 39. *num.* 50. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 85. *n.* 53. *&* 14. 33

facit

facit quod dixi *in §. Debitor n. 8. §. Lucrum nu. 16.* latè Caren. *resolut. 202. per tot.* ubi quod debitor in quærendis potest præjudicare creditoribus, & etiam fisco (licèt secundum alios fiscus in hoc sit privilegiatus,) & sic renunciare lucro dotali in præjudicium creditorum, & Fisci, ac contrariis respondet.

34 Maritus, an & quando possit esse testis pro uxore, vel compelli ad deponendum contra uxorem, & è contra, vide Farinac. *quæst. 54. n. 210. & seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad personas resolut. 6. & 7. per tot.* dixi in *§. Uxor n. 45.* Vide etiam *in §. Testis*.

Alia plura de maritis, idem Thor. *Compend. dec. Neap. part. 1. n. 3. & sect. 2. verb. Maritus*, & remissivè Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. par. 5. eodem verb. fol. 92. &c.* Brunnemann. *sup. ff. & C.* Fagnan. *supr. Decret.* Card. De Luc. Mantiss. ad eumd. Altimar. *de nullit.* Castald. Berrachin. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. Crescen. & alii moderni.

35 Maritus accipiens nomen debitoris æstimatum, etiam absque culpa in exigendo an, & quando teneatur, ac si exigisset. Balducc. *de Dote tit. 4. dec. 27. n. 30. & per tot.*

Maritus Dotis nomine, aut Judicio non conveniatur eam non exigens absque dolo, vel culpa. Balducc. *de dote tit. 4. dec. 25. n. 7. & 48.*

Maritus negligens exigere dotem ex justa causa non censetur culposus, & quæ non sit justa causa. Balduc. *de dote tit. 4. dec. 17. n. 24. 25. & 26.*

Maritus non tenetur ad ratam dotis inexactæ, quam extraneus ex liberalitate promisit. Bos. *de dot. cap. 19. n. 59.* Balducc. *de Dote tit. 4. d. dec. 27. n. 17.*

Maritus non tenetur de dote inexactà, nisi uxor probaverit ejus negligentiam, & culpam, undè nomen cessum in dotem fuerit factum inexigibile Text. *in l. Mævia, 49. ff. solut. Matrim.* Balduc. *de dote ibid. n. 2. & 22. & seqq. per tot.*

Maritus tenetur ad ratam dotis non exactam, & factam deteriorem ex illius culpa Text. in *l. cum dotem 72. ff. de Jur. dot. & l. ob res 20. ff. de pact. dot.* Balduc. *loc. cit. n. 10.*

Maritus redargui nequit de negligentia in exigendo, si supervixit septem tantùm mensibus Caprar. *dec. 396. n. 9. part. 1.*

Maritus non tenetur de negligentia in exigendo creditum ei traditum in dotem, si de tempore, quo fuit traditum, non fuerunt ei consignata documenta Caprar. *dec. 491. n. 4. part. 2.*

Dos, quæ ex culpa, & oscitantia mariti non fuit exacta pro exacta haberi debet ad hoc, ut hæreditas ejusdem ad restitutionem teneatur Cyriac. *controv. 210. n. 5. & seq.* Rot. *dec. 114. n. 16. part. 7. rec.* Caprar. *dec. 604. n. 20. & 28. part. 2.*

Maximè, si debitor dotis non erat pater uxoris, sed extraneus, nempe avunculus Rot. *dec. 152. n. 6. part. 9. dec. 357. n. 6. part. 13. & dec. 542. nu. 11. & seq part. 19. rec. tom. 2.* Caprar. *d. dec. 604. num. 21. part. 2.*

Mariti negligentia ubi est maxima in exigendo dotem non attenditur, an promissor dotis sit debitor ex necessitate, seu ex liberalitate Caprar. *ibid. n. 22. & 24. part. 2.*

Mariti substinentes onera Matrimonii solent esse diligentes in exigenda dote Rot. cor. Merlin. *de Pignor. dec. 63. n. 10. & seq. et in rec. dec. 86. n. 11. part. 21.* Caprat. *dec. 687. n. 3. part. 2.*

Negligentia mariti in exigendo credita in dotem assignata an, & quando eidem præjudicet, latè Bertachin. *vol. 72. n. 6.*

36 Maritus non potest exigere ab uxore rationem rei extradotalis *l. lege C. de pact. convent. l. Maritus C. de Procur.* Rot. *rec. part. 19. tom. 2. decis. 363. n. 9.*

37 Maritus est legalis administrator dotis, & pro administratione obligatur ad latam, & levem culpam Campeg. *de Dot. part. 2. cap. 67. n. pr.* Caprar. *dec. 604. n. 23.*

38 Maritus relinquendo uxorem hæredem ejus vita durante, non expressè demandata imputatione in dotem, censetur voluisse mulierem consequi tàm usumfructum, quàm dotem Rot. *dec. 152. n. 19. part. 9. et dec. 17. n. 12. part. 16. rec.* Caprar. *dec. 350. n. 2.*

Ex Mariti dilectione erga uxorem, oritur argumentum pro exclusione compensationis Caprar. *d. dec. 350. n. 7.* 39

Maritus rogatus de restituenda hæreditate per uxorem hæredi suæ percepta certa quantitate, si sine deductione restituat, videtur magis pleniore officio præstandæ fidei functum, quàm donasse Rocc. Episc. *cap. 49. n. 32.* 40

Maritum & uxorem esse duos in carne una quomodo intelligatur Fagnan. *in cap. suscepimus n. 17. de homicid.* 41

Marito ex captivitate reverso reddenda est uxor, licet medio tempore bona fide alteri nupserit; nec habenda est ratio juris civilis aliud statuentis Fagnan. *in cap. Per tuas, il primo nu. 34. de simonia tom. 5.* 42

Maritus peccat vim inferendo sponsæ, nisi prius adhibeat diligentias ad eam disponendam S. Thomas *in 2. 2. quæst. 154. art. 7. ad 4.* Fagnan. *in cap. ex publico n. 33. de convers. Conjug. tom. 3.* 43

Maritus rapiens, & vi corrumpens uxorem, non incidit in Constitutionem, *Si quis in tanta*; sed aliter punitur Text. *in l. unica C. de rapt. virg.* Fagnan. *in d. cap. Ex publico, num. 42. de convers. Conjug. tom. 3.*

Maritus, qui non providet uxori de necessariis, præbet occasionem adulterandi Fagnan. *in cap. Ex litteris n. 2. de Divortiis tom. 4.* 44

Maritus potest accusare uxorem de adulterio, licet adulterii tempore denegaverit ei providere in necessariis Speculat. *in tit. qui filii sint legitimi, §. Nunc dicamus* Fagnan. *in dict. cap. Ex litteris nu. 4. de Divortiis tom. 4.* 45

Maritus ad usuras compensativas ex æquitate *l. curabit*; etiam dissoluto Matrimonio an, & qualiter, & à quo die teneatur receptis in dotem bonis æstimatis Balduc. *de dote tit. 4. dec. 16. num. 7. 11. usq. ad 15.* 46

Maritus bona in dotem constituta transferre solet in catastro in ejus faciem, & dominium Rot. cor. Coccin. *dec. 388. in fin. sub n. 9.* Balducc. *de dote tit. 4. dec. 26. n. 15.* 47

Maritus bona libera sibi in dotem assignata recognoscere potest in feudum Mantica *de Tacit. lib. 23. tit. 15. sub nu. 65.* Balduc. *de Feud. tit. 5. dec. 4. num. 29.* 48

Ex tali casu Feudum dicitur datum in dotem non in fundum dotalem Balduc. *loc. cit. n. 30.*

Maritus confitendo se vergere ad inopiam, ut uxor ad dotem agere possit, non præjudicat suis creditoribus Surd. *de alim. tit. 9. quæst. 42. num. 26.* Magon. *dec. Lucen. 55. n. 4.* Balduc. *de Prælat. tit. 2. dec. 2. n. 11.* 49

Maritus vergentem ad inopiam se asserens, non tribuit uxori actionem ad dotem in odium Creditorum Surd. *dec. 256. nu. 10.* Balduc. *de feud. tit. 5. dec. 2. n. 16.*

Maritus contrahendo uti procurator uxoris, pro qua promisit de rato, jus non acquirit uxori, nisi docto de legitimo mandato, & ratihabitione solemniter facta Rot. post. Cenc. *de Cens. dec. 160. n. 3. & seq.* Balduc. *de prælat. tit. 2. dec. 11. n. 6. 8. & 9.* 50

Maritus dicitur procurator legalis ex Statuto Mediolani ad dotandam comunem filiam ex bonis maternis, etiam viva Matre Balduc. *de Dot. tit. 4. dec. 29. num. 14.* 51

Maritus domicilium regulariter non mutat nubendo, nisi concurrentibus adminiculis Rot. *dec. 188. n. 17. 18. & 19. part. 17. rec.* Balduc. *de dot. tit. 4. dec. 39. n. 43.* 52

Maritus dominium extradotalium non acquirit absque speciali mandato, & consensu uxoris quidquid secus quoad alia bona Fontanell. *de pact. nupt. clauf. 6. gloss. 2. part. 7. n. 54.* Mans. *cons. 39. n. 19. & seq.* Balduc. *de prælat tit. 2. dec. 12. n. 1. & 5.* 53

Maritus dotem uxori assignare potest cum pleno dominio, non ita judex in casu assecurationis Giurb. *dec. 16. n. 9. et dec. 24. n. 18. et 19.* Balduc. *de Prælat. tit. 2. dec. 1. n. 29. 30. et 31.* 54

Maritus lucrum dotale non consequitur nisi ha- 55

bita ratione ad dotem sibi constitutam Rot. cor. Coccin. *dec.* 1680. *nu.* 67. Balduc. *de dote tit.* 4. *dec.* 26. *n.* 2.

56 Et ex quibus dicatur dos constituta, vel non super omnibus bonis mulieris Text. *in l. Cum citra C. de Jur. dot.* Rot. *dec.* 36. *n.* 3. cor. Mantic. Balduc. *loc. cit. n.* 3. *et seq. et n.* 11.

57 Maritus Procurator constituitur uti in rem propriam ex verbis, dedit, tradidit, & assignavit appositis in constitutione dotis Olea *de cession. jur. tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 36. *et* 37. Balduc. *de dot. tit.* 4. *dec.* 14. *num.* 44.

58 Maritus non tenetur servare pactum etiam juratum de habitando in certa domo, si ob aeris inclementiam ea sit ei insalubris Rot. cor. Cels. *dec.* 9. *per tot. et dec.* 35. *n.* 8. *part.* 12. *rec.* Castald. *consult.* 266. *num.* 25.

59 Maritus vivens si dotis fructus non petiit eo mortuo, nec petere possunt ipsius hæredes Cancer. *var. part.* 1. *cap.* 12. *n.* 162. Castald. *consult.* 271. *n.* 10.

Nec ad hunc effectum sufficit, quod maritus eos extrajudicialiter petierit Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *Gloss.* 2. *part.* 6. *nu.* 15. *et seqq.* Coccin. *dec.* 197. *n.* 21. *lib.* 1. Castald. *dict. consult.* 271. *n.* 11.

60 Maritus conveniendo cum promissore Dotis recipere fructus illius in minori taxa, quàm disponat Statutum, non præjudicat Uxori post dissolutum Matrimonium Rot. *dec.* 39. *num.* 8. *et* 9. *part.* 10. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 171. *n.* 1.

61 Maritus institutus hæres ab Uxore sua vita durante ex conjecturis censetur institutus in solo usufructu. Paris. *cons.* 97. *n.* 6. *et* 7. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 258. *sub n.* 29. *et* 30. *pariter lib.* 2. Emerix Jun. *dec.* 624. *n.* 1 *et dec.* 710. *ferè per tot.*

62 Maritus agens nomine uxoris, si scientiam rei habeat compelli potest ad jurandum. Brunneman. *in rub. C. de indict. Viduit. toll. n.* 5. Crescin. ad Abeceles. *obser.* 69. *n.* 10. *part.* 1.

63 An Uxor possit impedire executionem in bonis Mariti, qui tamquam vergens ad inopiam illa dedit insolutum pro suis dotibus Crescin. ad Abeceles. *obser.* 160. *n.* 10. *part.* 1. Adducitur Stat. Parmæ *lib.* 2. *rub. Qualit. Vir. verg. ad inop.* Crescin. ad Abeceles. *ibid. n.* 11.

64 Maritus non tenetur stare locationi fundi sibi in dotem dati & quando Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 39. *tom.* 6. De Luc. *de Locat. disc.* 23. *num.* 3. Pacion. *eod. tract. cap.* 61. *num.* 73. *& seqq.*

65 Maritus solus, aut eo mortuo venientes ab intestato possunt accusare uxorem de partu supposito Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. n.* 66. *vers. maritus solus tom.* 8. *fol.* 52.

66 Maritus an appellet, & dicat de nullitate pro uxore, & è contrà. Reg. de Pont. *cons.* 31. *n.* 12. *part. pr.* Golin. *de proc. part.* 3. *cap. pr. n.* 28. *& seq* Altimar. *de nullit. rub.* 4. *quæst.* 28. *n.* 16. *& seqq. tom. pr.*

67 Maritus si comparear ut procurator uxoris dum non est, an sit nullum judicium Gratian. *discept.* 699. *n.* 30. *vol.* 4. *& discept.* 573. *n.* 48. *& seq.* Golin. *de procurat. part.* 3. *cap.* 1. *nu.* 31. *et seq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 11. *quæst.* 24. *n.* 64. *et seqq. tom.* 2.

68 Maritus an possit comparere pro uxore, & è contrà Castill. *dec.* 36. *n.* 6. *part.* 1. Golin. *loc. sup. cit. nu.* 18. *et* 19. Altimar. *de Nullit. rub.* 11. *quæst.* 28. *nu.* 4. *et seqq. tom.* 2.

69 Maritus præsumitur habitare in domo uxoris Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 27. *n.* 1. Gratian. *cap.* 967. *n.* 25. Altimar. *de Nullit. rub.* 11. *quæst.* 12. *num.* 111. *tom.* 2.

70 Maritus accedendo in actu per uxorem expleto non dicitur actum ipsum gerere, sed actus refertur ad uxorem Rot. cor. Coccin. *dec.* 1525. *num.* 2. cor. Card Cerr. *dec.* 625. *n.* 23. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 24. *n.* 8. *lib.* 6. *vol.* 1.

71 Et consensus Mariti refertur ad illam assistentiam, quam in negotiis uxoris, vir præstare debet Rot. cor. Coccin. *dec.* 813. *n.* 19. *cum seq et in rec. dec.* 522. *n.* 4. *part.* 1. Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 14. *num.* 9. *lib.* 6. *vol. pr.*

72 Si Maritus aliquam parvam summam exegerit ex effectibus spectantibus ad uxorem, non inde inferri potest, quòd fuerit bonorum uxoris administrator, sed de summa exacta solum tenebitur Rot. *dec.* 297. *n.* 20. *part.* 10. & coram Card. Cerr. *dec.* 421. *num.* 5. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 14. *n.* 10. *lib.* 6. *vol. pr.*

Maritus fatendo, quòd dos non fuit exacta ex 73
propria culpa, ideoque cautelans uxorem super suis bonis pro tota dote, si constet de inexigibilitate, non præjudicat per talem confessionem creditoribus, quos fraudare voluisse præsumitur Rot. cor. Priol. *dec.* 66. *n.* 9. *usq; ad* 12. & apud Turr. *de pact. futur. success. dec.* 95. *nu.* 1. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 29. *lib.* 6. *n.* 16. *vol.* 1.

Conventio quod Maritus teneatur habitare, vel 74
permanere in aliquo loco, est valida, & ex ea committitur stipulatio, vel pœna Card. De Luc. *de dot. disc.* 155. *nu.* 38. Rot. coram Coccin. *dec.* 1495. *per tot.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 68. *n.* 18. *lib.* 10. *vol.* 2.

Maritus dignus, vel indigens quando dicatur 75
Card. De Luc. *de Dot. disc.* 196. *n.* 16.

Mutuans mulieri à viro divertenti pro alimentis, 76
an repetat à viro Card. De Luc. *de Dot. disc* 198. *num.* 11.

Maritus fructus bonorum extradotalium, quando 77
faciat suos Card. De Luc. *de Regal. disc.* 35. *n.* 2.

Maritus fundum vacuum habens in primo anno, 78
planum habere debet in ultimo, etiam dissoluto Matrimonio, ut se reintegret de fructibus in primo anno non perceptis Card. De Luc. *de Regal. disc.* 133. *num.* 7.

Maritus præscriptionem adversus uxorem, an pos- 79
sit allegare, ubi longissimo tempore bona possederit Bellon. Jun. *cons.* 44 *n.* 67. *& seq.* Intrigliol. *de feud. quæst.* 39. *n.* 49. *& seq.* Card. De Luc. *de feud. disc.* 3. *num.* 19.

Maritus causam onerosam fovere dicitur in dote 80
Card. De Luc. *de Dot. disc.* 19. *nu.* 10. *disc.* 61. *nu.* 9. *& disc.* 118. *n.* 4 *et* 6. Et dicitur magis privilegiatus, quàm mulier fovens causam lucrativam Card. De Luc. *de Dot. disc.* 61. *n.* 9. *et d. disc.* 118. *n.* 6.

Maritus remanet debitor pretii habiti ex mobili- 81
bus, quæ usu consumuntur, si illa distraxerit Card. De Luc. *de Dot. disc.* 50. *sub num.* 4.

Maritus promittens uxorem renunciaturam, an 82
liberetur factis diligentiis Card De Luc. *de Dot. disc.* 62. *n.* 7. *de Don. disc.* 2. *n.* 8. *disc.* 4. *nu.* 16. *de Cred. disc.* 124. *n.* 11. *et* 12.

Maritus mandans uxorem non molestari in eo, 83
quod erat creditor, intelligitur de reliquatu, factis calculis Card. De Luc. *de Dot. disc.* 99. *n.* 6.

Quid operetur consensus præstitus per mulierem 84
alienationi factæ per virum de aliqua ejusdem Andreol. *controv.* 162. *num.* 3. *et* 4. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 85. *sub n.* 2.

Maritus convenire non potest eum donante in 85
præjudicium juris quæsiti mulieri Card. De Luc. *de Donat. disc.* 10. *n.* 12.

Maritus procedit paripassu cum muliere circa pœ- 86
nas secundo nubentium Card. De Luc. *de Don. disc.* 50. *n.* 18.

Pro tutela matris binubæ quando mariti bona 87
remaneant obligata Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 51. *n.* 9. *Constic. obser.* 261.

Maritus an possit ad sui favorem præstare con- 88
sensum uxori suæ testanti Card. De Luc. *de Testam. disc.* 31. *n.* 2. *& seq.*

Maritus lucrum dotale detrahit ex bonis mulieris 89
ante legitimam filiorum Card. De Luc. *de Legit. disc.* 19. *n.* 9.

Maritus melioramenta facta in re dotali quando 90
possit repetere Card. De Luc. *de Legit. disc.* 35. *sub n. pr. remissivè.*

Mariti agnationem præsumitur uxor diligere, & 91
habuisse rationem ejus conservationis Card. De Luc. *de Fideicom. disc.* 12. *n.* 6. *disc.* 26. *n.* 6. *disc.* 27. *sub n.* 5.

Maritus legans uxori non censetur facere animo 92
compensandi cum debito dotis Card. De Luc. *de Legat. disc.* 40. *n.* 3.

Maritus mandans, ut uxor tractari debeat eodem 93
modo, quo ipso vivente tractabatur, quomodo intelligendum Card. De Luc. *de Legat. disc.* 58. *n.* 13. *&* 14.

Ma-

94 Maritus in Jurepatronatus annexo bonis extradotalibus nullum jus habere dicitur Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 62. *n.* 4. Secus ubi adhæreat in bonis dotalibus æstimatis Card. De Luc. *de Jurepat. ibid. n.* 5. Quid ubi agatur de bonis dotalibus inæstimatis Borell. *in Summa decis. tom.* 1. *tit.* 32. *de Jurepatronatus n.* 132. Card. De Luc. *de Jurep. dict. disc.* 62. *num.* 6. & 7.

95 Maritus constante Matrimonio potest pacisci cum uxore circa lucrum dotale in certa quantitate acquirendum post mortem utriusque Urceol. *de transact. quæst.* 29. *sub n.* 5. Ansald. *dec.* 19. *n.* 6.

96 Maritus bonorum fideicommissariorum in dotem datorum, solum usumfructum consequitur Card. De Luc. *de dot. disc.* 137. *n.* 4. Ansald. *dec.* 80. *n.* 17.

97 Confessio mutui, vel alterius debiti facta per maritum favore Uxoris resolvitur in donationem de Jure prohibitam inter virum & uxorem Spad. *cons.* 272. *n.* 25. *lib.* 3. Cyriac. *controv.* 252. *nu.* 35. Ansald. *dec.* 84. *nu.* 69. quod intellige ut per Ansald. *d. dec.* 84. *n.* 70. & 72.

98 Maritus obligatus vigore Statuti solvere debita Uxoris de bonis dotalibus & extradotalibus non tenetur extinguere illius census passivos sed dumtaxat ad solutionem fructuum Rot. coram Bich. *dec.* 634. *ex n.* 32. *cum seqq.* Ansald. *dec.* 93. *n.* 53.

§. MASCULINUM. VIII.

1 MAsculinum regulariter non concipit fœmininum in contractibus, unde accipiens pro se, & filiis non comprehendit fœminas, quia est facienda interpretatio contra stipulantem, qui poterat legem contractus apertius dicere, *l. veteribus, ff. de pact.* Marant. *in leg. is potest n.* 25. *ff. de acquirend. hæreditate*, latè Tiraquell. *retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 177. & *seqq. ad* 243. vide Ricc. *Collect.* 432. 1313. 2949. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 84. *n.* 8. &c. ubi quando concipiat fœmininum, si non ex vi verborum, saltem ex vi identitatis rationis, & *part.* 13. *dec.* 515. *n.* 7. & 8. ubi quod in donatione facta ex causa certi, & determinati matrimonii, masculinum concipit fœmininum, & sic sub nomine filiorum comprehenduntur mares, & fœminæ. Vide De Luc. *de Fideicomm. disc.* 137. *n.* 9. *disc.* 147. *n.* 14. *de Jurepatr. disc.* 30. *num.* 10. *de Successʃ. disc.* 10. *n.* 8. Rocc. Episcop. *cap.* 117. *n.* 1. *lib.* 2. & *cap.* 20. *n.* 6. *lib.* 1.

Quod masculinum in contractibus non concipiat fœmininum, & quando concipiat in aliis casibus, id non procedit ex vi verbi, & propria significatione, sed ex lata, & impropria, sive ex interpretatione, & extensione, quæ non fit in contractibus stricti juris, quid in materia odiosa, pœnali, indifferenti, in statutis, rescriptis, privilegiis, dispositione juris, & similibus secundum subjectam materiam, & mentem disponentis, latè Rot. *par.* 2. *diversf. decis.* 135. *per tot.* Soccin. *reg.* 312. *per tot.* Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *resolut.* 26. *per tot.* ubi etiam an appellatione hominis comprehendatur fœmina, & sic an mulier sit homo, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 72. *per tot.* ubi Romaguer. in Addit. plures modernos adducit.

Quod ubi concessio fit à fœmina, masculinum concipiat fœmininum etiam in contractibus inspecta verisimili affectione concedentis, Marant. *loc. supr. cit. n.* 26. Michalor. *de fratr. par.* 3. *can.* 16. Grat. *discept. forens. cap.* 58. *num.* 14. &c. Rot. *d. decis.* 125. *n.* 35. ubi quod idem dicendum est si aliàs resultaret absurdum, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 84. *num.* 7.

Quod verba fœminini generis non comprehendant masculos, & sic fœmininum non concipiat masculinum, *leg. si ita rescriptum, ff. de leg.* 3. Dec. *in l.* 1. *n.* 127. *ff. de reg. jur.* Peregrin. *decis.* 138. *n.* 10.

Quod etiam in pœnalibus, & in omni crimine masculinum concipiat fœmininum, & fœminæ veniant sub nomine viri, ita ut acerbitate pœnæ non excusentur ob fragilitatem sexus, sed pari pœna puniantur, nisi aliter sit à jure expresse cautum, plenè Matthæus Sanz. *de re crim. controv.* 29. *num.* 67. & *seqq. per tot.* ubi exemplificat in homicidio, hæresi, polygamia, maleficiis, incantationibus, sortilegiis, blasphemia, percussione Clerici, læsa Majestate, parricidio, sacrilegio, furto magno, proditione, falsa moneta, delatione armorum, adulterio, incestu, lenocinio, raptu, falsitate, resistentia, & similibus; maximè prohibitis, quidquid in prohibitis tantùm à jure civili, vel quæ regulariter à fœminis ignorari solent, aliquam excusationem mereantur, ut dixi in §. *Mulier n.* 41.

Masculinum quando, & quomodo concipiat fœmininum in ultimis voluntatibus, ita ut vocatis filiis, veniant etiam fœminæ, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 84. *per tot.* Surd. *dec.* 84. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 12. *num.* 13. &c. Gratian. *discept. for. cap.* 644. *n.* 9. *cap.* 757. *n.* 13. &c. Baldellon. *cons.* 148. *per tot. lib.* 2. latè Rot. *par.* 2. *diversf. decis.* 125. *n.* 19. *seqq.* ubi quod isto casu, in quo fit lata interpretatio, sicut etiam in qualibet alia materia favorabili, masculinum concipit fœmininum, vide in §. *Appellativa n.* & §. *Statutum excludens n.* Tuschus plenè *litt. M, conclus.* 101. *per tot.* ubi firmat regulam, quod in dispositione legis, vel testatoris quando materia est favorabilis masculinum concipit fœmininum, & latè declarat, vide Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 84. *per tot.* Peregrin. *de fideicomm. artic.* 25. Cabal. *cons. decis.* 119. *lib.* 1. Vide De Luc. *de Testam. disc.* 52. *nu.* 17. *de Fideicomm. disc.* 38. *disc.* 42. *a n.* 7. *disc.* 46. *n.* 4. & 5. *disc.* 47. *a nu.* 4. *disc.* 232. *a n.* 2. *de Jurepatr. disc.* 30. *a n.* 5. *de Successʃ. disc.* 20. *n.* 8. Caprar. *dec.* 197. *n.* 17. 2

In statutis an masculinum concipiat fœmininum, Gratian. *discept. forens. cap.* 449. *nu.* 12. &c. *c.* 52. *n.* 10. Altograd. *consil.* 86. *num.* 10. & *seqq. per tot. lib.* 1. Mart. Medic. *Exam.* 31. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 128. *n.* 113. *cum plurib. antecedentib.* & *seqq. lib.* 2. & *cons.* 54. *lib.* 1. vide in §. *Statutum generale num.* & §. *Statutum excludens n.* 34. &c. Martha *vot. Pis.* 24. *per tot.* latè Ludovis. coram Beltram. *dec.* 293. *per tot.* ubi quod in materia indifferenti masculinum concipit fœmininum, & quæ sit materia indifferens veluti successionis. De Luc. *de Successʃ. disc.* 10. *n.* 8. Caprar. *dec.* 197. *n.* 16.

Quod ubi lex, vel statutum discretivè agit de masculis, & fœminis, tunc sub masculino non comprehendatur fœmininum, Altograd. *cons.* 59. *n.* 5. *lib.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 37. *n.* 29. *libr.* 1.

In concessionibus & investituris, plura hinc inde pro comprehensione, & pro exclusione fœminarum ponderat Gratian. *discept. forens. cap.* 530. *per tot.* latè Rot. *part.* 2. *diversf. d. dec.* 125. *per tot.* vide in §. *Emphyteusis nu.*... De Luc. *de Fideicomm. disc.* 137. *a n.* 7.

Quod masculinum non concipiat fœmininum in præjudicium Ecclesiæ, Bald. *in l.* 2. *n.* 7. *C. de jur. emphyt.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 181. cum aliis per Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 312. *n.* 13. & *part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 34. *num.* 2. & *seqq* ubi quòd ideò in emphyteusi Ecclesiastica ad tertiam generationem concessa pro se, filiis, & nepotibus non comprehenduntur fœminæ.

Masculinum licèt sæpè concipiat fœmininum, numquam tamen concipit neutrum, & ideò quando duo præcedunt nomina substantiva, unum masculini generis, alterum fœminini, & sequitur adjectivum, illud est ponendum in masculino, & comprehendet etiam fœmininum ex vi dictæ conceptionis; Si autem præcedant duo substantiva, unum masculini, alterum neutri generis, tunc adjectivum subsequens est ponendum in neutro, & non in masculino, quod non concipit neutrum, sed neutrum utrumque comprehendit, Rebuff. *in l.* 1. *ff. de verb. signif.* & *in prax. benef. part.* 1. *de declarat. nov. provis. vers. super ea quoque fol. mihi* 162. 3

Masculi descendentes ex fœminis, non differunt à masculis descendentibus ex aliis masculis, & censentur vocati in investitura in qua vocantur descendentes, & hæredes tam masculi, quam fœminæ, nisi fuerit habita ratio agnationis, & non sexus, vel nisi esset vocata generatio masculina, quæ propriè verificatur in descendentibus per masculos, Grat. *discept.* 4

discept. forens. cap. 999. per tot. Rot. *part. 2. div. decis. 15. nu. 1. & seqq. vide in §. Appellativa nu.* 26. Ricc. *Collect.* 886. Rot. *part. 9. recent. dec. 402. n. 26. & seqq. per tot.* ubi benè declarat, & plures alios allegat, *& part. 11. dec. 78. n. 2. & seqq.* & latiùs *decis. 95. per tot.* ubi plenè ad exclusionem masculorum ex fœminis descendentium, *& decis. 218. per tot. d. part. 11. & part. 12. decis. 133. nu. 15. &c. decis. 415. per tot. par. 15. dec. 269. & 369. & part. 17. dec. 69. 229. & 381.* ubi aliæ recensentur decisiones, omnes in Romana Primogenituræ de Bubalo, ad exclusionem masculorum ex fœminis descendentium, quando fideicommissum fuit ordinatum pro conservatione perpetua nominis, & familiæ, & rursus in eadem causa *part. 18. tom. 1. decis. 27. per tot. & decis. 164. & part. 19. decis. 232. n. 25. & seqq.*

Quod quando non est vocata linea masculina, nec agitur de feudo, vel majoratu, vel de conservanda agnatione, nec aliter constat de mente disponentis, masculus descendens ex femina non differat à masculo descendente ex alio masculo, Rot. *part. 2. div. decis. 150. n. 9. & par. 9. rec. dec. 402. num. 26. & seqq. par. 14. dec. 462. n. 7. & 8.* plenè Cabal. *cons. 218. lib. 1.*

Quòd ubi verè, & propriè non est contemplata ratio agnationis, masculus ex fœmina veniat sub nomine masculorum, & multò magis ubi non supersunt masculi ex masculis, non obstante quod mater illius sit exclusa, & adhuc vivat quando masculus venit ex propria persona, cum objectum procedat tantùm donec durat causa per quam radia sit exclusa, & sic donec supersunt alii masculi ex masculis, qui sunt præferendi, latè Altograd. *cons. 66. num. pr. & seqq. lib. 2.* ubi quando ad hunc effectum dicatur contemplata agnatio, vel non, vide in §. *Agnatio 2.* facit Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis. 463. & par. 12. recent. decis. 36. nu. 8. & seqq. & decis. 249. per tot. & par. 13. decis. 1. in eadem causa*, Cabal. *cons. 118. lib. pr. per tot.* Rot. *p. 15. recent. decis. 269. & 369.* ubi quod vocata linea masculina, non veniant masculi ex feminis descendentes, vide in §. *Linea*, plenè Rot. *par. 17. decis. 69. & 381. per tot. & par. 18. tom. pr. decis. 27. & 164. per totum.* Vide Caprar. *decis. 755. num. 19. & 20. part. 2.*

Qood masculus ex femina veniat sub nomine masculorum, sive vocatorum, sive in conditione positorum in fideicommissis, quando non est habita ratio agnationis, & testator discretivè non egit de masculis à masculis descendentibus, & de masculis à feminis provenientibus, & multa quando dicatur facta hujusmodi discretiva locutio, sive dispositio, vel habita ratio agnationis, ut procedat argumentum voluntatis testatoris ab illis desumptum ad excludendos masculos à feminis descendentes, latè Altograd. *cons. 89. per tot. lib. 2.* Rot. *par. 9. recent. decis. 402. n. 26. & seqq per tot. & par. 10. decis. 84. per tot. in eadem causa Bononien. successionis, & par. 11. decis. 78. nu. pr. & seqq.* & plenè *decis. 95. per tot.* ubi ratione agnationis consideratæ à testatore, & aliis pluribus fundamentis resoluit pro non vocatione, & non comprehensione masculorum descendentium ex feminis in fideicommissis, & quod non veniant appellatione lineæ masculinæ, & latè *par. 12. rec. in Appendice decis. 415. per tot. & part. 13. decis. 76. num. 14. & seqq. & decis. 461. par. 15. decis. 269. & 369. part. 17. decis. 69. 183. & 381.*

Quod in materia indifferenti, ac ubi non fuit contemplata agnatio in fideicommissis, masculus ex femina descendens veniat sub nomine masculorum, Rot. *part. 12. recent. decis. 36. num. 10. &c. par. 13. decis. 463. & part. 13. decis. 306. nu. 4. &c.* ubi quod secus si appareat de contraria voluntate disponentis, Cabal. *cons. decis. 118. lib. pr.* ubi pro masculis descendentibus ex feminis, quando non fuit contemplata agnatio, sed erant vocatæ feminæ, & illarum descendentes masculi, ut veniant etiam descendentes masculi ex feminis dictarum feminarum vocatarum, & Rot. *par. 16 recent. decis. 132. num. 15. & 16.* ubi in terminis conditionis *si sine filiis masculis*, vide aliàs decisiones supracit. Vide De Luc. *de Feud. disc. 45. n. 5. & 7. in fin. de Fideicom. disc. 11. n. 5. & 7. disc. 24. a n. 5. disc. 25. a n. 2. disc. 27. n. 4. disc. 232. n. 8. de Jurep. disc. 28. n. 3. disc. 29. n. 8.* Piton. *de Jurepatr. alleg. 93. n. 31. tom. 2.*

Masculorum appellatione in fideicommissis, vel 5
aliis dispositionibus, non veniunt feminæ, sed censentur exclusæ, quia vocatio masculorum non fit alia ratione, quam pro conservandis bonis in agnatione, ita ut excludantur etiam masculi à fœminis descendentes, qui tamen non excluderentur, ubi cessaret ratio agnationis, ut quia fideicommissum sit relictum ab extraneo, vel à muliere, vel initium habuerit à femina instituta, quia tunc masculi ex feminis comprehenderentur, ad tradita per Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat. 141. per tot.* Tusch *litt. M, conclus. 102. per tot.* Rot. *par. 9. recent. decis. 402. n. 26. & seqq. per tot. & part. 10. decis. 84. per tot. in eadem causa*, vide latè *in par. 11. decis. 95. per tot. et d. par. 11. decis. 234. n. 9. & seqq.* ubi pro descendentibus à fœminis, quando fideicommissum fuit ordinatum à fœmina. Caprar. *decis. 47. n. 13. part. pr.*

Masculi unius lineæ in feudo, quando excludant 6
feminas alterius lineæ, & per novas investituras efficiatur præjudicium antiquis, Merlin. *dec. 323. per tot.*

Masculi ex fœminis proximioribus semper præsu- 7
muntur vocati ex voluntate testatoris potiùs, quàm alii masculi ex feminis remotioribus, cùm illis magis conjuncti sint, & minus ab agnatione disteot, cumque homines magis diligere soleant masculum ex fœmina agnata immediatè procreatum, & ex una tantùm fœmina sibi attinentem, quam alium ab agnatione remotiorem, & per plures feminas conjunctum, Rot. *part. 14. recent. decis. 233. num. 13. & seqq. per tot.*

Quando masculi descendentes ex feminis veniant sub nomine masculorum in fideicommissis, & similibus dispositionibus, vel non, vide Rot. *par. 15. rec. decis. 269. dec. 969. & par. 16. dec. 170. cum aliis supracitatis.*

Quod masculi descendentes ex fœminis admittantur ad fideicommissum ordinarum sub nomine collectivo descendentium, quando sunt proximiores, ita non excludantur à remotioribus per repræsentationem in transversalibus remotis, præcipuè si servari debeat ordo successivus, & gradus prærogativa, Rot. *par. 17. recent. decis. 183. per tot.* vide in §. *Repræsentatio.*

Masculinum, an & quando comprehendat fœmini- 8
num, an masculi descendentes ex feminis veniant appellatione masculorum, & alia ad rem indicant Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Masculi*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg. par. 5. eod. verb. fol. 94.* Mans. *Consult. 198. et 199. lib. 2.* novissimè Jo. Torre *de success. in Majorat. et Primog. part. pr. cap. 21. §. 6. etc. part. 2. quæst. 37. num. 13. et seqq.* & alibi sæpè *ut in Indice generali in fine part. 3. verb. Masculus, etc.* ubi plura notabilia. Tondut. *quæst. civil. 112. part. 2.* Vela *Dissert. 49. per totum.* Balduc. *tit. 3. decis. 39. n. 21.* Palm. nep. *alleg. 359. num. 6. tom. 4.* Emerix jun. *decis. 51.*

Masculiatio quid sit, & quando inducatur favore 9
fœminarum ob moram fratrum in dotando juxta consuetudinem Neapolitanam, Thoro *Compend. decis. Neapol. part. pr. verb. Masculiatio*, Ricc. *Collect.* 754. Plura Rocc. Episc. *cap. 113. libr. 2.* De Luc. *de Success. disc. 2. n. 3. & 4. de Dot. disc. 144. nu. 40.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. pr. sect. pr. num. 106. vers. an masculiatio tom. 6.*

Masculi unius lineæ, an excludant fœminas alte- 10
rius lineæ, stante institutione facta duorum, & eorum filiorum masculorum, ex quibus inducatur fideicommissum reciprocum de linea ad lineam, & alia ad rem, latè Aloys. Mans. *Consult. 218. 219. 220. lib. 3.* Vide Rot. coram Caprar. *decis. 531. num. 2. part. 2.*

Masculi remotioris gradus, quando in successione 11
Majoratus excludant fœminas propinquiores ultimi possessoris, & alia ad rem, benè Paladior. *quæst. forens. quæst. pr. per tot.* vide alios citatos *in §. Fœminæ n. 29.* & Rota in Senagolien. fideicommissi 30. Aprilis 1677. & 28. Januarii 1678. coram Bouilemont. apud Jacob.

Jacob. Balduc. in Observat. ad Ramon. *decis.* 2. & 3. *per tot.* ubi plenè de reintegratione fœminæ agnatæ ad primogenituram in defectum masculorum ejusdem gradus, quia erant vocati omnes descendentes ex linea masculina, non erat contemplata agnatio, nec aliter resistebat testatoris voluntas, licet esset repetita qualitas masculinitatis, &c. Anton. Gob. *consult.* 149. *per tot.* cum duabus decisionibus Senatus Mantuæ, ubi plenè quando feminæ admittantur ad successionem feudi, & an semel exclusæ remaneant semper exclusæ, vel reintegrari debeant deficientibus masculis, quid si adsint masculi non ex eodem, sed ex aliis columnellis descendentibus à primo acquirente, &c.

Quod fœminæ vocatæ ad feudum admittantur tantum post masculos, latè Andreol. *contr.* 112. *& seqq.* Tondut. *quæst. civil.* 192. *par.* 2. ubi de substitutione facta de masculis, vel fœminis, an masculi fœminis in eodem gradu existentibus præferantur, de natura alternativæ, & quando resolvatur in disiunctivam, & quibus modis ordo consideretur in testamentis.

12 Appellatione masculorum ex masculis fœminæ non comprehenduntur Piton. *de Jurepatr. alleg.* 93. *n.* 3. Et quando censeantur vocati masculi ex masculis Idem Piton. *loc. cit. alleg.* 100. *n.* 253. *tom.* 2.

13 Masculina linea, quæ dicatur Fusar. *quæst.* 346. *nu.* 14. Roxas. *de incompatibil. par. pr. cap.* 6. *num.* 237. Carol. Anton. De Luca *de linea legali art.* 16. *n.* 2. 3. 20. & 41. *tom. pr.*

Masculina linea à quo debeat incipere, an à Patre, vel filio masculo Carl. Anton. de Luca *de linea legal. ibid. tom. pr.*

Masculina linea desinit in masculo, & non in femina ex Masculo Rota coram Merlino *decis.* 747. *n.* 4. Carl. Anton. De Luca *de linea legal. ibid. numer.* 24. *tom pr.*

Et an masculinam lineam rumpat fœmina Carl. Anton. De Luca *de linea legal. ibid. n.* 47. *tom. pr.*

Masculi de linea, vel descendentes vocati censentur, nedum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam Fusar. *quæst.* 479. *n.* 69. Carol. Anton. De Luc. *de linea legal. ibid. n.* 51. *tom. pr.*

Masculinæ lineæ appellatione in emphyteusi, an veniant Fœmina ex Masculo Soccin., & cæteri in *l. Gallus §. nunc de lege ff. de liber. & posth.* Menoch. *cons.* 105. *nu.* 27. Giovagn. *cons.* 7. *n.* 15. Carl. Anton. De Luc. *de linea legal. art.* 21. *n.* 23. *tom. pr.*

Masculina linea an fit, quando interpositus fœmina Addit. ad Alex. *cons.* 53. *num.* 5. *lib.* 6. Simon. de Præt. *de interp ult. vol. lib.* 3. *fol.* 11. *num.* 54. Carl. Anton. de Luca *de linea legal. art.* 9. *nu.* 4. *tom. pr.*

Masculinæ lineæ appellatione non veniunt masculi ex fœminis Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis. pr. n.* 6. & *decis.* 2. *n.* 16. *vol.* 3.

14 Masculorum appellatione venit masculus ex fœmina, si primordialiter fuit vocatus masculus ex aliqua fœmina Menoch. *cons.* 802. *n.* 15. Reg. Lat. *decis.* 34. *num.* 43. Carl. Anton. De Luca *de linea legal. art.* 12. *n.* 51. *tom. pr.*

Et quid si testator injunxerit masculis onus assumendi nomen, & insignia sua Carl. Anton. de Luca *de linea legal. ibid. tom. pr.*

An & quando appellatione filiorum, & descendentium masculorum æque veniant descendentes ex masculis, ac masculi ex fœminis Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis. pr. a n. n. decis.* 2. *a n. pr. decis.* 33. *a n.* 54. *decis.* 65. *a n.* 4.

15 Masculi in erectione majoratus, & ordinatione fideicommissi, si sint prælati, intelliguntur de feminis in pari gradu, & linea, undè filia, vel soror possessoris præfertur Masculo alterius lineæ Fontanell. *dec.* 64. Carl. Anton. de Luca *de linea legal. art.* 2. *n. pr. per tot.* & *art.* 20. *n.* 15. & 17. *art.* 22. *nu.* 22. *tom. pr.* An debeat excludi expressè Carol. Anton. de Luc. *de linea legal. art.* 12. *n.* 13. *tom. pr.*

16 Masculi unius lineæ in Emphyteusi an excludant fœminas alterius lineæ Carl. Anton. De Luc. *de linea legal. art.* 21. *n.* 24. *tom. pr.*

17 Masculus descendens ex femina nupta in eadem familia an succedat in fidei commisso pro descendentibus de familia ordinato Carl. Anton. de Luc. *de lin.* *Sabelli Summ. Tract. Tom. III.* *legal. art.* 16. *n.* 104. *tom. pr.*

Masculis simpliciter vocatis veniunt masculi ex fœminis independenter à matre, & jure suo, si non sit habita ratio agnationis Fusar. *qu.* 404. *num.* 7. & 10. & *cons.* 19. Carl. Ant. De Luc. *de linea legal. art.* 10. *n.* 11. *tom.* 1. 18

Masculis vocatis an adsit differentia, utrum sint de fœmina agnata, vel de fœminis mediatis ex aliis feminis descendentibus ex masculis quasi illi de feminis agnatis sint semiagnati; Et quid si adsit onus assumendi nomen, & insignia testatoris Carl. Ant. De Luc. *de linea Legal. art.* 12. *n.* 14. *tom.* 1. 19

Masculi, si prælati sint feminis, & successit fœmina in defectum masculorum, an superveniente masculo, fœmina amittat successionem quæsitam. Bald. *cons.* 389. *lib.* 2. Castil. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 2. Carl. Ant. De Luc. *de linea legal art.* 6. *n.* 6. *tom.* 1. 20

Masculus ex femina, qui renovaturus est familiam, an in concursu cum femina de familia præferatur, Bal. *cons.* 137. Peregr. *art.* 27. *nu.* 5. Carl. Ant. De Luc. *de linea legal. art.* 10. *n.* 25. & 26. *tom.* 1. 21

Masculis tantum donato feudo à Patre; illis extinctis succedunt feminæ, secus si à Rege Carl. Ant. De Luc. *Respons.* 20. *in tractatu de linea legal. tom.* 1. 22

Masculina linea quando dicatur vacata Carl. Ant. De Luc. *de linea legal. art.* 76. *n.* 4. *tom.* 2. 23

Masculorum linea a masculina linea an differat. Alex. *in l. Gallus §. nunc de lege Velleja ff. de lib. & post.* Soccin. sen. *cons.* 33. *lib.* 6. Andreol. *contr.* 231. Carl. Ant. De Luc. *de linea legal. art.* 79. *n.* 1. *tom.* 2.

Masculi descendentes ex feminis non censentur comprehensi sub vocatione descendentiæ masculinæ si agnatio fuerit contemplata latissimè Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 20. *n.* 17. *vol.* 3. 24

Vocatis masculis lineæ contentivæ testatoris, quòd descendens per unicum remedium fœminarum præferatur descendenti per duplex; maxime quando testator artificiali agnationi prospexit. Joseph. de Ros. *consult. jur.* 69. *n.* 219. *cum seq.* Rot. *dec.* 218. *n.* 17. *part.* 11. & *dec.* 233. *nu.* 15. *part.* 14. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 2. *n.* 12. *lib.* 10. *vol.* 2. 25

Contrarium quod in vocatione masculorum cognatorum omnes æqualiter veniunt, sive per unum, sive per duplex medium feminarum procedant Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. part. pr. art.* 10. *n.* 14. Rot. *dec.* 132. *n.* 23. & *seqq. part.* 16. *rec.* Mantiss. ad De Luc *d. dec.* 2. *n.* 12. *lib.* 10. *vol.* 2.

Et id etiam si artificialis agnatio fuerit contemplata, quæ æquè benè potest a masculo conservari, sive ab unica, sive à duplici femina procedat. Altograd. *cons.* 66. *n.* 63. & *seq. lib. pr.* Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. loc. sup. cit.* Rot. *d. dec.* 132 *nu.* 24. *part.* 16. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *loc. adducto n.* 13.

Nisi tamen ex conjecturis appareat de voluntate contraria testatoris. Card. De Luc. *de fideicom. disc.* 28. *sub n.* 8. *vers. istæ rationes*, Alter De Luc. *de lin. legal. loc. proximè adducto n.* 17. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 14. ubi etiam de istis conjecturis.

Masculus simultaneè cum fœmina quando vocatus censeatur. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 44. *nu.* 8. 10. & *seqq.* Existente statuto exclusivo, fœmina venit post illos defectos. Card. De Luc. *loc. cit. nu.* 3. & *disc.* 37. *n.* 6. 26

Masculinum concipit fœmininum, & e converso ex vi identitatis rationis Rocc. Episc. *cap.* 194. *nu.* 101. *lib.* 2. 27

Masculina qualitas an, & quando censeatur repetita Rocc. Episc. *cap.* 19. *n.* 29. 30. & 37. Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 41. *nu.* 2. *disc.* 43. *a nu.* 4. *disc.* 231. *a n.* 2. *disc.* 233. *a n.* 3. Rot. *part.* 19. *tom.* n. *decis.* 473. *n.* 7. & 8. *dec.* 482. *a n.* 9. & *n.* 19. & 29. *dec.* 575. *n.* 6. & *decis.* 683. *n.* 19. Emerix jun. *dec.* 841. & 882. latè Rot. in Mantiss. ad De Luc. 28

Masculus quando excludat matrem De Luc. *de Fideicom. disc.* 21. *nu.* 3. *disc.* 15. *nu.* 17. *disc.* 133. *n.* 3. *in summ. a n.* 265. 29

Masculinitas apposita in personam, in quam redicanda erat primogenitura non operatur exclusionem fœminarum in casibus a Jure permissis Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 482. *n.* 22. 30

Masculinum fœmininum non concipit Fusar. *de* 31

subſtit. quæſt. 349. *n.* 1. *& in rec. dec.* 388. *nu.* 6. *& ſeqq. part.* 5. Emeria Jun. *dec.* 51. *n.* 2. quod procedit in materia odioſa, & correctoria Fuſar. *quæſt.* 349. *nu.* 1. *&* Rota *decis.* 388. *nu.* 7. *&* 8. *par.* 5. *rec.* Emeria Jun. *dec.* 51. *n.* 8. Secus in favorabili *l. Lucias Titius* 91. *§. quæſitum ff. de lege* 3. Emeria Jun. *ibid. n.* 9. ſive prolatio fiat à lege, ſive ab homine Grat. *diſcept.* 449. *n.* 4. & Rot. coram Buratt. *decis.* 802. *n.* 2. Emeria Jun. *ibid. n.* 10.

32 Indecorum maſculis non eſt habere filios naturales, ſicut ſęminis Giovagn. *conſ.* 21. *num.* 58. *& ſeq. lib.* 1. Emeria Jun. *dec.* 334. *n.* 16.

33 Prælatio maſculorum non cenſetur volita per ſimplex onus deſcrendi cognomen, & arma Teſtatoris, cum poſſit æquè adimpleri per ſęminas Altograd. *conſ.* 166. *cx n.* 60. *lib.* 2. Rot. *dec.* 885. *jun.* 9. coram Cerro Emeria Jun. *dec.* 1136. *n.* 7.

34 De inæqualitate pubertatis inter maſculum & ſęminam De Luc. *Conflic. obſer.* 1.

35 Maſculinum in privilegiis non continet ſęmininum Mierez. *p.* 1. *q.* 16. *n.* 4. *& ſeqq.* Balduc. *tit.* 3. *de Legatis dec.* 39. *n.* 50.

36 Maſculos, & Fęmina æqualiter ab inteſtato ſuccedunt Patri de jure communi Text. *in l. maximum vitium C. de lib. præter.* Bald. *de Legatis tit.* 3. *dec.* 39. *n.* 72.

37 Maſculus in Feudali inveſtitura, ex quibus dicatur contemplatus Roſental. *de feud. cap.* 7. *concl.* 31. *n.* 4. 5. *& ſeq.* Baldue. *de Feudis tit.* 5. *dec.* 4. *n.* 5. 36. *& per tot. & dec.* 5. *fere per tot.*

38 Maſculinum non concipit fœmininum, quoties eſt correctorium Juris communis Soccin. Jun. *conſil.* 23. *n.* 43. *lib.* 1. Surd. *dec.* 9. *num.* 14. Roc. Epiſc. *c.* 37. *num.* 30.

39 Maſculinum non concipit fœmininum, quando agitur de ſtatuto exclusivo ſęminarum propter maſculos pro conſervatione agnationis condito Rot. *in rec. dec.* 267. *n.* 9. *part.* 9. Rocca Epiſc. *cap.* 37. *n.* 34.

40 Maſculinum non concipit Fœmininum ſtante rationis diverſitate Soccin. Sen. *conſil.* 90. *num.* 3. *lib.* 1. Gabr. *de verbor. ſignificat. concluſ.* 6. *num.* 51. Rocc. Epiſc. *cap.* 37. *n.* 35.

41 Maſculinum non concipit fœmininum, filiorumq; appellatione non veniunt ſęminæ ſtante ſtatuto quod verba teſtamentorum intelligantur pro ut jacēt Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 1. Roc. Epiſ. *cap.* 25. *n.* 16. *& ſeq.*

42 Maſculinum, quod concipiat ſęmininum ſtatutum diſponens intelligi debet in caſibus, in quibus de jure maſculinum concipit ſęmininum Rot. *in rec. dec.* 388. *n.* 9. *juncto nu.* 7. *par.* 5. Roc. Epiſc. *c.* 37. *n.* 28. *&* 29.

Maſculinum, quod concipit Fęmininum, ſi ſtatutum diſponat intelligi debet ſi eadem ſit ratio in maſculo, ac fœmina Gabr. *de verbor ſignif. concl.* 6. *nu.* 51. Ruin. *conſil.* 22. *nu.* 13. *& ſeq. l.* 3. Roc. Epiſ. *c.* 37. *n.* 35. *&* 36.

43 Maſculi per maſculum quando ſunt vocati, cum ea verba ſonent reduplicativè intelligenda ſunt de maſculis, qui per maſculos deſcendunt Caprar. *dec.* 340. *n.* 3. *part.* 1.

44 Maſculi deſcendentes à ſęmina non dicuntur deſcendere per lineam maſculinam ſed ſęmininam Mantic. *de Tacit. & Ambig. lib.* 22. *tit.* 14. *n.* 27. *& tit.* 16. *n.* 23. Rot. *dec.* 103. *n.* 2. *&* 3. coram Priolo Caprar. *dec.* 755. *n.* 21. *part. pr.*

45 Maſculinum non concipit ſęmininum, quando maſculo injunctum eſt onus renovandi familiam Card. De Luc. *de Fideic. diſc.* 232. *nu.* 3. *&* 4. Neque ubi Maſculi ſint hæredes univerſales ſęminæ vero inſtitutæ ſint in re particulari. Card De Luc. *de fideic. diſc.* 147. *nu.* 7. Præſertim ubi genos Maſculinum fuerit pluries repetitum, vel ſubſtitutio eſſet correſpectiva non autem gratuita. De Luc. *d. diſc.* 147. *num.* 11.

46 Maſculus dotare tenetur fœminam excludendam etiam non requiſitus. Ruin. *conſ.* 74. *lib.* 2. *num.* 12. Card. De Luc. *de Succeſſ. diſc.* 2. *n.* 4. *&* 9. ubi declaratur.

47 Maſculus ſtatuto excluſivo renunciare poteſt, & admittere ſororem excluſam. Rot. *dec.* 146. *n.* 6. *&* 7. *part.* 10. *recent.* Card. De Luc. *de ſucceſſ. diſc.* 55. *num.* 15.

Maſculus cognatus, ſeu collateralis quando ob contemplatam agnationem excludat fœminas deſcendentes teſtatoris. Card. De Luc. *de Fideic. diſc.* 46. *num.* 10. 48

Maſculus ex ſęmina non poteſt eſſe melioris conditionis in ſuccedendo, quàm eſſet eorum mater. Card. De Luc. *de fideic. diſc.* 24. *nu.* 4. *&* 6. *& diſc.* 26. *n.* 4. ubi declaratur. 49

Maſculus ex ſęmina excluſus an cenſeatur ex verbis per directam lineam. Card. De Luc. *de Fideic. diſc.* 27. *n.* 7. 50

Maſculus ex fœmina nupta in familia an præferatur maſculo ex maſculo. Dec. Sicul. inter opera Card. De Luc. *n.* 392. 51

Plura alia de maſculis, & maſculino vide De Luc. Mantiſſ. ad eumdem Altimar. Rocc. Anſal. Conſtantin. Emerix Caprar. Manſ. Palm. & alios modernos. 52

§. MATER. IX.

Mater quæ jura habet in bonis filiorum tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, & qualiter illis ſuccedat, vide in *§. Aſcendentes n.* 2. *&c. §. Legitima n.* Acharan. *conſil.* 104. 278. *&* 421. Addit. ad Afflict. *dec.* 38. Gratian. *diſcept. for. cap.* 35. *cap.* 140. *& cap.* 177. Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 13. *n.* 43. *& ſeqq. ad* 83. Oinot. *Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. defer. de ſecund. ord. ſucc. per tot.* ubi *nu.* 32. *fol.* 129. quod ſi habeat unicum filium illi ſuccedit etiam quoad proprietatem, cum non adſint alii ex eodem matrimonio, quibus illam reſervare teneatur, allegat *leg. fœminæ, in fine, Cod. de ſecund. nupt.* & loquitur licet tranſierit ad ſecunda vota, vide Gratian. *d. cap.* 140. *n.* 23. & alios infra citatos, latè Martha *de ſucceſſ. part.* 2. *quæſt.* 3. *per tot.* Tuſch. *litt. M. concluſ.* 110. *&* 111. ubi qualiter mater ſuccedat filiis, excluſis avo, & aliis aſcendentibus, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 122. ubi qualiter excludat avum. Vide Nicoli. *Inſtit. Imper. tit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* De Luc. *de Legit. diſc.* 20. *n.* 11. *diſc.* 40. *n.* 14. *diſc.* 44. *n.* 11. *de Teſtam. diſc.* 21. *n.* 9. Pen. & Creſcin. *dec.* 207. *& dec.* 1120. Baldua. *tit.* 4. *dec.* 20. *n.* 27. 1

Quod mater tranſiens ad ſecunda vota ſuccedat filio in bonis paternis in ſolo uſufructu, & proprietas remaneat aliis filiis, Afflict. *dec.* 75. *nu.* 4. *&c.* latè Sperel. *dec.* 32. 33. *&* 34. *per tot.* Merlin. *decis.* 621. *n.* 12. *&c.* Altograd. *conſil.* 47. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 17. *per tot.* ubi propterea concludit reſpectu bonorum paternorum, ſive profectitiorum filii, debere eſſe contentam relicto ſibi facto, nec poſſe ſupplementum legitimæ petere. quando tranſivit ad ſecunda vota, & adſunt alii filii primi matrimonii ſucceſſibiles, & agniti in aliqua portione; reſpectu verò adventitiorum ſuccedit pleno jure, cum in eis non procedant pœnæ ſecundo nubentium, & ſic in iſtis adventitiis debetur illi ſaltem legitima, & ejus ſupplementum, ut ibidem latè concludit, & probat, vide in *§. Diſpoſitio num.* 1. *& ſeqq. §. Mulier nu.* 27. *& §. Pater nu.* Tuſch. *litt. M. concluſ.* 112. *&c.* Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 223. *vol.* 1. *& decis.* 128. *nu.* 16. *vol.* 3. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 20. *per tot. & part.* 18. *dec.* 244. *per tot* ubi qualiter mater tranſiens ad ſecunda vota amittat etiam legitimam in bonis filii primi matrimonii defuncti, ita ut nec juvari poſſit tranſactione aliter inita, quæ non comprehendit jura occaſione binubatus ad filiam ſuperſtitem, & tranſigentem ſpectantia, maximè ſtante læſione ultra dimidiam, *& dec.* 759. *d. part.* 18. in eadem cauſa, ubi fuit confirmata prima deciſio; Intelligendo ut amittat quoad proprietatam, vide in §. *Tranſactio num.* 40. vide Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 32. *num.* 1344. *tom.* 5. Rub. *dec. Rot. Rom. dec.* 80. *n.* 6. *lib.* 2. *dec.* 242. *n.* 3. Caprar. *decis.* 103. *la* 2. *part.* 1. *& decis.* 597. *n.* 4. *part.* 2. *& dec.* 41. *part.* 1.

Quod mater debeat habere ſaltem legitimam, quando

do reperitur exclusa per statutum, & nihil ei reservatur, late contrariis respondendo Altograd. *cons.* 56. *& 57. per tot. lib.* 1. Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 1. *cum pluribus seqq.* vide *in §. Legitima n.* 8. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 492. *& part.* 18. *d. dec.* 244. *& part.* 19. *dec.* 308. ubi quod mater etiam binuba, non extantibus aliis filiis prioris matrimonii consequitur legitimam in omnibus bonis, & pleno jure, etiam in proprietate. Laté Pen. & Crescin. *loc. cit.*

An per transitum ad secunda vota contristetur anima defuncti mariti, ut asserunt communiter DD. vide in §. *Mulier n.* 27. *in fine*.

Quid autem sit dicendum respectu bonorum emptorum ex fructibus paternæ substantiæ, sive donatorum uxori contemplatione mariti, Franch. *dec.* 18. *per tot.* ubi concludit in eis matrem pleno jure succedere, vide in §. *Mulier n.* 26. *&c. & §. Dispositio n.* 2. *& seqq.*

An mater, & pater in viduitate se cōtinens teneatur reservare filiis donata sibi ab altero conjuge, vel aliter lucrata, solo sibi usufructu retento, vide text. in *Auth. uxore, Cod. de secund. nupt. & in Auth. ut fratr. filiis, §. quia verò*, cum aliis per Peregrin. *dec.* 114. & dixi in *§. Dispositio n.*

An, & qualiter mater binuba admittatur ad successionem filii una cum amitis ipsius filii, in terminis statuti Cortonendis plenè videndus Cabal. *cons. decis.* 128. *per tot. ad n.* 537. *lib.* 2.

2 Mater transiens ad secunda vota non petendo, nec curando cum effectu dari infra annum tutorem idoneum filiis suis privatur illorum successione, *leg.* 2. *§. si mater, ff. ad Tertull.* vide *in §. Tempus nu.* 27. Gratian. *decis.* 177. latè Tusch. *litt. M. conclus.* 112. *& seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 19. *art.* 5. *n.* 14. *& part.* 8. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3990. ubi quod dictum tempus est utile, & currit tantum à die certæ scientiæ de morte mariti, idem Ricc. *Collect.* 3576. Ansald. *cons.* 101. *&* 102. *per tot.* Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 22. De Luc. *de Tutor. disc.* 11. *num.* 7. *de success. disc.* 29. *Consilit. obser.* 260. *de success. in summ. a n.* 23. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *nu.* 849. *tom.* 8.

Quod verum est etiam respectu legitimæ matri debitæ, Dec. *consil.* 299. Montan. *de tut. cap.* 18. *nu.* 20. *fol.* 59. *& cap.* 15. *nu.* 82. *& seqq. fol.* 52. ubi etiam *n.* 91. *&c.* quod privatur legatis, fideicommissis, & donationibus causa mortis, Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 19. *art.* 5. *sub nu.* 14. ubi quod excluditur etiam à successione delata à statuto, vel homine, veluti si esset substituta filio.

Quamvis quoad legata particularia provenientia ex bonis patris, & non pupilli, illa non amittere, nec à jure substitutionis repelli, cum tunc dicatur potius succedere testatori, quàm pupillo, concludit idem Montan. *d. cap.* 18. *num.* 49. *&c.*

Quoad legitimam, an, & quando mater illa privetur per transitum ad secunda vota in proprietate, & non in usufructu, quid si non supersint alii filii, quid si non petierit tutorem, nec reddiderit rationem, quid si nubat intra annum luctus, quid si non fecit inventarium, & alia vide latè per Merl. *de legit. lib* 4. *tit.* 2. *quæst.* 1. *c.* 6. *& seqq.* & dixi in §. *Legitima n.* 8. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 20. *n.* 7. *& seqq. & num.* 34. ubi qualiter possit excusari si vivebat avus paternus, & si filius non decessit in pupillari ætate, *& part.* 13. *dec.* 491. *n.* 1. *& seqq.*

An autem mater eamdem privationis pœnam incurrat non petendo curatorem filio insano, vel furioso, an idem sit in aliis conjunctis, vide Franch. *dec.* 167. *per tot.*

Quod eodem modo mater privetur successione filiorum, si ipsa nolit suscipere liberorum suorum tutelam, & idem sit in omnibus aliis ad pupilli successionem aspirantibus, Montan. *de tut. cap.* 18. *num.* 1. *& seqq. per tot.* vide in §. *Mora num. & §. Tutor num.*

Quando privetur ob non petitum tutorem, vel curatorem ventri suo pregnanti, Tuschus *litt. M. conclus.* 114. *& litt. V. conclus.* 76. Ansald. *dict. cons.* 101. *&* 102. *per tot.* ubi plura de hac materia. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 20. *n.* 24.

Mater ut excludatur à successione filiorum ex prædictis causis debet per adversarium probari non solum filium impuberem mortuum post annum, & tutorem non petitum, sed etiam quod sua culpa, & negligentia non petierit, cum ex qualibet causa excusetur, & in dubio judicandum sit pro non exclusione, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 668. *nu.* 1. *&c. cap.* 219. *num. pr. &c.* Marant. *in leg. is potest nu.* 219. *& seqq. ad* 254. *ff. de acquiren. hæred.* Montan. *de tut. cap.* 18. *num.* 30. *& seq.* Michalor *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 83. *&c.* Tusch. *litt. M. conclus.* 112. *et* 113. *per tot.* 3

Quòd imo debeat intra annum justā causam, quam habet proponere, aliter excusatio non admittatur, imò non reiiciatur probatio, Bart. *in leg.* 2. *§. confestim, ff. ad Tertul.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 98. *n.* 8.

Mater excusatur à dicta pœna privationis successionis filiorum ob non petitum illis tutorem multis ex causis. 4

Primò propter malam valetudinem, Magon. *decis. Flor.* 43. *nu.* 6. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 5. *sect.* 1. *num.* 849. *tom.* 8. Rodoer. *cons.* 11. *n.* 7. *&* 8.

Secundò durante tempore luctus suorum consanguineorum, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 243. *num.* 18. *cap.* 403. *num.* 26. Staiban. *de interesse lib.* 1. *quæst.* 19. *nu.* 26. *& seqq.* Rodoer. *loc. cit. n.* 13. *&* 14. Altimar. *ubi supra vers. vel si infra annum.*

Tertiò propter absentiam, ignorantiam, infirmitatem, vel aliam legitimam causam, & impedimentum, Montan. *de tut. cap.* 18. *num.* 33. *&c.* vide in *§. Impedimentum nu.* Menoch. *de arbitr. cas.* 572. *num.* 18.

Quartò excusatur si patre bannito non petierit tutorem filiis, quia pater licet bannitus non perdit patriam potestatem, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 462. *per tot.* Montan. *dict. cap.* 18. *num.* 33.

Quintò excusatur si sit minor, latè Gratian. *cap.* 862. *n.* 20. *&c. cap.* 668. *n.* Montan. *de tut. cap.* 15. *num.* 107. *& cap.* 18. *num.* 43. *&c.* vide in §. *Dispositio num. & §. Mulier num.* Altimar. *dict. num.* 849. *vers. vel si mater esset minor.* Narbon. *de ætat. ann.* 25. *quæst.* 30. Hodiern. ad Surd. *decis.* 48. *nu.* 5. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 20. *n.* 33., ubi declaratur.

Quæ quidem excusatio ob minorem ætatem durat etiam si posteà major facta fuerit, nisi major efficiatur intra annum, & restaret tantum tempus ex illo anno, ut posset ipsa tutelam assumere, vel alium tutorem petere, quia tunc non erit omninò excusata, cum toto tempore illius anni minor non fuerit, Tiraquel. *tract. cessante causa limit.* 4. *nu.* 7. *&* 8. Gratian. *decis.* 177. *num.* 7. *&c.* Vide Altimar. *loc. cit. vers. quæ conclusio.*

An autem excusetur propter ætatem septuagenariam, quasi tunc sit extra memoriam, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 805. *num.* 23. *&c.* videtur negare, Montan. *de tut. cap.* 18. *num.* 18.

Sed hic casus procedere potest tantùm in avia, vel respectu filii insani, vel furiosi, non autem minoris, cum mater in illa ætate non possit habere filios minores.

Sextò excusatur mater non petendo tutorem filiis, si adsit tutores testamentarii, vel legitimi, Gratian. *discept. forens. cap.* 219. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 18. *num.* 23. *in fine, & num.* 38. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 43. *num.* 4. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 20. *n.* 34. ubi excusatur stante avo paterno, *& part.* 13. *decis.* 491. *num.* 1. Pascal. *de virib. patr. potest. libr.* 3. *cap.* 10. *num.* 34. ubi Prat.

In contrarium vide Seraphin. *decis.* 830. *num.* 11. *&* 12. ubi quando adsunt legitimi, *infra vers. Duodecimo.*

Et in omnem casum, quo mater petierit tutorem, non tenetur de gestis ab illo, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 264. *fol.* 10.

Septimò mater existens in montanis, & non habens facultatem consulendi peritos, si rectè administravit tutelam, non privatur de successione filii, quamvis illi non petierit tutorem, nec inventarium confecerit, Gratian. *discept. forens. cap.* 668. *num.* 7. *&c.* ubi plura pro matre, Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 37. Montan. *de tut.*

cap. 15. num. 87. &c. & cap. 18. num. 19. & 23. Menoch. de arbitr. cas. 194. num. 26. 27. 66. et 67. ubi an excusetur propter rusticitatem Altimar. dict. num. 849. vers. vel si mater esset rustica. Hodiern. ad Surd. decis. 48. n. 8. Rodoer. cons. 11. n. 15.

Octavò mater, & alii aspirantes ad successionem pupilli, illam non emittunt ob non petitum tutorem infra annum, si degant in loco ubi talis dispositio pœnalis, & rigorosa nunquam fuerit observata, & practicata, dummodò venerit casus, & ita fuerit obtentum in contradictorio juditio, Montan. de tut. cap. 18. num. 29. &c. facit quod dixi in §. Statutum generale num.

Nono excusantur pubertate pupilli, nam illo mortuo post pubertatem, licet nunquam habuerit tutorem, eum potuerit testari, non testando videtur tacitè vocare venientes ab intestato, leg. matres, Cod. ad Tertull. leg. sciant, C. de legit. hæred. Monten. de tut. cap. 18. num. 30. &c. Magon. decis. Flor. 43. nu. 5. Rot. part. 11. recent. decis. 20. num. 35. & part. 13. decis. 491. num. 2.

Decimò excusantur si nondum sit lapsus annus tempore mortis pupilli, nisi fuerit per judicem, vel à statuto abbreviatus, vel nisi se ad finem coarctaverit, Alex. consil. 105. nu. 20. lib. 6. Marant. in repet. leg. is potest num. 189. ff. de acquir. hæred. Jacob. Philip. Port. comm. conclus. lib. 5. cap. 4. amplint. 14. & fallent. 4. Montan. dict. cap. 18. num. 32. vide in §. Tempus num.

Undecimò excusantur mater, & alii si non petierint tutorem ad retundendam vim creditorum, vel si pupillo fuerit relictum amplum legatum, donec tutorem non habuerit, ita ut illi expediat esse sine tutore, leg. 2. §. ergo, & §. tractari, ff. ad Tertul. Montan. dict. cap. 18. num. 36. Port. loc. cit. num. 7. Seraph. dec. 830. num. 3. &c.

Duodecimò excusantur quando ipsi sunt legitimi tutores, quia tunc non tenentur alium petere, nisi se excusaverint, & licet cessent ab administratione, suo periculo cessant, quæ pœna sufficit absque eo, quod etiam priventur successione, Ang cons. 73. Montan. dict. cap. 18. nu. 37. Rodoer. dict. cons. 11. n. 16. & 17. Altimar. loc. cit. vers. superessent Balduc. tit. 4. decis. 20. à n. 20.

Contrarium tamen firmat Seraph. dict. decis. 830. num. 6. 11. & 12. nec omninò dissentiunt Montan. & Port. loc. cit. fall. 9. vide supra vers. sextò.

Decimotertiò excusatur mater quando fuit ab alio præventa, Ang. cons. 166. in fine, Marant. in leg. is potest num. 196 ff. de acquir. hæred. Montan. dict. cap. 18. num. 41. Altimar. loc. cit. vers. vel si intra annum.

Idem est si avia statim susceperit tutelam, ita ut pupillus non remanserit indefensus, Magon. decis. Flor. 43. num. 3.

Decimoquartò videtur mater excusande quando pupillus habebat substitutum pupillarem, ad quem etiam spectat onus petendi tutorem ob spem successionis, Bald. cons. 317. lib. 5. et consil. 140. lib. 1. vide tamen Montan. dict. cap. 18. num. 42. ubi videtur cum aliis contrarium tenere in matre, in qua militat non solum spes successionis, sed etiam magis ratio pietatis maternæ, & naturalis affectionis. Vide Altimar. loc. cit. vers. vel si filius haberet.

Decimoquintò excusatur mater si sit prodiga, vel intra annum Monasterium ingredietur, & si qui poterat negligentem excludere, tacuit, non transmittit hoc jus ad hæredes, Marant. in leg. is potest nu. 200. ff. de acquir. hæred. Bald. in cap. ex parte num. 9. de appellat. Anchar. cons. 440. num. 3. Montan. dict. cap. 58. num. 45. etc. vide in §. Prodigus numer....

Decimosextò excusatur si legitimè tutelam non suscepit, sed tantum de facto administravit juxta multorum opinionem, licet alii contradicant ne melioris sit conditionis, quæ de facto, quam quæ legitimè administravit, ut constat ex allegatis per Rot. part. 9. recent. decis. 499. num. 17.

Alias excusationes vide per Montan. cap. 15. nu. 300. etc. Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 19. art. 5. num. 14. Anseld. cons. 101. et 102. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. quest. 1. sect. 1. n. 849. tom. 8.

Mater nisi sit minor, præfertur in tutela filiorum 5
omnibus agnatis, & sic legitimis, & dativis tutoribus, ac etiam avo, & aviæ, & est tutrix legitima, sed voluntaria, dummodò intra quatuor menses, vel aliud tempus à statuto præfixum tutelam solemniter assumpserit, renunciando cum juramento secundis nuptiis, & Vellejano, & promittendo omnia facere, & observare, ad quæ de jure tenetur, ita ut si hæc non fuerint servata, non solum tutele sit nulla, sed nec etiam fidejussores illius remaneant obligati; non tamen præfertur tutoribus testamentariis à patre datis, Auth. matri, et aviæ, ubi DD. Cod. quando mul. tut. de off. Montan. de tut. cap. 7. numer. 40. et seqq. ubi numer. 46. etc. quod olim mulieres perpetuæ coercebantur tutele, idem Montan. cap. 9. num. 50. et seqq. ad 55. et cap. 15. n. 36. et seqq. ad 63. Capyc. decis. 56. nu. 5. ubi quod mater excludit avum etiam paternum, de quo tamen vide French. decis. 10. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 282. num. 23. &c. cap. 919. nu. 10. &c. vide in §. Mulier nu. 40. §. Tutela num. Ricc. Collect. 315. & 1065. Tusch. litt. M. conclus. 107. &c. Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 19. art. 8. & decis. 149. vol. 3. ubi etiam quod minor 25. annis si fuerit relicta tutrix filiorum suorum, potest onus tutelæ assumere sine satisdatione, Addit. ad Sanfelic. decis. 383. sub nu. 4. ubi quod præferatur avo, debet intelligi quando nepotes essent emancipati, & non in potestate avi, aliàs si sint in ejus potestate, avus est legitimus eorum administrator, & non possunt habere tutorem, imò avus posset illis relinquere tutorem testamentarium ad matris exclusionem, Mans. consult. 231. per tot. lib. 3. latè Altimar. de nullit. rubr. 2., & 3. q. 1. sect. 1. num. 848. tom. 8. De Luc. de Tutor. disc. 21. à n. 7. de success. disc. 29. n. 14. Bersan. de Vidu. cap. 2. quæst. 39. n. 2.

Quod avus paternus habens nepotem ex filio in potestate, præferatur matri, Gloss. in Auth. matri, & aviæ, C. quand. mul. tut. off. Rot. post Urceol. de transact. decis. 78. num. 11.

Quod mater teneatur satisdare sicut alii tutores rem pupilli salvam fore, Novella Constitut. 118. ad finem, Montan. de tut. cupit. 32. reg. 7. num. 22. vide in §. Tutela num.... Vide Altimar. de nullit. rubr. 11. qu. 4. n. 99. tom. 2. & rubr. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. num. 848. tom. 8.

Si mater agat, vel conveniatur tamquam tutrix ante factum inventarium, & implementum implendorum de jure, qualiter possit salvari processus à nullitate, Gratian. discept. forens. cupit. 542. num. 7. &c. vide in §. Processus num....

Quod mater suscipiendo tutelam legitimam, vel dativam filiorum, debeat renunciare secundis nuptiis, & Vellejano ubi potuit consulere peritiores; testamentariam autem retineat etiam transeundo ad secunda vota, non indigeat confirmatione, satisdatione, vel inventario, vide Gratian. discept. forens. cap. 668. num. 12. &c. cap. 28. num. 29. &c. infra n. seqq. Paul. Christin. dec. 194. & 195. vol. 5. Addit. ad Sanfelic. dec. 383. vers. Et licet, ubi tamen quod hujusmodi renunciatio de consuetudine non attenditur Piag. de Tutor. q. 9. n. 39., & 40. Vide Altimar. de nullit. rubr. 11. quest. 4. a n. 102. tom. 2. et rubr. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. n. 848. tom. 8.

Quod possit assumere tutelam sine judicis decreto, & sic absque eo quod sibi decernatur à judice, Gloss. in Auth. matri, & aviæ, C. quando mul. tut. off. Bart. in leg. si quis sub conditione, ff. de testam. tut. Corn. cons. 146. in princ. lib. 4. Montan. de tut. cap. 32. reg. pr. num. 6. vide in in §. Tutela n. latè Rot. par. 18. rec. dec. 253. n. 3. et seqq. ubi qualiter mater legitima tutrix filiorum possit etiam sine judicis decreto, aliisque solemnitatibus non impletis exercere tutelam, etiam sine illorum interventu alienando immobilia utiliter ad evitendum cursum usurarum, licèt creditores aliter non urgeant pro illorum satisfactione, &c.

An mater possit esse curatrix filiorum ad lites, & compelli, nisi legitimam excusationis habeat causam, affirmat Mastrill. dec. 174. refert, & sequitur Addit. ad Sanfelic. decis. 383. vers. An mater.

Et sufficit, ut in assumptione tutelæ promittat ea
omnia

omnia facere, adimplere, & observare, ad quæ de jure tenetur, vide Capyc. decis. 50. Boer. decis. 122. num. 20. Montan. de tut. cap. 15. num. 56. Alex. cons. 80. num. 14. lib. 5. Bardellon. consil. 161. in fine lib. 2. Rot. in Noviss. part. 7. dec. 89. num. 14.

Quod etiam exclusa per statutum à successione filiorum non censeatur exclusa à tutela, vel cura illorum, quia non datur propter hæreditatem, sed propter actionem, Corn. cons. 101. lib. 3. quem sequitur Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 19. art. 4. num. 8.

Mater tamen incestuosa non potest esse tutrix, Guttierez de tut. cap. 8. n. 10. in fine, Rot. part. 12. rec. 175. nu. 23. et par. 18. tom 2. dec. 37. num. pr.

Quod mater inventario non confecto nihil agere possit, & alia pro nullitate alienationis ab ea factæ ex defectu dicti inventarii, non cognitionis causæ, subhastationis, & aliis, ita ut emptor teneatur rem cum fructibus restituere, denegata sibi ob eis malam fidem actione evictionis, & restitutionis pretii, etiam contra tutorem, nisi specificè sibi de illa caverit, plenè Ganaver. consil. 6. per tot. post illius decisiones, & dixi in §. Evictio n. 23. et §. Tutela num. 27.

6 Mater licèt sit filiafam. & in potestate patris constituta, potest à marito communibus liberis dari tutrix in testamento, etiam si statutum cavaret, quod mulier non possit se obligare sine præsentia patris, Barbat. cons. 11. n. 21. lib. 3. Montan. de tut. cap. 9. num. 7. et cap. 15. num. 32. ubi tamen allegat Bart. in leg. 2. ff. de legat. 1. contrarium tenentem, vide in §. Statutum requirens n.

Intellige dummodò sit major 25. annis, nisi ex consuetudine, vel statuto mulier maritata habeatur pro majore, vel admittatur etiam minor, l. 1. C. quando mulier tut. off. Boer. decis. 124. n. 7. Montan. de tut. capit. 15. num. 18. et 19. ubi latè de hujusmodi tutela matris, & Paul. Christin. dec. 149. vol. 3. Vide Altimar. dict. n. 848. vers. mater minor pag. 313. col. 2. in princ.

Vel nisi dispensetur à Principe, ut dixi in §. Mulier num. 40. in fine.

7 Mater, & avia in assumptione tutelæ, tenentur omnia bona sua expressè obligata pro administratione, licèt sint à jure tacitè obligata, & possunt pro tutelari debito maximè concurrente dolo carcerari; si tamen illarum gesta longo tempore tenuerint, præsumuntur fuisse omnia solemniter acta, ne quisquam remaneat deceptus, vel si administraverint circa ea, quæ tempore erant peritura, vel in utilitatem pupilli, vide Montan. d. cap. 15. num. 65. et seqq. ad 74. et cap. 32. reg. 3. num. 3. et num. 22. et reg. 4. num. 12.

Quòd imò pro tutelari debito non possint carcerari, maximè cessante dolo manifesto, Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 3. etc. Menoch. de arbitr. qu. 88. num. 12. vide in §. Mulier nu. 6. Altimar. dict. nu. 848. vers. mater aut avia non pag. 313. col. 2. in fin.

8 Mater, vel avia habens litem cum pupillo, non removetur à tutela, licèt secus sit in aliis tutoribus, sed illi datur adjunctus, non tamen ad ipsius matris, vel aviæ electionem, Afflict. dec. 207. Gratian. disceptat. forens. cap. 28. n. 28. et cap. 668. n. 21. etc.

Quando autem dicatur exclusa per dationem alterius tutoris, qualiter possit excludi, & an tunc sit locus tutori legitimo, vel dativo, Gratian. d. cap. 28. num. 12. et per tot.

Quod si fuerit datus tutor Sacerdos, præferatur mater stante nullitate tutelæ, Martha tot. Pis. 239. & dixi in §. Clericus num. 8.

9 Mater, vel avia transiens ad secunda vota amittit tutelam filiorum primi matrimonii, nisi contraxerint tantùm sponsalia de futuro, & non sequatur matrimonium, vel nisi esset relicta tutrix à patre, etiam in casum secundarum nuptiarum, & posse nominare vitricum pro tutore, pater autem per hujusmodi secundas nuptias non amittit dictam tutelam, sed contrarium tenent alii citati in §. Pater nu. 43. Michalor. tract. de fratr. part. 3. cap. 14. num. 166. &c. Boer. dec. 266. Gratian. disceptat. forens. cap. 219. n. 11. etc. cap. 668. num. 17. latè Montan. de tut. cap. 15. n. 74. & seqq. & cap. 37. reg. 2. num. 133. & seqq. Dian. par. 10. tract. 13. resolut. 52. per tot. Paul. Christ. dec. 149. num. 4. &c. volum. 3. & dec. 194. & 195. vol. 5. Altimar. dict. rubr. 2., & 3. qu. 1. sect. 1. n. 850. tom. 8. Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 436. n. 6. De Luc. de Success. disc. 37. n. 5. Balduc. tit. 4. decis. 21. a n. 13.

Quod procedit etiam respectu educationis exceptis quibusdam casibus, Montan. de tut. d. capit. 15. num. 81. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 168. n. 10. &c. vide in §. Pupillus num. 15. Dian. d. resol. 12. per tot. Paul. Christin. decis. 260. vol. 3. Sanfelic. dec. 205. et 206. per tot. Balduc. loc. supra citat.

Item procedit, & fortiùs, si mater inhonestè vivat, licèt ad secundas nuptias non convolaverit, quia non solùm privatur tutela filiorum, sed patitur omnes alias pœnas secundo nubentium, sive id egerit vivo marito, & ignorante, sive illo mortuo, nec est necesse probare concubitum, sed sufficit probare actus inhonestos, Gratian. cons. 115. per tot. lib. 1. Pinel. in l. ult. num. 18. Cod. de bon. mater. Philipp. Port. comm. conclus. lib. 5. cap. 5. Paul. Christin. decis. Belgic. 149. num. 4. vol. 3 et decis. 195. num. 10. etc. vol. 5. Montan. de tut. cap. 15. nu. 85. et num. 93. 94. et 95. ubi etiam num. 108. Galganet. de Tutel. lib. 3. quæst. 13. n. 26.

Quod per transitum ad secunda vota non amittit officium executoris testamenti, vide in §. Vidua n. 5. in fine.

Qualiter transiens ad secunda vota, possit virum, quem accepit nominare in tutorem filiorum, ita ut vitricus efficiatur tutor privigni, & præferatur aliis legitimis tutoribus vide Curt. jun. cons. 94. Addit. ad Pract. Papp. for. reddit. restit. gloss. 2. Gratian. discept. forens. cap. 219. num. 11. etc. cap. 668. n. 17. Montan. de tut. cap. 16. num. 9. &c. Balthas. Tomas. tract. de tut. tit. 9. n. 13. et seqq. n. 110. et seqq. n. 133. & seqq. De Luc. de Tutor. disc. 11. n. 7.

Intelligendo quando mater adhuc non transivit ad secunda vota, nam si jam transiverit, vel aliter luxuriara sit, non potest deindè petere tutorem filiis, & in primo casu, non solùm proprium fratrem, sed etiam vitricum nominare potest, qui tamen non semper dandi sunt, sed arbitrio judicis, & causa cognita, citatis agnatis, cognatis, vel etiam amicis ipsius pupilli, Menoch. de arbitr. cas. 151. per tot. Montan. & alii supracitati. De Luc. ubi supra dict. n. 7.

Quando mater vidua, quæ tutelam suscepit, posteà aspirat ad secundas nuptias, qualiter teneatur adire judicem, ut provideat de alio tutore, & quem tunc debeat judex eligere, an nominatum ab ipsa matre, quis sit judex competens, & alia Rota in Romana tutelæ 15. Martii 1641. coram Verospio par. 9. rec. dec. 12. per tot.

Non tamen amitteret tutelam, obtento rescripto à Principe, ut possit etiam nupta illam administrare, Menoch. de arbitr. dict. cas. 151. n. 9. vide in §. Pater num. & §. Pœna num. Ricc. Collect. 3868. limit. 3. Balthasar. Thomas. loc. cit. num. 143. Altim. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. pr. sect. pr. nu. 850. vers. sed Princeps tom. 8. Bersan. de Vidu. cap. 3. quæst. 5. num. 9.

Ubi quod mater non amittit tutelam, obtento rescripto à Principe, ut possit etiam nupta illam administrare. Adde Fontanell. dec. 433. per tot. ubi quod Princeps potest in hoc dispensare, & etiam maritus, de quo etiam Carol. Tap. decis. 51.

Mater postquam tutelam amisit per transitum ad secunda vota, illam non potest reassumere, nec recuperare, etiamsi posteà denuò efficiatur vidua per mortem secundi viri, & benè probat Tiraquel. tract. cessante causa limit. 12. num. 8. &c. ubi num. 10. extendit etiam ad casum, si mater declaraverit velle nubere, & ob id fuerit privata tutela, ac alius datus tutor, non possit illam reassumere, etiam si posteà pœniteat, & nubere nolit, Surd. decis. 106. per tot ubi quod si secundæ nuptiæ privant matrem tutela, tantò magis impediunt ne illam assumat, cùm difficiliùs tollatur concessum, quàm concedendum. Add. Peguer. dec. 166. num. 2, & Bersan. De Viduis cap. 3. quæst. 5. num. pr., & seq. Altimar. de nullit. rub. 2. & 3. quæst. pr. sect. pr. n. 850. tom. 8. 10

Quod si secundò nupsit, & iterùm facta vidua non

possit

possit reassomere tutelam filiorum primi mariti; nisi re integra, hoc est nondum proviso de alio tatore. Marant. *in l. 15 potest num. 253. ff. de acquir. hæredit.* Montan. *de tut. cap. 15. num. 77. &c.* Boer. *dec.* 266. Mysing. *observ.* 83. Afflict. *dec.* 357. Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 13. num. 173. &c.* Paul. Christin. *decis. 149. num. 6. vol. 3.* ubi refert diversas opiniones, Rice. *Collect.* 3868. ubi ampliat, & limitat pluribus modis, Sanfelic. *dec.* 206. Costa *tract. de re integra distinct. 10. per tot.* ubi distinguit, & re integra, idest si alius tutor non sit datus, nec adsit, possit tutelam reassumere, secus autem si non sit res integra, sed alius datus tutor, latè Arias de Mesa *var. resolut. lib. 2. capit. 25. per tot.* Bersan. *loc. cit. n. 3., & seq.* Baldue. *tit. 4. decis. 21. nu. 13.* Altimar. *loc. cit. n.* 850.

22 Mater secundò nubens non reddita ratione tutelæ filiorum primi mariti obligat bona secundi viri, in quibus pro tutelari debito potest fieri executio, *l. si mater, C. quibus cas. pign. & hypoth. controv.* benè declarant Montan. *de tut. cap. 15. num. 96. & seqq.* Maran. *part. 6. art. 3. num.* 53. Neguf. *de pign. par. 2. membr. 4. nu.* 156. Asin. *in Prax. §. 31. limit. 43. num. 3.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 86. nu. 54. &c.* Merlin. *de pign. lib. 3. tit. pr. q. 37. per tot.* Paeis. de Salvian. *inspect. 3. cap. 4. num.* 500. vide in *§. Hypotheca num. 16. §. Tutela n.* 22.

Quòd cum matre non sit ita rigidè, & scrupulosè agendum in redditione rationis tutelæ, prout cum extraneo, Caballin. *Milleloq. 73. vers. Consanguinei,* Monach. *decis. Bonon. 48. nu. 4. &c.* Ureeol. *consult. forens. cap. 55. num. 17. volum.* 2.

22 Mater per transitum ad secunda vota amittit facultetem substituendi exemplariter filiis furiosis primi matrimonii, quod tamen non procedit in patre, Bart. *in l. ex facto num. 12. ff. de vulg. & pupill.* cum aliis per Michalor. *de fratr. par. 3. cap. 13. nu.* 174. De Luc. *de Fideicomm. in summ. n. 47. &* 48.

23 Mater cum non habeat filios in potestate, non potest illis tutorem in testamento dare, nisi sicut alius extraneus eos hæredes instituendo, & datus tutor deberet confirmari à judice cum inquisitione, nec etiam instituendo potest dare, quando vivit pater illorum, vel alium tutorem ipse dedit, nisi utatur cautela, & instituat hæredem illum, quem tutorem esse intendit rogando de tota hæreditate restituenda filio cum ad pubertatem devenerit, & interim præstet alimenta ex fructibus, quo casu adveniente pubertate totam hæreditatem nulla detracta Trebellianica restituit, vide Montan. *de tut. cap. 8. num. 47. &c. cap. 24. nu.* 18. vide in *§. Tutela n.* text. *in l. in fideicommissis, §. Pollidius, ff. de usur.* Sanfelic. *dec. 205. num. 3. &c.*

Quod dempta legitima possit mater in aliis bonis instituendo filium illi dare tutorem, cùm hoc ut pater, vel avus habens dictum filium in potestate in nihilo se ingerat, & sustineatur talis datio saltem in vim administrationis, accedente maximè judicis confirmatione cum promissione de faciendo omnia, ad quæ de jure tenetur, Bardellon. *cons. 161. per tot. lib.*

14 Mater prægnans qualiter possit petere possessionem bonorum viri defuncti, ventris nomine, vide *tit. ff. de ventr. in possess. mitt.* Tepat. *Compend. sentent. tit.* 581. *&c.* Menoch. *de retinend. remed. pr. nu.* 9. dixi *in Pract. §. Donne nu.* 29. Tuschus *litt. V, conclus. 76. & 77. per tot.* latè Brunnemann. *in dict. ff. tit. de ventr. in possess. mitt.*

An autem non petendo curatorem ventri infra novem menses, & antequam pepererit, amittat successionem, Gratian. *discept. foren. cap. 72. per tot.* Montan. *de tut. cap. 8. num. 33. & seqq. & cap. 18. nu.* 12. ubi quod hoc onus incumbit etiam aliis ad successionem pupilli, & posthumi aspirantibus.

55 Mater transiens ad secunda vota tenetur cavere filiis primi matrimonii de dote illis conservanda, sed quomodo hoc sit intelligendum, vide Surd. *decis.* 279. Maur. *de fideijuss. part. pr. sect. 3. cap. 20. num. 5. & cap. 40. dict. sect.* 3. Mart. Medic. *Exam. 29. num. 53. & 54. cum Addit.* dixi *in §. Vidua num.* Vide Bertachin. *vot. 36. a n. 6. cum seqq.*

56 Mater dum est tutrix filiorum, non potest petere dotis suæ usuras, vel alimenta, quia administrando præsumitur sibi solvere, sicut potest solvere aliis, imò hoc non faciendo videtur in culpa, Gratian. *discept. forens. capit. 129. num. 21. &c. 214. & cap. 563. num. 42. &c.* Ureeol. *consult. forens. cap. 29. n. 54. &c. cum Addit. in fine, 2. vol.* Merlin. *dec. 551. n. 8. & seqq.* Catena *resol. 114. num. 3. &c.* Noguerol. *allegat. 40. num. 30. &c.* Rot. *par. 12. recent. decis. 161. per tot. & dec.* 269. Bieh. *dec. 288. nu.* 34. Rot. *par. 17. recent. dec. 306. num.* 10. ubi quod mater tutrix si rationem non reddat præsumitur satisfacta de dote.

Quod non habeat actionem, vel petitionem dotium, nisi reddita ratione administrationis, cùm interim filii possint illas retinere, si constat ad ejus manus pervenisse pecunias, vel alia, ex quibus potuerit sibi satisfacere donec aliud ex sufficienti redditione rationis appareat, Gratian. *d. cap. 129. num. 21. &c.* Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 5. qu. 18. per tot.* Montan. *de tut. c. 38. num. 56. &c.* Duran. *decis. 258. in fine, & dec. 347. num.* 19. Gratian. *dec. 179. per tot.* Mart. Medic. *Exam. 56. n. 41. & dec. 92. in Addit.* Urceol. *consult. forens. cap. 29. num.* 14. ubi citat meas resolut. *cap. 8. n. 44. &c.* adde Seraph. *dec. 1455. nu.* 5. Rot. *part. 10. rec. dec. 192. n. 4. &c. part. 12. dec. 161. per tot. & dec.* 269. Merlin. *dec.* 413. Joseph. de Rosa plures allegans *cons. 37. num.* 5. Carol. Tap. *dec.* 41. ubi quod secus est quando hæreditas est tenuis, & ad matris tutricis manus non potuerunt pervenire pecuniæ sufficientes, quia tunc non potest ex hoc capite impediri dotis restitutio, nec obligationis Cameralis executio, Neguf. *de pign. par. 5. membr. pr. n. 36. &c.* Borgn. *de tut. nu.* 219. Guttierez *eodem tract. cap. 9. n.* 52. Vivi. *dec.* 317. Surd. *dec.* 84. Gaspar. Thes. *dec. 28. lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3624. ubi quod potest petere dotes, nisi liquidò constet esse debitricem, *& Collect.* 3575. Rot. *part. 11. dec. 157. n. 33. & part. 15. dec. 292. n. 10. &c.* Vide Scop. ad Gratian. *cit. decis.* 179. *propè finem.* Caprat. *decis. 191. n. 6. dec. 375. nu. 2. & 14. part. pr.*

An autem, & quando mater, vel ejus hæredes habeant retentionem bonorum pro credito dotali sive sint filii, sive extranei, Rot. *part. 9. recent. dec. 120. n. 39. &c. & dec. 193. nu. 26. &c. & par. 11. dec. 157. n. 31. & seqq.* Bieh. *dec. 131. n. 18. & seqq.* ubi quod mulier ex quo fuit tutrix filiorum non præsumitur satisfacta de dote etiam si inventarium non fecerit, nisi constet ad eam pervenisse tot bona, ex quibus potuerit satisfieri, aliàs & semper competit actio pro dote, in qua speciale est, ne ejus restitutio retardetur exceptione administrationis, quod latiùs in eadem causa comprobat idem Bieh. *dec. 173. nu. 7. & seqq. per tot.*

An autem sub prætextu amotionis jocalium, & aliarum rerum possit impediri dotis restitutio, vide *in §. Mobilia num.* 8.

Mater post mortem viri permanens cum filio divite, illius bona administrando, maximè si de per se sit pauper, & non industriosa, quidquid acquirit, præsumitur ex bonis filii quæsivisse, *l. si defunctus, C. de arbitr. tut.* aliàs secus, nam in dubio nec pro matre, nec contra matrem præsumitur, Magon. *decis. Flor. 43. num. 16. & 17.* facit *in §. Uxor num.* 17

Mater suscipiens tutelam filiorum, & illorum nomine paternam adiens hæreditatem, acquirit possessionem filiis, & non sibi, ac ideò non potest ampliùs pro suis dotibus manutentionem, sive insistentiam petere, Gratian. *discept. forens. cap. 700. nu. 36. &c.* Rot. *in Noviss. par. 7. decis. 150. num.* 9. ubi loquitur, nisi fecerit sine præjudicio insistentiæ, *& par. 2. divers. decis.* 337. vide *in §. Extremum num. & §. Uxor an.* 38. Ureeol. *consult. forens. cap. 52. num. 42. & seqq. vol.* 2. 28

Mater naturalis tantùm admittitur ad tutelam filiorum suorum naturalium, & spuriorum, cum semper certa sit, illis succedat, & è contra, servata distinctione, *l. si qua illustris Cod. ad Orphitian.* Montan. *de tutel. cap. 15. nu. 25. &c.* Menoch. *de arbitr. cas. 150. n.* 40. vide in *§. Filius num.* *supra n. 2. & 3.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. pr. sect. pr. num. 848. vers. mater potest esse fol. 313. vol. pr. circ. princ. tom.* 8. 59

Et

Et si ipsa mater naturalis nolit administrare tutelam, tenetur sub eisdem pœnis petere tutorem, sicuti si legitima esset, *l. matre C. qui per tut.* Montan. *de tut. cap. 18. num. 18.* vide *supra num. 4.*

20 Mater non potest neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex contractu relinquere filiis, vel filiabus ex damnato, & punibili coitu procreatis, prout è contra nec illis aliquo modo succedere, sive sit illustris, sive non, cum talis distinctio, & contraria procedere possint tantùm respectu naturalium, latè Surd. *decis. 249. per tot.* vide *in §. Filiatio nu.* *& §. Successio n.* Vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Crescin. ad Pen. *decis. 1359*

Deberi tamen alimenta de æquitate canonica ubique servanda, Franch. *decis. 645. num. 5.* vide *in §. Alimenta num. 12.*

21 Mater non tenetur regulariter dotare filias, cum dotare sit officium paternum, nisi sit hæretica, vel judæa; & filiæ Christianæ, vel nisi insolidum, si illa sit dives, & pater inops & teneretur tantùm pro modo alimentorum, Jas. *in §. Fuerat num. 115. Institut. de act.* Menoch. *de arbitr. cas. 460. per tot.* ubi quòd nunc potest ad hunc effectum alienare bona fideicommissi, Gratian. *disceptat. forens. cap. 690. num. 24. &c.* Paul. Christin. *decis. 132. nu. 22. &c. volum. 3.* Martha *vot. Pis. 93.* ubi quòd mater tenetur tantùm in subsidium, quando bona patris non sufficiunt, deducto ne egeat pater, adde Calvin. *tract. de æquit. lib. pr. cap. 16. per tot.* latè Boss. *de dot. cap. 5. §. 2. num. 11. & seqq. fol. mihi 177. etc.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. n. 361. tom. 5.* De Luc *de Dot. in summ. n. 38. et disc. 142. n. 52.* Saminiat. *contr. 30.* De Marin. *var. lib. pr. cap. 251. n. 13. et 15.* Balduc. *tit. 4. de Dot. decis. 29. a n. 19.*

Quod mater dives, existente patre inope, teneatur dotare filias potius, quam frater, qui solùm in defectum amborum patris scilicet & matris tenetur, & ideò quicquid mater solverit, vel promiserit filiæ isto casu non imputetur in legitimam filii, & fratris puellæ dotatæ, sed in exonerationem propriæ obligationis ipsius matris, latè Altogr. *cons. 59. per tot. lib. pr.* Rot. post Salgad. *Labyrint. credit. decis. 18. n. 18. part. 13. recent. decis. 436. num. 9. et seqq.* ubi quòd mater tenetur tantùm in subsidium, & principaliter tenentur pater, avus, atque illorum hæredes, Altim. *loc. cit.*

Quòd mater dives teneatur dotare filiam inopem, etiam jam nuptam, & ab alio extraneo dotatam, Bardellon. *cons. 164. per tot. lib. 2.* Altimar. *ubi supr.*

Non etiam tenetur alere filios nisi in subsidium, & si alimenta præstiterit, potest illa repetere à patre, vel ab aliis, ad quos spectat onus alendi, Gratian. *discept. forens. cap. 959. num. 24. etc.* vide Surd. *de aliment. tit. pr. quæst. 14. per tot.* Sanfelic. *decis. 205. nu. 11. et decis. 414. per tot. cum Addit.* Vide Balduc. *tit. 4. decis. 29. n. 6. 9. et 10.*

Quòd teneatur alere usque ad triennalem ætatem, nisi sit adeò pauper, vel nobilis, vel aliàs impotens, ut lactare non possit, vel non deceat, nam tunc est sumenda nutrix expensis patris, & non matris, Thes. *decis. 3. & 211.* Paul. Christin. *decis. 143. num. 6. vol. 3.* vide Surd. *dict. quæst. 14. per tot. & tit. 7. quæst. 23. per tot.* Sanfelic. *decis. 205. sub num. 11. et decis. 414. per tot. cum Addit.* dixi *in §. Alimenta*, Martha *vot. 236.* ubi quòd ideò penes eam educari debent filii minores triennio Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. pr. num. 67. vers. quod mater, et pluribus seqq. fol. 55. tom. 8.* Molignan. *alter. 73. nu. 18.* Antonell. *de Tempor. leg. lib. pr. cap. 58. n. pr.*

De obligatione matris filios lactandi per triennium, & eo transacto patris in alendo quando procedat, vel non, latè videndus Alphons. à Caranza *de partu nat. et legit. cap. 3. §. 4. per tot. fol. mihi 285. et seqq.* Vide Altimar. & alios supra citatos.

An, & quando mater teneatur, vel non dotare filias, Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 2. fol. 38. etc.* Vide supra *hoc n. 21. in novissim. addit.*

E contra autem an mater sit alenda à filiis, latè Surd. *de aliment. tit. pr. quæst. 32. per tot.*

22 Mater, quæ propter adulterium remansit sine dote, a filiis est alenda. Osasch. *dec. 124. n. 10. etc.* Guid. Papp. *quæst. 439.* vide *in §. Maritus num 3.*

An verò mater nubere volens sit à filiis dotanda, aliqui affirmant, sed contrarium verius esse probat Dian. *part. 11. tract. 4. resolut. 27. per tot.* vide Surd. *de alimentis tit. pr. quæst. 22. num. 7. etc.*

Mater an possit obligari pro filio, dixi *in §. Mulier num. 20. in fine.* Vide De Luc. *de Alienat. disc. 33. n. 18. 26. et 27.* 23

Mater an possit testari de sua dote inæqualiter inter filios, stante statuto de lucro dotis favore mariti, & filiorum, cujus vigore videatur dos illi applicata, & debita, latè declarat videndus in terminis statutorum Urbis, & similium, Ludovis. cum Beltramin. *decis. 398. per tot.* dixi *in resolut. cap. 77.* & in hoc Opere *§. Statutum de lucro num. 22.* 24

Mater an possit relinquere filiis secundi matrimonii plusquam filiis primi, pendet ab eo an censeatur relinquere contemplatione secundi viri, quo casu non posset in fraudem, *l. hac edictali Cod. de secund. nupt.* cessante autem dicta contemplatione non prohibetur, modo primi non fraudentur portione sibi de jure naturæ debita; ex quibus autem arguatur, vel excludatur dicta contemplatio, & alia ad rem, plenè Thes. *decis. 170.* Franch. *decis. 475.* Ludovis. cum Beltramin. *decis. 173. et 443. per tot.* dixi *in §. Dispositio nu. 8. etc.* facit Vivi. *comm. opin. 527. per tot.* 25

Mater, quæ filium infantem in lecto suffocavit, an privetur illius successione, & quomodo puniatur, dixi in *§. Homicidium n. 12. in fine, et reliqua in §. Parricidium*, Raynald. *infra tit. loc. cit. cap. 6. §. 5. n. 8. etc. fol. 404.* 26

An autē mater habeat jus castigandi filios, & faciendi illos carcerare ad correctionē, vel punitionem, vide Raynal. *Synt. rer. crim. cap. 6. §. 4. et 5. n. 52. et seqq.* ubi affirmative concludit per text. *in l. unic. C. de emend. propinq.* & dixi *in §. Pater nu. 32.* ubi quòd idem est in fratre majore respectu minoris cum declarationibus ibi adductis.

Mater an, & quando per substitutionem pupillarem à patre filio factam, excludatur à legitima, quæ in bonis paternis absque gravamine ipsi filio defuncto competebat, & quid dicendum vigore specialis consuetudinis Neapolitanæ, late Jo: Dominic. Pansut. *consult. forens. cap. 3. et 4. per tot.* de qua materia plures allegando dixi in *§. Substitutio num. 16.* 27

De matribus plura decisa refert Thoro *Compend. decis. Neap. part. pr. 2. et 3. sect. 2. verb. Mater*, & alia remissive Castejon. *Alphab. jurid. verb. Mater*, & Com August. Fontan. *Bibliotb. leg. par. 5. eodem verb. fol. 96. etc.* Jo. Torre *de success. in Majorat. et Primog. Ital. in Indice generali in fine part. 3. verb. Mater*, Ant. Gob. *Consult. 117* ubi quoad legitimam, & successionem in bonis filiorum, &c. Card. De Luc. Mantiss. ad eumdem Bertachin. Castald. Rocc. Altimar. Constantin. Ansald. Emeria Caprar. Cabrun. Mans. Palm. & alii recentiores. 28

Mater (ut dixi *num. 21.*) licèt transiens ad secunda vota, non reddita ratione tutelæ filiorum primi mariti, faciat ut remaneant obligata bona secundi viri; tamen fallit illa doctrina ubi non fuisset vera tutrix, sed tantùm de facto absque solemnitatibus juris administrasset, Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 3. & seqq.* Guttierez. *de tut. cap. 9. num. 13.* Giurb. *Observat. 23. n. 7.* Quesad. Pilo *controv. for. cap. 17. n. 53. & 54.* alios allegavi in *§. Hypotheca num. 26. et §. Tutela num. 22.* 29

Testamento rupto ob præteritionem matris, sorores hæredes ab intestato succedunt. & quia ob clausulam Codicillarem in testamento appositam, illud obliquatur, eisdem debetur prius Trebellianica, & Matri legitima. Caprar. *dec. 41. n. 26. part. pr.* 30

Mater ut dicatur successisse filio, probandum est filium matri prædecessisse Gabr. *cons. 134. nu. 4. lib. pr.* Rot. cor. Bich. *dec. 115. n. 8.* Caprar. *dec. 103. la seconda n. pr. part. pr.* 31

Mater ex Consuetudine Capuana, & Nidi arcetur à successione filiorum in pupillari ætate, seu quandocumque decedentium Afflict. *dec. 237. n. pr.* Caprar. *dec. 373. n. 11. part. pr.* 32

Hæc tamen consuetudo locum habet tantum in Civitate Neapolitana, & præcipuè inter illius Nobiles de

da Sedili. Barbat. *de fidcicom. part.* 2 *cap.* 5. *nu.* 79.
& seq. & signanter *n.* 86. Capyc. Latr. *dec.* 36. *per*
tot. Caprar. *d. dec.* 373. *n.* 12. *part. pr.*
Et in illis, qui in pactum illam deduxerunt, Ca-
pyc Latr. *dec.* 35. *n.* 24. Caprar. *ibid. n.* 13.
33 Mater habens ex statuto liberam dispositionem de
tertia parte suæ dotis non potest in aliis duabus par-
tibus gravare filios Fideicommisso, cum illas reci-
piant ex dispositione statuti, non autem Matris.
Spad. *cons.* 165. *n. pr. & seqq. lib.* 2. Rot. *dec.* 588.
n. pr. & seq. part. 4. *rec.* Caprar. *dec.* 241. *nu.* 12.
part. pr. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 64. *n.*
10. *vol.* 2.
Potest tamen instituendo hæredes filios eosdem
gravare etiam super reliquis partibus dotis, licèt eo-
sum propriis, & ad ipsos spectantibus, dum Fidei-
commissum est ordinatum inter eos, & nepotes,
licèr non esset permissum favore extraneorum. Rot.
dec. 393. *n.* 17. *part.* 13. *rec.* Caprar. *dec.* 266. *nu.* 8.
& 9. part. pr.
34 Matris dolosa administratio, ex quibus excluda-
tur Caprar. *dec.* 373. *n.* 8. *part. pr.*
35 Quæ requirantur ut Mater dicatur legitima tutrix
filiorum. Capyc. *dec.* 50. *per tot.* Ganaver. *cons.* 6.
art. pr. n. 94. *&* 95. Caprar. *dec.* 689. *nu.* 2. *part.* 2.
Mater, quæ non adimplevit à Judice, & à Jure
demandata, perinde est ac si ea tutela non fuisset de-
creta, nec fuerit tutrix, licet de facto pro tali se
gesserit. Caprar. *d. dec.* 689. *n.* 3. *part.* 2.
36 Mater acquirendo fundum durante tutela præsu-
mitur acquisivisse ex bonis, & pecuniis propriis.
Gurrierez *de Tutel. part.* 3. *cap.* 46. *nu.* 11. Caprar.
dec. 373. *part. pr.*
37 Mater eatenus excluditur à Statuto, quia alienum
est à Justitia, Agnatorum spolia in alienum virum,
& Familiam transferri. Rot. cor. Coccin. *dec.* 676.
n. 5. *& seq.* Caprar. *dec.* 197. *n.* 23. *part. pr.*
38 Mater administratrix, & usufructuaria bonorum
defuncti mariti tenetur filiis hæredibus patris alimen-
ta præstare. Surd. *de alim. tit. pr. quæst.* 30. *num.* 3.
Hodiern. ad Surd. *dec.* 193. *n.* 3. Balduc. *de Dot. tit.*
4. *dec.* 11. *n.* 14. Et quidem ex redditibus, non ex
capitali. Roland à Vale *cons.* 22. *n.* 21. *&* 22. *vol.* 2.
Balducc. *loc. cit. n.* 15.
39 Mater promittens dotem excessivam an teneatur
de proprio Balduc. *de dote tit.* 4. *d. dec.* 11. *nu.* 39.
Mater Dotem cõstituendo filiabus de proprio reser-
vare debet saltem legitimam filiis. Rot. *dec.* 207.
n. 9. *part.* 18. *tom. pr. rec.* Balduc. *de dote tit.* 4. *dec.*
20. *n.* 36.
Mater constituens supra valorem bonorum ipsius
filiæ, censetur in excessu dotasse de proprio. Card.
De Luc. *de dot. disc.* 19. *sub num.* 2. *vers. ac etiam*
quia, & n. 3. Balduc. *de dot. tit.* 4. *dict. dec.* 10. *n.* 6.
40 Mater repetens dotem à filiis hæredibus patris an,
& quando repellatur exceptione administratæ tutel-
læ Balduc. *de dot. tit.* 4. *dec.* 9. *n.* 20.
Et an creditoribus ipsius mulieris noceat, quòd
illa rationes non reddiderit. Balduc. *de dote tit.* 4.
d. dec. 9. *n.* 22.
41 Educatio Matri an, & quando etiam adversus vo-
lontatem testatoris decerni possit arbitrio Judicis.
Rot. *dec.* 589. *part.* 5. *rec.* Balduc. *in obser.* Ramon.
cons. 4. *n.* 2. *vol. pr. & de dot. tit.* 4. *dec.* 20. *nu.* 34.
42 Pœnæ secundò nubentium cum sint in dictæ favo-
re filiorum, cessant illis non extantibus Sanchez *de*
Matr. disp. 8. *num.* 2. *in* 2. *coll. vers. prior* Rot. *rec.*
part. 5. *dec.* 267. *n.* 17. Caprar. *decis.* 41. *n.* 5. Rot.
part. 19. *rec. tom.* 2. *dec.* 538. *n.* 1.
Et injuria, quæ fit per transitum ad secundas nup-
tias remanet extincta per præmorientiam filii, nec
hujusmodi actio transit ad illius hæredes Sperell. *de-*
cis. 33. *n.* 14. *&* 15. Dunoz. jun. *dec.* 641. *nu.* 4. De
Luc. *de Legit. disc.* 11. Caprar. *loc. cit. n.* 6.
Pœnæ secundò nubentium procedunt quoad bona
provenientia a patre non autem quoad bona donata
ab avo, seu ab aliis ascendentibus Caprar. *dec.* 678.
n. 20. *part.* 2. Cabruo. *lucubr.* 23. *n.* 12.
Filii consentientes secundis nuptiis matris cen-
sentur remisisse pœnam secundò nubentibus inflictam
Caprar. *loc. cit. n.* 21. Cyriac. *contr.* 139. *a num.* 25.

Vide Cabruo. *loc. cit. a n.* 26.
Circa hanc materiam plura cumulat Cabrun. *lu-*
cubr. 23. *per tot.* Mans. *consult.* 264. Gob. *consult.* 64.
& consult. 65. Emerix jun. *decis.* 191. *&* 837. *&* 431.
Quomodo succedat mater in bonis filii ex disposi- 43
tione statuti Urbis Ansald. *dec.* 84. *a n. pr.*
Statutum Bononiæ matrem excludit etiam à legi-
tima propter fratres. Card. De Luca *de Success. disc.*
22. *n. pr.* Statutum Corinaldi matrem excludit prop-
ter fratres, eorumque filios; Card. De Luc. *de Suc-*
cess. disc. 23. *n.* 6. Statutum Faventiæ excludit ma-
trem propter agnatos. Card. De Luc. *de Success.*
disc. 3. *n.* 22. Statutum Fulginaten. an matrem ex-
cludat à legitima. Idem De Luc. *de Success. disc.* 41.
n. 69. Statutum Gualdi quomodo matrem excludat
Card. De Luc. *de Success. disc.* 18. *n.* 15. Statutum
Imolens. excludit matrem propter patruum, sed si
adsit soror consanguinea admittitur, matrem repel-
lit Card. De Luc. *de Success. disc.* 3. *n.* 23. Statutum
Lucanum excludit etiam à legitima. Card. De Luc.
de Success. disc. 41. *n.* 91.
Mater contrahere non potest, nec testari, aut co- 44
dicillari in præjudicium filiorum, nisi de decima par-
te pro anima ex dispositione Statuti Viterbii Eme-
rix. Jun. *dec.* 1234. *n.* 3.
Mater statuto potest arctari ad æqualiter disponen- 45
dum inter liberos utriusque matrimonii. Card. De
Luc. *de Success. disc.* 35. *n.* 5.
Mater inhonesta tenetur dotare, & instituere fi- 46
liam inhonestam Surd. *de alimentis tit.* 7. *quæst.* 4.
n. 12. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 142. *n.* 19.
Mater est instituenda honorabili titulo institutio- 47
nis. Card. De Luc. *de Test. disc.* 21. *num.* 9. ubi
quid operetur clausula codicillaris.
Mater in concursu cum amita, an debeat obtine- 48
re renovationem Emphyteusis. Card. De Luc. *con-*
flict. obser. 218.
Matris hæreditas, an censeatur adita per filios per 49
retentionem dotium penes Patrem. Card. De Luc.
de hæred. disc. 13. *per tot.*
Mater Binuba postponitur causæ piæ. Card. De 50
Luc. *de Fideic. disc.* 125. *n.* 10.
Mater Sorores consanguineas à successione fratris 51
excludit Card. De Luc. *de Success. disc.* 3. *nu.* 17.
Mater extranea reputabatur in concursu Patris, 52
vel Avi, secus de jure novissimo. Barbos. *in l. quæ*
dotis n. 67. *&* 68. *ff. solut. Matrim.* Card. De Luc. *de*
Success. disc. 15. *n.* 11.
Mater indiget nota speciali, nec venit sub statu- 53
to genericè fœminas excludente. Mart. *de Success.*
part. 2. *quæst.* 3. *art.* 10. *n.* 7. *&* 10. *cum seqq.* Mol-
fes. *ad consuet. part.* 14. *quæst.* 44. *nu. pr. cum seqq.*
Card. De Luc. *de Success. disc.* 18. *n.* 14.
Mater cessare facit Statutum exclusivum sororum 54
propter masculos. Marin. *resol.* 70. *n.* 5. *lib. pr.* Rot.
decis. 59. *part. pr. rec. & decis.* 43. *part.* 7. Card. De
Luc. *de Success. disc.* 3. *n.* 16. *& disc.* 18. *nu.* 14.
Quid ubi mater nollet succedere. Vide Rot. *loc.*
proximè citat. Card. De Luc. *de Success. d. disc.* 3.
n. 19. *&* 120.
Matris Statutum exclusivum, an sit iniquum, & 55
irrationabile. Card. De Luc. *de Success. disc.* 6. *n.* 2.
& 4.
Matri asserenti se concepisse potius ex uno, quam 56
ex alio non creditur. Bald. *cons.* 437. *versic. Titius*
habet lib. 5. Rot. *rec. dec.* 429. *n.* 6. *&* 7. *part.* 19.
tom. 2. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 14. *dec.* 6. *n.* 20. *&*
21. *vol.* 4.
Mater non est legitima administratrix bonorum fi- 57
liæ, nec validè potest in illis dotem constituere filiæ
absenti. Bald. *cons.* 130. *n. pr. vers. quia jus legitimæ*
lib. 4. Gabr. *cons.* 36. *n.* 32. *vol. pr.* Rot. *in rec. dec.*
436. *n.* 15. *part.* 19. *tom.* 2.
Mater potest distrahere bona dotalia ob suas ne- 58
cessitates, quamvis sit binuba in præjudicium filio-
rum primi matrimonii. Bertachin. *vot.* 36. *n.* 8.
Mater dotando filiam quando præsumatur donas- 59
se dotem Boss. *de dot. cap.* 3. *n.* 110. Bertachin. *vot.*
139. *per tot.* & signantèr *n.* 2. *cum seqq.*
Matris hæreditas strictiori Jure debetur filiis, quam 60
hæreditas patris, cum Mater semper sit certa. Isern.
in

in Constit. Regn. in aliquibus vers. Et cum duos datur prop. fia. fol. 241. in princip. Rocc. Episcop. *cap.* 37. *n.* 22.

61 Mater succedit filio ab intesteto, exclusa sorore ex uno tentum latere conjuncta. Rocc. Episc. *cap.* 56. *n. pr.*

62 Matri ab intesteto defunctæ succedit frater, & nepos ex altero fratre prædefuncto Bary. *de success. lib.* 18. *tit.* 3. *n. pr.* Rocc. Episc. *d. cap.* 56. *n.* 2.

63 Mater ad secunde vota transiens renetur reservere filiis prioris conjugii ex substitutione pupillari quæsita Joann. de Gairon. *de secund. nupt. n.* 15. *& seq.* Rocc. Episcop. *cap.* 5. *n.* 21.

64 Metre exclusa à successione, pariter reiiciendi ejus filii, utpote catentes principio productivo. Bellon. Jun. *cons.* 72. *n.* 5. Cyriac. *controv.* 386. *n.* 3. Rocc. Episc. *cap.* 194. *n.* 114.

Matris incepacites non obstat filiis ea proprie persona, & jure venientibus, quando successio aperitur post mortem metris. *Respos.* 2. Severol. *num.* 230. *& seqq. impress.* in Mentiss. ad ornat. Card. De Luc. *fol.* 488. *tom.* 2.

65 Mater comprehenditur sub dispositione loquente in plurali de Patribus Robles. *de repræsent. lib.* 2. *c.* 24. *n.* 19. *& seq.* Rot. cor. Duran. *dec.* 19. *n.* 1. Emerix jun. *dec.* 296. *n.* 5.

66 Mater subiiciens rem Merlti Fideicommisso pro suie juribus dotalibus desuper sibi competentibus, præsumitur illam subiicere pro rata tantum Jurium. Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 105. *num.* 8. Cyriec. *controv.* 545. *n.* 3. Emerix Jun. *dec.* 835. *n. pr. & dec.* 1357. *n.* 2.

67 Mater tutrix ejus filiorum tenetor sibi satisfacere de Dote per adjudicationem alicujus corporis hæreditarii viri, non autem illius fructus rigorosè exigere. Gratian. *discept.* 129. *nu.* 29. *& seq.* Emerix Jun. *dec.* 1357. *n.* 4.

68 Mater renuncians specialissimè juri obventuro filiis in casu ejus præmorientiæ, an noceat filiis hæredibus venientibus ad hæreditatem Avi. Rub. *de confus. Jur. cap.* 23. *n.* 16.

Quid si Mater renanciet intuitu dotis. Torr. *de pact. cap.* 24. *nu.* 156. Rub. *de Confus. Jur. d. c.* 23. *num.* eo.

69 Materna linea quæ sit, Carl. Ant. De Luc. *in tract. de lin. leg. art. pr. n.* 30. *& art.* 17. *n pr. tom. pr.*

Materna linea an capietur effectivè, quam mater efficit, vel contentivè, sub que mater continetur, & incipiat ab avo materno Mert. *de success. part.* 2. *quæst.* 6. *art.* 3. *n.* 9. *& part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 16. *nu.* 46. Forster. *lib.* 3. *cap.* 23. *axiom.* 5. *n.* 10. Carl. Ant. De Luc. *in tract. de lin. legal. d. art. pr. n.* 30. *& art.* 17. *n.* 17. *&* 18. *tom. pr.*

§. MATRIMONIUM. X.

e MAtrimonium est viri, & mulieris legitima conjunctio individuam vitæ consuetudinem continens, *§.* 1. *Instit. de patr. potest.* Oinot. *Instit. de nupt. licit. part.* 2. *nu.* 2. Card. Tusch. *litt. M, concl.* 216. *n.* 1. *&c.* ubi qualiter contrahatur, & amborum consensum requirat, D. Raymundus *in Summa lib.* 4. *tit. de matrimon. fol. mihi* 510. *&c.* vide plura de matrimonio, Nicolius *Instit. Imper. tit. de nupt. nu.* 29. Vide Layman. *Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10. *p.* 2. *cap. pr. n. pr. tom.* 2.

Quòd matrimonii substantia in totum à consensu dependeat, ab eoque sive verbis, sive signis exterioribus expresso formam recipiat, D. Thom. 4. *sent. distinct.* 36. *quæst.* 2. *art.* 1. Castropal. *oper. moral. part.* 5. *disput.* 2. *punct.* 3. *n.* 2. Rot. *part.* 7. *recent. dec.* 124. *n* 2. *&c. & part.* 11. *dec.* 301. *n.* 2. Caspens. *Curs. Theol. tract.* 26. *disput.* 3. *per tot. fol.* 715. ubi etiam an sufficiet consensus fictus, an internus, an debeat simul tempore exprimi, *& disput.* 4. ubi de consensu clandestino, & alia. De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 26. *n.* 28. *&* 29.

De magno matrimonii Sacramento, plenè Bonecia. *oper. moral. tom. pr. tract.* 2. *per tot. fol. mihi* 273. *& seqq.* Caspens. *Curs. Theol. tract.* 26. *disput.* 2. *per tot. fol.* 707. *&c.* Vide Laymen. *Theol. Moral. loc. cit. cap.* 2. Fagnen. *in cap. quod vobis n.* 50. *de Cland. despons.*

Vel est quidam inter virum, & uxorem contractus juris naturalis, divini, & humani, sive officium naturæ, & remedium libidinis, & peccati, & est etiam Sacramentum in nova lege à Christo Domino institutum; prout contractus, & officium naturæ inter paganos etiam consistit, ac subjacet legibus sæcularibus, at quia hodie Sacramentum est in nova lege, ut supra institutum gratiam conferens, Ecclesia sibi causas omnes matrimoniales reservavit, ita ut ad forum Ecclesiasticum, & non ad civiles pertineant, Concil. Trident. *sess.* 24. *canon.* 12. *cap. multorum* 35. *quæst.* 6. *cap. pr. de consanguin. & affin. cap. accedentes de excess. Prælat. c. auditis de præscript.* Azor. *Institut. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *in princip. fol.* 321. Tusch. *loc. supra cit.* Gabr. Vasq. *in* 3. *part. S. Thom. tom.* 4. *tract. de matr. fol.* 294. *& seqq.* Bonacin. *d. tract. de matrim. per tot.* Caspens. *loc. citat.* Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 8. *disput.* 25. *sect.* 8. *fol.* 6.. *&c.* ubi qualiter matrimonium, quod sit simplex contractus obligatorius, & non Sacramentum, vel an inseparabilis sit ratio Sacramenti à dicto contractu ex institutione Christi, vide Dien. & quos citat. *part.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 255. Onnat. *loc. cit.* Vasquez *loc. cit.* Vide Laymen. *loc. cit. lib.* 4. *tract.* 10. *cap. ultim. n.* 34. *tom.* 2.

De matrimonio infidelium, vide in *§. Judæi nu.* 9. *infra n.* 24. De Luc. *de matrim. disc.* 15. *n.* 2. *&* 8. Fagnan. *in cap. utrum autem n.* 25 *de cogn. spir. in cap. canonum statuta n.* 90. *de const. in cap. ex parte il* 2. *n.* 9. *de convers. conjug.*

Hinc fit, ut per canonistas reprobentur statuta laicalia disponentia, ne filii sine consensu parentum matrimonia contrahant, quamvis valeant privantia filiam dote si viro nupserit indigno sine consensu patris, idem Azor. *Institut. Moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 25. *quæst.* 13. *fol* 581. vide Clar. *§. fin. quæst.* 82. *statut.* 3. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 9. ubi quod Principes, vel alii quovis modo directè, vel indirectè sub pœnae excommunicationis prohibere non possunt quominus matrimonia liberè contrahantur, Dien. *resolut. moral. part. pr. tract.* 2. *resolut.* 74. *et* 204. Paul. Christin. *dec.* 128. *n* 13. *vol.* 3. Vivi. *com. opin.* 317. Thom. del Bene *tractat. de Immunit. Eccles. part. pr. cap.* 8. *dubit.* 19. *sect.* 9. *et* 10. *et dubit.* 20. *et* 21. *per tot. fol. mihi* 317. *et seqq.* ubi plura de libertate matrimonii carnalis, & spiritualis, quid in utroque facere possint parentes, Principes, statuta; & hujusmodi, Palma *cons.* 87. *n.* 26. *et seqq. et nu.* 63. *et seqq.*

De hujusmodi statutis existentibus in diversis locis, & an sint valida, latè Tusch. *litt. S, conclus.* 591. *per tot.* Dian. *dict. part. pr. tract.* 2. *resolut.* 127. *et part.* 5. *tract. pr. resolut.* 15. *et* 16. ubi quod Principes laici non possunt quidquam statuere contra matrimonii libertatem, & latiùs idem Dian. *part.* 7. *tract. pr. resolut.* 23. *et seqq.* plenè de hac materia Marrha *de success. leg. part. pr. quæst.* 26. *art.* 5. *per tot.* ubi an contractus matrimonii possit separatim considerari à Sacramento, Ludovic. Belli *cons.* 224. *n.* 4. *et seqq.* ubi quòd Principes sæculares non possunt quidquam statuere circa validitatem matrimonii; si tamen statuta sint conformia constitutionibus Ecclesiæ, sunt servanda, cum disponant coadjuvando legem canonicam, vide Thom. del Bene *loc. cit.*

An autem sit validum statutum disponens quod filia teneatur in nubendo quærere, & sequi consilium, vel consensum patris sub pęna exhæredationis; contrarias opiniones refert Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 21. *per tot.* ubi videtur concludere, quòd valeat, si filia nupsit indigno, secùs autem si digno.

An filius, vel filia possiat exheredari si matrimonium contrahant absque patris consensu, latè Paul. Christin. *dec. Belg.* 325. *volum. pr. et dec.* 128. *n.* 15. *et seqq. volum.* 3. *et dec.* 68. *n.* 18. *et seqq. volum.* 5. ubi concludit pro validitate statuti prohibentis minoribus sub pęna nubere sine parentum consensu, *et decis.* 182. *n.* 37. *etc. vol.* 5. vide Martha *de success. loc. supra cit.* & Thom. del Bene *loc. cit.* vide De Luc.

Luc. de Dot. disc. 1. n. 6. disc. 169. n. 9. Annot. ad Concil. disc. 26. n. 35. et 36.

An de jure in matrimoniis contrahendis requiratur consensus parentum, & præcipuè patris, latè Oinot. Institut. de nupt. licit. part. 2. n. 28. & seqq. ad 36. ubi plura juxta considerat Merlin. decis. 457. n. 9. & seqq. Cabal. cons. 571. n. pr. et seqq. lib. pr. Rot. part. 14. rec. dec. 93. et decis. 346. nu. 6. et 7. ubi quod non, nisi tamen filia nolit sine eo contrahere, Vivi. comm. opin. 327 Menoch. cons. 69. ubi an ideò possit Episcopus concedere licentiam filiosfamilias contrahendi matrimonium omissis denunciationibus à Concilio requisitis, ne pater sciens illud impediat vide in §. Filius num. 64. Possent. sing. 185. Dian. part. 7. tract. pr. resolut. 26. per tot. infra n. 14. in fine, et n. 12. Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 59. art. 30. Palma cons. 87. n. 25. et seqq. ubi etiam an filii peccent mortaliter contrahendo matrimonium sine consensu patris; & negativè concludit, præsertim si prius illum consulverunt, imò potius peccare patrem si sine justa causa se opponat, &c. De Luc. de Dot. disc. 1. nu. 5. et seqq. disc. 169. n. 6. Annot. ad Concil. disc. 26. nu. 35. Vide Faguan. in cap. tua n. 17. de despons. Impub.

Quòd pater possit impedire sponsalia filii, vel filiæ contra ejus voluntatem inita, si exinde timeatur grave scandalum, aliàs secùs si tantùm vani timores, Dian. part. 9. tract. 7. resol. 71. ubi quòd cautè considerandum est hujusmodi scandalum, cum sæpè vanæ jactentur minæ, & posteà contracto matrimonio de facili sedetur omnis tempestas, Francisc. Anton. Tranchedin. Consult. 33. ubi pluribus rationibus probat licitum esse patri ex causa impedita matrimonium filio, etiam per carcerationem, & Prælatum debere voluntati paternæ adhærere, nec ob id Concilio contraveniri, nec libertatem matrimonii impediri, sed perfici dum pater curat ne filius malè nubat, nam libertas ad malum est potius imperfectio, quam defectus libertatis, infra n. 14.

De quæstionibus verò matrimonialibus, quando, & quomodo spectent ad cognitionem judicis Ecclesiastici, & an aliquo casu possit sæcularis judex se ingerere, vide Franch. dec. 36. dec. 312. decis. 512. Sperel. dec. 9. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 53. tit. 8. n. 161. etc. fol. 86. dixi in §. Maritus n. 1. vers. quis autem, latè Dian. part. 7. tract. pr. resolut 24. etc. Paul. Christin. dec. Belgic. 339. n. 14. etc. vol. 1. ubi de divortiis, Noguerol. allegat. 23. punct. 3. n. 137. et seqq. fol. 212. ubi quòd si quæstio matrimonii versetur super nudo facto, an sit contractum, nec ne, & judex sæcularis est competens, secus si versetur super jure, vel mixtim super jure, & facto, quia tunc pertinet ad judicem Ecclesiasticum ex pluribus citatis, Nicolius Institut. Imper. tit. de nupt. n. 89. Vide Altimar. de nullit. rubr. 9. q. 17. n. 9. tom. 1.

Quòd matrimonium requirat verba, & qualia, quando dicatur contractum per verba de præsenti, vel de futuro, & alia, Tusch. litt. M, conclus. 121. et seqq. Palm. cons. 87. ubi quòd sufficit consensum resultare ex signis, etiam sine verborum expressione, & ex intervallo, si interim non constet de pœnitentia alterius, & alia plura pro validitate matrimonii dubii.

Matrimonium cum sit quid facti, non præsumitur, sed ab allegante probari debet; probatur autem de jure variis præsumptionibus, & conjecturis, de quibus plenè Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 1022. cum pluribus sequentibus, et alii infra citati. Sed hodie hujusmodi præsumptiones nihil operantur, cum à Sacro Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. fuerit declaratum matrimonium non esse legitimum, sed clandestinum, & nullum, nisi præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia adhibitis aliis solemnitatibus fuerit contractum; qua propter hodiè matrimonia præsumpta sunt sublata, & filii ex illis nati reputantur illegitimi, & insuccessibiles, Navar. in Manual. cap. 25. n. 144. Ricc. Collect. 499. et 2079. etc. Menoch. cons. 109. n. 57. et lib. 3. præsumpt. 1. n. 99. et per tot. Tusch. litt. M, conclus. 128. et seqq. ad 132. ubi plura de probatione matrimonii, & Francisc. de Angelis tractat. de confess. lib. 2. quæst. 6. ubi quid operetur confessio partium ad probandum matrimonium, vel illud dissolvendum Caspens. Curs. Theol. tract. 26. disput. 4. fol. 720. ubi qualiter matrimonium clandestinum sit omninò invalidum, & illicitum, ita ut nullo casu possit sustineri in locis, & personis Concilio Tridentino subjectis, quæ requirantur in Parocho, ut validè assistat matrimonio, & alia ad rem: Crescin. ad Pen. dec. 221. Caprar. dec. 543. n. 40. Bertachin. vot. 100. n. 21.

Plura de dicta licentia assistendi matrimoniis, de testibus necessariis, quis sub nomine Ordinarii comprehendatur, & alia practicabilia ad ornatum Concilii ut supra, Dian. part. 11. tract. 10. resolut. 32. 33. 34. et 35. per tot. et tract. 5. resolut. 9. ubi an si parochus sit excommunicatus possit dictam licentiam dare, & includatur sub generali licentia administrandi omnia Sacramenta, & latè Rot. part. 14. recent. dec. 433. ubi etiam quòd potest dari extra Parochiam, & non expressis nominibus &c. adde Caspens. d. disput. 4. sect. 3. cum pluribus seqq. Emerix jun. dec. 253. dec. 451. Caprar. dec. 81. et 543.

Quòd matrimonium non possit celebrari ab alio, quàm à proprio Parocho, vel alio Sacerdote de illius, vel Ordinarii licentia, quæ quidem licentia debet esse expressa, nec sufficit tacita ex permissione, Menoch. de arbitr. cas. 453. num. 13. etc. Rot. part. 17. dec. 75. n. 13. et seqq. ubi quòd non sufficit domus noviter conducta ad eludendum proprium Parochum. De Luc. annot. ad Concil. disc. 26. et de matrim. disc. 4. Captar. dec. 81. et dec. 543.

Qualiter tamen matrimonium possit probari etiam per testes, licèt non fuerit descriptum in libro Parochi, prout debet Parochus hujusmodi librum tenere, & in eo matrimonia describere sub pœna peccati mortalis, & qualiter possit contrahi coram Episcopo, qui loco Parochi potest intervenire, etiam absque aliqua ipsius Parochi licentia, & alia, Rot. part. 10. recent. decis. 233. per tot. et part. 11. decis. 301. n. 3. et seqq. in eadem causa, Francisc. de Angelis d. qu. 6. Rot. part. 18. rec. decis. 370. et 779. ubi plura de probatione matrimonii ad effectum successionis, & latè Palma cons. 85. per tot. Em. De Luc. De matrim. disc. 16. ex n. 5. Annot. ad Concil. disc. 26. nu. 5. Vide Fagnan. in cap. consultationi n. 3. de sponsal.

Quòd possit probari per duos testes, licèt non rogatos deponentes illud fuisse coram Parocho celebratum, & licet Parochus non interrogaverit, nec consensum præstiterit, cùm illius consensus non requiratur, sed sufficiat præsentia, etiam moralis, ut consensus contrahentium innotescat Ecclesiæ, Rot. part. 11. rec. dec. 375. per tot. & part. 13. dec. 311. ubi alia plura de probatione matrimonii, & filiationis, Trivis. dec. 28. Francisc. de Angel. loc. cit. plenè Palma d. cons. 87. De Luc. d. disc. 16. & dict. disc. 26.

Quòd Episcopus non possit interdicere Parocho, ne tali matrimonio assistat, & hujusmodi prohibitione non obstante, etiam cum clausula irritante, sit validum matrimonium, Dian. part. 10. tract. 13. resolut. 23. per tot. & part. 11. tract. 3. resolut. 32. Paul. Christin. dec. 329. vol. pr. Ricc. Collect. 4167.

An autem matrimonium initum coram Parocho, & testibus sit validum, si consensus contrahentium habeatur, & intelligatur per interpretem, latè Dian. part. 10. tract. 13. resol. 17. ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam sequitur.

Quid si puella taceat, & pater, vel mater, sive tutor, vel curator pro illa respondeat, sit ne validum matrimonium, Dian. d. part. 10. tract. 13. resolut. 21. ubi post relatas opiniones admittit valere quoad parentes, secùs quoad alios, Paul. Christin. dec. 333. vol. 1. Palma d. cons. 87. num. 7. ubi quòd sufficit taciturnitas mulieris si pater pro illa contrahat.

Quòd nullus Sacerdos possit assistere matrimonio, etiam in articulo mortis contrahendo præter Parochum, vel sine illius licentia, vel Ordinarii, vel Legati de latere, P. Manar. Nott. Malencol. Interrogat.

rogat. 118. Pac. Jordan. Lucubr. vol. pr. lib. 3. tit. 7. per tot fol. 231. &c. Merlin. dec. 194. De hujusmodi Licentia tractat. De Luc. d. disc. 26. à n. 18.

Quid si Parochus reputetur, sed verè non sit talis, ut quia fuerit intrusus, & sic sine titulo, an validè assistat matrimonio, contrarias opiniones refert Dian. par. 9. tract. 7. resol. 45. per tot. Sed verior videtur affirmativa, cùm error communis faciat jus, & tribuat jurisdictionem, ut dixi in §. Error num. 7. & probat etiam Paul. Christin. dec. Belg. 333. n. 8. &c. vol. pr. Altimar. de nullit. rub. 8. quæst. 5. nu. 9. & quæst. 15. tom. pr. Emerix jun. dec. 451. n. 9.

Quòd si matrimonium contrahatur in parochia viri, debeat intervenire parochus viri, si in parochia mulieris, parochus mulieris; & concubina manens cum amasio ratione concubinatus in aliqua parochia non ibi contrahat domicilium, & matrimonium factum coram parocho amasii, non vocato vero parocho mulieris, vel saltem viri, sit nullum probat Th. Trivis. decis. 23. per tot. facit Rot. part. 17. recent. dec. 75. n. 13. & seqq. ubi de domo alibi conducta absque animo habitandi, ad eludendum proprium parochum.

Sufficit interventus Parochi unius ex conjugibus, nec refert an sit Parochus sponsæ, vel sponsi, prout pluries fuisse declaratum testatur Rot. in Romana bonorum 17. Maii 1621. coram Buratto penes Paul. Zacch. Quæst. Medic. legal. tom. 2. dec. 46. num. 17. vide Ricc. Collect. 2664. &c. Rot. part. 14. rec. dec. 433. num. 13. Dian. part. 3. tract. 4. resolut. 231. & seqq. ubi plures dubitationes ad propositum resolvit, & part. 11. tract. 3. resol. 34. per tot. Idem De Luc. d. disc. 26. num. 10. Layman. Theol. Moral. libr. 5. tract. 10. cap. 4. n. 3. tom. 2.

An sufficiat parochus ruralis quoad habitantes in civitate, & in rure, Paul. Christin. dec. Belg. 331. n. 15. vol. 1. Vide Fagnan. in cap. significavit n. 25. de Paroch.

Ad prædictum effectum, ut quis dicatur de parochia non est opus aliquod tempus expectare, sed statim ac incipit habitare animo habitandi efficitur Parochianus, ad latè tradita per Merlin. dec. 194. ubi alia plura de hac materia, veluti si habeat duo domicilia, vel fuerit mutata parochia in fraudem &c. Rot. part. 14. rec. dec. 498. n. 16. & seqq. ubi quod conductio facta in fraudem, & non animo deliberato habitandi, non sufficit, & arguitur conjecturis, & part. 15. decis. 50. in eadem causa, & part. 17. dec. 75. n. 13. & seqq. Addo Fagnan. cap. significavit De Paroch. & De Luc. de matrim. disc. pr. n. 9. & seq.

Quòd ex aliqua magna causa, & necessitate possit validè matrimonium contrahi absque Parochi præsentia dummodò adsint testes, & quando, latè Dian. part. 10. tract. 13. resolut. 15. & part. 11. tract. 3. resolut. 34. & dict. part. 11. tract. 6. resol. pr. Paul. Christin. dec. Belgic. 332. Sed contrarium verius existimat Caspens. Curs. Theol. tract. 26. disp. 4. sect. 2. per tot. fol. 720.

An autem valeat contractum coram Parocho casualiter præsente, ambulante, vel invito, vel contradicente, sive data opera audire nolente, vide Dian. part. 10. tract. 13. resol. 16. per tot. & resolut. 20. Rot. part. 11. recent. dec. 375. Gratian. dec. 37. in Addit. num. 5. &c. Christin. dec. 333. vol. pr. Palma cons. 87. n. 51. et seqq. ubi plura pro validitate matrimonii, etiam non consentiente, sed invito parocho, cum sufficiat illius præsentia, & testium sine consensu, qui requiritur tantùm in contrahentibus. Bertachin. vol. 100. n. 18. Fagnan. in cap. quoniam n. 25. de constit.

Item an sufficiat quòd Parochus, & testes audiant contrahentes, vel opus sit etiam ut illos videant. Dian. part. 8. tract. 7. resol. 68. Buratt. decis. 634. Gratian. discept. for. cap. 849. n. 20. etc. infra num. 25. vers. Quando.

Quòd matrimonium debeat contrahi in facie Ecclesiæ, & quæ requirantur, latè Tusch. litt. M. conclus. 118. per tot. Rot. part. 14. rec. dec. 433. num. pr. etc.

Qualiter requirat verba, & non sufficiat tacitus consensus, & quando secus, idem Tusch. litt. M. concl. 121. per tot. Rot. part. 16. rec. dec. 40. ubi de consensu resultante ex verbis dispositivè ab utroque conjuge coram parocho prolatis, cujus præsentia non potest referri ad sponsalia, sed ad matrimonium, cùm in illis non requiratur, sed tantùm in matrimonio, de quo plenè Palma cons. 87. per tot. ubi pro matrimonio à juvene cùm puella in monasterio existente contracto coram parocho, & testibus, absque alia benedictione, ac sine denunciationibus, & licèt parocho, ac testibus invitis. Vide Fagnan. in c. tuæ fraternitati n. 11. 23. & 35. de spons. & matrim.

Matrimonium est probandum legitimè contractum 3
in facie Ecclesiæ, coram Parocho, & testibus, ac denunciationibus præcedentibus, vel illarum dispensatione, ut filii ex eo nati dicantur legitimi successores patris, & quid ubi aderat impedimentum conjugibus, vel saltem uni illorum ignotum, Gratian. discept. for. cap. 83. per tot. cap. 648. n. 34. &c. ad 63. Franch. dec. 130. Rot. part. 18. rec. tom. 1. dec. 370. per tot. & dec. 779. ubi plura de probatione matrimonii, latè Ludovis. decis. 247. ubi quando, & quales sufficiant præsumptiones, vide Dian. part. 10. tract. 13. resolut. 15. ubi quid si ex aliqua magna necessitate non possit haberi parochus, Paul. Christin. dec. Belg. 333. vol. pr. & dec. 129. vol. 3. ubi quando ignorantia excuset, vel non. Emerix jun. dec. 451. & dec. 683.

Dicitur autem in facie Ecclesiæ contractum stante præsentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de ejus, vel Ordinarii licentia, & duorum, vel trium testium, etiamsi non in Ecclesia, sed domi fuerit contractum, Giovagn. cons. 59. n. 9. &c. Rot. part. 9. rec. dec. 190. n. 31. etc. ubi quòd ad effectum legitimationis filiorum suffragatur etiam matrimonium clandestinum, vide Rot. part. 12. rec. dec. 86. ubi ex quibus dicatur sufficienter probatum, cùm de eo non principaliter, sed incidenter agatur, & part. 12. dec. 117. num. 34. & seqq. & decis. 317. per tot. & part. 13. decis. 312. per tot. Vide Rot. coram Caprar. decis. 543. præsertim n. 29.

Si nullus compareat ad probandum impedimentum, sed tamen extet fama de illo, quid agendum, vide Menoch. de arbitr. cas. 243. per tot. Layman. Theol. Moral. lib. 5. tract. 4. cap. 6. n. 11. tom. 2.

An, & quando matrimonium contra Ecclesiæ interdictum, puta prohibitis temporibus contractum sit validum, Paul. Christin. dec. Belgic. 229. vol. 1.

Quòd omissio denunciationum non annullet matrimonium, cùm sint tantùm de præcepto, & non de essentia Sacramenti, Rot. part. 14. recent. decis. 433. num. 14. non esse tamen licitam copulam, donec sequutæ fuerint, quando ex aliqua causa fuerunt omissæ, nisi fuerint ab Ordinario dispensatæ, P. Manar. Noct. Malencol. Interrogat. 118. Palma cons. 87. nu 59. et seqq. Dian. part. 9. tract. 8. res. 19. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 323. vol. pr. ubi etiam qualiter puniatur neglectus, Rot. part. 11. recent. dec. 301. n. 3 & dec. 375. num. 10. Addo Cyriac. controv. 272. Gutierez lib. pr. canon. qu. 19. Layman. Theol. Moral lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 9. tom. 2. Caprar. decis. 543. nu. 34. Bertachin. vol. 100. nu. 17. Fagnan. in cap. cum accessissent n. 29. de Constit.

Plura de hujusmodi denunciationibus, & illarum dispensatione, Dian. part. 3. tract. 4. resolut. 235. et seqq. vide in §. Denunciatio nu. 10. Ricc. Collect. 702. 2894. Caspens. Curs. Theol. tract. 26. disput. 4. sect. 7. per tot. fol. 723. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 5. et seq. Layman. dict. cap. 4.

De hujusmodi legitimitate probanda ad effectum succedendi, Gratian. discept. forens. cap. 554. nu. 48. etc. cap. 653. num. 57. etc. cap. 754. num. 5. cap. 841. per tot. cap. 960. num. 1. etc. Thom. Trivis. dec. 39. lib. 1. Rot. in Romana fideicommissi de Arronis 23. Junii 1642. coram Bichio, penes Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. tom. 2. dec. 82. per tot. Martha vot. Pis. 230. ubi quòd non est necesse probare certum tempus matrimonii contracti, latè Ludovis. decis. 247. et 248. ubi quòd cùm non agatur de fœdere matrimonii sufficiunt præsumptiones, facit Menoch. lib.

6. præsumpt. 54. per tot. ubi videtur concludere quòd ista legitimitas præsumatur, & rectè quidem juditio meo, ubi constat de matrimonio, nisi aliud obstet, & vide Cavaler. *dec. 79. decis. 123. et dec. 142. per tot.* Ludovis. *d. dec. 247. et 248. et in §. Consanguinitas n. et §. Filius n. 3.* plenè Rot. *part. 14. recent. decis.* 535. & est votum D. Marcelli Severoli. Vide Emerix jun. *decis. 451. et 683.*

Quòd nati ex matrimonio putativo habeantur pro legitimis ad omnes effectus, etiam primogenituræ, & similes, Paul. Christin. *dec. Belg. 337. vol. pr.* vide in *§. Filius n. 6. et §. Affinitas n. 2.* Vide Emerix jun. *decis. 451. à n. 5. et n. 8.*

Plura de effectibus matrimonii putativi, quod tale dicitur, quando fuit verè, & solemniter celebratum, sed ex impedimento aliquo ambobus conjugibus, vel saltem eorum alteri probabiliter ignoto non subsistit, Olea *de cess. jur. tit. 4. qu. 8. num. 8. et seqq.* Ludovis. *dec. 462.* ubi quòd sufficit bona fides unius ex conjugibus Jul. Capon. *tom. 4. discept. 266.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. p. 3. q. 35. sub num. 1180. tom. 5.*

4 Matrimonium (sicut & sponsalia) rectè potest per Epistolam, vel nuncium, sive procuratorem contrahi, sive jure communi inspecto, sive etiam Concilio Tridentino, & dicitur Sacramentum, sicut & jam contractum probari, & hoc procedit tam ex parte viri, quàm ex parte mulieris; quomodò autem tunc dicatur servata forma Concilii, & servari possit contrahendi coram Parocho, & testibus, vide Sanchez *de Matrim. lib. 2. disp. 11. et 12.* cum eis per Genu. *de scripi. privat. lib. 3. qu. 31. per tot. fol. 143.* Tusch. *litt. M conclus. 124.* ubi etiam an ante ratificationem possit alter pœnitere, *et concl. 150. per tot.* ubi quando errore vitietur, & novo consensu perficiatur, Dian. *part. 3. tract. 4. resol. 269. et 270.* ubi quid si mandans interim in amentiam incidat, & an contractum per procuratorem, vel per litteras sit Sacramentum, adde Caspens. *Curs. Theol. tract. 26. disput. 2. sect. 5. per tot. fol. 71 r.* De Luc. *De matrim. disc. 16. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. 11. quæst. 26. n. 7. tom 2*, ubi an requiratur mandatum speciale, & specialissimum *et rubr. pr. part. 3. quæst. 31. à num. 631. tom. 5.*, ubi latissimè.

Qualiter attento jure communi, possit probari per verba enunciativa, secus autem stante Concilio Tridentino, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q. 32. per tot.*

Quòd matrimonium possit contrahi per procuratorem, sed contractum post revocationem mandati sit nullum, etiamsi revocatio non fuerit nota procuratori, sed ab illo ignorata; quicquid secus sit in aliis gestis, quæ post revocationem ignoratam sustinentur, Rot. *part. 15 rec. dec. 172. per tot.* vide De Luc. *dict. disc. 26. à num. 29. in Annot. ad Concil.* Altimar. *loc. supra relat. nu. 16. et dict. quæst. 31. num. 639. cum seqq.*

5 Matrimonium probatur per fidem Parochi, licèt non juratam, & quamvis non reperiatur scriptum in libro matrimoniorum, peccat tamen Parochus ibidem non describendo, Gratian. *discept. forens. cap. 653. n. 60. &c. et cap. 754. nu. 24. etc.* Rot. *part. 10. rec. dec. 233. per tot. part. 13. dec. 445. n. 10.* Merlin. *dec. 220. n. 3.* Ricc. *Collect. 3152.* Peregrin. *dec. 108.* ubi quoad effectum legitimitatis filiorum probatur ex nominatione conjugum, tractatu matrimoniali, & fama viciniæ, non obstante Concilio Tridentino, si probetur librum matrimoniorum casu aliquo deficere, quia Concilium non derogat juri veteri, circa legitimitatem filiorum.

Quòd probetur per dictum librum matrimoniorum, Genu. *de scrips. privat. lib. 5. q. 6. fol. 273.* Rot. *part. 2. divers. dec. 340.* Cavaler. *dec. 444.* Ricc. *Collect. 3152.* Rot. *p. 12. recent. dec. 72.* ubi quòd in tantùm est verum, ut non admittatur probatio per testes, nisi adducatur casus verisimilis amissionis ejusdem libri. Caprar. *decis. 81. n. 2 part. 1.*

Quòd probetur ex instrumento dotis, dixit Rot. *part. 2. divers. dec. 130. num. 6. & part. 13. rec. 312. num. 2. & seqq* ubi de instrumento celebrato coram Parocho per verba de præsenti, etiamsi non reperiatur descriptum in libro matrimoniorum.

Quomodo probetur per testes, ex sequuta traductione, publica voce, & fama, copula subsequuta, cohabitatione, & partium confessione, Rot. *in Romana bonorum 17. Maii 1621.* coram Buratto, penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom. 2. dec. 46. per tot.* Merlin. *dec. 684. num. 7. & seqq.* ubi an possit probari per testes consanguineos, Rot. *part. 13. recent. dec. 312. n. 7. & seqq.* Thom. Trivis. *dec. 28.* plenè Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1022. cum pluribus seqq. usque ad 1034.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. p. 3. q. 35. sect. 2. n. 149. tom. 5.*

Quando non credatur Parocho quoad contractum matrimonii, multa de illius validitate, non sufficienti probatione, & quòd non sufficiat præsentia, & intelligentia Parochi, & testium per parietem intermedium, vel aliud impedimentum, sed requiratur etiam visus, Gratian. *disceptat. forens. cap. 849. per tot. supra n. 2. vers. Item non sufficiunt*, Rot. *part. 14. rec. dec. 346.* ubi de consensu a puella præstito ad crates monasterii, si patris consensus accedat, nam exindè non resultat matrimonium de præsenti, etiam adstante Parocho, nec est puella cogenda si patris consensus non accedat, & ipsa nolit aliàs liberè contrahere.

Quòd circa denunciationes stetur assertioni Parochi, Rot. *part. 2. divers. dec. 91. n. pr.*

Quòd præsumatur potiùs libertas, quàm matrimonium, Bald. *cons. 448. nu. 4. lib. pr.* Rot. *part. 13. rec. dec. 475. num. 15.*

Matrimonium an dicatur legitimè contractum, 6
& valeat, si secretò adhibitis testibus vir interroget mulierem an vellet eum accipere in maritum, & mulier affirmet, sequuta postea nominatione; & copula, latè Dec. *cons. 163. per tot.* ubi consulvit pro validitate matrimonii, sed addentes videntur contrarium sentire, & rectè attenta dispositione Concilii Tridentini *sess. 24. cap. pr. circa medium*, ubi omnia matrimonia, aliter, quàm præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus contracta, nulla, & irrita declarantur, ultra alias pœnas, quas arbitrio judicis incurrunt ipsi contrahentes, Parochus, vel alius Sacerdos, & testes aliter quàm ut supra servantes.

Quid si licentia fuerit dolo, mendaciis, vel metu à Parocho obtenta, vel extorta, an tunc sit validum matrimonium, Dian. *part. 9. tractat. 8. resolut. 20. per tot. & part. 11. tract. 3. resolut. 32.* ubi alia plura de hujusmodi licentia, de qua etiam Rot. *part. 14. rec. dec. 433. per tot.*

An matrimonium contractum sine præsentia Parochi, & testium sustineatur, saltem tamquam sponsalia de futuro, maximè si additum fuerit juramentum, multi affirmant, alii verò negant, ut per Dian. *part. 3. tract. 4. resolut. 258.* ubi transit cum negativa juxta quam refert fuisse declaratum à Sacra Congregatione, quia attento Concilio sic contrahentes peccant, & faciunt actum potiùs illusorium, quàm aliquo modo validum, & obligatorium, & iterum idem Dian. *part. 9. tract. 7. resol. 72.* ubi quid si copula intercedat, an tunc saltem ratione injustitiæ vir teneatur per alium actum legitimum illam fœminam uxorem ducere, & pariter refert contrarias opiniones, quas ambas probabiles putat, vide *in §. Sponsalia, et §. Stuprum nu. 8.* Paul. Christin. *decis. 331. volum. 1.* Ludovic. Belli *cons. 56.* ubi an matrimonium sine denunciationibus, sine Parocho; & sine consensu patris sit validum, & concludit pro validitate in Gallia stante non receptione Concilii, de quo latiùs idem Bell. *cons. 224. per tot.* ubi pro nullitate ex circumstantiis facti, & personarum, vide De Luc. *de matrim. disc. 3. n. 3. Annot. ad Concil. disc. 26. n. 34.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. sect. 3. num. 84. tom. 5.*, ubi loquitur de matrimonio clandestino.

Matrimonium præsumptum, & clandestinum, licèt 7
sit nullum, non omni tamen caret effectu, sed operatur, ut inter eos, qui sic contraxerunt, non possit denuò contrahi, Concil. Trid
ent. *loc. cit.* cujus dispositio declarata fuit in hoc ab Illustrissimis Interpretibus, ut intelligantur inhabiles ad sic denuò contrahen-

trahendum, non autem, ut sint omninò inhabiles, & ideò si rursus servata debita forma velint contrahere, non prohibentur, nisi aliud obstet impedimentum, Menoch. *lib. 3. præsumpt.* 1. *n.* 102.

Qualiter debeat separari quoad thorum, & copulam, Tusch. *litt. M, concl.* 143. *per tot.*

Plura de matrimonio clandestino, quid sit, quid operetur, & qualiter probetur, Tusch. *litt. M. concl.* 152. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 1035. *per tot.* Fagnan. *in Iudit. general. verb. matrimonium clandestinum* Ripol. *var. cap.* 8. *a n.* 77. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 84. *& seqq. tom.* 5. Passarin. *in cap. si infantes §. item quoque de Despon impub. n.* 19. *in* 6.

8 Matrimonia clandestina hodie sunt irrita ex dispositione Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* & nova tradita forma illa contrahendi, nempè ut præmissis legitimis denunciationibus, aut illis in totum, vel pro parte ex justa causa arbitrio Episcopi æstimanda, & cum illius dispensatione, & licentia omissis, coram Parocho rursus ea contrahentibus, sive alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, & duorum, vel trium testium præsentia contrahantur, præmissa etiam confessione, & communione, ac subsequente solemni benedictione (quæ tamen duo sunt de consilio, & non de præcepto, licet contrahendo in peccato mortali, novum mortale contrahatur) describenda in libro per Parochum retinendo, non contrahantur in gradibus prohibitis, vel cum aliis impedimentis, quæ plura sunt impedientia tantùm matrimonia contrahenda, & non dirimentia contracta, nempe interdictum vocum, sponsalia, & crimen; ac alia impedientia contrahenda, & etiam dirimentia contracta, quæ his versibus complectuntur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis,
Si Parochi, & duplicis desit præsentia testis.
Raptave sit mulier, nec parti reddita tutè,
Hæc celebranda vetant connubia, facta retractant.

De quibus omnibus, & aliis ad officium Episcopi, & Parochi, circa matrimonia spectantibus, D. Raymund. *Sum. lib.* 4. *tit. de matr. §.* 16. *& seqq. fol. mihi* 523. *&c.* latè Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *per tot. fol.* 231. *&c. ad* 269. Tusch *litt. M. conclus.* 137. *& seqq.* Candid. *disquisit.. Moral. part.* 2. *disquisit.* 28. *per tot. fol. mihi* 361. ubi de omnibus dictis impedimentis, & illorum dispensatione, ad quos spectet &c. de quibus etiam Caspens. *Curs. Theolog. tractat.* 26. *disput.* 9. *per tot. fol.* 744. *&c. disput.* 10. *per tot.* ubi de dispensatione dictorum impedimentorum. Vide Ripol. *var. cap.* 8. *a n.* 333. Altimar. *loc. cit. n.* 67.

An ex matrimonio rato tantùm & nullo, ac etiam ex sponsalibus nullis oriatur impedimentum publicæ honestatis, latè Dian. *part.* 9. *tractat.* 6. *resolut.* 50. 52. *&* 53.

Quo pacto probentot impedimenta matrimonii, Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 1034. *per tot.* Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 2. *quæst* 6. *num.* 21. *& seqq. per tot.* ubi an per confessionem partium. Vide Pen. & Crescin. *decis.* 210. *& decis.* 211.

Quænam sint crimina matrimonium impedientia, & quòd hujusmodi impedimenta criminum sint hodie per consuetudinem penitùs sublata, & quatenus quis haberet scrupulum possint per Episcopum tolli, & dispensari, Dian. *part.* 3. *tractat.* 4. *resol.* 259. vide *§. Uxor num.* 12. Caspens. *loc. sup. cit. sect.* 8. *per tot.*

De cognatione legali orta ex adoptione quando impediat matrimonium, vel non, Dian. *part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 120. *&* 121. Caspens. *loc. sup. cit. sect.* 7. *per tot.*

9 Matrimonium sequntum inter raptortm, & raptam, de jure canonico tollit omnem pœnam, secus autem de jure civili, Clar. *§. Raptus n.* 8. Esset tamen in omnem casum semper mitiganda pœna, quando fuit sequutum etiam de voluntate parentum, attenta facti, & personarum qualitate, imò in totum tollenda, si raptum præcesserint sponsalia de futuro, de quibus standum erit assertioni raptoris, & raptæ, latè Cabal. *resolut. crim. cas.* 196. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 19. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubrat. volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 272. *&c. fol.* 256. vide in §. *Raptus n.* 8. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 334. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 911. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 498. *nu.* 10. ubi quod raptus excluditur quotiescumque nuptiarum præcessit tractatus dummodò de illa legitimè constet, aliàs secus, ut ibi per plura.

Hodiè tamen raptur esse non desinit, nec raptoris pœnam evadit per matrimonium, nisi observata forma Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 6. *de reform. matrim.* fuerit contractum, nempè rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, & nihilominus raptor ipse raptam, sive eam in uxorem duxerit, sive non, decenter arbitrio judicis dotare tenetur, una cum omnibus auxilium, consilium, & favorem præbentibus, sunt ipso jure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint de proprio gradu decidunt, prout disponit Concil. *loc. cit.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 1. *nu.* 101. Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 20. *vers. Lex itidem fol. mihi* 557. *& part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 15. *fol.* 179. Pac. Jordan. *loco supra citat. num.* 261. *& seqq. ad* 288. Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 60. 162. 305. *& part.* 16. *decis.* 250. omnes in eadem causa, dixi in *Pract. §. Stupro num.* 7. ubi qualiter ratione inæqualitatis personarum, vel ratione scandali, & mali exempli, sive modi indirecti perveniendi ad matrimonia contra voluntatem parentum, qui posteà ad evitandam majorem infamiam compelluntur consensum præstare, non obstante matrimonio subsequuto, possit esse locus pœnæ arbitrariæ contra stupratores, vel raptores, ultra dotem, quam puellis stupratis, vel raptis, etiamsi illas in uxores duxerint constituere tenentur, ad tradita per Gabriel. *cons.* 173. *num.* 15. Bajard. ad Clar. *§. Stuprum num.* 22. Farinac. *de delict. car. quæst.* 147. *num.* 98. *& seqq.* Sperel. *decis.* 6. *num.* 14. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 103. *num.* 5. 202. *num.* 9. 291. *num.* 22. Paul. Christin. *decis. Belg.* 334. *vol.* 1. & ita sæpè servatum vidi, imponendo pœnas arbitrarias, etiam sequuto matrimonio per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & quandoque etiam absolvi juxta qualitatem facti, & personarum, nulla ut plurimum de dote facta mentione, sequuto ut supra matrimonio, facit circa prædicta, Dian. *part.* 7. *tractat.* 1. *resolut.* 27. ubi qualiter non possit impediri per legem Principis sæcularis. De hac materia vide Boss. *de matrim. cap.* 13. & alios allegatos per Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *sect.* 3. *n.* 116. *tom.* 5., & alios etiam adductos *infra vers. quod imò.*

Quod prædicta dispositio Concilii Tridentini circa matrimonium inter raptorem, & raptam, comprehendat tantum raptum, qui fieret causa matrimonii contrahendi, non autem si causa explendæ libidinis, & quando vis infertur puellæ, non autem si parentibus tantùm ipsa puella consentiente, & sic matrimonium contractum cum puella ex causa libidinis rapta, vel de ejus consensu, licet invitis parentibus esset validum, etiam adhuc rapta in potestate raptoris existente, quicquid alii contradicant, probat Dian. *part.* 3. *tractat.* 4. *resolut.* 261. *& part.* 10. *tractat.* 16. *resol.* 83. *per tot.* ubi etiam quòd si fœmina raperet virum, esset validum matrimonium, licet alii contra, vide Christin. *dict. decis.* 334. *vol.* 1. *Ricc. Collect.* 91. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 60. *per tot.*

Quòd imò dispositio Concilii procedat sive raptus successerit causa matrimonii, sive causa solius libidinis explendæ, & matrimonium inter raptorem, & raptam (probato raptu) sit nullum, quia caret consensu, qui dari non potest, nisi puella prius evaserit à potestate raptoris, & in loco tuto posita, aliàs tamquam metu extortus non attenditur, maximè si puella fuerit etiam in potestate patris, sine cujus consensu (licet ipsa puella consentiente) non purgatur raptus, & matrimonium est nullum, Boss. *de matrim. cap.* 13. *n.* 20. *etc.* cum aliis per Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 498. *per tot.* ubi de veriori opinione, alia vide in *§. Raptus*, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 60. ubi ostendit esse adeò controversas opiniones, ut in tali dubietate possit concedi remissoria ad probandam,

& decis. 162. in eadem causa dict. part. 15. ubi prævaluit opinio quód consensus puellæ non sufficiat, neque validet matrimonium inter raptorem, & raptam, si parentes dissentiant, & decis. 305. in eadem causa dict. part. 16. decis. 250. pariter in eadem, ubi confirmatæ fuerunt præcedentes decisiones, & iterum in eadem par. 17. decis. 75. per tot. De hujusmodi materia captus tractat De Luc. Annot. ad Concil. 28. per tot. & de matrimon. disc. 5. ex num. 6. Tondut. lib. pr. quæst. 117. & quæst. 184. Ripol. var. cap. 8. n. 57. cum plurib. seqq.

10 Matrimonium non impeditur per coitum sodomiticum, vel aliter extra vas naturale, cum per hujusmodi coitum præter naturalem nulla contrahatur affinitas, Cabal. resol. crim. cas. 44. per tot. vide in §. Affinitas num. & §. Sodomia num.

Qualiter, & inter quos impediatur per cognationem spiritualem contractam ex baptismo, & Confirmatione, vide Concil. Trident. sess. 24. cap. 2. de reform. matrim. Tusch. litt. M. conclus. 139. Paul. Christin. decis. 128. in fine vol. 3. vide in §. Affinitas num.

Item qualiter per affinitatem ex fornicatione contractam quæ ultra secundum gradum inclusivè non extenditur, Concil. loc. cit. cap. 4. vide in §. Affinitas num. 2.

Qualiter autem impediatur inter consanguineos, & affines usque ad quartum gradum inclusivè, & non ultra, facta tamen computatione secundum regulas juris canonici, & non juris civilis, de quibus dixi in §. Compensatio nu. & § Gradus num. cap. non debet extr. de consanguin. & affin. Oinot. Instit. de nupt. cap. de arbitr. canon. num. 3. & cap. de arbor. affinit. num. 11. Sanchez de matrim. lib. 7. disputat. 51. num. 13. 17. & 22. & disputat. 53. nu. pr. & 5. & lib. 8. disput. 24. num. 32. Tusch. litt. M. conclus. 137. et seqq. Altograd. cons. 47. num. 38. lib. 2. ubi asserit id esse verum tam inter collaterales, quam inter ascendentes, & descendentes in linea recta, inter quos ultra quartum gradum possit consistere matrimonium sine dispensatione, & allegat Sanchez ubi supra, quamvis quoad ascendentes, & descendentes, inter eos esse prohibitum matrimonium usque in infinitum, ita ut si Adam, à quo omnes descendimus, hodie viveret, non posset aliquam mulierem sine dispensatione in uxorem ducere, probat Oinot. loc. sup. cit. in tant. in leg. nuptiæ ff. de rit. nupt. nec esse correctum de jure canonico: Sed hæc quæstio propter brevem hominum vitam cessat, ut inquit Abbas in dict. cap. non debet infra num. 21. Nicolius Instit. Imper. tit. de Nupt. Rossignool. de matrim. fol. 306. et seq. fol. 363. et seq. fol. 385. et seq. fol. 529. et seq. et fol. 549. Marin. & De Luc. libr. pr. resol. 266. a nu. pr. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. sect. 3. n. 135. tom. 5.

An matrimonium possit per Papam dissolvi, vel impediri, Tusch. litt. M. conclus. 153. per tot. latè Dian. part. 8. tract. pr. resol. 59. et seqq. et dict. part. 8. tract. 3. resol. 97.

11 Matrimonium de jure non liberat à patria potestate, secus de consuetudine Neapolitana, & aliorum locorum, Franch. decis. 546. num. 9. et seqq. Boer. decis. 197. num. 3. vide in §. Filia num. et §. Pater numer. Paul. Christin. decis. 185. num. 7. ubi de consuetudine Franciæ, & Belgii, et ad leg. municip. tit. 9. art. pr. et tit. 19. art. 27. Valasc. allegat. 29. num. 25. et seqq. ubi de dicta consuetudine Regni Lusitani, &c. vide de Luc. de servit. disc. 106. nu. 6. de Donat. disc. 41. num. 7. Cyroc. cap. 47. n. 2. Turr. de pact. futur. success. libr. 3. cap. 12. nu. 306. Rocc. Episc. cap. 28. n. pr. libr. pr.

An stante dicta consuetudine amittatur ususfructus, vide in §. Peculium num.

An filia facta vidua reincidat in potestatem patris, Gratian. discept. for. cap. 382. in fine, ubi quod non.

Quòd stante dicta Consuetudine possit testari, non tamen quoad bona sita extra territorium, in quo viget, nec in præjudicium patris forensis, Franch. decis. 546. ubi Add.

12 Matrimonium debet esse adeò liberum, quod sponsus, qui per verba de futuro promisit illud contrahere, non est præcisè compellendus, licet adesset juramentum, sed tantum monendus, cum hujusmodi promissio dicatur imperfecta quousque fuerit contractum per verba de præsenti, vel per conjunctionem, & copulam, Sanchez de matrim. lib. pr. disput. 29. num. 7. etc. Gratian. disceptat. forens. cap. 804. num. 18. etc. vide Pac. Jordan. Lucubrat. vol. pr. lib. 3. tit. 7. num. 200. etc. fol. 249. et vol. 3. lib. 14. tit. 22. numer. 213. fol. 446. Covar. de sponsal. part. pr. cap. 4. in princip. num. pr. et seqq. fol. mihi 167. Rota pluribus citatis part. 10. recent. decis. 19. num. 2. etc. dixi latè in Pract. §. Stupro nu. 26. etc. et in hoc opere §. Conditio num. §. Pœna num. et §. Stuprum numer. 8. latè Paul. Cristin. decis. 331. volum pr. ubi an Concilium Tridentinum aliquid immutaverit circa sponsalia de futuro, & dicit quod non, præterquamquod per copulam non transeunt in matrimonium, et decis. 124. volum. 3. Rot. part. 10. recent. decis. 19. numer. 36. Thom. Trivis. decis. 9. et 20. Fagnan. in cap. cum dilectus n. 40. de Consuet. in cap. insinuante n. 2. qui Cleric. vel vov. et in cap. nobis n. 66. de Simon. Deluc. ad Capyc. Latr. consult. pr. n. pr. Altimar. dict. sect. 3. n. 68.

Ita ut nec in eo de necessitate, sed tantùm de honestate requiratur consensus parentum, nec valeat statutum hujusmodi consensum requirens contra libertatem matrimonii, Menoch. de arbitr. 453. num. 8. etc. Cavaler. decis. 415. num. 4. decis. 447. per tot. 526. n. 4. Cardin. Tusch. litt. S. conclus. 592. Concil. Trident. sess. 24. cap. pr. in princip. de reform. matrim. vide in §. Filius num. 64. supra num. pr. et in Pract. dict. §. Stupro num. 26. Paul. Christin. decis. 328. n. 4. et seqq. per tot. vol. 3. Merlin. dec. 457. nu. 9. et seqq. Vide del Bene de Immun. part. pr. cap. 8. dub. 19. sect. 9. 20. et dub. 20. 21. De Luc. de Dot. disc. pr. n. 5. et 7. disc. 169. n. 6. annot. ad Concil. disc. 26. n. 33. de matrim. disc. 5. n. 8. Constantin. ad statut. Urb. tom. pr. cap. 43. nu. 34. Altimar. de Nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. sect. 3. n. 155. tom. 5.

Quid possit facere pater, vel mater causa inducendi filios ad matrimonium, vel ab illo retrahendi, Sperel. decis. 75. num. 22. et num. 75. et decis. 5. per tot. decis. 6. num. 13. et 15. Francisc. Anton. Tranchedin. consult. 33. per tot. & dixi supra sub n. pr. vers. finem.

Quando matrimonium tam carnale, quàm spirituale dicatur impediri, vel non ex dispositione testatoria, plenè Tusch. litt. M conclus. 134. et 135. per tot.

Quòd imò ubi præcesserunt legitima sponsalia, possit quis sub censuris compelli ad illorum observantiam, & matrimonium, Cavaler. decis. 415. & 421. per tot. Ludovis. cum Beltramin. dec. 376. per tot. Oinot. Instum. de nupt. cap. de sponsal. num. 5. & seqq. Covar. de sponsal. part. pr. cap. 4. num. 2. &c. Seraphin. decis. 1112. num. pr. &c. Card. Tusch. litt. M. conclus. 126. & litt. S. conclus. 403. num. 19. Sanchez de matrim. lib. pr. disp. 5. et 16. et 22. Less. de just. et jur. lib. 2. cap. 10. dub. 3. num. 20. Rebell. de oblig. just. lib. 2. de matrim. quæst. 11. num. 13. Thom. Trivis. decis. 9. per tot. et decis. 20. Sperel. loc. sup. cit. vide in §. Stupro num. 7. etc. et in pract. dict. §. Stupro num. 26. Paul. Christin. dict. decis. 331. vol. 1. Rot. part. 9. recent. decis. 263. per tot. Posseut. sing. 215. ubi tamen quod si postea in negativa persistat est absolvendus, etiam ipso non petente, cum non datur totalis, & præcisa coactio, vide De Luc. Annotat. ad Concil. disc. 26. num. 34. disc. 27. num. 12.

Quod ubi certa sunt sponsalia, nec de illorum validitate dubitatur, possit etiam judex sæcularis compellere ad observantiam, Dian. resol. moral. part. pr. tr. 2. resol. 130. vide in §. Sponsalia num. 3.

Intelligendo nisi adsit aliqua justa causa, ob quam sit permissum recedere à sponsalibus legitimè contractis, nam tunc qui sponsalia contraxit, non est compellendus ad matrimonium; quæ autem sint hujusmodi justæ causæ, arbitrio judicis æstimandæ, & alia ad hoc propositum, Sanchez de matrim. libr. pr. disp. 57. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 455. per tot. ubi octo causas annumerat, Thom. Trivis. dec. 9. num. 5. & seqq. per tot. Ludovis. cum Beltram. decis. 376. Cavaler. decis. 421. et 447. per tot. et dec. 468. et 526.

per

per tot. Pac. Jordan. *Lucubrat. volum. pr. lib. 3. tit. 7. num.* 204. *fol.* 250. Rot. *part. pr. divers. decis.* 497. Seraph. *decis.* 1112. *et* 1258. Covar. *de sponsal. part. pr. cap. 5. per tot. fol. mihi* 175. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom. 2. lib. 9. titul. 10. quæst. 5. per tot.* Rot. *in Vcunsina legati* 28. *Junii* 1623. *coram Coccino num. 67. etc.* penes Zacch. *loc. cit. decis.* 53. Rot. *part. 10. recent. decis. 19. per tot. et part. 14. decis.* 185. *per tot.* Azor. *Institut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 9. quæst.* 3. Comitol. *Respons. moral. lib. 4. quæst.* 16. P. Stefan. de Neapol. *de præcip. jur. et justit. part. lib. pr. cap. 11. num.* 3. dixi *in Pract. §. Stupro num.* 27. Tusch. *litt. M. concl.* 126. Dian. *part. 3. tract. 6. resolut.* 81. ubi refert sex causas, ex quibus corrumpens virginem sub promissione conjugii potest excusari ab observantia, vide *in §. Sponsalia num.* 4.

An valeant sponsalia inter impares, ut inter fœminam nobilem, & virum ignobilem, & è contra, dic quòd sic, nisi scandalum magnum exinde probabiliter timeatur, quòd cautè considerandum est cum sæpè multæ jactentur minæ, & posteà de facili omnes matrimonio contracto acquiescant, Dian. *part. 9. tract. 7. resol. 71. per tot. infr. num.* 23. latè Costa *de facti scient. et ignorant. distinct. 40. cent.* 2. ubi plura in consilio ibi impresso pro dissolutione sponsalium, etiam juratorum, & votivorum ratione imparitatis, & ignobilitatis sponsæ, patre sponsi nobili reclamante.

13 Matrimonium debet esse adeò liberum, ut quis non possit ad illud invitari metu pœnæ, quamvis spe lucri allici possit (nisi tamen agatur de magno lucro ammittendo, quia tunc inferret justum metum, & pœnæ æquivaleret) & ideò potest testator auferre legatum, vel hæreditatem, si quis contraxerit, vel non contraxerit matrimonium cum certo genere personarum, nam quamvis ademptio videatur facta nomine pœnæ, verè non est pœna, sed certa lex, & conditio licitè à testatore imposita, cum pœna verè, & propriè dicatur illa, per quam aliquid proprium aufert, *cap. Gemma de sponsal. leg. Titia, ff. de verb. obligat. leg. Titio centum, §. 1. ff. de condit. et demonst.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit.* 18. Sanchez *de matrim. lib. pr. disput.* 33. Rota *in Vcunsina legati Mercurii* 28. *Junii* 1623. coram Coccino *per tot.* ubi fuit tentum non deberi legatum relictum sub conditione, & casu, quo alteri extra familiam nuberet, quamvis verè alteri, & extra familiam nupserit, cum agatur de auferendo propria bona à persona, sic gravata, vel de maximo lucro scutorum ducentorum millium amittendo, & habetur *dict. decis.* apud Paul. Zacch. *quæst. Medic. legal. tom. 2. decis.* 33. adde Paul. Christin. *dec. 124. num. 33. et seqq. vol.* 3. Rot. *part. 10. recent. decis. 93. num. 6. & seqq. per tot.* ubi adducunt aliæ decisiones, & declarationes, facit Rot. *part. 12. recent. decis. 23. num. 9 et 10.* ubi quod metus probatus ex minis privandi aliquem bonis relicta &c. *part. 13. decis. 321. per tot.* ubi plura ad exclusionem pœnæ ob non contractum matrimonium juxta dispositionem testatoris, & latè Bieh. *decis.* 89. ubi de validitate legati in casu contraventionis, nubendo scilicet extra Civitatem à testatore ordinatam, non obstante quod videatur in pœnam, facit etiam ad prædicta Thom. del Bene *de immunit. Eccles. part. pr. cap. 8. dubit. 21. sect. 4. per tot. fol. mihi* 437. Cyriac. *contr.* 451. Barbos. *vot.* 75. Rotis *obser.* 38. *n.* 46 Fagnan. *in cap. si conditiones n. 8. de Condit. appost.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 35. sect. 3. n. 72. tom.* 5.

Quòd licet puella non possit metu pœnæ ad nubendum alicui adstringi, spe tamen lucri ad nuptias invitari possit, dummodò dignè, & honestè illi nubere valeat, alias non privetur relicto, Marcian. *disp. forens. cap. 77. per totum* Mantic. *de conject. lib. 11. tit. 18. num. pr.* Boss. *de matrim. cap. 11. num.* 464. Martha *de success. Legal. part. 4. quæst. 12. art 2. n. 85. & art. 3. num.* 45. Rot. *dict. decis. 93. nu. 6. &c. part. 10. recent.* & de omnibus prædictis, ac aliis ad rem latè Urceol. *de tractat. de transact. quæst. 28. per tot.* ubi etiam de sponsalibus aliquid solvendi in casu matrimonii, vel *a tempo a moglie*, an subsistant. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr. 14. decis. 5. nu. pr. vol.* 4. Altimar. *loc. supra citat. n.* 74.

Qualiter matrimonium debeat esse liberum, & voluntarium, latè Tusch. *litt. M. conclus.* 133. *per tot.* Ripol. *var. cap.* 8. Fagnan. Altimar. & alii supracitati.

Ita ut contractum contra Superioris prohibitionem sit validum, quamvis prohibitio emanaret à Papa, & cum clausula irritante, & tantò magis ab alio Inferiore, vel à Principe sæculari, latè Ricc. *Collect.* 4167. vide supra *num. 2. circa medium vers. Quod Episcopus.* Altimar. *dict. sect. 3. n.* 70.

Matrimonium metu contractum redditur ipso jure nullum, quando metus fuit cadens in constantem virum; metus autem non præsumitur, sed probatur conjecturis, quarum multas recenset Menoch. *lib. 3. præsumpt. 4. per tot.* ubi etiam quando metus præsumatur continuatus, & quando dicatur purgatus, ut possit dici matrimonium ipsum liberè ratificatum, de quo vide in *§. Metus num. 8. & num.* 16. plenè Rot. *in Venetiarum matrimonii* 29. *Novembris* 1604. *coram Penia*, penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom. 2. decis.* 58. Ricc. *Collect.* 535. *et* 1122. Ludovis. *decis. 326. per tot. & decis.* 351. *in eadem causa*, ubi plura de qualitate testium in hac materia, *& decis.* 374. ubi si agatur de muliere sufficit metus cadens in constantem mulierem, in qua minor metus requiritur, & probatur conjecturis, vel per testes, etiam singulares, *& decis. 392. & 395.* benè Rot. *part. 16. recent. decis.* 48. ubi plura, *& part. 18. decis. 405. per tot. & deci.* 490. ubi pro exclusione metus, latè Sperel. *decis. 5. et 6. per tot.* ubi de juvene reperto in domo viduæ, sive puellæ, qui antequam exire posset ibi matrimonium contraxit, *& decis. 75. per tot.* ubi de puella à matre coacta ad contrahendum cum viro sibi invito, adde Dian. *part. 3. tract. 4. resol. 228. & part. 4. tract. 4. resol. 33. vide in §. Stuprum num.* 8. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 335. *vol. pr. & decis. 114. num. 8. & seqq volum. 2. & dec. 128. num. 27. &c. volum.* 3. Carpent. *Curs. Theol. tract. 26. disp. 5. per tot. fol. 724. &c.* Addo Card. De Luca *de Matrim. disc. 4. n. 9. disc. 6. ex num.* 9. Tasson. *de Antefat. fol. 415. n.* 118. Bergal. *de Dolo lib. pr. cap.* 8. Emerix jun. *decis. 253. n. 2. decis. 732. num. pr. & decis. 775. n. pr.* Pignatell. *consult. 136. tom.* 9. Panimol. *constit. 18. n. 12. et 14.* Altimar. *supra n.* 78.

14 De matrimonio per metum à judice illatum contracto, an, & quando sit validum, vel non, Dian. *part. 9. tract. 8. resol. 26. & 27. per tot.* Thom. Trivis. *decis. 63. per tot. lib. pr.* ubi pro nullitate matrimonii contracti ad evitandum bannum sibi comminatum, nisi intra mensem contraxerit, vide *§. Stuprum*, Capon. *tom. 4. discept.* 264. Altimar. *dict. sect. 3. sub num.* 77.

Quod matrimonium metu contractum; etiam post copulam meticulosè pariter subsequutam, remaneat ipso jure nullum in foro conscientiæ, in foro autem externo sit annullandum: imò juxta magis communem etiam in foro externo licèt consumatum remaneat nullum, quando copula fuit per metum subsequuta, nec firmetur juramento, ita ut nec isto casu sit necessaria absolutio, latè idem Sperel. *decis. 25. per tot.* Carol. Rota *in ejus Florileg. conclus. 28. per tot.* Martha *vot. Pis. 64. per tot.* ubi nupsit alteri, vide *in §. Metus nu. 8. & num.* 16. Rot. *in Trullen. matrimonii* 15. *Januarii* 1653. *coram Albergato*, & habetur penes Dian. *tract. 11. in fine fol. mihi 560. & inter recent. par. 11. decis. 301. num. 12. & seqq.* ubi plura ad exclusionem metus, & rursus in eadem causa *d. part. 11. recent. decis.* 334. ubi pariter ad exclusionem metus: Pro nullitate matrimonii ratione metus pulchrè Rot. *in Romana nullitatis matrimonii* 24. *Maii* 1655. *part. 12. recent. decis. 23. per tot. & par. 16. decis. 38. per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Collect. 34. & Collect.* 79. ubi quid agendum stante suspicione, ne vis inferatur puellæ, Rot. *part. 18. recent. decis.* 405. ubi pro nullitate matrimonii metu contracti, ita ut nec per diuturnam cohabitationem dicatur ratificatum, cum opus esset ut omnia denuò intervenirent, quæ erant necessaria, & de essentia matrimonii, *& decis.* 490. ubi pro exclusione metus, videndus Fagnan. *in c. tuæ litteræ n. 67. de Cleric. per salt. promot. & in c. consuluit. nu. 22. qui clerici; vel*

voventes. Ripol. *var. cap.* 8. *num.* 99. Altimar. *loc. cit. num.* 78.

Ao autem ratione erroris, possit matrimonium annullari, cum error consensum excludat, dic quòd sic, si versetur circa personam, secus si circa qualitatem, vel fortunam, *cap. unic.* 29. *quæst.* 1. 2. *per tot.* Oinor. *Institut. de nupt. cap. de divort. num.* 40. *&c. fol.* 43. Addo Rossignool. *de matrim. fol.* 473. *& seqq.* Tasson. *de Antefat. vers.* 8. *observat.* a *nu.* 80. Pignatell. *consult.* 136. *num.* 17. Fagnan. *in c. Significatum de regular. & c. ad nostram de conjug. serv.*

Quòd si parentes cogant filios ad matrimonium ineundum, non incurrant excomunicationē latam in Concilio Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 9. *de matrim.* Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 33. *vers. Adverte tamen*, vide in *§. Filiatio nu.* 64. idem Dian. *dict. tract.* 4. *resol.* 332. *vers. non desinam supra num. pr.* facit Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 334. *per tot.*

Quid si impediant, & an impedire valeant dial supra *sub n. pr. vers. finem*, latè Costa *de facti scient. & ignorant. distinct.* 40. *cent.* 2. in consilio ibi impresso, ubi plura pro patre ad irritanda sponsalia, etiam jurata, & votiva à filio cum puella ignobili, & impari contracta.

15 Matrimonium tam carnale, quàm spirituale contractum per dolum, est validum, nec potest ex hoc capite rescindi, intelligendo tamen quando dolus versatur non circa substantialis, sed circa accidentalis ipsius contractus matrimonii: imò etiam dolus dans causam matrimonio circa illius qualitatem vitiaret illud, si dicta qualitas esset apposita per modum conditionis, vel in errorem personæ redundaret, & in omnem casum posset deceptus agere actione de dolo ad interesse Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 18. *nu.* 18. *&c.* Sperel. *decis.* 150. *num.* 6. *&c. per tot.* ubi etiam *num.* 28. *&c.* Add. Tasson. & Pignatell. *loc. supra cit. &* Bergal. *de dolo libr. pr. cap.* 8. *nu.* 24. *libr.* 3. *cap.* 7. *num.* 36. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 79. *tom.* 5.

Quod in spiritualibus, in quibus quis inducitur ad serviendum Deo, non attenditur dolus, cum dicatur bonus, & non malus, prout requiritur ad annullandum contractum, vide *in §. Dolus num.* 2. Pae. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 41. *fol.* 203. *& tit.* 22. *num.* 87. *&c. fol.* 444.

In quibus differant matrimonium carnale, & spirituale, latè Tusch. *litt. M*, *conclus.* 120. *per tot.*

Et in quibus conveniant, ita ut valeat argumentum de uno ad aliud, Ricc. *Collect.* 500. Vide Emerix jun. *dec.* 671. *n.* 7. Ansald. *dec.* 99. *n.* 17.

Spirituale inter quos contrahatur, Tusch. *loc. cit. conclus.* 151.

16 Matrimonium contractum sub conditione, vel protestatione suspensiva, vel resolutiva, non est validum, *cap. fin. de cond. appos.* ubi Abb. & alii. Unde juvenis repertus in domo puellæ, & coactus illam desponsare, si dicat accipio in uxorem, sed quia mecum stuprum commisit, dubito ne idem faciat cum aliis, & ideo protestor, quòd si adulterabit volo posse etiam accipere, cui protestationi si consentiat puella, matrimonium statim redditur nullum, secundum Ferrer. *cautel.* 7. *per tot.* vide Hostien. & alios *in d. cap. fin. & tot. tit. de condit. appos.* Oinot. *Instit. de nupt. part.* 1. *cap. de sponsal. nu.* 30. *& seqq. fol.* 33. ubi an, & sub quibus conditionibus possint sponsalia contrahi, quæ sint præferenda si pendente conditione primorum; alia contrahantur, & an interim sit locus pœnitentiæ, vide *in §. Sponsalia num.* 2. Tusch. *litt. M*, *concl.* 127. *per tot.* Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 291. *cum pluribus antecedentibus, & subseqq.* facit Paul Christin. *dec. Belgic.* 326. *vol.* 1. ubi an matrimonium contractum (ubi adest aliquod impedimentum) sub conditione si *Papa dispensaverit*, sequuta dispensatione statim sit verum, ac perfectum matrimonium, sive potius requiratur novus consensus, & refert contrarias opiniones, vide Fachio *contr. lib.* 3. *cap.* 30. Christin. *dec.* 128. *num.* 58. *& seqq. vol.* 3. Caspens. *Curs. Theol. tract.* 26. *disp.* 6. *per tot. fol.* 728. *&c.* ubi plura de matrimonio sub conditione contracto, ut si conditio sit de præterito, vel de præsenti, ac verè, & realiter existat sive verificetur, valeat matrimonium, si verò deficiat, irritetur, ac idem in conditione de futuro necessario eventura, ut matrimonium statim sit validum, ac si conditio adjecta non esset, nisi ita consentiens velit omninò suum alligare consensum ad conditionem de futuro; quid in conditione impossibili, aut inhonesta, ut in foro conscientiæ reddat invalidum matrimonium, in foro autem externo, & judicio Ecclesiæ validum; in aliis verè conditionibus de futuro licitis, an suspendant matrimonium, & illis advenientibus novus requiratur consensus, contrariæ sunt opiniones, ut supra, sed probabiliorem esse, impleta conditione, præcisè valere matrimonium absque novo consensu, ut latè omnia ibidem declarat, vide Fagnan. *in cap. super, & seqq. de condit. appos.* De matrimonio conditionali Scopp. ad Merlin. *controv.* 45. *lib.* 2. Tor. *de pact. lib.* 2. *cap.* 33. Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 126. *& seqq.*

Matrimonium potest validè contrahi etiam à constituto in articulo mortis, vel ad mortem per sententiam damnato, cum propria concubina, vel alia muliere ad effectum legitimandi filios antea ex illa susceptos, ita ut tunc ob brevitatem temporis non sint necessariæ denunciationes, de quibus tamen si possibile sit debet obtineri dispensatio ab Ordinario, aliàs non erit licita copula, si talis sic contrahens supervivat, nisi postea factis dictis denunciationibus ex causa prædicta, vel alia simili omissis, P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.* 118. *fol.* 191. ubi allegat Sanchez. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 105. Navar. *cons.* 17. *de sponsal.* Filiuc. *tract.* 10. *de matrim. part. pr. cap.* 5. *n.* 175. *& alios*, Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 98. ubi tamen quod semper est necessaria præsentia Parochi, & testium, Vivi. *comm opin.* 492. Plura de hujusmodi denunciationibus faciendis, quando, & ex quibus causis possint omitti de licentia Ordinarii, Pae. Jordan. *Lucub. volum. pr. lib.* 3. *tit.* 7. *n. pr. & seqq. ad* 65. *fol.* 231. *&c.* & dixi *in §. Denunciatio n.* 10. Vide Ciarlin. *contr.* 193. *nu.* 17. Rovit. & Altimar. *dec.* 40. *nu.* 18. *& de nullit. rubr.* 1. *qu.* 12. *a n.* 363. *tom.* 3. De Luc. *de Fideicom. disc.* 223. *n.* 6. 17

Quòd possit Parochus assistere dicto matrimonio in articulo mortis contrahendo absque præcedentibus denunciationibus, & sine Episcopi licentia, si ad eum recursus non pateat promptus, quia tunc Ecclesia ipsa mater, & filiorum suorum vicem dolens, dispensare videtur, & alia ad rem, Carol. Marant. *contr. par.* 5. *resp.* 13. *per tot.*

Matrimonium fuisse consummatum, probatur pluribus modis, primò per confessionem conjugum, secundò per diuturnam cohabitationem, ex qua oritur præsumptiva copulæ probatio, tertiò per testes de visu, qui viderint in lecto solum cum sola, nudum cum nuda, vel virum cum fœmina, quartò per auditum proprium, ut quia dicant testes audivisse rumorem tamquam hominis volentis cum fœmina commisceri, maximè concurrente fama, ac aliis adminiculis, Rot. *part.* 2. *div. decis.* 91. *nu.* 3. *&c.* Vide De Luc. *de matrim. disc.* 9. *n.* 15. 18

Alia plura adminicula, & inditia ad probandam copulam carnalem deducit Rot. *in eadem causa d. part.* 2. *dec.* 95. *per tot. & in Romana nullitatis matrimonii* 19. *Januarii* 1646. *coram Arguelles, &* 19. *Junii* 1651. *coram Ottobono*, penès Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. decis.* 87. *&* 97. *per tot.* facit quod dixi *in Pract. §. Stupro n.* 3. 21. 22. 23. *&* 24. ubi ex quibus conjecturis probetur stuprum, & vide *in §. Stuprum*.

Quòd matrimonium carnali copula consummatum, non possit ex dispensatione Papæ dissolvi, etiam ad effectum intrandi Religionem, altero conjugum dissentiente, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 101. *n.* 7. vide *in §. Maritus n.* latè Dian. *part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 61. *& seqq.* ubi quid in rato tantum, & non consummato, *& d. part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 97.

Non tamen dici consumatum si solus vir intra vas naturale mulieris seminaverit, fœmina non seminante; cum utriusq; seminis commixtio requiratur, ut possint dici una caro effecti, Dian. *part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 43. *& part.* 5. *tract.* 16. *resol.* 54. ubi propterea infert quòd si id partibus certò constet, potest ul-

alter religionem ingredi, & profiteri, & alter in sæculo remanens aliud matrimonium inire, facit quod dixi in §. Affinitas n. 4. idem Dian. d. part. 5. tract. 14. resol. 37. in fine, ubi contra, & part. 11. tract. 5. resol. 26. ubi pariter contra.

19 Matrimonium quando possit, vel debeat separari ob impedimentum, & impotentiam ad coeundum, sive ex parte viri, sive mulieris, sive utriusque, latè Menoch. de arb. cas. 519. per tot. ubi in unoquoque capite plures casus distinguit, Rot. in Pampilonen. matrimonii 13. Maii 1622. coram Coccino, penès Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. tom. 2. decis. 48. per tot. 16. Januarii 1623. in eadem causa coram eodem, penès Zacch. loc. cit. dec. 51. & 52. Sanfelic. dec. 361. per tot. cum plena Addit. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 1. lib. 3. tit. 7. n. 344. & seqq. per tot. fol. 264. ubi plura de hujusmodi impedimento impotentiæ, Paul. Zacch. loc. cit. cons. 68. & cons. 72. per tot. Sperel. dec. 141. per tot. ubi an dissolvatur, & quomodo cognoscatur impedimentum, Dian. part. 11. tract. 5. resol. 8. & 9. ubi de triennio à jure præfixo ad experiendam impotentiæ veritatem à quo tempore sit computandum, quid agendum si post separationem ex hac causa, fuerit repertum impedimentum non esse perpetuum, vir fuerit sacris initiatus, mulier fornicata, & alia. An autem mulier teneatur pati incisionem, etiamsi defectus proveniat ex parte viri ob membrum improportionatum, Dian. d. part. 11. tract. 5. resol. 6. per tot. ubi refert varias opiniones, & casus, Altimar. ad Rovit. cons. 88. nu. 21. lib. 1. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 52. De Luc. in annot. ad concil. disc. 27. nu. 17. Bertachin. vot. 245. n. 9. Mantiss. ad De Luc. lib. 14. dec. 10. & decis. 21. vol. 2. & vide eumdem Altimar. d. sect. 3. n. 563.

Quòd vir sit conscius suæ impotentiæ, contraxerit matrimonium, debeat separari, & mulier possit cum alio contrahere, idemque etiam per carcerationem constringi ad integram dotis restitutionem, & alia de modo probandi hujusmodi impotentiam per visitationem, Paul. Christin. dec. Belgic. 338. & 339. n. 13. vol. 1. & decis. 192. vol. 5. ubi de modo probandi impotentiam coeundi Altimar. dict. sect. 3. num. 163.

De dissolutione matrimonii, divortio, thori separatione, & solutione sponsalium; ex quibus causis fieri possint, plenè Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. tom. 2. lib. 9. tit. 10. per tot. Oinot. Instit. de nupt. cap. de divort. per tot. fol. 40. ubi refert plures causas divortii, Paul. Christin. dec. Belgic. 339. vol. 1. & decis. 138. per tot. volum. 3. ubi etiam an pendente quæstione divortii teneatur uxor redire ad maritum, quomodo sit dos restituenda, & alia de hac materia, de qua etiam plenè Addit. ad Sanfelic. dec. 361. per tot. Caspens. Curs. Theol. tract. 26. disput. 11. fol. 758. vide Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 4. tit. 2. cap. 1. & 2. Altimar. d. n. 163.

De impedimento justitiæ publicæ honestatis, quod oritur ex præcedentibus sponsalibus validis in gradu primo cum altero consanguineo, Sperel. decis. 95. per tot. vide in §. Sponsalia num. 2. Tusch. litt. M, conclus. 140. vide Emerix jun. dec. 219. n. 3. decis. 262. n. 1. decis. 280. nu. 1. & decis. 1194. Mantiss. ad De Luc. lib. 14. decis. 6. n. 2. vol. 2. De Luc. Annot. ad Concil. disc. 27. de Matrim. disc. 7.

An istud impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus, cesset, si illa mutuo dissolvantur consensu, Dian. part. 11. tract. 5. resol. 12. ubi affirmativè concludit, licèt alii contra.

Quando ex causa sævitiæ possit fieri separatio thori, Thom. Trivis. decis. 45. per tot. lib. 1. decis. 61. ubi de causa inimicitiæ ex accusatione adulterii ortæ, Rot. in Tridentina matrimonii 11. Martii 1650. coram Albergato n. 8. & seqq. habetur part. 11. rec. dec. 35. & penes Paul. Zacch. ubi supra dec. 94. ubi quòd sævitia debet probari per testes omni exceptione majores, & concludenter, ac talis, quæ inferat justum metum cadentem in constantem virum, cui obviàri non possit per cautionem, nec sufficit actus unicus, quamvis atrox, nec ubi esset sequuta reconciliatio, Bich. dec. 412. ubi plura ad exclusionem sævitiæ, & dec. 425. in eadem causa ubi alia ad idem, & latè Sperel. dec. 139. per tot. Sanfelic. decis. 361. cum Addit. Merlin. dec. 446. per tot. plenè, doctè, & magistraliter Rot. in Januen. separationis thori 31. Januarii 1625. 24. Novembris 1632. in Aphoris. 1633. 16. Januarii 1645. quæ omnes decisiones emanarunt in eadem causa, atque habentur part. 6. rec. dec. 155. 191. 231. & 324. & part. 9. decis. 323. per tot. ubi referuntur aliæ decisiones in eadem causa usque ad annum 1650. Rot. part. 16. recent. dec. 99. ubi pro non separatione ex defectu probationum adulterii, & sævitiæ, & part. 18. decis. 115. ubi pro separatione ob sævitiam probatam per testes æque consanguineos, & familiares attento etiam dicto ipsius mulieris, & dec. 463. per tot. ubi pro non separatione ex causa sævitiæ ad levem correctionem redactæ & adulterii non probati, præstita cautione de non offendendo, & benè tractando. Vide De Luc. de Matrim. disc. 17. per totum Mantiss. ad eumdem decis. 12. & 13. lib. 14. vol. 2.

Quòd carceratio uxoris cum sibi subtractione dicatur magna sævitia, si fiat sine magna causa, Rot. part. 6. recent. dec. 239. n. 12. & 13. part. 13. decis. 199. & 270. ubi plura quando ob sævitiam viri sit locus separationi thori, vel non, attenta personarum conditione, vide in §. Maritus num. 1. &c. §. Uxor n. 7. &c. Rot. d. part. 13. recent. dec. 318. in eadem causa, ubi tandem fuit conclusum pro separatione ob odium implacabile, retenta muliere in monasterio alenda ex fructibus suæ dotis.

Quòd hujusmodi separatio non pendeat à conjugum voluntate, etiamsi concordent in causis, sed judicio Ecclesiæ servatis servandis sit facienda: Ludovis. decis. 294. Sperel. dec. 138. num. 1. &c. Paul. Christin. decis. 138. n. 12. vol. 3. Addit. ad Sanfelic. dec. 361.

Confessio tamen conjugis, quæ non attenditur quoad vinculi solutionem, attendi potest quoad thori separationem, cap. ex litteris de divort. Natt. cons. 24. n. pr. Gabriel. cons. 161. n. 10. lib. pr. quos sequitur Rot. part. 6. recent. dec. 155. num. 57. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 6. nu. 34. Crescin. ad Pen. dec. 212.

Facta autem dicta separatione, an penes patrem, vel penes matrem filii extantes sint alendi, idem Speral. d. dec. 138. n. 101. &c. vide in §. Maritus n. Ripol. var. resol. cap. 3. n. 29. & seqq. Duran. decis. 164. Add. ad Sanfelic. dec. 361. in fine.

An, quando, & quomodo sit concedenda thori separatio ob viri, vel uxoris adulterium, ob suspicionem morbi gallici, vel contagiosi, ob vitium sodomiticum cum aliis admissum, sive cum uxore tentatum, & quid utroque casu sit probandum, idem Sperel. decis. 140. per tot. Tusch. litt. M, concl. 143. per tot. Dian. part. 3. tract. 4. resol. 257. ubi an propter adulterium occultum quis possit secluso scandalo in foro conscientiæ uxorem dimittere, qualiter adulteria utriusque invicem compensentur, & alia, vide in §. Sodomia n. 8. §. Adulterium n. 12. Rot. part. 18. rec. dec. 801. per tot. Vide De Luc. Card. de Matrim. disc. 13. per tot.

Quomodo ad hunc effectum probetur Adulterium, vel non, Thom. Trivis. dec. 21. per tot. lib. 2. Rot. part. 16. recent. dec. 99. & part. 18. dec. 818. per tot. ubi plenè.

De aliis causis divortii præter adulterium, Dian. part. 11. tract. 5. resol. 47. vers. Nota secundo, & plena Addit. ad Sanfelic. dec. 361. per tot.

Qualiter de jure civili facto divortio inter maritum, & uxorem, cum bona gratia, & mutuo utriusque conjugis consensu interveniente dirimeretur olim matrimonium, l. vitricus, §. 1. cum duabus seqq. ff. de donat. inter vir. & uxor. quod tamen hodie est sublatum per Novell. Justiniani 117. & de jure Pontificio, quia quos Deus conjunxit, homo non separet, exceptis quibusdam casibus, de quibus supra, & Gabriel. de Bellis tract. de delict. cap. 4. n. 5. & seqq. fol. mihi 279.

Matrimonium etiam post divortium reintegrari potest, & ad pristinum statum reduci mutua reconciliatione, cap. placuit 32. quæst. 7. vel supraveniente adulterio ex parte illius, qui ex causa adulterii al- 20

te-

terius divortium petiit, cùm adulteria non solùm ante divortium, sed etiam postea sequuta compensentur, *cap. ex litteris*, ubi Panorm. & alii *de divort.* vel si per errorem sequutum fuerit divortium, cùm nulla sententia in causis matrimonialibus ita transeat in judicatum, quin comperta veritate retractari possit, *cap. lator de sent. & re judic.* Ounot. *Instit. de nupt. cap. de divort. num.* 47. *fol.* 47. vide Dian. *d. resol.* 257. *& part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 39. ubi qualiter compensentur adulteria etiam post sententiam divortii, ita ut innocens qui petiit divortium, si postea, & ipse adulterium committat, teneatur reconciliari cum altero nocente dimisso, licèt alii contra; & an quando uterque conjux est adulter, & unus vitam emendavit, alter verò non, possit emendatus divortium petere, & videtur affirmare, licèt referat alios contrarium tenentes, vide Paul. Christin. *dec.* 28. *n.* 38. *& seqq. vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 13.

21 Matrimonium contractum in gradu prohibito non valet nisi superveniat dispensatio Papæ, & an, & quando præsumatur hujusmodi dispensatio, vel non, & qualiter contrahentes puniantur, Tusch. *litt. M. conclus.* 141. *&* 142. *per tot. supra n.* 16. *&c.*

Plura de incestuosis nuptiis, & illatum pœnis, Paul. Christin. *dec.* 129. *vol.* 3.

Quando autem, & in quibus casibus possit, vel soleat dispensatio concedi latè Dian. *part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 69. *& seqq.* vide *in §. Dispensatio n.* 2.

22 Matrimonium non potest cum duobus contrahi sub gravibus pœnis, & primum validum, & solidum præfertur secundo, latè Tusch. *litt. M. concl.* 144. *&* 145. *per tot.* dixi *in §. Mulier nu.* 39. *& §. Uxor nu.* 6. Caspens. *Curs. Theol. tract.* 26. *disp.* 2. *sect.* 6. *per tot. fol.* 714. Rostignuol. *de matrim. fol.* 175. *&* 179. Tasson. *de Antefat. vers.* 8. *observat.* 2. *n.* 125. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 33. *sect.* 3. *n.* 105. *tom.* 5.

An autem matrimonium contractum absque certitudine mortis prioris conjugis sit nullum, etiam si re vera conjux esset mortuus, Pont. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 33. Comitol. *resp. mor. lib.* 1. *qu.* 129. Pont. *sing.* 183. ubi pro nullitate etiam si conjux esset mortuus, non data mortis certitudine tempore contracti matrimonii. Fagnan. *in c. præsentia* 19. *de Spons.* Capon. *controv.* 27. *n.* 9. *& seqq.* Vide Ciarlin. *contr.* 130. Altimar. *supra n.* 107.

23 Matrimonia, sive nuptiæ debent inter pares contrahi, quomodo procedat proverbium *nube pari*, quibus respectibus consideretur hujusmodi æqualitas, de pœnis incestarum, & secundarum nuptiarum, & alia, Tusch. *litt. N. concl.* 157. *& seqq.* vide supra *n.* 12. *in fine.*

24 Matrimonium conversi cum Infideli contractum ante baptismum, an, & qualiter possit dissolvi, ne conversus cogatur, vel cælibem vitam degere, vel habitare cum infideli obstinato, ita ut possit conversus aliud matrimonium inire, vel religionem ingredi, & an tunc etiam infidelis possit aliud matrimonium contrahere, & alia, Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resolut.* 47. *&* 48. *per tot.* vide *in §. Judæi n.* 9. *& §. Uxor num.* 4. Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 47. *vers. septimus*, ubi quid si postea etiam alter converteretur, adde Paul. Christin. *dec. Belg.* 330. *vol.* 1. *per tot. & dec.* 332. *d. vol.* 1. *& dec.* 330. *d. vol.* 1. ubi quòd matrimonium ante baptismum, vel inter infideles consumatum est dissolubile, vide Comitol. *respons. moral. lib.* 2. *qu.* 126. *per tot.* Gabriel. de Ballis *de delict. cap.* 4. *n.* 18. *&* 19. *fol.* 281. ubi etiam *nu.* 26. *&* 27. quòd si matrimonium fuerit contractum inter fideles, si postea alter conjugum in hæresim, vel infidelitatem sit lapsus, non solvitur fœdus matrimonii, sed tantùm quoad thorum separantur, & eo ad fidem reverso, potest alter religionem ingredi eo invito. Card. De Luc. *de matrim. disc.* 13. *nu.* 2. *&* 8. Capon. *discept.* 166. *cap.* 1. Tasson. *de Antefat. fol.* 415. *n.* 116. Altimar. *loc. cit. n.* 108.

Quòd matrimonium contractum ab Apostatis, sit omnino nullum, atque irritum, filiique inde nati illegitimi, data utriusque contrahentis scientia nullitatis, ac ideò insuccessibiles, & quid de filiis susceptis à verè conjugatis, sed post factum votum, vel religionis ingressum, & alia hujusmodi, Sanch. *de matrim. tom.* 2. *lib.* 9. *disp.* 38. Palæo *de donat. & spur. cap.* 10. Paul. Christin. *dec. Belg.* 40. *vol.* 2. Concil. Trid. *sess.* 24. *de matrim. cap.* 9. Rosignuol. *de matrim. fol.* 360. Altimar. *supra n.* 109.

Qualiter valeat matrimonium fidelis cũ Judæo, vel alio Infideli contractũ, Sanch. *d. tract. lib.* 7. *disp.* 71. Bellarm. *in controv. de matrim. lib.* 1. *cap.* 23. Ricciul. *de jur. person. &c. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. *& seqq.* Bellarm. *in contract. matrim. tom.* 2. *contr. lib. pr. cap.* 23. Tasson. *de Antefat. fol.* 413. *n.* 116. *& seq.* Vide De Luc. *de Lin. legal. resp.* 27. *a n. pr. tom. pr.* Tondut. *libr. pr. quæst.* 71. Matthæu. *controv.* 36. Altimar. *supra a num.* 110.

Quòd imò de jure divino sit incompatibile matrimonium inter eos, qui sunt disparis cultus, & quid inde sequatur pulchrè Hermenegild. de Roxas *tract. de incompat. Regn. & majorat. part.* 3. *cap.* 3. *per tot. fol.* 174.

Matrimonium cum impubere contractum est nullum, *cap. tua de sponsal. cap. nobis, cap. de illis, et cap. fin. de desponsat. impub.* Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 104. *nu. pr. etc.* nisi fuerit obtenta dispensatio à Papa, quæ solet concedi, quatenus malitia suppleat ætatem; & tunc dicitur malitia supplere ætatem si adsint præcoces corporis, & ingenii vires, ita ut detur aptitudo ad copulam, & intellectus indissolubilitatis contractus, quo casu conjuges sunt manutenendi in exercitio matrimonii, allegata nullitate à tertio, ad latè tradita per Merlin. *in Neapolitana matrim.* 30. *Martii* 1629. *inter impressas ejusdem dec.* 400. Altimar. *dict. sect.* 3. *a n.* 117. 25

Alia vide *in §. Sponsalia, et §. Stuprum.*

Matrimonium à forensibus, & vagabundis, in aliquo loco contractum non præmissis diligentiis à Concilio Tridentino ordinatis, est validum, licèt Parochus mortaliter peccet, Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 25. *num.* 16. *et* 17. Barbos. *de Episcop. allegat.* 32. *num.* 74. *et de offic. et potest. Paroch. cap.* 21. *num.* 86. & alii relati in elegantissimo voto decisivo Illustriss. D. Marcelli Severoli *nu.* 54. inter decisiones Rot. Rom. *part.* 14. *rec. dec.* 335. 26

De dictis diligentiis, & quomodo se gerere debeat judex in vagorum, & forensium matrimoniis, benè Michael. Ferro Manriquez *q. Vicariat. part. pr. q.* 2. *per tot.*

Matrimonium an contrahi possit, & subsistat inter duos hermaphroditos in utroque sexu potentes, ut reciprocus usus corporum ex utroque sexu sit licitus tam in foro interno, quàm in foro externo, Martin. Perez *tract. de matrim. disput.* 37. *sect.* 15. ubi concludit tale matrimonium continere intrinsecam, & maximam indecentiam ob usum promiscuum utriusque sexus, quem ipsa naturalis ratio abhorret; quapropter licèt hermaphroditi validè contrahant matrimonium sub specie sexus, in quo unusquisque incalescit, vel prævalet, & si adhibitis peritis æqualiter in utroque pollentes reperiantur, electio sexus, quo uti velint illis conceditur; non tamen debet Parochus interventionem hujusmodi matrimonium sciens præstare, sed Episcopum consulere, ut coram eos jusjurandum exigatur, ne in posterum altero sexu abutantur, *glos. in cap. si testes §. Hermaphroditus* 4. *q.* 2. *et* 3. cum pluribus aliis citatis per Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. controver.* 48. *num.* 19. *et seqq. et num.* 52. *et seqq.* ubi latè demonstrat, imò hujusmodi matrimonium inter hermaphroditos, etiam in utroque sexu potentes æqualiter, esse licitum, & honestum, licitèque utroque sexu promiscuè uti posse dictus contrahentes virtute potestatis corporum acquisitæ per matrimonium, cùm facti sint duo in carne una ad finem naturalem prolis, vel ad finem remedii incontinentiæ, nec aliquod delictum punibile in eis reperiri; & sic dicta procedere tam in foro interno, quàm externo, refertque casum de duobus hermaphroditis matrimonio copulatis, simulque in utero gestantibus ex reciproco usu utriusque sexus, ac alia plura curiosa de hac materia; remittendo se tamen correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, prout & ego; alia plura 27

curio-

curioſa de Hermaphroditis, illos in quatuor ſpecies, ſive differentias diſtinguendo, ac ſingillatim deſcribendo, tradit Hermenegild. Roxas *tract. de incomp. Regn. & majorat. part. 2. cap. 3. per tot.* ubi an admittantur ad ſucceſſionem primogenituarum, vel Majoratuum, vide Capon. *diſcept. n24., & ſeq.*

De hermaphroditis, & ſexus mutatione, aliiſque plurimis Torrnblanc. *tract. de Magia lib. 2. cap. 17. per tot. & cap. 18. et 19.* ubi de ſenectis cum juventa commutatione, ac de virginitate reſtituenda.

Et de matrimonio inter hermaphroditos plura Francea *reſolut. moral. n5. per tot.* De hermaphroditis tractantes plures allegat Caſtejon. *in Alphab. juridic. verb. Hermaphrodita*, & Com. Auguſt. Fontana. *eod. verb. Biblioth. legal. part. 4. fol. 674.* ubi an excludant fœminas, vel excludantur, ad Michalor. *de Fratr. part. 3. cap. 11. num. 18. & 511.* ubi diſtinguis in quo ſexu magis incaleſcant, vide Torre *de Majorat. & Primog. part. pr. capit. 26. §. 5. & 6. per tot.* Capon. *diſc. 224. et ſeq.* Altimar. *ubi ſupra n. 113.*

28 Matrimonium ratum poteſt per profeſſionem in Religione alterius ex conjugibus dirimi, quando verè, & cum effectu fuit emiſſa promiſſio, cùm non ſufficiat ſimplex declaratio velle profiteri, *cap. ex publico de converſ. conjug. cap. deſponſatam 27. q. 2.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de matrim. can. 6.* Sanchez. *de matr. libr. pr. diſput. 18. nu. 3.* Bich. *dec. 141. n. 9. & ſeqq.* vide *in §. Maritus num. 6. & §. Uxor nu. 5.* Gabriel. de Bellis *tractat. de delict. cap. 4. num. 5. et ſeqq. fol. mihi 280.* ubi quòd per monachiſmum dirimuntur ſponſalia, ſive per verba de futuro, ſive de præſenti, ita ut (non ſequuta tamen copula) alter in ſæculo remanens, poſſit cum alia perſona liberè matrimonium contrahere; ſi verò matrimonium ſit per copulam conſumatum, non licet alteri religionem ingredi, & profiteri, niſi altero quoque conſentiente, & religionem pariter ingrediente, aut continentiam vovente; qui in ſæculo manere poſſit, ſi ſenex ſit, vel aliàs ſine ſuſpicione incontinentiæ, aliàs autem religionem ingreſſus de Monaſterio revocaretur, & conjugi non conſentienti reſtitueretur per text. *in cap. pr. cap. cum bis de converſ. conjugat. cum ſimilibus*; non tamen ad dictum effectum ſufficeret ad ſacros Ordines promoveri pro ſimplici Sacerdotio ſed opus eſt religionem à Sede Apoſtolica approbatam profiteri cum emiſſione trium votorum, expreſsè, vel tacitè, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, & caſtitatis, quæ non interveniunt in ſuſceptione ſacrorum Ordinum, ut probat idem de Ballis *loc. cit. num 8. etc.* adde latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. diſp. 7. ſect. 2. per tot. fol. 735. etc.* ubi alia plura de indiſſolubilitate, & perpetuitate matrimonii, ita ut ratum copula conſumatum, nec de plenitudine poteſtatis Summi Pontificis diſſolvi poſſit, quin *quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*, ratum verò tantùm, & non conſumatum benè poſſit per Summum Pontificem diſpenſari, ipſis etiam renuentibus conjugibus. Roſſignuol. *de matrim. fol. 50.* Taſſon. *de Anteſat. fol. 405. n. 3.* Ripol. *var. cap. 8. n. 233., et ſeq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 35. ſect. 3. a num. 513. tom. 5.*

29 De matrimoniis generaliter plures implent paginas, licèt remiſſive Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Matrimonium*, & Com. Auguſt. Fontan. *d. Biblior. part. 3. eodem verb. fol. 99. etc.* Cancer. *var. part. 3. cap. 11. per tot.* Et plenè tractat Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 1. quæſt. 35. ſect. 1. per tot. tom. 5.* Fagnan. Card. De Luc. Mantiſs. ad eumdem Layman. Rocc. Pignatell. Urſaya Emerix Caprar. Manſ. Palm. & alii moderni.

30 Matrimonium quid ſit uti contractus, & quid uti ſacramentum. An inter Catholicos poſſit eſſe Matrimonium quod non ſit ſacramentum; qualiter, & quomodo poſſit contrahi per procuratorem cum multis dubiis inde ſurgentibus; quotuplex ſit matrimonium, nempè ratum, conſumatum, legitimum ſolemne, clandeſtinum, quid utrumque, & ad plures affectus; an poteſtas laicalis poſſit aliquid circa matrimonia, coram quo Parocho ſit contrahendum matrimonium, ne multa de officio Parochi in hac materia, & de denunciationibus neceſſariis, niſi fuerint per Epiſcopum diſpenſatæ, à quibus poſſit contrahi, vel non matrimonium, de illius materia, forma, & cauſa finali; de poteſtate Summi Pontificis circa matrimonia rata, & non conſumata; an, & quando liceat, vel non ſponſis, ſive etiam conjugibus de utriuſque tamen conſenſu Religionem ingredi, & profiteri; quid faciendum detecto matrimonio nullo; præcipuè ex aliquo impedimento occulto, vel uni tantùm ex conjugibus noto, quis diſpenſare valeat, & alia plura ad rem; quot, & quænam ſint impedimenta ſimpliciter matrimonium impedientia, quæ, & qualia ſint etiam dirimentia cum reſolutione multorum dubiorum incidentium, & generaliter totam matrimoniorum materiam in utroque foro, externo ſcilicet, & conſcientiæ, latè explicant Covarruvias *de Sponſal.* Sanchez *de matrim.* per duo integra, & latiſſima volumina, Jo: Angel. Boſſ. *eod. tract. per tria*, Bonacin. *Oper. Moral. tract. de matrimon.* Summiſtæ omnes *in verb. Matrimonium*, & noviſſimè D. Gregor. Roſſignol. *in Prax Theol. legal. de Matrimon. per tot.* qui aliis relatis profitetur univerſas de matrimonio controverſias in praxi occurrentes ſolvere. Layman. *Theol. Moral.* Fagnan. *ſuper Decret.* Altimar. *in dict. tract. de nullit.* De Luc. & alii recentiores ſupra allegati.

Pro validitate mandatorum Principum ſæcularium, 31 ne fœminæ præſertim nobiles, & divites matrimonia contrahant inconſultis ipſis Principibus, & interim in honeſto loco, vel Monaſterio cuſtodiantur ad explorandam illarum liberam voluntatem, Reg. de Ponte *tract. de Poteſt. Proreg. tit. 6. n. 48. et ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 5. cap. 6. num. 120.* Covar. *de Sponſal. n. part. cap. 3. §. 6. num. 2.* Capiblanc. *in Pragm. 9. n. 5. et ſeqq. de Baronibus*, Molin. *de juſt. tract. n. diſput. 176.* aliique relati per Arias de Meſa *var. reſol. lib. 3. cap. 15. nu. 10. et ſeqq.* ubi quod hæc ſunt permiſſa ad magis illibatam matrimoniorum libertatem conſervandam, atque ad tollendas violentias; & fraudes, & alia ad rem notabilia pro bono publico licita ſubnectit. De Luc. *Annot. ad Concil. diſc. 26. nu. 33. de ſucceſſ. diſc. 25.* Altimar. *dict. ſect. 3. num. 71.*

De matrimoniis contractis ſine Parochi licentia, 32 bigamorum, contra impedimentum ligaminis, contra votum caſtitatis, vel ſtatum clericalem, cum inceſtu, clandeſtinè, contra libertatem, & per tranſeuntes ad ſecunda vota, & ſingulis illorum pœnis, latè Carol. Anton. Theſaur. *de pæn. Eccl. part. 2. verb. Matrimonium fol. 224 etc.* Valer. *de differ. utriuſque fori, verb. Matrimonium*, ubi de differentiis circa matrimonia inter forum externum, & internum, *et in verb. Metus diff. 4. et 5. per tot.* & de clauſis nullitatis matrimonii, plura tradit Tondut. *quæſt. canon. 120. per tot. lib. pr. et qu. 154. per tot. part. 3. et quæſt. 165. eod. part. 3 et qu. 182.* ubi de matrimonio inter Catholicos, & hæreticos, *et quæſt. 184.* ubi inter raptorem, & raptam, de quo vide *in §. Raptus*. Layman. Fagnan. De Luc. Altimar. & alii ſupra adducti.

Matrimonium contrahi non poteſt inter adulterum 33 & adulteram, ſi tempore adulterii ſit facta promiſſio quod in caſu mortis alicujus contraherent matrimonium inter ſe ſe, ſi quilibet ex illis machinatus fuerit mortem alicujus, ſecus ſi talis promiſſio ſit facta non interveniente adulterio, & copula. Ripol. *var. cap 8. nu. 157. et ſeqq.* Roſſignuol. *de Matrim. fol. 401. et ſeq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 35. ſect. 3. n. 131. et 132. tom. 5.*

Et quod conjugi durante conjugio non liceat paciſci de novo matrimonio contrahendo poſt mortem conjugis. Layman. *in Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 10. n. 7.* Altimar. *ſup. n. 164.*

Et de hac materia vide etiam Mantiſſ. ad De Luc. *dec. 4. lib. 4. vol. 4.* Pan. & Creſcin. *deciſ. 210. et deciſ. 211.*

Super articulo quinam teſtes exigantur ad proba- 34 tionem matrimonii, an pro eliciendo conſenſu mulieris ſufficiant nutus, vel certa, & præciſa forma ſit præſcripta, & demum an matrimonium ſit validum, ſi Parochus verba non audiverit, ut quia auſugit a ſponſorum præſentia De Luc. *diſc. 2. de matrim. annot. ad Concil. diſc. 26.* Mantiſſ. ad ornat. Card. de Luc. *libr. 14. deciſ. 5. vol. 2.*

Tra-

35 Traduntur plures limitationes adversus regulam, da qua *supra n. 19.* quod scilicet ex sponsalibus oriatur impedimeotum publicæ honestatis subsequens dirimens matrimonium; Traditur, inquam, quod hæc regula oon procedat, si de sponsalibus clarè, & indubitantèr noo constet, si mulier sponsum semel in libertate posuerit, & si demùm possit de odio inter sponsos dubitari Mantiss. ad oroat. Card. De Luc. *libr. 14. decis. 6. per tot. vol. 2.*

36 Promissio matrimonii adimplenda est, ut diximus *supra n. 12.*, Quod verò promissio matrimonii præsumatur in desloratiooe mulieris nobilis, latè Mantiss. ad De Luc. *decis. 7. et 8. loc. supra cit.*

37 An verba *volo, seu sono contenta* juncta infinito, & prolata ad interrogationem Parochi probent matrimonium suisse contractum per verbe de præsenti, seu potius de futuro, optimè deciditur *in decis. 9. lib. 34. vol. 2.* Mantiss. ad ornat. Card. De Luc.

38 Matrimonium jurans oon contrahere cum Berta, non potest cum illa contrahere, sed si contrahat, illud est validum Ripol. *var. cap. 8. n. 155.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. sect. 3. num. 25. tom. 5.*

39 Fidejussores, & pignora dari possunt pro securitate matrimonii contrahendi Gurtier. *de matrim. cap. 22.* Altimar. *supr. n. 129.* An possit pacisci datio peuoiæ pro matrimonio Marin. & De Luc. *resol. 269. lib. pr.* Torr. *de pact. libr. pr. cap. 30. n. 16. et 18.*

40 Matrimonio declarato nullo, *utrùm* dotes datæ, & donationes factæ inter sponsum, & sponsam quando debeant restitui Alex. ad Capyc. Latr. *consult. 80. nn. 9. et 13.* Tasson. *de Antef. fol. 311. nn. 67.* Gall. *de Fruct. disp. 22. art. 2. n. 92.*, Vide infra *n. 52.*

41 Conjux potestatem, & jus reale habet in corpus conjugis, sed non propriè dominium. Less. *l. 2. cap. 3. dub. 2. n. 7.* Layman. *Theol. Moral. lib. 5. part. 2. cap. pr. n. pr. §. Ejusdem. tom. 2.*

42 Matrimonium quotuplex sit, & cætera. Bellarm. *lib. 2. de Monachis. cap. 38. ad pr.* Sanch. *lib. 2. disp. 14. resp. a.l 2.* Layman. *Theol. Moral. loc. cit. n. 2.*

43 Parochus Matrimonio assistere potest, etsi oondum Sacerdos sit. Navar. *lib. 4. cons. 6. et 9. de clandest. desponsat. edit. 2.* Sanch. *lib. 3. disp. 20. nn. 3. et 10.* Layman. *Theol. Moral. lib. 5. part. 2. cap. 4. num. 4. tom. 2.*

Parochus Matrimonio validè assistit, licet cacomunicatus non tolleratus sit. Sanch. *lib. 3. disp. 21. n. 4.* Coninch. *disp. 27 dub. 7. concl. 7.* Layman. *loc. cit. num. 5.*

Præsentia Parochi aliorumq; testium debet esse moralis. Layman. *Theol. Moral. ibid. nu. 6.* Bertachin. *vol. 100. n. 20.*

Decretum Concilii Tridentini requirentis Parochi, ac testium præsentiam non obligat in locis, ubi ea constitutio nunquam promulgata, aut recepta est. Layman. *Theol. Moral. loc. sup. cit. num. 7.* De Luc. *Annot. ad Concil. disc. 26. n. 28.*

Et an forma dicti Concilii adimpleri possit per æquipollens De Luc. *dict. disc. 26. n. 9.*

44 Sacerdos Catholicus non prohibetur assistere Matrimoniis hæreticorum, quos in sua Parochia habet. Layman. *Theol. Moral. d. lib. 5. tract. 10. cap. 4. nu. 8. & dict. tom. 2.*

45 Ad obiiciendum impedimentum Matrimonio oondum contracto, unius idonei, ac jurati testis depositio sufficit. Layman. *Theol. Moral. lib. 3. tract. 3. part. 2. cap. 4. num. 9. §. Quæ hactenus tom. pr.*

46 Interrogatus de occulto Matrimonii impedimento, aut de contracta irregularitate, debet abstinere à Sacramento Matrimonii, Ordinis, vel defectum manifestare. Henriq. *lib. 10. cap. 18. n. 2.* Sanch. *lib. 3. de matrim. disp. 14.* Layman. *Theol. Moral. loc. proximè cit. n. 10.*

47 Nulla culpa est matrimonium consumare ante benedictionem Gajet. *tom. pr. opusc. tract. 12. quæst. pr.* Sanch. *lib. 3. disp. 12.* Layman. *Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. n. 12. tom 2.*

48 Si Sponsi contrahentes sponsalia de futuro coram Parocho, utantur verbis de præsenti: non debet idcircò matrimonium ratum censeri. Navar. *cap. 22. n. 79.* Layman. *Theol. Moral. loc. cit. n. 15. tom. 2.*

Conjugi affirmanti, quamvis jurato se fictè con- 49
traxisse, fides habenda non est, donec clare id demonstret. Adrian. *de Sacram. Matrim. quæst. 2. §. hic aportes.* Layman. *Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 6. n. 3. tom. 2.*

Per se loquendo non peccant consanguinei, vel 50
aliter impediti, si Matrimonium verbis de futuro spondeant sub conditione dispensationis Papalis Covar. *in epit. part. 2. cap. 3. princip. n. 7.* Sanch. *lib. 5. disp. 5. n. 16.* Layman. *Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. cap. 7. part. 2. n. 4. tom. 2.*

Matrimonium, quoties est plene probatum ooo po- 51
test hæc probatio elidi, nisi detur alia probatio pleoa Fel. *in cap. in præsentia, n. 12. & n. 48. & 49. de testib.* Captar. *dec. 543. n. 25. part. 2.*

Matrimooium quoties est oullum, sunt restitoen- 52
da à viro omnia, quæ recepit ex causa Matrimonii, tanquam causa cessante Text. *in cap. 2. de conjug. servor.* Bald. inter Cons. Matrim. Zilett. *cons. 3. n. 22. tom. 2.* Captar. *dec. 71. n. 7. part. 1.* Vide supra *n. 40.*

Dissoluto Matrimonio est locus juri offerendi. 53
Thesaur. Jun. *quæst. 65. n. 7. lib. 2.* Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 2. quæst. 73. n. 65.* Balduc. *de prælat. tit. 2. dec. 1. n. 61.*

Secuto Matrimonio præsumitur per consanguineos 54
facta perquisitio super qualitate prosapiæ, & dascendentiæ Card. De Luc. *de dot. disc. 2. n. 12. de Testam. disc. 84. sub n. 3.* Baldocc. *de legat. tit. 3. dec. 1 1. n. 1.*

Matrimonium ao sit validum, si Parochus noo 55
audiverit, vel non intellexerit consensum Bertachin. *Vot. 100. n. 19. & 20.*

Quales debent esse partes Episcopi io hac Mate- 56
ria Bertachin. *vol. 145. n. 8.*

Matrimonium contractum coram alieno parocho 57
in fraudem Parochi proprii domicilii, quando substineatur Bertachin. *dict. vol. 145. n. 10.*

Matrimonii tria sunt bona, videlicet *Fides, pro-* 58
les, Sacramentum, & conditiones hujusmodi bona extinguentes vitiant & non vitiantur Covarr. *in 4. Decretal. part. 2. cap. 3. §. 1. n. 1.* Fagnan. *in cap. Si conditiones de condit. appos. n. 2. tom. 4.*

Matrimooium quandoque accipitur pro spoosali- 59
bus de futuro Fagnan. *in cap. Tua nu. 4. de despons. Impuber. tom. 4.*

Matrimonium consumatum repræsentat ooionem 60
Christi cum Ecclesia per carnem, & sortitur effectum à Jure Divino, & indissolubilitatem Fagnan. *in cap. Ex publico n. 49. de Convers. Conjugat. tom. 3.*

Matrimonium spirituale, sicut & carnale, sine 61
consensu contrahi ooo potest Fagnan. *in cap. Quanto de Translat. Episc. n. 103. tom. 1.*

Matrimooium carnale, sicut spirituale, libertatem consensus requirit Fagnan. *in cap. Nobis nn. 66. de Simon. tom 5.*

Matrimonium an valeat, si inter consensum unius, 62
& alterius magnum intervallum intercedat Fagnan. *in cap. Licet nu. 7. de Spons. Duor. tom. 4.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 35. sect. 3. n. 21. & 22. tom. 5.*

Matrimonium consensu contrahitur, licet solemni- 63
tates, vel consuetudines Patriæ non serventur Fagnan. *in cap. De Francia n. 1. de sponsalib. tom. 4.*

Matrimonium contractum à professo cootra for- 64
mam decreti Clementis VIII. in loco non designato ad recipiendos novitios post lapsum quinquenium à die professioois, an sit validum in utroque foro Fagnan. *in cap. consuluit n. 8. & n. seq. usq. in fin. Qui cler. vel vovent. tom. 4.*

Matrimoolum tam spirituale, quam carnale oon 65
vitiatur ea legitima compulsione superioris propter principium voluntarium Fagnan. *in cap. Publicato n. 4. de elect. tom. 1.*

Matrimonia, ubi non extant Parochi, qualiter sint 66
contrahenda Fagnan. *in cap. Si Clericus num. 58. de Foro competen. tom. 2.*

Matrimonium contractum coram Vicario Paro- 67
chi valet non obstante interdicto Fagnan. *in cap. Litteræ quas n. 16. de Matrim. contract. cont. interd. Eccles. tom. 4.*

Matrimonium scholaris, qui Patavii quinque, vel 68
sex menses moratus timens impedimentum à parenti-

rentibus, ibi duxit mulierem plebejam coram Paro-
cho loci, & testibus validum declaratur Fagnan. *in
cap. Significavit n. 37. de Parochis tom. 3.*

69 Matrimonium contractum coram Parocho publico
hæretico irritum est, si Decretum Concil. Trident.
de reform. Matrim. publicatum fuerit in Parochia,
& lapsi fint triginta dies à die publicationis Fagnan.
*in cap. Quod à prædecessore n. 82. & 97. de Schismat.
tom. 5.*

70 Matrimonio contracto sub dispensationis Aposto-
licæ conditione ea demum obtenta non dicitur adesse
Matrimonium sine novo consensu Rocc. Episc. *cap.
62. n. 33. tom 1.*

Matrimonium contractum sub conditione dispen-
sationis Apostolicæ, ut potè non habens implicitum
statum validitatis superveniente demum dispensatio-
ne novo indiget assensu. Rocc. Episc. *cap. 62. n. 36.*

71 Matrimonii probatio quando agitur de illius favora-
bili probatione habetur etiam ex testibus domesticis,
& alias exceptiones patientibus Rot. cor. Card Mãtic.
dec. 37. n. 1. & cor. Buratt. *dec. 530. n. pr. & dec. 370.
n. 3. part. 18. rec.* Caprar. *dec. 81. n. 4. part. pr.*

72 Matrimonium dicitur probatum ex verbis delibe-
ratè prolatis ad interrogationem Sacerdotis, & cum
subsecuta benedictione Covar. *de sponsal. & matrim.
2. part. §. pr. cap. 4. n. 4.* Rot. *dec. 197. per tot. part.
3. rec.* Caprar. *dec. 543. n. 4. 5. & 6. part. 2.*

73 Matrimonium ex quibus actibus tàm anteceden-
tibus, quàm subsequentibus, dicatur constare esse
contractum Rot. cor. Mantic. *dec. 372. n. 19.* & cor.
Burat. *dec. 713. n. 3.* Caprar. *d. dec. 543. n. 10. part. 2.*

74 Matrimonium jam contractum dissolvi nequit ex
disparitate natalium præcedenter cognita Caprar. *d.
dec. 543. n. 41. part. 2.*

Immo etiam si fuisset ignorata, quoties error non
est quod ad personam, sed quo ad fortunam Abb.
in cap. proposuit, n. 5. de conjugio servorum Caprar.
loc. sup. cit. n. 42.

75 Ad contrahendum matrimonium, uti elevatum
in Sacramentum, requiritur solum paritas Baptismi,
non Fidei Filiuc. *tom. pr. Summæ tract. 10. de Sacr.
Matrim. part. 2. cap. 6. quæst. 2. n. 229.* Reginald. 2.
tom. Praxis lib. 31. n. 164. Captat. *dec. 319. num. 15.
part. 1.*

76 Appellatione Matrimonii regulariter venit tam
carnale, quam spirituale Tondut. *quæst. civil. cap.
65. n pr. & seqq.* Card. De Luc. *de Regular. disc. pr.
n. 149.* Emerix Jun. *dec. 1237. n. 4.*

77 Matrimonii causæ requirit celerem expeditionem
Rot. *dec. 329. nn. 19. part. 12. rec.* Emerix Jun. *dec.
247. n. 6.*

Et in illa desertur etiam judiciali constituto Partis
adminiculato, & per testes comprobato Emerix Jun.
dec. 280. n. 10. Præsertim quando agitur de perso-
na nobili, & præclaris animi dotibus insignita Rot.
cor. Cocin. *dec. 2011. n. 11.* Emerix jun. *dict. dec.
280. n. 11.*

78 Matrimonium concubinatus maculam abstergit.
Gloss. *in cap. tantas verb. legitim. in fin. qui fil. sint
legitim.* Emerix jun. *decis. 667. n. 17.*

79 Matrimonium conditionale non dicitur si fuit viro
suppositum, mulierem filios non habere. Emerix
Jun. *dec. 191. n. 4.*

80 Matrimonium contrahi non solet sine dote. Rot.
cor. Card. Otthobon. *dec. 251. n. 22. & seq. & dec.
389. n. 13. part. 13. & dec. 389. n. 13. part. 18. rec.*
Emeria Jun. *dec. 667. n. 8. & 9.*

81 Matrimonium probatur levioribus probationibus,
ubi non agitur de illo canonizando in præjudicium
alterius jam contracti, vel principaliter ad alium ef-
fectum, sed solum incidenter ad probandam legiti-
mitatem prolis ad effectum succedendi. Boss. *de
Matrim. cap. 3. n. 308. cum pluribus seqq.* Emerix
Jun. *dec. 451. n. 6.*

82 Matrimonium contrahere potest mutus, & surdus a
natura. Sanch. *de Matrim. lib. pr. quæst. 8. n. 12.* Za-
chias *qq. Medicolegal. lib. pr. cons. 50. tom. 2.* Carl.
Ant. DeLuc. *de lin. legal. art. 6. n. 5.* Et an Mutus, &
Surdus, & Cæcus possint Matrimonium contrahere.
Altimar. *de Nullit. rub. 8. part. 3. quæst. 35. sect. 3.
n. 23. tom. 5.*

Matrimonium prohibetur de Jure civili in infini- 83
tum in linea recta Forster. *de success. lib. 3. cap. 8. n.
3. & seqq.* Cancer. *lib. 1. var. cap. 5. n. 6.* Carl. Ant.
De Luc. *de lin. legal. art. pr. n. 15. in fin.* Quid de Jure
Canonico Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. ibid.*

Matrimonium an sit irritum de Jure naturæ, &
ab intrinseco inter ascendentes, & descendentes Co-
ninch. *de Sacram. disp. 32. dub. pr. concl. 3.* Carl. Ant.
De Luc. *de lin. legal. art. 30. n. 25.*

Matrimonium an sit dispensabile inter privignum, 84
& novercam, vel privignum, & vitricum, aut socе-
rum, & nurum, aut socrum, & generum D. Thom.
2. 2. quæst. 154. art. 3. ad 3. Carl. Ant. De Luc. *de
lin. legal. d. art. 30. n. 25.*

Matrimonium non potest dici causa finalis do- 85
nationis, quando illud jam erat contractum Turr.
de pact. fut. success. lib. 3. cap. 13. num. 269. Ansald.
dec. 42. n. 22. Limita quando intercedit brevitas tem-
poris, ita ut unus actus alteri censeatur correspecti-
vus Card. De Luc. *de donat. lib. 7. disc. 31. num. 9. &
disc. 32. n. 11. vers. attamen* Ansald. *d. dec. 42. n. 23.*

Matrimonium nullum non impedit secundum va- 86
lidum Altimar. *de Nullit. rub. 8. quæst. 14. nn. 7. tom.
pr.* nec impedit quo minus peccans puniatur ut adul-
ter. Sanch. *de Matrim. lib. 10. disp. 8. nu. 7.* Tancred.
de Matrim lib. 7. quæst. 42. 43. & 44. Altimar. *de
nullit. d. rub. 8. quæst. 15. n. 6. tom. pr.*

Matrimonium contrahere cum descendente à Ju- 87
dæis, vel cum ignobili, potest quis prohiberi vali-
dè Molin. *de primog. lib. 1. cap. 13.* Castill. *tom. 4.
controv. 25. à n. 20.* Altimar. *de Nullit. rub. 8. quæst.
15. nu. 26. tom. pr.* Et prohibitus contrahere taliter si
contrahat etiam nulliter, an privetur legato Olea
de cess. Jur. tit. 2. quæst. 5. à n. 14. Altimar. *loc. pro-
ximè citat.*

Matrimonium ut contrahi valeat cum certo per- 88
sonarum genere, si fuerit à testatore inducta condi-
tio, an sit nulla, vel potius valida Capyc. Latr. *con-
sult. 72. num. 10. & seq lib. pr.* Rocc. Episc. *cap. 194.
num. 118.*

Matrimonium ubi fuit contractum, dici debet lo- 89
cus contractus, non autem ubi fuit stipulatum In-
strumentum Gratian. *cap. 11. n. 26.* Rocc. Episc. *cap.
116. n. 16.*

Matrimonii super nullitate, lite pendente alimen- 90
ta sunt mulieri præstanda, stante ejusdem pauper-
tate, bonique Juris præsumptione Sanch. *de Matrim.
lib. 2. disp. 41. n. 51.* Card. De Luc. *de Judic. disc.
14. n. 12. & 13.* Rocc. Episc. *cap. 118. n. 20.* Sed in
hoc casu paupertas non præsumitur, sed concluden-
ter probanda. Rocc. Episc. *dict. cap. 118. n 21.*

Quando agitur principaliter de probando Matrimo- 91
nio, probationes debent esse concludentes Rot. *dec.
34. num 19. part. 2. divers. & dec. 374. nu. pr. part.
3 recent.* Bertachin. *vot. 100. n. 22.*

In dubio standum est assertioni Parochi. Berta- 92
chin. *dict. vot. 100. n. 23.*

Mors quomodo probetur, ut superstes vivens con- 93
trahere possit Matrimonium Bertachin. *Vot. 200.
per tot.*

Canonissæ Germaniæ possunt contrahere Matrimo- 94
nia, nec gaudent privilegio Canonis, & eorum præ-
bendæ sunt venales. Piton. *de Jurepatr. alleg. 48.
n. 17. tom. pr.* & hæ præbendæ non solent provideri
per Sedem Apostolicam tanquam de reservato. Pi-
ton. *de Jurep. ibid. in fin. tom. pr.*

Matrimonii impedimenta potest Episcopus dis- 95
pensare, etiam extra fines diœcesis. Cabassut. *lib. pr.
cap. 8. nn. 12.* Maraviglia *de leg. Pruden. Episcop. l.
336. n. pr.* Et an omnia Maravilia *ibid.*

Matrimonii impedimenta dirimentia an possint
dispensari ab Episcopo Maraviglia *de leg. Pruden.
Episc. d l. 356. n. pr. & 2.*

In sacris constitutus, vel solemniter professus ma- 96
trimonium contrahens, quibus afficiatur pœnis Farin.
quæst. 138. à n. 96. quæst. 137. 145. & 147. Bellegrand.
*in compend. rer. Crim. Method. tract. 10. quæst. 8. n.
12. in fin.*

Tanta est vis contractus Matrimonii, ut uxor ti- 97
tulata, puta Principissa, Ducissa, & similis faciat
Maritum Principem, Ducem, & similem, de con-
suetu-

suetudine tameo, non de jure Garz. *de Nobil. gloss.* 1. *§.* 1. *n.* 45. Galeot. *contr.* 55. Capiblanc. *de Baron. cap.* 17. Cresp. *obser.* 117. *à n.* 100. Vela *differt.* 4. De Marin. & De Luc. *libr.* 1. *resol.* 350. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *sect.* 3. *n.* 154. *tom.* 5. Vide *in hoc oper. §. Maritus n.* 30. *&* §. *Nobilitas n.* 9. *et* §. *Uxor n.* 2.

§. MEDICUS XI.

1 MEdicorum judicio standum est an vulnus sit mortale, vel non, & in similibus casibus ad illorum artem, & professionem spectaotibus, cum regulis medicinæ tamquam ab experientia ductis credendum omninò sit, nec illas sequi, & imitati leges nostræ dedignentur, ita ut uni tantùm credatur medico si in loco alii noo repetiantur, quæ sint observanda, & alia, Boer. *decis.* 323. *num.* 21. *& seqq.* Farinac. *de homicid. quæst.* 127. *part.* 4. *& cons.* 171. *num.* 7. *&* 28. *lib.* 2. Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1037. *&* 1038. *per tot.* Guaz. *ad deffens. deff.* 4. *cap.* 22. *num. pr. etc.* Clar. *in* §. *Homicidium num.* 43. ubi contra, Boss. *tit. de homicid. num.* 115. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom. pr. lib.* 5. *tit.* 2. *qu. pr.* latè Conciol. *resol. crimin. verb. Corpus delicti resolut.* 5. *per tot. & in verb. Venenum resolut. pr.* & dixi ego *in §. Venenum numer.* 7. Rot. *in Romana Societatis Officii Vener.* 11. *Januarii* 1619. *coram Sacrata n.* 6. *&c. in Gienuen. Thesaurariæ Vener.* 22. *Martii* 1624. *coram Burat. nu.* 2. *in Pampilonen. Abbatiæ Vener.* 20. *Junii* 1603. *coram Ludovis. num.* 50. penes Zacch. *loc. citat. tom.* 2. *dec.* 23. 55. *&* 95. ac alibi sæpè Ricc. *Collect.* 3065. *&* 3391. Tusch. *litt. M. conclus.* 159. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 55. *vol.* 5. ubi tamen quòd illorum sententia numquam transit in judicatum, & peritiorea semper possunt examinari, etiam primis publicatis, vide *in §. Homicidium n.* 21. *vers. & de prædictis*, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 10. §. 1. *&* 2. *nu.* 16. *& seqq.* ubi etiam quòd à relatione medicorum potest pars appellare, & judex ab illis recedere quamvis eos elegerit. Carpzov. *in prax. crim. part. pr. q.* 26. Vide infra *in novissim. addit.* Crescen. *n.* 22.

Debent autem Medici omninò deponere veritatem, & non studiosè occultare delicta, ut dixi *in* §. *Corpus delicti nu.* 4. aliàs nimis animosè, vel temerè deponentes contra evidentiam facti, non solùm fidem non merentur, sed etiam possunt de falsa, & temeraria assertione processari, inquiri, & puniri, sicuti in causa veneni fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Florentiæ sub die 18. Novembris 1679. contra Franciscum Matthæi de Taddeis, & alios, ut in filcia negociorum dicti Magistratus sub 5004. vide §. *Periti*, *&* §. *Venenum*, licèt fuerit suspensa dicta resolutio, facit Farinac. *d. q.* 127. *n.* 124. ubi quòd non creditur Medicis quando notorium est contrarium, nec in aliis casibus, *ibid. numeris antec. & seqq. relatis*.

2 Medicos quot debeat habere unaqueq; Civitas, qualiter possint Civitates rectè sine Medicis stare, prout fecerunt Romani per annos sexcentum, qui postea illis iterùm admissis, & recepta rem in deteriùs sanitatis ivisse experti fuerunt, cùm ubi plures supersunt Medici, multas adesse oporteat infirmitates, & ideò non esse in Civitatibus multiplicandos ex Plinio, & aliis notat Boer. *d. dec.* 323. Cagnol. *in l.* 2. §. *potest originem num.* 208. *ff. de orig. jur.* Card. Tusch. *litt. M. concl.* 159. *per tot.* Guid. Panciroll. *Thesaur. var. lect. lib.* 2. *cap.* 245. *per tot. fol. mihi* 312.

Quòd medici in maliacæa inventione excutiant, & illis numquam benè sit, nisi malum sit quam plurimis aliis, & alia perbellè Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 254. *nu.* 357. *& in resol. practicab. in prælud. num.* 496. *& seqq. ad* 515.

An possit medicina exerceri à Clericis, vel Sacerdotibus, & aliis religiosis, vide in §. *Clericus num.* 5. *in fine*. Emerix jun. *decis.* 846. *n.* 2.

Multa de medicis, & eorum arte, unde dicantur *à Mirda* secundum aliquos, quibus respondet, & medicorum nobilitatem latissimè tuetur Tiraquel. tamquam à medico genitus, & medici Frater, *tract. de nobilitat. nu.* 31. per paginas 168. quem cum aliis laudat, & sequitur Constantin. Cæsar. *specul. peregr. qq. quæst.* 6. *per tot.* aliqua dixi *in* §. *Nobilitas*, §. *Doctor*, Francisc. Anton. Tranchedin. *Consult.* 67. ubi etiam de Chirurgis. De Privilegiis verò medicorum, jure, & utilitatibus integrum tractatum scripsit Vuolffnanus Gatter, ubi omnes quæstiones, quæ vel ad medicum attinent, vel eum quoquo modo tangunt, eruditissimè disputat, apud Basiliens. *tom. pr. litt. Aa*, *&* Bectius *de securitate* nonnulla attingit *nu.* 238. *litt.* Xa, 2. *vol.* 2. *part. pr.*

Quid sit medicina, & qualiter consistat in cognitione contrariorum, sive incompatibilium, cum contraria contrariis curentur, & alia ut Medici rectum proferant judicium, ne ipsi decipiantur, neque decipiant, quando uti periti adhibentur à judice, doctè Hermenegild. Roxas *de incompatibilit. Regn. & Majorat. part. pr. cap.* 9. *num. pr. & seqq.* Claud. Bonett. *in Epitom. Sennerti fol. mihi* 99. *& seqq. &* 226. *& seqq.*

3 Medicus qualiter possit ab infirmo recipere promissionem pecuniæ pro illo curando, & contra hæredes agere, Afflict. *decis.* 123. Magon. *decis. Flor.* 11. *per tot.* ubi *num.* 10. limitat non procedere in medico à publico stipendiato, qui non potest de alio salario pacisci, vide Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 6. *tit. pr. quæst.* 8. *nu.* 2. *&c.* Lanfran. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 75. *per totum infra num.* 12. Paul. Christin. *decis.* 50. ubi latè an possit recipere mercedem, ægroto vita functo, & concludit quòd sic, nisi possit aliquid sibi imputari.

Quod Medicus, & Advocatus debet esse pignore firmus, vel cautus, dum dolet, nam solent tres facies præseferre, nempè Angeli tempore necessitatis, hominis, dum non ita urget necessitas, & Diaboli finita causa, vel cura, Magon. *dict. decis.* 11. *num.* 22. *&c.* Urceol. *de transact. quæst.* 30. ubi plura ad rem. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 14. *sect.* 3. *nu.* 28. *tom.* 3., Vide Ansald. *decis.* 64. *n.* 28.

Plura de medicorum mercede, vel honorario, & qualiter præferantur omnibus creditoribus, Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1566. uterque Zacch. *loc. sup. cit.* & dixi *in* §. *Salarium num.* Romaguer. in Addit. ad Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. pr. Rub.* 33. *per tot.*

Quod Medici pro illorum salario non præferantur cæteris creditoribus defuncti decisum refert Thoro *Compend. decis. Neap. par.* 3. *sect.* 2. *verb. Medicus.*

De officio Prothomedici in quo consistat circa visitationem Aromatariorum, medicinalium, & alia ad rem, idem Romaguer. *in dict. Addit. lib.* 5. *Rub.* 5. *num.* 8. *& seqq.*

4 Medicus non potest durante infirmitate contrahere cum infirmo, cujus curam gerit, & quare, *leg. medicus ff. de var. & extraordin. crim.* Gratian. *discept. forens. cap.* 439. *num.* 18. *&c.* Pract. Papp. *act. real. gloss. veris*, *& legitimis num.* 16. Felic. *de societ. cap.* 8. *num.* 3. Boer. *decis.* 323. *nu.* 25. Lanfranch. Zacch. *dict. quæst.* 75. *num.* 67. *&c.* Guid. Pancirol. *Thes. var. lect. lib.* 2. *cap.* 245. *litt. A. fol.* 312. Thom. Actius *de infirm. par. pr. c.* 49. *n.* 27. *& seqq.* Jul. Cap. *discept. forens. cap.* 181. *num.* 14. *& seqq.* & novissimè plusibus hincinde à me citatis Urceol. *de transact. qu.* 30. *per tot.* ubi intelligit *dict. tex. cum Baldo*, & aliis procedere quando medicus mala medicamenta dedit infirmo, ut ab eo extorqueret transactionem, vel alium contractum, aliàs autem valere contractum inter Medicum, vel Chirurgum, & infirmum, bona fide initum, & immodicam læsionem non continentem, ac idem esse inter Advocatum, vel Procuratorem, & Clientem, & ibi latè declarat, & ego dixi *in resolut. cap.* 40. *in Pract.* §. *Advocati nu.* 8. & hoc Opere §. *Advocatus num.* 9. latè Altimar. *loc. cit. à nu.* 25., ubi etiam pro contraria sententia; Vide Bertachin. *vot.* 150. De Luc. *de Testam. disc.* 51. *n.* 2.

Quòd Medicus amicus possit ab infirmo heres institui, maximè si actualem curam illius non habeat, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 328. *n.* 14. *&* 15. *& part.* 19. *dec.* 194. *n.* 15. *& seqq.* ubi quod cessante dolo, si medicus se candidè, & bona fide gerat, valet institutio, & contractus cum infirmo, unde hæc quæstio tota pendet à facti circumstantiis, benè advertit Em.

De

De Luc. *de alienat. disc.* 41. & 45. *de testament. disc.* 52. Emerix jun. *dec.* 358. *n.* 9. Bertachin. *vol.* 150.

5 Medicus potest præbere medicamenta directè tendentia ad curationem mulieris prægnantis, licet per accidens sequatur mors prolis, etiam animatæ, si mater periculosè laboret, ita ut de vita illius, & fœtus simul sit omninò desperatum absque dictis medicamentis; quando autem proles est animata, & certum est, vel valdè probabile esse vivam edendam sine dictis medicamentis, non potest medicus illa matri præbere, licet sint directè curativa, sed cum notabili periculo prolis, Dian. *resolut. moral. part.* 3. *tract.* 5. *Miscel. resol.* 11. & latius idem Dian. *part.* 7. *tract.* 5. *resolut.* 33. *cum pluribus seqq.* P. Steph. de Neap. *de præcip. jur. & just. part. lib. pr. cap.* 8. *n. pr. &c.* Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 6. *tit. pr. quæst.* 7. *n.* 13. *&c. & lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 37. *&c.* ubi plura circa medicamenta mulierum prægnantium, & de partu cæsareo, quisnam dicatur, & quando sit licitus, vel non, Altimar. *de nullit. rator.* 2. & 3. *q.* 2. *n.* 202. *vers. medicus potest fol.* 133. *tom.* 8.

An autem ex aliqua rationabili, & justa causa sit aliquando licitum sterilitatem in uxoratis per medicamenta inducere Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 90. ubi refert contrarias opiniones, sed ipse negativam probat, & latius *d. part.* 7. *tract.* 5. *resol.* 33. *& seqq.* vide latè Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. part. pr. cap.* 2. *dub.* 4. *sect.* 20. *per tot. fol. mihi* 200. ubi plura quid liceat, vel non Medico circa mulieres prægnantes, & medicamenta sterilitatem inducentia, de quibus etiam Candid. *disquisit. moral. part. pr. fol. pr. &c.* Altimar. *loc. cit. vers. medicus an possit* Francea *consult. moral.* 46. Ursay. *Instit. crimin. l.* 2. *tit.* 5 *n.* 174.

Quòd Medicus non possit tute conscientia præbere remedia ad ementiendam, vel reparandam virginitatem amissam, nisi quando virgo desponsata timet mortis, aut honoris periculum, si vir ejus amissam virginitatem agnoscat, Torreblanch. *de Magia lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 23. & 24. vide *in §. Mulier n.* 37.

An Medicus possit aliquando præbere poculum abortionis fœtus nondum animati, vide *in §. Abortus sub n.* 5. Frances *Consult. Moral.* 14. *per tot.* Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 9. quæ tamen non essent attendenda quatenus admitterent hujusmodi propinationem ob propositionem damnatam à S. M. Innocentio XI. *sub n.* 34. quæ talis est. *Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.* Altim. *loc. supra cit.*

An pro curatione morbi, possit medicus, & patiens adhibere medicamenta sterilitatem inducentia, quid si agatur cum Moniali, vel Clerico, & alia ad rem, Frances *Consult. Moral.* 46. *per tot.*

6 Medicus (quidquid secus sit in advocato) suscipiens curam morbi desperari cum debita prædictione, & protestatione nemini facit injuriam, & excusatur, nec autem teneatur desperatis mederi, vide Rip. *de pest. part.* 2. *particul. ult. nu.* 92. Boer. *decis.* 323. *nu.* 25. Paul. Zacch. *d. tractat. lib* 10. *tom.* 2. *cons.* 71. *n.* 15. *&c. et n.* 44. Tulch. *litt. M. conclus.* 159. *n.* 5.

7 Medicus, qui mediante dolo, vel lata culpa fuit in causa, ut ægrotus decesserit, pœna mortis tamquam homicida puniri debet, si verò per imperitiam infirmum necaverit, puniri debet judicis arbitrio, ad instar judicis per imperitiam malè judicantis, Menoch. *de arbitr. cas.* 581. *per tot.* Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. n.* 213. & *resol. crimin. cas.* 248. *n.* 36. *&c.* Paul. Zacch. *loc. mox citando nu.* 2. *&c.* Ricc. *Collect.* 2834. Viv. *comm. opin.* 494. *n.* 9. Ita ut medicus dolosè infirmum contrariis medicamentis interimens dicatur proditor, ut benè probat Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 6. *tit. pr. quæst.* 2. *n.* 4. & 5.

Ex quo rectè inferri posse existimo dictum medicum ita dolosè agentem uti proditorem sequuta morte infirmi, non gaudere immunitate Ecclesiæ, salva declaratione, &c. dixi *in Pract. §. Medici n.* 18. *fa-cit in §. Immunitas n.*

8 Medicus præsumitur in dolo, si relictis medicamentis tutioribus, utitur minus tutis, & inusitatis, vel multum improportionatis naturæ infirmi, morbo, ætati, tempori; si generosa remedia summam corporis purgationem requirentia nulla præcedente purgatione adhibeat, si moveat quando non debet, ne purget in statu morbi, vel moveat in diebus criticis absque necessitate, sive alios errores notabiles, & magnos committat, vel valde negligens existat, ut optimè comprobat videndus Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 6. *tit. pr. quæst.* 2. *num.* 14. & *seqq. et libr.* 10. *tom.* 2. *cons.* 40. ubi quòd multi medicorum errores à divina, & humana lege sunt punibiles, quamvis aliàs eventus mortalitatis [si ipsi dolo, culpa, & negligentia magna careant] illis non imputetur, & dixi *in Pract. §. Medici nu.* 18. *et num.* 30. *in fine.*

Quòd Medicus, & Chirurgus delinquens in officio suo propter imperitiam non possit puniri pœna corporali, Ursil. Afflict. *dec.* 123. *n.* 4. Choel. *ad Bull. Bon. Regim. cap.* 31. *n.* 190. quos refert, & sequitur Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. pr. Rubr.* 34. *n. pr.*

Quando autem medicus præsumatur in culpa, ignorantia, ex quibus arguatur, & qualiter tunc puniendus, tradit idem Paul. Zacch. *d. quæst.* 2. *et seqq. et d. consil.* 40. & dixi *in Pract. §. Medici num.* 19. *etc.*

An si juxta regulas medicinæ non habet medicamentum certum, possit sequi opinionem minus probabilem circa aliqua medicamenta relicta probabiliori Dian. *par.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 7. ubi refert contrarias opiniones *et part* 5. *tract.* 3. *resolut.* 132. ubi an medicus possit adhibere morituro medicamentum dubium, & sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, & an his casibus peccet, vel non, adde Gab. Vasquez in S. Thom. *pr.* 2. *tom. pr. qu.* 19. *art.* 6. *disput.* 64. *cap.* 4. *fol.* 306. ubi quòd Medicus peccat, si applicet medicamenta, de quibus dubitat, an sint profutura, vel nocitura, quia tutiùs est in dubio Deo, & ejus omnipotentiæ relinquere ægrorum in periculo naturali constitutum, quam ipsum exponere novo medicamenti periculo, &c. Vide Fagnan. *in cap. ne innitaris n.* 250 *a.* 293. *et* 373. *de Constit.* Layman *Theol. moral. lib. pr. tract. pr. cap.* 5. *§.* 3. *n.* 15. *tom. pr.*

9 Medicus (intelligendo etiam de Chirurgis, & similibus) tenetur denunciare Curiæ statim vulnera medicata, aliàs potest tamquam prævaricator arbitrio judicis puniri, Farinac. *quæst.* 4. *n.* 18. *etc.* Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 4. *per tot.* ubi *num.* 6. quòd illos non excusaret quando pro forma tenentur, quia obligantur à lege, vel statuto ad Gratian. *discept.* 163. *per tot.* cum Carol. Ant. De Luc. *in Addit. nu.* 4 qui tamen hoc non dicunt, sed excusationem admittunt, & dixi in *Pract. §. Medici n.* 9. ubi quòd ita cavetur ex legibus municipalibus Florentiæ, Paul. Christin. *dec.* 136. *nu.* 16. *etc. vol.* 5. ubi etiam qualiter sit examinandus de qualitate vulneris, Ricc. *Collect.* 2746. ubi quod excusetur si vulnera sint parvi momenti, & idem esse in syndico, Novat. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 54. *per tot.* ubi ampliat etiamsi ipsi essent offensi, & vellent propria vulnera curare, limitat tamen, si pars ipsa offensa exposuit querelam, vel judex prævenit, & quod debent veram qualitatem vulnerum referre, alias pœna falsi teneatur, per text. *in leg. duobus §. pr. ff. de jurejur.* Conciol. *res. crim. verb. Falsum resol.* 12.

10 Medicis tamquam in arte peritis standum est super causa, cui magis sit attribuenda mors sequuta, quando plures causæ concurrunt, & magis creditur illis, qui interfuerunt curæ infirmi, quàm aliis, Cavaler. *dec.* 220. *n.* 6. *etc.* vide *in §. Mors nu. supra num. pr.* & latè Mascard. *de probat. conclus.* 1037. *et* 1038. Vide infra *in novissim. addit* Crescin. *num.* 22.

11 Medicus à publico conductus æquiparatur Doctori ad legendum conducto, aliisque literarum professoribus, & officialibus, & reputatur inter eos, quibus non ob laborem simpliciter, sed ob probitatem intellectus, & scientiæ constituitur salarium, & ideò illo ex aliqua justa causa impedito sine sua culpa, vel defuncto, ut non potuerit perficere annum debetur nihilominus ei, vel suis hæredibus integrum sala-

rium totius anni incepti, licet non completi, quando fuit promissum singulis annis, & ad rationem anni; quando verò unica solutione pro toto tempore conductionis inceptæ, & non finitæ deberetur, ita ut nec ille, nec sui hæredes stante justo impedimento, vel morte ut supra teneantur servire per substitutum, secus autem si defectus procederet ex propria culpa, ut latè probat Cephal. *cons. 70. et 71. per tot.* vide Card. Tusch. *litt. S. concl.* 8. Lanfranch. Zacch. *tractat. de salar. et merced. quæst. 74. nu. 7. et seqq. in meis resol. cap. 43. per tot. in Pract. ʃ. Medici n. 7.* ubi ex Zacch. *loc. citat.* limitatur dicta conclusio non procedere quando salarium esset constitutum sub conditione, si serviat, vel stante consuetudine in contrarium, & aliis modis prout ibidem, & idem Zacch. *d. tract. qu.* 21. ubi in fine dicit contrarium servari de consuetudine, & allegat Jas. *n.* 38. & Cagnol. *n.* 176. *ambo in leg. dicm functio, ff. de off. assess.* vide *alios in ʃ. Advocatus n.* 26. §. *Absentia n.* 9. §. *Salarium n.* 12. §. *Officium num.* 51. quibus adde Pacion. *de loc. cap.* 50. *n.* 15. *et seqq.* ubi plura ad rem in similibus, *et seqq.* 79. testatur de dicta consuetudine. Vide Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 18. *n.* 15. *et* 16.

12 Medicus potest exigere salarium ab infirmo, vel ejus hæredibus, etiam non conventum, ubi non est stipendiatus à publico, etiamsi infirmum invitum, vel non in morbo desperato curaverit, & obierit curatus; an autem medicus teneatur tempore pestis cum periculo propriæ vitæ, aliis mederi, & alia vide per Paul. Zacch. *qu. medic. legal. lib. 6. tit. pr. qu. 8. per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. et merced. quæst. 75. per tot.* Ricc. *Collect.* 3260. ubi qualiter possit petere salarium, etiam mortuo infirmo, & idem esse in fabro ferrario, qui animal curavit. Nicolius *Institut. Imperial. tit. de leg. Aquil. nu.* 8.

Quòd Medicis debeatur salarium, etiam pro curatione facta die festo, quidquid aliqui contrarium sentiant probat Cæsar Calà *tractat. de feriis quæst.* 4. *n.* 227. *et seqq. fol. mihi* 199. vide *in ʃ. Salarium num.* 13.

13 Medicus (sicut & Advocatus) tenetur gratis pauperes curare, (imò quandoque illis de proprio subvenire) quando probabiliter existimat pauperem sine curatore periturum, ubi non adest alius, qui id faciat, & nullus reperitur qui pro eo mercedem solvat, aliàs peccat mortaliter, & potest etiam criminaliter puniri; cessat tamen hujusmodi obligatio, & pœna ubi adsunt alii medici, vel Hospitalia publica, in quibus rectè pro illorum statu, & conditione pauperes curari possunt, Novat. *in manual. cap.* 25. *n.* 64. Paul. Zacch. *d. quæst.* 8. *nu.* 8. *et seqq.* Lanfranch. Zacch. *d. tract. quæst.* 75. *num* 48. *et seqq. per tot.* ubi etiam referuntur alii casus, in quibus non potest medicus salarium recipere, & dixi in *Pract.* §. *Medici n.* 11. Nicolius *loc. cit. vers. immò.*

14 Medicus non potest deserere curam infirmi, etiamsi sibi non subministretur honorarium, sive salarium, quia non debetur nisi finita cura, & habet actionem ad illud consequendum, aliàs deserendo tenetur de omni eo, quod ob hujusmodi negligentiam sequitur, & potest criminaliter puniri, sicuti de omni alia negligentia, & culpa, ut benè probat Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. et merced. quæst.* 75. *nu.* 33. 34. *et* 35. *et seqq. ad* 67. Paul. Zacch. *quæst. medic. legal.* lib. 6. *tit.* 1. *per tot.* Sed ista parùm servantur in practica, ut dixi *in* §. *Medici nu.* 13. Viv. *comm. opin.* 494. ubi quòd licet medici non possint petere salarium, nisi finita cura juxta comunem DD. opinionem, tamen si servaretur, non tam splendidè incederent, & triumpharent, sive moriatur, & sive sanetur infirmus: Potest tamen medicus unico casu impunè curam infirmi deserere, nempè quando infirmus monitus non vult sacramentum pœnitentiæ amplecti, nam tunc medicus post triduum non potest infirmum impœnitentem visitare sub pœna peccati mortalis, non obstante quavis contraria consuetudine, *cap. cum infirmitas de pœnit. et remiss.* & adest Bulla Pii V. de anno 1566. hoc idem disponens, & quamvis Navar. *in Manual. cap.* 25. *n.* 61. & alii intelligant in morbis gravibus, & periculosis, tutius tamen est aliorum sententia, id procedere, in quacumque infirmitate quamvis levi, ut ostendit Lanfr. Zacch. *d. tract. d. quæst.* 75. *n.* 57. *et seqq.* & latiùs Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 6. *tit.* 1. *quæst.* 4. *per tot.* ubi aliquibus considerationibus adjectis approbat opinionem Navar. *ubi supra*, quam etiam sequitur M. Antonin. *lib.* 7. *var. resol. cas.* 30. *resol. ultim.* & quòd nec etiam medicus possit deserere infirmum cum evidenti periculo, & alia, ut dixi *in Pract.* §. *Medici n.* 13. *et per tot.* ubi plura notabilia curiosa, & scitu digna circa medicos, & illorum professionem, quæ non repeto, & adde Paul. Rub. *in resol. practicabili in prælud. n.* 496. *et seqq. ad* 515. *et in Annot. ad decis.* 254. *n.* 385. *et seqq. part.* 9. *rec.* Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. pr. Rub.* 33. *per tot.* & Frances *Consul. moral. per tot.* Nicolius *ubi suprà sed* 511. *medicus*. Vide Brunnemann. *supr. C. lib.* 10. *tit.* 52. *leg.* 9. *n.* 7. *et* 8. *fol.* 979.

Sed pro medicis, & ad illorum excusationem, vide Dian. & quos allegat *par.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 93. ubi quòd dictæ Constitutiones Pontificiæ habent locum tantùm in morbis gravibus, & periculosis, posse medicos hujusmodi monitionem facere per alios, non teneri deserere curam, nec admonere quando certò sciant monitionem non esse profectutam ob pertinaciam infirmi, posse credere illis, qui gerunt curam infirmi, si aliàs sint fide digni, vel ipsi infirmo, & cum hujusmodi declarationibus à consuetudine passim approbatis esse intelligendum juramentum, quod in Doctoratu suscipiunt circa observantiam dictæ Constitutionis Pii V. quæ hoc modo, & non aliis sit usu in recepta; sed dubito, ne nimis de more laxet habenas, illumque redarguit Caramuel. *in Theol. fundamentali fundam.* 55. §. 2. *n.* 1239. sed idem Dian. suam opinionem defendit *part.* 11. *tract.* 1. *resol.* 22. *per tot.* & cum ea videtur transire Scortia *in select. Benef. Constit. Epit.* 88. *theorem* 214. & 215. *fol.* 303.

15 Medicus an in casu dubio possit dispensare ab obligatione jejunii, & ab abstinentia carnium, acquiescendo etiam dictis illorum, qui hujusmodi licentiam petunt, affirmant aliqui, sed magis communiter negant alii, cùm non habeat hujusmodi jurisdictionem, & sit incapax circa spiritualia, sed ad summum possit causam declarare, quæ tamen declaratio quando est omninò certa, aut probabilis adest necessitas, non est necessaria alia dispensatio, sed si res sit dubia, recurrendum est ad Superiorem Ecclesiasticum, ut colligitur ex traditis per Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *res.* 13. *res.* 27. & 43. *per tot.* & pleniùs Paul. Zacch. *tract. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 1. *per tot.* ubi novem quæstiones de materia jejunii ad medicum spectantes examinat.

16 Medicus licèt nondum matriculatus, sed de proximo matriculandus, cum de proximo accingendus habeatur pro accepto, si faciat *ricettam*, suffragatur pharmacopolæ, vel Chirurgo illam exequentibus, alias prohibitis medicamenta vendere, & applicare absque *ricetta* alicujus medici approbati, ut in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ notat Navar. *Collect.* 168. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1037. *num.* 11. *&c.*

17 Medici Judæi, vel Infideles non possunt curare Christianos ægrotantes, ita ut Christiani illis utentes, careant sacramentis, & Ecclesiastica sepultura, atque Ordinarii contra utrosque delinquentes procedant, & illos puniant, ipsique Ordinarii, ac Parochi, ubi sunt Judæi, infideles, tenentur sub pœna indignationis, singulis annis initio Quadragesimæ publicare hujusmodi prohibitionem juxta Bullam Gregorii XIII. alias 71. anni 1582. de qua Scortia *in select. Pontif. Constit. Epit* 131. *theorem* 346. *fol.* 503. ubi etiam quòd obligat sub mortali, nisi posset ex necessitate excusari, an possint ab illis emi, vel recipi medicinæ, & alia ad rem.

18 De Medicis, eorum officio, salario, obligatione, & hujusmodi plura indicat Castejon. *Alphab. jurid. verb. Medicina, & Medici*, & Com. August. Font. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 106. *&c.* Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Fagnan. *sup. Decret.* Layman. *Theol. Moral.* De Luc. *in Indic.* Altimar. Capsar. Emeriz Mans. Palm. & alii moderni.

Me-

Mediei, Chirurgi, Barbitonsores, Pharmacopolæ, & hujusmodi quocumque modo in generali, vel particulari adhibentur ad medendum an teneantur ad damna, & restitutionem ob eorum imperitiam, vel malam curam, vel possint excusari, Navar. *in Manual. cap. 25. n. 60. & seqq.* Sylvestr. *in Summ. verb. Medicus*, aliique plures citati à Mendo *in Elucid. Bullæ Cruciatæ disp. 35. cap. 3. per tot.* ubi benè declarat.

19 Mediei an præferantur legistis, vel potiùs è contra; dixi *in §. Doctor.* Videndus Josias Nolden de Statu nobilium civili *cap. 5. §. 3. n. 42.* ubi quamvis nobiles medieos asserat, non ex hoc tamen eorum nobilitatem cum Jurisconsultorum præstantia, & nobilitate æquandam, & comparandam pluribus probat apud Basiliens. *tom. 4. litt. Mm, 3.* Et Carpzou. *dec. 7. per tot.*

20 Mediei non monentes infirmos de confessione sacramentali facienda, quas pœnas incurrant, & quando possint excusari, Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. part. 2. verb. Medic. fol. 230.* ubi quòd arceantur ab ingressu Ecclesiæ, donec competenter satisfecerint, efficiuntur Infames, & gradu medicinæ privantur, intelligendo in morbis periculosis, & non tenentur deserere infirmum si obstinatè nolit confiteri, excusantur etiamsi paulò ante infirmitatem confessus fuerat, vel si monuerint Parochum, vel domesticos Infirmi, &c. Vide Layman. *Theol. Moral. libr. 5. tract. 6. cap. 5. n. 5. tom. 2. fol. 272. col. 2.*

21 Mediei physici curationem pestis ad Chirurgos, & Chirurgi ad Physicos spectare contendunt, timentes omnes se contagioni exponere, & Medicorum scripta de peste curanda plus fumi, quàm lucis habent, cum veræ causæ pestis soli Deo notæ sint, & pestis sit ipsius Dei flagellum, ac ideò vera medicina sit iram Dei precibus, & pœnitentia placare, nam mediea remedia in pestilentiis, ut plurimum experimento vana, aliquando noxia, & morbi incitamenta, vel saltem prorsus inania, & melius consilium, Medicorum, & Jurisconsultorum est pestem, & loca suspecta effugere qui possunt; ipsi tamen Medici, & Chirurgi sunt in Civitatibus, & locis indigentibus eorum auxilio, & consolatione retinendi, & convocandi, atque ad curationem deputandi distributis partibus juxta locorum qualitatem, & indigentiam, donec humanis etiam adhibitis remediis cum plena in Deo confidentia, illius ira placetur, & misericordia impertetur: Magistratus enim, & Principes tempore pestis debent omnes possibiles diligentias adhibere, ne contagium effrenescat, ad Deum confugere, & votis sanitatem implorare, ut colligitur ex latè traditis per Card. Gastald. *tract. de avert. & proflig. pest. per tot. in Indice verb. Chirurgus, Magistratus, Medicus, &c.*

22 Et generaliter quod medicis tanquam in arte peritis sit standum ad text. *in l. septimo mense ff. de stat. homin.* Abb. Castald. *consult 266. nu. 14. tom. 2.* De Luc. *de Regal. disc. 6. nu. 7.* Romaguer. ad Conciol. *ad Statut. Engub. lib. pr. rubr. 33.* Dexart. *decis. Sard. 75. à n. pr.* Surd. *decis. 83. à n. 10.* Cels. *decis. 9. n. 6.* Crescin. ad Pen. *decis. 132.*

23 Forma adhibendi Medicos, dum tortus deficit in tortura, & Medici salario prædicto casu qualiter formanda Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect.* [illegible] *n. 88. pag. 434. col. 1.*

24 Medici debent esse multùm cauti in faciendo fidem strangulationis ex facto hominis, vel ex morbo naturali Farinac. *quæst. 2. n. 29.* Conciol. *res. crimin. §. suffocatio resol. 1. n. 3.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap. 13. n. 2.*

25 Si Medicus, vel Chirurgus hominem sanare volens interficiat, vel mutilet, utrum irregularis fiat Gloss. *in cap. ad aures de ætat. & qualitate ordinandorum, verb. remordeat* Layman. *Theol. Moral. lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 10. n. 4. Exempl. 4.*

26 Medici quando dissentiunt de tempore partus, utra sententia amplectenda Brunnemann. *sup. ff. lib. 1. tit. 5. l. 12. n. 5. tom. 1.*

27 Medico salarium adhuc debetur, quod ei promissum est pro valetudine mea curanda eo mortuo Berlich. *part. 1. dec. 15. n. 4. & n. fin.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 49. n. 5.* Brunneman. *sup. ff. lib. 2. tit. 11. l. ult. n. 2. tom. 1.*

Mediei culpam & ignorantiam, non casum præstat Cothman. *lib. 1. cons. 1. n. 318.* Brunneman. *sup. ff. lib. 1. tit. 18. l. 6. n. 11. tom. 1.* 28

Medicus cogi potest ad ejus artem exercendam De Luc. *de Jurisdic. disc. 32. n. 1.* 29

Præsertim tempore pestis De Luc. *Ann. ad Conc. disc. 2. n. 16.*

Protomediei, per se ipsos, vel per ejus substitutos inhibere possunt ne artem mediеam exerceantur qui per publicam Universitatem Magistri, & habiles declarati non fuerint De Luc. *de Regal. disc. 178. n. 14.* 30

Clerici in Minoribus constituti possunt medicare, secus autem in Sacris, vel beneficiatis Navar. *cons. 3.* & addiscentes, & exercentes artem medendi sunt excommunicati *c. fin.*, ubi DD. *ne Clerici, vel Monachi* Majol. *de Irregul. lib. 2. cap. 12. n. 7.* Moscon. *de Majestate militantis Ecclesiæ lib. 1. part. 2. cap. 2.* 31

Medici tenentur denunciare ægrotis, quod eorum peccata confiteantur, ita ut si ultra tres dies id non fecerint, non sint amplius visitandi *c. cum infirmitas 13. de pœnis, & remiss. Constit. 3. Pii V.* Quod tamen non habet locum, nisi in morbo gravi, vel in principio judicetur periculosus, ut declarat Nugn. *in addi. ad 3. part. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 2. contra* Cherub. Vide *supra n. 20.* 32

Medieus hebræus non est eligendus *c. nullus 28. q. 1. Constit. 3. Pauli IV. & Constit. 68. Gregorii XIII.* Nec vocandum esse Medicum hebræum ad medendum Christiano, nisi quando Medici Christiani non essent sufficientes pro tali morbo, vel medicus hebræus esset notabiliter doctior, firmat Conciol. *ad Statutam Eugubia. Rubrica 33. sub n. 4.* Vide *supra nu. 17.* 33

Medicus Salariatus non potest recedere à Civitate ad effectum medendi Vicinos absque licentia Gabr. Berart. *de eroga. bono. pub. Civit. n. 50.* 34

Medicis non conceditur licentia practicandi, nisi studuerint per triennium in logica, & per quinquennium in Medicina, & medio tempore didicerint Chirurg., quæ est pars Medicinæ Marad. *pract. resol. 3. n. 13.* 35

Studium Medicinæ in Urbe non dicitur completum per assecutionem laureæ Doctoralis, ultra quam tequiritur studium practicum per aliud biennium ante actuale exercitium Emerix Jun. *dec. 927. n. final.*

Medicus qui exercet practicam, vel scientiam Medicinæ sine licentia, & examinatione solemni & sine litteris practicæ in publicatione bonorum, & carceris per annum punitur Maradei *cit. resol. sub n. 13.* Vide De Luc. *de Regal. disc. 178. n. 14.* 36

Medicorum regula prius lenia, & suavia, quam aspera, & urentia adhibere medicamina Bellegrand. *in compendios. rer. crim. Method. tract. 1. quæst. 13. n. 16.* 37

Medicus pharmacum male propinans dolo fecisse præsumitur Farin. *quæst. 87. à nu. 38. ad 63.* Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. tract. 4. qu. 18. num. 6.* 38

Medicus factus Sacerdos, si obtinuerit dispensationem à Sanctissimo exercendi suam artem cum solitis clausulis an, & quomodo debeat contineri Bertachin. *Vot. 150. n. 2. & 3.* 39

Medicus quando non possit aliquid accipere etiam à spontè dantibus Bertachin. *dict. Vot. 150. per tot.* & signantè. *dict. n. 2. & num. 3.* 40

Medicus semel approbatus reprobari potest causa legitima subsistente. Oldrad. *cons. 18. art. 1. num. 1. vers. Est enim speciale in Medico* Fagnan. *in cap. Accepimus n. 33. de ætat. & qualit.* 41

Medicus salutis gratia est. Fagnan. *in cap. Ne innitaris n. 295. de Constitut.* 42

Medicus non opponitur extremis, sed extrema ipsa invicem opponuntur, & mutuo se perimunt. Fagnan. *in d. Cap. Ne Innitaris n. 400. de Constit.* 43

Medici præcipuè, qui Principis valetudinem curant, quænam habeant privilegia Brunneman. *sup. Cod. lib. 10. tit. 52. l. 6. n. 1. tom. 2.* 44

Medicinæ Doctores pro debito capi non debent.

45 Caccialupus *de Debitore sup. quæst. 5. in princip. nu.* 9. Brunneman. *sup. Cod. d. lib.* 10. *tit.* 52. *l.* 6. *num.* 7. *tom.* 2.

46 Quid si aliquis cum Medico de certo honorario recuperatæ salutis paciscatur, & denuo incidat in eundem morbum, an eodem honorario Medicus ægrotum curare debeat. Brunneman. *sup. Cod. lib.* 10. *tit.* 52. *l.* 9. *n.* 6. *tom.* 2.

47 An Medicus ideo, quòd ægrotus Empirico, vel Agirta quodam usus est, suam opem, & curam ipsi denegari possit. Brunneman. *sup. Cod. loc. prox. cit. n.* 8. *tom.* 2.

48 Mortuo Collega ex Medicorum, vel Professorum Collegio, quinam in ejus locum, & à quibuscunque surrogari, & recipi debeat, & quem obtineat locum. Brunneman. *sup. Cod. lib.* 10. *tit.* 52. *l.* 10. *nu.* 1. *tom.* 2.

49 Medicus an possit cum Universitate pacisci de Salario annuo pro medendis Civibus Zacch. *q. medic. legal. quæst.* 8. *n.* 7. *in fin. lib.* 6. *tit.* 1. Zacchia *de Salario quæst.* 75. *n.* 68. Altimar. *de Nullit. Rub.* 1. *qu.* 14. *sect.* 3. *n.* 29. *tom.* 3.

50 Medicus habet restitutionem. Gales. *de restit. cap.* 8. *n.* 34. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 447. *tom.* 6.

51 Laurea Doctoralis in Medicina nullam tribuit præeminentiam in Hierarchia Ecclesiastica. Bellet. *disquisition. Cleric. part.* 1. *de discipl. Cler.* §. 31. *n.* 1. & 4. *cum seq.* Emerix Jun. *dec.* 846. *n.* 2.

Medicina an sit professio nobilis. Card. De Luc. *de præem. disc.* 30. *num.* 20.

52 De potioritate ex Causa Medicamentorum. Card. De Luc. *Conflic. obser.* 135.

53 Medicinalia veniunt sub nomine rerum spectantium ad victum, uti ad vitam hominis necessaria. Surd. *de Alim. tit.* 4. *quæst.* 5. *sub n.* 12. *vers. sed mihi videtur* Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib.* 6. *tit.* 3. *qu.* 4. *n.* 10. Caprar. *dec.* 688. *n.* 2. *part.* 2.

54 Medicinalium pretia. Caprar. *dict. dec.* 688. *n.* 18. *part.* 2.

§. MELIORAMENTA XII.

1 MElioramenta in re emphyteutica facta, finita emphyteusi ob canonem non solutum, vel aliam culpam emphyteutæ, ut quia malè se versatus, vel irrequisito domino alienaverit, vel pacta non servaverit, devolvuntur unà cum ipsa re ad dominum directum, Garsias *de expens. & meliorum. cap.* 12. & 15. *per tot. & in vers. ult.* d. Garsias *cap.* 14. *per tot.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 66. *& seqq.* secus autem si per generationem finitam, vel aliud tempus investitura appositum lapsum, & sic absque culpa emphyteutæ finita fuerit emphyteusis, nam tunc non ad dominum directum, sed ad hæredes emphyteutæ, etiam extraneos spectant, nisi aliter ex pacto fuerit conventum, Clar. §. *Emphyteusis q.* 45. text. & ibi DD. *in l.* 2. *C. de jur. emphyt.* Joseph Ludovic. *decis. Perus.* 123. *nu.* 33. *&c.* Seraph. *decis.* 546. Valasc. *de jur. emphyt. quæst.* 25. Ricc. *Collect.* 2128. & latè cum ampliationibus, & limitationibus videndus Fulgin. *de jur. emphyt. titul. de meliorum. quæst.* 1. & 2. *per tot.* Fachin. *controvers. jur. lib.* 1. *cap.* 92. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 107. *num.* 9. *vol.* 1. *decis.* 120. *num.* 7. & *decis.* 121. *num.* 7. *vol.* 5. Pacion. *de loc. & conduct. cap.* 34. §. 3. *num.* 3. *& seqq. fol.* 343. Altimar. *de nullit.* 1. *part.* 5. *quæst.* 45. *num.* 322. *tom.* 7. Antonell. *de Tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 61. *n.* 4. vide Capyc. Latr. & Gizzarel. *decis.* 120. Faber. *C. de jur. Emphyt. def.* 14.

Quod sint solvenda hæredibus emphyteutæ ultimi possessoris, quando ob finitam generationem devolvuntur, secus si ob culpam, vel si adesset expressa conventio, ut etiam melioramenta devolvantur ad dominum, Gratian. *discept. forens. cap.* 934. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 186. *decis.* 208. & *decis.* 312. Franch. *decis.* 191. Duran. *decis.* 238. *nu.* 2. *&c.* Scapucc. de Salvian. *lib.* 3. *quæst.* 10. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 32. *nu.* 9. *&c.* ubi quòd idem est in re feudali, Vivi. *comm. opin.* 495. Altograd. *cons.* 28. *nu.* 60. *& seqq. lib.* 2. vide Christin. *loc. sup. cit.* ubi videtur sequi opinionem Sarmient. *select. interpret. lib.* 3. *cap.* 4. affirmantis melioramenta ex natura istius contractus semper ad dominum spectare, etiamsi res devolvatur absque culpa Emphyteutæ, sed novam opinionem appellat, & ego puto non recedendum à prædicta communi distinctione, vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 115. *num.* 21. *&c.* ubi loquitur in feudo, ut devolvatur cum melioramentis ad dominum finita concessione per defectum personarum vocatarum, vide Altimar. *loc. cit. n.* 323. Antonell. *loc. cit.* Maradei *in prax. instrum. cap.* 17. *n.* 24. & 25.

Plura qualiter pro dictis melioramentis competat retentio, vel actio emphyteutæ, vel ejus hæredibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 193. *per tot. cap.* 494. *nu.* 12. *&c. cap.* 929. *num.* 17. *&c. & decis.* 225. *per tot.* Magon. *decis. Florent.* 49. *nu.* 23. *&c.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst.* 25. *num.* 22. *&c.* Ricc. *Collect.* 150. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 112. Neguf. *de pign. part.* 5. *memb.* 4. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram. quæst.* 3. & 4. *per tot.* Altograd. *dict. cons.* 28. *nu.* 60. *&c.* ubi quòd sunt propria transmittuntur etiam ad extraneos, ac pro illis datur retentio, & debentur non ut rudera, sed prout sunt ædificio consistentia, nisi adsit pactum expressum de illis lucrandis ad favorem domini, vel nisi dominus certam summam taxaverit, quam emphyteuta non possit excedere, quia tunc non deberentur ultra summam taxatam; intelligendo prædicta de melioramentis necessariis, & utilibus perpetuam fundi utilitatem respicientibus, Vide Altimar. *loc. cit.*

Quód præstent possessori retentionem etiam in jure offerendi, vide *in* §. *Oblatio num.*

Qualiter pro melioramentis detur retentio rei melioratæ, & quando secus, plenè Tusch. *lit. M, conclus.* 182. *per tot.* Merlin. *decis.* 351. vide *in* §. *Retentio num.* 4. *infra num.* 23. Pen. *decis.* 334. *decis.* 1211. *decis.* 1241. vide Crescin. ad eumd. Pen. Rot. *decis.* 614. *n.* 1. *part.* 19. *tom.* 2. *in rec.*

Quód melioramenta facta à conductore in re conducta, sint ipsi, vel ejus hæredi reficienda, etiamsi se obligaverit illa facere propriis sumptibus, quia talis obligatio donationem non importat, nec præcludit actionem repetendi, nisi alterius fuerit conventum, quòd ad dominum cum ipsa re devolvantur, benè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 305. *per tot.* vide *in* §. *Locatio num.* 18. *in fine*, & *in* §. *Expensæ num.* 8. Rot. *part.* 17. *decis.* 388. Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 2. *per tot.*

Melioramenta facta in bonis emphyteuticis veniunt in generali obligatione, & non devolvuntur 2
ad dominum directum, sed transeant ad quoscumque hæredes emphyteutæ juxta prædictam distinctionem, nec compensantur cum fructibus, licèt compensentur in bonæ fidei possessore, Clar. §. *Emphyteusis quæst.* 45. Gratian. *discept. for. cap.* 432. *nu.* 22. Scapuc. de Salvian. *lib.* 3. *quæst.* 10. *per tot.* Duran. *decis.* 329. *num.* 5. *& seqq.* ubi vide, & Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram. quæst.* 8. *per tot.* dixi *in* §. *Bona num.* 7. *& seqq. in fine num.* 14. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *titul.* 1. *quæst.* 9. *num.* 19. *&c. & n.* 50 *&c. quæst.* 11. *num.* 46. Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 53. & 54. ubi quòd possunt creditoribus adjudicari, nisi dominus voluerit pro eodem pretio illa emere, nam esset præferendus, Flores de Mena in Addit. ad Gamm. *decis.* 5. *n.* 4. *&c.* Cenc. *de cens. quæst.* 42. *num.* 15. *quæst.* 19. *num.* 37. *&c.* Altimar. *loc. supra citat. n.* 313.

Melioramenta non sunt reficienda quando fuerunt 3
consultò facta in summa excessiva, ne dominus directus pauper possit illa reficere, & solvere, sed isto casu possunt dumtaxat tolli sine læsione prioris status rei, quòd si sine detrimento fieri nequeat, amittuntur, *l. in funda, ff. de re vindic.* Gratian. *discept. forens. cap.* 913. *num.* 32. *&c cap.* 957. *n.* 37. Magon. *decis. Florent.* 9. *num.* 5. *& seqq. decis. Lucens.* 33. *n.* 17. *& seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 307. *num.* 22. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. §. 3. *num.* 31. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 57. *& seqq.* ubi quòd possunt tolli, ut supra, nisi dominus vellet tantùm dare quantum habiturus esset possessor bonæ fidei illis ablatis; emphyteuta tamen, vel Vassallus con-

consequi debet quantum valet ædificium constructum, & non quanti valebit ipsa rudis materia ædificio diruto, ut ibidem Menoch. *num.* 61. De Luc. *de Alienat. disc.* 4. *de Legit. disc.* 35. Altimar. *loc. supra adduct. n.* 323.

Quando melioramenta non possunt restitui propter paupertatem, quæ remedia competant, vide Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 33. Fusar. *cons.* 139. *n.* 13. Franch. *decis.* 110. *per tot.* Rot. *part.* 9 *recent. decis.* 318. *per tot. & decis.* 420. *num.* 23. *& seqq.* ubi quòd possessor tenetur ad solutionem valoris fundi, vel datur immissio pro indiviso arbitrio judicis, Luc. ad de Franch. *loc. cit.* Altimar. *ubi supra n.* 323. *vers. sed quod.*

Plures casus, ex quibus melioramenta sunt reficienda, & plures alios casus, in quibus non sunt reficienda, vide latè Tusch. *litt. M, conclus.* 179. *&* 180. *per tot.* Rot. *dict. decis.* 318. *per tot. dict. part.* 9. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. *per tot.* ubi plura de impensis, & melioramentis in re conducta factis, quando, & quomodo sint reficienda, vel non, Angelis *in tract. de expens. & meliorat.*

4 Melioramenta consistentia in expensis necessariis factis, sive à bonæ, vel malæ fidei possessore deducuntur non habito respectu ad id, quod fuit impensum, sed valoris ipsius materiæ extantis tempore restitutionis, ut possessor tantùm deducat quantum eo tempore valet ipsa materia, sive plus, sive minus fuerit impensum, ita ut omne augmentum, vel diminum contingens ex qualitate, & cursu temporum cedat lucro, vel damno possessoris, *l. domus* 58. *ff. de legat.* 1. & latè 25. Doctoribus relatis, probat Menoch. *de arbitr. cas.* 258. *num.* 51. *&* 54. ubi quod idem est in utilibus factis ab his, qui domini erant etsi revocabiliter, ut ab hærede gravato sub conditione, vel ab emphyteuta, vide Fabric. Pontir. *in respons. vel tract. pro Mambellis num.* 483. Rot. *part.* 9. *recent. d decis.* 318. *per tot.* ubi plura hinc indè, *& part.* 13. *decis.* 288. *num.* 14. *& seqq. per tot. & part.* 16. *decis* 237. ubi quòd melioramenta facta ab hærede gravato pro reparatione ædificii minantis ruinam sunt omninò reficienda, non obstante intimatione non meliorandi, quia dum agitur de expensis necessariis qualitas malæ fidei non attenditur, ut supra, & alia ad rem, *& part.* 18. *decis.* 564. *nu.* 4. *& seqq.* ubi quòd melioramenta necessaria detrahuntur etiam à malæ fidei possessore, & quæ talia dicantur, *& decis.* 611. *&* 704. *in eadem causa.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 45. *n.* 324. *tom.* 7. *cit.* Antonell. *loc. cit. n.* 7. Amat. *resol.* 24. *n.* 63. Add. ad Pamphil. *decis.* 23. *n.* 12. Tristanii *decis.* 19. *à nu.* 5. De Angel. *de meliorat. art.* 27. *n.* 13.; Vide infra *in novissim. addit.* Crescin.

5 Melioramenta consistentia in expensis utilibus, quas facturus erat ipse fundi dominus deducuntur duobus concurrentibus, nampè quòd fundus sit factus pretiosior, & fuerit impensum, adeò ut æstimari debeant respectu impensæ factæ, quando ipsa impensa non superat illorum valorem, si verò superat, illorum valor tantùm attenditur, & sic in casu augmenti magni deducitur solum impensa facta & reliquum cedit lucro domini, & in casu contrario modici scilicet augumenti fundi, non deducitur quantum fuit impensum, sed tantum quantum fundus fuit melioratus, *l. in fundo* 38. *ff. de rei vindic.* latè Menoch. *de arbitr. cas.* 258. *num.* 53. *&c.* Capyc. *decis.* 93 *num.* 9. Ricc. *Collect.* 2060. Franch. *decis.* 109. Pontirol. *in supracit. Respons. nu.* 484. *& seqq. num.* 506. *& seqq. ad* 519. ubi plures allegat ostendendo in hujusmodi æstimatione facienda plurimum judicis arbitrium versari, & quid prudens judex attendere debeat, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 363. *per tot. & part.* 12. *decis.* 203. *per tot. part.* 13. *decis.* 288. *num.* 14. *&c. & part.* 14. *decis.* 22. *nu.* 3. *&c.* adde latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. §. 4. *per tot.* De Luc. ad de Franch. *cit. dec.*

Quòd intendens probare melioramenta teneatur in primis docere de anteriori statu rei melioratæ, ut indè cognosci possit quantum fuerit meliorata, & postea quantum fuerit impensum, cum debeat refici quod est minimum, sive impensum, sive melioratum juxta prædicta Seraphin. *decis.* 898. 952. *& &* 1453. Buratt. *decis.* 834. *num.* 11. Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 399. *num.* 47. *& part.* 9. *decis.* 188. *nu.* 25. *&c. decis.* 318. *part.* 11. *decis.* 363. *& part.* 12. *decis.* 203. *per tot. part.* 13. *decis.* 109. *nu.* 19. *& decis.* 288. *num.* 18. *& seqq. & part.* 14. *decis.* 22. *per tot.* Bicch. *decis.* 129. *num.* 21. *&c.* Rota post Urceol. *de transact. decis.* 29. *num.* 12. *&* 13. Intelligendo in possessore bonæ fidei, nam dominus, sive directus, sive utilis meliorando deducit secundum æstimationem de tempore restitutionis rei, & non habet opus probare de impensa, Seraphin. *decis.* 898. Rot. *decis.* 650. *part.* 2. *noviss.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 518. *&c. fol.* 299. latè Fulgin. *de jur. emphyt. titul. de melioram. quæst.* 6. *et* 7. *per tot.* ubi plura, qualiter constare debeat melioramenta esse facta à prætendente, quomodo probari possint, & debeant, & cujus temporis æstimatio sit attendenda. De Angel. *de Meliorat. art.* 22. *n.* 14. Antonell. *de Temp. legal. lib.* 1. *cap.* 61. *n.* 13. Altimar. *loc. cit. n.* 324. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 614. Emerix jun. *decis.* 122. *n.* 6. *&* 7. *decis.* 209. *à n.* 2. *decis.* 406. *à num.* 2. *decis.* 1330. *à n.* 2. *decis.* 443.

Quomodo probentur melioramenta, latè Tuschus *littera M, conclus.* 183. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 1040. Ladereh. *cons.* 144. Merlin. *decis.* 546. *num.* 1. *& seqq.* ubi convenit cum prædictis, *et decis.* 695. ubi quòd si non possit probari de anteriori statu, & expensa non est undequaque liquida, potest judex mediam viam eligendo, melioramenta taxare, Menoch. *de arbitr. cas.* 243 Seraph. *decis.* 898. quibus adde Pacion. *loc. cit.* ubi plura.

Quòd si probatio sit impossibilis ob lapsum multi temporis, standum sit probationibus, quæ ex gestis inter partes resultant, & remittenda necessitas ulterioris probationis, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 219. *num.* 1. *&c.*

Quòd ubi agitur de expensis necessariis factis in ædificio tuendo, sint omninò reficiendæ, nulla servata ratione meliorati, & impensi, nec etiam probato statu antiquo Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 537. *nu.* 4. *seqq.* vide *in §. Expensæ.* Altimar. *loc. cit. n.* 325.

Melioramenta per hæredem gravatum facta in re restituenda, non veniunt in restitutione fideicommissi, sed possunt retineri, vel jure etiam actionis repeti, si illis non detractis fuit restitutum fideicommissum, nec compensantur cum fructibus, intelligendo de factis non fructuum recolligendorum causa, sed ad perpetuam rei utilitatem duraturam ultra tempus restitutionis, & de necessariis, vel saltem utilibus, nam voluptuaria non deducuntur per modum æstimationis, sed abrasionis, quatenus separabilia sint cum commodo hæredis, aliàs etiam abrasio denegatur, ut benè explicat Fabric. Pontirol. *in supracit. respons. pro Mambellis nu.* 470. *& seqq.* ubi etiam *num.* 482. Quòd si dicta melioramenta voluptuaria valorem rei augeant, illamque magis promercalem reddant, habentur ad instar utilium, ut per Alexand. *cons.* 100. *in* 4. *dub. lib.* 2. & alios ab eo citatos, vide *in §. Expensæ num. infra num.* 19. *&* 20. Luc. ad de Franch. *dec.* 109. *n.* 2. Altimar. *ubi supra n.* 326.

Dicta autem melioramenta in materia fideicommissi, quamvis secundum aliquos sint restituenda, attento tempore, quo facta fuerunt, tamen secundùm alios, & magis communem opinionem sunt solvenda juxta valorem currentem tempore restitutionis, Menoch. *de recuper. possess. remed.* 15. *n.* 557. Thesaur. *decis.* 252. *num.* 4. Valasch. *de jur. emphyt. quæst.* 25. *n.* 28. Fulgin. *de jur. emphyt. titul. de melioram. quæst.* 7. *n.* 10. *&c.* Peregrin. *decis.* 64. *num.* 4. *& seqq. & de fideicomm. artic.* 44. *& art.* 50. *n.* 70. *& seqq.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 168. *n.* 26. Altimar. *loc. sup. cit. n.* 327. *vers. quo verò* ubi hoc explicat.

Quòd etiam possint jure actionis post restitutionem rei factam repeti probat idem Fulgin. *loc. cit. quæst.* 4. *per tot.* Vide Pen. & Crescin. *decis.* 334.

Quòd melioramenta facta ab emptore in bonis fideicommisso subjectis possint retineri, vel conduci, Garz. *de expens. & melioram. cap.* 7. *num.* 10. Gail. *lib.* 2. *observ.* 121. *num.* 12. Menoch. *remed.* 15. *num.* 507. *& seqq. & de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 32. *n.* ...

&c. Paul. Christin. decis. 48. num. 7. vol. 4. ubi tamen allegat Magon. decis. Luc. 33. num. 24. &c. Neguf. de pign. part. 3. memb. 4. num. 19. contrarium tenentes, quando tempore contractus scivit rem esse subjectam fideicommisso, vide Rot. part. 9. recent. dec. 318. per tot. infra num. 10. quod intellige de scientia vera Tristany dec. 19. num. n6. & seqq.

Quòd melioramentorum exceptio reiiciatur si de illis non constet nec in genere, nec in specie, & semper attendatur, quod minus est, ac ante liquidationem non impediant immissionem fideicommissarii, maximè oblata cautione, Rot. part. 18. recent. decis. 399. num. 12. & seqq. Vide Pen. & Crescin. dict. decis. 334.

7 Melioramenta naturalia, hoc est natura sola operante sine hominis expensa, vel industria obvenientia, ut incrementa per alluvionem, & similia fideicommissarii commodo cedunt, & non sunt restituenda, Decian. cons. 52. num. 51. &c. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 10. num. 22. &c. Fusar. de substitut. quæst. 637. Pontirol. in cit. Respons. num. 479. Vide Altimar. ubi supra n. 366.

8 Melioramenta ut dicantur respicere perpetuam rei utilitatem, & possint detrahi, requiritur, ut sint duratura ultra decennium, vel saltem decennalem utilitatem adferant, glos. in l. 3. ff. de impens. in re dot. facit Ludovic. decis. Perus. 14. num. 10. infra num. 16.

Sed verius est sufficere, quòd ad præsentis, vel currentis anni fructus non pertineant, vel illorum annorum quibus possessor fructuum utilitatem percipit, & ideò sat esse, quòd ultra possessionis tempus utilitatem protendant, ut pro rata deducantur, d. l. 3. ff. de impens. in re dot. fact. Peregrin. de fideicomm. art. 50. num. 5. Pontirol. dict. respons. num. 476. etc. vide in §. Expensæ num. Borgnn. decis. 39. nu. 17. part. 2. Fulgin. de jur. emphyt. tit. deelioram. quæst. 7. num. 3. & 4. ubi distinguit inter melioramenta, quæ non recipiunt augumentum, neque diminutionem à solo, ut ædificia, & illa, quæ incrementum recipiunt à fundo, in quo sunt facta, ut plantationes, quæ non cedunt in totum facienti, sed pro medietate illi, & pro alia medietate incremento terræ, quæ nutrivit, intelligendo prout ibi declarat. Altimar. supra nu. 328. Mantiss. ad De Luc. lib. 9. decis. 65. n. 19. vol. 1.

9 Melioramenta necessaria, vel utilia debentur etiam si sit perempta res, in qua fuerunt facta, vel etiamsi ipsa melioramenta absque facientis culpa interierint, ut si ædificia fuerint exusta, vel arbores exsiccatæ, maximè quando versamur in judicio universali, & ad illa competit actio, secus in judicio particulari, vel ubi pro illi daretur tantùm retentio; faciens enim hujusmodi melioramenta dum est dominus, licèt revocabiliter, habetur ad instar negotiorum gestoris, & ideò sufficit negotium fuisse utiliter cæptum, licèt plenarius eventus non fuerit sequutus, ut benè probat Pontirol. in supracit. Respons. num. 487. & seqq. ubi num. 493. etc. ostendit sententiam Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 76. veram non esse, dum voluit meliornmenta ista hæredi gravato petire, vide §. Expensæ num. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 5. quæst. 45. num. 329. tom. 7. De Luc. de Legit. disc. 35. n. 32.

10 Melioramenta necessaria, vel utilia facta à patre in bonis adventitiis filii, non compensantur cum fructibus, sed sunt conferenda cum aliis fratribus, vel imputanda in partem illius, qui hujusmodi bona meliorata habuit, cum ejus propria non efficiantur, nisi essent modicæ quantitatis, vel magni, quæ vindicari non possint; voluptuaria verò si tolli possunt sine læsione, permittitur, nec collationi, vel imputationi est locus, vide Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 28. n. 3. & per tot. Michalor. de fratrib. part. pr. cap. 5. n. 22. &c. Mangil. de imput. quæst. 39. per tot. & quæst. 536. num. 31. & seqq. Marescott. variar. resolut. cap. 109. & 110. Garsian. de expens. &elioram. cap. 10. per tot. ubi de usufructuario expendente, quando repetat, vel non, & cap. 11. ubi de Prælatis, & similibus, Angelus de expens. & meliorat. art. 12. num. 8. & 36. Altimar. loc. supra citat. nu. 330., ubi etiam alia.

Melioramenta facta à malæ fidei possessore, videntur donata, & non repetuntur quando scilicet scienter emit rem subjectam fideicommisso, nisi essent adeò necessaria, ut etiam dominus fuisset facturus, vel sine quibus res fuisset peritura, Magon. decis. Luc. 33. num. 21. 22. & 24. & seqq. ubi benè quando dicatur facta à malæ fidei possessore, & quando secus, & quomodo error juris excuset ab amissione melioramentorum, vide in §. Expensæ num. supra num. 6. in fine, & num. 4. 11

Plura de melioramentis factis tam à bonæ fidei possessore, quam à malæ fidei possessore, Garsia de expens. & melior. cap. 1. & 2. per tot. & cap. 5. & 6. per tot. ubi etiam de eo, qui ab initio fuit bonæ fidei possessor, si postea superveniat mala fides, an expensas repetat, & alia.

De melioramentis aliqua decisa refert Thoro Compend. decis. Neapol. part. 1. 2. et 3. sect. n. verb. Melioramenta, & alia indicant Castejon. Alphab. jurid. verb. Expensæ, & Com. August. Fontan. Bibliotb. legal. part. 5. verb. Melioramenta fol. 109. etc. De Luc. Mantiss. ad eumd. Rocc. Altimar. Ansald. Emesia Caprar. Constant. Mans. Palm. & alii moderni.

Quòd facta à bonæ fidei possessore compensentur cum fructibus, Capyc. decis. 43. num. 12. Rot. par. 2. divers. decis. 246. et 247.

In eligendo quando ratione dumtaxat bonæ fidei, non autem jure justi tituli fructus suos facit, vel in eo possessore, qui ad fructuum restitutionem, ut quia sit malæ fidei conveniri potest, his enim tantùm casibus compensantur melioramenta cum fructibus, secus autem in possessore, qui jure dominii, licèt resolubilis facit fructus suos, ut in Emphyteuta, Vassallo, hærede gravato, & in similibus penes quos interim dominium residet, glos. in l. emptor. 65. ff. de rei vindic. Peregrin. de fideicomm. art. 50. nu. 64. Fusar. de substit. quæst. 669. Neguf. de pign. part. 5. membr. 4. n. 12. Fabric. Pontirol. Respons. pro Mambellis n. 473. et 474.

An, & quando melioramenta compensentur cum fructibus, etiamsi præcesserit sententia, quoad fructus absolutoria, si postea in executione opponatur de melioramentis, eo quia possit replicari de compensatione cum fructibus, latè Mart. Medic. decis. 99. per tot. cum Addit. ubi concludit melioramenta compensari cum fructibus, non obstante dicta sententia absolutoria, Franch. decis. 127. per tot. et dec. 705. ubi tamen quòd fructus percepti ex melioramentis non compensantur, sed sunt proprii; de quo vide Rot. cum pluribus citatis part. 14. recent. decis. 127. num. 4. et seqq. et decis. 219. num. 9. ubi quòd debet probari, et decis. 405. et part. 18. decis. 564. ubi quòd fructus melioramentorum spectant ad meliorantem, etiamsi sit malæ fidei possessor. Altimar. supra n. 331.

Quando melioramenta compensentur cum fructibus, vel non, Tusch. litt. M. concl. 178. per tot. Rot. part. 13. recent. decis. 230. num. 13. Garsiam de expens. et melioram. cap. 23. per tot. ubi quòd compensentur cum fructibus mala fide perceptis, qui aliàs restituendi essent, et decis. 288. n. 14. et seqq. per tot. et decis. 521. n. 14. et seqq. ubi plura.

Quòd compensentur cum fructibus lite pendente perceptis, Rot. part. 14. recent. decis. 395. num. 7. et decis. 405. num. 10. et seqq. Altimar. supra num. 347. Bich. decis. 670. n. 19. Rot. rec. part. 19. tom. 2. dec. 435. n. 22. Ansald. decis. 66. n. 9. decis. 97. n. 3.

Quòd melioramenta facta in re restituenda non compensentur cum fructibus, quia fructus pertinent ad gravatum, ut dixi in §. Fructus nu. Magon. decis. Luc. 33. num. 34. etc. Menoch. lib. 4. præsump. 32. nu. 3. et seqq. ubi etiam quòd attenditur æstimatio illorum de tempore restitutionis, Franch. decis. 109 ubi Add.

Quando meliorans acquirat sibi fructus melioramentorum, vel non, & quando debeat imputare fructus perceptos, & quos percipere poterat cum ipsis melioramentis, vel non, latè pro utraque parte allatis rationibus, & auctoritatibus videnda Rot. part. 11. recent. decis. 6. num. 12. & seqq. & nu. 33. & seqq. per tot. et part. 12. decis. 32. per tot. ubi quòd melioran bona fide facit fructus suos, nec tenetur illos com-

compenſare eum melioramentis juxta veriorem, & æquiorem opinionem, niſi injuſtus, & rigoroſus judex ſequatur contrariam, facit eadem Rota *part. 13. deciſ. 321. num. 14. et ſeqq. et part. 14. deciſ. 405. per tot. et part. 17. deciſ. 323.* ubi quòd melioramenta facta in re aliena ſunt reficienda, non verò illorum fructus quando dicta melioramenta non cadunt ſub dominio facientis, ſed domini rei melioratæ, de cujus mandato fuerunt facta, quia tunc melioranſ reputatur ſimplex creditor expenſarum, pro quibus non debentur fructus, niſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis cum debitis requiſitis, ut dixi *in §. Expenſæ n. 12. & §. Fructus n. 39.* Altimar. *ſupra num. 332.*

An, & quando faciens melioramenta in re aliena dicatur habere creditum expenſarum cum domino rei melioratæ, vel potius dominium ipſorum melioramentorum, quod poteſt ſervire ad multa, Pacion. *de locat. & conduct. cap. 34. §. 3. num. 76. & ſeqq.*

12 Melioramenta utilia facta à malæ fidei poſſeſſore non retinentur, nec reficiuntur per illorum æſtimationem, ſed tantum poſſunt abradi, & ſeparari, ſine tamen læſione prioris ſtatus rei, niſi dominus vellet ſolvere totum illud, quod poſſeſſor habiturus eſſet ex ablatis, Magon. *dict. dec. Luc. 33. n. 47. & ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ. 258. n. 69. & ſeqq.* ubi quòd ſi de novo facta ſint, videntur donata, & non poſſunt repeti, neque abradi, ſi faciens ſit talis, qui potuerit donare, & verſemur in judicio particulari; ſi verò conſiſtant in ampliandis ædificiis, vel aliis rebus antiquis poſſunt abradi ſine detrimento, juxta prædicta, vide in §. *Expenſæ num.* Pacion. *de locat. & conduct. cap. 34. §. 3. n. 63. & ſeqq.* Garſiam *dict. tract. cap. 5. per tot. cap. 18. per tot. & cap. 13. per tot.* Angelus *art. 12. num. 18. & 27. de Expenſ.* Altimar. *ſupra n. 331.*

Quòd facta denunciatione poſſeſſori, ne faciant melioramenta, conſtituatur in mala fide, & non poſſit illa conſequi, niſi per abraſionem, ut ſupra, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 188. nu. 29. &c.* Gratian. *diſcept. 193. num. 11. &c.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 307. nu. 27.* Pacion. *de locat. cap. 34. §. 3. num. 40.*

Si tamen agatur de melioramentis neceſſariis, ſunt reficienda, non obſtante dicta denunciatione, & mala fide ex illa reſultante, Rot. *part. 16. rec. deciſ. 273.* ſicut etiam ſi reſpiciant intereſſe Reipublicæ, ut munitio caſtri, Pacion. *loc. cit. num. 41.*

13 Melioramenta facta ab emptore in re empta, quòd non ſint reficienda à vicino, vel conſanguineo retrahente, videtur firmare Gratian. *diſcept. for. cap. 203. num. 11. &c. cap. 937. num. 30. &c. ad 42.* ubi concludit non deberi, niſi conſiſtant in expenſis valdè neceſſariis, vide tamen latè Tiraquell. *de retract. convent. §. 7. glo. pr. per tot. fol. 962.* Sanfelic. *deciſ. 308. nu. 9. & ſeqq.* ubi etiam quid de fructibus, à quo tempore ſint reſtituendi, Garſiam *dict. tract. cap. 5. per tot. cap. 18. per tot. & cap. 13. per tot.* Vide Altimar. *loc. cit. num. 331.*, ubi an teneatur compenſare cum fructibus Baldue. *tit. 2. deciſ. 7. n. 28. & 30.*

Quòd ſint reficienda relato, Tiraquell. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 32. num. 9. in fine*, vide *in §. Venditio num. 59.*

An verò ſint reficienda emptori rerum minoris, Paul. Chriſtin. *deciſ. 177. num. pr. volum. 3.* ubi quòd poſſunt conſervari oppoſita doli exceptione, vel officio judicis peti, non tamen retineri, *l. prædium 16. Cod. de præd. & aliis rebus minor.* Capye. *deciſ. 219.* Menoch. *de recup. remed. 11. n. 21.* Cavalcan. *de tut. & cur. n. 165. &c.* Et quid de illis factis in bonis Eccleſiæ nulliter alienatis. De Luc. *de Alien. diſc. 4. n. 2.*

14 Melioramenta ſi non fuerint à poſſeſſore petita contra evincentem cum ab eo potuerint recuperari per retentionem rei, vel ſolutionem illorum juxta ſuperius dicta, an poſſint poſtea repeti per actionem evictionis contra venditorem dic quòd non, cum venditor teneatur tantùm ad ſolutionem pretii ſoli, ſive fundi, prout valebat tempore evictionis, *l. idemque, §. pr. ff. de act. empt.* Franch. *deciſ. 112. num. 2. & ſeqq. per tot.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melior. qu. 4. in fine.* Vide De Luc. *de Legit. diſc. 33. n. 21.*

Quòd ratione melioramentorum competat jus offerendi duobus concurrentibus, melioramentis ſcilicet, & poſſeſſione rei melioratæ penes eum, qui illa fecit, ita ut talis poſſeſſor offerendo creditori pretium, quod valebat res antequam eſſet meliorata, illam retineri poſſit; licèt illud pretium non ſufficiat pro toto credito, Bart. *in l. 1. C. de præd. navic. lib. 11.* Magon. *deciſ. Flor. 51. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ. 14. per tot. lib. pr.* ſequitur Joſeph. Feliv. *Margar. var. concluſ. verb. poſſidere fol. 39. col. pr.* vide *in §. Oblatio num. 3. & § Poſſeſſio num. 38.* Pacion. *de locat. & conduct. cap. 34. §. 3. nu. 60. & ſeqq.* ubi quòd Bart. hoc non dicit in codice ſuo, & concluſio magnam patitur difficultatem. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin.

15 Melioramenta facta à debitore in re obligata, veniunt in obligatione ad favorem creditoris; facta verò à tertio poſſeſſore, in quem obvenerunt bona affecta onere hypothecæ prioris domini non veniunt in dicta obligatione ſecundum unam opinionem, vel ſecundum aliarum opinionem veniunt quidem etiam in hoc ſecondo caſu, tamquam acceſſoria in obligatione, ſed poteſt poſſeſſor opponere contra creditorem agentem ſe non teneri reſtituere dicta melioramenta, niſi ſibi refuſo pretio erogato, quatenus res pretioſior fuit effecta, juxta text. *in l. Paulus §. Domus, ff. de pignor.* de quo vide Gaiz. *de melior. cap. 18. n. 68. & ſeqq.* Covar. *var. reſolut. lib. 2. cap. 12. nu. 14.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 1 cap. 11. num 36. & ſeqq.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 317. nu. 13. & ſeqq. per tot.* ubi quòd abſque dubio voluptuaria, & inutilia reficienda non ſunt, ſed tantùm neceſſaria, & utilia, ut ſupra, rem pretioſiorem efficientia arbitrio peritorum, Franch. *deciſ. 455. per tot.* ubi etiam quid de augmento ex temporis curſu, de quo dixi *in §. Oblatio num.* idem Franch. *deciſ. 306. per tot.* ubi quod in dictis melioramentis, vel illorum pretio præferuntur creditores tempore anteriores, licèt reſpectu rei, in qua fuerunt præferantur alii ex pacto, & reſervatione dominii in venditione ipſius rei appoſita, & ſic non ſemper acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, vide in *§. Venditio num.* Vide Addent. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd melioramenta facta à tertio poſſeſſore non cadant in hypotheca ad favorem creditoris, tenet Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 2. quæſt. 69. num. 4.* cum Neguſ. *de pign. part. 5. membr. 4. num. 18.* Pacif. *de Salvian. Inſpect. 3. cap. 4. num. 665. ſupra num. 2. & nu. 14.* Vide Card. De Luc. *de Credit. diſc. 24. diſc. 35. de Legit. diſc. 35.*

16 Melioramenta facta per maritum in re dotali non præſumuntur donata, ſed repeti poſſunt, Menoch. *lib. 3 præſumpt. 32. num. 13.* vide *in §. Expenſæ n.* & *§. Maritus num.* Garſiam *d. tract. cap. 1 per tot. cap. 18. per tot. & cap. 13. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 5. quæſt. 45. num. 358. & num. 373. tom. 7.*

Qualiter deducantur, latè Tuſch. *littera M, concluſ. 181. per tot.*

17 Melioramenta conſiſtentia in plantationibus, ſtercorationibus, & ſimilibus non veniunt reficienda, cum non ſint perpetua, & continuò in re duratura, ſed magis deſerviant pro ulteriori, & commodiori fructuum perceptione, & ſint ſolita fieri per bonos patresfam. in rebus ſuis, & ideò non ſunt conſideranda, Rot. *part. 2. diverſ. deciſ. 312. num. 6.* Urceol *Conſult. forenſ. cap. 49. num. 38. ſupra num 8.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 217. num. 20.* ubi quòd longiſſimo tempore ſicut ædificia ſeneſcunt, & ideò vel inutilia redduntur vel minus æſtimantur, *& part. 12. deciſ. 333.* ubi etiam in ſpecie de vitibus, *& part. 13. deciſ. 149. nu. 21. & 22.* ubi benè diſtinguit quando plantatio vitium dicatur melioratio, vel non *& part. 18. dec. 545. num. 9. & 10.* ubi quòd vel non reficiuntur, vel reficiuntur tantùm expenſæ factæ in plantatione, *& deciſ. 564.* ubi quando ſint neceſſaria, Angelus *art. 2. n. 6. art. 22. n. 7. & à n. 54. de Expenſ.* Vide Rocc. Epiſc. *cap. 139. num. 12. & 13. libr. 2.* Caprar. *deciſ. 330. n. 6. et deciſ. 754. n. pr.*

De conſiſtentibus in diſbucando, vel aliter agros ad culturam reducendo quòd ſint reficienda à fideicommiſſario, & juxta valorem præſentis temporis

non

non attenta simpliciter impensa Peregrin. *decis.* 64. *num.* 5. *etc.* vide supra *num.* 5. *et* 6. Emerix jun. *decis.* 182. *n.* 2.

De prædictis omnibus, latè Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 34. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 337. *per tot.*

18 Melioramenta consistentia in constructione domorum, plantatione arborum, & vinearum dicuntur utilia, & pro illis datur retentio possessori, & si circa valorem adsit varietas inter testes, attenditur quòd est minimum, nec sufficit, ut dicant de tanto fuisse impenso, nisi etiam dicant tantùm rem esse melioratam, ac illorum valor attenditur de tempore restitutionis, non de tempore, quo facta fuerunt; an autem muratores, vel alii operarii sint in hoc idonei testes, & an domus sit æstimanda uti ædificium, vel ut maceries, Cur. jun. *cons.* 165. *nu.* 20. *&c.* Clar. §. *Feudum quæst.* 88. Magon. *decis. Florent.* 39. *num.* 24. *&c.* Addit. ad eumdem Magon. *decis. Lucens.* 33. *litt. D.* Menoch. *de arbitr. cas.* 258. *num.* 61. *et de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 32. *num.* 5. *et seqq.* Tusch. *litter. M, conclus.* 174. *per tot. cum pluribus seqq.* ubi de multiplici specie melioramentorum, qualiter cedant solo, sicut ædificia, qualiter reficienda, quo tempore inspecto, & alias, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 203. *per tot. et decis.* 333. ubi de vitibus, & similibus, *et part.* 15. 119. *per tot.* Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 34. ubi plura ad rem, & præcipuè *in* §. 4. *et* 5. *per tot.*

Quo ad probationem, vide *in* §. *Laborator num.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 405. *per tot. par.* 15. *decis.* 218. *per tot. et par.* 17. *decis.* 251. *nu.* 16. *et seqq.* ubi quòd consistentia in ædificiis, & ipsa rei evidentia, & peritorum inspectione probantur, ex augmento pensionis, ac judicis arbitrio quando nimis generica esset illorum probatio, adde Pacion. *loc. cit.* §. 4. *et* 5. *per tot.* ubi plura de probatione, & liquidatione melioramentorum per testes, & peritos, quid agendum stante illorum discordia, &c. Pen. & Crescin. *decis.* 533.

Quo ad plantationes contrarium tenet Rota per Duran. *decis.* 338. *num.* 6. *et seqq. supra num.* 17. vide Tusch. *d. conclus.* 174. *num.* 10. *& seqq.* Pacion. *de locat. cap.* 24. *in princ. num.* 24. *& seqq.* Rota coram Royas *decis.* 176. *nu.* 8. Urceol. *in Append. ad cap.* 49. *num.* 38. *in fine* 2. *volum.* Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 203. *per tot. et dec.* 333. ubi etiam quòd stante conventione de certis melioramentis reficiendis, alia non expressa excluduntur, & ideò illorum æstimatio non attendenda.

Quando datur retentio, intellige de ea meliorata, non autem de aliis bonis, Surd. *dec.* 311. *n.* 7. vide latè Tusch. *litt. M. concl.* 182. *per tot,* Crescin. ad Pen. *decis.* 1241.

Quòd plantatio vitium facta loco aliarum demortuarum pro conservatione, & uberiori fructu non veniat inter melioramenta. Sed benè quando agitur de excassatione vineæ incultæ, ac desertæ, vel de nova plantatione, & tunc sint cuilibet possessori reficienda, ac pro illis detur retentio, latè Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 149. *num.* 12. *& seqq. & part.* 18. *dec.* 237. *et* 564. ubi quando sint necessaria. Novar. *in Prag.* 51. *de Offic. Proc. Cæsar. n.* 6. *ex* Ludovic. *dec.* 24. 58.

19 Melioramentorum exceptio impedit immissionem facta liquidatione in specie, nam non sufficit de illis constare in genere, sed necesse est probare duo copulativè, nempè fuisse tantùm impensum, & rem melioratam in tanta summa, aliàs hujusmodi exceptio dicitur illiquida, & succurritur possessori per cautionem de illis solvendis juxta liquidationem fiendam, Rot. in Romana, seu Cæsenatan. hæreditatis 4. Junii 1635. coram Pirovano in Noviss. *part.* 7. *dec.* 48. *n.* 12. *&c.* Duran. *decis.* 385. *num.* 4. *etc.* Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 111. Cavaler. *dec.* 54. *num.* 86. Gratian. *dec.* 225. *per tot.* Franch. *dec.* 112. Urceol. *Consult. forens. cap.* 20. *num.* 48. *etc.* vide in §. *Expensæ n.* Rot. *part.* 9. *recent. vol. pr. decis.* 7. *num.* 12. *etc.* ubi etiam quòd debet probari status anterior, & an melioramenta sint necessaria, vel utilia, quia voluptuaria non reficiuntur, *et dec.* 320. *n.* 18. *etc. d. p.* 9. *vol.* 2. *& p.* 11. *dec.* 227. *n.* 21. *etc. part.* 13. *dec.* 76. *n.* 25. *et* 26. *part.* 14. *decis.* 405. *et part.* 15. *decis.* 119. *et* 191. ubi quod etiam sunt copulativè probanda, nempè anterior status, quantum impensum, & quid melioratum, & ex quibus probentur, vel non, ubi multa pro exclusione hujusmodi probationis, *et part.* 18. *decis.* 94. ubi plura de hujusmodi probatione, & quòd si ex temporis vetustate non possit haberi anterior status, recurritur ad alias probationes, & quales admittantur, vide supra *n.* 5. *in fine*, Bich. *decis.* 304. *n.* 11. *et seqq.* ubi quòd si sunt probata in specie non datur immissio, nisi illis refectis, si in genere tantùm, præfigitur terminus ad liquidandum, quo elapso liquidatione non facta, datur immissio cum cautione de illis reficiendis, vel sine ulla cautione, quando nullo modo sunt probata, ut ibidem melius declarat, Rot. in Romana Salviati 15. Martii 1677. coram Rondinino, post Urceol. *de transact. dec.* 92. dicti in §. *Retentio n.* 12. Pacion. *de loc. cap.* 34. §. 4. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *d. dec.* 225. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 435. *nu.* 21. *decis.* 442. *n.* 14. Balduc. *tit.* 2. *dec.* 8. Caprar. *dec.* 233. *dec.* 486. *& dec.* 606. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 5. *n.* 7. *vol.* 3. *& libr.* 16. *dec.* 2. *nu.* 10. *vol.* 4. Crescin. ad Pen. *dec.* 334.

Quòd in hujusmodi liquidatione stetur relationi peritorum, Cavaler. *dec.* 86. *n.* 1. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 217. *n.* 2. *& part.* 17. *decis.* 251. *nu.* 16. Pacion. *loc. cit.* §. 5. *per tot.* ubi etiam quid agendum in discordia peritorum, & vide in §. *Periti*, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 94. *per tot.*

Et in dubio præsumatur tantum expensum, quantum res valet, & contrarium dicens debeat probare, Cravet. *cons.* 408. *n.* 2. *&c. volum.* 3. Borgn. Cavalcan. *dec.* 44. *n.* 64.

Quòd quando non sunt penitus illiquida, sed probata licèt illorum valor non sit liquidatus impediat immissionem, & debeat assignari terminus ad faciendum illa æstimare, non obstante idonea cautione oblata, Put. *dec.* 472. Rot. *part.* 2. *div. decis.* 120. *& part.* 3. *lib.* 2. *dec.* 16. *per tot.* Gratian. *decis.* 7. *nu.* 12. *&c.* Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 570. Capyc. *dec.* 27. *nu.* 7. Merlin. *dec.* 363. *nu.* 7. Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 227. *n.* 22. ubi quòd stante mora in petendo dictum terminum, in limine expeditionis causæ non conceditur, *& part.* 13. *dec.* 149. *n.* 12. *& seqq.* ubi qualiter competat retentio non obstante cautione, termino nimis brevi dierum quinque, *& part.* 14. *dec.* 217. *& part.* 18. *dec.* 237. *per tot. & dec.* 320. ubi quòd probatis in genere melioramentis, præfigendus est terminus ad illa liquidandum in specie, & interim datur retentio, vel manutentio melioramenti, nec ad hunc effectum sunt rigorosè examinanda ipsa melioramenta. Emerix jun. *dec.* 182. *n.* 5. *dec.* 209. *n.* 4. *decis.* 330. *num.* 5. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 102. *& decis.* 103. *lib.* 10. *vol.* 2. Crescin. ad Pen. *loc. cit.*

Non tamen melioramentorum assertio relevat, etiam si de illis constet, nisi facta probentur ab allegante, vel suis auctoribus, cùm non sit bona consequentia, constat de melioramentis, & allegans illa possidet ergo illa fecit, cùm potuerint esse facta ab aliis, Castr. *con.* 270. *n.* 4. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 193. *n.* 1. *&c.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 177. *num.* 30. *&c.* Bich. *dec.* 374. *n.* 2. *infra n.* 22. quoad assertionem vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 65. *n.* 8. *vol.* 1.

Sed contrarium, quòd imò qui succedit, etiam titulo particulari in re meliorata, vel qui melioramenta facta alteri solvit, si re melioratam possideat, retentionem habeat, etiam, sine cessione pro dictis melioramentis, Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *variar. tit. de pign. resol.* 1. Guzman. *de evict. qu.* 20. *num.* 92. Olea *de cess. jur. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 32. *&* 33. Garsia *de expens. cap.* 7. *n.* 13.

Melioramenta non mutant naturam rei melioratæ, & ideò facta in bonis fideicommissariis illorum naturam non alterant, etiam si pars minima antiqui ædificii supersit, vel nihil præter solum, quia adhuc ædificando in solo hæreditatis ædificatum cedit solo, & ejusdem dominii efficitur, cujus est solum; an verò sint restituendæ expensæ necessariæ, & utiles, saltem quatenus auxerunt pretium ædificii, & 20

alia,

alia, latè Rot. part. 9. rec. dec. 384. nu. 2. & seqq. facit quòd dixi in §. Hypothecn n. 50. supra nu. 6. Rot. part. 12. recent. dec. 307. num. 16. & seqq. & part. 13. dec. 521. num. 16. & seqq. Vide Card. De Luc. de Credit. disc. 24. n. 14.

An autem fideicommissarius, cui defertur fideicommissum perpetuum aliis postea restituendum teneatur solvere expensas utiles in domo fideicommissaria factas, videtur affirmativè respondendum per text. in l. domos hæreditarias 61. ff. de leg. 1. l. ubi purè 19. §. fin. & l. mulier 22. §. Sed enim 3. ff. ad Senat. Consult. Trebell.

Sed dictas leges procedere in fideicommissario, cui bona libera, & sine onere alii ulterius restituendi traduntur, ac ideò secus quando ipse etiam tenetur aliis restituere, ut tunc non teneatur dictas expensas reficere, probat Molin. de primog. lib. 1. c. 29. n. 15. Castil. contr. lib. 5. c. 65. n. 21. & seqq. Vellasch. consult. 116. n. 33. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 111. n. 8.

Quibus tamen posset responderi, debere interim fideicommissarium dictas expensas solvere, & postea illas adveniente casu restitutionis ab aliis vocatis repetere, & asse solvendas respondit Rot. part. 10. rec. dec. 113. n. 10. &c.

Quòd semel solutis melioramentis ampliùs à sequentibus pretium illorum repeti non possit ne detur infinitas, & quia ille, qui immediatè succedit in Majoratu meliorato, tenetur eam obligationem dissolvere, & ideò faciendo id, ad quod tenebatur non potest repetere à sequentibus, Barbos. in l. Divortio, §. fin. 1. part. nu. 115. & seqq. quem refert, & sequitur, ac ita judicatum testatur Cabed. decis. 111. n. 7. & part. 2.

21 Melioramenta etiam utilia facta ab hærede gravato non sunt à fideicommissario reficienda, quando fuerunt facta post judicialem intimationem, ne fierent propter temeritatem, & malam fidem facientis, sed tantùm conceditur illorum abrasio, quatenus sint separabilia absque læsione prioris status rei melioratæ, intelligendo etiam de melioramentis factis in reficiendo, nam facta in faciendo de novo penitus amittuntur, Bart. in l. fundo n. 11. ff. de rei vindic. Castr. in l. domum n. 3. C. de rei vindic. Ang. in §. certè illud, Instit. de rer. divis. cum aliis per Bich. dec. 129. n. 21. & seqq. & dec. 374. nu. 9. & 10. vide supra num. 6. & in §. Expensæ nu. 6. &c.

Plura de abrasione melioramentorum quando sit permissa, vel non, & quomodo, Pacion. de locat. & conduct. cap. 34. §. 3. num. 63. & seqq. fol. 349. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 5. quæst. 45. n. 256. & n. 348. tom. 7.

22 Melioramenta non sunt reficienda, nisi probentur à prætendente facta, ac insuper fuisse necessaria, vel saltem utilia, quia voluptuaria non reficiuntur; dicuntur autem necessaria quando constat rem sine illis fuisse perituram, vel deteriorem factutam, & utilia si fructus rei aucti fuerint, nec debentur stante mala fide facientis orta ex intimatione ne fierent, Bich. dec. 374. per tot.

Quòd prætendens melioramenta, probare debeat, illa à se fuisse facta, vel esse successorem illius, qui fecit, vel sui contemplatione ab alio facta, Menoch. de recup. rem. 15. nu. 567. Gratian. discept. forens. cap. 193. n. 1. & seqq. Pacion. de locat. & cond. c. 34. §. 4. n. 3 & seqq. vide supra n. 9. vers. finem.

23 Melioramenta facta à conductore in re sterili sibi locata, ita ut de sterili fertilem, de inculta cultam illam reddiderit, vel aliter idem effectus resultet, ut si in solo nudo, & inutili domum utilem ædificavarit, vel domum ruinosam restauraverit, præstant jus petendi renovationem finito tempore locationis, ne conductor excludatur à fructu laborum suorum, per text. in l. quicumque 7. C. de omn. agr. desert. lib. 11. & in c. ad aures 7. de rebus Eccles. non alien. Castr. cons. 142. lib. 2. Mantic. de tacit. libr. 22. tit. 24. n. 17. Gratian. discept. 813. nu. 38. cum aliis per Pacion. de locat. & conduct. cap. 62. n. 2. & seqq. ubi refert etiam contrarium tenentes, & conclusionem pluribus modis declarat, & præcipuè nisi adsit pactum meliorandi, quia tunc ex pacto, & proprio consensu excluderetur, facit quod dixi supra n. 1.

24 Multa alia de melioramentis factis, à bonæ, vel malæ fidei possessore, ab usufructuario, Prælato, vassallo, marito, conductore, emphyteuta, majore, hærede, emptore, socio, tutore, & his similibus, quando, & quomodo deducantur, vel compensentur, quando æstimentur, & alia, plene Garsia tr. de expens. & melior. per tot. Altimar. d. quæst. 45. tom. 7.

25 Et de successore, vel hærede ultimi possessoris bonorum Regiæ Coronæ, vel Majoratus, an possit repetere pretium melioramentorum à defuncto factorum, & alia ad rem, Cabed. dec. 111. part. 2. per tot.

26 In melioramentis habenda est ratio, etiam de fructibus, quando isti sunt rationabiles, & pretio correspondent. Peregrin. cons. 76. sub num. 10. vers. ibique ex locatione lib. 4. Rot. dec. 455. nu. 9. part. 19. tom. 2. rec.

Et fructus melioramentorum spectant ad meliorantem Mantiss. ad De Luc. lib. 5. dec. 10. nu. 1. & seqq. vol. 1. Emerix jun. dec. 443. nu. 10. dec. 905. num. 8.

27 Fructus prædii meliorati proportionabiliter sunt dividendi inter meliorantem; & Dominum fundi. Peregrin. de Fideicom. art. 50. n. 68. post medium vers. quamobrem satis est. Card. De Luca de legit. & detract. disc. 35. n. 46. Rot. dec. 614. nu. 9. tom. 2. part. 19. rec.

28 In æstimatione melioramenti citandi sunt creditores. Gratian. discept. for. cap. 874. n. 33. Rot. rec. dec. 554. nu. 2. part. 2. & dec. 591. nu. 7. part. 19. tom. 2.

Limitatur conclusio, ut per Rot. d. dec. 591. nu 8. part. 19. tom. 2. rec.

29 Melioramenta augent valorem rei. Rot. dec. 548. n. 43. part. 19. tom. 2. rec.

30 Melioramenta cedere debent commodo meliorantium, quando non adest pactum, quod bona reverantur cum melioramentis. Rot. cor. Seraphin. dec. 1496. n. 5. & cor. Duran. dec. 325. nu. 6. & in rec. dec. 551. n. 11. part. 19. tom. 2.

31 Melioramenta facta lite pendente non reficiuntur Rot. cor. Cels. dec. 381. n 9. & cor. Bich. dec. 129. n. 5. & in rec. dec. 643. n. 24. part. 19. tom. 2. Emerix Jun. dec. 1290. an. 10. ubi hoc benè declarat.

32 Melioramentorum cognitio differtur ad executionem sententiæ. Ansald. dec. 75. n. 30.

33 Melioramenta augent semper intrinsecum valorem Rot. cor. Bicch. dec. 179 nu. 2. & 3. & in rec. dec. 251. n. 17. part. 17. Ansald. dec. 91. n. 16.

34 Melioramentorum valor est æstimandus per peritos, & an debeant esse duo, & quælibet pars suum eligat, & quid si unus sit deputatus à publico, & citandæ partes ad interessendum, & quid si periti discordent, vel si tertius discordet ab omnibus, vel omnes inter se discordent. Ridolph part. 1. cap. 8. n. 115. Gratian. disc. 235. nu. 71. Carl. Ant. De Luc. in prax. Judicial. cap. 66. n. 4. pag. 211.

35 Melioramenta facta per emptorem in re hypotecata per venditorem an cadant sub hypotheca, & quis valor attendatur rei, si possessor utatur jure offerendi. Carol. Ant. De Luc. in prax. Judic. cap. 9. n 6. pag. 31.

36 Quænam æstimatio attendi debeat in melioramentis factis in prædio urbano, & signanter in domo emphyteutica, & quæ melioramenta refici debeant, & deciditur reficiendum esse quid melioratum, non quid impensum Rot. rec. p. 19. tom. 2. decis. 455. per tot. vide supra.

37 Meliorationes, an possint peti per hæredes feudatarii finita linea ipsius, dum feudum ammittitur citra culpam feudatarii. Card. De Luc. in tract. de lin. legal. art. 7. n. 32.

Meliorationes an possint peti linea feudatarii finita, si conventa fuisset devolutio illarum. Card. De Luc. de lin. leg. loc. sup. cit.

Meliorationes, si sunt inseparabiles, censentur feudales, & pretium est in hæreditate feudatarii decedentis Et an possint censeri donatæ. Carl. Ant. De Luc. de lin. legal. loc. adduct.

Me-

38 Meliorationes qualiter æstimentur. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. ibid. n.* 33.

39 Meliorationum in æstimatione an habenda sit ratio dareriorsrioaum. Rot. *decis.* 60. & 69. *part.* 5. *rec.* Card. De Luc. *de Fidec. disc.* 125. *nu.* 21. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. d. art.* 7. *n.* 35.

40 Melioramenta resultantia ex novo ædificio nisi probetur quod fuerat necessaria demolitio antiqui ædificii, & novi constructio, tamquam non necessaria, immo cum mala fide, non sunt reficienda. Caprar. *dec.* 758. *n.* 14. *part.* 2.

41 Melioramenta sunt compensandæ cum deterioramentis. Peregrin. *de Fideicom. art.* 50. *n.* 79. Pacif. de Salvian. *inspect.* 2. *cap.* 2. *nu.* 258. Caprar. *decis.* 233. *n.* 14. *part.* 1.

42 Melioramenta compensari debent cum fructibus perceptis à die motæ litis. Rot. cor. Bich. *dec.* 670. *n.* 19. & *dec.* 366. *num.* 13. *part.* 17. *rec.* Caprar. *d. dec.* 233. *n.* 15. *part.* 1. *dec.* 606. *nu.* 11. *part.* 2. & *dec.* 647. *n.* 8. & 10. *part.* 2. Vide supra *sub n.* 11.

43 Possessor, qui rem melioravit potest se liberare à molestiis creditoris hypothecarii, solvendo illi pretium, quamvis non adæquet creditum ejusdem. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 81. *nu.* 1. Capsar. *dec.* 719. *n.* 7. *part.* 2. & vide supra.

Contraria tamen sententia est verior. Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 3. *cum plurib. seq.* Caprar. *d. dec.* 719. *n.* 8. *part.* 2.

Et an ille, qui considerabiliter melioravit, possit petere retentionem, & offerre pretium rei, antequam melioraretur, Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 4. *n.* 5. *vol.* 1.

44 Melioramenta quod refici non debent, quando simpliciter fuit conventum; tunc in aliquorum sententia, servata dispositione juris, pactum est intelligendum, eveniente casu devolutionis culposæ, & quatenus melioramenta sint modica. Card. De Luc. *de emphyt. disc.* 31. *n.* 4. *vers. Et ad pactum.* Rocc. Episc. *cap.* 65. *n.* 35.

Adeo ut prædictum pactum dispositionem Juris non mutet cum sit dispositio ejus, quod tacitè ipsi Emphyteutico contractui inerat. Castr. *cons.* 270. *col.* 3. *ad fin. lib.* 2. Surd. *dec.* 300. *nu.* 20. 21. & 22. Rocc. Episc. *loc. sup. cit.*

45 Meliorationes factæ per Emphyteutam in area ab Ecclesia concessa, ex quorum solutione, eveniente casu devolutionis, valdè oneraretur Ecclesia; tunc eadem Ecclesia liberatur, solvendo id, quod hæres Empyteutæ ex ædificio diruto percipere posset. Tiraquell. *de retract. convent.* §. 7. *gloss.* 1. *num.* 5. *fol.* 963 Rocc. Episc. *ibid. n.* 40.

46 Melioramenta possunt ab Emphyteuta hypothecari, & census super illis impositus subsistit, quamvis in investitura reperiatur prohibita fundi, sive superficiei obligatio. Merlin. *dec.* 546. *num.* 21. & *seq.* Zarat. *dec.* 59. *n.* 7. Rocc. Episc. *ibid. n.* 36.

Melioramenta quod non possint hypothecari, fuerit specificè conventum, tunc pactum est omnino servandum. Rot. *dec.* 349. *n.* 5. *part.* 2. & *dec.* 294. *n.* 10. *part.* 1. *rec.* Rocc. Episc. *d. cap.* 65. *n.* 37.

47 Creditum Melioramentorum compensandum cum fructibus perceptis lite pendente dicitur Illiquidum. Rot. *dec.* 182. *n.* 24. *part.* 12. *rec.* Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 8. *n.* 6. & 7.

48 In liquidatione melioramentorum debet haberi ratio cementorum, & ruderum veteris ædificii, ex quo vendi possunt, & deservire pro nova fabrica. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *d. dec.* 8. *n.* 33.

49 Appellatione melioramentorum non veniunt necessariæ reparationes domorum. Emerix Jun. *decis.* 1082. *n.* 6.

50 Melioramenta compensari debent cum deteriorationibus factis per ornatus voluptuosos Peregrin. *de fideic. art.* 50. *n.* 79. Rot. cor. Pen. *dec.* 1082. *nu.* 6. *vers. quæ deducebantur*, & cor. Duran. *dec.* 338. *n.* 8. Emerix jun. *dec.* 264. *n.* 20.

51 Melioramenta non compensantur cum fructibus perceptis ex ipsis melioramentis. Cyriac. *contr.* 83. *nu.* 7. Rot. *dec.* 305. *in fin. part.* 6. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 443. *n.* 10.

52 Melioramenta comprehensa censentur in æstimatione rei. Emerix Jun. *dec.* 586. n. 10.

53 Melioramenta facta in re Emphyteutica, & prætio acquisita transeunt ad quoscumque hæredes etiam extraneos. Rot. *dec.* 349. *n.* 1. *vers. ratio fuit part.* 2. *rec.* & cor. Duran. *dec.* 338. *nu.* 3. Emerix Jun. *dec.* 6. *n.* 1.

Melioramenta facta in construenda domo pro habitatione Villicorum, & stabulis Animalium sunt reficienda Emerix Jun. *dec.* 182. *n.* 3.

54 Item Melioramenta facta in plantandis arboribus, & vitibus ex integro, non simpliciter subrogatis in locum demortuarum. Text. in *l. vel vites, ff. de impens. in rem dotal. fact.* Emerix Jun. *dec.* 182. *n.* 4.

Item Melioramenta facta in construendis aggeribus, & foveis pro avertendis fluminibus. Emerix Jun. *d. dec.* 182. *n.* 4. & *dec.* 443. *n.* 5. & *seqq.*

55 Melioramenta facta pro temporanea recollectione fructuum non sunt reficienda. Rot. *dec.* 203. *à nu.* 7. *cum seqq. part.* 12. *recent.* Emerix Jun. *dec.* 103. *num.* 11.

56 Melioramenta incœpta ab ono præsumuntur ab illo perfecta in totum Emerix Jun. *dec.* 586. *n.* 6.

57 Onus meliorandi de sui natura inest in Emphyteusi Caldas *de Emphyt. lib.* 2. *quæst.* 15. §. *Primo inquit*, *vers. quando enim.* Emerix Jun. *dec.* 1314. *n.* 10.

Quod tamèn intelligitur modica summa, secus in ingenti. Gratian. *discept.* 934. *n.* 11. & *seqq.* Rot. *dec.* 12. *n.* 2. & *seq. part.* 3. *rec.* Emerix jun. *decis.* 1314. *n.* 11.

58 Rota stante incertitudine circa liquidationem melioramentorum utitur arbitrio dandi Domino electionem, vel illa reficiendi, vel recipiendi antiquum rei pretium, Emerix Jun. *dec.* 443. *num.* 12. & *dec.* 873. *n.* 2.

59 Melioramentis in genere probatis solet dari imissio cum præfixione termini possessorii ad ea liquidanda in specie. Rot. cor. Cavaler. *dec.* 86. *n.* 3. & *decis.* 543. *n.* 3. & cor. Bich. *dec.* 304. *n.* 13. & *seqq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 24. *n.* 13. *lib.* 10. *vol.* 3.

60 Melioramenta debent probari, & quoad qualitatem, & quoad quantitsrem. Mantiss. ad De Luc *dec.* 4. *n.* 5. *lib.* 6. *vol.* 1.

61 Melioramentorum probatio resultat ex augumento valoris, quando istud est adeo notabile, & excessivum, ut verisimiliter ex solo temporis beneficio provenire non possit. Rot. cor. Bich. *dec.* 579. *n.* 2. & 3. *dec.* 251. *n.* 17. *part.* 17. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 43. *n.* 7. & 8. *lib.* 9. *vol.* 1.

62 In refectione melioramentorum attenditur quid minus inter impensum, & melioratum. Rot. *dec.* 563. *n.* 12. & 13. *part.* 11. & *dec.* 523. *n.* 12. *tom.* 2. *part.* 18. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 65. *n.* 1. *lib.* 9. *vol.* 1. & *dec.* 103. *lib.* 10. *n.* 24. *vol.* 2.

In Melioramentis vero necessariis refectio debetur habito respectu ad impensas. Rot. *dec.* 537. *n.* 11. *part.* 18. & *dec.* 564. *n.* 12. & 13. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 65. *n.* 2. *lib.* 9. *vol.* 1.

63 Usufructuarius melioramenta utilia non deducit. Garz. *de Expens. cap.* 14. *n.* 17. Rot. cor. Merlin. *dec.* 546. *n.* 44. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 65. *n.* 5. *lib.* 9. *vol.* 1.

In repetendis melioramentis utilibus magna differentia intercedit inter gravatum, & usufructuarium. Mantiss. ad De Luc. *loc. sup. cit. n.* 12.

64 Ad excludendam malam fidem pro repetitione melioramentorum sufficit quælibet præsumptio dominii. Rot. *dec.* 318. *num.* 35. 36. & 37. *part.* 9. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 13.

65 Melioramenta necessaria sunt reficienda tam usufructuario, quàm cuilibet possessori malæ fidei. Rot. cor. Seraph. *dec.* 898. *n.* 3. Dunoz. jun. *dec.* 665. *nu.* 2. & 3. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 14.

Nisi tamen concurreret dolus, ut scilicet domino fiat difficilior recuperatio. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 15.

Melioramenta etiam utilia refici debent usufructuario, & cuilibet alio habenti dominium resolubile, dummodò utilitas sit perpetua, & res effecta fuerit pretiosior. Salgad. *in labyr. Credit. part.* 1. *c.* 11. *n.* 55. Rot. cor. Bich. *dec.* 564. *num.* 12. & *dec.* 145. *num.* 9. & 10. *part.* 16. *rec.* Mantiss. *loc. adduct. num.* 16.

Me-

Melioraments facta iu vim pacti dicuntur necesfaria. Rot. decis. 704. num. 8. part. 18. tom. 2. rec. Mantiss. ad De Luc. ibid. n. 17.

67 Usufructusrius gravatus, & emphyteuta, fructus eum melioramentis uon compenfant. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 28. n. 7. Castill. de usufruct. cap. 52. n. 24. Maotiss. ibid. n. 22.

Miousque emptor cum pacto de retrovendendo. Rot. dec. 94. num. 22. part. 15. rec. Mantiss. ad De Luc. loc. cit. n. 23.

Nec pussideos de decreto Judicis. Rot. cor. Merl. dec. 363. n. 5. Mantiss. ad De Luc. ibid. n. 25.

Contraria opinio in omnibus prædictis procedere posset in melioramentis respicientibus temporalem utilitatem Rot. dec. 300. n. ult. part. 17. rec. Mantiss. ad De Luc. d. dec. 65. n. 24. lib. 9. vol. 1.

68 Retinens aliena melioraments tenetur restituere fructus ex illis perceptos Rot. decis. 6. nu. 37. part. 11. rec. Msotiss. ibid. n. 26.

Reputstusque congrua eorum tsxatio sd rationem quatuor pro ceutenario Mantiss. ad De Luc. d. dec. 65. n. 27. lib. 9. vol. pr.

69 Melioraments confecta ex pecunia sd id mutuats sunt obnoxia mutuanti cum potioritate. Card. De Luc. de Cred. disc. 24. n. 12. Quid ubi pecunia nou fuisset mutuats in istam causam. Card. De Luc. d. disc. 24. nu. 13. Amplia, licet facta fueriot pro restauratione deteriorstioonm. Card. De Luc. dict. disc. 24. n. 12.

70 Meliotsments corporalia ab incotporalibus distinguuntur. Card De Luc. de Legit. disc. 35. n. 3. & 6. ubi aliæ species eoumerantur.

71 Meliotamenta facta in bonis Ecclesiæ, cujus commodo cedant. Card. De Luc. de Legit. disc. 35. n 1. in fin. de Benef. disc. 82. ex n. 5. disc. 86. nu. 2. In dubio facta censentur ea fructibus beneficii, & secluso indulto cadunt sub spolio. Card. De Luc. de Benef. d. disc. 82. n. 2. & 5. & disc. 86. num. 5. De differentia quando illa petantur à beneficiato vivente, vel per ejus hæredes Card. De Luc. de Benefic. disc. 86. n. 3. & 6.

72 Melioramenta facta in bonis Ecclesiæ nulliter alienatis, an cedant illius favore etiam quoad fructus. Card. De Luc. de Alien. disc. 4. sub n. 4. 5. & 10. & disc. 14. n. 7.

73 Meliotsments intrinseca tesultautis ex industria, & sumptu possessoris quæusm dieantur. Card. De Luc. de Legit. disc. 35. n. 45.

74 Melioraments separabilia non præsumuntur donata, & detrahuotur. Card. De Luc. de Benef. disc. 82. n. 5. de legit. disc. 35. ex n. 11. ubi declarstur; Qualia dicantur. Card. De Luc. de Legit. disc. 35. n. 4. & 5.

75 Maliotamenta Feudo, seu Castro snnexs cedunt suo, & melinrans efficitor simplex creditor. Card. De Luc. de Feud. disc. 88. nu. 3. de Alien. disc. 4. n. 6. Cadunt sub prohibitis alienatione bonorum feudalium. Card. De Luc. de Emphyt. disc. 44. n. 5.

76 Melioramenta hæres gravatus non detrahit si prohibuerit testator. Card. De Luc. de Fideic. disc. 135. n. 21. Et quomodo obtineat equivalens bonotum juxta statum anterius, si fideicommissarius est impotens illa reficere. Card. De Luc. de Fideic. disc. 168. n. 3.

77 Meliorsments coufusa si fuerint amotis terminis, & ignoretur, quæ res sit antiqua, & quæ superaddita, quomodo detrahantur. Card. De Luc. de Legit. disc. 35. ex n. 14. vid. eund. in Indice general. in verb. Confusio.

78 Melioransj Jure Domini quid differat a meliorante jure possessoria. Card. De Luc. de Fend. disc. 27. n. 9. Et quid referat Mala fide tesulrante ab obligatione prævidendi easum futuræ resolutionis. Card. De Luc. de Feud. d. disc. 27. n. 3. de Emphyt. disc. 72. 3. & seq.

79 Melioransj qusnam actione recuperare possit melioramenta Card. De Luc. de Cred. disc. 24. n. 3.

§. MEMBRUM. XIII.

MEmbrs propriè dicuntur illa, quibus diverso, 1
& proprio officio corpus movetur, unde digitus oon est membrum, sed pars membri, & statutum puniens abscindentem alteri membrum non habet locum in abscindente digitum, Clat. §. fin. qu. 69. vers. itemquæro, Mastril. decis. 168. per tot. ubi tamen limitat nisi abscissio digiti fiat apostato modo, vel nisi debilitet manum, & alia digito §. Vulnus n. 17. & §. Statutum puniens n. 2. Basilic. dec. crim. 44. n. 10

Si tamen statutum, sive lex loqueretur generaliter de membro sliquo propter vim hujusmodi dictionis universalis, veniret etiam digitus sub nomine alicujus membri secundùm Surd. dec. 383. nu. 14.

Quæ veniant appellatione membri, latè Guaz. def. 33. c. 6. per tot. Cabal. resolut. crim. cas. 236. n. 3. &c. Barbos. de appellat. verb. signif. appellat. 146. per tot. ubi sequitur supradictam regulam, & quod oon veniunt digiti, neque dentes, neque auricula, sive ills exterior cartilsgo auris, neque barba, sive illam accipiamus pro pilis, pro mento, venit tamen mamilla fœminæ, ut ibi per eum, quamvis & de illa sliqui teneant non venire sub appellatione membri, vide Ant. de Ballis tract. var. lib. 3. cas. 2. per tot. Farinac. q. 19. n. 23. & seqq. & de Immunit. n. 249. Giurb. cons. 20. Conciol. resol. crim. verb. Immunitas resolut. 3. nu. 14. ubi ad effectum immunitatis Ecclesiæ pro mutilatione membri, & in verb. Statutum resol. 3. Idem Basilic. d. dec. 44. à n. 10. Fagnan. in cap. cum illorum n. 17. de sentent. excommunicat. lib. 5. Decretal.

Quòd auris cartilago non sit membrum, Ricc. Prax. var. resol. cap. 67. nu. 2. &c.

De omnibus hoc numero contentis, Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 10. §. 1. & 2. n. 32. & seqq.

Membrorum suorum nemo est dominus, l. liber 2
homo, ff. ad l. Aquil. ex quo plura notabilia infert Ric. Collect. 578. part. 3. Carpzov. in prax. crim. part. 1. qu. 16. n. 3. Brunnemmann. in d. l. liber homo ff. ad l. Aquil.

Membrum quid sit, qualiter membra omnia pro totius corporis salute sint exponenda, & alia remissivè Calteion. Alphab. jurid. verb. Membrum, & Co. August. Fontana Bibliotb. leg. part. 5. eodem verb. fol. 110.

Membra, sive membrum alteri, vel sibi, aut ma- 3
jorem partem membri voluntariè, aut culpabiliter, idest circa necessitatem mutilantes efficiuntur irregulares eodem modo sicut occidentes, & quandoque excommunicantur, veluti si offensi sint Clerici, quid in debilitantibus, & alis, Carol. Ant. Thesaur. de pœn. Eccles. part. 2. verb. Membrum fol. 231. Vide insin in novissimis additionibus Crescin.

Membri amputstioois pœna in sententia posita de 4
quonam membro accipi debeat Carpzov. in d. prax. crim. part. 3. q. 123. à n. 43.

Membra debent esse ejusdem naturæ cum capite 5
Card. De Luc. de Benefic. disc. 63. n. 11. Fagnan. in cap. præsentia n. 98. de Probat.

Membra separari non debent a suo capite Card. 6
De Luc. de Regal. disc. 17. n. 6. Rot. rec. part. 19. tom. 2. dec. 469. n. 46.

Membra honorabiliora, exceptis gravibus culpis, 7
non sunt verberibus subiicienda Fagnan. in c. cum voluntate n. 32. de sent. excomm.

Mutilare sibi membrum putridum corporis cor- 8
ruptivum num liceat sine incursu irregularitatis Fagnan. in cap. à crapula n. 38. de vit. & honest. Cleric.

Et an liceat sibi membrum amputare ad evitandam sevitiam Tyranni Fagnan. in d. cap. a crapula num. 39.

Membrum sd effectum inducendi irregularitatem 9
illud a DD. censetur quod habet in corpore officium separatum ab aliis partibus, & solet dividi ut aliud sit magnum seu principale, & aliud parvum, sive minus principale.

Membrum magnum appellatur manus, pes, oculus, nasus, & aures. Parvum vero membrum dici-

tur

tur dens, digitus, & mamilla; & circa hæc parva membra discrepant Canonistæ, an per eorum abscisionem inducatur irregularitas? & videtur prævalere pars negativa, nam hæc consideratur in solis membris magnis, & principalibus Tolet. *lib.* 2. *cap.* 74. *per tot.*

Pollex, & Index tamquam digiti necessarii ad consecrationem, si obscinderentur, causarent irregularitatem Antonell. *de Regimin. Eccles. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5. Quamvis contrarium sentiat Gibalin. *de irregul. c.* 4. *qu. pr. n.* 46.

Membris magnis sunt addenda lingua, & membrum genitale. Ugolin. *de Irregularit. cap.* 4. §. 4. *pag.* 16.

10 Qui obtruncat caput, vel brachium, aut aliud membrum homini mortuo non incurrit irregularitatem Archidi *in c. si quis* 25. *q.* 1.

§. MENDACIUM XIV.

1 MEndacium propriè sumptum, est dictum, quo aliquid contra id, quod mente, & animo credimus, sive habemus affirmamus, vel negamus, an autem requiratur animus fallendi audientem, quotuplex sit mendacium, nempè jocosum, officiosum, & perniciosum, an aliquando liceat mentiri, an, & quando mendacium sit peccatum veniale, vel mortale de mendaciis, quæ in promissionibus committuntur, item de illis, quæ verbis æquivocis, vel sermone amphibologico, factis, vel signis consistunt, & similibus quæstionibus de hac materia, latè Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 1. 2. 3. & 4. *per tot. fol. mihi* 1041. *&c.* D. Rayman. *in summ. lib.* 1. *tit. de mendac. fol. mihi* 97. Gabr. Vasquez in S. Thom. 3. *part. tom.* 4. *qu.* 91. *art.* 1. *dub.* 7. *fol.* 174. ubi de mendacio in confessione, an, & quando sit peccatum mortale, Turrian. *tract. de justit. disput.* 50. *dub.* 1. *per tot.* ubi an quandocumque mendacium in judicio sit mortale, Cajetan. ad D. Thom. 2. 2. *q.* 69. *art.* 1. *in respons. ad* 3. *argument.* Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. Navar. *in Manual. c.* 18. Tolet *in sum lib.* 5. *cap.* 58. Alvarez de Velasch. *tract. de jud. perfect. Rubr.* 14. *annot.* 4. *nu.* 28. *& seqq.* ubi videtur concludere, ut quodlibet mendacium in judiciis, & ad judicia pertinens, quod alias esset veniale, efficiatur mortale, quod verum est accedente juramento, vel ubi agitur de re gravi, facit quod dixi in §. *Juramentum n.* 57. *&c. infra num.* 6. Quid sit mendacium punibile Cyriac. *cont.* 284. Plura Fagnan. *in cap. falsidius de crim. Fals.* Layman. *Theol. moral. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 13. *a nu.* 1. *tom.* 2.

Plura de vocum æquivocatione, & nominum restrictione mentali, quæ reducitur ad mendacium, Th. Hurtad. *resolut. moral. part.* 2. *tract.* 7. *per tot. fol. mihi* 38. *&c.* Vide Fagnan. *in cap. falsidicus n.* 55. *a n.* 83. *&* 153. *de Crimin. Fals.* Layman. *loc. cit.*

2 Mendacium dupliciter committitur, nempè, verbis, & factis, verbis numquam mentiri permittitur, factis autem sic ex justa causa, quia facta, sive opera non sint instituta ad significandum animi conceptum, & ideò si ex opere animum alterius non intellexeris, hoc potius ex industria agentis accidit, quàm ex significatione operi deputata, secus autem in verbis, quæ sunt ad significandum instituta, & ideò qui illorum mutat significationem peccat, licitum est enim uti simulatione, & quodammodo eludere fictione in facto consistente, non autem in verbis, ut benè explicat Sperel. *decis.* 148. *numer.* 21. *&* 22. quod committatur verbis, & operibus Fagnan. *loc. cit. n.* 114. *&* 115.

Quòd mendacium differat à falsitate, quia mendacium est fingere quod verum non est falsitas verò negare, quod verum est, Joannes à Capistrano *in specul. conscient.* n. 306. *&* 307. Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *qu.* 107. *nu.* 21. Mendacium dicens an in crimen falsi incidat Carpz. *in prax. part.* 2. *q.* 93. *n.* 9.

3 Mendacium, variatio, titubatio, an faciant indicium ad torturam, relinquitur arbitrio judicis, qui considerare debet, an sit circa substantialia, & alia, de quibus Clar. §. *fin. q.* 21. *versic. Mendacium*, Farinac. *qu.* 52. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 1. *q.* 17. ubi etiam per quot testes debeat convinci mendacium, Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1042. *per tot.* Menoch. *lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 67. *&c.* Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *resolut.* 15. Cabal. *resol. crim. cas.* 20. *n.* 136. ubi quòd non, nisi junctis aliis indiciis, Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 119. *& seqq. fol.* 224. Possent. *sing.* 205. ubi quod non faciat indicium ad torturam in reo, cui in foro fori licitum est mendacium dicere.

Quòd mendacium à delicto remotum, etsi probatum non faciant indicium, Bart. *in l. eos qui nu.* 5. *ff. ad l. Cornel. de fals.* Ruin. *cons.* 36. *n.* 3. *lib.* 4. Grammat. *dec.* 43. Giurb. *cons.* 87. *n.* 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 468. *nu.* 24.

Quòd in teste faciat indicium ad torturam, non autem in principali imputato, post relatas contrarias opiniones distinguit Vivi. *comm. opin.* 497. vide Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *qu.* 107. circa hanc materiam vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 6. *quæst.* 4. *n.* 6. *&* 7. *tract.* 7. *quæst.* 4. *num.* 3. Cabrun. *lucubr.* 36. *a n.* 90. *lucubr.* 41. *a nu.* 28.

Qualiter puniatur mendacium, & qualiter illius pœnæ à jure inductæ possint evitari, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 109. *per tot.* ubi infert ad plura, facit quod dixi in §. *Negotio n.* latè Tusch. *litt. M. conclus.* 188. ubi quòd mendax punitur multis modis.

De pluribus effectibus mendacii in civilibus, Ricc. *Collect.* 209. *&* 210. Mascard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 1042. ubi quod committitur mendacium non solum non dicendo veritatem, sed etiam illa tacendo, non tamen præsumitur, nisi probetur, cùm sit de genere malorum, ex quibus autem arguatur, qualiter mendax in uno præsumatur mendax in omnibus, & contra eum oriatur non levis suspicio circa alia genera malorum, & alia contra mendaces.

Mendacium dicere, sive mentiri facilè præsumitur inimicus, & ob id à testimonio repellitur in causa inimici, ut latè declarat Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1049. *per tot.* vide in §. *Inimicitia n.* 4. ubi plura, & plures allegavi. 4

Mendacium testis non respiciens substantialia negotii non adimit illi fidem, Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsump.* 22. *nu.* 19. *& seqq.* Farinac. *qu.* 67. *n.* 137. *&* 179. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 547. *nu.* 10. Rot. in Bonon. Censua 29. Martii 1675. coram Albergato, post Urceol. *de transact. dec.* 76. *nu.* 6. vide in §. *Testis*, quando mendacium attendatur in testibus De Luc. *de Judic. disc.* 32. *nu.* 51. Cabrun. *lucubr.* 41. *n.* 16. 5

Mendacium qualiter semper sit in se malum, Deo, ac hominibus invisum, tamen simplex licet non sine culpa, non tamen est magna culpa, imò quandoq; reputetur licitum si fuerit officiosum, ita ut rigida existimetur Theologorum sententia mendacium quandocumque esse peccatum; sed quidquid sit nullam in foro externo meretur pœnam, maximè si mendax nihil commodi, aut emolumenti inde reportavit, & mendacium fuit sine dolo, ac neminem lædens, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 147. *per tot. & dec.* 470. *per tot.* in eadem causa ubi fuit confirmata prima decisio, quia etiam mentiri non dicitur, nec fallere, sed falli qui dicit falsum, quod putat verum, qui audivit à fide digno, cui credidit cum mendacium propriè sit falsa significatio vocis cum voluntate fallendi, nec præsumatur dolosè dictum, ac ideò non inducat actionem de dolo, nisi causa lucri sui sit dictum; alias enim mendacium citra juramentum, & extra judicium, simplex est peccatum veniale, & quandoque benignitatis, & pietatis dum sit pro salute alterius, ut benè probat I, & declarat Rot. in citatis decisionibus cum aliis relatis supra *num.* 1. & dixi in §. *Testis n.* 24. Vide Fagnan. *loc. supra citat.* Layman. *loc. pariter supra adducto*, & infra *in noviss. addit.* Crescin. 6

Plura de veritatis moralis natura, & dedecore, ac de veracitatis quidditate, de ejus objecto materiali, & formali, dignitate, & necessitate veritatis; Et è contra de mendacii dedecore, & fœditate inexpurgabili, variisque defectibus indirectè veracitatem 7

tem impedientibus, de ejus partitione, & veneno, ac malo intrinseco, & indispensabili, itaut sit error aliquorum asserentium, mendacium quandoque saltem non inhonestum.

An sit permissa quandoque ex causa æquivocatio, & restrictio mentalis, aliaque plurima ad rem, Theophil. Raynaud. ex Societ. Jesu in Apend. ad Leonard. Less. *tract. de just. & jur. fol. mihi 669. & seqq. impressionis Lugduni* 1653. Hæc tamen amplius haud habent locum ob declarationem S. M. Innocentii XI. *sub n.* 26. & 27. ubi sic legitur.

Si quis, vel solus, vel corã aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumq; alio fine juret, se nõ fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod nõ fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec est perjurus.

Causa justa utendi his amphibologiis est quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, itaut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

De quibus latè Lumbier. *in suo tract. de proposit. damnat.* Vide Fagnan. *in dict. cap. falsidicus n.* 55. *a nu.* 83. *& seqq. & nu.* 153. *de crimin. Fals.* Laym. *Theol. moral. lib.* 4. *tr.* 3. *cap.* 13 *a n.* 6. *cũ seqq. tom.* 2.

8 De mendacio, & ejus effectibus, quando sit peccatum mortale, vel non, & alia ad rem indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Mendacium*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *cod. verb. fol.* 111. Bellegrand. *in Compend. rer. crimin. method.* Fagnan. *supr. Decret.* Cabrun. Layman. & alii.

9 Mendacium jocosum præcepto addito nõ solum est peccatum inobedientiæ, sed etiam linguæ Fagnan. *in cap. Cum pridem n.* 29. *de pactis tom. pr.*

10 Mendacium aliquod si in scriptura Canonica admittatur mutabitur fides nostra, quæ ex illa dependet. Fagnan. *in cap. Venerabili num.* 33. *de test., et attestat. tom.* 2.

11 Mendacii ad rationem verba materialiter se habent, sed formaliter ex mente proferentis est accipienda. Fagnan. *in cap. Falsidicus n.* 33. *in fin. de Crim. fals. tom.* 5. Declaratur. *ibid. n.* 163.

12 Mendacium omne ex suo genere est peccatum. Adeo ut nec ad vitandam mortem, aut pudicitiam servandam, nec pro salute animæ, nec pro Dei gloria mentiri liceat. Fagnan. *in d. cap. Falsidicus nu.* 57. *de Crim. Fals. tom.* 5.

Mendacio, & odio Dei adeo intrinseca est malitia, ut nec per Omnipotantiam Dei absolutam possit auferri. Fagnan. *loc. sup. cit. n.* 58.

Mendacium Juramento firmatum in quacunque materia, & ex quacunque causa, semper est mortale peccatum. Fagnan. *in d. cap. Falsidicus n.* 82. *et* 88. *de crim. fals. tom.* 5.

13 Mendacia si non habent quem decipiant, ipsa sibi mentiuntur. Fagn. *loc. cit. n.* 89.

14 Mendacium per vetus Testamentum tueri non licet. Fagnan. *ibid. num.* 160. *et* 162. Et quomodo in scriptura Divina à mendacio excusentur, quæ secundum litteram videntur falsa. Fagnan. *ibid. n.* 161.

15 Mendacium committi potest tàm falsum exprimendo, quàm verum tacendo. Text. *in cap. Cum dilecti filii de accusat.* Fagnan. *in cap. Super litteris nu.* 7. *de Rescript. tom. pr.*

16 Mendacium necat privilegium. Bald. per text. *in l. Et si in princ. Cod. si contra jus.* Fagnan. *in d. cap. Super litteris n.* 15. *de Rescript. tom. pr.*

17 Non omnis qui falsum dicit, mentitur, neque omnis, qui mentitur re ipsa falsum dicit, Layman. *Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 13. *n.* 2. *tom.* 2.

18 Qui absque debita consideratione falsum dicit, sine fallendi proposito, peccat contra veritatis virtutem, sed propriè non mentitur. Layman. *Theol. Moral. d. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 13. *n.* 13.

19 A Mendacio quid excludendum. S. August. *in l. contra mendacium cap.* 10. Layman. *Theol. Moral. cit. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 13. *n.* 4. §. *Deinde.*

20 Mendacium requirit intentionem fallendi. Gabriel. *cons.* 183. *n.* 4. Thesaur. *dec.* 50. *n.* 6. Cabrun. *lucub.* 34. *num.* 15.

21 Mendacium, ut faciat indicium, probari debet. Conciol. *alleg. for.* 93. *n.* 44. Cabrun. *lucubr.* 36. *nu.* 90. *et* 93.

22 Mendacium, non facit indicium, si non sit circa substantialia delicti. Honded. *cons.* 102. *nu.* 50. *libr. pr.* Farinac. *de indic. quæst.* 52. *nu.* 11. Cabrun. *loc. cit. n.* 91.

23 Mendacium non facit indicium, quando si Reus illud confessus fuisset, ei non nocuisset. Mascard. *de prob. concl.* 1044. *n.* 3. Conciol. *d. all.* 93. *n.* 46. *et all.* 94. *n.* 31. Cabrun. *loc. cit. n.* 92. *et* 94.

24 Mendacium etiam à remotis juvat ad faciendum indicium. Vulpel. *cons.* 109. *n.* 8. Cabrun. *lucubr.* 41. *num.* 29.

25 Mendacium redolet dolum, seu culpam latam. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 16. *n.* 5, *et* 6. ubi declaratur.

26 Mendacium non est præsumendum in Episcopo, & toto Capitulo Card. De Luc. *de Benef. disc.* 15. *n.* 13. Neque ubi cessat causa mentiendi. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 16. *n.* 17.

27 Mendacium punibile est, & ideò mendaci dandæ sunt copiæ Indiciorum. Farin. *quæst.* 39. *num.* 148. Lucatell. *inspect.* 5. *num.* 268. *vers.* 11. verò Zuff. *de legitim. process. Crim. lib.* 3. *quæst.* 107. *n.* 22.

28 De Mendacio ad magis reum convincendum utimur confrontatione. Scaccia *de Judic. cap.* 86. *n.* 6. Zuff. *de legitim. process. crim. lib.* 3. *quæst.* 106. *nu.* 12. *et quæst.* 132. *nu. pr. lib. eod.*

29 Mendacium non licet Judici dicere. Bajard. ad. Clar. *quæst* 55. *num.* 2. Zuff. *de legit. Process. Crim lib. pr. quæst.* 38. *n.* 4.

A Mendaciis debet cavere Judex. Guazz. *defen.* 20. *c.* 7. *n.* 5. *vers. qui non est.* Zuff. *de legitim. Process. Crim. quæst.* 57. *n.* 11. *lib. pr.*

30 Mendax pro confesso habetur. Text. *in l. de ætate* §. *si cum esset ff. de interrogat. act.* Zuff. *de legitim. Process. Crim. quæst.* 195. *n.* 17. *lib.* 3.

31 Mendax in uno mendax in omnibus. Rot. *dec.* 160. *nu.* 15. *part.* 7. *rec.* Card. De Luc. *de Dote disc.* 159. *n.* 71.

32 Mendax non est qui dirigit gressus in aliquam partem ad quam ire non intendit. Fagnan. *in cap. Falsidicus n.* 34. *et* 164. *de Crim fals.*

Mendax est qui lingua profert contrarium ejus, quod mente gerit. Fagnan. *ibid. n.* 90. *et seqq.*

§. MENSURA. XV.

1 MEnsura loci contractus, & non loci, in quo prædia mensuranda existunt debet attendi, juxta Addit. Pract. Pap. *for. act. real. gloss. cui cohær. &c.* sed vide in utramque partem Gratian. *discept. forens. cap.* 11. *num.* 19. *&c.* Vinc. de Anna *sing.* 572. 573. *et* 574. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 53. *num.* 5. *et* 6. ubi concludit spectandam esse mensuram, quæ servatur in loco rei venditæ, & mensurandæ sint fossata, vel viæ publicæ, sive privatæ, ac se remittit ad Bartol. *in leg. prædia*, §. *ita legatum, ff. de fund. instruct. & instrum. leg. & in l. littora* 51. *ff. de contrahend. empt. & vendit.* & dicit spectandam esse consuetudinem regionis, adde Anton. Gob. *tract. de aquis quæst.* 30. ubi an sint mensuranda fossata. An ripa Fluminis, & Berleda, Alex. *cons.* 120. *lib.* 2. Surdus *cons.* 376. Ludovis. *decis.* 155. Gibalin. *de de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *consect.* 4. *fol.* 72. ubi plura de mensuris reis definiendis juxta consuetudinem loci, in quo sita est, nisi aliter sit conventum inter contrahentes. Hermosil. *leg.* 24. *gloss.* 2. *n.* 46. *tit.* 5. *part.* 5. & De Luc. *de Regal. disc.* 82. *num.* 2. & 3. & Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect. pr. à n.* 148. *tom.* 3. Petr. ad Capyc. Latr. *decis.* 14. *n.* 2.

Quod sit facienda communibus expensis emptoris, & venditoris, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 549. *nu.* 41. *&c.* Paul. Christin. *decis.* 59. *num.* 23. *vol.* 3. ubi tamen allegat solum dubitantem spectare ad solum venditorum, quod absolutè probat Costa *de ratione ratæ quæst.* 35. *num.* 3. ubi etiam qualiter sit corrigendus error. Vide Altimar. *loc. sup. relat. nu.* 151. *et n.* 152.

Quando autem sit facienda expensis petentis, Bart.

tractat. de testam. nu. 55. Mascard. *de probat. concl.* 1060. *num.* 5. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *nu.* 554. *fol.* 301.

Quòd ubi fuit conventum de certa mensura, vel quantitate tornaturarum, sive seminia illa sit manutenenda, sive venditio sit facta ad mensuram, sive ad corpus, maximè si defectus sit in notabili quantitate, quia tunc semper intrat obligatio ad supplementum, Castr. *in leg. si servum,* §. *si modus an.* 2. *ff. de act. empt.* Pinel. *in leg.* 2. *part.* 3. *cap.* 2. *sub num.* 9. *Cod. de rescind. vendit.* Covar. *pract. quæst. cap.* 3. *num.* 7. Cost. *de port. rat. quæst.* 35. *nu.* 6. cum aliis per Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 93. *per tot.* Rot. *dict. part.* 9. *dec.* 135. *per tot. in eadem causa, & par.* 57. *decis. pr. per totum* Bich. *dec.* 97. *per tot. & decis.* 281. ubi plenius, vide in §. *Venditio n.* 16. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect. pr. à num.* 129. *tom.* 3. Vide Faber. *in Cod. libr.* 4. *tit.* 28. *desin.* 24. Cyriac. *contr.* 53. & 54.

Quòd vendito prædio ad mensuram, sit habenda ratio in mensuram alvei, fossatum, viarum, platearum, areæ, sepium, macerium, domus, & similium in prædio existentium, ac ad prædium spectantium, & non publicarum, Cabal. *cons. decis.* 139. *per tot. lib.* 2. alios citavi in §. *Venditio nu.* 16.

2 Mensura est facienda prævia judiciali denunciatione, monitione, vel citatione parti ad interessendum, Alex. *cons.* 33. *num.* 9. *lib.* 6. Gratian. *discept. for. cap.* 874. *num.* 36.

Facta uno tempore, non probat quoad aliud tempus, cum ea multis causis possit dari mutatio, & inter diversas personas non juvat, idem Gratian. *cap.* 512. *n.* 3. *&c.*

Quòd facta pendente lite, & parte non citata, non sit attendenda, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 226. *sub num.* 22.

3 Mensura certi loci adiecta præstatione legati, vel alterius rei promissæ, operatur quod solutio sit facienda in loco, de cujus mensura fuit conventum, Gratian. *discept. forens. cap.* 549. *n.* 24. *&c.*

4 Mensura pro habenda distantia locorum fieri debet per lineam rectam, & quando linea dirigi non potest propter aquas, vel alia impedimenta, extendenda est cordula per aerem, si verò ageretur de assignandis dietis, sive diebus testibus, vel partibus ad comparendum, fieri debet mensura per viam solitam frequentatam, etiam breviori, minus frequenti relicta, Batt. *in tract. de test. vers. Vicena,* Mascard. *de probat. conclus.* 1059. *per tot.* ubi de mensura milliarium, & de dictis, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *libr.* 14. *tit.* 17. *nu.* 551. *&c. fol.* 301. Card. Tusch. *littera M, conclus.* 203. *num.* 2. *et seqq.* ubi plura qualiter sit facienda mensura, & quid operetur, Rot. *par.* 16. *rec. decis.* 318. ubi in terminis distantiæ unius apothecæ ab altera ejusdem artis, juxta statutum Bononiæ, *et decis* 404. *per tot. in eadem causa,* utrobique plura, contra Postium, quem falsum Doctorem appellat, &c.

Quòd distantia unius loci ab alio probetur per famam, & vulgi opinionem, Mascard. *de probation. conclus.* 524.

De prædictis hic enunciatis, Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloss.* 2. *num.* 44. *et seqq. leg.* 24. *tit.* 5. *fol.* 543. ubi quod si agatur de dietis ad iter agendum, mensura est facienda per vias frequentatas, & planas; si de distantia de loco ad locum per terram recto tramite, non per vias consuetas, si de distantia unius Molendini ab alio, tortuosa per littora fluminis, si de loco vicino per tot. milliaria, recto tramite, de qua materia latè etiam Orter. *tract. de Officiul. Reip. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 18. *et seqq.* Et mensuram non esse concedendam etiam expensis petentis, quando ex vulgi opinione de illa constat, quia credendum est à certa mensuratione antiquorum originem habuisse, Seraphin. *decis.* 1370. *per tot.*

Et in materia delationis armorum graviori pœna prohibitæ intra certa milliaria propè Civitatem dominantem, quomodo sit facienda mensura, vigore legum municipalium Florentiæ dixi in *Pract.* §. *Miglia num. pr.*

Circa immunitatem Ecclesiæ pro triginta, vel quadraginta passibus juxta ea, quæ dixi in §. *Immunitas num.* debet fieri mensura incipiendo ab ostio Ecclesiæ à parte exteriori, & passus intelligitur de quinque pedibus, pes verò de quinque digitis, Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 190. *fol.* 531. Farinac. *in Appendic. de Immunit. Eccles. cap.* 18. *num.* 285. *&c.*

Mensuris, vel ponderibus falsis, sive injustis utentes, dicunt committere falsum, & de jure civili judicis arbitrio puniuntur, Conciol. & Romaguer. *ad* 5
Stat. Eugub. lib. 5. *Rub.* 29. ubi qualiter sint signanda signo publico, & alia; de jure verò Pontificio in foro pœnitentiali pœnitentia jejunii 30. dierum in pane, & aqua, licet possit arbitrio Sacerdotis, moderari, cum pœnitentiæ omnes hodie sint arbitrariæ, Menoch. *de arbitr. cas.* 307. *per tot.* Franch. Marc. *quæst.* 279. *part. pr.* Bald. *cons.* 155. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 15. *per tot.*

Quòd etiam dicantur furtum committere, & furti teneantur, Bonifac. *de furt.* §. 4. *num.* 57. *fol. mihi* 170. *per text. in leg si quis uxori,* §. *si majora, ff. de furt.*

Quòd mensores agrorum, frumenti, vini, itineris, & similes, prout etiam calculatores, dolo mensuras, vel numeros falsas, vel falsos referentes, teneantur de dolo, *leg. pr. & tot. tit. ff. si mens. fal. mod. dix.* Bonifac. *loc. citat. num.* 51. *& seqq. ad* 57

De mensuris, & ponderibus justis habendis, & tenendis per Communitatem in nundinis, & emporiis, ac de justa exactione gabellæ pro illis mutuandis à contrahentibus, quæ dicitur proventus Communitatis, & venditur, nec possit ab aliquo impediri sub pœna refectionis damnorum, & cessationis à novitatibus, Ansald. *cons.* 135. *per tot.* ubi de dicto proventu Terræ Prati. Vide infra *in novissimis addition.* Crescin.

Mensura una permissa, vel ordinata, aliæ censentur prohibitæ, & quomodo, Tusch. *litt. M. conclus.* 6
202. Bald. *cons* 198. *lib.* 2. Bart. *cons.* 13. *lib.* 2.

Plura de mensuris, & ponderibus mercium, antiquis, & modernis, Gibalin. *de univ. negot. lib. pr. cap.* 6. *per tot. fol. mihi* 148. *& seqq. ad* 186.

Mensura qualiter probetur per testes asserentes vidisse, & mensurasse, vel saltem mensurare vidisse, & 7
alia ad rem de diversis mensuris, Mascard. *de probat. vol.* 2. *cons.* 1047. *per tot.* facit Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.* 12. & 13. ubi qualiter debeat constare de mensura, quando agitur de archibusetis brevioris mensuræ, & videtur requirere quod testes dicantur vidisse, tetigisse, & mensurasse, cum alias possint circa mensuram de facili decipi, non autem sit necessaria ocularis inspectio judicis, vel cancellarii, quando arma non habentur in fortiia Curiæ; Et ita ego vidi sæpè Florentiæ, & servavi excusari delatores hujusmodi armorum à pœna majori ob dictam qualitatem brevioris mensuræ non probatam, & condemnati in pœnam minorem pro archibusiis longis & ordinariis impositam, quando de illis licentiam non habebant; licet non ignorem, sæpè etiam ex simplici testium depositione de archibusis parvis, vel terzetis non aliter coarctata illorum mensura fuisse delatores condemnatos in pœnam majorem bannimentorum pro archibusis parvis, sive brevioris mensuræ impositam, quamvis hujusmodi delatores de facili obtineant gratiam, vel moderationem pœnæ ex Principis benignitate, nisi aliud obstet.

Quod pro parte Fisci sit concludenter probanda parvitas mensuræ à legibus requisita, uti qualitas necessaria ad imponendam pœnam, Guaz. *de contrsc. concl.* 13. *ampliat.* 88. *num.* 15. *& seqq. & ad deffens. deffens.* 4. *cap.* 8. *n.* 3. Farinac. *quæst.* 108. *num.* 54. *et seqq.* idem Conciol. *in verb. Qualitas resolut. unic. n.* 8. & dixi in §. *Corpus delicti n.* 13. *in Addit.*

Istæ igitur opiniones, & doctrinæ possunt concordari cum dicta praxi, ut sit probanda parvitas mensuræ modis prædictis, quando excessus, vel recessus à justa mensura consistit in modico, quod per simplicem aspectum non possit de facili percipi à testibus, ut si quis possit deferre terzetras, vel pistolas non minoris mensuræ duorum tertiorum brachii, vel alias justæ mensuræ, quæ in Statu Florentino est duorum tertiorum brachii de canna terzettæ, & fiscus prætendat

dat eſse minoris menſuræ, ac ob id licentiam non ſuffragari, tunc ſi defectus conſiſtat in modico, debet probari qualitas menſuræ ut ſupra; ſi verò in magno, ut quia teſtes dicant vidiſse mazzagarum breviorem unius palmi, non proderit licentia terzettarum dictæ juſtæ menſuræ; vel ſi quis habeat licentiam archibuſorum longorum, vel nullam licentiam, & teſtes deponant de delatione terzettarum, cùm magnus, ac patens ſit exceſsus inter hujuſmodi arma, ac facilè perceptibilis per ſimplicem aſpectum abſque menſuratione, erit utique locus pœnæ majori pro terzettis impoſitæ, & non pœnæ minori pro archibuſis longis, etiam ſi menſura terzettarum non fuerit coarctata, ſed ſimpliciter dictum de terzettis, per theoricam Bart. *tract. de teſtibus*, *verb. Qualitas num* 47. *fol. mihi* 164. ubi quod ſi agatur de longitudine rei determinatè, ut quot pedum ſit tota longitudo talis rei, & teſtis dicat eſse decem pedum, quia vidit, ſufficientem cauſam non reddit, quia per viſionem ſolam de hoc certi non reddimur, debet ergo dicere, quia vidi, & menſuravi, vel menſurari vidi; ſi verò de hoc indeterminatè quæratur poteſt per viſum ſimplicem cauſam reddere, ut ſi teſtis interrogatus dixerit rem parvam, vel magnam, vel mediocrem, quia vidit, ſatis exprimit, hoc enim ſatis eſt ab hominibus communiter cognoſcibile per aſpectum in rebus, quæ ejuſdem ſpeciei ſunt; idem ſi interrogatus de longitudine, reſpondit eſse decem pedum, & ultra quia vidit, tantus enim poteſt eſse exceſsus, ut ab omnibus, qui videriat cognoſcatur, idem ſi dixerit non eſse decem pedum, quia vidit, &c. ſequitur Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1047. *num pr* & 2. Muſcatel. (licet ſuboſcurè, & mutilatè) *in Prax. de cognit. delict. titul. de prohibit. armor. aſport. nu.* 20. & 21. Sic in propoſito armorum dum teſtes deponunt de archibuſo longo, cujus non eſt certa, nec determinata menſura, & ſic indeterminatè de archibuſio, ſectè probant, ſicut etiam de qualitate an ad cordam, vel ad rotam, ſive focilem, cùm hæc omnia regulariter cadant ſub ſenſu viſivo teſtium non omninò imperitorum, idem dum ſimpliciter, & affirmativè deponunt de terzetta in genere terzetræ ad differentiam archibuſii, cum etiam terzetta non habeat determinatam menſuram ſupra duo tertia brachii, ſed poſſit eſse majoris longitudinis, uſque ad brachium cum tertio, in qua menſura Florentiæ appellatur terzarolum, quod idem reputatur cum terzetta, & abinde ſupra archibuſium longum, probant de terzetta ad imponendam illius pœnam, caſu quo delator licentiam non habeat, ſi verò habeat licentiam terzettæ, & accuſator, vel Fiſcus prætendat eſse minorem, vel breviorem dicta menſura permiſsa, & licentiam non ſuffragari, tum cùm defectus conſiſtat in modico non facilè perceptibili per viſum teſtium, non probant de minori menſura, niſi menſuraverint, vel menſurare viderint, vel exhibeatur in Curia ad menſurandum, vel niſi tantus ſit defectus, & minor menſura, ut facilè ab omnibus per aſpectum cognoſci poſſit, veluti ſi aſſeveranter dicant vidiſſe archibuſerum parvum, ſiva mazzagatum unius palmi, prout me uno ex Auditoribus proponente firmavit Rota Criminalis Florentiæ de Menſe Novemb. anni 1680. occaſione cujuſdam proceſſus Bargæ contra D. Alexandrum Pancratium, in quo opponebatur non conſtare de qualitate menſuræ terzetræ: & licet extra cauſam, fuit diſcuſſa dicta materia pro aliis caſibus paſſim occurrentibus.

8 De menſuris, & menſoribus varia tradunt remiſſivè Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Menſura*, *Menſor*, Otter. *de official. Reipubl. part.* 2. *cap.* 21. *per tot.* Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 113. *&c. part.* 4. *verb. Arma fol.* 125. ubi quoad menſuram armorum citat Andreol. *controv.* 426. *n.* 22. *& ſeqq.* ut debeat eſſe concludenter probata, & teſtes deponere ſe menſuraſſe, vel menſurare feciſſe, vel vidiſse menſurare, ſed non recedendum puto à diſtinctione hic per me firmata *numer.* 7. nonnulla Em. De Luc. *in Indic. verb. menſura*, & *menſuratio*. Brunnemann. Altimar. *de nullit.* Bertachio. & alii moderni.

9 Menſura ſumi debet ab illa parte, quæ propinquior erit loco menſurando juxta theoric. Bart. *in tract. de Inſul. ſingul.* 36. *verſ. ad ſecund.* Bertachin. *vot.* 51. *ſub n.* 1. Palm. nep. *dec.* 224. *n.* 20. 21. *t.* 3.

Expreſſio menſuræ quando dicatur ſtare demon- 10
ſtrativè, vel taxativè Surd. *deciſ.* 64. *n.* 21. Rot. *rec.*
par. 17. *deciſ. pr. n.* 5. Bertachin. *vot.* 87. *n.* 6.

Emptio, ſeu locatio quando dicatur facta ad cor- 11
pus, ſeu ad menſuram, & de ejus effectu latè Ber-
tachin. *vot.* 87. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu.*
8. *ſect. pr. à n.* 73. *ad* 129. *& n.* 147. *tom.* 3.

Menſuratio unius apothecæ ab alia quomodo ſumi 12
debeat Palm. nep. *deciſ.* 161. *per tot. tom.* 2. *& deciſ.*
224. *n.* 20. *&* 21. *tom.* 3. Bertachin. *vot.* 51.

Venditio ad pondus, menſuram, vel numerum an 13
ſit pura, val conditionalis, & an & quando valeat,
& periculum interim cujus ſit Altimar. *dict. ſect.* 1.
n. 1. *& ſeqq. ad n.* 26.

Menſura qualis, & quomodo debeat fieri, & quæ 14
membra debeant menſurari Altimar. *dict. ſect.* 1. *à*
n. 148. *ad n.* 171.

Intra quod tempus fieri debeat menſura vide An- 15
tonell. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 67. *à n.* 94. Pacion.
ac Locat. cap. 24. *à n.* 48. Giovagn. *conſ.* 71. *libr. pr.*
Surd. *deciſ.* 64. Altimar. *ſupra à n.* 158.

Facta menſuratione reviſio peti poteſt infra an- 16
num à die prioris menſuræ, & poſt annum non
auditur *l. qui gravatos C. de Cenſ. & Cenſ. lib.* 11.
Surd. *conſ.* 368. *n.* 21. Altimar. *ſupra n.* 171.

Menſurationes antiquæ factæ de Ordine publico 17
probant Dominium Manſ. *conſult.* 168. *n.* 13. Rot. pe-
nes Seraphin. *dec.* 1077. *n.* 2. *& dec.* 706. *n.* 6. *part.* 2.
rec. Palm. nep. *dec.* 89. *n.* 5. *tom.* 1.

In Menſura quoties res venditæ conſiſtunt, ante 18
menſurationem, non ſolum dominium, ſed neque
etiam periculum in emptorem dici valet tranſlatum
Rocc. Epiſc. *cap.* 74. *n.* 11. Idque etiam ſi adſit clau-
ſula conſtituti *ibid. n.* 12. Secus aſſerendum, ſi adſit
vera traditio *ibid. n.* 13. Affertur contraria ſenten-
tia *ibid. n.* 14. Præcipuè quando mora emptoris non
intercellit, neque per eum ſtetit, quominus menſu-
ratio ſequatur *ibid. n.* 15. *& n.* 31. In menſura con-
ſiſtentis venditæ rei periculum dicitur in emptorem
tranſlatum, quoties per eundem ſtat, quominus men-
ſuratio ſequatur *ibid. n.* 31.

Menſura quoties fuit adjecta ad qualificandam
ſubſtantiam actus ut puta ad declarandum, quid
fuit in venditione comprehenſum in hoc caſu, an-
tequam menſuratio ſequatur, remanet imperfecta
venditio, periculumque ad venditorem pertinet Rocc.
Epiſc. *cap.* 134. *n.* 7. *& ſeq.*

Menſura ſi non reſpiciat ſubſtantiam actus, ſed
ſolummodo pretii declarationem; ſeu extrinſecam
certificationem, perfecta eſt venditio, & periculum
eſt emptoris Rocc. Epiſc. *ibid. n.* 8. *&* 9.

Menſura venditionem non ſuſpendit, periculum-
que ante menſurationem in emptorem tranſit, ven-
dito vino Græco exiſtenti in aliquo loco pro certo
pretio convento. Rocc. *ibid. n.* 9.

Jus cuſtodiendi, quòd menſuræ, & pondera ſint 19
juſta ſpectat ad Deputatos in unaquaque Civitate,
ceſſante potiſſimum Principis concurſu, neque ad
Privatos hujuſmodi munus Ponderatoris publici per-
tinere poteſt; Sed vel ad eos, quibus Princeps deman-
davit, vel ad Conſules Civitatis; ad ornatum Jurium
in §. cos autem Autbent. de Collator. & in l. Modios
9. *Cod. de ſuſceptor. præpoſit.*, *et Arcar. lib.* 10. &
late per Epiſc. Roc. *cap.* 70. *n.* 1. *& ſeq.*

Menſura unde originem traxerit. Card. De Luc. 20
de Regal. diſc. 130. *n.* 5. *remiſſivè*.

Menſuræ æquales eſſe debent, de Jure Divino, Ca- 21
nonico, & Civili. Card. De Luc. *de Regal. d. diſc.*
130. *n.* 2. *et* 3.

Menſuræ antiquæ probantur levioribus inditiis, 22
Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 82. *n.* 3.

Menſura præſumitur interveniſſe ex lapſu longiſ- 23
ſimi temporis Card. De Luc. *de Empt. diſc.* 7. *n.* 6.

Introductio Juris privativi ponderandi, vel menſu- 24
randi an ſit rationabilis Card. De Luc. *de Regal. diſc.*
130. *n.* 6. Dicitur ſpecies vectigalis, & Gabellæ *ibid.*
n. 9. Et procedit ſolum inter cives, & incolas, non
autem cum forenſibus *ibid. n.* 7.

25 Observantia consignandi in pondere, an tollat obligationem præstandi cum Mensura Card. De Luc. *de Regal. disc.* 111. *n.* 5.

26 Mensura Tumuli, seu Modii quid importet Card. De Lue. *de Regal. d. disc.* 111. *nu.* 3. *Miscell. disc.* 5. *num.* 4.

27 Mensuratio ad effectum quæstuationis fieri debet per vias usitatas Card. De Lue. *de Regul. disc.* 31. *n.* 13.

28 In his quæ consistunt in pondere, numero, & mensura mensuratio præcedere debet pro translatione Dominii Card. De Lue. *de Regal. disc.* 63. *nu.* 11. *disc.* 118. *n.* 4. Nisi per acquirentem steterit quo minus fieret mensuratio *d. disc.* 63. *n.* 51. *&* *d. disc.* 128. *n.* 4. Dictæque rei periculum cedit venditori, antequam mensuretur Card. De Lue. *De Regal. disc.* 125. *n.* 2.

29 Mensuratio inter unam Ecclesiam, & aliam, vel inter duas apothecas fieri debet per aerem Card. De Lue. *De Regul. disc.* 31. *n.* 10.

30 Mensuratio de uno conventu in alium, vel de loco ad locum fieri debet per vias usitatas Card. De Lue. *ibid. n.* 8.

31 Mensuratio distantiæ locorum fieri debet more Romano Card. De Luc. *d. disc.* 31. *n.* 2.

32 Mensuratio Pascuorum, seu agrorum fieri debet per Campos Card. *de Regal. disc.* 31. *n.* 11.

33 Mensuratio pro regulandis diebis officialium fit per vias usitatas Card. De Lue. *d. disc.* 31. *n.* 13.

34 Mensuratio quomodo facienda sit in materia verisimilis notitiæ Card. De Lue. *dict. disc.* 31. *n.* 12.

§. MENTIRI. XVI.

1 MEntita quando sit licita, vel non, & sic quando sit punibilis, vel excusabilis, latè Cabal. *resol. crim. cas.* 154. *per tot.* Tusch. *litt. M. conclus.* 204. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Injuria resolut.* 2. *per tot.* ubi quod mentitam dans alicui tenetur actione injuriarum, nisi fiat ad propulsandam injuriam mentienti illatam juxta ea, quæ dixi in §. *Injuria num.* 11.

De verbis, *mentiris salvo honore*, vel mendacium, si falsum dicis quomodo differant, Gratian. *discept. forens. cap.* 81. *per tot.* ubi Carol. Anton. De Luc.

Quòd mentita sit licita etiam quando obiicitur verum crimen, si obiiciens illud sciat in secretò, vel aliàs crimen objectum sit occultum, nam tunc *mentiris* significat crimen non esse commissum, ut ab aliis sciatur, Dian. *resolut. moral. part.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 26. & latiùs *part* 6. *tract.* 6. *resolut.* 16. ubi post relatas rationes in contrarium firmat licitum esse injuriato respondere injurianti *mentiris*, dummodo respondeat incontinenti, aliàs non esset defensio, sed vindicta.

Quòd protestatio de non injuriando non excuset tamquam contraria dicto, vel facto injurioso, Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 4. *num.* 8. *&* 15. Gayl. *lib.* 2. *observat.* 101. Clar. §. *Injuria n.* 23. *etc.* Cost. *de fact. scient. & ignorant. distinct.* 17. *n.* 2. *etc. cent.* 2. Conciol. *d. resolut.* 2. *num.* 2. *&c.* nisi ex conjecturis appareret injuriam non fuisse illatam animo injuriandi Cabal. *cas.* 154. *n.* 4. *& seqq.* Vide Crescin. ad Abecedes. *obser.* 97. *a num.* 2. *part.* 1.

2 Mentita per se est injuria gravis, & atrox, cùm faciat mentitum falsarium, itaut aliqui dicant non tolli dedecus, nisi mentitus alapam mentienti impingat; Sed inter Christianos tenenda est opinio recurrendi ad justitiam, ut ea mediante morbi culpa auferatur, vel minuatur: Excusatur tamen dans mentitas ab omni pœna, si proferatur incontinenti ad sui honoris defensionem, vel mitius punitur, si intenso dolore motus, & iracundia mentitam proferat, etiam animo injuriandi, vel si sequatur in judicio pro defensione juris proprii, vel contra personam vilem, & absentem; quando committatur excessus, deveniendo de verbis ad verbera, quomodo purgetur hujusmodi excessus, & alia ad rem, vide per Zannium *tract. de mendac. lib. pr. cap.* 4. Danzam *de pugn. Doctor. tom.* 3. *tit. de injur. cap. pr.* Farinac. *quæst.* 105. *n.* 306. *& seqq.* Castil. *decis.* 171. Cavalcan. *decis.* 19 *part.* 5. Sanfelic. *decis.* 63. Thoro *decis.* 93. *part.* 2. *& vot.* 96. *part.* 1. & alios citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 11. §. 8. *ad* 13. *nu.* 31. *& seqq. ad* 52. vide in §. *Injuria num.* 11. *& seqq.* Et de mentita aliqua annuit etiam modernus Co. August Fontana *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Mentita fol.* 115. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth.* & alii moderni Criminalistæ.

3 Mentitam dare est injuriosum. Boer. *cons.* 4. *nu.* 30. Socc. jun. *cons.* 122. *sub nu.* 14. *lib.* 2. Spad. *cons.* 521. *n. pr. vol. pr.*

Mentiris verbum grave infert injuriam, & quare. Peguera *dec.* 78. *n.* 34.

4 Mentiris verbum est ejus qualitatis, quod injuriatus hoc verbo vix potest injuriantem accusare ad se vindicandum coram Judice sine illius magna contumelia. Castren. *cons.* 277. *vol.* 2. Peguer. *d. dec.* 78. *num.* 42.

5 Eandem mentitam, vel injuriam pluries continuatè contra eandem personam repetens unica pœna tenetur. Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. tract.* 10. *quæst.* 2. *n.* 7., Secus si cum diversis. *ibid.*

6 Vulgo mentita se sola arbitrariè punitur, licet cum clausula salvo honore &c. Quod si injuria falsa fuit, & mentita vera sine intervallo data, vel conditionata, si contra honorem meum dixisti, mentiris, &c. tunc punitur. Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. tract.* 10. *quæst.* 19. *n.* 7.

7 Persona publica injuriare non præsumitur, sed corrigere; Quod si absque causa &c. tunc injuriato licitum est ei mentitam dare. Bellegrand. *in comp. rer. Crim. Method. loc. cit. n.* 10.

8 Mentiris verbum inducit litis contestationem. Bald. *in l. turpia ff. de legat.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect. pr. n.* 5. *pag.* 112.

9 Mentiri aliud à fingere. Illiger. ad Donell. *lib.* 20. *c.* 8. *litt.* Z. Rub. *in tract. de confus. Jur. cap.* 2. *n.* 5.

10 Mentita illata ad repellendum id quod non tangit inferentem, non est excusabilis. Menoch. *cons.* 41. *n.* 8. *&* 9. Spad. *cons.* 121. *n.* 8. *vol. pr.* Sicuti nec illata ex intervallo. Boss. *de injur. n.* 7. *vers. quoad secundum* Spad. *ibid. n.* 10.

11 Mentita conditionalis, si conditio non est vera, non infert injuriam. Soccin. jun. *cons.* 122. *n.* 16. *& seq lib.* 2. Spad. *loc. cit. n.* 11. Sed purificata conditione remanet pura. Paris. *cons.* 48. *n.* 11. *&* 12. *lib. pr. & cons.* 37. *n.* 16. *lib.* 2. Socc. jun. *loc. cit. num.* 17. Spad. *ibid. n.* 12.

§. MERCATOR. XVII.

1 MErcator, sive negotiator propriè dicitur ille, qui emit merces, ut easdē integras, & non in aliam speciē immutatas cū lucro revendat, qui verò emit, ut eas in aliā formā suo opere, & industria redactas vendat, nō dicitur mercator, sed artifex, quod est notandū pro intelligentia statutorum inducentium aliquid inter mercatores, vel favore mercatorum, quia in eis artifices non veniunt sub nomine mercatorum, maximè si etiam repugnet communis usus loquendi, & intelligendi in Civitate, eo quia artifices sint distincti à mercatoribus, quamvis aliàs secundum juris sensum mercator dicatur quicumque mercatur emendo, & vendendo, & quando cum artificio mixta est negotiatio, Surd. *decis.* 313. *per tot.* ubi exemplificat in multis, Strac. *de Commerc. q.* 1. *num.* 15. Ricc. *Collect.* 3538. *&* 4196. Matthæu. Sant. *de re crim. controv.* 39. *n.* 41. *& seqq.* ubi quòd propriè mercator dicitur ille, qui res venales emit, ut immutatas vendat statim quæstus causa, etiam si agatur de tenuissimis rebus, cùm plus, & minus non mutet speciem, ad effectum subiiciendi legibus contra decoctores dolosos emanatis, mitius tamen ad proportionem damni creditoribus ex decoctione resultantis, cùm pœna semper sit commensuranda delicto, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 1. *per tot.* ubi pluta de Mercatoribus, & artificibus diversis *in Rubricis seqq.* Ansald. *dec. commer. & mercat. disc. gener. à num.* 51.

Quòd mercator non dicatur qui nomine alieno exercet mercaturam, nec comprehendatur sub statuto loquente de mercatore, Ang. *in l. quamvis, ff. de acquir. poss.* Dec. *consil.* 268. Anton. de Ballis *tract.*

var.

var. lib. 5. tit. de mercatoribus n. 7. fol. 331. Gibalin. *de univers. negot. lib. 5. c. 3. n. 3. fol.* 22. ubi unde dicatur mercator, quid sit an omnis negotiator sit mercator, & alia.

2 Mercator ut quis dicatur, requiritur quod sit descriptus, & matriculatus in mercatura, quam profitetur, illam exerceat per se, & non per interpositam personam, nec semel, sed pluries, & quòd in ea habeat majorem partem fortunarum suarum, Stracb. *de mercat. in princ. num. 4. &c.* Pic. *ad stat. Urb. glos. 7. in Addit. num.* 304. Franch. *decis.* 175. vide in *§. Judex num.* Tusch. *litt. M, conclus.* 209. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3538. ubi plura quis dicatur mercator, *& Collect.* 4196. Mascard. *de pr bat. vol. 2. concl.* 1050. ubi quòd asserens se mercatorem, tenetur se talem probare, & quomodo probetur, Conciol. & Romaguer. *loc. cit.* Idem Ansald. *loc. cit. nu.* 65. Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 14. sect. 2. à n. 34. tom.* 3.

Quod causæ mercatorum habeant multa privilegia, de illorum stylo, & consuetudine, circa diversa, de foro mercatorum Florentiæ, & alia, Tusch. *litt. M, concl. 207. & seqq. per tot.* De quibus Ansald. *dict. disc. gener. in prin.*

Gaudet tamen mercator privilegiis mercatorum, etiam si plus in bonis immobilibus possideat quàm in mercantiis, Calvin. *de æquit. lib. 3. cap.* 284.

3 Mercator vendens habita fide de pretio alicui, qui antequam emeret præconceperat fugam, illa ad effectum perducta, præfertur in suis mercibus venditis cæteris creditoribus, quia illarum dominium non fuit in emptorem prædictum translatum, Addit. ad Pract. Papp. *act. hypoth. glos. sub eadem verb. qui mutuavit*, Menoch. *de arbitr. cas. 203. n. 25.* vide Negus. *de pignor. part. 5. memb. 2. n. 9. &c.* Surd. *cons. 528. n. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 967. n. 3. &c.* dixi in *§. Venditio num. 4. & num.* 14. Altimar. *de nullit. rubr. 2. quæst. 7. sect. 3. à n. 12. tom.* 3.

4 Mercator fallitus non potest cedere bonis, nec propter adversam fortunam excusatur, Addit. ad Pract. Pap. *form. inquis. glos. 1. verb. Cesserit*, Pett. Cabal. *resolut. crim. cas. 105. num. 13. &c.* Bocr. *decis.* 349. Brun. *de Cess. bon. quæst. 5. quæst. 4. prin. & quæst. 26. in princ.* Farinac. *quæst. 26. num.* 26. dixi *in Pract. §. Falliti num.* 31. & in hoc Opere *§. Cessio nu.* Vide Crescin. ad Abeccles. *obser. 180. n. 9. part.* 1.

Quàm durum, & pessimum sit tractare cum decoctoribus, Gratian. *discept. forens. cap. 916. num.* 13. Giazarel. & Addent. *decis. 80. per tot.*

Quinam effectus resultent ex decoctione quoad modum satisfactionis creditorum, vide in *§. Statutum generale num.*

Quibus pœnis afficiantur falliti vigore legum municipalium Florentiæ dixi *in pract. §. Falliti per tot.* & quibus de jure, & in Hispaniis, Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr. 39. per tot.* ubi etiam si essent mercatores tenuissimarum rerum, & libros non fecissent, habita tamen ratione damni creditorum, ut dixi supra *num.* 1.

5 Mercator quisnam dicatur fallitus, & decoctus, Cabal. *resolut. crim. cas. 105. per tot.* ubi plura in terminis statuti novi mercantiæ Civitatis Florentiæ *lib. 3. Rubr.* 2. Ruini *cons.* 104. Gratian. *discept. forens. cap. 391. num. 18. &c.* Urceol. *consult. forens. cap. 14. nu. 1. & tract. de transact. q.* 34. Sanz. *loc. cit. per tot.* Franch. *decis. 55. nu. 2. &c.* Castill. *decis. 22. nu.* 38. & DD. Octo Balliæ Florentiæ sub die 23. Octobris 1653. in causa contra Raffaelem de Justis *Giornal.* 378. *fol. 292. &c.*

Quis dicatur decoctus fraudolentus, ita ut de jure communi non gaudeat immunitate Ecclesiæ, licèt secus sit stante Bulla Gregoriana, cùm decoctio non sit de casibus exceptis, Gratian. *discept. forens. cap.* 380. *per tot. cap. 967. n. 7. &c.* Menoch. *de arbitr. qu. 90. nu. 13. &c.* Scanarol. *de visit. carcer. lib. 3. §.* 10. *cap. 9. nu. 13. &c. fol.* 571. Gizarel. cum Addent. *decis. 80. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 402. obser.* 30. Farinac. *q. 28. num.* 33. ubi quòd fraudulenter decoctus non gaudet immunitate, Matthæu. Sanz *de re crim. controv. 7. n. 23. & seqq. & contr. 39. nu. 36. & per tot.* ubi quando dicatur dolosus.

Quoad immunitatem, vide Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 2. lib. 11. tit. 3. num. 233. & seqq. fol.* 537. ubi quod gaudet immunitate, sed debet capelli, & non tollerari à ministris Ecclesiæ, Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 1. resolut. 32. & part. 6. tract. 1. resolut. 17. in fine*, Farinac. *cons. 76. num. 13. tom.* 1. Cattar. *decis. crim. 46. num.* 72. Castropal. *tom. 2. tract. 11. disput. un. punct. 8. num.* 6. Locat. *de tort. inspect. 5. n.* 158. dixi *in Pract. §. Falliti num.* 28. & in hoc Opere *§. Judex num.* De Luc. *de Cred. disc. 78. nu. 16. de dot. disc. num. 7. miscell. in summ. nu.* 16.

Quòd mercator statim ut defecit nil possit facere in præjudicium sociorum, & finiatur ejus mandatum, teneatur edere libros, ac possit torqueri, ut indicet pecunias occultas, Farinac. *quæst. 32. nu.* 35. Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. tit. de mercatoribus, & Banceberiis deficientibus fol.* 331. Quod nec etiam possit transigere, & idem in proximè decocturo arbitrio judicis declarando circumscripta statutorum dispositione, intelligendo in præjudicium sui, & suorum creditorum utilitatem commodum, nam tunc valeret transactio, latè Urceol. *tract. de transact. quæst. 34. per tot.* Vide Noguerol. *alleg. 7. n.* 24. Rocc. *de Decoct. mercat. num.* 107. Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 5. quæst. 47. n. 891. tom.* 7. Crescin. ad Abeccles. *obser. 179. n. 35. part.* 1.

An contractus ante decoctionem factus sit dolosus, vel non, pendet non à sola temporis brevitate, sed ex aliis circumstantiis, & qualitatibus antecedentibus, & subsequentibus arbitrio prudentis judicis examinandis, & ideò solidatio computorum facta de brevi ante decoctionem non est fraudulosa si aliundè constat de credito, Rot. *part. 17. recent. decis. 254. num. 3. & seqq.* vide in *§. Contractus nu. 33. & part. 18. decis.* 340.

Mercator præsumitur esse soluendo quando habet multas merces, quæ difficulter amoveri possunt, vel multa nomina debitorum, & è contra non solvendo præsumitur, sed suspectus, qui accipit pecuniam sub usuris, vel emit ad credentiam, & viliori pretio præsenti pecunia vendit, vel habet merces in loco periculoso, vel cujus bona venduntur, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 59. per tot.* vide in *§. Debitor num.* 6

Mercator fidejubens pro alio, licèt non renunciaverit beneficiis fidejussorum, propter illius exuberantiorem fidem, potest conveniri etiam non facta excussione debitoris principalis, Marsil. *in repet. Rub. ff. de fidejuss. num.* 8. Aret. *in §. item si quis Institut. de act. col.* 9. Jas. *in §. fuerat n.* 28. *Instit. eod.* Benedict. de Plumb. *tract. de discuss. num.* 4. Gratian. *discept. forens cap. 64. n.* 11. Quòd scribens alteri, *adhibe fidem tali super me*, censeatur se pro illo obligasse, Gratian. *cap. 683. num.* 5. 7

Mercator acceptans litteras cambii sibi præsentatas, videtur illas ratificare, & se facere debitorem præsentantis, ac sequi fidem scribentis, qui licèt postea efficiatur decoctus, non potest opponere de non sibi numerata pecunia, & de non implemento, Gratian. *disceptat. forens. cap. 64. num. 7. &c. cap. 569. n. 16. &c. cap. 699. nu.* 34. ubi vide, & Franch. *decis. 303. per tot.* Cepol. *caut. 9. n.* 1. Genu. *de script. privat. tit. de litt. camb. n. 80. & 81. fol. 157. & lib. 5. de regul in mat. lib. mercat. fol.* 284. Rot. *part. 9. recent. decis. 183. n. 11. & seqq. per tot.* Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *cit. dec.* 303. Latr. *consult. 42. num.* 1. Rodoet. ad De Marin. *libr. 1. cap. 258. n.* 1. Altimar. *de nullit. rabr. 1. part. 2. q. 24. n. 90. tom.* 4. 8

An autem mercator possit revocare scripturam in suo libro factam ad favorem alterius absentis, antequam per ipsum absentem fuerit acceptata, latè idem Genu. *de script. priv. lib. 5. tit. de scartafac. fol. 287. n. 8. & seqq.* Magon. *decis. Flor. 39. num. 4. & seqq.*

An recipiens litteras requirentes de solutione debiti, & illis non contradicens sibi præjudicet, & videatur fateri se debitorem, Gratian. *disceptat. forens. cap. 699. num. 31. &c.* vide in *§. Cautela n.* & *§. Litteræ num. 1. & seqq.*

Mercator scribens, & dans litteras cambii, non liberatur nisi subsequuta illarum solutione, quia præsentatio litterarum non inducit acceptationem ejus, cui præsentantur in debitorem, Ludovis. *decis.* 217. Gratian. *discept. forens. cap. 64. per tot.* vide in *§.* 9

Litteræ n. 1. *& seqq. & §. Cedula num.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 183. *num.* 11. *& seqq. per tot.* Merlin. *contr.* 11. *n.* 5., ubi Scopp. Latr. *consult.* 42. *n.* 5. Altimar. *loc. cit. n.* 91.

Ad quem autem spectet periculum decoctionis illius, cui erant directæ litteræ, latè declarat Genu. *de scriptat. priv. in Addit. q.* 7. *per tot. fol.* 47. vide in *§. Litteræ*.

10 Mercator scribens in libro suo id, quòd ab alio recepit tamquam creditum solventis, & dans illi (ut vulgò dicitur) creditum, non habet electionem declarandi se recepisse ad computum debiti ipsius solventis in hujusmodi libro contrapositi, sed si solvens erat debitor ex pluribus causis, eligit ipse in quam causam velit compensare, Gratian. *discept at. forens. cap.* 105. *num.* 16. *&c. c.* 224. *num.* 21. *cap.* 505. *num.* 33. Magon. *decis. Florent.* 39. *n.* 9. *& decis.* 3. *num.* 30. *&* 31. *vers. & doctrina*, Imol. Surd. *decis.* 186. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 15. *num.* 27. *&c.* vide in *§. Debitor num. & §. Solutio num.* 53. *&c.* Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *resol.* 51.

Quòd imò inter mercatores pro jure inducatur compensatio, solutio, & extinctio debiti per dictam contrapositionem partitarum ad invicem pro indubitato tenet Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 6. *num.* 11. ubi allegat Alexand. *cons.* 85. *n.* 5. *lib.* 20. Rot. Januan. *decis.* 16. *nu.* 7. *&* 8. Gregor. *decis.* 166. *num.* 3. Rot. *decis.* 321. *n.* 1. *part.* 3. *&* 33. *num.* 5. *part.* 5. *recent. in Romana pecuniaria* 13. *Maii* 1644. *coram Bichio, inter impressas ejusdem decis.* 177. *num.* 19. *& seqq. & in Romana sequestri* 11. 1645. *coram Ottbobono*, vide in §. *Solutio num.* 53. *&c. & §. Compensatio num.* 26. *in fine, & n.* 28. Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 107. *num.* 10. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 183. ubi quòd procedit etiam si debitum, & creditum proveniant ex diversis causis, & in diversis libris sint descripta, & licèt resultet in præjudicium aliorum creditorum anteriorum debitoris communis decocti.

Quòd inter mercatores illorum stylus sit attendendus, Duran. *decis.* 368. *nu.* 37. vide Mart. Medic. *loc. sup. cit.* & Altograd. *cons.* 89. *num.* 13. *lib.* 1. ubi quòd sit saltē necessaria declaratio partium, aliàs ante declarationem sequutam remaneat debitum, & creditum hinc inde non extinctum vi compensationis, nisi agatur de vitanda mora, vel pœna; Sed vide ut supra in *§. Compensatio num.* 26. & Rot. *d. decis.* 183. *par.* 9. *recent.* De Luc. *de Emption, disc.* 5. *nu.* 7. *de Credit. disc.* 108. *n.* 16. Rocc. Episc. *cap.* 74. *n.* 48. *lib.* 1.

11 Mercator desinens esse mercator, potest conveniri coram Consulibus mercantiæ pro omnibus per eum gestis, dum erat mercator si agatur de pertinentibus ad mercaturam, Grat. *discept. for. cap.* 226. *num.* 15. *cap.* 727. *num.* 2. *&c.* Franch. *decis.* 417. vide in *§. Judex num.*

12 Mercator non potest uti signo alterius mercatoris in illius præjudicium, nec stare cum mercibus ante domum, vel apothecam alterius, ac potest inhiberi ne ponat tabulata, banca, & similia impedientia usum privatorum, Gratian. *discept at. forens. cap.* 658. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 111. *nu.* 1. *& seqq. volum.* 2. ubi qualiter Bullæ mercatorum præsumantur esse illius, cujus signo sunt signatæ, & nullus possit signum suum rebus alienis imponere ante sententiam, facit quòd dixi in §. *Arma num.* 1. latè Gibalin. *de univers. negotiat. lib.* 2. *cap.* 5. *art.* 3. *fol.* 134.

Quòd mercator utens dolosè signo ab alio præoccupato arbitrariè puniatur tamquam falsum committens, Farinac. *quæst.* 150. *part.* 5. *n.* 142. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 318. *n.* 23. Cresp. *observ.* 1. *nu.* 231. cum aliis per Romaguer. in addit. ad Conciol. *Stat. Eugub lib.* 3. *Rub.* 1. *n.* 16.

Quòd Bulla præsumatur esse illius mercatoris, cujus signo est notata, Mascard. *de probat. concl.* 160. *& concl.* 1051. ubi quòd mercum inducit præsumptionem pro eo cujus merco res est signata, & alia de probatione Merchi, Gibalin. *loc. cit. art.* 2. *per tot. fol.* 132.

13 Mercator pro mercibus datis ad vestiendum habet tacitam hypothecam cum privilegio prælationis, tamquam dederit in causam operiendi corpus, quæ dicitur alimentaria, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 38. ubi allegat motum proprium B. Pii V. & Rot. in Romana Mercium 28. Novembris 1607. coram Ottobono, & coram Burart. *decis.* 715. vide in §. *Maritus n.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 253. *n.* 13. *&* 14. ubi de Constitutione Urbani VIII. & Alexandri VII. super prælatione mercatorum Urbis pro summa tantùm scutorum 50. & in reliquis mercator nullum habeat privilegium prælationis, sed solùm actionem ex empto, sicut cæteri hujusmodi creditores. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 7. *sect.* 2. *à num.* 12. *tom.* 3.

Quòd non possit illi opponi de nullitate obligationis ob non servatam formam statuti à muliere, vel minore, intelligendo dummodò constet de versione in illorum utilitatem, aliàs secus, Gratian. *discept. for. cap.* 750. *in princ. cap.* 713. *n.* 55. *c.* 576. *nu.* 25. *c.* 669. *num.* 3. Magon. *decis. Lucens.* 13. *per tot.* vide in §. *Nullitas num.*

Mercator qualiter remaneat obligatus ex contractu celebrato cum illius administratore, factore, institore, seu negotiorum gestore, qui publicè, & palam se gerebat pro tali, Gratian. *discept. forens. cap.* 35. *per tot.* Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de lib. rat. Institut. per tot. fol.* 216. *& seqq. ad* 222. Felic. *de Societ. cap.* 30. Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 48. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 132. Duran. *decis.* 368. *num.* 35. *&c.* 14

Mercator non præsumitur mutuò dare, & cùm non sit solitus tenere pecunias otiosas, potest licitè percipere interesse damni emergentis, & lucri cessantis, concurrentibus tamen requisitis, de quibus dixi in *§. Interesse nu.* Alex. *cons.* 41. *lib.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 622. *n.* 10. *&c. cap.* 829. *n.* 14. *&c. cap.* 987. *num.* 22. *& per tot.* Magon. *decis. Flor.* 32. *num* 5. *&c. decis.* 103. *per tot. & decis. Luc.* 25. *num.* 88. *dixi in meis resol. cap.* 50. *&* 52. *per tot. & cap.* 100. *num.* 11. *&c.* Vide Castald. *consult.* 228. *num.* 7. *tom.* 2. 15

Mercator potest ex triplici titulo lucrari, nempè trajectionis pecuniæ, duplicis valoris monetæ intrinsecè, & extrinsecè, cùm merces absentes minus valeant, quàm præsentes, sicut & pecuniæ; & opera, quæ præstatur in transferendo merces, vel pecunias de uno loco ad alium, cum hujusmodi opera sit pretio æstimabilis, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 462. *per tot.* & dixi *in §. Pecunia n.* 14. 16

Quòd possit mercator in cambiis recipere lucrum aliquod moderatum pro mercede laborum, & sumptuum ministrorum, quia cambium non est mutuum, sed contractus innominatus, do, ut des, in quo lucrum non reprobatur, imò quilibet in commutatione pecuniæ potest accipere aliquod lucrum ratione laboris, tedii, impedimenti, vel similium incommoditatum, licèt aliàs tanti valere debeat pecunia danda, quanti accipienda, Gratian. *d. cap.* 652. *num.* 8. *&c. & num.* 20. *&c.* Genu. *de script. priv. lib.* 3. *tit. de litter. camb. num.* 21. *&c. fol.* 154. ubi multa de cambio reali, & sicco, & quomodo unumquodque fiat, ac quando sit permissum, vel reprobatum.

Quòd imò cambium sit potius contractus nominatus probat Genu. *loc. cit. q.* 5. *n.* 5. *&c. fol.* 160.

Mercator habens plures apothecas, & negotia separata, si efficiatur decoctus, creditores, qui cum eo contraxerunt intuitu unius negotii, & apothecæ sunt potiores in bonis, & mercibus illius negotiationis quocumque alio creditore, qui extra illam negotiationem contraxit quidquid aliàs æs alienum dicatur respicere totum patrimonium, nam hoc casu, cum quilibet videatur potius credidisse negotiationi quàm personæ, debet præferri in illa aliis diversæ negotiationis; creditores tamen unius negotiationis possunt participare de bonis alterius in eo, quod superest solutis omnibus illius debitis, ut latè declarant Magon. *decis. Lucen.* 11. *num.* 5. *& seqq. per tot.* Asin. *de execut. §.* 7. *cap.* 42. Buccafer. *cons.* 88. *per tot. lib.* 1. ubi quòd magis procedit dicta prælatio quando negotiationes sunt in diversis provinciis, vel civitatibus, & tunc non solum in mercibus, sed etiam in stabilibus existentibus in loco negotiationis; secus autem si una sola sit negotiatio, & alii crediderint personæ, alii negotia- 17

gotia-

gotiationi, nam tunc omnes simul concurrunt, & quaie, Paul. de Castr. cons. 85. colum. penult. volum. 1. facit Gratian. discept. forens. cap 964. per tot. vide in §. Compensatio n. 23. §. Creditor n. 11. & 64. & §. xor. n. 47. Salgad. Labyr. credit. part. 1. cap. 9. nu. 48. & seqq. Cabal. cons. decis. 121. per tot. lib. 2. Rut. part. 14. recent. decis. 315. & decis. 429. & part. 15. decis. 34. facit Rot. p. 53. rec. decis. 338. ubi tamen ostendi secus esse in societatibus officiorum, in quibus, & super illorum pretio redacto ex venditione, vel resignatione nulla competit prælatio creditori ipsius societatis, sed omnes veniunt in concursu juxta illorum anterioritatem, ut dixi in §. Officia num. 27.

18 Mercator, quando, in quo loco, cujus periculo, & an in totum, vel pro parte tantùm teneatur edere libros, etiam ad favorem tertii, vide Magon. decis. Lucen. 5. nu. 2. & seqq. ad 16. Menoch. de arbitr. cas. 499. num. 37. & seqq. Genu. de scrip. privat. lib. 4. tit. de lib. mercat. quæst. ult. per tot. fol. 253. & seqq. ad 257. Gratian. discept. for. cap. 909. num. 10. &c. Cabal. cons. decis. 122. num. 10. & seqq. & cons. 123. nu. 27. &c. lib. 2. ubi quòd de jure, & consuetudine tenetur conficere libros rationum, ac illos edere, etiam ad fundandam actoris intentionem, & si nolit edere, potest contra illum in litem jurari, vide in §. Libri num. 31. Rot. part. 11. recent. decis. 237. ubi qualiter publicus mercator teneatur exhibere libros mercantiles apud se existentes, part. 17. decis. 115. per tot. & 326. & part. 18. decis. 105. vide Ansald. de commerc. & mercat. disc. 66. nu. 8. & 9. et disc. 72. et 73. Vide Abecclas. & Crescin. obser. 50. part. pr., ubi plura.

Quod mercator teneatur non solùm edere libros, ut supra, sed etiam secreta, & privata memorialia, sive memorias, ubi subest aliqua suspicio, nec excusetur si dicat libros non confecisse, vel amisisse, Cabal. d. cons. 122. num. 16. & seqq. ubi etiam quòd nec unica sufficit editio, si opus sit pluribus, & cons. 123. nu. 28. & seqq. ubi etiam de stylo Florentiæ. Vide Abeccles. & Crescin. allegat. obser. 50. par. 1.

19 Mercatores venientes ad nundinas securitate illis concessa, debent illa gaudere tam in eundo, quàm in recedendo, & plura de privilegiis nundinarum, qualiter nundinæ differant à mercatu, & alia DD. ad tit. C. de nundin. & mercat. Paul. Christin. decis. Belgic. 99. & 100. volum. 3. vide in §. Feriæ nu. 2. vers. plura de feriis.

20 Mercatorum, sive aliorum peritorum judicio statur in respicientibus stylum, & peritiam mercaturæ, vel artis suæ, secus autem in dependentibus à dispositione juris, Rot. part. 12. recent. dec. 73. nu. 36. & 37. vide in §. Periti num. 7. Ansald. dict. tract. disc. general. à num. 44.

Quòd stetur attestationi mercatorum de stylo mercantili deponentium, Rot. part. 13. recent decis. 121. n. 6. & seqq. & decis. 123. n. 3. Vide Balduc. tit. pr. decis. 13. n. 32. Emeria. jun. decis. 302. nu. 5. decis. 463. nu. 7. decis. 482. n. 7. decis. 515. num. 8. & decis. 826. num. 14.

Si tamen constet de stylo particulari alicujus mercatoris, quod eum prævalet generali stylo aliorum, prout etiam idem est in stylo particulari alicujus Notarii, Buratt. decis. 120. num. 11. & decis. 419. nu. 4. Rot. part. 13. recent. decis. 286. n. 7. & 8. & part. 18. decis. 80. ubi plura de stylo generali, vel particulari mercatorum attendendo.

De peritia Mercatorum Florentinorum magnificata per Sacram Rotam Romanam, Gregor. decis. 226. num. pr. Merlin. decis. 597. nu. 4. & decis. 754. n. 9. vers. nec contemnenda. Mantiss. ad ornat. Card. de Luc. lib. 8. decis. 25. n. 4. et 5. vol. 3.

21 Mercator mandans continuari negotium sub nomine suo post ejus mortem, efficit, ut ejus hæreditas, & bona remaneant obligata creditoribus, etiam post illius mortem intuitu, & contemplatione negotii cum hærede contrahentibus, & distrahi possint, non obstante fideicommisso ab eodem ordinato, ut latè probat Rot. in Bonon. pecuniaria 2. Maii 1661. & 22. Martii 1662. coram Albergato, & coram Emerix part. 13. recent. decis. 320. & 426. per tot. & part. 17. decis. 169. num. 31. & seqq. ubi tamen quòd istud non procedit quando negotiatio fuit diversa, & ex quibus arguatur dicta diversitas, vide in §. Bona n. 23 in addit. & §. Societas num. 41. Rot. part. 18. recent. decis. 212. & 303. ubi etiam quòd obligatio hæredis licèt minoris pro dicto negotio continuato ex testatoris jussu est valida absque solemnitatibus, & quia etiam mercator licèt minor potest occasione negotii obligari absque solemnitatibus, & quia etiam mercator licèt minor potest occasione negotii obligari absqua solemnitatibus, ut dixi in §. Statutum requir. solemnit. n. 21. & 34.

Mercatus, sive nundinæ à solo Principe concedi possunt cum sint de reservatis summæ potestati, & possunt transferri de uno ad alium locum, quamvis per longissimum tempus ibi fuerunt, etiamsi hominum memoriam excedat, Thesaur. decis. 264. Franc. Marc. decis. 53. volum. pr. Novar. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 195. ubi etiam quòd possunt prohiberi per Episcopum in diebus festivis, ut dixi in §. Episcopus n. 35. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. dec. 21. Card. De Luc. de Regal. disc. 131. n. 4. disc. 132. nu. 3., Et hoc declaratur ibidem in annot. 22

De nundinis, & eorum privilegiis latè cum multis citatis Conciol. cum Addit. Romaguer. ad Statut. Eugub. lib. pr. Rub. 66. per tot. & lib. 5. Rub. 22. per tot. Vide De Luc. de Regal. disc. 131. nu. 5. 9. & seqq. & disc. 132. n. 5.

An, & quando mercatus, & Nundinæ fieri possint diebus festivis, vel potius sint prohibendæ, Capon. discept. 209. Fermosin. cap. 1. de feriis quæst. 1. Gratian. decis. 71. & alii relati per modern. Raynald. Syntax. rer. crim. cap. pr. §. 9. n. 19. & seqq. ad 25.

Et de jure nundinarum, & mercatuum publicorum, ac de illarum significatione, & differentia quod tamquam de Regalibus à solo Principe concedi possint, & alia ad rem, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 23. per tot.

Plura de foro, & nundinis, Giballn. de univers. negotiat. lib. 2. cap. 3. per tot. fol. 373. etc. Cæsar. Cala tract. de feriis quæst. ult. num. 244. & seqq. ubi an, & quando fieri possint diebus festivis. Card. De Luc. in Indic. verb. nundinæ.

Mercator scribens aliquem debitorem in libris suis ad commodum, & utilitatem alterius, veluti asserendo res datas deservisse pro aliis (ut sæpè contingit inter conjunctos) an habeat actionem tantùm contra descriptum debitorem, vel etiam contra eos, in quorum utilitatem versæ sunt merces datæ saltem ex æquitate, l. si me, & Titium, ff. si cert. pet. videtur affirmativè respondendum quando non potest aliter mercatori esse consultum, secus autem si possit à descripto debitore, vel ejus bonis satisfactionem consequi, vel cum eo transegit, cum remedium dict. l. si me, & Titium, sit subsidiarium, Alex. cons 90. n. 6. lib. pr. Ruin. cons. 19. num. 2. lib. 4. cum aliis per Ludovis. decis. 216. per tot. sequitur Calvin. tract. de æquit. lib. pr. cap. 38. facit quòd dixi in §. Liber. n. 8. ubi quando res tradita fuit alteri de mandato debitoris, & in §. Locupletatio num. pr. latè Pacion. de locat. & conduct. cap. 35. num. pr. & seqq. ubi quando commodum recipiens ex contractu teneatur saltem in subsidium, vel non, licèt ipse non contraxerit, nec aliter se obligaverit, ex æquitate, dict. l. si me, & Titium, ff si cert. pet. vide in §. Mutuum num. 15. latè Costa de remed. subsid. remed. 12. ubi ponit septem requisita, ut locus sit dicto remedio subsidiario. 23

Mercatura an deroget nobilitati, videtur quod sic, quia est ars mœcanica, secundùm Bald. in l. Nobile, C. de commerc. & mercat. nisi contrarium sit dicendum de consuetudine apud aliquas nationes, Ludovis. cum Beltramin. decis. 322. num. 9. & seqq. ubi tamen quòd statuta Religionis Hierosolymitanæ non non contentantur nobilitate locali, sed requirunt nobilitatem, quæ pro tali habeatur ubique, vide in §. Nobilitas num. 4. &c. Balduc. tit. 3. decis. 12. num. 17. Emerix jun. decis. 630. & decis. 826. 24

Mercator si reperiat errorem in libris suis, potest illum corrigere, & stornare partitas, ut clarum esse dicit Ludovis. decis. 366. n. 6. ubi tamen Beltramin. in Addit. dicit contrarium, quòd non possit ad libitum stornare partitas in libris descriptas, allegans Rot. 25

Rot. *part. pr. recent. decis.* 641. *n. pr.* Menoch. *cons.*
196. *num.* 12. & Farinac. *cons.* 18. *num.* 4.

26 Mercatura, & negotiatio qualiter sit Magistrati-
bus prohibita, & an quandoque permissa, Larrea *Al-
legat. fisc.* 104. *per tot.* vide in §. *Officiales num.* 6.
Hermosill. *glos.* 4. *leg.* 5. *tit.* 5. *part.* 5. *num.* 1. *& seqq.*
aliosque modernos citatos à Romaguer. in Addit. ad
Conciol. *stat. Eugub. Rab. pr. num.* 17.

27 De Mercatoribus aliqua decisa refert Thoro *Com-
pend. decis. Neapol. part.* 3. *sect.* 2. *verb. Mercatores,
& part. pr. col. verb.* ubi de mercatoribus librorum
præferendis cæteris mercatoribus, ut dixi in §. *Libri
in fine: De Campsoribus*, Cancer. *var. resol. part. pr.
cap.* 22. *per tot.*

28 De mercatura, & mercatoribus alia plura indicant
Castejon. *Alphab. jurid. verb. Mercatura, mercato-
res*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5.
cod. verb. fol. 115. *&c.* Em. De Luc. & Ansald. *de
commer. & mercat.* Altimar. Castald. Rocc. Emerix
Caprar. Mantiss. ad eumdem De Luc. Mans. Palm. &
alii moderni.

29 Mercatores an teneantur, vel cogi possint referre
in libris publicis Registris, vel Æstimi illorum pecu-
nias, & merces, & pro illis collectari, latè Andreol.
controv. 266. *per tot.* ubi pro negativa, & in omnem
casum propter varia pericula, quibus subjacent, esset
satis minor taxa, quàm pro stabilibus facienda; quid-
quid pro affirmativa dicat scripsisse Scor. *cons.* 26. *lib.*
8. Menoch. *cons.* 9. *& cons.* 2144. *lib.* 11. & alios,
quibus respondet.

30 Mercatores, quas frandes committere soleant, quo-
modo se gerere debeant in vendendo, aliàs teneantur
ad restitutionem, Mendo *in Elucidat. Bullæ Crucia-
tæ disp.* 94. *num.* 213. *& seqq.*

31 Mercatorum libri debent omnia continere, & sic
tàm data, quàm accepta Scacc. *de Judic. lib.* 2. *c.*
51. *n.* 268. Genu. *de privat. script. lib.* 4. *tit. de Lib.
Mercat. n.* 88. Palm. nep. *alleg.* 75. *num.* 26. *tom.* 1.
Vide *infra n.* 36.

32 Mercatorum stylus, & consuetudo attenditur in
re mercantili Ludovis. *dec.* 226. *n.* 3. Ninot. *dec.* 50.
n. 32. Rot. *recent. part.* 16. *decis.* 372. *nu.* 3. Palm.
nep. *loc. cit. n.* 29.

33 Fides Mercatorum in rebus ad eorum negotia spe-
ctantibus regulariter probat Rot. *recent. part.* 19. *tom.*
2. *dec.* 447. *n.* 10.

34 Mercator, tamquàm optimè in propriis negotiis
versatus non præsumitur errasse in rebus ad ejus offi-
cium spectantibus Munoz. *de Ratiocin. cap.* 41. *nu.*
33. *& seqq.* Rot. *recent. p.* 18. *decis.* 59. *a num.* 9.
Palm. nep. *dec.* 430. *n.* 21. *tom.* 5.

35 In controversiis mercantilibus rigori debet præfer-
ri æquitas fundata in bona fide, quæ est anima com-
mercii Bart. *in l. Quintus ff. mandat.* Bald. *cons.* 198.
n. 5. *vers. item in causis* Stracc. *de mercat. tit. quo-
modo proced. sit in caus. merc. part.* 1. *n.* 1. Ripoll.
de Magistr. cap. 20. *n.* 168.

36 Quæ requirantur, ut mercatoribus quoad ipsorum
libros credatur Brunnemann. *in l. quædam sunt per-
sonæ* 9. *num.* 6. *cum seqq. ff. de edend.* Abecclef. &
Crescin. *obser.* 50. *part.* 1. Vide supra *n.* 31.

37 Mercatores præsumuntur ratione bonæ fidei voluisse
se efficaciter obligare Bursatt. *cons.* 39. *nu.* 37. Pas-
qual. *de Vir. patr. potest. cap.* 8. *nu.* 79. Palm. nep.
alleg. 301. *n.* 71. *tom.* 4.

38 Inter Mercatores causa præsumitur, licèt non fue-
rit expressa Cyriac. *contr.* 170. *n.* 27. Conciol. *alleg.*
55. *a n.* 17. Urceol. *consult.* 51. *n.* 6. Mans. *consult.*
314. *n.* 12. Palm. *nep. alleg.* 302. *n.* 95. *tom.* 4.

39 Mercatores de consuetudine non observant in cessio-
nibus solemnitates de jure requisitas Alciat. *cons.* 23.
sub n. 8. *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 467. *n.* 7. *&* 8. Palm.
nep. *loc. cit. n.* 86.

40 Mercator si scit certò rem suam periisse, & tamen
dissimulans scire, & init contractum assecurationis
cum alio, peccat gravius Less. *libr.* 2. *cap.* 28. *n.* 25.
dub. 2. Molin. *disput.* 507. *n.* 4. Azor. *Instit. libr.* 11.
cap. 18. *n.* 9. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.*
26. *n.* 89. *tom.* 4.

41 Mercatores præsumuntur diligentissimi in exigen-
do, ideoque pecunias inexactas & otiosas retinere
non solent Episc. Rocc. *cap.* 39. *nu.* 51. *lib.* 1. Eme-
rix jun. *dec.* 449. *n.* 6.

Mercatores, ut in Plateis locupletiores appareant, 42
satagunt, ut merces alterius in libris datis, uti pro-
priæ describantur, illæque statim dominis restituan-
tur Rocc. Episc. *cap.* 75. *n.* 13. *lib.* 1.

Mercatorum commercium non impediendum. 43
Rocc. Episc. *cap.* 75. *n.* 11. *lib.* 1. *& cap.* 106. *a nu.*
54. *lib.* 2. De Phillipp. *differt. fiscal.* 30. *n.* 15.

Mercatorum secreta non perscrutanda Rocc. Episc. 44
cap. 75. *n.* 12. *lib.* 1. Merlin. *dec.* 709. *n.* 7.

Inter Mercatores non habet locum exceptio non 45
numeratæ pecuniæ Ursil. ad Afflict. *dec.* 110. *nu.* 6.
Tapp. *dec.* 34. Rot. Jan. *dec.* 26. *n.* 5. Rocc. Episc.
cap. 93. *num.* 8. *lib.* 2. ubi reprobat Facchin. *lib.* 2.
contr. cap. 86. contrariom docentem.

Mercaturæ exercitium a Sacris Canonibus Eccle- 46
siasticis personis interdictum *cap.* 2. *ne cler. vel mo-
nac. cap. clerici, & cap. fin. de vit. & honest. cleric.
c. negotiatorem c. fornicari* 88. *dist. c. Clerici* 14. *qu.* 4.
Rocc. Episc. *cap.* 170. *n.* 7. *lib.* 1.

Mercatura Clericis prohibita est, & de qua pro-
priè intelligatur De Luc. *de Regal. disc.* 53. *nu.* 10.
de Regul. disc. 60. *n.* 2. *&* 32 *Miscell. disc.* 6. *n.* 5. *&*
8. *Annot. ad Concil. disc.* 19. *n.* 4. *de Camb. disc.* 18.
n. 32. in quibus locis agit an hæc prohibitio exten-
datur ad diversa, de quibus *ibidem*.

Clerici immunitate non gaudent pro iis, quæ mer- 47
caturam concernunt De Luc. *Miscell. disc.* 5. *n.* 19.
& 24. *disc.* 8. *n.* 9. *Annot. ad Concil. disc.* 19. *n.* 7.

Pro illicita mercatura Camerales non distinguunt 48
Clericum in Sacris, & in minoribus De Luc. *de
Camb. disc.* 32. *n.* 2. ubi hoc declaratur.

De abusu commissariorom in hac materia De Luc.
Annot. ad Concil. disc. 19. *n.* 5. *&* 7.

Et licet Camera soleat ausere, interim tamen Cle-
rici bene acquirunt, et contractus non dicitur nul-
lus ad commodum alterius contrahentis De Luc. *de
Camb. disc.* 18. *n.* 7. *disc.* 32. *n.* 2. *vers. verum ubi
etiam Annot. ad Concil. disc.* 19. *n.* 5. *&* 7.

Mercatora an verificari debeat ab eodem Judice
Ecclesiastico De Luc. *Miscell. disc.* 2. *n.* 37.

Mercator dives an dicatur nobilis, latè De Luc. 49
de Testam. disc. 84. *n.* 5. *cum seqq.*

Filii mercatorum dicuntur magis nobiles, & de
ratione Card. De Luc. *d. disc.* 84. *n.* 6.

Mercatura nobilitati non officit de consuetudine
Britaniæ, dummodo minutatim non exerceatur.
Gratian. *discept.* 976. *n.* 5. Andreol. *controv.* 167. *n.*
1. *&* 2. Emerix Jun. *decis.* 630. *n.* 3.

Mercatura de consuetudine Franciæ exercita per
Patrem nobilem non præjudicat nobilitati filiorum.
Rebuff. *in Comment. tom.* 2. *tit. de mercator. ven-
dentibus minutatim, n.* 21. Emerix Jun. *ibid. n.* 4.

Mercatora exerceri regulariter non debet à Viris
nobilibus per se ipsos. Card. De L. c. *de Cred. disc.*
89. *n.* 6. Emerix Jun. *dec.* 826. *n.* 11.

Unde ipsi solent inire cum Mercatoribus contra-
ctum participationis pro aliqua rata. Emerix Jun. *d.
dec.* 826. *n.* 10. *& dec.* 871. *n.* 7.

Mercatores Anconitani regulariter lucrantur ad 50
rationem decem pro centenario Emerix Jun. *decis.*
511. *n.* 5.

Mercatores describere solent venditiones, quæ fiunt 51
minutatim in libris fundaci, non autèm desuper con-
ficere Instrumentum. Corn. *cons.* 319. *n.* 12. Emerix
Jun. *dec.* 527. *n.* 10.

Mercatores fidei candorem solent inter ipsos in- 52
violabiliter observare Alex. *cons.* 80. *n.* 12. *& seqq.
lib.* 5. Emerix jun. *dict. dec.* 527. *n.* 8.

Mercatores mercium transmissionem, aut consi- 53
gnationem verisimile non est quod continuent fa-
vore sui debitoris nulla petita satisfactione præce-
dentium. Manent. *cons.* 89. *nu.* 16. *lib.* 1. Mandell.
cons. 512. *n.* 5. *lib.* 3. Emerix Jun. *dec.* 449. *n.* 7.

Mercatores negligentes esse non solent in recope- 54
randis scripturis, seu quietantiis, aut ordinibus. Rot.
dec 175. *n.* 5. *&* 6 *& dec.* 378. *nu.* 14. *part.* 17. *rec.*
Emerix Jun. *dec.* 482. *n.* 8.

Mercatores publici, vel privati quinam dicantur 55
ad effectum illos cogendi ad exhibitionem librorum.
Emerix Jun. *dec.* 149. *n.* 1.

Mer-

56 Mercator mandatarius præsumitur recipere pecunias juxta modum præcedenter inter ipsum, & mandantem explicatum. Rot. cor. Seraphin. *dec.* 1158. *sub n.* 3. *vers. non fuit responsum*. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 27. *lib.* 8. *n.* 10. *vol.* 3.

. Ex tali pecuniarum receptione jungitur mutuus contrahentium consensus. Paris. *cons.* 107. *num.* 29. *lib.* 1. Rot. *dec.* 395. *nu.* 2. *part.* 5. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 27. *n.* 11. *lib.* 8. *vol.* 3.

57 Mercator intelligendus est de modo grossolano, & pro eorum stylo Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 235. *n.* 4. *de Camb. disc.* 30. *nu.* 5. *de Cred. disc.* 65. *num.* 14.

58 Mercator duplicem personam repræsentare solet, de qua. Card. De Luc. *sub tit. de Empt. disc.* 5. *n.* 8.

59 Mercator exigens pro alio tenetur ad instar depositarii Caprat. *dec.* 65. *n.* 2. *part.* 1. Et tenetur via exequutiva *ibidem n.* 3.

60 Mercator, qui de mandato corrispondalis, per simplices litteras dato, solvit litteras ab alio mercatore directas potest agere contra mandantem via exequutiva, quæ si non directè saltèm obliquè resultat ex clausula *dandone debito* in mandato apposita, qua mandans voluit efficaciter obligari Caprat. *d. decis.* 65. *n.* 5.

61 Mercatorum æstimatio est in dies variabilis, & sub prætextu illius diminutionis non sunt retardandi effectus promissionum, ne fides publica lædatur, & impediatur libertas commercii Caprat. *dec.* 238. *n.* 5. *part.* 1.

62 Mercator minor reputatur major in concernentibus negotia mercantilia Gratian. *cap.* 279. *a num.* 46. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 284. *a num.* 13. Da Luc. *de Alien. disc.* 34. *n.* 5.

Quando autem quis dicatur mercator ad istum effectum. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 34. *num.* 9. Amplia in muliere mercaturam exercente, quæ non indiget solemnitatibus Card. De Luc. *d. disc.* 34. *n.* 4. *de Cred. disc.* 75. *n.* 5. & 6. & *disc.* 78. *num.* 8. Intellige de continuatione negotii, non autem de mercatura ex integro ab ipsa suscepta. Card. De Luc. *d. disc.* 34. *n.* 6. & 7.

63 De Jurisdictione Magistri nundinarum, seu Consulis, aut alterius fori mercatorum. Card. De Luc. *de Jurisd. disc.* 83. *n.* 9.

64 In Nundinis, & portibus datur judicium sumarium, & planum coram Consulibus in rebus tamen, & negotiis mercantilibus. Card. Da Luc. *dict. disc.* 83. *n.* 9.

65 Mercator ripalis in Urbe præfertur pro vino in bonis Cauponæ & quid in concursu cum dote, vel pensione domus Card. De Luc. *de Cred. disc.* 21. *n.* 7. & 8.

66 Mercatorum litteræ habent vim pecuniæ numeratæ Card. De Luc. *de Cred. disc.* 51. *n.* 3. Quin imo pagellæ vulgo *pagberò* Card. De Luc. *de Cred. disc.* 25. *n.* 2.

67 . Mercatorum puncti, lineæ, vel cifræ habentur pro Instrumentis. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 78. *sub num.* 8.

68 Mercatoribus in re spectante ad eorum manus creditur. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 20. *n.* 5. *lib.* 5. *vol.* 1.

69 Mercatorum conventiones, ut afficiant tertios, debent defferri ad forum Mercatorum ex dispositione statuti Bononiæ ajusdem fori Castald. *consult.* 175. *n.* 3. *fol.* 78.

70 Mercatores Veneti vacant omni suspicione fraudis, & doli Balduc. *de Assecurat. tit.* 1. *decis.* 15. *num.* 26.

§. MERETRIX. XVIII.

1 MEretrix propriè dicitur illa, quæ passim, & palam omnibus patet ad explendam libidinem, sive quæstus causa, sive etiam sine ullo quæstu, & alia, vide per Cabal. *resolut. crim. cas.* 123. *n.* 5. &c. Menoch. *de arbitr. cas.* 535. *num.* 2. & *seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 135. *n.* 5. &c. idem Menoch. *cas.* 291. *n.* 6. Pac-Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 60. *fol.* 231. *et vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 457. *fol.* 327. Barbos. *de appellat. verb. signific. appellat.* 150. *n. pr.* &c. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 1066. ubi latè ex quibus probetur, vel præsumitur meretrix, Decian. *tract. crim. lib.* 2. *volum.* 8. *cap.* 7. *n.* 10. Card. Tusch. *litt. M, conclus.* 211. Gizzarel. & Addeot. *decis.* 52. & 54. Farinac. *quæst.* 136. *cap.* 3. *per tot.* ubi adducit octo probationes, & conjecturas, Franch. *dec.* 68. ubi loquitur ad effectum jurisdictionis, an sit judicanda ab Officialibus, sive Magistratu meretricum, vel aliis judicibus ordinariis, Ricc. *Collect.* 163. & 3053. Sanfelic. *decis.* 341. ubi quæ dicatur meretrix, vel non, ut si sit nupta, adulterium cum ea sit punibile, vel non, & requirit esse publicè prostitutam, aliàs adulterium esse punibile tam in ea, quàm in adultero, &c. vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 9. *à num.* 68. *tom.* 2. Amendol. ad De Franch. *dict. decis.* 68. *n.* 12. Novar. *de Elect. For. quæst.* 21. *nu.* 5. Peguer. *decis.* 12. *num.* 7. Brunnemann. *ff. libr.* 23. *tit.* 2. *leg.* 43. *num. pr.*

Non tamen meretrix dicitur illa, quæ sine quæstu amoris causa, alicui amanti sui copiam facit, & ideò non potest de vicinia expelli, non dicitur turpis persona, quæ præterito fratre non possit institui hæres, nec potest pro debito carcerari, Menoch. *de arbitr. cas.* 318. *per tot.* ubi latè septem argumentis ingeniosè id probat ex vi, & potentia amoris, sequitur Mascard. *de probat. concl.* 1066. *num.* 7. *et seqq.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 150. *num.* 2. ubi plures decisiones allegat, *et num.* 3. quòd sub nomine meretricis, non venit etiam illa, quæ meretricari desierit, dixi *in meis resolut. cap.* 82. *n.* 36. Farinac. *quæst.* 98. *et* 86. Baron. *de citat. tom.* 2. *in Addit. ad quæst.* 18. *num.* 144. dixi *in Pract.* §. *Meretrici n.* 26. 27. *et* 28. ubi quid in hoc statuant leges municipales Florentiæ, & qualiter hæc opinio sit intelligenda cessante quæstu, & præmio, ex sola vi, & potantia amoris, vide Caroc. *decis.* 124. Ricc. *Collect.* 163. *et* 3053. Thom. Trivis. *decis.* 33. *lib.* 3. Novar. *Collect.* 131. *et* 132. Addit ad Sanfelic. *decis.* 356. ubi plura de meretricibus, quæ tales dicantur, ut possint expelli, vel non, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 40. *per tot* ubi plura quæ sint meretrices an expelli possint à vicinia, expulsæ an solvant pensionem, &c. Altimar. *loc. cit. nu.* 72. Novar. *Pragm. de Meretr. n.* 8. Pheb. *arrest.* 145.

Et quòd etiam mulier nobilis meretricando, non amittat nobilitatem suorum natalium, nec privilegia cæteris mulieribus nobilibus concessa, Didac. Mari in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 54. *n.* 8. *fol. mihi* 449. Farinac. & Vulpin. *in fuco quæst* 98. *cas.* 13. dixi *in Pract.* §. *Meretrici n.* 28. *in fine*, Joseph. Feliv. *Margar. variar. concl. verb. vidua fol.* 126. ubi quod vidua nobilis, licèt meretrix non potest carcerari, pro debito civili, vide in §. *Mulier n.* 29.

Contrarium probat text. *in l. Senatoris filia*, *ff. de tit. nupt.* Bart. *in l. pr. ff. de iis quib. ut indig.* Tusch. *litt. N*, *concl.* 50. Thom. Trivis. *decis.* 33. *n.* 6. *lib.* 2.

Quòd meretrix occulta, verè sit meretrix, licet non stet in lupanari, quia dum est venalis, parum refert an publicè, vel occultè, sive secretè concubitus vendat, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 47. *n.* 15. & *seqq.*

Meretrices, & lenones non possunt esse testes in cri- 2
minalibus cum sint infames, nisi agatur de re in lupanari sequuta, vel aliter veritas haberi non possit, nam tunc admitterentur cum tortura ad purgandam infamiam, non tamen ad effectum faciendi plenam probationem, sed tantùm indicium (quamvis quo ad dictam torturam numquam viderim servari) Clar. §. *fin. q.* 24. *vers. item infamis*, Menoch. *de arbitr. cas.* 535. *num.* 21. Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1066. *n.* 40. *et* 41. Farinac. *q.* 16. *art.* 10. *per tot.* Conciol. *resol. crimin. verb. Testis quoad personas resol.* 16. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 14. *tit.* 18. *n.* 456. *fol.* 327. vide in §. *Infamia num.* 3. *et* §. *Testis n.* 4.

Meretrix nupta rem habens cum alio, non punitur 3
in foro contentioso, sicut nec ille, qui secum rem habet, Cabal. *resolut. crim. cas.* 123. *num.* 3. *et per tot.* Clar. §. *Adulterium num.* 3. Farinac. *quæst.* 145. §. *Meretrix num.* 274. *et seqq.*

Contrarium autem quoad meretrices nuptas, quòd possint à viro, patre, & aliis propinquis, quibus permissum est, accusari de adulterio, non judicentur secun-

cundum leges meretricales, nec remittantur ad judices meretricum propter honorem matrimonii, quando inscio, & invito marito, talem vitam degunt, secus autem si illo sciente, & consentiente, Capyc. *decis.* 44. *per tot.* Alexand. *cons.* 99. *nu.* 9. *lib.* 6. vide Clar. & Cabal. *loc. cit.* qui tenent primam opinionem, quam tamen intelligunt in vera, & publica meretrice, quæ palam omnibus se prostituit, vel sciente viro meretricatur, aliàs secus, adde Sanfelic. *decis.* 266. *per tot.* ubi benè circa casus distinguit circa meretrices nuptas qualiter, & quando puniantur tam ipsæ, quàm illarum mariti lenones, & adulteri, *et decis.* 341. *per tot.*

Florentiæ etiam practicatur prima opinio propter Officium Honestatis (sive rectius inhonestatis) quod admittit etiam mulieres nuptas ad meretricandum, etiam invito marito, patre, & aliis, ab illisque exigit solitas taxas, nec patitur easdem molestari ex hac causa, dum sunt in eo descriptæ, quòd an sit rationi consonum, valde dubito, cum de jure possint meretrices à parentibus compelli ad relinquendum vitam inhonestam, ut probat Scanarol. *de visit. Carcer. lib. pr.* §. 3. *cap.* 4. *num.* 44. *etc.*

An autem dictum officium Honestatis modo, quo supra, possit tuta conscientia à Principe permitti, & à Ministris exerceri, maximè quoad mulieres nuptas, quare sic dictum, unde originem traxerit, & alia ad propositum, dixi *in Pract.* §. *Meretrici num.* 31. *et seqq. num.* 53. *et num.* 48. ubi qualiter hodie omnia rectè sint ordinata, in hac materia, possint accusari, & puniri de adulterio, & alia faciunt scripta per Carol. Rot. *in Florileg. concl.* 21. *nu.* 12. *et seqq. fol.* 78. ubi an possit exigi decima personalis à meretricibus ex industria venerei actus, & affirmativè concludit in habitu, sed non in actu, hoc est quando meretricaliter vivunt, quia major in peccando præberetur occasio, sed postquam pravam dereliquerunt vitam ex doctrina D. Th. 2. 2. *q.* 87. *art.* 2. Monet. *de Decim. cap.* 4. *q. pr. n.* 41. *et seqq.* Ricc. *decis.* 143.

An meretrix nupta teneatur dare lucrum marito ex adulterio quæsitum, vide Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resolut.* 7. dixi in §. *Uxor num.* 23. *in fine.*

4 Meretrix sive nupta, sive soluta non potest per vim cogi ad peccatum, & violenter eam cognoscens, vel rapiens, tenetur pœna judici arbitraria; mitiori tamen, quàm si non esset meretrix, latè Cabal. *resol. crimin. cas.* 179. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 653. *num.* 51. *etc.* Clar. cum Addit. in §. *Fornicatio in princ. et* §. *Raptus, vers. quæro numquid*, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 356. *vers. an coitus violentus.*

Quòd per vim meretricem carnaliter cognoscens, non puniatur aliqua pœna videtur tenere Menoch. *de arbitr. cas.* 289. *n.* 15. Sanfelic. *decis.* 341. *num.* 6. ubi intelligit de publicè prostitutis.

Sed contrarium, & melius concordando cum prædicti latè firmat idem Menoch. *cas.* 291. *nu.* 2. *et seqq. et cas.* 535. *num.* 29. *etc.* Thom. Trivis. *decis.* 33. *nu.* 9. *etc. lib.* 2. vide Th. Hurtad. *resolut. moral. par. pr. tract. pr. resol.* 17. *num.* 144. *et seqq.* ubi distinguit.

5 Meretrices, & aliæ inhonestæ mulieres possunt expelli de vicinia, nisi haberent maritum honestum, & non vilem, nec lenonem, vel nisi ipsæ prævenerint in habitatione, & alia, vide per Menoch. *de arbitr. cas.* 78. *n.* 10. *etc. cas.* 83. *num.* 18. *cas.* 222. *nu.* 12. *etc. cas.* 535. *num.* 26. *etc.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 184. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 135. *nu.* 20. *etc. cap.* 962. *nu.* 19. *etc.* Gizzarel. ubi Addent. *decis.* 54. *per tot.* Pignatell. *consul.* 77. *n.* 4., *et seq. tom.* 4. Vide Altimar. *de nullis. rubr.* 11. *quæst.* 9. *num.* 72. *tom.* 2. Card. De Luc. *de Regal. disc. pr. n.* 165. Peguer. *dec.* 32. *n.* 6. Brunnemann. *C. libr. pr. tit. pr. leg.* 2. *n.* 4.

Quòd procedit etiamsi habitarent in propriis domibus, vel etiamsi domus essent personarum Ecclesiasticarum, nam adhoc possunt, ut supra expelli; non tamen possunt ex dicta causa à locatore alibi commorante ante tempus expelli, vide Baron. *tractat. de citat. tom.* 2. *in Addit. ad q.* 18. *n.* 124. *et seqq. ad* 136. Thes. *Quæst. forens. cap.* 32. Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *d. decis.* 54. *n.* 18. *et* 19. ubi tamen Didac. Mati. *num. pr. etc.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 356. Calvin. *de æquit. lib. pr. cap.* 33. *per tot.* Possent. *sing.* 213. ubi quòd possunt expelli etiam de domo propria. Vide Altimar. *d. n.* 72.

An autem dictæ meretrices, ut supra à vicinia expulsæ, teneantur solvere pensionem domus pro tempore, quo ex dicta causa non habitaverint domum conductam, vel potius dictum damnum subire debeant vicini facientes illas expellere, vel dominus domus & locator; quæstio penes me est valdè dubitabilis, non respectu vicinorum, quos ad nihilum teneri, tamquàm jure suo utentes extra difficultatem existimo, sed respectu ipsarum meretricum, & locatoris, in qua tamen magis communis opinio videtur, dictas meretrices non teneri, sed damnum esse locatoris scienter cum hujusmodi personis contrahentis, ex quo prævidere debebat id, quod accidere poterat, vel saltem quia fuit in culpa non investigando conditionem personarum, Ricc. *resol.* 133. *volum.* 2. Balthas. de Angel. In Addit. ad Gizzarel. *dec.* 38. *n.* 3. Joseph. Mele ad dictum Gizzarel. *dec.* 54. *num.* 6. Baron. *de citat. tom.* 2. *in Addition. ad qu.* 18. *nu.* 133. Molin. *de contract. disputat.* 499. Scanarol. *de visitat. Carcer. lib.* 1. § 3. *cap.* 4. *n.* 43. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 356. *vel si meretrix*, Joseph. Felin. *in Margar. var. conclus. vers. Pensio*, *fol.* 31. *colum.* 1. *in fine.*

Quando autem dominus domus, & locator probabiliter ignoravit conditionem inhonestæ personæ, vel quia post locationem meretricari cœpit, cùm major sit culpa ex parte ipsius meretricis, præponderat negligentiæ locatoris in melius se informando, & ipsa meretrix expulsa propter suos malos mores, & inhonestates, periculum pensionis subire deberet pro tempore convento, & non locator, nisi eamdem domum alteri locaverit, quam hoc casu eidem quoque meretrici sublocare pro dicto tempore non esse denegandum putarem, ad tradita per Scanarol. *loc. cit.* & Molin. *loc. pariter cit.* dixi *in Pract.* §. *Meretrici n.* 43. *& facit in resol. cap.* 1. *n.* 2.

Florentiæ extant viæ deputatæ pro habitatione meretricum, vigore plurium bannimentorum, quæ tamen non servantur, nisi quandoque ad instantiam vicinorum, & quare dixi *in Pract.* §. *Meretrici nu.* 28. 44. *&c.*

Et idem esse Romæ, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 8. *in fine fol.* 476.

An autem peccet locans domum meretrici, Dian. *part.* 5. *tract.* 7. *resol.* 26. ubi refert diversas opiniones sed negativam probat, nisi ob loci circumstantiam aliis detur occasio peccandi.

Meretrices in contrahendo tenentur servare solemnitates inductas à statuto in contractibus aliarum mulierum, Pic. *ad stat. Urb. gloss.* 2. *n.* 10. *&c.* Grat. *discept. forens. cap.* 962. *n.* 15. *&c.* 6

Quòd Florentiæ non possint aliquid vendere, nec alii ab eis emere sine licentia Officii Honestatis sub pœna Scut. 25. auri, & amissionis rerum, dixi *in Pract.* §. *Meretrici n.* 22. *&* 23. sequitur mox citato Urceol. *de transact. quæst.* 39. *n.* 40. ubi etiam quid servetur Romæ, & de jure communi.

Meretrices non gaudent statuto disponente quòd mulier non possit personaliter capi, nec possit constitutione permittente mulieribus constituere procuratorem in criminalibus, & debent ferre signum, ut ab honestis mulieribus dignoscantur, Gratian. *discept. for. cap.* 962. *n.* 16. *&c.* vide in §. *Mulier n.* 7

Nuptæ tamen non possunt carcerari pro debito, nisi sciente, & patiente viro meretricentur, Menoch. *de arbitr. cas.* 505. *n.* 7. *&* 19.

Quòd meretrices etiam conjugatæ, quæ vito sciente meretricantur possint pro debito carcerari, sive publico, sive privato, sicut & pro quolibet crimine, etiam levi; debeant tamen separatim à viris honestè custodiri, quia lex non permittit sub publica custodia aliquod turpitudinis genus committi, latè Menoch. *de arbitr. quæst.* 86. *n.* 13. *&c.* ubi etiam *n.* 17. quòd conjugatæ magis delinquunt, & gravius puniri debent, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 6. *per tot. fol.* 473. *&c.* Balthass. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 54. *n.* 3. *& seqq.* Sperell. *dec.* 158. *nu.* 38. ubi quòd possunt pro debito carcerari.

Me-

8 Meretrices dicuntur personæ miserabiles, & secundum magis communem opinionem, tamquàm tales gaudent privilegio, *leg. unic. Cod. quando Imper. inter pupill. & vidu.* Menoch. *de arbitr. cas.* 66. *nu.* 25. Franch. *dec.* 233. Gratian. *discept. for. c.* 962. *n.* 29. *&c.* Ricc. *Collect.* 3053. Lanfranc. Zacch. *tractat. de salar. & merced. quæst.* 91. *n.* 35. quos secutus sum in Pract. *ff. Meretrici n.* 39. Manfrel. ad Capyc. Latr. *dec.* 59. *n.* 4. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 399. *vers. meretrices fol.* 196. *tom.* 6.

Sed si modo veritatem prout decet, amamus, exceptis quibusdam pauperculis, quæ verè mendicæ, & miserabiles sunt, ac tamquam pauperes dicto privilegio potiri debent, aliæ meretrices, ac etiam viduæ inhonestæ divitiis, & amantibus affluentes, quoad mundum non sunt, nec dici possunt miserabiles personæ, quamvis in anima, quæ cunctis rebus pretiosior est imò miserimæ sint secundum præsentem justitiam, & ideò dicto privilegio gaudere non debent, quod est concessum personis fortuna, & non proprio facto, & delicto miserabilibus, delictum enim nemini patrocinari debet, & ne plus luxuriæ, quàm castitati tribuatur; nisi quoad viduas pœnitentiam egerint, & resipuerint, ut benè probat Sperel. *dec.* 158. *num.* 30. *& seqq.* Neguiz. *in Silv. nupt. lib.* 6. *cap.* 29. Thes. jun. in Addit. ad patris *dec.* 77. *in fine*, vide in §. *Persona n.* Ansald. *de commerc. & mercat. disc. gener. n.* 18.

9 Meretricum dolos, & fraudes, quibus alliciunt homines, quæ propriè dicantur tales, & ex quibus conjecturis detegantur, undè dicantur, qualiter fuerunt inventæ à diabolo, an, & quare olim fuerint, & hodie sint tolleratæ in civitatibus, in qua parte habitare separatim debeant, an teneantur gestare signum aliquod, quòd sint infames, an eis legari, & donari possit, & an ipsæ aliis, quid si ad bonam frugem reversæ fuerint, an possint invitæ compelli ad coitum, & alia latè explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 535. *per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. qu.* 76. *nu.* 54. *per tot.* facit latè Paul. Rub. *in discursu ad part.* 11. *dec.* Rot. Rom. *n.* 468. *& seq. per tot.* ubi plurima de mulierum potentia tàm in bono, quàm in malo. An sint tollerandæ Pignatell. *consult.* 81. *per tot. to.* 7. Circa supadictas conclusiones vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 9. *a num.* 68. *tom.* 2. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 429. *n.* 29.

De sortilegio libidinis causa intentato per meretriculam; quòd sit delictum mixti fori dum hæresim manifestè non sapiat, & qua pęna sit puniendum, nempè mortis, & confiscationis bonorum de jure civili, vel verius de generali consuetudine arbitraria, puta fustigationis, ignominiosæ mitræ, triremium respectu virorum, exilii, vel carceris juxta facti, & personarum qualitates, latè Laurent. Matthen. & Sanz. *tract. de re crim. controv.* 60. Grivel. *decis.* 33. *per tot.* ubi quod mulieres sortilegæ, & maleficæ non sunt de facili tormentis subiiciendæ, & quare, & an crimina commissa per obsessos à Dęmone sint tribuenda Dæmoni obsidenti, ut nullum ab obsesso pro crimine commisso sit sumendum supplicium.

Quòd infanticidia, & alia delicta commissa à Lamiis, & ab obsessis spectent ad cognitionem Judicis sæcularis, & non Ecclesiastici, Fermosin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ quæst.* 59. *n.* 25. *de Constitut.* Alphons. de Castro *de just. hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 16. *in fine*, Simanc. *Cathol. Institut. tit.* 37. *de Lamii n.* 17. Cyriac. *controvers.* 434. *n.* 8. *& seqq.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 6. *ff.* 1. *n.* 74. *& seqq.* ubi tamen firmat, quod etiam Judex Ecclesiasticus data præventione possit incidenter de aliis delictis cognoscere; sed vide quæ notavi ad hoc propositum in §. *Abortus n.* 9. & alibi.

De pluribus provisionibus Romæ factis contra meretrices, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 1. *ff.* 3. *cap.* 4. *per tot.*

De aliis similibus Florentiæ emanatis dixi in Pract. *ff. Meretrici per tot.*

Qualiter possint compelli gestare signum, & abstinere à vestibus honestis, ut cognoscantur à mulieribus pudicis, Didac. Mari. in Addit. Gizzrel. *decis.* 52. *n.* 6. Joseph. Mele ad eumdem Gizzarel. *dec.* 54. *n.* 7. de quo Florentiæ extant plura bannimenta, licèt non serventur, ut dixi in Pract. *ff. Meretrici n.* 17. *&* 25. Brunnemann. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 4. *leg.* 4. *fol.* 34.

Meretricibus potest per judicem interdici administrario bonorum, quo casu non possunt disponere inter vivos, nec causa mortis, quamvis vellent testari ad pias causas, quod pro cautela consanguineis illarum ab intestato successuris, tradit Ferret. *caut.* 6. *per text. & gloss. in leg. & mulieri ff. de Curat. furios.* vide in §. *Curator n.* Montan. *de tut. cap.* 28 *n.* 50. *&c.* ubi etiam quòd à Fisco, vel Principe possunt spoliari bonis ab amantibus lucratis, quòd ego intelligo in excessu, vel per fraudem juxta inferiùs dicenda, vide Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 13. *limit.* 42. *per tot.* Urceol. *tract. de transact. quæst.* 39. *n.* 12. *& seqq. per tot.* Vide De Luc. *de Testam. disc.* 37. *n.* 2. 10

Florentiæ vigore legis de anno 1553. meretrices non habentes filios, vel alios descendentes legitimos, & naturales, non possunt inter vivos ex titulo lucrativo, nec in ultima voluntate de bonis suis disponere, nisi relicta quarta parte, deducto ære alieno, Monasterio Convertitarum ejusdem Civitatis, ut dixi in Pract. §. *Meretrici n.* 4. *& seqq. & n.* 48. quem locum refert, & sequitur Urceol. *d. qu.* 39. *sub n.* 40.

De simili prohibitione vigente etiam Romæ, vide Scanarol. *de visit. Carcer.* §. 3. *cap.* 4. *nu.* 31. *& seqq.* Guaz. *loc. sup. cit.* Urceol. *d. q.* 39. *n.* 40.

Sed Bullam in favorem Monasterii Convertitarum Urbis, non procedere quoad meretrices, quæ ad meliorem frugem, & vitam redierunt, nec illas comprehendere, Seraph. *decis.* 999. Idem Paulut. *dict. dissert.* 82. *à n.* 90. *& seq.* Plura circa hanc Bullam vide apud De Luc. *de Testam. disc.* 37. *&* 90. *de Donat. disc.* 22. *n.* 15. *de Regul. disc.* 186.

Meretrix quicquid meretricando acquirit, suum facit, ac potest de eo elargiri, & disponere, & illi aliquid promittens ratione turpitudinis, tenetur etiam in foro conscientiæ solvere, & adimplere juxta inferiùs dicenda, cùm possit etiam meretrici justè, & sanctè post factum dari pro recompensatione damni, & honoris, & pro subsidio, proponendo sibi principaliter virtutem charitatis, & misericordiæ, detestato tamen semper peccato præterito, sicuti ex Covar. Navar. Cajetan. & aliis probat Grat. *discept. forens. cap.* 218. *nu.* 5. *&c.* ubi etiam quòd potest meretrix ex lucro meretricio ædificare Ecclesias, vel illas dotare, & juspatronatus acquirere, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 59., *fol.* 231. Gizzarel. & Addent. *dec.* 52. *per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.* 76. *per tot.* Urceol. *de transact. qu.* 39. *per tot.* ubi benè totam materiam distinguit, & declarat, adde latè Gabriel. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 7. *dub.* 1. *& seqq. fol. mihi* 122. *&c.* 11

An habens rem cum meretrice teneatur in conscientia illi solvere solitam mercedem, sive eam promiserit, sive non plures pro utraque opinione allegat Dian. *part.* 2. *tr.* 16. *resol.* 40. *& part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 27. ubi quid si promiserit cum juramento, & tenet obligatio pro summa solita, omni prodigalitate seclusa, non autem pro incremento prodigalitatem continente. Brunnemann. *supr. Cod. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 10. *&* 19. *fol.* 287.

Et an donatio prodiga sit ipso jure nulla, idem Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 84.

Meretricibus debetur salarium, sive solita merces illarum turpitudinis juxta communem Theologorum, Canonistarum, & Juristarum, sententiam absque ex dicta causa datur non solùm licitè retentio accepti, sed etiam actio ad petendam, & consequendam dictam mercedem, sive fuerit promissa, sive non; intelligendo tamen pro turpitudine jam commissa, non autem quòd possint compellere aliquem ad servandum pactum initum pro turpitudine futura, facit Viv. *comm. opin.* 499. Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 102. *per tot.* ubi quòd omnis donatio, vel promissio ad finem turpem est nulla ante pecca- 12

ca-

catum, posteà verò potest jure naturæ valere, non propter commissum peccatum, sed propter impensum laborem, & periculum, cui donatariua in gratiam donantis se axposuit, & exemplificat in donante ad pejerandum, homicidium pattrandum, & hujusmodi, vide in §. *Promissio n.* 7. Gabr. Vasquez. *loc. sup. cit. dub.* 4. *per tot. fol.* 125. Paul. Christin. *dec. Belg.* 11. *vol.* 3. ubi plura de conditione ob turpem causam. De Luc. ad Gratian. *cap.* 218. *in princ.*

Limitatur tamen dicta principalis conclusio, Primo non procedere stante fraude, vel falsis assertionibus, quòd Virgo esset vel non aliàs cognita, nisi à tali Principe, vel Magnate, intelligendo respectu majoris summæ ex hac causa extortæ, & non solitæ mercedis ordinariæ.

Secundò, stante excessu mercedis.

Tertiò, quando fornitarius non haberet potestatem dandi, ut sunt filiifam. minores, Religiosi, Clerici, milites stipendiati, & continuò ad bellum parati, ac Doctores, ne in vilipendium dignitatis ad inopiam reducantur, excepto tamen eo, quod (legitimè probatis meritis) daretur in remunerationem aliorum servitiorum sine turpitudine præstitorum, & his casibus non solum meretricibus denegatur actio, sed etiam retentio, ita ut omnes acceptum restituere teneantur, sicuti hæc omnia singillatim probat, & exornat videndus Lanfranch. Zacc. *d. quæst.* 76. *per tot.* Gizzarel. & Addent. *decis.* 52. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 356. ubi plures allegat, Urceol. *tract. de transact. quæst.* 39. *per tot.* ubi quoad meretrices comprobat prædicta; quò verò ad adulteras non posse agere, sed tantùm accepta retinere, vide in §. *Donatio n.* 53. Tusch. *litt. M, concl.* 221. ubi quorum sint capaces meretrices, vel non, & *concl.* 222. ubi quæ privilegia amittant.

An meretrices, vel hujusmodi fœminæ inhonestæ licèt occultæ semper teneantur restituere accepta ea causa libidinis à filiisfam. & Religiosis, latè Dian. *part.* 11. *tractat.* 2. *resolut.* 65. P. Steph. de Neap. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 10. *& seqq.*

Quartò limitatur dicta principalis conclusio procedere tantùm in publicis meretricibus, non autem in aliis fœminis occultè peccantibus, quæ non possunt petere mercedem promissam, nec datam retinere, sed etiam in foro animæ illam restituere tenentur secundum plures DD. relatos, & de communi per Vivi. *comm. opin.* 499. ubi tamen concludit procedere solùm in foro externo, nam in foro conscientiæ possunt dictæ mulieres, etiam occultè peccantes retinere quæsita secundum Theologos, D. Anton. *in Sum. part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 23. ubi concludit, quæsita per concubinatum, adulterium, & sodomiam restituenda non esse, sed potius suadendum illa de consilio largiri pauperibus, ut refert Vivi. *loc. cit.* intelligendo de quæsitis supra absque dolo, excessu, & ab habentibus liberam bonorum administrationem, & vide Urceol. *de transact. d. qu.* 39. *per tot.* Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 47. *per tot.* ubi pro validitate donationis factæ ab adultero ad favorem adulteræ, vel similium personarum, etiam Monialium, & tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, sive publicè, sive occultè, & secretè se prostituentium, quia licèt turpiter agant, non tamen turpiter accipiunt. De prædictis omnibus maximè quoad forum conscientiæ, latè Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 7. *de turpi lucro per tot. fol.* 122. *&c.* vide in §. *Legatum n.* 51.

13 Meretrix, vel alia mulier reperta in peccato cum Clerico, à quo judice puniri debeat, & quid in similibus ratione conexionis causæ, latè Sperel. *dec.* 19. *per tot.* ubi in omnibus concludit ad favorem judicis Ecclesiastici, Tusch. *litt. M, concl.* 293. *numer.* 44. *&c.*

Sed vide quæ dixi in §. *Causa n.* 13. §. *Laicus n.* 3. §. *Concubina n.* 5. ubi pro judice sæculari pro quo etiam concludit Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 58. Valasc. *allegat.* 34. Thom. del Bene *de Immunit. Ecc. part.* 1. *cap.* 10. *dub.* 17. *fol.* 491. ubi quamvis teneat de jure concubinam Clerici esse puniendam à judice Ecclesiastico, fatetur tamen in praxi contrarium servari, & puniri à judice sæculari cum aliquibus animadversionibus, & limitationibus, de quibus ibidem *n.* 7. *& seqq.*

Meretrices, quæ in Paschate non confessæ sunt, si moriantur sine confessione, an sint privandæ Ecclesiastica sepultura, & incurrant censuram aliquam synodalem si extet, vide Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *res.* 36. ubi refert DD. negativam probantes, nec ipse dissentit, licet asserat Romæ privari, & sepeliri in quodam loco extram Portam Populi, ac idem Florentiæ servari audio. 14

Meretrices, & illarum turpitudines sunt omni jure non tantum divino, sed etiam civili reprobatæ, & variis pœnis affectæ, nempè ut (ultra pęnas spirituales) inter viles, & abjectas personas reputentur, turpes personæ dicantur, infamia juris, & facti notentur, illi administratio suorum bonorum interdicatur, denegetur actio injuriarum, & furti, habitu distinguantur ab honestis, priventur donatis, etiam adhibitis tormentis si illa occultaverint ad detegendum, possint ea hac causa à parentibus exhæredari, possint carcerari pro debitis civilibus, repellantur à testimonio ferendo, excludantur ab honestarum consortio, & habitatione, & hujusmodi, ut benè singillatim probant Laurent. Matthæ. & Sanz. *tract. de re crim. controv.* 59. *per tot.* ubi etiam de pęnis jure Hispano antiquo, & moderno contra illas sancitas. 15

Quod lupanaria publica non sint ferenda in Civitatibus, & quare latè probat Gibalin. *de univers. negotiat. libr.* 1. *cap.* 4. *Consectar.* 12. *per tot. fol. mihi* 96. *&c.* Salaedo *in Opuscul.* D. Thom *de Regim. Princip. lib.* 4. *cap.* 14. *dissert.* 49 *per. tot. fol. mihi* 379. ubi tamen *numer.* 170. dicit gravissimos stare auctores pro contraria opinione, quorum rationes, & fundamenta adducit, & refellit pro tollerantia, Th. Hurtad. *resolut. moral. part.* 1. *resolut.* 17. *per tot.*

De meretricibus an possint in judicio convenire Amasios, vel eorum hæredes ad solvendam summam sibi promissam ex causa fornicationis Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 2. *& part.* 3. *sect.* 2. *verb. Meretrix*, ubi se remittit ad Gizzarell. *decis.* 52. & videtur indicare fuisse diversimodè judicatum, vide Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Promissio differ.* 7. *&* 8. *per tot.* ubi etiam quid dicendum in foro conscientiæ, & de meretricibus, quæ possint accipere, & retinere in foro conscientiæ, vel non, Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ disputat.* 4. *num.* 4 *disp.* 34. *num.* 78. *& num.* 202. *&c.* Vide Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 10. *&* 19. *fol.* 287.

Alia plura de meretricibus tradunt Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Meretrices, Mæchi*, & Com. August Fontan. *Bibliotb. leg. part.* 5. *cod. verb. fol.* 118. *&c.* ubi quod ut dicatur aliqua meretrix, debent quatuor concurrere, nempè intentio, professio, quæstus, & actus publicè exercitus, &c. Brunnemann. Card. De Luc. *in Indic. verb. meretrix & verb. concubina.*

Natus ex publica Meretrice non potest ostendere Patrem Natt. *cons.* 265. *sub n.* 2. *in fin.* Spad. *cons.* 251. *n.* 1. Nec illud probare ex assertione Matris, cui in hoc nulla fides adhibetur Spad. *ibid. n.* 2. *&* 9. 16

Filiatio ejus qui natus fuit ex Meretrice respectu Patris est concludenter probanda Alex. *cons.* 157. *sub n.* 3. *lib.* 5. Natt. *cons.* 205. *n.* 2. Spad. *d. cons.* 251. *n.* 6. Et quando de ea principaliter agitur non sufficit probatio, quæ satis est pro obtinendis alimentis, sed plenior, & concludentior exigitur Spad. *ibid. nn.* 7. Et licet admittantur indicia, & conjecturæ, debent tamen singulæ concludenter probari Spad. *ibid. n.* 8.

Meretrix publica dicitur, quæ multorum libidini patet Alex. *d. cons.* 157. *ad fin. lib.* 5. Covar. *in Epitom. de spons. part.* 2. §. 11. *n.* 4. Spad. *d. cons.* 251. *n.* 3. 17

Meretrix dicitur mulier, quæ solita est aperire de nocte jannas domus intrare volentibus Rot. *dec.* 429. *n.* 29. *tam* 2. *part.* 19. *rec.*

Meretricatus probatur Testibus singularibus Bald. *cons.* 207. *lib.* 4. Spad. *ibid. n.* 4. 18

Expulsio fœminæ à vicinia ob ejus inhonestatem est signum ejusdem meretricatus Spad. *loc. sup. cit. n.* 5. 19

Meretricem ancillam alienam rapiens furti non tenetur Fagnan. *in cap. Cum voluntate n.* 4. *de sent.* 20

Ex-

Excom. lib. 5. Meretrix si juvenem libidinis causa rapuit, an constitutio de raptu virginum locum habeat Brunneman. *sup. ff. lib.* 1. *tit.* 3. *l.* 10. *n.* 2.

21 Meretrices devorant animas perditorum Carol. de Graff. *de effect. Cler. eff.* 7. *num.* 51. Fagnan. *in cap. Odoardus n.* 40. *de solutionibus lib.* 3.

22 Ancilla Meretrix non fit infamis Brunneman. *sup. ff. lib.* 3. *tit.* 2. *l.* 4. *n.* 1. *tom.* 1.

23 Meretrix, si santimoniæ studeat an memoria prioris turpitudinis sit infamis Brunneman. *sup. ff. lib.* 23. *tit.* 2. *l.* 43. *n.* 5. An quæ ad meliorem frugem se recepit meretricem vocans injuriarum teneatur Brunneman. *sup. ff. loc. prox. cit. n.* 5. *in fin. tom.* 1.

24 Obtentu paupertatis meretrici non ignoscitur Brunnem. *sup. ff. d. lib.* 23. *tit* 2. *l.* 43. *n.* 7. *tom.* 1.

25 Mater Meretrix meretriculam filiam exheredare non potest Brunneman. *sup. Cod. lib.* 3. *tit.* 28. *l.* 15. *n.* 6. *tom.* 1. *pag.* 212.

26 Meretrix subjecta dicitur Vicario Urbis Card. De Luc. *Rel. Cur. disc.* 13. *n.* 6.

§. MERITA. XIX.

1 MErita donatarii probantur per assertionem donatoris, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. *num.* 48. *& seqq.* Castill. *lib.* 5. *contrav. cap.* 80. *num* 38. Hermosil. *in leg.* 3. *tit.* 4. *part.* 5. *glos.* 2. *nu.* 17. Fontanell. *de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 7. *part.* 2. *num.* 16. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 15. Gam. *decis.* 255. *nu.* 2. Sanfelic. *decis.* 314. *num.* 4. *& seqq.* Solorzan. 2. *tom. leg.* 2. *cap.* 8. *num.* 44. & alios plures ab istis relatos, maximè si sint specificata, & non tantum in genere posita, quando sumus in persona, quæ poterat liberè donare etiam meritis non præcedentibus; Si verò sumus in patre, marito, vel alio, qui non posset donare nisi propter merita, tunc illa non probantur per hujusmodi assertionem etiam juratam Donatoris, Capyc. *decis.* 203. *n.* 7. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 16. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 386. *num.* 7. *&c. cap.* 657. *num.* 51. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 29. *num.* 21. *&c.* ubi etiam quòd merita debent esse æquivalentia, & concurrentibus conjecturis posset stari assertioni donatoris, *& de arbitr. cas.* 134. *per tot.* ubi quòd dicta merita, etiam inter personas etiam suspectas possunt probari conjecturis, & præsumptionibus arbitrio judicis, Mascardus *de probat. conclus.* 559. *&* 1052. *per tot.* vide in *§. Donatio num.* 14. *& num.* 25. *& seqq.* Altimar. *de nullitat. rub.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *nu.* 457. *tom.* 8. Amat. *cons.* 96. *nu.* 46. *cum seqq.* De Luc. *de feud. disc.* 94. *n.* 12. *& disc.* 4. *in annot. n.* 6.

An, & quando merita probentur per verba enunciativa, Mascard. *de probat. conclus.* 184. *per tot. & seqq.* ubi plura de probatione meritorum, & de modis illa probandi, *& concl.* 391. ubi quòd secundum aliquorum opinionem probantur per confessionem de illis factam in instrumento guarantigiato, cum habeant vim rei judicatæ, & etiam inter personas prohibitas, vide eumdem Mascardus *conclus.* 1052. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 242. *num.* 20. *& seqq.* ubi quod non probantur per assertionem etiam juratam donantis quando sumus in personis donare prohibitis, & prohibitionem deducit ex statuto generaliter & indefinitè insinuationem in donationibus requirente, ita ut nec juramentum operetur si statutum solemnitatibus non adhibitis fidem adimat scripturæ, qua sublata corruit juramentum in ea appositum De Luc. *de feud. disc.* 4. *in Annot. num.* 6. *& disc.* 94. *num.* 12.

Quando autem merita dicantur æquivalentia remmittitur arbitrio judicis juxta facti, & personarum qualitatem, Menoch. *de arbitr. cas.* 132. *per tot.* Rot. *part.* 15 *recent. decis.* 28. ubi quòd in donationibus Magnorum Principum non commensurantur ad unguem, prout in privatis, sed latius accipiuntur.

Quòd probatio meritorum sit necessaria inter personas prohibitas alienare, vel donare, ad effectum, ut ex causa meritorum sustineatur alienatio, vel donatio, secus autem in aliis non prohibitis, Clar. *§. Donatio quæst.* 3. *num.* 2. Gratian. *discept.* 657. *num.* 51. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 200. *in fine*, Sanfelic. *decis.* 315. ubi etiam ad effectum ut donans teneatur de evictione, de qua dixi in *§. Donatio n.* 51. latè Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 2. *quæst.* 58. ubi an merita probentur ex confessione, ex assertione minoris ad sustinendam donationem ab illo factam, etiam sine solemnitatibus, & distinguitur, ut supra cum aliis declarationibus, *& lib.* 3. *quæst.* 3. *per tot.* ubi de confessione, & assertione Concubinarii, ut non sufficiat ad sustinendam donationem concubinæ factam, de qua dixi in §. *Donatio num.* 53. idem Altimar. *loc. citat. vers. donatarius tenetur, & vers. seqq.* Amat. *d. cons.* 96. *à nu.* 46. De Luc. *loc. cit.*

2 Merita cujusque quomodo sint perscrutanda, probanda, perpetua perpetuam exigant præmium, & alia, Solorzan. *Polit. lib.* 3. *cap.* 8. *cum pluribus seqq.* & alii relati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Meritum.*

3 Merita quando cum demeritis compensentur, Cyriac. *contr.* 433. *num.* 26. *& seqq.* ubi quòd compensantur quando nulla culpa intercessit, secus stante culpa, ut dixi in *§. Compensatio nu.* 29. *in Addit.*

4 Merita an dentur inter Principem, & subditum, patrem, & filium, Famulum, & Dominum Capyc. Latr. *cons.* 38. *n.* 24. *& seq.* Venturin. *cons.* 32. *nu.* 73. *& seqq.* Card. De Luc. *de Feud. disc.* 4. *nu.* 15. *disc.* 94 *n.* 13. *&* 14.

5 Merita dantur in infante, ex quo fuerat solitus jocari coram aliquo Card. De Luc. *de Alien. disc.* 45. *n.* 6. *de legat. disc.* 18. *n.* 4.

6 Merita Emptoris dici solent pars pretii Card. De Luc. *de Alien. disc.* 1. *n.* 51.

7 Merita feudum quando improprient Card. De Luc. *de feud. disc.* 11. *n.* 14. *& seq.*

Causæ meritorum specialiter expressorum, nedum reddunt feudum improprium, & transitorium ad quoscumque, sed etiam operantur, ut concessio habeat vim permutationis, compensationis, & tituli onerosi Menoch. *cons.* 378. *nu.* 12. *& seq.* Ottobon. *dec.* 265. *n.* 32.

8 Meritorum comparatio frustra redditur, dum deficit persona, cum qua sit facienda comparatio Rot. *dec.* 154. *n.* 13. *& dec.* 219. *n.* 2. *part.* 25. *rec.* Ottobon. *dec.* 39. *n.* 4.

9 In concessione remuneratoria facta per Principem an valor meritorum debeat correspondere rei concessæ, ut dicatur onerosa Card. De Luc. *de feud. disc.* 4. *num.* 14.

10 Merita legatarii an attendantur ad effectum præstandæ æstimationis rei legatæ inutilis, vel alienæ Card. De Luc. *de Legat. disc.* 2. *ex n.* 10.

11 Privilegia ex meritorum causa concessa an possint revocari Card. De Luc. *Conflic. obser.* 274.

12 Merita causæ an possit cognoscere Judex ad quem post declaratam nullam sententiam Judicis Scacc. *de appell. quæst.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6. *n.* 109. Altimar. *de Null. rubr.* 3. *quæst.* 11. *n.* 2. Quid dicendum si ipse Judex nolit cognoscere Altimar. *ibid. quæst.* 14. *per tot. tom.* 2.

13 Merita sunt exprimenda in specie, ut donatio remuneratoria dici possit, alias donatio erit simplex Fontanell. *de pact. nupt. clauf.* 4 *gloss.* 1. *n.* 24. *gloss.* 10. *part.* 2. *nu.* 24. Altimar. *de Nullit. Rub.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *n.* 457. *tom.* 8. Non sufficit generalis meritorum expressio Ruin. *cons.* 173. *nu.* 12. *vol.* 1. Amat. *cons.* 96. *n.* 43. *&* 44. Altimar. *loc. cit.*

Immo debent probari merita. Escobar. *de ratiocin. cap.* 24. *n.* 24. *& seq.* Altimar. *de Nullit. loc. sup. cit. n. eod.* Et interponi decretum Judicis. Honded. *cons.* 47. *n.* 48. *lib.* 1. Altimar. *ibid. vers. Immo.*

14 Circa merita statur assertioni Principis, si illa asseruit præcessisse ea, quæ specialiter enarrat, maximè si de illis constet ex instrumentis visis, & approbatis in Consilio. Mascard. *concl.* 184. 569. 753. *n.* 35. Casanat. *cons.* 10. *à n.* 32. Altimar. *ibid. vers. Circa.*

Alias secus. Cutell. *de donat. disc.* 2. *part.* 13. *nu.* 38. Altimar. *ibid. vers. Alius.*

15 Donatio remuneratoria in eo, quod excedit merita est simplex Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 11. *nu.* 35. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 15. *n.* 58. Altimar. *ibid. vers. Donatio.*

16 Habens gratiam pro præsentato cum derogatione,

ne, licèt minoris meriti obtinet in concursu præsentati majoris meriti non habentis eamdem gratiam. Rot. *dec.* 667. *n.* 19. *part.* 18. *rec.* Piton. *de Jurep. all.* 6. *n.* 22. *&* 23. *tom.* 1.

17 Electio valet, licèt non facta in personam, quæ contraxit meritum in servitio Ecclesiæ Lambertin. *de Jurep. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 10. *art.* 3. *nu.* 23. *vers. in Patronis verò* Piton. *de Jurep. alleg.* 30. *n.* 10.

18 Nullum opus hominis justi ex condigno meritorium est augmenti gratiæ, ac vitæ æternæ sine prævio actu, seu imperio caritatis Bellarm. *l.* 7. *de justific. cap.* 15. Palud. *in* 3. *dist.* 23. *quæst.* 4. *art.* 3. Layman. *Theol. Moral. lib.* 2. *tract.* 3. *cap. pr. n.* 2. *tom. pr.*

19 Dantur actus in individuo differentes etiam in homine justo secundum meritum, ac vitæ æternæ Layman. *Theol. moral. loc. cit. n.* 4.

20 Ad promerendum multum confert, & sepè necessaria est actualis relatio operis, in Deum Durand. *in* 4. *d.* 15. *q.* 3. Layman. *Teol. Moral. loc sup. cit.*

§. METUS. XX.

1 METus est instantis periculi, vel futuri mentis trepidatio, *leg.* 1. *ff. quod met. caus.* Covar. *in* 4. *decret. tit. de matrim. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 4. *n.* 1. Spetel. *decis.* 5. *num.* 8. *&* *decis.* 6. Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 15. Tusch. *litt. M. conclus.* 213. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 121. & alii per Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 14. *per tot. tom.* 3. quid sit metus Gallerat. *de Renunc. cent* 2. *renunc.* 120. *n.* 1. Bottil. *de success. ab intest. theor.* 83. *num.* 2.

Quòd vis, & metus sit triplex, nempe gravis, levis, & respectivus, & de unoquoque tradit Pac. Jordan. *Lucubrat. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *n.* 59. *&c. fol.* 193. vide in § *Vis, & violentia num.* Tusch. *litt. M. conclus.* 214. ubi de multiplici metu, nempè præciso, conditionali, impulsivo, concussivo, & hujusmodi, Baldel. *Theolog. moral. tom. pr. lib. pr. disput.* 16. ubi de aliis metus speciebus secundum S. Damascenum, & alios. Altimar. *ubi supra n.* 8., ubi refert hunc locum.

Quinque species metus, nempè minarum, facti, potentiæ, perfidiæ, & reverentialis, vide per Azor. *Instit. moral. part. pr. lib. pr. cap.* 10. *quæst.* 50. Pac. Jordan. *dict. tit.* 12. *nu.* 121. *fol.* 196. Sperel. *dec.* 5. *&* 6. *per tot. &* *dec.* 75. 79. *&* 108. Altimat. *loc. cit. n.* 9.

Qualiter metus reddat actum involuntarium mixtū, secundum quid, & conditionatum, & includat necessitatem conditionatam ex suppositione vitandi majus malum, latè Baldel. *Theolog. moral. tom. pr. lib. pr. disput.* 15. *per tot.* & plura de metu, an sit causa involuntarii, Gabr. Vasq. in S. Thom. *pr.* 2. *tom. pr. disput.* 27. *per tot. fol.* 131. *& seqq.* Zamoran. *tract. de compensat. disputat.* 4. *cap.* 22. *per tot.* ubi an propterea sit locus occultæ compensationi.

2 Metus non præsumitur, sed ab allegante probari debet, sive per testes, sive per conjecturas, juxta inferiùs dicenda, & quidem non ab intrinseco, vel à causis naturalibus, sed ab extrinseco, & à causa libera ab homine procedente, cum debeat esse illatus verè, & non conceptus, nec sat est esse ab homine illatum, nisi inferatur ad illum actum, de quo agitur, nempè ad finem extorquendi consensum, Afflict. *decis.* 246. *num.* 3. *&c.* ubi Ursil. in Addit. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 114. *per tot. volum.* 2. Larrea *Alleg. fisc.* 35. *per tot.* Mastrill. *decis.* 140. *num.* 15. & alii plures, quos refert, & sequitur Spetell. *decis.* 79. *num.* 40. *&* 41. & benè declarat Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 36. *fol.* 193. ubi quòd metus illatus à causa intrinseca, vel naturali, & non ad finem incutiendi timorem, & extorquendum consensum, & sic quando est circa diversa, non impedit quominus agens dicatur liberè agere; quod si metus procedat à causa extrinseca ad finem compellendi circa idem, utique reddit actum meticulosum, & nullum; de primo potest esse exemplum in eo, qui metu mortis naturalis propter infirmitatem vovit castitatem, vel in eo, qui captus ab hostibus, vel latronibus promittit centum tertio non participi, ut eum liberet, nam quoad illum tertium valet promissio, quæ tamen esset invalida si à latronibus ad id cogeretur, de quo dixi *in meis resolut. cap.* 70. *num.* 15. *&* 16. facit Larrea *Allegat. fisc.* 35. *num.* 41. *& seqq.* vide Cavaler. *decis.* 263. *num.* 5. *&* 6. Verd. *instit. civil. lib.* 3. *n.* 455. Pignatell. *tom. pr. consul.* 535. *n. pr.* Fagnan. *in cap. nullus nu.* 26. *de Regul.* Altimar. *supr. n.* 11.

Ubi quòd metus non præsumitur, & qualiter ab allegante probari debeat, & alia quando reddat actum nullum &c. Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *glos.* 56. *glos. pr. & seqq. fol.* 745. Andreol. *controv.* 301. ubi qualis esse debeat ad annullandam professionem Franc. Palma *consult.* 14. *nu. pr. &* 2. Urceol. *de Transact. qu.* 96. *n.* 25. Verd. Pignatell. Fagnan. Altimar. *loc. cit.*

Quòd emens rem alterius ab hostibus occupatam, ut illam domino restituat, possit actione utili negociorum gestorum repetere pretium à domino, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 113. *volum. pr.*

Quòd suspicio, & vani timores non habeantur in aliqua consideratione quoad juris effectum, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 341. *num.* 1. ubi etiam in fine, quòd metus qualitas ab arbitrio judicis pendet.

Metus justus cadens in constantem virum, ut talis dicatur, & faciat rescindi contractum, quinque conditiones copulativè requiruntur, prima ut malum, quod timetur sit grave; secunda ut æstimatio mali, quod timetur sit fortis; idest ut timens non vani, aut leviter credat malum illud sibi imminere, sed probabiliter, & rationabiliter; Tertia, ut metum incutiens potens sit minas exequi, cùm non sit viri constantis, ac fortis quibuscumque minis terreri, & trepidare ubi non est timor; Quarta, ut sit solitus minas exequi, secus si sit homo jactabundus, & facilè iram deponens; Quinta, ut timens non possit facili occurrere malis, quæ sibi timet imminere, quia si possit alia ratione malis mederi, non esset justus metus: quæ omnia nota diligenter, ut scias articulare, & probare metum, & singillatim probat Rot. in Venetiarum matrimonii 29. Novembris 1604. coram Penuia, inter impressas ejusdem *decis.* 1140. *tom.* 2. penes Zacch. *quæst. medic. legal. tom.* 2. *decis.* 58. Sperell. *decis.* 79. *num.* 43. Sanchez *de matrimon. lib.* 4. *disput.* 1. *num.* 10. *&c.* Fagundez *de Just. & contract. lib. pr. cap.* 5. *num.* 11. *& seqq.* Rot. in Tullen. matrimonii 15. Januarii 1653. coram Albergato, penes Dian. *resol. moral. part.* 11. *in fine fol. mihi* 560. *&c.* Ricc. *Collect.* 943. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 154. ubi de metu in assumptione ordinis, & an impediat characterem imprimi, *infra n.* 8. latè Baldell. *Theol. moral. tom. pr. lib. pr. disput.* 17. *& seqq.* ubi plura de requisitis ad metum gravem, probabilem, & justum, sive cadentem in constantem virum, sive fœminam comparativè Card. De Luc. *de alienat. disc.* 43. *ex nu.* 5. Palma *consult.* 14. *n.* 6. 7. Onnat. *de contract. tract.* 1. *disp.* 3. *sect.* 11. *à n.* 201. Altimar. *ubi supra n.* 15. 3

Qualis debeat esse metus, ut dicatur justus, quando dicatur talis, & cadens in constantem virum, & alia, latè Tusch. *litt. M. conclus.* 215. *& seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 554. *per tot.* Petrus de Onnate *de contract. tom. pr. tractat. pr. disputat.* 3. *sect.* 11. *per tot. fol.* 86. *& seqq.*

An autem contractus initi ex metu levi injusto, vel etiam ex metu gravi, sive sint lucrativi, sive onerosi, sint validi, & obligent in foro conscientiæ, vel non, vide Dian. *part.* 3. *tractat.* 5. *resolut.* 117. *& seqq.* Onnat. *loc. citat. sect.* 10. *&c. fol.* 82. *& sect.* 12. ubi qualiter contractus per metum initi obligent ad restitutionem metum inferentem, & quo jure, & an sint ipso jure nulli, vel annullandi *sect.* 13. *fol.* 95. Noguerol. *allegat.* 29. ubi plura, in quo consistat metus ad inducendam contractus rescissionem, & quomodo probetur.

Metus justus, idest cadens in constantem virum, est causa rescissionis cujuslibet contractus, *ut tot. tit. ff. & Cod. quod metus causa, &c.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *dict. leg.* 56. *glos. pr. & seqq. fol.* 745. *&c.* ubi plenè de materia metus; dicitur autem justus arbitrio judicis, juxta facti, & personarum qualitatem, nisi sit jure expressus, prout metus mortis, vel amissionis filiorum, vel mortis affinium, vel amissionis omnium bonorum, & similes casus, qui 4

in

27 Milites quibus gaudeant privilegis in testando dixi in §. *Testamentum n.* 4. *& supra n.* 2. Carol. Ant. De Luc. *de Plur. homin. leg. cap.* 2.

An autem testando præsumantur voluisse uti jure communi, vel privilegiis, dic quòd jure communi in dubio, nisi aliter appareat ex verbis, vel ex actu, & modo testandi, vel nisi aliàs testamentum corrueret, & alia ad rem, Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1058. *per tot.*

28 Milites transeuntes qualiter hospitari debeant à Communitatibus, ac ideò Communitates ipsæ teneantur resarcire damna privatis ex hac causa passa per impositionem collectæ, & alia plura ad rem, Cabal. *cons. dec.* 150. *per tot. lib.* 2. & melius Roland. *cons.* 66. *per tot. libr.* 1. *& cons.* 69. *lib.* 2.

An autem caupones sint exempti ab hujusmodi hospitalitate militum, Grat. *discept for. cap.* 898. *n.* 23. *& seqq.* dixi *in meis resol. c.* 37. *n.* 17. *&* 19.

An, & qualiter Doctores sint privilegiati, & immunes ab hospitio militum, plenè Ricc. *Collect.* 3109. *per tot.* cum aliis per me citatis in §. *Doctor n.* 2.

29 Milites desertores militiæ, vel aliter delinquentes in re militari qua pœna sint puniendi, Crispol. *de casibus milit. cas.* 9. *& seqq.* Sanfelic. *dec.* 221. ubi de pœna mortis naturalis per amputationem capitis in nobili, facit Magon. *dec. Luc.* 24. *per tot.* ubi de transfuga, & truffatore pagæ, & latiùs de omnibus Cabal. *resol. crim. cas.* 294. *per tot.* cum pluribus aliis ab eo citatis. De Luc. *De Jurisdict. disc.* 212. *n.* 6. *De Benef. disc.* 68. *n.* 6.

Qualiter milites, & alii subditi Status Serenissimi Magni Ducis Etruriæ non possint ire ad serviendum alteri Principi, Reipublicæ, vel Potentatui sine licentia S. C. S. sub pœnis pecuniariis, & triremium, quæ possint extendi etiam ad mortem, & confiscationem bonorum dixi in Praxi §. *Descritti n.* 50. *in fine*, & hoc vigore bannimentorum ibidem vigentium.

De simili prohibitione existente in Dominio Mediolani sub pęna rebellionis, Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 100. *n.* 10. Et in statu Ecclesiastico sub pœna vitæ, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 2. §. 8. *per tot.* ubi etiam an milites alterius Principis possint intrare in Statum Ecclesiasticum sine licentia Pontificis, quid de facinorosis, & bannitis, & alia ad rem.

Quod milites à bello publico fugientes efficiantur infames infamia juris, & ideò etiam irregulares, sicut & ignominiosè dimissi, quando fuga exercitum, vel statum sui Principis in discrimen conjecerunt, nam tunc efficiuntur etiam rei læsæ Majestatis Intelligendo quando poterant defendere, secus si nihil poterant proficere, licet in dubio, & per se loquendo, non possint locum deserere, seu stationem, etiam in evidenti vitæ periculo, cum teneantur defendendo mortem subire, quando bellum erat justum, & alia, Carol. Ant. Thes. *tractat. de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Bellum cap.* 2. *fol.* 95.

Milites tenentur obedire eorum Principi, & Duci, & inobedientes capite plectuntur etiamsi rem benè gesserint, sive inobedientia consistat in faciendo, sive in omittendo, & qui faciunt aliquid præter, vel ultra mandatum, dicuntur non observare mandatum, & puniuntur ut supra, per text. *in leg.* 3. *dict. in bello ff. de re milit.* intelligendo tamen de inobedientia in re gravi, & pertinente ad periculum totius exercitus, secus in re levi, Cremens. *sing.* 150. Covar. *lib. pr. Miscellan. cap.* 24. *num.* 7. Cassan. *in Catalog. glor. Mundi part.* 9. *cons.* 34. Gigas *de crim. læs. Majest. pr. part. quæst.* 31. *num.* 5. & alii per Cabed. *decis.* 86. *per tot. part.* 2. faciunt notata *in* §. *Vis in Addit.* 30

De militia, & bello, habitu militari, vel equestri, & de militibus aliqua decisa refert Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 1, 2. *&* 3. *sect.* 2. *verb. Milites*, & plura satis indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Militia*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 124. *&c.* Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. ut in Indice generali in fine part.* 3. *verb. Miles* Em. De Luc. *in dict. Indice generali.* Mantiss. ad eumd. Fagnan. *sup. Decret.* Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Altimar. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni. 31

De præventione in causis militaribus, de delictis militaribus, & non militaribus, inter milites, & non milites, aliaque plura, maximè quoad jurisdictionem, tradit videndus Tondut. *tract. de prævent. part.* 1. *cap.* 28. *per tot.*

Et quia in hac materia habui casum singularem in causa mihi delegata de anno 1682. à Serenissimo Magno Etruriæ Duce, placuit hic relationem per me factam, à S. C. S. approbatam, ac juxta quam fuit exequutum inserere.

SERENISSIMO GRAN DUCA.

NElla causa delegatami da V. A. S. sopra l'amutinamento de' soldati della Nave Bethlem condotta dal Capitano Pietro Franceschi Corsaro contro gl' Infedeli sotto la Bandiera, e Stendardo di V. A. S. restano à doglienza del medesimo Capitano Inquisiti 131. di detti Soldati, e per la speditione di detta causa è da considerare, che li delitti d'amotinamenti, seditioni, ò sollerationi de soldati contro i loro Capitani, ò altri superiori sono sempre stati dagl' Antichi, e Moderni Maestri di Guerra stimati gravissimi, e dalle Leggi severamente puniti di pena di morte ne' capi, & autori di essi, quando si sono potuti distinguere, bastando l'esempio, e terrore agl' altri lasciati impuniti, e quando non si sono potuti mettere in chiaro li capi, per non fare strage di popolo ricorrere alla sorte, acciò il timore tutti affligga, & la pena tocchi à pochi, con estrarne d'ogni dieci uno per farlo morire in presenza degl' altri, come tutto si raccoglie da più casi riferiti dal Tiraquel *tract. de pœn. temp. caus.* 47. *num.* 4. *& seqq.* e così parerebbe potersi praticare nel caso nostro, che ò per verità, ò per malitia degl' Inquisiti tutti, ò la maggior parte asseriscano esser stati tutti uniti, tutti capi ad un modo, non esservi stati nè capo, nè primo, nè secondo, nè ultimo, ma tutti assieme haver gridato libertà, e non voler più seguire il loro Capitano, come pure li testimoni indotti dal medesimo Capitano non hanno saputo, nè potuto per la confusione delle voci, e clamori fare tal distintione de' capi, e quando alcuno di essi testimoni habbia nominato qualche Inquisito per capo in qualche atto seguito degl' espressi nell' Inquisitione, non solo non ha havuto contesti, ma è più tosto stato contrariato dagl' altri testimoni, che benche tutti presenti non hanno visto, nè sentito il medemo, ma qualche altro, si che resta sempre incerto chi sia stato il capo, & autore degl' atti punibili, che tutti si riducano, e comprendano sotto il nome d'amutinamento fatto con giuramento, voto, ò promissione fra loro di non dover in sostanza andar più col Capitano, e la maggior parte

non

non lo negano, aggiungendo se Dio li liberava dalle sue mani d'andare à visitare la Madonna di Montenero, e dopo portarsi molti anco à piedi di V. A. S.

Massime che ne delitti militari si procede sempre più rigidamente, che negl'altri, anco per la sol colpa, e la severità si reputa la maggior pietà, e misericordia, che si possa usare nalle cose militari, Cabal. *resolut. crimin. cas.* 294. *num.* 76. 83. 84. 294. *&c.* il che pare proceda anco ne' soldati delle Navi, e Marinari, idem Cabal. *dict. cas.* 294. *nu.* 18. *& num.* 277.

E però con gran ragione ancora sono emanati in questi felicissimi Stati gl'ordini di Giustitia militare, che severamente puniscano le disubidienze, & altri delitti militari, & à nostro proposito *nel tit.* 3. *art.* 6. *à* 8. dispongono, che qualunque sparlerà del suo Generale, ò Capo, ò degl' Ufficiali maggiori in modo, che ne possa seguire amutinamento, ò qualche grave scandalo incorra in pena della vita; ma quando tali maledicenze seguissero per trascorso di lingua, ò per caldezza di vino, ò per qualche altra gran passione senza grave scandalo sia castigato ad arbitrio. E nell' articolo 12. e 9. che qualunque tenterà, consigliarà, ò acconsentirà di fare amutinamento alcuno, ò sollevamento di tumulti, ò sedizioni con semplici parole, ò con fatti, ò parlassero, ò facessero sparlare altri ad effetto, che nascesse qualche amutinamento tanto in publico, quanto nei corpi di Guardia, ò in altri luoghi, incorra in pena della vita, si come *nel tit.* 4. *artic.* 4. *à* 11. che se i Comandanti, e soldati ordinarii unitamente abbandonassero l' insegna, la pena de comandanti sia sempre la morte, e de' soldati sempre il decimo cavato à sorte impicato, e gli altri siano gastigati arbitrariamente.

Nelle quali pene capitali di ragione comune, e municipale pare à prima faccia si possino dire incorsi gl'Inquisiti sopradetti.

Ma nondimeno ben considerato tutto il fatto, e sue circostanze, non credo siamo in caso, che si possino, e devino praticare simili rigori.

Prima, perche à volere che li soldati soggiacino alle pene contro di loro statuite stimo necessario, che siano veramente soldati ricevuti, descritti, & arrolati con giuramento, & altre solennità solite, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 134. *nu.* 8. *vol.* 5. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 294. *num.* 18. 51. *&* 52. dove pone il modo, con che si descrivano li soldati tanto di ragion commune, che secondo lo stile di Toscana, che è il medesimo statuito in detti ordini di Giustizia militare in principio, cioè quando sono amessi al ruolo, giurare di servire fedelmente &c. senza le quali solennità io credo non si possino dire propriamente soldati, & essere una gran differenza giurare, & essere obligato di servire al Prencipe nella Guerra tanto in terra, che in Mare à stipendi dell' istesso Prencipe, che riguarda l'interesse publico, ò servire all' interesse privato d'un Capitano Corsaro, che gl'ha condotti senza alcuna formalità di giuramento, ma con semplici note, e patti diversi, alcuni presi per forza, altri con inganno, dandoli ad intendere, che il viaggio fusse solo per durare cinque, ò sei mesi, come essi dicano, & altri scambiati in diversi luoghi, che fa conoscere esser più tosto gente conduttitie, che veri soldati, anzi di tanti Inquisiti solo 34. sono condotti per soldati, però à chi non conviene il nome, non può convenire la la disposizione della legge, & ordini, che parlano di tal materia, Magon. *decis. Luc.* 24. *n.* 4. massime nelle cose penali, nelle quali non si da estensione.

Secondo, perchè negl' istessi ordini militari, quando anco questi si dovessero attendere, e fussino in veri soldati, restano eccettuati dal rigore dell' aspre pene li delitti, che derivano da impatienza, ò altre cagioni, alle quali l' humana fragilità non possa resistere, & havendo sempre riguardo al luogo, tempo, e scandalo, e se il fallo del soldato proceda da mancamento del suo Superiore, come si avvertisce nel fine di detti ordini di Giustizia militare *tit.* 26. *num.* 1. *&* 2. *à* 49.

Hora applicando al caso nostro, non si può se non stimare, che l'acclamazioni di libertà doppo il corso di sei anni di stentata vita, che à principio si figurorno, e li fu detto di cinque, ò sei mesi, come quasi tutti asseriscano, ne si prova in contrario, dicendosi semplicemente nel ruolo, ò note del Capitano, accordato, ma non per quanto tempo, siano procedute da impatienza, e dal non poter più durare in sì aspra servitù, come pur tutti unitamente esclamano, che più tosto si esibivano servire nelle Galere di V. A. S. & havuto anco riguardo al luogo, (che è molto considerabile) di non haver chiesto libertà, nè abbandunato il loro Capitano in luogo straniero, e pericoloso, ma in un Porto sicuro di V. A. S. dove pretendevano esser finito il viaggio, & alli mali trattamenti, che tutti rappresentano, e ce n'è qualche riscontro, quantunque li testimoni Fiscali tutti confidenti, e partiali del Capitano dichino, che fossero trattati bene al pari, ò più dell'altre navi, pare che si rendano degni di gran compassione; & anco di ragione commune ne' delitti militari, come di disertione, ò partenza dal servizio, s'attende se ciò segua nel conflitto con abbandonare il Capitano fra nemici potendolo diffendere, e si ha riguardo all'ordine, ò grado di militia, al stipendio, al luogo, al tempo, all' offizio, al servizio passato, & altre circostanze, che nel caso nostro sono tutte diminuenti, e non aggravanti, come ben prova il Cabal. *dict. cas.* 294. *num.* 207. *& num.* 126.

E quanto all' haver disubidito alli comandi di V. A. S. rappresentatili dal Comandante di Porto Ferajo (tralasciate l'altre considerationi) supponevano non esser note à V. A. S. le cause, che li rendevano renitenti à continuare la navigatione con detto Capitano, esibendosi più tosto à servire forzati, ò schiavi su le Galere di V. A. S. come depongano non solo essi Inquisiti, ma anco più testimoni Fiscali, che fa cessare ogn' ombra di disprezzo, e finalmente questo non sarebbe delitto capitale sotto Principe tutta pietà, e clemenza, Cabal. *d. cap.* 194. *nu.* 166. *& seqq.*

Terzo, perche non vedo in detto armamento esser stato osservato l'uso, e buoni ordini prescritti, e da osservarsi negl' armamenti de Vascelli, ò Quadri, ò Latini, che vogliano armare nel Porto di Livorno per andare in corso à Terzo Buscaino, e gl' altri usi differenti, che s' allegano, possono essere abusi, che habbino forsi dato causa à tutti gl' altri disordini.

Stimo nondimeno gl' Inquisiti tutti colpevoli della disubidienza, & altro contenuto nell' Inquisitione, ma perche tutti non si possano corporalmente punire per non fare strage di popolo, senza ricorrere alla sorte, acciò non cadesse sopra li più infelici, e miserabili, riconoscendosi dal processo, che più degl' altri habbino operato nel fare detta unione, e giuramento.

Marco Mazzi. 1.
Paolo Venanzio. 2.
Gio: Bodelli. 7.
Andrea Magnani. 20.
Gio. Peoletti. 25.
Gio: Francesco Fabbri. 99.

Francesco Casella 3. con esser salito nel Cassetto della nave dicendo, *Figlioli farete come farò io.*

Havuto riguardo all' esser stati sei mesi, & essere ancora ritenuti tutti in catena, che non è poco esempio, & agl' altri motivi sopradetti.

Il mio parere sarebbe di far dare due tratti di fune in publico per ciascuno alli detti 1. 2. 3. 7. 20. 25. & 99. Inquisiti, e li medesimi, come tutti gl' altri fino al detto numero di 131. inclusive esiliarli, quelli che sono forastieri da tutti li felicissimi Stati di V. A. S. e quelli, che sono sudditi lontano 20. Miglia da Livorno, e dalle loro Patrie respettivamente per durare detto Esilio a beneplacito di V. A. S. con cominatione di cinque anni di Galera à ciascuno non obedendo, e perche vien rappresentato esser ridotti in stato miserabilissimo quelli, che non havessero possibilità, ò sanità da potersene andare fra cinque giorni, che assegnarei a ciascuno, li farei per qualche tempo ritenere nel Bagno (si come gli altri per detti cinque giorni) finche trovassero qualche occasione da imbar-

barcarsi, ò andarsene per altre vie, con farli tutti quelli, che volta per volta saranno spediti, & in grado di poter ubbidire à detto esilio, accompagnare suor di quelle porte, che eleggeranno, à finche non si possino trattenere in Livorno, e ritrovandovi, overo trattenendosi senza proseguire il viaggio, s'intendino incorsi in detta cominatione di Galera, e perche dette pene siano note à tutti, farei affigere cartello nel luogo, dove s'esequirà la fune continente la sostanza, e causa di esse rimetto con fare a V. A. S. humilissima riverenza.

Dallo Studio 19. Decembre 1682.

Humiliss. e Devotiss. Servo
Marc' Antonio Savelli Delegato.

22 Milites qui dicantur, & de diversis eorum speciebus, & quibus propriè competant privilegia militaria Card. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 33. *a n.* 5. *disc.* 107. *a n.* 12. *de Judic. disc.* 47. *n.* 49. & 61.

Milites non dicuntur illi, qui dicuntur de militia simpliciter sine tamen militari stipendio, sed dicitur populus electus ad arma De Luc. *de Jurisdict. dict. disc.* 33. *n.* 6. *dict. disc.* 107. *sub n.* 13. *et* 14. *de Judic. disc.* 47. *sub n.* 49. & 51., Et subjacent Ordinariis locorum Judicibus, & Magistratibus De Luc. *de Jurisdict. dict. disc.* 33. *n.* 6. *dict. disc.* 107. *n.* 15.

23 Milites gratuitum servitium prestantes an gaudeant privilegiis militantibus De Luc. *de Jurisd. dict. disc.* 33. *n.* 5. & 9.

24 Et de differentia inter milites voluntarios, & stipendiarios De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 2. *n.* 16.

25 Milites non possunt habitum suscipere nisi in ætate duodecim annorum, & professionem facere nisi in ætate sexdecim annorum De Luc. *de Fideic. disc.* 8. *num.* 3.

26 Milites magis merentes sunt gratificandi in concorsu De Luc. *de Benefic. disc.* 68. *n.* 9.

27 Milites Papæ in quo differant ab aliis militibus circa Clericatus incompatibilitatem De Luc. *Relat. Cur. disc.* 43. *sub n.* 10.

28 Milites S. Lazari & similes non sunt veri religiosi, & sunt capaces beneficiorum sæcularium De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 13. *n.* 4. *disc.* 39. *n.* 9. Quid ad effectum exemptionis a jurisdictione & oneribus laicalibus *dict. disc.* 39. *n.* 50., Et an peragere teneantur formalem novitiatum *ibid. n.* 9.

29 Milites Lauretani facultatem habent non necessitatem defferendi Crucem. Emerix Jun. *decis.* 1117. *n.* 14. vide Caprar. *decis.* 109. *a n.* 28.

Milites Lauretani habent facultatem retinendi pensionem. Caprar. *decis.* 109. *n.* 26. *part. pr.*

Milites Lauretani Pensionem Ecclesiasticam assequi, & retinere possunt absque eo, quod incedere teneantur in habitu, & tonsura. Emerix Jun. *dict. dec.* 1117. *n.* 13.

30 Milites S. Jacobi de Spata, de Alcantara, & Calatrava an dicantur personæ Ecclesiasticæ. Card. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 92. *num.* 7. & *seq. Annot. ad Conc. disc.* 39. *n.* 9. *de Regal. disc.* 32. *nu.* 5. Habent Indultum Apostolicum super exemptione fori. De Luc. *d. disc.* 92 *n.* 11. & 16., ubi de varia observantia. Et quid ista observantia operetur. *d. disc.* 91. *n.* 18. de Magno Magistro istarum militiarum. *ibid. n.* 13. Et qualia vota emittant. *ibid. n.* 15. Quid differant à Militibus S. Stefani. *ibid. per tot.* Non cadunt sub Statuto Urbis. De Luc. *de Regal. disc.* 32. *num.* 5.

31 Milites S. Jacobi, Hierosolymitani, Alcantaræ, & Calatravæ an possint esse Officiales laicorum, & an tenere feuda Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *quæst.* 7. *n.* 57. *cum seqq. tom.* 2.

Milites Hierosolymitani an sint capaces successionis feudorum. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 16. *per tot.* & *in Ann.* Altimar. *de Nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 19. *n.* 151. & 152. *tom.* 4.

32 Milites Hierosolymitani sunt intestabiles. Card. de Luc. *de Testam. disc.* 9. *n.* 4. *disc.* 35. *nu.* 9., ubi declaratur. *de Fideic. in Summ. n.* 260.

Milites Hierosolymitani de facili dispensari solent per magnum Magistrum quoad Patrimonialia. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 28. *n.* 11. *de fideic. in Summ. n.* 260. Et gaudent privilegiis antiquorum Militum. De Luc. *d. disc.* 28. *n.* 12.

Miles Hierosolymitanus non professus est incapax Pensionis. Card. de Luc. *de Pens. disc.* 42. *n.* 1. & 4. ubi de facultate Magni Magistri.

Milites Hierosolymitani in quo differant à Novitiis quoad habitum. Card. de Luc. *d. disc.* 42. *n.* 11. Et de ordinatione obligante ad profitendum post vigintiquinque annos. Card. de Luc. *de Pens. d. disc.* 42. *n.* 10. & 11. & 13.

Plura alia de militibus Hierosolymitanis tractant Idem De Luc. & Fagnan. Pignatell. & alii moderni.

Milites S. Stephani an sint veri Religiosi, vel sal- 33
tem personæ Ecclesiasticæ exemptæ à foro laicali. Card. de Luc. *de Jurisd. disc.* 92. *per tot. Ann. ad Conc. disc.* 13. *n.* 4. *de Regal. disc.* 84. *n.* 9. *de Jurep. disc.* 20. *per tot.*

Milites S. Stephani quid deferant à Militibus S. Jacobi, de Spata de Calatrava, de Alcantara, & similium. Card. de Luc. *de Jurisd. disc.* 92. *n.* 11.

Comendæ Militum S. Stephani possunt stare in suspenso ex particularibus Constitutionibus. Card. de Luc. *de Fideic. disc.* 8. *nu.* 13. Et quomodo regulantur. Card. de Luc. *de Jurisd. disc.* 92. *n.* 22.

Milites S. Stephani sunt capaces Beneficiorum sæcularium. Card. de Luc. *Ann. ad Conc. disc.* 13. *nu.* 4. *disc.* 39. *n.* 9.

Milites S. Stephani quas facultates habeant. Card. de Luc. *de Pens. disc.* 62. *n.* 2. Si efficiantur Bigami licèt retinere possint pensiones, non tamen possunt transferre. Card. de Luc. *ibid. n.* 3.

Miles S. Stephani nequit prætendere aliquid super terra, quæ non existit intra limites sui Prioratus. Piton. *de Jurep. all.* 47. *n.* 2. *tom. pr.*

Serenissimus Dux Hetruriæ in Religione Ordinis Militum S. Stephani gerit figuram Generalis Religionis. Piton. *de Jurep. ibid. n.* 12. & 55. ubi *num.* 34. quid possit quoad Commendas.

Milites Lilii, & Pii habent annexum protonota- 34
riatum, & familiaritatem Papæ, & eorum beneficia sunt reservata. Card. de Luc. *de Benef. disc.* 3. *num.* 6. & 12.

Milites quomodo eligantur. Card. de Luc. *Relat.* 35
Cur. Roman. disc. 21. *n.* 11.

Cappellanus, seu Vicarius exercitus quandò suffi- 36
ciat cum militibus ad celebrandum matrimonium De Luc. *de matrim. disc.* 4. *a nu.* 15. *Annot. ad Concil. disc.* 26. *n.* 16.

Milites decedere possunt cum duplici testamento 37
in quorum uno de Castrensibus, & in altero de paganicis disponant. Card. de Luc. *de Feud. disc.* 114. *nu.* 5. Et an posterius revocare censeatur primum. Card. De Luc. *ibid. n.* 5. *et* 12. Et decedere pro parte testatus. Card. de Luc. *de Hæred. in Sum. ex nu.* 7. ubi declaratur.

Privilegia Militaria quoad ultimas voluntates procedunt in Castris, & in acie Belli Card. de Luc. *de Donat. disc.* 38. *n.* 10. Disponere possunt milites absque interventu testium per ultimam voluntatem. Card. de Luc. *de Donat. disc.* 38. *num.* 7. *de Testam. disc.* 14. *n.* 7. *disc.* 28. *n.* 6.

Milites Muti, & Surdi, an testati valeant. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 28. *n.* 7.

In Germania adest Constitutio Maximiliani Primi præscribens certas formas in militaribus testamentis servandis juxta diversas temporum contingentias, & testamenta contra formam Constitutionis facta non substinentur. Talisque Constitutio, vel habet locum in tota Germania, vel saltem debet servari in Bello, & Exercitu Imperiali, licèt exercitus moretur in terris non subiectis Imperio. De Jure Testamentum factum à Milite non existente in actu pugnæ, exigit duos testes ad probationem: totaq; materia testamenti militaris enucleatur *in dec.* 36. *lib* 9. *vol.* 3. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc.

Licèt in testamento militis nullæ requirantur solemnitates, & sufficiat, ut quoquo modo constet de voluntate tamen id procedit in testamento condito in expeditione, vel actu pugnæ, & maximè in Germa-

mania vigore Constitutionis Maximiliani primi Imperatoris nuncupat. *Recessus*, quæ locum habet in quocumque exercitu Imperiali, licèt iste existat in locis Imperio non subjectis. Mantiss. *loc. cit. dec.* 37.

Milites duplex Patrimonium habere dicuntur, & datur prælatio inter creditores unius, & alterius patrimonii. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 11. *num.* 4. *et* 5. Et duas hæreditates. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 188. *n.* 7. *Ann. ad Conc. disc.* 42. *n.* 4.

38 In exclusionem Fisci succedunt militi Cohortales, seu Dux nomine Cohortis De Luc. *de Regal. disc.* 149 *num.* 8.

39 Milites mercaturam, & artificium exercere non possunt De Luc. *de Jurisdict. disc.* 33. *n.* 7. *&* 8.

40 Miles Privilegiatus in pœnis. Rub. *de consus. Jur. cap.* 3. *num.* 91. *et seqq.*

41 Miles aliàs prohibebatur, ad præsens accusare potest. Bellegran. *in compend. rer. Crim. Meth. tract. pr. quæst.* 6. *n.* 8. Pellegr. *in prax. Vic. part.* 4. *sect.* 3. *num.* 21.

42 Miles dicitur Baro, & is, in quo differat à milite. Mastrill. *dec.* 200. *n.* 52. Giurb. *dec.* 118. *nu.* 7. Carl. Ant. De Luc. *de plur. legal. cap.* 3. *n. pr. & per tot.*

43 Milites an gaudeant exemptionem fori, si agatur de materia non pertinente ad militiam, & quibus in Regno subjaceant. Capib. *de Baron. prag.* 8. *part.* 2. *n.* 180. *& tom.* 2. *cap.* 56. *n.* 9. Carl. Ant. De Luc. *in prax. Judic. cap.* 44. *n.* 11. *pag.* 161.

44 Milites habent restitutionem, Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 11. *num.* 18. *pag.* 457. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *nu.* 447. *fol.* 208. *tom.* 6.

Etiam adversus tempus conventionale, Capyc. *dec.* 76. Altimar. *loc. cit.* Intrigl. *singular.* 99. *nu.* 159. *lib.* 3., ubi an Uxores Militum habeant hanc restitutionem, & plura alia circa Materiam restitutionis respectu Militum. vid. Altimar. *ibid.*

45 Miles, qui in bello neminem occidit, vel mutilavit, an sit irregularis. Bertachin. *vol.* 156. *per tot.*

46 Miles an, & quando sit incapax pensionis. Bertachin. *vol.* 93. *n.* 34. 38. *&* 39.

47 Miles sæculi effectus Miles Christi, desinit esse miles sæculi. Lotter. *de re Benef. lib.* 3. *quæst.* 26. *n.* 7. *&* 87. Layman. *Theolog. Moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 17. *n.* 4. *in fin.* Rocca Episc. *cap.* 191. *n.* 27. *&* 28.

Militare quis non potest Deo, & Sæculo. Text. *in can. quicunque il secondo* 23. *quæst.* 8. Episc. Rocc. *dict. cap.* 191 *n.* 29

48 Miles, an possit esse officialis Justitiæ civilis Altimar. *de Nullit. rub.* 10. *quæst.* 10. *n.* 41. *tom.* 2. & An possit esse Arbiter. *ibid.*

49 Miles non est idoneus fidejussor Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *sub n.* 240. *vers. Fidejussores fol.* 8. *tom.* 5.

50 Miles existens in actuali expeditione non potest donare quidquam ejus Amasiæ Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 652 *n.* 11.

51 Testamentum Militis, & intuitu militiæ factum benigniorem recipit interpretationem Rot. *loc. cit. dec.* 682. *n.* 25.

52 Milites adscripti militiæ, si nunquam cingulum susceperint, & arma detulerint, efficiuntur Subditi Ducis, sed non potiuntur privilegiis militaribus De Luc. *de Jurisdict. disc.* 112. *sub n.* 14.

53 Et ejusdem militiæ desertores in odiosis subjacent Superioritati Judicis, secus in favorabilibus De Luc. *loc. cit. num.* 6.

Et quibus pœnis puniantur idem De Luc. *de Benefic. disc.* 68. *n.* 6.

54 Milites hostica exceptione quando se tueri possint De Luc. *de Credit. disc.* 118. *n.* 11. *de Jurisdict. disc.* 78. *num. fin.*

55 Milites pro quibus debitis gaudeant beneficio, deducto ne egeant De Luc. *de Credit. dict. disc.* 118. *num.* 10.

56 Jus militiæ publicum est *l.* 6. *ff de pact.* Oinot. *in add. Instit. tit. quib. non est permiss. facere testam. n.* 8. *lit. d.* Et in publicis filiusfamilias pro patrefamilias habetur *l. ult. ff. de his, qui sunt suis vel alien. jur. l. nam quod* 14. *ff. ad S.C. Trebell. l. quippe ff. de Judic.* Oinot. *loc. cit.*

§. MINÆ. XXII.

MInæ illatæ à viro, vel muliere malæ condi- 1
tionis, & famæ in eodem genere mali, potente, & solito illas exequi, faciunt contra minantem indicium non solum ad inquirendum, sed etiam ad torturam, Clar. *§. fin. quæst.* 21. *vers. minæ præcedentes*, Thes. *decis.* 24. *nu.* 3. *&* 9. plenè Menoch. *de præsumption. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 59. *& seqq.* ubi plures casus distinguit, Card. Gualtier. apud Zuff. *de legit. Process. crimin. lib.* 1. *quæst.* 66. *num.* 69. *& seqq.* ubi quod minæ non attenduntur non constito de præcedente inimicitia, nec quando minans non est solitus illas exequi, nec quando intercessit notabile mensium intervallum, nec quando processerunt ex iracundia, vel jactantia, vel per lubricum linguæ, vel fuerunt æquivocæ, & generales, vel si non adsit causa correspondens delicto, & executioni minarum. Vide Domin. meum Advocat. Cabrun. *Lucub.* 36. *à n.* 63. *cum seqq.* Belleg. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 6. *q.* 5. *n.* 9.

De minis prolatis per Vassallos contra Dominum qualiter sint punibiles, latè Thoro *Compend. decis. Neap. par.* 3. *sect.* 2. *verb. Minatoria verba.*

Quid operentur minæ ad inferendum metum, dixi in *§. Metus num.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 14. *num.* 168. *& seqq. tom.* 3. Farinac. *in fragm. verb. metus n.* 94. Idem Altimar. *loc. cit. n.* 499.

Quando minæ sint punibiles, vel non, Tusch. *litt. M. conclus.* 236. Gom. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num* 11.

Quòd minæ ante delictum faciunt indicium ad torturam, si minans sit solitus exequi, vel aliæ adsint conjecturæ, & sint speciales, vel saltem generales aptæ comprehendere casum, de quo agitur, secus si diversæ secundum aliquos, licet melius secundum alios semper denotent malum animum minantis; si tamen minæ essent de vindicta possent intelligi mediante justitia, sicut quando essent conditionales non afficerent, & si essent contra potentem per minus potentem illusoriæ reputarentur, debent autem minæ probari saltem per duos testes, licet sufficiant singulares, & probato homicidio faciunt indicium, & arguunt casum appostatum, ac præmeditatum absque distinctione, an minans sit solitus exequi, vel non, ut benè hæc omnia probat Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 1. *quæst.* 12. *per tot.* & vide Farinac. *quæst.* 50. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 871. *& conclus.* 1060. & alios ab ipsis citatos, Conciol. *resolut. crimin. verb. Indicium resolut.* 14. *per tot.* ubi plura de minis, an, & quando faciant indicium ad torturam, vel non contra minantem, sequuto delicto, & convenit fere in omnibus cum prædictis, & D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 77. *& seqq. fol.* 217. Tranchedin. *cons.* 74. *n.* 22. *& seqq.* ubi quòd minæ per verba æquivoca non faciunt indicium, nec quando incontinenti non fuit sequutum delictum, nec sine causa correspondente, & proportionata delicto, ad Farinac. *d. quæst.* 50. *& alios*, Possent. *sing.* 257. ubi quòd minæ faciunt indicium ad torturam, quando de illarum mala causa, & odio minantis contra minatum constat. Vide Domin. meum Advocat. Cabrun. *lucabr.* 36. *à nu.* 63. *& seqq.*

Minæ sicuti nocent minanti, ita etiam prosunt mi- 2
nato, qui si minantem, vel jactantem occidere percutiat, vel etiam occidat excusatur, si minans solitus erat exequi minas, vel indistinctè quando minans est in actu vulnerandi, vel occidendi, ita ut periculum sit in expectando; imò minæ de occidendo etiam præcedentes, & ex intervallo sufficiunt ad excusandum à pœna ordinaria mortis, ubi minans occisus erat vir potens ad occidendum, & consuetus percutere, nam his concurrentibus minatus non tenetur expectare agressionem, sed potest prævenire, si alio modo non possit periculum evadere, vel si minæ fuerunt prolatæ in præsentia, quia tunc inducunt provocationem, & percutientem incontinenti excusant à pœna ordinaria etiamsi minans non sit solitus exequi minas, ut colligitur ex traditis per Grammat. *decis.* 5. *per tot.* Bertazzol. *consil.* 433.

&

& 434. *lib.* 2. Boer. *decis.* 168. *n.* 9. & *seqq.* Bajard. ad Clar. §. *Homicidium nu.* 45. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1444. Farinac. *quæſt.* 125. *nu.* 67. & *ſeqq.* & *n.* 512.

Minans ferrum, & flammas, ſive mortem alicui, ſi minatus voluntati minantis non ſatisfecerit, dando, vel faciendo quod voluerit, & ſic extorquendo per metum, & taleas, qualiter ſit puniendus, Carpzov. *Pract. crim. par.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 52. & *ſeqq.* & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 12. *per tot.*

3 Minæ ſe ſolis indicium leve ſunt, & ſolùm ſufficiunt ad inquirendum Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 6. *quæſt.* 4. *n.* 14.

Et quod minarum indicium falſiſſimum reputetur Cabrun. *lucubrat.* 36. *n.* 63.

4 An & quando minæ tacitæ faciant indicium Bellegrand. *in comp. rer. crimin. method. tract.* 6. *quæſt.* 5. *ſub n.* 9.

Et an, & quando quis excuſetur Bellegrand. *loc. cit. n.* 10.

5 Minæ & jactationes probari debent per duos teſtes contæſtes de loco, & tempore, & omni exceptione majores Conciol. *alleg.* 93. *nu.* 41. & *in reſol. crimin.* §. *indicium reſol.* 14. *n.* 11. Cabrun. *lucubr.* 36. *num.* 48.

Quod procedit etiam in delictis atrociſſimis, occultis, & difficilis probationis Idem Cabrun. *lucubr.* 36. *n.* 49.

6 Minæ, & jactationes probantur etiam per teſtes ſingulares Cabrun. *dict. elucubrat.* 36. *n.* 61. Quod tamen fallit quando teſtes non concordant in qualitate minarum, & formalitate verborum Idem *ibid. n.* 62. Conciol *reſol.* 14. *n.* 12. §. *Indicium.*

7 Minæ quando proveniunt ex levi cauſa, parum, aut nihil attenduntur Ciaz. *conſ.* 6. *nu.* 141. & 142. Cabrun. *loc. ſupra cit. n.* 64.

Itèm minæ parum, aut nihil attenduntur, quando proferuntur à vili, & ruſtica perſona Cias. *dict. conſ.* 6. *n.* 143. Cabrun. *dict. lucubr.* 36. *ſub n.* 65.

8 Dolus arguitur in comminante machinationem, vel vindictam, quando jam cæperat exequi minas Arguell. *dec.* 33. *ſub n.* 26. *verſ. dolus autem* Anſald, *dec.* 83. *n.* 18.

9 Solitus exequi minas præſumitur auctor facti, vel delicti ſubſecuti Gomes *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 11. *prope fin. verſ. unde neceſſario* Conciol. *reſol. crim. verb. indicium reſol.* 14. *num.* 1. & 4. Anſald. *dict. decis.* 83. *n.* 24.

10 Quatenus preces Principum inſtar Minarum ſint, Dec. *conſ.* 129. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 431. *n.* 32. Brunneman. *ſup. Cod. lib.* 2. *tit.* 20. *l. ult. n.* 4. *tom.* 1. *pag.* 140.

11 Is, qui minatur, interfici poteſt Brunneman. *ſup. Cod. tit.* 27. *lib.* 3. *l.* 1. *n.* 5. *tom.* 1. *pag.* 208.

Minæ, an, & quando suppleant allocutionem latè
12 Zuff. *de legit. proceſſ. Crim. quæſt.* 66. *n.* 64. *cum pluribus ſeqq.*

13 Minas inferens ſufficit probari, quod fuerit conſuetus exequi, ut metus probetur Zuff. *de legit. proceſſ. Crim. quæſt.* 39. *n.* 27.

§. MINOR. XXIII.

1 Minor 25. annis inculpatus de delicto, non poteſt de jure per ſe ſtare in judicio, & reſpondere inquiſitioni, ſed illi debet per judicem dari curator, *l. clarum C. de autl. præſt.* Pract. Papp. *for. inquiſ. gloſ.* 2. ita ut ſibi non noceat confeſſio, vel adverſus eam debeat in integrum reſtitui, etiam non docto de errore, cum ex ipſa confeſſione ſatis dicatur conſtare de læſione, Menoch. *de arbitr. caſ.* 268. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1061. *num.* 22. & 23. Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 60. & *ſeqq. ad* 79. Afflict. *decis.* 208 Tuſchus *littera M, concluſ.* 256. *per tot.* & *littera R, concluſ.* 283. *per tot.* Paul. Chriſtin. *decis. Belg.* 110. *num.* 2. *volum.* 2. & *ad leg. municip. tit.* 19. *art.* 25. latè Ricc. *Collect.* 3733. 4184. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 135. Vivi. *comm opin.* 504. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Confeſſio reſolut.* 21. ubi tamen quòd ſufficit curatorem intervenire in actu juramenti, & in decreto de torquendo, non debet autem intervenire examini, neque torturæ, & quòd ita ſervatur in Hiſpania, ut teſtatur Plaz. *Epit. delict. lib. pr. cap.* 32. *nu.* 22. latè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 84. & *ſeqq. per tot.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 6. *à num.* 61. *tom.* 2. Peguer. *in Prax. crim. cap.* 12. *n.* 3. *tit. de in lit. tut. dan.* Ciaza. *diſcept.* 16. *n.* 22. Narboo. *de Ætat. ann.* 25. *quæſt.* 34. *num.* 5.

Hodie tamen cum de generali conſuetudine non requiratur auctoritas curatoris, etiam quoad minores in judiciis criminalibus ridiculum eſſet hujuſmodi exceptionem opponere, niſi agatur de minore 14. annis, vel niſi opponatur ad effectum tantùm minuendi pœnam, vide Clar. §. *fin. quæſt.* 50. *in princ. quæſt.* 55. *n.* 11. & *quæſt.* 60. *n. pr.* Joſeph. Ludovic. *decis. Luc.* 27. *per tot.* Guaz. *deff.* 30. *cap.* 4. *n.* 21. *deff.* 32. *cap.* 32. & *deff.* 33. *cap.* 17. Cabal. *reſolut. criminal. caſ.* 134. Pic. *ad ſtatut. Urb. gloſ.* 7. *num.* 278. &c. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 57. *nu.* 30. &c. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 352. &c. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 166. & *ſeqq. fol.* 258. Montan. *ubi ſupra num.* 73. & *ſeqq.* Tuſch. *d. concluſ.* 256. *n.* 4. & *ſeqq.* Chriſtin. *dict. decis.* 120. *num.* 2. *vol.* 2. ubi quòd aliquando fuit reſtitutus, quando aliàs de delicto non conſtabat, & *decis.* 169. *n.* 5. *volum.* 3. Joſeph. Feliv. *in Margar. var. concluſ. verb. Minor.* 18. *annis fol.* 9. *col. pr.* Ricc. *Collect.* 3733. 4184 Sanfelic. *decis.* 57. & *dec.* 246. ubi de minore, qui ſe obligavit cum juramento, & fidejuſſione, ſed abſque curatore, de tenendo palatium pro carcere, ſi delinquat extra palatium tenetur ad pœnam, & fidejuſſionem, Conciol. *verb. Confeſſio reſolut.* 21. ubi quòd in Italia, & Gallia concluſio prædicta de curatore dando minori in criminalibus non ſervatur de generali conſuetudine, ſed valet confeſſio ſine tutoris, & curatoris auctoritate, etiamſi agatur de minore 14. annis, juxta Conſtitutionem Marchiæ *lib.* 4. *cap.* 7. & *reſol.* 22. ubi quando detur ſaltem reſtitutio in integrum, ſequitur Franciſc. de Angelis *dict. quæſt.* 13. *numer.* 98. & *ſeqq.* ubi quòad minorem 14. annis diſſentit ab opinione Concioli; cum dicta Conſtitutio loquatur de majore 14. annis, & de reſtitutione in integrum idem de Angelis *lib.* 3. *quæſt.* 23. *per tot.* latè idem Altimar. *loc. cit. à n.* 83. Scialoy. *in Prax. torquen. reos cap.* 13. *n.* 11. Majoran. *in Opoprax. fol.* 243. *n.* 39.

Quòd minor carens curatore poſſit per ſe eſſe in judicio ſive civili, ſive criminali, Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 159. latè Hieron. Cala *tract. de reſtitut. in integr. minor deneg. quæſt.* 2. *per tot.* ubi de omnibus prædictis, & an detur reſtitutio in integrum adverſus confeſſionem, & videtur negativè concludere tam in civilibus, quàm in criminalibus, & tam in confeſſione vera, quam ficta reſultante ex contumacia. Vide Altimar. *de nullit. dict. rubr.* 11. *quæſt.* 4. & *ſeqq. tom.* 2.

Quoad judicium civile, quod geſta per minorem ſine curatore ſint nulla, Cabal. *conſ.* 116. *lib. pr.* & quid ſi juraverit non convenire, vide Everard. *loc. à vi jurum. num.* 8. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 225. *num.* 28. &c. Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 9. *n.* 60. &c. Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſive mand. numer.* 28. & *ſeqq ad* 39. & *tit. qualiter ſent. poſſ. à nullitat. deff. num.* 81. & *ſeqq.* dixi *in* §. *Curator num.* 12. & *ſeqq.* §. *Sententia num.* 11. Paul. Chriſtin. *ad leg. municipal. tit.* 19. *art.* 25. Rot. *part.* 11. *recentior. decis.* 50. *num. pr.* & *ſeqq.* ubi quod ſi ſit in loco judicii poteſt ſine curatore citari ad legitimè comparendum, & ad judicium cum curatoris interventu ſuſtinendum, quem ſi habeat, judex eidem licèt invito decernat, ſi autem ſit abſens, non niſi priùs conſtituto, & citato curatore, poteſt validè conveniri, aliàs omnia ſunt nulla, *dict. part.* 11. *decis.* 159. *nu.* 12. &c. & *part.* 13. *decis.* 192. *per tot.* ubi etiam an in judicio poſſeſſorio poſſit citari, & per ſe ſtare in judicio ſine curatore, & diſtinguit vide *part.* 14. *decis.* 341. *num.* 3. & 4. Cala *d. quæſt.* 2. *per tot.* ubi diſtinguit inter pupillum, & minorem, ut hæc procedant in pupillo, Idem Altimar. *loc. cit. quæſt.* 4. & *ſeqq.* & *rubr.* 1. & 3. *quæſt. pr. n.* 234. *fol.* 140. *tom.* 8. Gratian. *decis.* 3., ubi Scopp. & De Luc.

Plata qualiter ſint conveniendi minores, & pupilli

in judicio civili, ne acta, & sententia sint nulla, vide per Conciol & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib. 2. Rub. 55. per tot.*

Qualiter minor possit citari omisso curatore, & intelligatur citatus ad legitimè comparendum, Grasian. *discept. forens. cap. 479. num. 28. &c. & decis. 93. per tot.* Hieron. Cala *d. tract. de restit. min. den. quæst. 2.* ubi latè quomodo possit, & debeat minor citari, vide *in §. Infantia num.* *& §. Pupillus nu.*

Quando in judicialibus repræsentetur major, & qualiter patiatur immissionem super bonis hæreditariis pro debitis à patre contractis, Tusch. *littera M, conclus. 255.*

Qualiter ligetur consuetudine, vide *in §. Consuetudo nu. 19. infr. num. 4.*

2 Minor 25. annis delinquens in minori ætate, non potest puniri pæna ordinaria delicti, etiamsi postea factus sit major, & qualiter minor ætas excuset in delictis, etiam gravibus, & gravissimis à pœna illorum ordinaria, & mitiùs puniatur arbitrio judicis, ita ut judex teneatur omninò ea hac causa minuere pœnam, latè probat Menoch. *de arbitr. cas. 329. per tot.* ubi quod idem est ea causa senectutis, plenè Farinac. *quæst. 92. per tot.* Cabal. *resolut. crimin. cas. 134. per tot.* Clar. *§. fin. quæst. 55. & 60.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Minor, resolut. pr. per tot.* Guaz. *def. 30. cap. 4. nu. 21.* Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 535. per tot.* Bonifac. *de furt. §. 10. nu. 125. & seqq. ubi num. 135.* qualiter in furtis teneatur ad restitutionem, cum aliis supracitatis, Tusch. *littera M, conclus. 256. num. 9. & seqq. per tot.* Thes. *decis. 161.* Aloys. Ricc. *decis. 77. lib. pr.* Franch. *decis. 230.* Mastril. *decis. 61.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 121. vol. pr.* ubi tamen quòd quandoque fuit disputatum de pubere doli capace, & fuisse etiam fustea suspensos minores 25. annis, Sanfelic. *decis. 57.* ubi etiam qualiter imberbes non transmittantur ad triremes, sed retineantur in carceribus donec cesset periculum scandali, quod etiam servatur Florentiæ usque ad ætatem 18. annorum, idem Altimar. *de nullit. cit. rubr. 21. dict. quæst. 6. tom. 2.* Caren. *de Sanct. offic. part. 3. tit. 9. a n. 20.* Capye. Latr. *decis 75. n. 5.* Antonell. *de Temp legal. libr. 2. cap. 16.* Altimar. *dict. q. 6. præsertim n. 27. & dict. q. pr. n. 235. tom. 8.* De Luc. *Conflict. obser. 21. & latius in disc. fin. post obser. 315.* Fagnan. *in cap. canonum statuta n. 117. de Const.*

Quid in crimine parricidii, vel aliis atrocioribus, vide Franch. *decis. 230.* Menoch. *de arbitr. cas. 350. num. 18.* Hieron. Cala *tractat. de restit. in integr. deneg. quæst. 34. & 37. per tot.* ubi pro pœna ordinaria in delictis dolosis, & præcipuè in atrocissimis, & sodomia, *& quæst. 8. nu. 70. & seqq. per to.. et quæst. 39. per tot.* Cabal. *resol. crimin. cas. 134. nu. 9.* Farin. *dict. quæst. 92. num. 107.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Minor. resolut. pr. num. 4.* ubi quòd in atrocissimis minor non excusatur à pœna ordinaria, de quo vide D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crimin. libr. pr. cap. 14. n. 45. et seqq.* Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crimin. contr. 16. per tot.* ubi quod non excusatur quando deliquit ex plena, & perfecta animi destinatione; secus autem si ex repentina, & casuali deliberatione, quæ non est vera præmeditatio, sed potius levitas animi, ac ideò tunc excusatur à pœna ordinaria, etiam in atrocioribus, ut in casu decisionis fuit excusatus, licèt ipse Auctor contrarium calculum posuerit, idem Sanz. *contr. 8. num. 19. & seqq. et contr. 32. num. 37.* ubi quòd si malitia supplet ætatem potest pœna ordinaria imponi in atrocissimis post 17. annos secundum leges Hispanas. Altimar. *dict. quæst. 6. a n. 27. cum plurib. seqq.* Vide Fagnan. *loc. supra citat. a n. 118. cum seqq.*

Quòd in crimine falsæ monetæ minores excusentur à pœna ordinaria, & sic puniantur eadem lege, sed non eadem pœna, Farinac. *quæst. 115. num. 97.* Cortiad. *decis. 87. n. 52.* & alii, quos refert, & sequitur Raynal. *Syntax. rer. crimin. cap. pr. §. pr. ad 3. num. 66.* ubi *num. 67.* quod mulieres si sint principales puniuntur pœna ordinaria, nisi ex aliis causis possint ab illa excusari, vide *in §. Mulier num. 41.* Vide Altimar. *dict. quæst. pr. sub dict. n. 235. tom. 8.*

Aliam pulchram distinctionem in hac materia, ut minor excusetur à pœna ordinaria quando agitur de delictis commissis ex voluptate circa irascibilia, & concupiscibilia, vel ex impetu ætatis, & imprudentia, veluti blasphemia, adulterio, percussionibus, homicidio, & similibus; secus in delictis obstinata malitia, & incorrigibili voluntate commissis, ut sunt assassinia, furta geminata, usuræ, & hujusmodi, quæ maturæ potius ætati, & malitiæ conveniunt, quam adolescentiæ, & imprudentiæ, nam in istis potest etiam minor pœna ordinaria condemnari, vide per Stroz. Odd. *de restitut. in integr. part. 2. quæst. 80. nu. 75. & seqq.* facit Cabal. *cas. 134. in fine*, ubi quod hodiernorum temporum qualitas ampliùs non patitur, ut juvenibus in delictis parcendum sit, dum ad eam pervenerint ætatem, ut boni, & mali perfectam cognitionem habeant, maximè malitia ætatem supplente, & licèt dicta distinctio non approbetur à Farinac. *d. quæst. 92. num 181.* illam sequutus fuit Magistratus DD. Octo Florentiæ sub die 22. Junii 1679. in causa Pisarum contra Benedictum Simonis Mannoni, prout sequitur etiam pluribus aliis citatis Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr. 41. n. 15. et per tot.* ubi probat, quòd minor ætas de jure communi non excusat in furtis à pœna ordinaria, etiam mortis, si qualitas criminis sæpius reiterati, & superabundantia malitiæ id exigant; quicquid secundum leges Hispanas mitiùs agatur etiam in furtis, & dixi *in §. Furtum n. 13.* Hier. Cala *tractat. de restitut. in integr. denegan. quæst. 34. per tot.* ubi post plura quòd minores ligentur statutis, etiam in pœnalibus, concludit illos quomodolibet delinquentes pœna ordinaria puniri, si ita fuerit statutum, & dolosè delinquerint, quod arguitur ex conjecturis, & contraria procedere in delictis omissionis, & negligentiæ, non autem in dolosis, nec restituuntur in integrum, & loquitur etiam in contrabandis, & gabellis fraudatis, *infra num. 4.*

Florentiæ extat statutum *lib. 3. Rub. 33.* disponens, majores annorum sexdecim posse puniri pœna ordinaria delicti, minores autem sexdecim usque ad duodecim pœna extraordinaria mitiori arbitrio judicis, & ab annis 12. infra non puniri aliqua pœna, nisi ageretur de delicto gravissimo quia tunc possent aliqua pœna, citra corpus, arbitrio judicis puniri; numquam tamen de consuetudine imponitur dicta pœna ordinaria delicti, nisi delinquens compleverit ætatem 18. annorum, quæ per aliud statutum declaratur ætas major, & perfecta, prout si esset 25. annorum de jure communi ut restatur Cabal. *dict. cas. 134. n. 11. etc.* ubi quod idem est Ferrariæ, Lucæ, & Neapoli, & dixi *in Praxi, §. Pœnæ, n. 16. et in hoc opere §. Ætas num. 6.*

De simili statuto Lucano *lib. 4. cap. 58.* & illius interpretatione, Joseph. Ludovic. *dec. 60. n. 13. lib. pr.*

Quod etiam in statu Ecclesiastico adsint Bullæ Pontificiæ similes dictis statutis, ac de illarum intelligentia, & interpretatione, Conciol. *verb. Minor resol. pr. num. 5. et seqq. per tot.* Farinac. *quæst. 92. nu. 182. et seqq.* Conciol. *ad Statut. Eugub. lib 4. Rub. 13. et 14. per tot.* ubi etiam Romaguer. *in addit.*

Quòd hujusmodi statuta de ætate loquentia non habeant locum contra forenses dixi *in §. Statutum circa generalia sub num. 46.*

Et si dubitetur de ætate majori, vel minori, debent recipi probationes, ut per Menoch. *de arbitr. cas. 268. num. 10.* quòd sæpè practicatum vidi, etiam ex officio per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, quando ex processu informativo dabatur aliquis fumus minoris ætatis, & tunc in dubio recedi à pæna ordinaria, ut in causa contra Antonium Bernardium, & Joseph. del Moro de anno 1674.

Et potest assignari terminus reo carcerato ad docendum de ætate sua, Mut. *decis. 30. n. 21.*

An quis præsumatur minor, vel major, Tusch. *litt. M, conclus. 266. per tot.* vide *in §. Ætas nu. 4. et seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 1062. per tot.* ubi etiam quibus modis possit probari; & latè D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib. pr. cap. 14. num. 36. et seqq.* ubi etiam, quòd ista exceptio potest opponi antè, & post sententiam, à reo in furtis Cu-

ria

tim non existente, & alia ad rem *in §. Nullitas n. 32.*

In atrocissimis non est apposita necessitas Judici, sed est in ejus facultate, & arbitrio attente qualitate delicti, personæ delinquentis, & aliis facti circumstantiis consideratis, vel ordinariam mortis pœnam minori imponere, vel extraordinariam, & pro minoratione pœnæ etiam in atrocissimis potest considerari, an minor fuerit seductus ab aliis ad delinquendum, ut advertunt Guazin. *deffens. 33. cap. 17. sub num. pr.* Sanfelic. *decis. 57. in fine*, Felic. *alleg. 36. n. 6. par. pr.* Cartar. *decis. 73. num. 7. 8.* Thor. *vot. 50. num. 17.* Farinac. *quæst. 92. nu. 108. versus finem*, quos refert & sequitur Carol. Orilia ad Campan. *obser. ad resol. 2. num. 8.* Cala *de restit. in integr. minor. deneg. quæst. 38. n. 64. et seqq. et quæst. 37. n. 18. et seqq.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. undec. quæst. 6. a num. 43. tom. 2.*

Animadvertendum est igitur an minor deliquerit ex metu, fragilitate, errore, ignorantia facti, vel justo dolore, iracundia, vel animi levitate motus perfectè non cognoverit delinquere, vel non potuerit resistere, vel non fuerit in sua plena libertate, vel fuerit ignarus delicti committendi, nam si aliqua ratione deceptus fuerit, & ignoraverit rei veritatem, nec intellexerit delictum committere, tunc est mitiganda pœna juxta facti, & personarum qualitatem; si verò intellexerit se delinquere, & ex malitia sua, & plena animi deliberatione delinquat, nullatenus ei subveniendum, ut explicant Matthæu. Sana. & Cala *in locis supracitatis*, Majoran. *in Opoprax. crimin. cap. 24. num. 45. et seqq. fol. mihi 95.* ubi *num. 50.* refert, & sequitur distinctionem Oddi per me relatam, quam dicit sequi Farinac. *quæst. 92. num. 181.* licèt verè illam non sequatur, ut ego jam notaveram, & in facti contingentia pluries practicaveram, & iterum concurrentibus etiam Illustriss. DD. meis Collegiis Julio Caballo, & Annibale Michelio in Rota Criminali Florentiæ practicavimus sub die 25. Augusti 1688. in causa Contra Antonium Baldonium, Jo. Cardinum, & Jo. Giambellum de Baragazza Status Illustrissimorum Dominorum de Pepulis legitimè confessos, & ratificantes de homicidio, & furto appensatè, ac deliberate in via nemoris commisso in personam cujusdam Mercierii, quos licèt forenses, & sic dispositioni statutariæ Florentinæ circa ætatem non subiectos, & licèt in eorum patria ex attestationibus habitis non adsit simile statutum, sed servetur jus commune, eodem jure communi, attento quia versabamur in atrocioribus, vel atrocissimis, & processus etiam fuerat ex ballia, & auctoritate Tribunalis, & ad cautelam cum brachio Principis, atque urgentissimis præcedentibus indiciis duorum testium de visu, inter quos mulier, quæ omnes non cognoverat, & ideò non convincebant, & aliis conjecturis, legitimè constito prius de delicto in genere ad tormentum Captæ suspensis deffensionibus, quibus posteà assignatis fuit inter alia deducta ætas minor 25 annorum duorum ex illis, sed major 18. prætendendo ex hac causa minorationem pœnæ, visis videndis, & consideratis omnibus doctrinis hic citatis, quibus addi possent Thoro *vot. 24. et Compend. decis. Neapol. tom. pr. verb. Minor fol. mihi 337. et tom. 3. sect. 2. eod. verb. Minor fol. 88.* Quesad. Pilo *controv. forens. cap. 30. nu. 63. et alii plurimi*, unanimi voto omnes æqualiter condemnavimus in pœnam furcarum, & confiscationis bonorum, ac squartus, cum trasportatione, & affixione quartorum in loco delicti ad exemplum, & terrorem aliorum; Cui justitiæ multum etiam contulit Illustriss. D. Marchio Guido de Pepulis hujus Status Dominus, & Regens, optimè sciens summè Principis interesse bonos subditos habere, & malos esse, ac sua punitione dignos ubique delinquant.

Ex prædictis autem notari potest satis bona cautela interrogandi minores ipsos, an adverterint, & cognoverint quid agerent dum delinquerunt, & unde moti fuerint ad delinquendum, ut cognosci possit, an verè ex imbecillitate ætatis, justo dolore metu, vel errore, sive potiùs ex dolo, & malitia deliquerint.

Et quatenus dictum est considerandum esse, an minor fuerit seductus ab aliis ad delinquendum, & videatur posse præsumi seductus minor, qui non solus, sed cum aliis deliquit ad tradita per Thoro *in allegat. ante dictum votum 24. num.* animadvertendum est etiam, quòd subducere in hoc sensu significat decipere, & seorsum à veritate, & recta via ducere, Calep. *in verb. Subduco*, & Rebuff. *in l. 48. ff. de verb. signific. in verb. Subducere fol. mihi 230* & ideò non satis, dicitur subductus ad effectum minuendi pœnam ille, qui simpliciter invitatus consensit, & ad delinquendum accessit cognoscens, quod malè agebat, ut in casu prædicto, unus ex dictis minoribus accersitus, (ut prætendebatur) cognovit, & dixit, quod erat peccatum, & sibi replicato non referre, statim ad complendum iniquum opus sibi propositum se præparavit, & accessit cum aliis, quorum alter imò asserebat illum fuisse delicti auctorem, & cognita etiam aliundè sua maxima malitia, dum ab initio se testem faciebat, supponendo alium innocentem pro delinquente, ut tamdem ingenuè falsus fuit tortus pro ulteriori veritate habenda, unde etiam cessabat dicta præsumptio seductionis ex eo, quod deliquerit cum aliis, quia cognita propria malitia, & dolo nil refert deliquisse cum aliis, ad tradita per Joseph. Ludov. *dec. Luc. 17.* Addit. ad Farinac. *cons. 66.* de Marin. *lib. 2. quotid. resol. 169.* & alios citatos per D. Hieron. Calam *tract. de restitut. in integrum minor. deneg. q. 39. n. 33. & seqq. per tot.* ubi pluribus rerum judicatarum exemplis confirmet, & plenè etiam de hac materia habetur penes Francisc. Scagliol. *in Comment. ad Pragm. Regn. Alleg. 2. per tot. fol. mihi 304. & seqq.* ubi fuerat querelata Curia, quòd quemdam minorem 25. annorum indebitè pęna ordinaria furcarum, & squartus condemnasset, & exequi fecisset pro delictis cum aliis commissis, & demonstratur justitia sententiæ, ex eo quia major 14. annis est doli capax, & sic plures minores 18. annorum, & tantò magis minores 25. fuisse furca suspensos, attenta criminum atrocitate, & illorum malitia ætatem supplente, cùm judicis arbitrium non versetur in minoranda, vel augenda pęna, ut aliqui putant, sed in considerandis qualitatibus, circumstantiis, & atrocitate delictorum, ut si mereantur pęnam mortis, hanc teneatur Judex imponere, & non minuere, Cala *d. tract. quæst. 38. n. 74. & seqq. & qu. 37. nu. 18. & seqq. per tot.* Quesad. Pilo *controv. forens. c. 30. n. 53. & seqq.*

Et è contra quando ageretur de casibus miseratione dignis ex causis prædictis esset minoranda pęna, non tantum quoad minores præsentes, sed etiam quoad absentes, & contumaces, nam ex contumacia legitima probatur, sed non augetur delictum, & ideò qui præsentes confessi non essent condemnandi ad pęnam mortis, non etiam sunt condemnandi absentes, & contumaces, ne plus operetur ficta confessio, quàm vera, & ne detur occasio, ut tamquam banniti, & forjudicati occidantur à privatis, qui non occiderentur à justitia, & ita verè servatur, & servandum est ubique, quidquid dixerit Foller. *in Prax. crimin. verb. Forjudicentur n. 7.* ut testantur Campan. & Orilia *d. resolut. 2.* Cala *dict. quæst. 38. n. 44. & seqq.* aliique plures ab istis relati, & ego testari possum in statibus Serenissi. Magni Ducis Etruriæ habito sumo minoris ætatis, illius veritatem ex officio inquiri, eaque comperta à pęna ordinaria recedi, etiam contra contumaces, prout fieret contra præsentes, si qualitas delicti hoc admittat.

De modis autem probandi ætatem minorem, vel majorem, licèt aliqui tenuerint majorem præsumi nisi probetur minor, Majoran. *in Opoprax. crimin. cap. 14. nu. 52. & seqq. fol. 96.* ubi quòd probatur per librum Baptismi, ac fidem Parochi, per parentum testimonium, vel eorum librum, per patris confessionem, per nutricem, & comparrem, & ego plura dixi *in §. Ætas nu. 2. & seqq.* Vide Altimar, *de nullit. rubr. 11. q. 4. a n. 9. tom. 2.*

Atque ex omnibus prædictis videtur posse concludi in atrocioribus, & atrocissimis delictis, penitus, aut nihil prodesse minorem ætatem stante dolo, & malitia delinquentis, sine deceptione, ut est text. *in l. Impunitas 7. C. de pœnis*, per hæc præcisa verba,

Impunitas delicti propter ætatem non datur, modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur cadere potest, in l. 1. Cod. si adversus delictum, ubi quòd minori per dolum delinquenti restitutio non datur, & *in l. excipiuntur ff. S.C. Syllan.* ubi nec impuberi pubertati tamen proximo) necis domini participi, nec in ulla alia causa parcitur, sed supplicio afficitur, si intelligat quid agat. Qui quidem text. est nimis capitalis, sed videtur posse temperari per alium text. *juncta gl. in l. auxilium 38. ff. de minor.* ibi, *In delictis autem minor. 25. annis non meretur in integrum restitutionem utique in atrocioribus, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem perduxerit, & glos.* ibi, *atrocioribus* explicat, idest in provenientibus ex animo, sive sint privata, sive publica, excepto adulterio in quo uti atrocissimo nullo modo subvenitur minori, si illud fateatur, licèt hodie ex consuetudine, sive potius corruptela minus puniantur, quoad omnes adulteria, quàm cætera delicta, ut dixi *in §. Adulterium*. Vide Altimar. *de nullit. rubr. 15. quæst. 6. tom. 2. & rubr. 2. et 3. quæst. 1. n. 235. tom. 8.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap. 30. sub n. 6. fol. 345.*

Minor delinquendo amittit favorem suum, & sic
3 per delictum alienat sine solemnitatibus, & decreto, nisi alienatio esset prohibita à testatore favore alterius, ut quia jusserit bona manere apud hæredes, Bart. *in l. si quis in tantam vers. quæro an dominus Cod. unde vi, et in l. si finita §. si vectigalibus ff. de damn. infect.* Aret. *cons. 4.* cum aliis per Montan. *de tut. cap. 33. n 507. et seqq. fol. mihi 153.*

Non tamen privatur feudo, vel emphyteusi alienando sine consensu domini, vel ipsum dominum, negando nisi probetur de vera, & certa scientia, ac dolo negantis, Bald. *cons. 9. lib. 1.* Montan. *loc. cit. n. 511. et seqq.* vide Fulgin. *de jure emphyt. tit. de alienat. quæst. pr. n. 104. 171. et 182. et seqq.* Altim. *d. quæst. pr. sect. pr. n. 109. in fin. tom. 8.*

Quòd autem minor privetur ob non solutum canonem, licèt damnum repetat à tutore, vel curatore, qui neglexit solvere, *l. si tutoris ff. de administr. tut.* Montan. *de tut. cap. 32. reg. 8. nu. 101. fol. 124.* & ibidem *num. 281. fol. 119.* vide Corbul. & Fulgin. *loc. infra cit.* ubi an sit in electione minoris agere ad interesse contra tutorem, sive curatorem, vel petere restitutionem in integrum. *infra n. 36. in fine.* Vide Altimar. *d. q. pr. sect. pr. n. 110. tom. 8.*

Quòd imò nec propter canonem non solutum amittat emphyteusim, & in omnem casum habeat restitutionem in integrum, Magon. *decis. Flor. 69. n. 9. vers. et quatenus, et n. 11. etc. et dec. 70. nu. 17. etc.* vide latè Odd. *de restitut. in integr. part. 2. quæst. 82. et seqq.* Corbul. *de jur. emphyt. de caus. privat. ob mendat numer. 19. de caus. privat. ob non solutum canon. ampliat. 27. numer. 25.* & alibi *prout in indice verb. Minor.* Fulgin. *de jur. emphyt. de solut. canon. quæst. pr. nu. 182. et seqq.* ubi vide. Et alii modern. relat. per Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. n. 173. tom. 6.* Palm. *consult. 105. a n. 12.* Catan. *dec. 19. num. 16.* Mans. *Biblioth. Jur. tit. de restit. tit. 2. n. 197.*

Qualiter excusetur à pœna fraudatæ gabellæ, vide *in §. Gabella n. 39.* Altimar. *d. quæst. pr. sect. pr. nu. 205. tom. 8.*

4 Minor non ligatur statuto, vel consuetudine puniente aliquod delictum, quòd à jure communi non reputatur delictum, & in omnem casum non potest puniri pœna ordinaria, nisi consulto Principe, Farinac. *quæst. 92. n. 108. & n. 53. &c.* Guaz. *def. 33. cap. 57. n. 1. circa medium.* de quo tamen latè Hier. Gala *tractat. de restitut. in integr. denegand. quæst. 34. per tot.* ubi contrarium probat in delictis, etiam extraordinariis, & aliis dolosè commissis, & dixi supra *sub nu. 2.* idem Gala *quæst. 37. per tot. & quæst. 38. per tot. & qu. 39.* Altimar. *d. quæst. pr. sect. pr. n. 105. tom. 8.*

Quòd regulariter minor non comprehendatur sub statuto generaliter loquente, & quando secùs, latè Tusch. *littera M. concl. 265. per tot.* Altim. *loc. sup. cit.*

Quòd comprehendatur sub consuetudine, vel statuto pœnali, & à jure exorbitante, Farinac. *d. quæst. 92. n. 142. & seqq.* Zuff. *de legit. process. lib. 3. qu. 156.* Altimar. *loc. supra citat. n. 105.*

Minor 14. annis, & maximè infans non potest 5
torquere in se, nec in alios, si tamen fuerit proximus pubertati potest leviter terreri, & ferula, vel alio leviori tormento cedi, Brun. *de indic. & tort. quæst. 4. num. 16.* Clar. *§. fin. quæst. 64. vers. quæro numquid*, Guaz. *defens. 30. cap. 11. per tot.* Farinac. *quæst 79. nu. 49. &c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 19. num. 178. et seqq. fol. 388.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 6. tit. 2. qu. 4. num. pr. &c.* Conciol. *resolut. crim. verb. Tortura resolut. pr. nu. 2. & seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. 51. quæst. 6. à nu. 95. tom. 2.* Narbon. *de Ætat. an. 14. quæst. 42. n. 3.* Scialoy. *in Prax. torq. Reos quæst. 13. n. 45.* Majoran. *in Opiprax. fol. 240. a n. 24.* Idem Altimar. *de nullit. rub. 2. & 3. quæst. pr. nu. 89. vers. infans non potest terreri fol. 111. tom. 8.*

In criminalibus autem non dicitur proximus pubertati, nisi quando sex tantum mensibus ab illa distat, quidquid in civilibus dicatur ab anno decimo cum dimidio supra in masculis, & in fœminis ab anno nono cum dimidio supra, Jas. *in Auth. Sacramenta puberum nu. 15. C. si advers. vendit. & in l. properandum §. pr. n. 2. C. de jud.* Bonifac. *de furt. §. 10. nu. 133. fol. mihi 355.* Dian. *part. 11. tract. 7. resolut. 39.*

Vel rectius de hoc statur arbitrio judicis, Farinac. *quæst. 92. num. 12.* Cardin. Tusch. *lit. B. concl. 958.* Montan. *de tut. cap. 30. n. 156. fol. 94. in fine*, Menoch. *de arbitr. cas. 57. n. 50. per tot.* vide in *§. Pupillus n. 2. §. Pubertas n. 3.* Vide Altimar. *d. n. 89.*

Minor 14. annis non potest esse testis in judicio, 6
cùm non possit jurare, Gratian. *discept. forens. cap. 525. in prin.* Montan. *de tut. cap. 37. n. 47. & 48. fol. 182. cap. 5. n. 94. fol. 21. & d. cap. 37. reg. 2. n. 79. fol. 188.* Farinac. *quæst. 58. n. 9. & seqq.* Guaz. *defens. 30. cap. 11. nu. 13.* Calvin. *de æquitat. lib. 2. cap. 158. nu. 36.* Conciol *resolut. crim. verb. Minor resolut. 2. n. 4. et seqq.* Vide Altimar. *dict. quæst. pr. sect. pr. n. 103. vers. testis in criminalibus tom. 8.*

Quòd imò minor 20. annis non admittatur ad probandum in causis criminalibus, nisi quando aliæ probationes haberi non possunt actu, nec potentia Diaz. *reg. 464. et reg. 759.* de quo vide latè Farinac. *quæst. 58. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 28. n. 523. etc. fol. 331.* dixi *in §. Juramentum n. 53. §. Pupillus n. et in Pract. §. Pupilli n. 8. 9. et 10.* ubi quod in praxi examinantur non solum minores 20. annis, sed etiam pupilli, & pueri doli, ac rationi capaces, & cum juramento, quia qui peccando possunt obligari Diabolo, ita jurando debent obligari Deo, & judici de veritate dicenda, ad effectum tamen faciendi solummodo indicia, & præsumptiones, non autem plenas probationes, Capell. Tholosan. *dec. 238.* Clar. *§. fin. quæst. 24. num. 16.* Farinac. *loc. supra cit.* Conciol. *resolut. crim. verb. Minore fol. 2. per tot.* ubi variis modis materiam declarat, adde Cabal. *dec. 542. per tot. lib. 2.* ubi qualiter impuberes doli capaces possint admitti ad juramentum, & obligentur juramento, secus autem si non sint doli capaces Antonin *var. lib. 3. resol. 44. n. 6.* Altimar. *d. nu. 103. vers. imò minor.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 4. n. 9. & 10.*

Minor, & eo magis infans, impubes, & pupillus 7
non possunt pro debito civili carcerari, & jurari suspecti de fuga, Bart. & Bald. *in l. nam impuberes ff. de in jus voc.* Roman. *cons. 120.* Simoncel. *de decret. lib. 2. tit. 6. n. 128.* Caccialup. *de debit. suspect. & fugit. quæst. 5. num. 3. & seqq.* Brun. *de cess. bon. q. 34. quæst. pr.* Tusch. *litt. M. conclus. 267.* Gratian. *discept. forens. cap. 360. n. 24. & 25.* ubi tamen ipse contrariam sequitur opinionem, Vivi. *comm. opin. 502.* Altimar. *de nullit. rub. 2. & 3. quæst. pr. n. 96. tom. 8.*

Quid servetur Florentiæ circa minores sex decim annorum dixi *in §. Pract. §. Debitori n. 30.*

Quòd si minor ex forma statuti habeat liberam bonorum suorum administrationem, ut quia sit mercator, vel alia de causa, tunc possit carcerari, si sit

doli

doli capax pro pertinentibus ad artem suam, Caccialup. *d. quæst.* 5. *n.* 7. Brun. *loc. cit. n.* 21. & dixi *in meis resol. cap.* 52. *n.* 21. *& seqq.* ubi quòd idem est in minore repræsentato majore in ætate 18. annorum, prout Florentiæ, & alia ad propositum.

Quod quando minor est doli capax possit carcerari, & mulctari etiam in civilibus, & ex obligatione facta pro illius tutore, Gratian. *discept. forens. cap.* 360. *num.* 24. *&c.* ubi citat Bart. *tractat. de Carcer. vers. quarto quæro colum.* 2. *in princ. nu.* 7. *& alios*, quos ipse sequitur, quamvis alii plures ut supra contrarium teneant, fatentur tamen omnes, saltem competere restitutionem in integrum, si fuerit læsus.

8 Minor ut possit in integrum restitui debet tria probare, Caldas Pereyra *tract. de restit. in integr. per tot.* nempè minorem ætatem, læsionem, & quòd læsio processerit ex dolo adversarii, vel nimia facilitate minoris, sive verisimili ignorantia, etiam cessante dolo adversarii, cùm ex solo ipso contractu minor non præsumatur læsus, nisi in certis casibus, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 82. *n.* 14. *& per tot. & præsumpt.* 84. latè Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 36. 37. 38. *&* 39. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 503. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1061. *per tot. & vol.* 3. *conclus.* 1273. *& seqq.* Ofasch. *dec.* 158. *n.* 9. *&* 13. vide *in §. Læsio num.* *& §. Restitutio.* Latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *a nu.* 30. *& per tot.* ubi de tota materia *tom.* 6. Cyriac. *contr.* 252. 303. *&* 481. Antonell. *de temp. legal. libr.* 2. *c.* 59. Lat. *de vit. homin. cap.* 26.

Plura quando minor debeat in integrum restitui, vel non, & quomodo, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 219. *cum pluribus seqq. vol.* 2. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 135. ubi etiam quòd Doctor non restituitur propter præsumptam peritiam, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 23. *per tot.* ubi quando, & quomodo restituatur adversus propriam confessionem, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, de quo plura Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. quæst.* 2. *per tot.* Altimar. *loc. cit.* Mans. *in Biblioth. Jur. tit. de rest. tit.* 2.

In practica, & de consuetudine servari, minorem restitui solum propter ætatem etiam non docto de læsione, Joseph. Ludovis. *conclus.* 49. Quòd tamen non esse tutum, licèt sufficiat probare, quòd non expediebat alienare, juncto dolo adversarii, vel sui facilitate, Gratian. *dec.* 130. *n.* 16. *&c. & dec.* 196. *n.* 17. vide alios supracitatos.

Quòd minor non restituatur sine causa, latè Tusch. *litt. M. concl.* 299. *per tot.*

An autem minor restituatur contra alium minorem, idem Gratian. *decis.* 196. *n.* 18. Odd. *de restit. in integr. quæst* 18. *art.* 5. *per tot. & in loc. supra cit.* vide *§. Privilegium n.* 9. *& §. Restitutio nu.* 38.

An, & quando possit restitui adversus contractum non proprio, sed alieno nomine celebratum, Galvan. *cons.* 41. *per tot.* ubi quòd restituitur si ex eo damnum aliquod sibi in futurum resultare possit.

An si minor non possit sine magnis expensis coram judice obtinere restitutionem in integrum contra læsorem, possit in conscientia uti occulta recompensatione, Dian. *part.* 11. *tractat.* 4. *resolut.* 23. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam probat, facit quod dixi *in §. Creditor n.* 23. *& §. Compensatio n.* 26. *&c.*

9 Minor restituitur in integrum adversus venditionem factam de domo paterna, propter affectionem, quàm in ea præsumitur habere, licèt aliter non esset læsus, *l. si emptione, ff. de minor.* Tiraquel. *de retract. in præfat. n.* 34. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 26. *n.* 25. Ger. Spin. *cons.* 11. *n.* 64. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 83. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 424. *& seqq. fol.* 149. Addo Fontanell. *dec.* 47. *num.* 56. Rocc. *resp.* 99. *n.* 15. *libr.* 2.

Multa in contrarium adducit Gratian. *discept. for. c.* 766. *n.* 75. *&c.* ubi etiam quòd in omnem casum deberet probare provenire ab ultra tritavo.

10 Minor emens molendinum restituitur in integrum, & quare, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 564. *n.* 2. *&c.*

Quando minor pluris emens, vel minus vendens

debeat in integrum restitui, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 125. *n.* 7. *& seqq. vol.* 2.

Minor virtute juramenti habetur pro majore, non tamen excluditur à remedio, *l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* & an tunc possit in integrum restitui, vide Felic. *de Societ. cap.* 5. *nu.* 24. *& num.* 48. *etc.* Pract. Papp. *for. restitut. in integr. glos. tunc juravit*, Everard. *à vi juram. n.* 2. *&* 36. Gratian. *discept. forens. cap.* 27. *n.* 27. *cap.* 233. *nn.* 25. *&c.* latè Hier. Cala *tractat. de restit. in integr. deneg. quæst.* 16. Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 575. *& seqq. ad* 610. *fol.* 556. vide *in §. Juramentum n.* 27. *& §. Statutum num.* *infra nu.* 38. Tusch. *litt. M. concl.* 260. ubi an, & quando restituatur adversus contractum juratum, Paul. Christin. *decis.* 223. *&* 226. *vol.* 5. ubi etiam an restituatur adversus juramentum judiciale à se alteri delatum, vide *in §. Juramentum nu.* 10. *§. Remedium n.* 37. 11

Ubi quid operetur juramentum minoris in contractibus, & an restituator adversus juramentum, & alia, Caldas Pereyr. *d. tract. de restit. in integr. verb. Minoribus n.* 2. *& seqq. fol.* 193. Vide infra *in novissimis addit.* Crescin. De Luc. *de Donat. disc.* 33. *n.* 17. *de Alien. disc.* 29. *n.* 14.

Qualiter debeat certiorari, ut renunciando suis privilegiis sibi præjudicet, Tusch. *littera M. concl.* 246. *per tot.*

Minor qualiter possit adire hæreditatem sibi delatam, & læsus ex aditione, in integrum restitui, Marant. *in repet. l. is potest n.* 153. *ff. de acquir. hæredit.* vide *in §. Restitutio n.* 22. *etc.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 127. *et* 128. *vol.* 2. ubi qualiter sit restituendus adversus aditionem hæreditatis damnosæ, vel omissionem lucrosæ, *et decis.* 180. *vol.* 5. latè Ludovis. *dec.* 181. ubi quòd restituitur quando hæreditas est damnosa, vel litibus implicita, non suffragante inventario, neque quòd possit agere contra tutorem cujus auctoritate adivit, & alia. Jovius *de solemni. glos.* 15. *§.* 9. Constantin. *ad statut urb. annot.* 44. *n.* 404. Vide Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 3. *n.* 65. *cap. pr. a n.* 206. 12

Qualiter major factus dicatur aditionem ratificare, ita ut non possit amplius agere ad damna, & interesse contra tutorem, qui adivit sine beneficio legis, & inventarii, Gratian. *discept. forens. cap.* 711. *n.* 54. *etc.*

Quando minor factus major, tacendo per decennium excludatur à restitutione in integrum, Capyc. *dec.* 92. *per tot. infra n.* 22.

Minor factus major quando per taciturnitatem dicatur approbare contractum aliàs nullum, vide Odd. *in l. fin. Cod. si major. fact.* Merlin. *dec.* 535. *n.* 6. *et seqq. et n.* 16 *et seqq. per tot. dec.* 646. *nu.* 13. *etc.* Ricc. *Collect.* 264. Rot. *part.* 11. *recentior. dec.* 262. *n.* 14. *et seqq et part.* 10. *dec.* 80. *n.* 1. *et seqq.* ubi etiam quid dicendum in foro conscientiæ, vide *in §. Contractus n.* 14. *et* 19. *et in §. Ratificatio nn.* 12. Gratian. *dec.* 102. *n.* 12. *etc.* ubi quod non procedit de jure canonico, cui standum est propter malam fidem contrahentis cum minore, vide *in §. Ratificatio nn.* 12. Tusch. *litt. M, concl.* 254. *per tot.* ubi qualiter contractus minoris nullus convalidetur. Plura de ratificatione facta a minore Altimar. *de null. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 36. *a nu.* 154. *et plur. seqq. tom.* 6. 13

Quòd minor factus major ex quinquennio censeatur ratificasse alienationem nulliter factam in minori ætate, intelligendo de nullitate respectu alicujus solemnitatis, secùs si ex defectu legitimæ causæ, & alia, Merlin. *dec.* 444. *n.* 13 *etc. dec.* 646. *n.* 13. *et seqq.* Urceol. *Consult.* 44. *n.* 22. *etc. cum Addit. in fine vol.* 2. Rot. post Urceol. *de transact. dec.* 39. *n.* 17. *et* 18. ubi etiam de scientia necessaria, ex cujus defectu non impeditur venire contra contractum nullum ex omissione formæ à statuto inductæ, etiam post quinquennium, & alia plura pro nullitate alienationis ex defectu causæ, & solemnitatum, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 447. *per tot.* ubi etiam qualiter major ratione communionis causæ juvetur beneficio minoris. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *capit.* 65. Vide Bettachin. *vot.* 28. *per tot.*

Quòd minori datus sit à jure terminus annorum quinque postquam factus est major ad reclamandum in contractibus onerosis, & correspectivis, & in lucrativis decem, per text. in l. fin. §. 1. & seqq. C. si major. fact. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 15. art. 5. n. 44. & seqq. Rot. in Bonon. separationis bonorum 15 Martii 1675. coram Vicecomite, post Urceol. de transact. dec. 75. n. 10.

Quòd non restituatur in integrum minor, si major factus ratum habuit id, quod in minori ætate gestum fuit, & ex quibus inducatur, vel non hujusmodi ratihabitio, l. 1. & 2. C. si major fact. Paul. Christin. dec. Belg. 133. vol. 2. & dec. 180. per tot. vol. 3.

14 Minor jurans se majorem esse, ratione mendacii privatur restitutione in integrum, l. 2. & 3. C. si minor se major. dix. Maur. de fidejus. part. 2. sect. 6. cap. 3. n. 144. latè Tusch. litt. M, concl. 243. per tot. Mynsing. cent. 4. observat. 20. Paul. Christin. dec. Belgic. 21. num. 3. &c. volum. 2. & dec. 131. per tot. d. volum. 2. ubi etiam quid si dolo adversarii majorem se dixerit, & tunc concedendam esse restitutionem, prout ferè semper etiam non obstante juramento ad tradita per DD. citatos, vide in §. Restitutio nu. 18. Christin. decis. 225. & 226. vol. 5. & ad leg. municip. tit. 19. art. 22. Francisc. de Angel. tract. de confess. lib. 2. q. 16. Addo Antonell. de tempor. legal. libr. 2. cap. 66. n. 5., & 8. Jovius de solemnit. gloss. 16. §. 7. n. 81., gloss. 19. §. 7. n. 33. Brunnemann. in jurib. allegat.

Potest tamen dicere de nullitate ob non servatam formam statuti, Gratian. discept. for. cap. 576. n. 39. &c. decis. 234. num. 15. &c. Duran. decis. 18. nu. 32. &c. Mertha vot. Pis. 140. Montan. de tut. cap. 33. nu. 74. &c. ubi ampliat idem esse in eo, qui veniam ætatis impetravit, fol. 136. & nu. 575. fol. 155. vide in §. Nullitas n. infra à n. 38. Francisc. de Angelis dict. q. 16. per tot. ubi etiam quòd per dictum mendacium, & perjurium non possunt in foro criminali molestari de perjurio, vel stellionatu, & quare, ad tradita per Merl. dec. 155. nu. 6. & post Zaech. de obligat. Camer. decis. 182.

15 Minor non restituitur adversus præscriptionem conventionalem, vide in §. Restitutio n. 15. & §. Venditio n. 56. Tiraquel. de retract. convent. §. 1. glos. 2. n. 16 &c. Magon. decis. Luc. 31. n. 21. &c. Rot. p. 9. rec. dec. 63. n. 18. &c. Larrea decis. 70.

Non etiam restituere re non integra, & ubi tractares de lucro captando, Altograd. consil. 85. n. 45. lib. pr.

Item non restituitur ob damnum sibi obventum casu fortuito, vel per judicium sortis, sive per contractum, ex quo possit resultare damnum, & lucrum, l. verum §. Secundum ff. de minor. latè Felic. de societ. cap. 5. num 34. &c. ubi allegat. Odd. de restitut. in integr. & alios, vide in §. Læsio num.

Quid si sit Doctor, vide in §. Doctor n. 8.

Quòd minor non restituatur quando potest relevari à procuratore suo, vel ministro, & quando secùs, Tusch. litt. M. concl. 258. & seqq ubi ponit alios casus, in quibus cessat restitutio, vide tot. tit. C. in quibus cas. restit. necess. non est, cum seqq. Paul. Christin. dec. Belg. 129. & seqq. vol. 2. ubi quòd non restituitur quando tutus est alio remedio, & alia.

16 Minor restituitur adversus sententiam contra se latam in Salviano, si probet læsionem, non tamen sufficit allegare solam sententiam, cùm potuerit esse justa, Scapuc. de Salvian. lib 3. quæst. 14. per tot. vide in §. Restitutio num

An autem tunc teneatur adversario expensas restituere, vide hinc indè Thes. dec. 9. per tot. ubi videtur tenere, quòd non; facit quòd dixi in §. Contumacia n. 4. & §. Restitutio n. infra n. 46.

Qualiter restituatur adversus negationem factam, ad effectum evitandi augmentum pœnæ ob negationem, & fruendi beneficio confessionis, si posteà velit confiteri, Gratian. discept. for. cap. 109. n. 48. &c. Paul. Christin. dec Belg. 126. vol. 2.

An restituatur adversus sententiam ex scripturis noviter repertis, latè Hieron. Cala tract. de restitut. in integr. clericum quæst. 40. per tot. vide in §. Sententia num. 31. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. n. 32. tom. 6.

Minor restituitur in integrum adversus solutionem 17
sibi factam, quando pecunia non fuit in ejus utilitatem versa, sed in malos usus expendita, quòd intellige quando emptor fuit in aliqua culpa non solvendo cum omni juridica solemnitate, aliàs ex casu, vel culpa alterius non datur restitutio contra solventem, Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 15. & 16. vide in §. Debitor n. et §. Solutio num. et in meis resolut. cap. 98. nu. 15. et 16. Odd. de restit. par. 2. q. 32. art. 1. 2. et 3. per tot.

Nec habet hujusmodi restitutionem stante juramento, nisi intervenerit dolus adversarii, idem Simoncel. loc. citat. num. 8.

Quòd non possit annuos census, & responsiones recipere sine solemnitatibus, ita ut debitor illi solvens non liberetur, nisi pecunia extet, sive versa sit in minoris utilitatem, §. at ex contrario Instit. quibus alien. lic. vel non, Cenc. de Cens. q. 69. n. pr. et seqq. ad 10. Vide Altimar. sub dict. num. 32.

Minor qualiter possit super bonis suis censum im- 18
ponere, Cenc. de Cens. q. 15. per tot. ubi vide, et in §. Impositio num. plenè Ant. de Balis tract. var. lib. 5. tit. de cens. q. 30. per tot. fol. 311. et seqq. Addo Valenz. cons. 173. Laram de vita homin. capit. 22. Vide Altimar. ubi supra sub dict. n. 32.

Quòd non possit vendere, vel aliter distrahere census, sive annuos redditus sine solemnitatibus requisitis in alienatione aliarum rerum immobilium, Cenc. d. tract. q. 30 n. 16. Montan. de tut. cap. 33. nu. 123. fol. 138. Vide Altimar. ubi supra sub dict. n. 32.

Potest tamen sine solemnitatibus extinguere censum per receptionem sortis principalis, cùm extinctio sit actus necessarius, Cenc. d. tractat. q. 20. n. 18.

Requiritur tamen tutoris auctoritas, plenè idem Cenc. q. 109. vide in §. Decretum n. et §. Solutio n. Addo Laram loc. cit. cap. 23.

Minori non currit præscriptio, & cœpta dormit, 19
incipiendo tantùm currere adveniente majori ætate, Gratian discept. forens. cap. 78. num 46 Guid. Papp. q. 31. num. 3. Balb. de præscript. part. pr. 6. part. prin. n. 33. Diaz. reg. 466. cum duabus seqq. vide in §. Præscriptio nu. 30 Paul. Christin. dec. Belg. 126. vol. 2. ubi etiam qualiter restituatur in integrum, & loquitur præcipue de præscriptione statutaria. Balduc. in dec. tit. de Dot. tit. 4. dec. 1. nu. 48., et seq. Capyc. Latr. cons. 99. n 4. et 5. lib. 2. Booden. collect. 48. nu. 43. vol. 1. collect. 20. n. 91. vol. 2.

Minor fidejubendo sine juramento non obligatur, 20
secùs autem si cum juramento promittat, nisi dolo malo consilio, & suasionibus creditoris enormissimè lædatur fidejubendo pro paupere, & inope, Mantic. de tacit. & ambigu. part. 2. lib. 16. cum aliis per Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 4. cap. 51. & sect. 8. cap. 15. per tot. Grat. disceptat. for. cap. 233. num. 28. & cap. 513. per tot. ubi pro nullitate concludit, cùm fidejubere sit perdere, & malè uti substantia sua, vide in §. Filius num. 54. Peregrin. dec. Pat. 8. per tot. ubi refert bis fuisse judicatum pro minore non obstante juramento, & aliis, de quibus in decisione, & Mattha vot. Pis. 25. per tot. ubi pariter pro minore non obstante juramento, Andreol controv. 201. & 202.

Quòd minor non possit fidejubere, nec se obligare tam de jure communi, quàm municipali, non servatis solemnitatibus, ita ut cùm actus peccet in forma, nec civiliter, nec naturaliter remanet obligatus, non obstante juramento, quòd præsumitur dolo, & fraude extortum, cùm minor eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum, præsumatur etiam inductus ad jurandum, licèt fuerit assumptus ad officium Abundantiarii, ad quod de jure eligi non poterat, & alia ad rem, Rot. in Eugubina Census 11. Januarii 1677. coram Albergato, post Urceol. de transact. dec. 90. per tot.

Valeret tamen fidejussio, quando fidejuberet reciprocè pro aliquo, qui etiam pro illo promittit, Gratian. discept. forens. cap. 55. in fine.

Sicut etiam valeret, si promitteret cum auctoritate curatoris, vel se gesserit pro majore, vel cum juramento, vel in rem suam, vide Maur. de fidejuss. par.

2.

a. sect. 8. cap. 15. per tot. latè Ludovis. eum Beltramin. dec. 406. ubi pro validitate adhibitis solemnitatibus statuti.

Qualiter autem minor restituatur in integrum adversus fidejussionem pro extraneo factam, etiamsi principalis debitor sit solvendo, cùm sua intersit potiùs non solvere, quam solutum repetere, Paul. Christin. dec. Belgic. 122. num. 3. &c. vol. 2. Marthà vot. Pis. 25. per tot. Non tamen restituitur si fidejusserit pro patre excarcerando, vel ne ducatur ad carceres, & est valida obligatio, cùm tunc faciat actum laudabilem, & pium, ut latè probat Ludovis. dec. 120. & dixi in §. Filius num. 54. Vide Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. sub n. 31. tom. 6.

Quòd minor non dicatur læsus ex fidejussione, nec restituatur in integrum stante juramento, & modica læsione, quando à debitore potest servari indemnis, ne cogatur vendere proprium, & alia pro validitate fidejussionis minoris, Hier. Cala tract. de restitut. in integr. minor. deneg. q. 8. per tot.

21 Minor non potest donare, Hermosil. ad l. partit. tom. 1. tit. 4. glos. 5. l. 2. fol. 269. Andreol. contrav. 399. & 400. per tot. etiam cum auctoritate tutoris, vel curatoris, decreto judicis, & juramento, cùm impossibile sit de jure habere curatorem ad donandum, decretum debeat esse cum causæ cognitione, & juramentum præsumatur dolo, & metu extortum latè Gratian. disceptat. forens. capit. 233. per tot. cap. 750. num. 14. &c. cap. 464. nu. 12. &c. cap. 975. nu. 28. Marthà vot. Pis. 77. n. 7. & seqq. Cavaler. dec. 257. 268. & 393. per tot. Card. Tusch. litt. M. conclus. 247. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 125. n. 14. &c. vol. 2. Rot. par. 9. rec. dec. 262. n. 20. &c. Rot. part. 14. rec. dec. 281. dec. 289. & part. 18. dec. 306. per tot. ubi plenè pro nullitate, & part. 19. dec. 371. per tot. ubi maximè per restitutionem in integrum, & si sit clericus, ac donaverit bona patrimonii sine licentia Episcopi, latè Montan. de tut. capit. 33. n. 315. &c. ad 341. fol. 45. cap. 30. n. 77. &c. fol. 90. ubi limitat in pupillo, vel minore ditissimo donante quid modicum, & cap. 32. reg. 9. num. 133. &c. fol. 125. plenè Odd. de restitut. in integr. par. 2. q. 58. per tot. ubi per articulos octo examinat, quando minor possit validè donare, vel non, & quomodo restituatur adversus donationem validè factam, latè Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. à n. 385. tom. 6. Caren. resol. 6. Car. Ant De Luc. ad De Marin. lib. 1. cap. 244. n. 5. Cyroc. disc. 1. n. 14. Staiban. obser. 167. nu. 31. Noguerol. alleg. 34. n. 21. & 22. & 31.

Quòd possit donare cum juramento, vide Thes. decis. 66. per tot. intelligendo, ut per Cavaler. dec. 257. per tot. et dec. 479. n. 3. Ludovis. decis. 391. per tot. cum Annot. ubi plures allegat pro validitate, & videtur admittere idem Gratian. discept for. cap 827. n. 10. &c. cap. 233. n. 25. &c. facit quòd dixi in §. Donatio num. vide in §. Juramentum n. Dian. resol. moral. par. 8. tract. 6. res. 4. per tot. ubi distinguit in minore habente curatorem, vel non habente, & inter res mobiles, vel immobiles, & quid in foro conscientiæ, idem Dian. d. tract. resol. 71. per tot. ubi an possit donare causa mortis, & affirmativè concludit, cùm & testari possit. Vide Caren. resol. 6. à nu. 11. Andreol. contr. 239. n. 85. Altimar. loc. cit.

Quòd minor possit sine solemnitatibus, & decreto donare illi, à quo prius eamdem rem ex donatione acceperat, cùm tunc plus favoris habeat, quàm si donaret alteri, vel de aliis bonis, Castr. cons. 171. lib. 2. licèt contrarium teneat Jas. in l. cum filiofamil. ff. de leg. primo, quos non se declarans refert Montan. de tut. cap. 33. n. 622. fol. 157. facit quod dixi in §. Statutum requirens num. Vide Caren. Andreol. Altimar. loc. cit.

Item ex causa remunerationis, Vivi. comm. opin. 222. per tot. dixi in §. Donatio nu. 25. Altimar. ubi supra, & n. 387. Jovi. de solem. gloss. 16. §. 5.

Quando minor, vel ejus tutor non potuit sine dedecore abstinere à donando, valet donatio; imò ad evitandum dedecus possunt recipi pecuniæ sub usuris, Menoch. de arbitr. cas. 173. n. 5. Paul. Christin. dict. dec. 125. nu. 14. &c. Aret. cons. 14. nu. 13. Bart. in l. tutor §. ult. ff. de admin. tut. Ruin. cons. 63. n. 14. & cons. 43. n. 6. lib. pr. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 6. ubi etiam quòd in casibus, in quibus non potest donare, non tenetur donatarius accepta restituere, nisi repetantur in judicio à curatoribus, vel ab ipso donatore per restitutionem in integrum. Altimar. loc. cit. n. 386.

Quòd possit donare ob merita donatarii, & sustineatur donatio etiam sine solemnitatibus pro meritorum mensura, & dummodò merita probentur aliundè quàm ex simplici minoris assertione, Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. q. 18. per tot.

Minor solvens, vel solutionem recipiens videtur approbare contractum, vide Maut. tractat. de solut. cap. 24. in fine, Gratian. disceptat. for. cap. 488. nu. 8. &c. cap. 716. num. 16. cap 813. num. 27. &c. cap. 879. num. 17. supra num. 12. 22

Qualiter inducatur ratificatio in minore, latè Montan. de tut. cap. 33. num. 516. & seqq. ad 572. fol. 153. &c. vide in §. Ratificatio num. §. Geminatio n. Tusch. litt. M, conclus. 254. per tot. ubi plura qualiter contractus minoris nullus convalidetur, vel non, supra num. 13. latè Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. q. 38. à n. 385. tom. 6. Bertachin. vot. 28. De Luc. de Alien. disc. 28. n. 7. et 8. disc. 37. n. 13., vide supra.

Minor habens curatorem, æquiparatur pupillo, & sine curatore non potest tacitè, nec expressè societatem contrahere, vel aliter se obligare, secùs autem si curatorem non habeat, nisi vellet societatem initam, vel aliter se obligare super rebus, in quarum alienatione, nam tunc illud esset adhibendum, aliàs non obligaretur, Felic. de societ. cap. 5. n. 5. latè Michalor. de fratr. part. 2. c. 15. per tot. ubi in aliquibus recedit ab opinione Felic. loc. cit. vide Montan. de tut. cap. 37. nu. 62. & seqq. ad 83. fol. 188. vide in §. Pupillus num. 3. ubi an, & quando debeat intervenire contractui. Vide Bertachin. vot. 30. per tot. 23

An minor 25. annis curatorem habens possit sine ejus consensu obligari, negativam sententiam probat etiam Dian. part. 8. tractat. 7. resolut. 20. per tot. Ludovis. decis. 164. num. 3.

Affirmativam verò tuentur Cujac. lib. 19. observat. cap. 33. Fachin. lib. 3. controv. 9. Faber. de error. pragmat. Decad. 6. err. vide Dian. par. 11. tract. 7. resol. 40. per tot.

Minor licèt careat curatore, non potest immobilia, vel mobilia, quæ servando servari possunt alienare sine decreto, l. lex quæ tutores C. de admin. tut. Felic. de societ. cap. 5. & 12. Menoch. de arbitr. cas. 171. per tot. latè Tusch. litt. M. conclus. 249. per tot. vide Staiban. observat. 159. nu. 97., & seq. observat. 197. n. 73. 24

Plura requisita necessaria in alienatione bonorum immobilium minoris enumerat, & declarat Tusch. loc. cit. concl. 268. per tot. dixi in §. Alienatio num. 19. &c. latè Rot. in Bononien. nullitatis contractum Lunæ 23. Junii 1672. coram Matthæo, post Urceol. de transact. dec. 31. per tot. ubi de causa, & ejus cognitione, urgentia creditorum, judicis decreto, & interventu proximiorum ad formam statuti, quod venit ampliativè servandum ultra aliàs solemnitates à jure communi inductas, quæ nec per quodcumque juramentum geminatum suppleri possunt, & quare, ac alia plura ad rem pro nullitate, Rot. part. 18. rec. tom. 1. decis. 42. per tot. & dec. 447. per tot. ubi qualiter etiam major ratione communionis causæ juvetur beneficio minoris, & part. 15. dec. 293. part. 16. dec. 206. & part. 17. dec. 352. in quibus plenè pro nullitate ex defectu causæ, & solemnitatum, de quibus etiam Ganavet. cons. 6. per tot. Merlin. contr. for. cap. 73. & seqq.

Quid si alienaret de mandato, & consensu testatoris, Montan. de tut cap. 33. n. 427. fol. 149. dixi in §. Alienatio n. 18. §. Licentia n.

Quòd in venditione bonorum minoris requiratur causa necessitatis, & an sufficiat utilitas, latè Tusch. litt. M. conclus. 271. per tot. infra n. 28. & in §. Alienatio n. 19. et seqq. ubi an, quando, & ex qua causa minor alienare possit, vel non, & adde Rot. part. 15. rec. dec. 107. et 213. p. 17. decis. 364. et p. 18. dec. 253. et 289. per tot.

Quòd

Quòd minor descriptus in Albo mercatorum, possit ex causa mercaturæ obligare immobilia sine decreto, & non restituatur in integrum, Felic. *de societ. cap. 5. n. 6. etc. et n. 44. etc.* Pic. *ad Stat. Urb. glos. 7. in Addit. n. 311.* Gratian. *discept. forens. cap. 279. n. 46. etc.* vide *in §. Filius nu.* Addo Card. De Luc. *de alienat. disc. 34. nu. 5.*, & Jovium *de solemnit. gloss. 26. §. 7. n. 248., et 256.*

Quando minor possit sine curatore contrahere, & obligari, vel non, latè Tusch. *litt. M. concl. 252. et seqq.* vide *in §. Alienatio num.*

Quòd non possit constituere procuratorem sine auctoritate curatoris, vel decreto judicis, *l. neque §. Pupillus, et l. non et minus, C. de procur.* Seraph. *decis. 1259. nu. 2.* Gregor. *decis. 373. nu. 1.* Rot. *part. 13. recent. decis. 192. num. 4. etc.* Addo Golin. *de Procurat. part. 2. cap. 2. n. 6. et in annot. n. 4.* ubi latè.

Quòd minor possit validè sine aliis solemnitatibus procuratorem constituere, promittendo de rato cum juramento, quod illum repræsentas majorem, vel si agatur in judicio possessorio, in quo potest minor sistere absque solemnitatibus, & ita etiam procuratorem constituere, Rot. *part. 14. recent. decis. 341. n. 4.*

Minor per viã ultimæ voluntatis, non solùm potest per seipsum alienare, sed aliis potestatẽ alienandi concedere, si sis talis, qui possit testari, vide latè Mont. *de tut. cap. 33. n. 340. et seqq. fol. 149. et n. 462. et seqq. et cap. 37. reg. 2. n. 69. & seqq. fol. 186.* vide *in §. Filius num.* & *§. Institutio num. 17.* ubi quatenus non possit instituere tutorem, vel curatorem, Paul. Christin. *decis. 4. num. 9. vol. 4.* ubi contra quoad ultimum dictum. Vide De Luc. *de Testam. disc. 50. Conflict. obser. 78.* Altimar. *loc. cit. 386.*

26 Minor repræsentatus major in ætate 18. annorum à statuto, prout Florentiæ, potest bona sine aliquo judicis decreto alienare, nec ex aliquo contractu restituitur in integrum, Felic. *de societ. cap. 5. num. 16. &c. num. 47. &c.* Fenzon. *ad Statut. Urb. cap. 47. num. 5. &c.* Gratian. *discept. forens. cap. 233. nu. 11. &c.* vide Tiraquel. *de Nobilit. cap. 20. num. 41. & seqq.* Montan. *de tut. cap. 33. num. 618. fol. 157.* & dixi latiùs in *§. Statutum generalem num. 46.* ubi vide & in Pract. *§. Pupilli num. 2. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg. 132. n. 16 volum. 4.* ubi quoad restitutionem in integrum refert plures contrarium tenentes, & quid si veniam ætatis impetraverit, Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. quæst. 23. per tot.* ubi quod etiam Neapoli minor ætas reducta est ad 18. annos.

27 Minor carens curatore si veniam ætatis impetraverit, non potest sine decreto alienare, sed tantùm sibi denegatur restitutio in integrum, in quibus non requiritur decretum, & hoc operatur veniam ætatis, *l. pr. & l. eos, C. de his, qui ven. ætat. implet.* Felic. *de societ. cap. 5. num. 15. & num. 43. etc.* Montan. *de tut. cap. 33. num 76. etc. fol. 136.* Et de effectibus hujusmodi veniæ ætatis, latè idem Montan. *cap. 37. reg. 2. num. 36. et seqq. ad 62 fol. 187.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 132. per tot. vol. 1. et ad l. g. Municip. tit. 29. art. 28.* Mantius *in Biblioth. leg. tit. de restit. tit. 2. n. 8.* Vide De Luc. *de Alien. disc. 29. a n. 12.*

Qualiter minor secundum jus commune, & major secundum jus municipale dispensatus ad sacros ordines, possit etiam contrahere, & se obligare, Th. Trivis. *decis. 60. lib. pr.*

28 Minor non potest sine decreto alienare fundum sterilem aut fertilem, & bonum emat, & sic ratione majoris utilitatis futuræ, ita ut nec sufficiat evidens utilitas pupilli, vel minoris, imò nec judex debet hujusmodi decretum interponere, cum non habeat liberum arbitrium, ut alienare concedat, sed tantùm ubi æs alienum imminet, & urget *l. ob æs alienum, Cod. de præd. minor.* Afflict. *decis. 87.* Capyc. *decis. 113.* cum aliis per Menoch. *de arbitr. cas. 171. num. 60. &c* latè Tusch. *lit. M. conclus. 251. n. 15. et seqq. per tot.* vide in *§. Alienatio num. 23.* Altimar. *dict. quæst. 38. sub n. 35. tom 6.*

Potest tamen alienare stabilia, quæ plus incommodi, quàm utilitatis afferunt, & validè, etiam sine solemnitatibus, Cyriac. *decis. 113. num. 8. et 10. in fine,* Surd. *decis. 278. num. 23.* cum Hodiern. *nu. 28.* Merlin. *decis. 467. num. 3.* Mastril. *decis. 13. num. 9. & 10.* Ciarlin. *controv. 196. num. 15.* cum aliis, quos refert, & sequitur Joann. Paul. Melii *observat. 47. num. 12.* Altimar. *loc. cit. sub dict. num. 35.*

Minor offerens venditioni sub hasta, si ei tamquam plus offerenti fuerint bona deliberata, non remanet obligatus nec potest compelli ad illa recipiendum, & pretium solvendum, cum non obligetur sine certis solemnitatibus, Pic. *ad Statut. Urb. glos. 7. in Addit. n. 314. etc.* Post. *de subhast. Insp. 34. num. 227.* vide *in §. Subhastatio num.* 29

Minor non potest devenire ad divisionem, cum divisio sit alienatio, DD. *in l. jubemus, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 43. num. 14. etc. part. 3. cap. 41. §. Divisio num. 5.* Arias de Mesa *var. resolut. lib. 3. cap. 28. per tot.* Addo Baron. *effect. 16.* Conciol. *ad Statut. Eugub. libr. 2. rubr. 67. num. 8.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. n. 147. tom. 6.* 30

Nisi frater major esset rixosus, & dilapidaret bona communia, vel nisi minor sit provocatus, & sibi sit utilis divisio, vel nisi reputetur major à statuto, vel agatur de fructibus dividendis, Rom. *cons. 506. num. 4.* Mickalor. *dict. part. 3 cap. 38. per tot.* Montan. *de tut. cap. 33. num. 189. et seqq. fol. 141.* Menoch. *de arbitr. cas. 171. num. 34. et seqq.* Socin. *regul. 409. per tot.* Paul. Christin. *decis. 177. n. 4. etc. vol. 3.* Conciol. *ad Statut. Eugub. libr. 2. rubr. 69. n. 8.* Altimar. *supra*, ubi alios casus refert.

Quando autem sit facienda divisio, an & ut major dividat, & minor eligat, vel per sortes, sive officio judicis, dixi *§. Divisio nu. 5.* Hier. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. quæst. 45. per tot.* ubi quod debet juxta Sacram Scripturam major dividere, & minor eligere, & adversus hujusmodi divisionem, vel electionem detur restitutio in integrum, & alia.

Minor non potest transigere sine decreto, & justa causa, quando ipse possidet, secus si non ipse, sed adversarius possideat, Menoch. *de arbitr. d. cas. 171. n. 40. et seqq. et num. 74. etc.* latè Montan. *de tut. d. cap. 33. nu. 219. et seqq. ad 315. fol. 143. etc.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 496. num. 16. etc. cap. 949. nu. pr.* vide *in §. Transactio num. 3.* Paul. Christin. *decis. 177. num 5. vol. 3.* Urceol. *de transact. quæst. 11. num. 8. et seqq.* ubi pluribus modis declarat, ut scilicet possit transigere cum solemnitatibus statutariis, vel in executionem voluntatis testatoris, vel patris, vel si veniam ætatis impetraverit, vel si faciat meliorem conditionem suam, vel propter pacem, vel per ratificationem, &c. latè idem Urceol. *d. tract. quæst. 22. per tot.* ubi quando minor possit transigere, & teneatur adhibere solemnitates statutarias, vel non; & an possit petere restitutionem in integrum adversus concordiam ommissam, si postea in progressu litis habuerit sententiam contrariam, ex qua probatur læsio, eo quia apparet utilius fuisse acceptare concordiam, & refert Bart. *in l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minor.* aliosque plures ejus sequaces pro restitutione in integrum, sed ipse contrarium verius ostendit, & sequitur duplici ratione *num. 31. et seqq. et quæst. 88. n. 24. et quæst. 95. per tot.* ubi plura quando possit in integrum restitui, Rot. *part. 18. recent. dec. 547. et 263* ubi plura pro nullitate transactionis sine solemnitatibus statuti Bononiæ factæ. Jov. *de solemn. gloss. 22. §. 15. n. 10. et 51.* Altimar. *n. 175. et seqq.* 31

An autem possit compromittere sine solemnitatibus, & quid stante statuto, vide *§. Compromissum n. 14. et §. Statutum n. 9.* latè Tusch. *litt. M, concl. 150. per tot.* Merlin. *dec. 205. per tot.* ubi quòd sunt necessariæ solemnitates, alias compromissum, & laudum est nullum, neque meretur executionem. Altimar. *præcit. quæst. 38. a n. 175.* Urceol. *de Transact. quæst. 22. n. 22.*

Minor non potest sine debitis solemnitatibus, & decreto hypothecare bona propria, nec ea, quæ emit, & pretium non solvit ad favorem venditoris donec solvat, licèt fuerint vendita cum hoc pacto, & reservatione, *l. pr. Si minor, ff. de reb. cor.* Gratian. *discep. for. cap. 242. per tot.* Montan. *de tut. cap. 33. nu. 182. et seqq. fol. 141.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. pr. quæst.* 32

39. *per tot. et dict. lib. 2. qu. 77. per tot.* Menoch. *de arbitr. caf.* 171. *num.* 35. ubi ampliat etiamsi incontinenti esset pactum hujusmodi edictum, & sive minor per se contraxerit, vel ejus nomine tutor, vel curator.

Quòd imò quodcumque pactum dominii resolutivum in ipso actu acquisitionis appositum per minorem, vel Ecclesiam sit validum sine solemnitatibus, si ex intervallo latè tractur satisfaciendo contrariis, Olea *de cess. jur. tit. 2. quæst. 2. per tot.*

An autem minor possit incontinenti in emptione per eum facta apponere pactum de retrovendendo ad favorem venditoris, vide in *§. Pactum n.* 43. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. num.* 269. *tom.* 6.

An accipiendo in emphyteusim possit obligari ad livellum, Gratian. *discept. for. cap.* 242. *n.* 20. *etc.*

33 Minor non potest sine solemnitatibus locare ad longum tempus, vide in §. *Locatio n.* Paeion. *cap.* 6. *a n.* 18. Altimar. *loc. cit. n.* 203.

Nec in emphyteosim dare, Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 419. *fol.* 148. *etc.*

Annullata tamen professione remanet votum castitatis, si non solemne, saltem simplex, & ideò non potest contrahi matrimonium sine dispensatione, *cap. placet* 12. *de convers. conjug.* Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 51.

Alia plura de professione religiosa, quæ sint necessaria ad ejus validitatem, ex quibus reddatur nulla, vel non, latè Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 6. *et* 7. *per tot.* Marant. *dict. respons.* 51. 105. *et* 106. Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part. pr. lib. pr. tit.* 12. *cap.* 8. *fol.* 379. Em. De Luc. *in Indic. verb. Professio*, *et* Pignatell. *in suis canon. consult.* Fagnan. *supr. Decr. in Indic. verb. Professio* Mantiss. ad eumd. De Luc.

2 Monasterium noviter erectum, an possit prætendere majorem dotem aliis monasteriis, & qualiter debeat illam taxare juxta congruam sustentationem, & non attenta nobilitate, quid quando recipit aliquam supranumerariam, & an Conversæ augeant numerum, an filia possit cogere patrem, ubi ejus hæredes ad illam collocandam in monasterio, ubi major dos requiritur, & alia ad hanc materiam, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 945. *per tot.*

Quod monasterium non possit recipere aliquid ultra congruam sustentationem, aliàs committat simoniam, & teneatur ad restitutionem, nisi liberaliter detur absque pacto, vide Dian. & quos allegat *part.* 3. *tractat.* 2. *resolut.* 100. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 396. *num.* 8. *etc. et part.* 13. *decis.* 187. *num.* 7. *et seqq.* dixi *in §. Simonia nu.* 9. De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 40. *num.* 2. 13. & 14. Et vide eumd. De Luc. *de Dot. disc.* 31. *a n.* 2. *disc.* 167. *a n. pr. de Regul. disc. pr. num.* 147. *disc.* 39. *num.* 6. *disc.* 48. *nu.* 8. *Conflict. obser.* 49.

An autem monasterium debeat esse contentum dote solita, vel possit prætendere integrum paragium, vel legitimam ex bonis paternis, dato quòd post mortem patris sequatur ingressus, & professio, ac alia plura ad rem, Jo. Dominic. Pansut. *controv for.* 21. *per tot.*

Monasterium potest licitè percipere interesse eleemosynæ dotalis, donec sibi solvatur ad instar dotis pro matrimonio carnali constitutæ, quamvis hodie juxta decreta generalia Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium ante omnia debet dicta dos, sive eleemosyna deponi, Sperel. *decis.* 84. *n.* 59. *& seqq.* ubi etiam quando monialium dotes sint reinvestiendæ in stabilibus, vel expendi possint in usus communes ad monasterium necessariòs, & tenet juxta decreta dictæ Congregationis, dotes monialium supra numerum esse reinvestiendas, aliàs verò posse ut supra in usus necessarios monasterii expendi, Leotard. *de usur. quæst.* 32. Staiban. *de interess. lib.* 2. *tit.* 14. *num* 45. Vide De Luc. *de Dot. disc.* 167. *nu.* 31. *de Renunc. disc. undec. n.* 8. *de Regul. disc. pr. nu.* 144. *disc.* 77. *n.* 2. 3

Quòd Abbatissa, vel monasterium possit licitè paccisci de certa summa pecuniæ donec dos monialis solvatur, etiam si monasterium sit opulentum, Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 97. ubi alios allegat Ascan. Tamburin. *tractat. de jur. Abbatiss. & monialium disput.* 5. *quæst.* 6. *per tot. vide in §. Interesse nu* 36. Vide De Luc. *de Dot. disc.* 167. *nu.* 8. *de Regul. disc. pr. sub num.* 48.

Ex quibus rectè inferri posse existimo, quoad supra dotes, quæ de more aliquorum monasteriorum remanent in manibus consanguineorum, ipsarum monialium, cum obligatione solvendi quinque pro centanario durante vita monialium, & post illarum mortem solvendi dictas supradotes liberè monasterio, cessare obligationem dicti interesse post mortem monialium, cum monasterio cesset alendi onus, & aliæ expensæ, quarum intuitu solvebatur, ac omne solutum post mortem ut supra in sortem imputari, juxta ea, quæ de interesse dotis pro matrimonio carnali, dixi in *§. Interesse* 2. vide Eman. Roder. *Quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 48. *art.* 7. quem refert Sperel. *loc. supr. cit.*

Facto tamen deposito ut supra juxta decreta S. Congregationis, memini me alàs in facti contingentia Florentiæ de anno 1667. consuluisse, hujusmodi depositarium, quatenus sit in mora restituendi depositum, teneri ad dictum interesse versus monasterium, tum quia in depositario moroso, ita tradunt. Lup. *de usur. Comment.* 1. *§* 3. *n.* 61. *circa fin.* Cavalet. *dec.* 311. *n.* 6 Sperel. *dec.* 29. *n.* 33. *& nu.* 46. ubi testatur se ita judicasse; tum etiam quia dum monasterium alit, & substentat de proprio monialem sine dote patitur damnum, ad quod interesse damni emergentis tenetur ipse depositarius, Leotard. *de usur. quæst.* 32. *n.* 1. *& seqq.* cum aliis per Staiban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 14. *nu.* 45. *fol.* 303.

Et tantò magis cum hujusmodi Depositarii stylo notorio, & observantia non sint veri, sed ficti, & habeantur pro fidejussionibus obligatis in forma depositi, ut probat Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. *§.* 1. *cap.* 5. *n.* 68. *et seqq. ad* 78. *fol.* 424. Fidejussores

fores autem tenentur non solum ad sortem, sed etiam ad fructus, & interesse, & alia omnia, ad quæ tenentur sui principales, Surd. *decis.* 211. Negus. *de pign. part.* 2. *memor.* 3. *nu.* 56. Maur. *de fidejussor. part.* 2. *sect.* 5. *cap.* 1. *n.* 5. *& per tot.* vide in §. *Depositum num.*

Qualiter monasterium teneatur restituere dotem si puella adhuc novitia decedat, dixi in §. *Dos n.* 47. De Luc. *de Dot. disc.* 167. *num.* 38. *de Regul. disc.* 77. *n.* 2.

4 Monasterium, & Abbatissa, etiam sine consensu puellæ ingressæ, potest renunciare cuicumque successioni, quæ posset illi competere super bonis paternis, ac quibuscumque aliis, sive jure hæreditatis, sive legati, vel fideicommissi absque ullis solemnitatibus, cum agatur de jure quærendo, & nondum quæsito, imò datur cautela, ut in renunciationibus monialium semper adhibeatur consensus Abbatissæ, & monialium, Gratian. *discept. forens. cap.* 568. *n.* 41. *&c.* ubi etiam *n.* 18. *& per tot.* quòd monasterium excluditur à bonis per mulierem ingressam renunciatis ante ingressum, licet ageretur de fideicommisso purificato post emissam professionem, & quando recepit dotem solitam, nulla læsio etiam enormissima potest allegari, vide *in* §. *Renunciatio n.* 30. *&c.* §. *Prælatus n.* §. *Statuum requirens num.* §. *Monachus n.* 3. Tusch. *littera N. conclus.* 336. ubi dicit secus esse si agatur de hæreditate jam adita, & acquisita, cui non potest renunciari sine decreto.

Quod solus consensus Abbatissæ in renunciatione monialis sufficiat ad præjudicandum monasterio, Noguerol. *Allegat.* 6. *num.* 23. *& seqq.* Salgad. *Labyr. credit. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 102. Cabal. *consil. dec.* 104. *per tot. lib.* 5.

An requiratur consensus Episcopi, vel ejus Vicarii, dixi in §. *Renunciatio num* 30. *& in Pract.* §. *Monasteri n.* 10. Vide circa hanc materiam Fagnan. *in cap. statuimus a n.* 34. *de Regul.*

Quòd monasterium excludatur stante testamento facto ante emissam professionem, in quo sint instituti agnati, licet aliàs sine testamento, vel alia dispositione ipso jure bona ingressi, spectent ad monasterium, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 180. & ad materiam vide Menoch. *de arbitrar. cas.* 436. *nu.* 20. *& seqq cas.* 546. Urceol. *Consult. for. cap.* 45. *per tot. cap.* 48. *n.* 37. *&c. cap.* 50. *n.* 21. *&c. n.* 64. Gratian. *discept. forens. cap.* 96. *per totum cap.* 962. *num.* 53. *&c. cap.* 813. *n.* 18. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 9. *gloss. unic. num.* 80. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 349. ubi plura.

An sit licitum monacho, vel moniali declarare suum testamentum ante professionem factum, dic quod sic dummodò declaratione indigeat circa dubiam, vel obscuram voluntatem, & interpretationem verbis scriptis convenientem proferat, aliàs secus si declaratio aliquam novam dispositionem contineret, Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 75. facit Addit. ad Sanfelic. *dec.* 349.

5 Monasterium, licet capax bonorum non succedit ingresso, vel ingressæ, sicque novitio, vel novitiæ, intra annum probationis decedenti, etsi talis novitius, vel novitia nullam bonorum suorum dispositionem ante ingressum fecerit, sed illi succedunt sui agnati, & sanguine conjuncti, nisi talis ingressus, vel ingressa expressè obtulerit se, & bona sua monasterio, vel nisi decesserit post annum probationis, etiam alia expressa professione non facta, & retento adhuc novitiorum habitu, si constet voluisse mutare vitam, nam his duobus casibus succederet monasterium, in aliis verò agnati ab intestato venientes, sicut etiam si novitius reversus fuerit ad sæculum, ut latè probat Menoch. *de arbitr. cas.* 436. *n.* 9. *& seqq. ad* 19. ubi septem casus distinguit, idem Menoch. *consil.* 396. *& de præsump. lib.* 6. *præsumpt.* 84. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3027. ubi plura Paul. Christin. *dec.* 113. *per tot. vol.* 1. ubi etiam qualiter moribus Galliæ monasterium non succedat, & alia de hac materia; De prædictis omnibus latè videndus Sanfelic. *dec.* 349. *cum Addit.* ubi etiam de conjecturis tacitam professionem inducentibus ad effectum prædictum. Vide Card. De Luc. *de Regul. disc.* 1. *n.* 118. *& disc.* 40. *n.* 14.

An si novitius, vel novitia revertatur ad sæculum teneatur restituere monasterio expensas in eum, vel eam factas pro tempore, quo stetit in monasterio, vel ipse novitius, sive novitia possit repetere quod dedit pro alimentis ad ratam temporis, quod non stetit in monasterio, vide Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 16. Concil. Trident. *sess.* 12. *de Regular. cap.* 15. Vide Fagnan. *in cap. si quis* 76. *de Regul.*

Quòd imo monasterium succedat novitio decedenti intra annum probationis videtur affirmare Gratian. *decis.* 35. *n.* 13. ubi tamen loquitur per transennam, & dubitativè, ac ideò non recedas à prædictis, & infra dicendis, vide Cabal. *cons.* 175. *lib.* 1. ubi quòd sufficit tacita professio, nec remaner interrupta per violentam ereptionem à monasterio, quia detentus contra suam voluntatem non mutat statum, & reversus habetur ac si continuato tempore perseverasset. Vide De Luc. *loc. sup. cit.*

Quòd novitius in articulo mortis constitutus, etiam non expleto probationis anno possit ad professionem admitti, & tunc si moriatur sine testamento, succedat monasterium in ejus bonis, imò secundum aliquos etiam non facta professione, Dian. *part.* 3. *tractat.* 2. *resolut.* 17. *infra n.* 6. idem Dian. *part.* 5. *tractat.* 3. *resolut.* 139. *& par.* 7. *tract.* 12. *resolut.* 3. ubi quòd verum est etiam post tres dies habitus suscepti, dummodò tamen talis novitius habeat sexdecim annos completos. Vide De Luc. *ubi supra.*

Monasterium capax bonorum succedit ingresso, 6 qui in illo professionem emisit, nulla prius de suis bonis facta dispositione, donec ipse professus in illa religione permanet, vel etiam si ab ea recesserit, & ad aliam transierit sine justa causa, & sine sui Prælati licentia, etiam non facta expressa, vel solemni professione in primo monasterio, & tantò magis si fiat Apostata revertendo ad sæculum, nam his casibus non solum bona prius monasterio acquisita apud ipsum monasterium permanent, sed etiam alia deinde ipsi monacho delata illi primo monasterio, & Religioni acquiruntur, Menoch. *de arbitr. cas.* 546. *n.* 11. *& cas.* 436. *nu.* 20. *& seqq. per tot.* ubi etiam quid si justis de causis, & cum licentia sui Prælati hic professus transierit ad aliam Religionem, & videtur sentire quod secum isto casu transeant etiam bona sua, secus si ob sua malè merita transferatur ad aliud monasterium, nam tunc cum eo transeunt solum fructus ad eum alendum necessarii, ne alteri monasterio onerosus sit; Si verò ob benè merita efficiatur Episcopus, vel Cardinalis, non recuperat bona jam monasterio acquisita, sed sibi, vel Ecclesiæ in posterum acquirit, ut per Menoch. *loc. cit.* dixi in §. *Monachus num.* 15. *infra nu.* 14. vide latè Tusch. *littera M. conclus.* 322. *per totum*, Dian. *part.* 3. *tractat.* 5. *resolut.* 114. Sanfelic. *dec.* 323. *& decis.* 349. Ascan. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 7. *qu.* 6. *per tot.* Capyc. Latr. *dec.* 193. *per tot.*

Quæ sint causæ legitimæ, ut quis possit transire ex Religione strictiori ad laxiorem, Dian. *part.* 3. *tractat.* 2. *resol.* 43. ubi de infirmitate, si malè tractetur, si alius sit casus, si sit infamatus ob crimen, itaut semper pudore suffusus in magna tristitia mansurus sit.

Quid si postea iterum revertatur ad primam religionem, & pendeat lis super validitate transitus, quænam Religio sit manutenenda in quasi possessione superioritatis, latè Merlin. *dec.* 18.

Quòd monachus professus in una Religione, & transiens ad aliam strictiorem, si ante emissam professionem in hac secunda, revertatur ad primam intelligatur redire ex tunc scilicet à die primi ingressus, & non ex nunc incipiendo à die reversionis, ac ideò locum suum recuperet, quod tempus, præcedentias, & alia, absque nova acceptatione, vel professione, cum retinuerit quæcumq; jura sua, Thom. Trivis. *dec.* 33. *lib. pr.*

Quòd monasterium succedat etiam quando novitius assistens in periculo mortis, vel morti violentæ traditus, professionem emittit, prout facere potest in manibus sui Prælati, vel alterius ab eo subroga-

brogati, etiam adhuc anno probationis non completo, si prius non disposuerit de bonis suis. Sanchez *oper. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num.* 16. Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 110. *num.* 33. P. Mauar. *Noct. Malencol. Interrogat.* 117. *in fine fol.* 190. *supra n* 5. *in fine* DD. pro utraque parte adducit Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *sect. pr. nu.* 135. *tom.* 5. Vide etiam Tondur. *quæst. benefic. lib. pr. cap.* 64. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 167. *nu.* 40. *de Regul. disc.* 40. *n.* 13. Eundem Altimar. ad Rovit. *cons.* 27. *n.* 8. *lib.* 2.

Qualiter monasterium acquirat bona sui professi in actu professionis, Tusch. *litt. M. conclus.* 345. latè Srofeite. *dec.* 349. *cum Addit.* ubi etiam in tacita professione.

An justè ejectus à Religione si aliquid postea acquirat, monasterio acquirat, vide Dian. *part.* 7. *tract.* 12. *resol.* 4. ubi quòd sic de jure communi; Sed vigore motus proprii Gregorii XIII. bona religiosi ejecti spectare ad Cameram Apostolicam post illius mortem, nisi fuerit in alia Religione receptus; si autem Religiosus ejectus expendat bona in usus illicitos, an recipientes teneantur ad restitutionem, idem Dian. *d. part.* 7. *tract.* 12. *resol.* 5. ubi refert contrarias opiniones.

7 Monasterium an possit hæreditatem, vel legatum monacho delatum, absque ejus ministerio adire, vel repudiare, & sic an hæreditas dicatur delata monacho, & eo mediante monasterio, vel immediatè ipsi monasterio, vide Gratian. *discept. for. c.* 363. *n.* 16. *&c. cap* 568. *n.* 22. *& n.* 62. *&c.* Magon. *dec. Florent.* 10. *n.* 2. *&c.* Altograd. *consil.* 96. *n.* 18. *lib. pr. consil.* 42. *n.* 28. *&c. lib.* 2. ubi quod dicitur immediatè delata monasterio ipso jure absque facto, & aditione Monachi, Ricc. *Collect.* 2234. Cabal. *consil.* 175. *lib. pr.* Rota *part.* 13. *recent. dec.* 100. *n.* 6. vide *in §. Monachus n.* 13. *& §. Conditio num.* 31. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 728. *num.* 19. *&c.* Palm. nep. *dec.* 102. *n.* 25. *&* 26. *tom.* 2.

Qualiter succedat in usibus, & successionibus moniali delatis, Merlin. *dec.* 22. *per tot.*

Quo solus Abbas possit repudiare hæreditatem, legatum, vel donationem, cum agatur de jure quærendo, & nondum quæsito, Cevall. *comm. controv. comm. q.* 661. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 4. *n.* 4. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 101. Vide De Luc. *de Donat. disc.* 23. *nu.* 16. *de Alien. disc.* 20. *a n.* 2. *de hæred. disc.* 24. *nu.* 5.

An autem possit aliquid relinqui monacho, vel moniali sub conditione, ut nihil quæratur monasterio, vide Franch. *dec.* 718. Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 2. Ricc. *Collect.* 3027. ubi latè, & dixi in §. *Abbas nu.* 7. Caren. *resolut.* 155. *&* 199. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 100. *n.* 7. *& part.* 16. *decis.* 405. *&* 410. *per tot. in eadem causa*, ubi plura de reservatione sibi facta à monacho, ut quæratur monasterio, & quomodo, vide *in §. Monachus n.* 13. vide Fagnan. *in cap. Monachi de stat monach. &* De Luc. *de Testam. disc.* 25. *de Alienat. disc.* 12. *sub n.* 11. *de Regul. disc.* 57. *n.* 4. *&* 12. Castald. *consult.* 159. *n. pr & consult.* 210. *n.* 13. *vol.* 2. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *sect. pr. nu.* 152. *tom.* 5.

8 Monasterium secundùm unam opinionem quam veriorem profitentur illius sequaces, non tenetur statim assignare legitimam filiis patris ingressi, & professi, sed tantùm post illius mortem naturalem, & interim alimenta, nisi monasterium esset incapax bonorum tam in communi, quàm in particulari, Soccin. *reg.* 25. *per tot.* Gratian. *discept. for. c.* 502. *per tot. cap.* 815. *n.* 9. *&c.* Ger. Spin. *consil. pr. n.* 37. *et seqq. per tot.* Vasq. *de success. resol.* §. 12. *n.* 13. Argel. *de acquir. possess. quæst.* 17. *n.* 189. *etc. quæst.* 9. *n.* 625. Giurb. *de consuet. Messan. p. pr.* 2. 4. *glos.* 5. *n.* 32. *fol.* 398.

Contrariam autem opinionem indistinctè, imo statim post professionem teneri monasterium assignare legitimam filiis ingressi, non expectata illius morte naturali, magis communem affirmant, & sequuntur Crass. in *§. Legitima quæst.* 12. *nu.* 6. Honded. *cons* 60. *per tot. lib.* 2. Fachin. *contr. jur. lib.* 6. *cap.* 13. Merlin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 3. *nu.* 11. *et seqq.* Urceol. *Consult. for. cap.* 41. *n.* 9. *etc.* Sperel. *dec.* 2. *n.* 21. Rota *part.* 5. *recent. dec.* 116. 223. *et* 267. Scop. ad Gratian. *dec.* 7. *n.* 25.

Quod quamvis monasterium succedat monacho, non excludat ejus parentes supervivents à legitima, Gratian. *decis.* 7. *per tot.* ita ut teneatur statim illam assignare post professionem eodem modo sicuti dictum est de legitima filiis ingressi assignandi, quidquid alii contrarium teneant Merlin. *d. quæst.* 3. *n.* 12. *et* 13. ubi etiam *n. seqq.* quòd prædicta procedunt licèt filii præcedant patrem, nam cum legitima debeatur à die professionis, illam etiam non petitam transmittunt ad suos hæredes, vide *in §. Legitima n.* 15. vide Sanchez *in Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 9. *n.* 19. Valasc. *consult.* 24.

Monasterium an possit prætendere legitimam à 9
patre monachi ingressi, & professi ex persona, & jure ipsius monachi, & statim, vel tantùm post mortem patris, *vide in §. Legitima num.* Giovagn. *consil.* 85. *per tot. lib.* 1. ubi quòd pater non cogitur dare monasterio legitimam, & si filius deinde professione emissa vellet legitimam de tempore subsequutæ mortis patris, pariter non est audiendus, quia pater decedens cum filio monacho professo, dicitur sine filiis decedere, etiamsi monasterio cessa fuerint omnia jura monachi; intelligendo in monasterio incapace bonorum, nam si monasterium sit capax tenetur pater illi reservare legitimam, & jure, ac titulo institutionis relinquere pro filio in eo ingresso, etsi jam professionem emiserit, quia monachus Religionis capacis retinet jura suitatis, & sanguinis, ut dixi in §. *Monachus num.* 2. ac illam transmittit in monasterium, nisi tamen decedat ante patrem, quia tunc (quicquid tenuerint aliqui antiqui DD. non tenetur pater illi monasterio legitimam relinquere, vide Giovagn. *d. consil.* 85. *in fin. & in Addit. ad d. consil. vol.* 1. Sanch. *de præc. Decal. lib.* 7. *cap.* 22. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 3. *nu.* 15. *in Addit.*

Quòd ea consuetudine Franciæ nullus Religiosus professus, quamvis filius, vel proximus possit suis succedere parentibus, vel consanguineis, nec monasterium pro eo, Paul. Christin. *decis* 52. *num.* 6. *vol.* 4. *& decis.* 203. *num.* 8. *vol.* 5. idem servari etiam Paduæ, Peregrin. *decis.* 73. *n.* 3. *&* 10. *& decis.* 138. *nu.* 5. vide in §. *Conditio nu.* 31. Vasquez *de success.* §. 18. *n.* 89. ubi de validitate hujusmodi consuetudinis, *& ibidem n.* 130. plene Fontanel. *decis.* 346. 347. 348. 349. *&* 350.

Monasterium quando teneatur ad debita monachi 10
tam antè, quàm post ingressum contracta, Roman. *consil.* 292. *n.* 2. *&c.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 15. *&c.* Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 41. Suid. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 29. ubi an teneatur alere filios etiam spurios, vel parentes monachi.

An pro expensis studii, & similibus, idem Gratian. *cap.* 436. *per tot.*

Quod non teneatur pro debitis, etiam ca causa monasterii contractis, & maximè pro mutuo, nisi in ipsius monasterii rem, aut utilitatem versum probetur, Cabal. *consil.* 175. *num.* 10. *lib.* 1. dixi in §. *Abbas num.* 19.

Monasterium licèt regulariter non habeatur loco 11
filii nisi in casibus expressis, tamen si sit capax bonorum excludit substitutum datum alicui sub conditione, *si decesserit sine filiis legitimis, & naturalib s, ac ex suo corpore natis*, quia facit deficere dictam conditionem, Cravett. *consil.* 152. Bartol. *consil.* 1. *lib.* 1. de quo vide latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 83. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 305. *&* 306. *per tot. cap.* 271. *num.* 15. *cap.* 481. *& cap.* 815. *num.* 22. *&c.* Cabal *consil. decis.* 146. *per tot. lib.* 2. ubi pro monasterio S. Mariæ Novellæ de Florentia, Magon. *decis. Florent* 16. *n.* 27. ubi quòd secus si sit incapax, latè Tusch. *litt. M, conclus.* 344. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 243. *vol.* 1. Rota *part.* 12. *recent. in Append. decis.* 433. *&* 434. *per tot.* Bartel. *de ultim. volunt. decis.* 99. *per tot.* ubi contra monasterium, latè Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 72. *per tot.* ubi quòd monasterium excluditur quando fuit substituta pia causa, & quare, ac alia plura ad

rem. Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 66. *num.* 4. *et disc.* 138. *n.* 4. Alter De Luc. ad Gratian. *dict. cap.* 305. *et* 306. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 31. *sect.* 1. *n.* 158. *et seqq. tom.* 5. & ad Rovit. *cons.* 96. *lib.* 2. Vide in §. *Monachus n.* 54.

Non sufficeret tamen ingressus monasterii ad effectum prædictum, sed requiritur professio, & si essemus in causa pia substituta, illa non diceretur exclusa per monasterium Gratian. *d. cap.* 481. *num.* 7. *etc.* Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 3. *nu.* 3. *vol.* 3.

Quòd autem ingressus præsumatur emisisse professionem si de illa non constet, & si decedat intra annum probationis, an, & quando præsumatur voluisse bona sua acquiri monasterio, vel agnatis suis, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 83. *et* 84. *per tot.* Ger. Spin. *consil.* 1. *per tot.* vide in §. *Religio nu.* latè Sanfelic. *decis.* 349. *per tot. cum Addition.*

Quòd in materia statutaria monasterium non habeatur loco filii, Rot. *part.* 2. *diversi. decis.* 92. *num.* 21. Altimar. *loc. cit. sub n.* 163. *vers. in materia statutaria.*

Quòd quando sunt addita verba naturalitatem, & non fictionem præseferentia, ut quando sunt dictum, *ex suo corpore procreatis, et natis, verè, non per juris interpretationem*, monasterium non habeatur loco filii, nec substitutum excludat, Antun. Portug. *de donat. Reg. lib.* 1. *Præiud.* 2. *§.* 2. *num.* 134. *etc.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 83. *num.* 26. *etc.* Alterograd. *consil.* 96. *num.* 26. 33. 34. 41. *et* 42. *lib.* 1. Barbos. *de appell. verb. significat. appell.* 99. *num.* 146. *etc.* ubi dicit contrariam sententiam teneri per Canonistas, & ipse videtur eam tamquam ultimo loco relatam sequi; quamvis asserat esse utramque adeò probabilem, ut possit unusquisque, cui magis voluerit ad libitum adhærere; hanc tamen contra monasterium, bene probat Sperel. *decis.* 153. *num.* 37. *et seqq.* quando scilicet non sumus in simplici conditione, *si sine filiis*, sed ulterius qualificata per verba naturalitatem denotantia, ut supra, Peregrin. *de fideicomm. art.* 28. *num.* 78. *etc.* Fusar. *de substitut. quæst.* 429. *num.* 27. *etc.* Joseph. Ricc. *in l. cum avus lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 44. *et seqq. ff. de cond. et demonstr.* Ofasch. *decis.* 126. Franch. *decis.* 29. Boer. *decis.* 354. *num.* 6. Cavalc. *decis.* 1. *part.* 3. Rot. Rom. *part.* 5. *recent. decis.* 306. *num.* 11. *et decis.* 179. *num.* 17. *et* 28. *part.* 6. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 243. *volum.* 1. *et decis.* 218. *per tot. volum.* 4. Battel. *de ultim. volunt. decis.* 99. *per tot.* qui omnes testantur fuisse decisum semper contra monasterium stantibus verbis veram, & naturalem filiationem denotantibus, & ideò licèt contraria opinio esset magis communis, tamen ista tamquam magis æqua, rationabilis, & usu recepta, est sine dubio amplectenda in judicando, *vide in §. Conditio num.* 45. *in fine, et num.* 54. *et §. Substitutio num.* 42. Ricc. *Collect.* 3074. ubi an, & quando monasterium habeatur loco filii, vel non ad exclusionem substituti, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 313. *num.* 15. *et seqq.* ubi quòd stante expressa voluntate testatoris excludendi monasterium, statim ac hæres gravatus in aliqua Religione professus est, habetur pro mortuo sine filiis, & sit locus substitutioni, etiam non expectata morte naturali, Rot. *part.* 21. *recent. decis.* 278. *num.* 10. *&c.* ubi quòd professus numquam censetur dispositivè, aut conditionaliter vocatus, nec facit deficere conditionem, quando testator noluit monasterium succedere, etiamsi professio post obitum fideicommittentis emanaverit, Rot. *part.* 13. *decis.* 57. ubi quòd professus non censetur exclusus, sed admittitur ad portionem suam, nisi constet de contraria testatoris voluntate, saltem durante vita ipsius professi, & ubi sua Religio est capax bonorum in communi, & hoc idem latè probat eadem Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 392. *per tot.* adde Ludov. Bell. *consil.* 39. *& seqq.* De Luc. *dict. disc.* 66. *num.* 11. *& disc.* 236. *num.* 2. *de Fideicomm.* Alter De Luc. ad De Franch. *cit. dec.* 29. P. Afflict. *contr.* 29. Altimar. *loc. cit. à n.* 159.

Quòd ubi apparet de exclusione monasterii, & monialium ex dispositione testatoris, ut quia voluit eveniente casu monacationis assignari congruam dotem, & reliquum fideicommisso accrescere admittatur substitutus excluso monasterio, etiam adhuc vivente moniali, ac idem sit stante renunciatione reali, & abdicativa, Rot. *part.* 16. *rec. decis.* 207. *per tot.*

Monasterium haberi loco filii per fictionem juris, ac proinde si sit capax bonorum facere deficere conditionem expressam, *si institutus sine filiis decesserit*, ita simpliciter appositam, & substitutum excludere admittunt omnes, etiam in foro conscientiæ, in bigamo ingresso, & licèt postea ingressus apostataret; ac idem esse in Ecclesia sæculari respectu clerici sub dicta simplici conditione gravati ad illam postea addicti duobus tamen concurrentibus, primò, ut perpetuò perseveret in clericatu, & Ecclesia, secundò ut in fine vitæ suæ bona illa, quæ post ejus mortem substituto deberentur donet Ecclesiæ, vel in alia opera pia expendat, & hoc modo etiam Clericus posset potiri privilegio excludendi substitutum, ut latè probat Barbos. *de appellat. verb. signific. appell.* 99. *num.* 217. *& seqq. ad* 229. Cardinal. Tuschus *littera M, conclus.* 334. *per totam.* Altimar. *dict. quæst.* 35. *sect.* 1. *à n.* 158. *tom.* 5. 12

Quoad Ecclesiam, vel Clericum dictis duobus requisitis concurrentibus sequitur post relatas alias quatuor opiniones, latè Sperel. *decis.* 153. *per tot.* ubi tamen tribus modis limitat, & prout in conclusione sequenti.

13 Monasterium non excludit substitutum sub conditione, *si hæres sine liberis decesserit*, sed ipse substitutus admittitur excluso monasterio, quando monasterium esset incapax bonorum, vel repudiaret, vel si ingressus in eo non emiserit professionem, vel si professio fuit nulla, vel si esset substituta pia causa, sive immediatè, sive etiam mediatè, vel si esset substitutus alter filius testatoris, vel si esset expressa ratio conservandi bona in agnatione, & familia, vel si gravatus ante ingressum monasterii disposuerit de bonis, vel si aliquid conditioni adiciatur, per quod appareat testatorem sensisse de veris filiis naturaliter genitis, vel si gravatus ingressus fuerit monasterium animo fraudandi substitutum, quod probatur per jactationes, & minas, vel si blanditiis, & suasionibus Prælati fuerit allectus; vel si conditio respiciat personam ipsius testatoris, & non gravati, vel si exter statutum, sive consuetudo quòd verba testamentorum ad litteram intelligantur, vel quòd monasterium, & in eo ingressi non succedant prout in Galliæ Regno, vel si dicta conditio, *si sine filiis*, sit apposita in contractu oneroso, seu dispositione inter vivos, vel testator expressè monasterium exclusit, quod facere potest, vel si addita fuerit qualitas masculinitatis, sive legitimitatis, vel naturalitatis, vel si fuerit exclusa juris interpretatio, vel si dictum fuerit, *succedat Titius, & non alius, sive nullus alius*, vel si dispositivè essent vocati filii Titii, & illis decedentibus datus substitutus, nam Titio ingresso monasterium non succedet, sed substitutus, vel si gravatus ante ingressum habeat liberos, vel si in casu ingressus fuit aliquid particulare relictum, vel si vivo testatore gravatus post testamentum ingrediatur monasterium, vel si dicta conditio fuerit apposita cum datione substituti ei, qui jam fuerit in Sacris constitutus, vel professus, vel si essemus in purè gravato, vel si monasterium consentiat, quod bona vadant ad substitutum, vel si simus in sententia, sive laudo, vel si simus in gravato sub alia conditione quàm liberorum, vel si dicta conditio non sit expressa, quamvis versemur in casu, quo à jure subintelligatur, ut latè, & singillatim approbat Barbos. *d. appellat.* 99. *n.* 129. *& seqq. per tot.* Sperell. *decis.* 153. *num.* 27. *& seqq. per tot.* Bich. *decis.* 345. *num.* 8. *&c.* ubi quòd conditio, si sine liberis remanet purificata per ingressum Religionis Capuccinorum incapacis bonorum, & professionem, quia mors civilis operatur eumdem effectum mortis naturalis, vide supra *num.* 11. facit latè Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & majorat. part.* 7. *cap.* 5 *per tot.* ubi plura de incapacitate Fratrum Minorum S. Francisci ad interpretationem Clem. exivi de Paradiso, *§. quia igitur de verb. signifi.* & qualiter Principes possint statuendo prohibere, ne monaste-

nasteria Clerici, vel Religiosi possint succedere in officiis publicis, &c. absque læsione libertatis Ecclesiasticæ. Altimar. *loc. cit. n.* 163. Antonell. *de Temp. legal. libr.* 2. *cap.* 98. *n.* 52.

24 Monasterium capax bonorum in communi succedit in fideicommissis filiis, aut filiabus relictis ex persona illorum in ea professis, ita ut secundum plures istud procedat etiam in fideicommissis ordinaria pro conservatione agnationis, & familiæ, saltem durante vita Monachi, vel Monialis, DD. *in l. Deo nobis*, *§. hoc etiam cognitum*, *Cod. de Episc. & Cleric. cap. in præsentia extr. de probat.* Fusar. *de substit. quæst.* 313. Cost. *de port. rat. quæst.* 226. *num.* 2. Argel. *de acquir. poss. quæst.* 8. *art.* 31. Gravatt. *consil.* 152. *num.* 2. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 25. Bart. *in l. cum pater*, *§. hæreditatem num.* 3. *ff. de legat.* 2. *& in l. Statius*, *§. Cornelio num.* 2. *ff. de jur. fisc.* Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. Peregrin. *de fideicomm. art.* 28. *n.* 81. Cevall. *comm. controv. commun. quæst.* 193. *num.* 7. Clar. *§. Feudum quæst.* 78. Martha *de success. legal. part.* 3. *quæst.* 13. *artic.* 4. *num.* 12. *&c.* Cabal. *consil. decis.* 246. *per tot. lib.* 2. & alii relati per Altograd. *consil.* 96. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. vide supra *num.* 6. *&c.* latè Rot. in Bononien. fideicommissi de Blanchettis 26. Januarii 1632. & 9. Decembris 1633. coram Verospio *in Append. d. par.* 12. *recent. decis.* 433. *&* 434. ubi pro Monasterio, vide De Luc. *de Fideicomm. disc.* 63. *num.* 9. *& disc.* 138. *num.* 13. Vide Altimar. *loc. cit. n.* 163. *& in §. Monachus in novissimis addit.* Crescin. Bertachin *vot.* 52.

Quòd monasterium bonorum capax succedat ex persona tamen Monachi, & ejus vita naturali durante ad fideicommissum æquè, & unà cum aliis non Religiosis in eodem gradu existentibus, licet à fideicommittente injunctum fuerit onus assumendi suum cognomen, & sua arma, acriter causa discussa decisum fuit à Rota Bononiensi ut videre est in motivo, seu decisione elaborata per Comitem Augustinum Fontanam in dicta causa Relatorem ad quam me remitto, cum de facili possit haberi, fuit enim impressa Bononiæ 1685. per Hæredes Francisci Mariæ de Sariis, & habetur etiam in Archivio Secretariæ Illustrissimi Regiminis Bononiæ, ubi servantur decisiones almæ Rotæ Bononiensis.

Hæc causa vertebat inter R. D. Franciscum Mariam, & Joannem Augustinum fratres de Grifonibus alias de Razalibus Clericos Regulares infirmis ministrantes, &c. ex una, & Excellentissimum D. Joannem Baptistam, & fratres de Grifonibus, aliàs de Razalibus ex altera, & expedita fuit à Rota Bononiensi sub die 30. Aprilis 1685. Et Romæ pariter discussa habuit executionem à Signatura Justitiæ sub die 27. Augusti dicti anni 1685. & iterum reproposita causa in dicta Signatura Justitiæ sub die 15. Novembris 1685. steterunt in decisis pro executione.

De hac materia videatur etiam latè Cæsar. de Afflict. *contr. jur. cap.* 29. *per tot.* Tondut. *quæst canon. benef. & regul. part.* 3. 142. ubi pro admissione monasterii durante vita Monach, vel monialis.

Joseph. Ramonius *consil.* 9. *n.* 22. & modernus Additionator Jacob. Balduc. *dec.* 131. ubi in hærendo Auditori Mazzonio, qui in dicta Rota Bononiensi solus contrarium tenuit, ponit per extensum votum d. D. Auditoris Mazzoni, omittendo prædictam contrariam totius Rotæ Bononiensis; decisionem à D. C. Fontana exarensam, cui fuit data executio à Signatura Justitiæ, ut dixi, & si locus erit, apponetur inter meas resolutiones in fine hujus Tomi, ut omnia prout verè sunt, omnibus, & singulis innotescant.

An autem monasterium sit capax bonorum emphyteuticorum, & feudalium, vide citatos in *§. Emphyteusis n.* 5. *cum Addit. in §. Feudum n.* 29. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 7. *sect.* 3. *n.* 271. *tom.* 3. Palm. nep. *dec* 184. *n.* 7. *tom.* 2.

Contrarium tamen in fideicommissis ordinariis pro conservatione agnationis, & familiæ, quòd tunc monasterium ad illa non admittatur ex persona monachi, vel monialis, cùm id repugnet expressæ dispositioni, & intentioni testatoris, sed in totum excludatur, etiam durante vita monachi, vel monialis, latè de veriori, & magis communi opinione probat, & testatur Altograd. *d. consil.* 96. *per tot. lib.* 1. allegans pro hac parte Covar. *d. cap.* 19. *nu.* 11. Petr. *de fideicomm. quæst.* 8. *num.* 516. Decian. *consil.* 51. *lib.* 2. Cevall. *quæst.* 193. *num.* 10. *&c.* Peregr. *d. art.* 28. *nu.* 82. Mangil. *de imput. quæst.* 71. *n.* 28. Fusar. *quæst.* 428. *nu.* 15. *& quæst.* 430. *nu.* 2. Anton. Fab. *Cod. lib.* 6. *lit.* 2. *deff.* 25. Cancer. *var. resolut. cap.* 24. *n.* 31. *in fine*, *part.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 987. *n.* 8. Castr. Palao *oper. moral. part.* 3. *punct.* 4. §. 3. *n.* 2. Castill. *contr. jur. lib.* 3. *c.* 22. *per tot.* Rosental. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 29. *n.* 8. Rota Rom. *dec.* 135. *nu.* 17. 20. *&* 21. *part.* 7. *divers. & alios multos*, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 313. *n.* 15. *& seqq.* Caren. *resolut.* 153. *per tot.* ubi inferit supracitatam decisionem Bonon. fideicommissi, quando monasterium possit succedere. Em. De Luc. *De Renunc. disc.* 4. *n.* 22. Altimar. *loc. cit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst* 35. *sect. pr. n.* 163. *tom.* 5.

Pròut etiam excluditur monasterium quando fideicommissum fuit relictum filiis legitimis, & naturalibus, & ex suo corpore procreatis, & natis, verè, non per juris interpretationem, idem Altograd. *d. cons.* 96. *n.* 26. 33. 34. 41. *&* 42. *vide in §. Fideicommissum num.* & in conclusionibus supra firmatis, Cabed. *dec.* 131. *per tot. part.* 1. ubi an majoratus successio deferatur monasterio, Cæsar. de Afflict. *contr. jur. cap.* 29. *per tot.*

Excluditur adhuc monasterium quando filio decedenti sine liberis ex suo corpore natis fuit substituta pia causa, quia monasterium ex tacita, & subintellecta voluntate venit, pia verò causa per expressam, quæ tamen admittitur tantùm post mortem naturalem instituti, & interim fructus bonorum spectant ad monasterium, & alia plura ad rem explicat Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 72. *per tot.* Altimar. *d. n.* 163.

Monasteria nova non possunt erigi, & ædificari, 25
quamvis adsit licentia Episcopi nisi vocatis, & auditis aliorum Conventuum Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, ac causa cognita, ut sine aliorum detrimento commodè sustentari possint juxta dispositionem Bullæ Clementis VIII. incip. Quoniam de qua Ricc. *Collect.* 3964. ubi etiam quòd privilegia concessa Regularibus ædificandi absque consensu Ordinarii sunt hodie revocata per aliam Bullam Urbanii VIII. incip. Romanus, ubi plenè Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 337. *per tot. cum pluribus citatis*. ubi non solùm de dicta prohibitione, sed etiam de alia simili non ædificandi monasteria propè alia antiquiora, nisi relicto spatio centum quadraginta cannarum, Rot. *part.* 12. *dec.* 224. *n.* 18. *& seqq.* ubi pro nullitate erectionis stante præjudicio Parochi, plenè Frances *var. resol. cap.* 27. *&* 28. *per tot.* ubi etiam an saltem possit retineri hospitium Regularium, quando fuit denegata licentia fundandi Monasterium in aliquo loco, infra *nu.* 19. latè Carol. Marant. *contr. p.* 5. *respons.* 15. Vide Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 14. *dec.* 3. *a num.* 15. *cum seqq. tom.* 2. Bertachin. *vot.* 124.

Item non posse ædificari monasteria, nisi adsint redditus sufficientes pro sustentatione saltem duodecim Religiosorum, ultra expensas pro manutentione Sacristiæ, & Ecclesiæ, nec posse suppleri ex redditibus aliorum Conventuum absque Beneplacito Apostolico, & alis latè Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 307. ubi refert plures Bullas id prohibentes infra *nu.* 19. vide Frances *d. resolut.* 27. *&* 28. *per tot.* ubi plura de hac materia, de qua etiam infra *n.* 29. Bertachin. *loc. cit.*

Monasterium quando agitur de illius præjudicio, 26
debet capitulariter citari, nec sufficit simplex citatio Abbatissæ, sed debet ipsa Abbatissa requiri ad congregandas Moniales ad hunc effectum, quòd si facere recuset, tunc valebit citatio etiam non collegialiter facta, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 275. *n.* 16. *& seqq.* facit quòd dixi in *§. Citatio nu.* 27. Et idem servandum in Abbate Monasterii masculorum, Rot. *part.* 10 *rec. dec.* 181. *nu.* 10. *&c.* ubi Citat. Vant. *de nullit. ex defect. cit. n.* 144. Cavaler. *dec.* 435. *n.* 1.

1. *& alios*, Rot. *part.* 17. *dec.* 44. *nu.* 16 *& seqq.* Idem in capitulo tenetur tamen defectus per notitiam habitam, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 60. *n.* 2. *&c.* vide De Luc. *De Judic. in Summ.* 54. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 9. *a n.* 37. *tom.* 2.

Quando sufficiat citatio facta ad ostium monasterii, nempè si in principio causæ fuit capitulariter citatum, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 434. *n.* 2. *&c.* vide in *§. Abbas n.* 10. Addit. ad Sanfelio. 357. *in fine.*

27 Monasterium quando, & ex quibus probetur exemptum à subjectione Episcopi, & dicatur subjectum Ordini generali, latè Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 279. *per tot. vide in §. Episcopus n.* 3. *& seqq.* Rot. *d. part.* 11. *in Append. dec.* 373. *per tot.* ubi quando monasterium sit exemptum ab ordinario, & dicatur constituere territorium separatum, ac Confessores Monialium non indigeat approbatione Ordinarii.

Quando autem, & ex quibus monasteria existentia intra limites Diœcesis cum Ecclesiis illis annexis subsint Episcopo latè Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 581. *per tot.*

28 Monasterium an, & quando obligetur, vel non ex mutuo per Abbatem recepto, vide *in §. Abbas num.* 29. Thom. Trivis. *dec.* 41. *per tot. lib.* 1. ubi etiam de aliis contractibus. De Luc. *de Credit. disc.* 82. *n.* 2. *& seq.*

29 Monasteria nova, & alia hujusmodi loca Regularia erigi, & jam erecta alio transferri non possint absque beneplacito Apostolico, *cap. pr. de excess. prælat. in* 6. *cap. unic. §. confirmatos*, ubi DD. *de relig. dom. in* 6. Tamburin. *de jur. Abb. tom.* 3. *disput.* 3. *qu.* 1. *n.* 3. *&c. supra n.* 25.

Nec obstat Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *de Regular.* dum disponit non erigi sine licentia Episcopi Diœcesani; quia stante compatibilitate beneplaciti Apostolici cùm hujusmodi licentia Episcopali, debet utrumque adimpleri, & observari, ut latè firmat Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 289. *per tot.* ubi de Conventu Capuccinorum, etiam stantibus illorum statutis approbatis, quòd habita Episcopali licentia, & concurrente communitatis consensu, ad fundationem devenire possunt, quia non ob id excluditur beneplacitum Apostolicum omninò juxta Sacros Canones necessarium, sed omnia ut supra copulativè sequiruntur, nam ex nova forma addita non tollitur prima quando simul stare possunt, ut latiùs ibidem probat Rota *& part.* 13. *rec. dec.* 54. *n.* 31. *& dec.* 87. *per tot. & dec.* 115. *per tot. & dec.* 225. *per tot.* ubi tamen quod prædicta non procederent in erectione simplicis hospitii pro Patribus venientibus ad locum illum pro negociis suæ Religionis, ad tradita per Ricc. *dec.* 139. *n.* 5. *part.* 2. dummodò tamen sine Ecclesia aperta, absque campanis, sine administratione Sacramentorum, & absque Sepulturis, ut declarat Rot. *d. dec.* 225. *& dec.* 231. *nu.* 1. *& seqq. in eadem causa d. par.* 3. *rec.*

Imò ultra beneplacitum Apostolicum, & licentiam Ordinarii, requiritur etiam consensus Incolarum, & loci habitantium; item consensus Parochi ratione sui præjudicii circa oblationes, & aliàs obventiones, & aliorum conventuum vicinorum, etiam diversis ordinis, ita ut quilibet ex istis defectibus solus sufficiat ad invalidandum fundationem, Rot. *in eadem causa d. part.* 12. *dec.* 319. *per tot. & par.* 13. *dec.* 83. *& dec.* 115. *& dec.* 225. & de materia, vide Tamburin. *d. tractat. tom.* 3. *disput.* 3. *per tot.* ubi undecim quæsita doctè resolvit, & agit etiam de destructione, & latè Francea *var. resol.* 27. *&* 28. *per tot.* Carol. Marant. *contr. part.* 5. *respons.* 25. *per tot.* Bertachin. *d. vot.* 124. *per tot.* Emeriz Jun. *dec.* 399. *nu.* 2. *&* 3. *dec.* 418. *nu.* 5. *dec.* 1206. *num.* 8.

De ædificatione, sive constructione monasteriorum Monialium, cujus auctoritate sint erigenda, in quibus locis, an duplicia sint permittenda, an sint subjecta Parochiæ, & alia, latè Ascan. Tambur. *in tract. de jur. Abb. & Monial. disp.* 33. *per tot.* De quibus etiam De Luc. *De Regul. disc.* 66. *& seq.*

Quòd monasteria nova non possint ædificari, nisi adsint redditus sufficientes pro substentatione saltem duodecim Religiosorum, vigore Bullarum Pontificalium Gregorii XV. de anno 1622. & Urbani VIII. *in Bull. nov. tom.* 4. *Constit.* 31. *§.* 3. *& Const.* 25. Barbos. *de jur. Eccl. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 7. *&* 15. latè Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 54. ubi quòd conventus institutus cum conditione impetrandi dispensationem, illa non obtenta, sit locus alteri substituti, vide *in §. Ecclesia n.* 33.

Monasteria Monialium non possunt adiri ad alloquendum cum ipsis Monialibus sine licentia Episcopi, vel ejus Vicarii generalis, sive alterius Superioris Regularis circa Monasteria Regularibus subjecta, & servata semper in hoc consuetudine locorum, cùm ad Episcopum spectet providere, & punire circa accessum ad Monasteria, quia id concernit clausuram, quam custodire pertinet ad Ordinarium, etiam quoad exempta, *cap. Monasteria de vit. & honest. Cler. cap. ex periculo de stat. Reg. in* 6. Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regul.* Motus proprius Gregor. XIII. Bulla Pii V. Franc. Marc. *dec.* 954. Bonacin. *in tract. de Clausur. qu.* 3. *part.* 4. Barbos. *de off. Episc. alleg.* 102. Tamburin. *de jur. Abbatiss. & Monialium disput.* 25. *quæst.* 7. Sperel. *decis.* 97. Ciarlin. *contr. for. cap.* 147. *p.* 2. latè Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *de monialibus, &c. fol. mihi* 53. *&c.* alios allegavi in *§. Licentia n.* 9. Gratian. *disceptat. for. cap.* 393. *nu.* 18. *& seqq.* Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 137. ubi etiam quòd licentia intelligitur de prima vice, ad Garz. *dec.* 97. Ricc. *in praxi resol.* 545. *vol.* 1. Et de clausura Monialium, & pœnis illam frangentibus, de licentiis, & tota materia plenè Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.* 2. *cap.* 19. *per tot. à fol.* 190. *ad* 287. Suarez. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 8. 9. *&* 10. *fol. mihi* 30. *& seqq.* Michael Ferro Manriq. *qu. Vicar.* 12. *per tot. par.* 2. ubi qualiter sint puniendi frequentantes Monasteria, & an sit salubre remedium excommunicatio De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 36. *n.* 6. *& seq.* Vide Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 10. *quæst.* 23. *n.* 6. 30

De materia prohibitionis accessus ad monasteria, & allocutionis cum monialibus sine licentia, an comprehendat patrem, fratres, & filios, an transmissionem litterarum, & alia, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 15. *&* 16. *per tot.* ubi negativè resolvit ad evitandam pœnam, & quod etiam debet intelligi de monasteriis claustralibus, nam quoad alia potius conservatoria, quàm monasteria non comprehenduntur sub dispositione loquente de monasteriis, sed mitiùs puniuntur delinquentes circa dicta conservatoria, & ibi per eum.

De ludis, & rumoribus prohibitis propè monasteria, vide *in §. Ludus n.* 12.

Quòd nec etiam possit à vicinis haberi aspectus, vel fenestra respiciens monasteria, etiam existente via publica intermedia, nisi antiquiora essent ædificia privatorum, & viæ per Novar. *loc. citat. Collect.* 138. & dixi in *§. Ædificium n.* 15. *& §. Fenestra n.* 1.

Florentiæ tamen (ex concordatis cum Ecclesiasticis) ut magis servetur clausura, puniuntur accedentes ad monasteria Monialium totius status Florentini absque licentia per Judices sæculares, ut sæpissimè servatum vidi in Magistratu, & Cancellaria Dominorum Octo Baliæ Virorum Civitatis prædictæ, cùm hujusmodi accessus, & alloquutio sine licentia, ultra Constitutiones Ecclesiasticas, sit sub gravissimis pœnis prohibitus per leges, & bannimenta Serenissimi Magni Ducis Nostri de anno 1557. & 1563. ut dixi in Practic. *§. Monasterium n.* 1. *& seqq.* ita ut etiam aliquos audierim putantes vigore dictorum bannimentorum, cognitionem, & punitionem contra laicos in hac materia delinquentes, privativè spectare ad Judicem sæcularem, & non ad Ordinarium Ecclesiasticum; Sed ut ego de more verum fatear, puto graviter errare, & hujusmodi delicta esse mixti fori, ac attendendam esse præventionem, cùm judex Ecclesiasticus possit vigore canonum, & Concilii ut supra procedere, & punire, judex autem sæcularis vigore dictorum bannimentorum laicalium, non obstantibus dictis concordatis, quæ cumulativè, & non privativè [judicio meo] sunt intelligenda, per ea,

quæ

quæ dixi in *§. Jurisdictio n. 5.* cum declarationibus ibidem adductis; quamvis de stylo nunquam viderim judices Ecclesiasticos se ingerere contra laicos in hac, vel simili materia delinquentes in Statu Florentino.

Quòd hujusmodi delicta accessus ad monasteria sint mixti fori quoad sæculares, & detur locus præventioni inter judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, ac possit Judicem Ecclesiasticum non obstante sententia Judicis sæcularis procedere ratione sacrilegii ad excommunicationem, aliasque pœnas spirituales, Menoch. *de arbitr. cas.* 389. *nu.* 24. Cacheran. *dec.* 103. Bajard. ad Clar. *§. Fornicatio n.* 16. Sperel. *dec.* 137. *n.* 47. *& seqq.* Cabal. *resol. crim cas.* 200. *n.* 73. & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 14. *n.* 19. ubi alia plura de hac materia, de qua ego dixi in §. *Coitus n.* 14. *& §. Sacrileg. n.* 4.

21 Monasterii suppressi bona quibus veniant applicanda, vide Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 231. *& dec.* 363. *per tot.* & dixi in §. *Bona n.* 37. Vide infra *in novissimis addit.* Crescin.

22 De monasteriis vide etiam citatos supra in §. *Monachus, & Moniales in fin.* Fagnan. De Luc. Altimar. Bellegrand. Pignatell. Piton Ursaya Emerix Caprar. Mans. Palm. & alios modernos.

23 Quod *novæ* domus religiosæ, sive monasteria non possint erigi, sicut nec mutari, nec dimitti priora sine debitis licentiis, & sub quibus pœnis, & alia de religiosis, Carol. Ant. Thesaur. *tract. de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Religiosus capit.* 1. *& seqq. fol.* 287. Tondut. *quæst. canonic.* 23. *per tot. libr.* 1.

24 Legatum factum monasterio quando dicatur relictum contemplatione filii in eo existentis Bertach. *vol.* 96. *n.* 6. *&* 13.

25 Monasterium ubi est exclusum ex voluntate testatoris, quæ quamvis tacita habet vim expressæ exclusionis, tunc non est admittendum, quamvis ex propriis regulis, & privilegiis sit capax fideicommissi Castald. *cons.* 186. *n.* 12. *vol.* 2. Vide Bertachio. *vol.* 52. *sub n.* 4.

Et monasterii exclusio, non in odium religionis, sed pro conservandis bonis in agnatione, valet, & testatoris voluntas pro lege est servanda Castald. *d. cons.* 186. *n.* 13. *&* 14.

26 Monasterium erigendum fruitur eisdem privilegiis, quibus Ecclesia. Rot. cor. Coccin. *decis.* 1598. *nu.* 5. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 103. *n.* 2. Contrarium videtur desumi in *l. ejus qui in Provinciam ff. si cert. pet.* Rot. cor. Gregor. *dec.* 439. *num.* 5. Mantiss. *loc. sup. cit. n.* 6. *lib.* 1n. *vol.* 2.

27 Quod Monasterium erigendum non possit stare in judicio faciunt Text. *loc. cit.* & Rot. cor. Gregor. *loc. sup. cit.* Mantiss. *ibidem*.

28 Juspatronatus remanet apud Monachum donec vivit, & exercetur cum consensu Abbatis, vel Monasterii Piton. *de Jurep. all.* 36. *n.* 29. *tom.* 1.

Monasterium successionis capax an titulo hæreditario succedat in Jurepatronatus gentilitio Lambertin. *de Jurep. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 25. *nu.* 1. *& seq. fol.* 323. Piton. *de Jurep all.* 66. *num.* 2. *& seqq. & n.* 23. *tom.* 2.

28 Deducta moneta in obligationem ubi potest haberi in ea est facienda solutio. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 214. *n.* 2. *disc.* 126. *n.* 4. *de Emphyt. disc.* 77. *n.* 2. *de Alien. disc.* 10. *n.* 3. *de Cred. disc.* 140. *n.* 12. *de Pens. disc.* 34. Altimar. *ibid. n.* 469. vide supra *n.* 23.

29 Moneta noviter cussa solvenda est pro veteri in tanta quantitate, quæ veterem adæquet. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 126. *n.* 5. Altimar. *ibid. n.* 470.

Reservata pensione in scutis monetæ regionis, super Ecclesia existente in Provincia Calabriæ, an debeatur in scutis Regni Neapolis, vel in illis Regni Siciliæ ultra. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 127. *de Pens. disc.* 84. *n.* 8. *in Sum. num.* 90. Altimat. *ibid. num.* 471. 30

Specificatio, & expressio monetæ in aliqua dispositione dicitur stare demonstrative, non autem taxative, nec impedit augmentum, seu decrementum intrinsecum. Card. De Luc. *de Pens. disc.* 34. *n.* 7. *disc.* 53. *n.* 13. *disc.* 36. *n.* 4. *disc.* 84. *n.* 8. Altimar. *ibid. n.* 473. 31

Census extinctio quando fieri debeat juxta valorem monetæ currentis, non autem de tempore impositionis. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 10. *num.* 3. *de pens. disc.* 34. *n.* 6. Altimar. *ibid. n.* 474. 32

Currens in regione, licet inferioris materiæ recusari non potest à creditore, Card. De Luc. *de Cred. disc.* 139. *n.* 6. *disc.* 140. *n.* 12. ubi declarat Altimar. *ibid. n.* 475. 33

Solutio monetæ malæ pro bona præscribitur triginta annis contra sæculares quadraginta contra Ecclesiam. Gobius *de monet. quæst.* 8. *nu.* 10. *& seqq.* Altimar. *ibid. n.* 478. 34

Solutio præsumitur facta de moneta, quæ debebatur. Gobius *de monet. quæst.* 6. *n.* 88. Altimar. *ibid. num.* 479. 35

Valor monetæ dicitur notorius. Card. De Luc. *de Cens. disc.* 37. *n.* 8. *de Judic. disc.* 33. *n.* 54. Pendet totaliter à Principis authoritate. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 128. *n.* 5. Intellige quoad subditos *ibid.* 7. *& in Miscell. disc.* 4. *sub num.* 19. Justus quando augeri possit ab eodem Principe. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 126. *n.* 7. Et quomodo sit æstimanda illius alteratio. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 10. *n.* 8. 9. *de Cred. disc.* 92. *n.* 22. 36

Libræ dicuntur monetæ immaginariæ, & sunt invariabiles. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 10. *n.* 3. 37

Moneta falsa in liga, vel pondere subjacet confiscationi. Gobius *de Monet. quæst.* 11. *n.* 24. Ansald. *dec.* 41. *n.* 31. Si vero est bona, vel cussa sub alterius Principis imagine, debet deleri signum Ansald. *d. dec.* 41. *n.* 32. 38

Moneta dicitur adulterata, quando fuit cussa sub imagine alterius Principis absque ejus licentia. Barbos. *de Episc. part.* 3. *all.* 51. *num.* 57. *& seq.* Gobb. *in tract. de monet. quæst.* 11. Ansald. *loc. cit. num.* 15. 39

Monetam, licet justi valoris, & ponderis cudens sine Principis licentia committit delictum læsæ Majestatis. Ansald. *ibid. n.* 16. Hoc tamen procedit respectu subditi, & illius, qui cudi facit, secus respectu Mercatoris, cui fuerunt directæ, qui nequit nisi arbitrariè puniri Farin. *cons.* 48. *n.* 5. Carpzov. *part.* 1. *quæst.* 43. *n.* 27. *& seq.* Ansald. *d. dec.* 41. *n.* 17. *&* 21.

Monetæ falsæ contra fabricatores, tonsores monetæ Regiæ, quas diligentias adhibere debeat Judex præcedentibus, vel denunciatione, vel fame, aut præsumptionibus, & quos testes habeat. Carl. Ant. De Luc. *in prax. crimin. cap.* 4. *per tot. pag.* 265. 40

Monetarum falsarum sola inventio, & recognitio, aut instrumentorum detentio, an sit delictum separatum à fabricatione Carl. Ant. De Luc. *in prax. crimin. loc. sup. cit. n.* 3. 41

Monetæ si appareant falsæ respectu materiæ pro recognitione incidendæ sunt per expertos, & qualiter Carl. Ant. De Luc. *loc. prox. cit.* 42

Monetæ tonsionis testes qualiter deponere debeant, scilicet de inventione resegminum, forficum, limatum, ut sint aptæ ad incidendum, & si expolitæ inveniantur, deponere, quod in limis appareant signa expolituræ, & de aliis. Carl. Ant. De Luc. *ibid. n.* 4. 43

Monetæ delictum dividitur in quatuor species, fabricationem, tonsionem, monetarum adulterinarum expensionem, & resegminum emptionem. Carl. Anton. De Luc. *ibid. n.* 1. 44

Monetæ corpus delicti probatur per inventionem, & recognitionem falsarum monetarum, & resegminum cum Judicis interventu, & quod si accedat 45

Actuarios, vel Scribæ, quæ fine adhibenda. Consil. de Rosa in prax. cap. 1. nu. 14. Carl. Ant. De Luc. ibid. in fin.

46 Monetæ in delicto fabricationis qualiter debeant testes deponere de instrumentis repertis idest cuneis, & stampis, & aliis. Ricc. decis. 325. part. 3. Carl. Ant. De Luc. ibid. n. 2.

47 Monetæ falsificationem, qui perficere non potuit per supervenientem capturam, qua pœna puniatur. Carl. Ant. De Luc. ibid. n. 8.

48 Monetæ instrumenta si reperiantur qualiter se Judex gerat. Carl. Ant. De Luc. ibid.

49 Monetam falsam volens in mare proicere, an insurgat suspicio etiam extante bona fama Carl. Ant. De Luc. ibid. n. 5.

50 Monetam aliquando quis fabricat, & alius expendit, & de authore non docet. Carl. Ant. De Luc. loc. cit. n. 5.

51 Moneta falsa reperta penes inquisitum an faciat indicium, & quid de instrumentis Spad. cons. 113. a n. 5. vol. 1.

§. MONITORIUM,
Sive Monitio XXXI.

1 MOnitoria, quæ concedi solent per Judices Ecclesiasticos ad aliquid detegendum sub pœna excommunicationis, admittuntur tantùm in civilibus, & concedi solent cum clausula, dummodò criminaliter non agatur, neque principales, vel eorum advocatos, & procuratores afficiant, *Prax. Archiep. Neap. cap. pr. num. 7. &c.* Cabal. *resol. crimin. cas. 153. num. pr. etc.* Clar. *§. fin. q. 27.* Guaz. *defens. cap. 5. num. 6 et deff. 18. cap. 1.* Tondut. *de prævent. part. pr. cap. 27. per tot.* Rice. *Collect.* 102. 991. 3869. 2455. 3512. Giurb. *decis.* 94. Sperel. *decis. 10. nu. 30. etc.* vide *in §. Compensatio num.* 26. Cost. *de facti scient. et ignorant. dist. 55. cent. 2.* & late Arisman. Tepat. *var. sent. tit. 35. per tot.* Caren. *resolut. 7. par. 5.* ubi plura notanda de dictis monitoriis Carol. Marant. *controv. respons. 63. num. 37. et seqq.* Possene. *singul.* 169. ubi quod juxta veriorem; & à consuetudine approbatam opinionem non conceduntur in criminalibus; imò testes qui deposuerunt vigore monitorii in causa civili, non possunt compelli ad deponendum in causa criminali, si aliundè via id non aperiatur, quam ex revelatione facta in Curia Ecclesiastica, Pignatell. *consult. 27. n. 2. tom. 9.*

Quod conjuncti intra quartum gradum, item amici conjunctissimi, & benefactores insignes non sint detegendi vigore monitorii, seclusis casibus Sancti Officil, idem Dian. *part. 5. tractat. 13. resol. 67. et part. 8. tractat. 7. volum. 10. per tot.* ubi ampliat etiam si veritas aliter haberi non possit, licèt alii contra hoc casu, & exceptis delictis Sancti Officii, ut supra, vide Giurb. *d. decis.* 94. Marant. *loc. sup. cit.*

Quod Episcopus possit illa regulariter concedere, dixi *in §. Episcopus §. 10.* alia vide *in §. Denunciatio num.* 12. Vide Pen. & Crescin. *decis.* 342., & infra *in noviss. addit.* Crescin.

Qui tamen vigore hujusmodi litterarum monitorialium deponunt, ut probent, debent judicialiter repeti, Menoch. *de arbitr. cas.* 109. Costa *de facti scient. et ignorant. dist. 55. cent.* 2. Merlin. *decis. 608. num.* 27. Cavaler. *decis. 21. nu.* 3. Ricc. *Collect.* 995. *in fine, et* 3512. Rot. *part. 10. recent. decis. 103. n. 14. et par. 6. decis. 230. num.* 23. quia deficit citatio partis, Sanfelic. *decis. 97. per tot.* ubi etiam de praxi, & modo repetendi, Rot. *par. 17. recent. decis. 281. n. 3.* ubi non repeti formiter, nullum gradum probationis constituunt, vide *in §. Testes n.* 89.

An scientes, & non revelantes ex vi monitorii teneantur restituere damna inde sequuta, quod quæri potest etiam de testibus jussis deponere, & se subtrahentibus, Dian. *part. 5 tractat. 13. resolut.* 68. ubi quod magis communis opinio affirmat; licèt etiam alii probabiliter contrarium sentiant; intelliga nisi sint privilegiati, vide *in §. Testis num.* 4.

Quòd imò concedantur etiam pro inveniendis rebus furatis, non tamen obligent indicare furem illum, qui jam restituit, vel restituere non potest, Navar. *cons. 75. num. 30. lib. 3.* cum aliis per Bonifac. *de furt. §. 2. nu. 72. et 93. fol. 76.* vide Ricc. *Collect.* 3869. 2455.

An obligent ad revelanda furta domestica facta à filio familiæ, contrarias opiniones refert Dian. *part. 5. tract. 13. resol. 69.* ubi cogitandum relinquit.

Quando autem quis virtute monitorii teneatur revelare scripturas tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, latè Dian. *par. 9. tract. 9. resolut. 48.* ubi plures conclusiones facit, & Giurb. *decis. 94. per tot.* ubi etiam an conjuncti, & alii excusentur, & videtur concludere quod non, quando veritas aliter haberi non potest, cùm saltem teneantur detegere si sciant alios adesse testes informatos, nisi ex revelatione magnum immineret periculum in fama, persona, vel rebus.

Quod revelatio facta vigore monitorii in foro Ecclesiastico, non attendatur in sæculari dixit D. Judex Pisarum de anno 1665. citans Farinac. *tit. de confess. quæst. 6. num. 4.* in quodam processu contra Bartholomæum Ripolum in filcia Processuum DD. Octo Civitatis Florentiæ 615. *nu.* 188. in quam sententiam concurrit etiam ibidem D. Auditor Bandarum, sed Magistratus dixit aliqualem saltem facere suspicionem, propter quam mandavit nominatos citari cum expressione causæ, Cabal. *cons. decis. 127. num. 7. & 8. lib.* 2. ubi quod testis deponens vigore monitorii, etiam extrajudicialiter, & sine juramento debet inclinare animum Judicis aliis concurrentibus, ex Cravet. *cons. 198. num.* 11. & alii, Carol. Marant. *contr. par. 5. respons. 63. num. 38. & seqq.* ubi quod qui revelant vi monitorialium veritatem dicere præsumuntur, suam ut aaoneredt conscientiam, atque mandatis Ecclesiæ pareant, ac ideò sunt veri testes omni exceptione majores.

Quod dicta monitoria non obligent filios, & uxores, qui aliquid ex bonis patris, vel mariti occultaverint ad honestam vitæ sustentationem, & mediocrem sui status conservationem, nec id etiam in judicio vocati teneantur propalare, sed possint negare etiam cum juramento se nihil omninò occultasse, vel habere (supplendo) quod non sit illi debitum, dummodò ipsi non sint in culpa decoctionis, vide Dian. *part. 5. tract. 14. resol.* 17.

Hodie tamen non est permissum uti hujusmodi amphibologiis, ut dixi *in §. Juramentum n.* 58.

Monitio, sive monitorium debet ter fieri, ut possit intrare pœna privationis, importat præceptum pœnale, quando requiritur, & alia, Tuschus *litt. M. conclus. 311. 316. et 317. per tot. si quis, etc.* Pignat. *consult. 7. n. 59. tom. 3. & consult. 36. a. 5. consult. 45. n. 11. tom. 9.* Vide infra *in noviss. addit.* Crescin. 2

Plura de monitorio, quo mediante inchoantur causæ in Tribunali A. C. qualiter stat loco libelli, vim illius obtineat, inducat litis pendentiam, & licèt sit præceptum, tamen debet continere clausulam salutarem, *si quis, &c.* vel si te sensetia gravatum recurras, quo casu per comparitionem citati, vel moniti resolvitur in simplicem citationem, & alia, Ridolphin. *in prax. par. 2. cap. 4. nu. 30. & seqq.* Rice. *Collect.* 2455. De Luc. *de Judic. disc. 15. n. 8. & 14.* Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæst. 40. a n. 72. tom.* 2.

De Monitoriis, & Monitorialibus, quoad diversa, & eorum effectibus, Barbos. *de Episcop. allegat.* 96. Solorzan. *lib. 5. politic. cap.* 10. Ricc. *Collect.* 102. 991. & 1422. & alii, citati à Callejon. *Alphabet. juridic. verb. Monitoria* & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. par. 5. eodem verb. fol.* 156. De Luc. *in Indic.* Pellegrin. *in Prax. Vicar.* 3

De monitione quando, & ad quid præcedere debeat, & an trina sit necessaria, Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 15. & 16. & tom. 2. lib. 2. cap. 24. num. 63. & cap. 25. nu. 43. & seqq.* Rice. *Collect.* 542. Vela *differt. 44. n. 71. &c.* relati à Castejon. *ubi sup. verb. Monitio* Pignatell. *cons. 49. n. 2. & 3.* ubi an una sufficiat pro tribus *tom. 9.* Fagnan. *sup. Decr.* 4

Monitoria pro revelandis rebus etsi contineat clausulam, *etiamsi animo compensandi, vel qualitercumque acceperint*, non tollunt justam compensationem, & sic non afficiunt, nec obligant ad revelandum eos, qui habent jus verum compensandi, sed tan- 5

tantum incertum, aut non verum, Comitol. *respons. moral. lib. 6. quæst. 4. num. 1.* & illum sequitur Valer. *de diff. utriusque fori, verb. Monitoria*, vide in §. *Compensatio num. 42.*

6 An testes revelantes vigore monitorii, probent absque eo quod repetantur cum juramento, affirmativè ex pluribus tenet Danza *de pugn. DD. tit. de test. cap. 1.* Sed contrarium verius esse concludit Andreol. *controver. 270. per tot.* ita ut deponere debeans cum juramento, & per extensum; non relativè ad revelationem jam factam.

Multa de istis monitoriis tradit Tondut. *tract. de prævent. par. 1. cap. 27. per tot.* Nonnulla Em. De Luc. & Pignatell. *loc. cit.* Fagnan. *supr. Decret. verb. excommunicatio ad finem revelationis.*

7 Monitoria A. C. non dicuntur litteræ Apostolicæ, de quibus *in cap. ad falsariorum de crim. fals.* Spad. *cons. 97. sub n. 1. vol. 1.*

8 Monitorium in Curia Romana contra Inquisitum qualiter soleat formari Pellegrin. *in Prax. Vicarior. part. 4. sect. 18. n. 14. pag. 460.*

9 Monitorium sive præceptum comminans pœnam debet esse cum expressione justæ causæ, & non suspicionis tantùm. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. tract. 10. quæst. 25. n. 2.*

10 Monitoria Ecclesiastica impediri possunt, si super eademmet materia coram Judice sæculari sit publicatur processus. Costa *de fact. scient. & ignor. cent. 2. dist. 55. n. 9.* Hodiern. ad Surd. *dec. 59. n. 2.*

11 Monitorium non dicitur restrictum ad certum remedium, seu actionem, si in eo petitur etiam aliud quodcumque remedium, & imploratur signanter nobile Judicis officium: sub quibus verbis venit omne remedium in progressu causæ deductum Caprar. *decis. 697. n. 3. part. 2.*

12 Monitorii moderatio ex incompetentia Judicis non tollit nullitatem alienationis, nec apta est ad inducendam imputationem rei alienæ in legitimam Caprar. *dec. 544. n. 27. part. 2.*

13 Monitorio facto ad totam causam, antequam ad actus judiciales procedatur expectandus est lapsus termini in eo prefixi Spad. *cons. 82. n. 24. vol. 1.*

14 Monitoria si concedantur, ubi concedi non debent, an detur appellatio Altimar. *de nullit. rubr. 5. quæst. 17. a n. 24. tom. pr.*

15 Reproductio monitorii non est necessaria quoad ipsas partes ad effectum introductionis litis, sed quoad Judicem pro firmanda Jurisdictione. Card De Luc. *de Serv. disc. 101. n. 6.* Amplia ut etiam ad istum effectum requiratur solum pro actionibus contumacialibus, secus si comparentibus procedatur ad ulteriora. Card. De Luc. *de Judic. disc. 7. n. 11.*

16 Monitorium *in* quibus causis requiratur. Card. De Luc. *de Judic. disc. 8. n. 38.*

An Monitorium requiratur in Judicio manutentionis. Card. De Luc. *de Judic. disc. 44. n. 6.*

17 Monitoria quid contineant, & de mala interpretatione quam recipiunt in partibus. Card. De Luc. *Relat. Cur. disc. 34. n. 26.*

18 Monitoria ad finem revelationis decerni non possunt ab Abbatibus nullius diœcesis habentibus Episcopalem Jurisdictionem, sed petenda sunt à Sede Apostolica. Fagnan. *in cap. Accedentibus nu. 23. & 47. de excess. Prælat. lib. 5.*

Monitoria ad finem revelationis quoad subditos Abbatis Jurisdictionem quasi Episcopalem habentis petenda sunt à Sede Apostolica. Fagnan. *in c. Sacro n. 58. de sentent. excom. lib. 5.*

Et quid si Abbas habeat dictam Jurisdictionem in una parte Diœcesis, sed appellationes ad ipso ad Episcopum interponantur. Fagnan. *in d. c. Sacro n. 59. de sent. excom. & n. seq. usq. ad fin.*

Monitoria ad finem revelationis pro locis nullius diœcesis petenda sunt à sede Apostolica. Fagnan. *in c. Quoniam n. 44. de offic. Delegat. lib. 1.*

19 Legati de Latere non prohibentur à Concilio Tridentino hujusmodi excomunicationes decernere Fagnan. *in cap. Quoniam d. num. 44. de Offic. Delegat. lib 1.*

20 Excomunicationes ad finem revelationis relinquuntur arbitrio Judicis. Fagnan. *in cap. Sacro n. 39. de*

Sent. Excom. lib. 5.

Monitoria ad finem revelationis Vicarius Capitularis concedere potest. Mart. *de Jurisd. part. 3. c. 4. nu. 53.* Barbos. *de Episc. part. 3. all. 96. nu. 10.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 2. n. 56. pag. 42.* 21

Monitoria excomunicationis in forma; *Significavit* Metropolitanus publicare non potest in Diœcesi Suffraganei. Pellegr. *in Prax. Vic. part. 1. sect. 3. subsect. 2. n. 18. pag. 33.* 22

Monitoria ad finem revelationis potest facere Vicarius Barbos. *de pot. Episc. part. 3. all. 96. num. 7.* Garzia *de Benef. part. 5. cap. 8. num. 98.* Pellagrin. *in prax. Vic. part. 1. sect. 1. subsect. 2. nu. 9. pag. 9.* 23

Monitoriales concedunt, etiam ut publicetur fur. Bertachin. *in tract. de Episc. part. 2. lib. 4. quæst. 17.* Nevizan. *in sylva nuptial. lib. 3. nu. 3.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 5. n. 11. pag. 332.* 24

Monitio procedere debet pœnam. Gloss. *in verb. admonitio, & l. locum §. si quis cum §. seq. ff. de tabul. exhib.* Pellegrin. *in prax. Vicar part. 4. sect. 5. n. 15. pag. 333.* 25

Monitio non requiritur in Judiciali denunciatione publica. D. Thom. *in 2. 2. quæst. 68. cum duab. seqq.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. pr. n. 4. pag. 281* 26

Monitio trina personalis cur requiratur, ut Clerici carnifices, seu tabernarii perdant fori privilegium Fagnan. *in cap. Tuæ n. 10. de Cler. non resid. lib. 3.* 27

Monitio facta contra Capitulum afficit singulos Canonicos culpabiles, & ideò, ea exequuta contra Capitulum, potest contra eos procedi ad excommunicationem absque alia causæ cognitione Spad. *cons. 540. n. 21. vol. 1.* 28

Monitio Judicis requiritur, ut quis constituatur in mora, & culpa Balduc. *de Legat. tit. 3. dec. 18. n. 30.* Quod ampl a, ut *n. 32. cum seqq.* 29

Monitio Judicis, quæ sit, Altimar. *de nullit. rub. 12. quæst. 9. cum seqq. tom. 1.* 30

Monitio nova requiritur ubi sequuta sit transactio, licèt nulla post primam monitionem parendi Card. De Luc. *de Judic. disc. 40. n. 97.* 31

Monitio procedit etiam de inferiori ad superiorem, & de pari ad parem. Gloss. 1. *in cap. cum Causa vers. 5. Item qualiter possunt de off. deleg.* Fagnan. *in cap. Qualiter n. 3. de Cler. non resid. lib. 3.* 32

Monitio una sufficit in meris extrajudicialibus; secus in aliis. Fagnan. *in cap. Tua nobis nu. 55. de Testam. lib. 3.* 33

Monitio non requiritur, ut Clericus carens qualitatibus à Concilio Tridentino requisitis fori privilegium amittat. Fagnan. *in cap. Si quis n. 21. de fore compet. lib. 2.* 34

Monitio non requiritur ubi apparet de contumacia manifesta. Text. in *l. Continuus, ff. de verbor. obligatio. & l. Contumacia, ff. de re Judicata.* Fagnan. *in cap. Procurationes n. 36. de Censib. lib. 3.* 35

Monitio in accusatione, & inquisitione non requiritur, etiam si procedatur per inquisitionem ad denunciationem alterius. Fagnan. *in cap. Qualiter il secondo n. 83. de accusat. lib. 5.* 36

Monitio requiritur in Judicio inquisitionis, etiamsi fiat ad denunciationem alterius. Aretin. *in c. Qualiter, & quando n. 39. vers. Et probatur ista conclusio de accusat.* Fagnan. *in cap. Licèt Heli, num. 3. de Simonia lib. 5.* 37

§. MONOPOLIUM. XXXII.

Monopolium quid sit, quàm publicæ utilitati sit perniciosum, quomodo inducatur in Civitatibus, & qua pœna sit puniendum, vide DD. *in l. unic. Cod. de Monop.* Boss. *tit. de union. & collegat.* Menoch. *de arbitr. cas. 369.* Cabal. *resolut. crimin. cas. 215 per tot.* Franc. Marc. *decis. 126. par. 2.* Farinac. *in Fragment. verb. Monopolium*, Addit. ad Sanfelic. *decis. 328.* Rot. *part. 2. divers. decis. 103. nu. 10. &c.* ubi quod statuta, quæ sapiunt, & inducunt Monopolium sunt reprobata, ut dixi *in §. Statutum nu.* Card. Tusch. *litt. M. conclus. 358. per tot.* Michael. Salon. *de justit. & jur. tit. de Monopol. fol. mihi 699. & seqq. & fol. 318. num. 6.* Azor. *Institut. moral. part.* 1

3. *lib.* 8. *cap.* 58. *fol. mihi* 612. *&c.* *& lib.* 10. *cap.* 11. *column. ult. fol.* 822. Par. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. par. lib.* 2. *cap* 41. *per tot. fol. mihi* 120. *&c.* ubi etiam quando, & in quibus rebus, & cum quibus conditionibus, vel causis possit Princeps tuta conscientia, vel non, concedere exercitium monopoli alicui privato, vulgò nuncupatum appaltus, & alia, Dian. *part.* 6. *tractat.* 8. *resolut.* 1. *vers. ad tertium*, Paul. Christin. *decis.* 89. *vol.* 3. *& ad leg. municip. tit.* 2. *artic.* 27. Conciol. *resolut. crimin. verb. Monopolium resolut.* 1. *&* 2. *per tot.* Ant. Pichard. *Pract. Institut part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 86. *fol.* 503. Joseph. del Rosa *consult.* 70. *per tot.* Caspens. *Curs. Theolog. tract.* 19. *disput.* 4. *sect.* 15. *fol.* 281. ubi plura, an & quando monopolia sint licita, vel non, Fagnnd. *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 35. *per tot.* Gibalin. *de univers. negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *art.* 5. *fol.* 153. Em. De Luc. *de Regal. disc.* 117. *nu* 9. *de Servit. disc.* 100. *num.* 13. *de Emption. disc.* 12. *num.* 2. *&* 8. Pignatell. *consult.* 34. *nu.* 28. *&* 53. *tom.* 2. Vide Brunnemann. *in dict. l. unic.*

Quod pœna extraordinaria judicis arbitrio puniantur, qui monopolium ineunt, ut carius vendatur annona, vel quid simile, maximè ad sustentationem vitæ humanæ necessarium, sicut & illi qui annonam mercesve coemptas tantisper supprimunt, donec cariùs illas vendendi occasio se offerat, *l. annonam*, ubi & alii *ff. de extr. crim.* Menoch. *de arbitr. cas.* 384. *per tot.* Salon *dict. tract. fol. mihi* 63. *num.* 7. *fol.* 593. *tit. de Monopol. Camp.* Decian. *tractat. crimin. lib.* 7. *cap.* 21. Cujac. *lib.* 16. *observat. cap.* 23 *& lib.* 8. *cap.* 19. Paul. Christ. *decis. Belgic.* 98. *volum.* 3. Conciol. *resolut. crimin. verb. Monopolium resolut.* 2. ubi quod pœna est exilii, & confiscationis bonorum, & quomodo possint excusari ratione tenuitatis rei, vel auctoritatis publicæ.

Decem, & novem casus, in quibus dicitur monopolium committi, & qua pœna puniatur, refert idem Menoch. *de arbitr. cas.* 569. *per tot.* ubi tamen quod prohibitio monopolii non habet locum in Principe, qui compellit subditos certo pretio emere ab eo frumentum, vinum, oleum, salem, & similia ipsius Principis, licèt non valeat ejus lex, qua monopolia conficiantur, quæ quidem procedunt sine dubio in foro fori, cum Princeps sit solutus legibus, sed quid dicendum in foro conscientiæ, vide in supracitatos Theologos, & alios de hac materia tractantes, quibus adde Jodoch. *pract. crimin. tit. de Monopol.* Decian. *tractat. crimin. lib.* 7. *cap.* 21. *per tot.* Conciol. *verb. Monopolium resolut.* 1. *per tot.* Cavaler. *decis.* 286. *&* 309. *per tot.* ubi qualiter Appaltatores alicujus artis teneantur aliis etiam licentiam exercendi concedere soluta competenti taxa, nec possint eam sine justa causa revocare, ita ut non sufficiat suspicio fraudis, cum ea ea possit agi ad pœnam, & dixi *in Pract. §. Appaltatori n.* 5. *& §. Monopoli per tot.* vide De Luc. *dict. disc.* 12. *de Empt.* Brunnemann. *loc. cit.*

Quod sit monopolium contra justitiam quando mercatores inter se conveniunt, & conspirant, ut nullus eorum vendat, nisi pretio supremo, vel medio, licèt etiam alii probabiliter contrarium doceant, Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *resol.* 24. *in fine*, *& resolut.* 76. ubi si re vera pretium sit justum non erit monopolium illicitum dicto, vel simili modo convenire.

An autem illi, qui non fuerint participes monopolii possint justè suas merces vendere pretio illo rigoroso per monopolium ab aliis inducto, negativam opinionem probabiliorem dicit, & sequitur, licèt etiam affirmativam probabilem afferat Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 24.

Mihi magis placet affirmativa cum Bonacin. *de contract. disput.* 3. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 10. & aliis, quia dicto casu quis vendit eo pretio, quod est commune, etiamsi sit auctum per fraudes aliorum, & pretium commune dicitur justum, ergo hancque partem probabiliorem existimat Fagundez *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 10. ubi alia plura ad rem; & Galat. *de univers. negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *art.* 5. *per tot. fol. mihi* 113. *&c.*

De Monopoliis, an & quando, ac sub quibus conditionibus sint Principibus permissa, vel non, vide multos per me citatos in decisione causæ *Magonæ Ferri Florentiæ num.* 12. *& seqq.* quæ est inter resolutiones novas in fine hujus tomi, & alios per Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Monopolia*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 5. *cod. verb. fol.* 557. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Statut. Engub. lib.* 5. *rubr.* 21. *per tot.* Jul. Capon. *disceptat.* 262. *tom.* 4. *&c.* Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ disput.* 35. *nu.* 4. *& seqq.* ubi quid sit Monopolium, & qualiter ejus auctores teneantur ad restitutionem, & etiam qui non sunt auctores non possint accipere pro mercibus pretium auctum ex conventione aliorum, an liceat monopolium monopolio dissolvere Pignatell. *consult.* 44. *num.* 109. *et* 113. Brunnemann. *ubi supra* Card. De Luc. *in Indic. general.* Spad. *cons.* 9. *n.* 2. *&* 4. *vol.* 1. Galeot. *in resp. fisc.*

Monopolium dicitur, ubi prohibetur negociatio de Jure permissa ad hoc ut unus solus illam exerceat Spad. *cons.* 9. *n.* 2. *vol.* 1. Et solus Princeps supremus hoc potest concedere *ibid. n.* 4. 2

Monopolium fieri dicitur per pactum de non introducendis aliis mercibus præter venditas Card. De Luc. *de Empt. disc.* 12. *in princ.*, ubi hoc declaratur. 3

Monopolium committere dicuntur Artifices, qui inter se conveniunt in taxando pretium rerum Boccac. *de Manut. cap.* 8. *à n.* 183. *& pluribus seqq.*, ubi alia plura de Monopoliis 4

Quod Dardanaria, seu Monopolium sit de jure prohibitum Bovad. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 54. Rovit. *decis.* 17. *n.* 5. De Luc. *de Regal. disc.* 117. *n.* 9. 5

§. MORA, ET MORATORIA. XXXIII.

Mora est magni ponderis in detrimentum creditoris; quando autem dicatur commissa, & incursa, cum sit facti, & non juris, non potest rectè definiri, sed judicis arbitrio relinquitur, & potest duobus modis contingere, ex re scilicet, quando lex sine hominis facto, vel interpretatione aliquem in mora constituit, quo casu tamen adhuc requiritur declaratoria judicis illum esse talem; secundò ex persona, sive per interpellationem judicialem, vel extrajudicialem, etiam unicam; Modos autem 17. quibus ex re, vel ipso jure mora inducitur, & quomodo per interpellationem judicialem, vel extrajudicialem, latè explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 28. *per tot.* ubi etiam adducit multas excusationes, quibus se possit debitor morosus tueri, vide Sperel. *decis.* 130. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 870. *per tot.* ubi quod mora non præsumitur, sed est probanda, & quomodo per interpellationem quis in mora constituatur, Fontanel. *decis.* 90. 91. *&* 92. ubi plura, an & quando mora contrahatur per interpellationem extrajudicialem ad effectum, ut debeantur fructus, & interesse à die dictæ interpellationis, & siente litem contastatam, Hermosill. *ad l. partit. tom. pr. tit. pr. leg.* 8. *gloss.* 4. *fol.* 83. *&c.* 1

Quid sit mora, & quid operetur, Tusch. *litt. M*, *conclus.* 371. *&c.* *& conclus.* 381. *per tot.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 51. *n.* 16. *vol. pr.*

Quod regulariter mora incurratur per interpellationem extrajudicialem, & quando secus, vide Acin. *reg.* 248. *per tot.* Diaz. *reg.* 355. *per tot.* Palm. nap. *decis.* 111. *n.* 17. *tom.* 2.

Qualiter mora incurratur pluribus modis, quibus, & quando secus, latè Tuschus *littera M*, *conclus.* 373. *per tot.*

Quod inducatur mora per interpellationem extrajudicialem in his, quæ debentur jure actionis, non autem in his, quæ debentur officio judicis nobili, benè Sperel. *decis.* 130. *num.* 10. *etc.* Mascard. *dict. conclus.* 1070. *num.* 15.

An autem unica interpellatio extrajudicialis sufficiat ad constituendum debitorem in mora quocumque modo probetur, latè disputat Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæst.* 19. *per tot. fol.* 47. ubi affirmativè concludit quando est facta ipsi debitori præsenti, secus autem si debitori absenti mediante persona servi, vel alterius, per text *in l. mora*, *ff. de usur.* nam tunc debet repeti interpellatio, vide Sperel.

dict.

dict. decis. 130. num. 12. &c.

De mora, ejus commissione, & emendatione, ejusque tota materia plenè Ant. Pichard. in disput. de mora per num. 216. & paginas decem, & octo minutas, habetur in ejus Pract. Iestit. fol. 41. & seqq. Onnat. de contract. tom. 1. tract. 45. disp. 8. sect. 1. & seqq. fol. 257. &c. Donadeus tract. de renunciat. cap. 13. per tot. ad num. 34. ubi etiam an beneficio purgationis moræ possit renunciari.

2 Mora præsupponit negligentiam, & culpam, imò etiam dolum, & ideò statutum non est trahendum, ut moroso, & culposis faveat, cum imò mora sua semper cuilibet sit nociva, cap. mora de reg. jur. in 6. Altograd. cons. 9. num. 83. & 86. lib. pr. Donad. de renunciat. cap. 13. num. pr. & seqq.

Quód noceat tantùm ipsi moroso, & culpabili, non aliis, & quomodo, latè Tuschus, litt. M, conclus. 380. per tot.

Quod mora cum sit quasi delictum non incurratur, nisi mediante interpellatione, & citatione personali, nec sufficiat domi facta, nisi vigore illius citatus postea comparuerit in judicio, cum debeat induci scientia certa cum omnibus qualitatibus in eo, quem quis in mora constituere intendit, Gratian. disceptat. forens. cap. 708. num. 8. &c. cap. 944. num. 36. &c. & num. 46. cap. 946. num. 12. &c. vide in §. Citatio num. 23. Ricc. Collect. 1190. Rot. part. 9. recent. decis. 304. num. 30. ubi sequitur ad effectum, ut debeatur interesse propter moram, & decis. 307. nu. 12. dict. part. 9. Pan. & Crescin. decis. 218. Palm. nep. decis. 134. n. 2. & 3. lib. 2. ubi limitat.

Quod nec etiam incurratur ex protestatione generali, cum verba debeant esse incitatoria ad solvendum, ita ut non sufficiat dicere, se indigere sua pecunia, nisi agatur cum personis, quibus reverentia debeatur, Menoch. de arbitr. cas. 461. per tot. Genu. de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 18. per tot. fol. 45.

Quod per interpellationem non incurratur statim mora, sed debeat tribui aliquod modicum tempus arbitrio judicis, intra quod interpellatus comparere, vel adimplere possit, idem Menoch. de arbitr. cas. 36. per tot. Vide infra in novissim. addit. Crescin.

Quód justa causa excuset à mora, ut quia debitum fuerit ab alio acceptatum, à quo possit præsumi solutum, Rot. part. 9. recent. decis. 201. n. 41. & decis. 304. num. 24.

3 Mora numquam dicitur contracta per debitorem, nisi præcedat liquidatio debiti, Gravet. cons. 89. nu. 5. Magon. decis. Luc. 3. num. 3. ubi num. 14. quod ad evitandam executionem potest debitor quod liquidum est, deponere, & residuum si quid erit facta liquidatione offerre, Rot. part. 2. divers. decis. 324. num. 2. Duran. decis. 346. num. 13. Franch. decis. 23. num. 5. &c. Staiban. de interesse lib. 2. tit. 3. quæst. 1. num. 25. &c. Rot. Flor. lib. mot. 33. fol. 274. sub die 12. Aprilis 1572. Magon. decis. Luc. 21. nu. 33. Altograd. cons. 84. num. 30. &c. lib. 1. qui omnes concludunt, quod mora non incurratur ante liquidationem, nec sine interpellatione hominis, vel diei, latè Tuschus, litt. M, conclus. 376. n. 53. & seqq. Rot. par. 9. recent. decis. 228. nu. 13. & seqq. Bich. decis. 248. num. 20. & seqq. ubi etiam quod sine mora non debeantur fructus, De Luc. de Success. 29. num. 5. Miscell. disc. 5. n. 17. Emeric jun. decis. 775. n. 2. Palm. nep. alleg. 259. n. 13. & 14. vol. 3.

Intellige prædicta de liquidatione facti, non autem juris, cum jus semper sit certum, & quando mora contrahatur etiam ante liquidationem, benè declarat Gerem. Spin. consil. 5. num. 27. & seqq. per tot. & consil. 6. per tot. cum aliis per eum citatis, ubi etiam quando justa, vel injusta causa excuset.

Quod quis non dicatur esse in mora, quando ex justa causa litigat, etiam post lapsum termini, Surd. decis. 179. num. 13. &c. vide in §. Debitor num. Rot. part. 9. recent. decis. 228. num. 15. Sanfelic. decis. 124. num. 5. ubi plura ad excusationem moræ, Palm. nep. decis. 372. à n. pr. tom. 4.

Item non contrahitur mora ab obligato sub conditione si ante eventum conditionis non impler, & quando secus, latè Tuschus litt. M, conclus. 375. per tot. nec in pluribus aliis, casibus, de quibus idem Tuschus loc. cit. conclus. 376. per tot.

Mora ad effectum privationis juris jam quæsiti, non incurritur nisi tribus copulativè concurrentibus, nempè interpellatione, facultate dandi, aut faciendi post interpellationem, vel per dolum, deficiente dicta facultate, & scientia debiti implendi, vel faciendi, Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 235. n. 1. Altograd. consil. 84. num. 17. lib. pr. Sanfelic. decis. 124. nu. 5. &c. vide Altimar. de nullit. rubr. pr. par. 4. quæst. 37. nu. 315. vers. ad constituendum tom. 6. Tap. decis. 41. n. pr. Cyriac. contr. 374. n. 25. Anton. de Donat. libr. pr. praeled. 2. §. pr. n e. 117. 4

Si tamen onus esset adjectum per viam conditionis, vel etiam modi denotantis causam finalem, mora incurritur sine alia interpellatione, ut latè probat idem Altograd. consil. 101. num. 35. & seqq. lib. 2. vide in §. Conditio num. & §. Modus num. & §. Legatum num. 6.

Mora non contrahitur per lapsum diei contra hæredes debitoris, nisi mediante interpellatione, cum succedentes in jus alterius justam causam ignorantiæ habere dicantur, leg. qui in alterius, ff. de reg. jur. Menoch. de arbitr. cas. 110. num. 54. Surd. dec. 240. per tot. quæ est repetita decis. 341. lib. 2. Honded. consil. 38. num. 23. & 26. ubi saltem ex capite ignorantiæ restituuntur in integrum, Trentacinq. var. resolut. volum pr. lib. 3. tit. de salar. resolut. 32. num. 16. Bich. decis. 302. num. 18. 19. & 20. 5

Data tamen certa scientia debiti, vel ubi ageretur de mora jam contracta ab ipso debitore, transiret in hæredes, & contra hæredes absque alia interpellatione, Altograd. cons. 32. num. 10. lib. pr. Ger. Spin. consil. 5. n. 25. et 26. Gamm. decis 110. num. 39. Franch. decis. 16. num. 8. etc. ubi an contracta contra defunctum majorem, transeat contra ejus hæredem majorem, Bich. decis. 303. num. 29. et seqq. ubi quod agatur de mora committenda ex lapsu diei non committitur contra hæredes sine interpellatione, vel saltem restituatur in integrum, ut supra, secus autem si mora fuerit commissa in vita ipsius debitoris, quia tunc continuatur in hæredem etiam ignorantem absque aliqua interpellatione, cum sufficiat mora simul incursa, ut usuræ perpetuò debeantur, per text. in l. cum paterfam. 27. ff. de usur. ubi benè Brunneman.

An autem pendente judicio super petitione hæreditatis possit agi contra debitores hæreditarios, Franch. decis. 596.

Mora non contrahitur quando interpellatio fuit facta pro majori summa, quam verè sit debitum, etiam respectu summæ verè debitæ, per text. ubi Bart. Fulgos. & alii in l. fideicomm. ff. de usur. Anchar. cons. 235. num. 4. Ger. Spin. cons. 69. nu. 15. Gratian. disceptat. forens. cap. 42. num. 42. Rot. part. 13. rec. decis. 357. num. 2. ubi tamen quod secus est si interpellatio fuerit facta relativè ad scripturam debiti, cum tenor scripturæ relatæ, non autem referentis inspici debeat, licèt aliter fore in referente dictum De Luc. de Credit. disc. 115. n. 5. 6

Item non contrahitur, nisi quis sit de suo debito certus, nec quando dubitat, cum quælibet causa excuset à mora, & mora non possit à culpa sejungi, Sperel. decis. 40. num. 61. etc. Rot. part. 13. recent. decis. 357. num. 19. et 20. ubi quod stante difficultate ad cujus statuti normam sit solvandum, non contrahitur mora, & illa cessante fructus non debentur.

Plures casus in quibus mora non potest dici contracta, vide latè per Tusch. littera M, conclus. 376. per tot. Sanfelic. decis. 124. num. 5. etc.

Quæ requirantur, ut debitor possit dici in mora constitutus, ad effectum, ut teneatur ad damna, & interesse, vide Rot. part. 9. recent. decis. 364. nu. 4. et seqq. dixi in §. Damna n. 8. et §. Interesse n. 10. etc. Pen. & Crescin. decis. 26. et decis. 37.

Mora non contrahitur per interpellationem factam minori sine auctoritate judicis super re immobili, vel quæ servando servari potest, Montan. de tut. cap. 33. num. 307. fol. 147.

An incurratur per interpellationem extrajudicialem, maximè cum personis, quibus reverentia debetur, & quid si fuerit facta per tertiam personam sine mandato, pulchrè Magon. dec. Flor. 103. per tot.

Mo-

8 Mora regularis incurritut per lapsum diei conventi, ita ut succedat obligaiio ad interesse quanti plurimi, quando sumus in frumento debito, ut species, & non ut genus, Duran. *dec.* 346. *n.* 1. *&c.* vide in *§. Æstimatio n.* Vide Piron. *de Jurepatr. alleg.* 53. *n.* 15. *& alleg.* 114. *n.* 17. *tom.* 2.

Quod ista mora per lapsum diei magis afficiat, quam hominis interpellatio, & facit succedere obligationem ad interesse quanti plurimi in debitore frumenti, Altograd. *cons.* 45. *nu.* 2. *&c. lib.* 2. ubi quod nec censetur remissa per interpellationem ad implendum, si fiat cum protestatione, nec ejus cessat effectus ex prorogatione, sive novi termini concessione post illam, ac facit debitorem teneri de casu fortuito post moram succedente circa rem debitam, & an, & quando impedimentum excuset, vide in §. *Impedimentum n.* *infra n.* 13.

Quod interpellatio resultans ex lapsu temporis reputetur efficacior ad effectum inducendi moram, quam interpellatio hominis, ac etiam afficiat fidejussorem principaliter, & insolidum obligatum, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 331. *n.* 12. *& seqq. vol.* 2. Bich. *dec.* 303. *n.* 14. *& seqq.*

Quando autem mora censeatur remisse per novam conventionem, sive stipulationem, vel per dissimulationem, sive receptionem partis rei, & alie, Bardellon. *consil.* 160. *lib.* 2. Tusch. *litt. M, conclus.* 378. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 341. *n.* 6. ubi quod ex receptione pecuniarum absque protestatione, mora quæcumque licèt incursa, censetur remissa.

Quod mora censeatur remissa ex acquiescentia partis, ac ex receptione pretii, imò etiam ex sola interpellatione, & petitione, Ludovis. *dec.* 148. ubi etiam quod sine mora non debetur interesse, nisi fuerit ab initio conventum.

9 Mora non incurritur per lapsum diei ad solvendum præstituti, nisi creditor, vel alius cum legitimo mandato accedat ad domum debitoris cum sacco paratus ad recipiendum, Soccin. jun. *consil.* 136. *lib.* 2. nec quando non fuit designatus certus locus, ubi solutio fieri deberet, quæ tamen non procedunt, quando debitor, & creditor sunt ejusdem fori, & domicilii, & ibidem est facienda solutio, quia tunc debitor tenetur interpellare creditorem ad recipiendum, Roland. *cons.* 87. *n.* 15. *lib.* 1. Ursil. ad Afflict. *dec.* 316. cum aliis per Duran. *dec.* 346. *num.* 10. *& seqq.* vide *in §. Solutio n.* 27. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 471. *n.* 20. *&c.* ubi quod si creditor non tenetur ire cum sacco paratus ad locum destinatum, quando scit debitorem non habere facultatem solvendi, vel habere difficultatem præstandi. Vide Rocc. Episc. *cap.* 73. *n.* 38. *& a n.* 43. *lib.* 1.

Quod mora non incurratur per debitorem, ubi creditor non se contulit ad locum destinatum tempore convento, & alia ampliat vè, Bardellon. *cons.* 160. *n.* 11. *&c. lib.* 2. Rot. *part.* 5. *rec. dec.* 219. *n.* 7. *&c. & part.* 9. *dec.* 173. *n.* 16. *&c.* ubi limitat nisi debitor deberet ex pacto interpellare creditorem, quia si non interpellavit, non potest ex hoc capite à mora excusari. Hering. *de fidejussor. cap.* 23. *à n.* 52. Vide Episc. Rocc. loc. *supra cit.*

Quod nec etiam incurratur, ubi non adest legitima persona, cui possit solvi, ita ut non sit necessaria aliqua protestatio, oblatio, vel dispositio ad se liberandum ab usuris, quæ nondum currere inceperint, Altograd. *consil.* 81. *num.* 24. *lib.* 1. vide Franch. *dec.* 627. *per tot.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 471. *n.* 12. *& seqq. & par.* 13. *dec.* 341. *nu.* 5. ubi quod mora non incurritur quoties creditor de tempore solutionis peragendæ in destinato loco non constitit, vel procuratorum ibidem non elegit.

Nec etiam incurritur mora, ubi quis cogi non potest ad solvendum, ut quia poterat compensationem opponere, quia nemo est cogendus solvere, & solutum invicem repetere, *l. quod te, ff. si cert. pet. l.* 2. *&* 3. *ff. de compens.* Vide Bersan. *de Compens. cap.* 1. *quæst.* 20. *num.* 12. *& cap.* 2. *quæst.* 16. *nu.* 2. *&* 22.

Item nec quando competit alia exceptio, ob quam non potest exigi pecunia, Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1387. *n.* 32. Menoch. *de arbitr. cas.* 220. *nu.* 48. Honded. *cons.* 38. *n.* 14. *volum.* 2. ubi in terminis compensationis, Gratian. *discept. for. cap.* 42. *n.* 25. *&c.* Vide Bersan. *de Compens. cap.* 1. *quæst.* 6. *n.* 19. *& cap.* 2. *quæst.* 16. *n.* 22.

Mora irregularis contrahitur absque interpella- 10
tione, ut debeatur interesse dotis viro, eo ipso quod incepit sustinere onera matrimonii, prout etiam inducitur mora regularis ad eumdem effectum per lapsum diei solutionis præfixæ, Altograd. *cons.* 42. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 1. vide in *§. Interesse num.* Palm. *nep. alleg.* 69. *num.* 8. *tom.* 1. Vide De Luc. *de Dot. disc.* 190. *n.* 3.

Item contrahitur favore minoris, ut ei debeatur interesse, juxta *l. in minorum, C. in quibus caus. in integr. restit. non est necess. & de illius intellectu,* vide Franch. *dec.* 16. & dixi *in §. Interesse num.* 21. Vide Add. ad De Franc. *loc. cit.* De Luc. *de Usur. disc.* 29. *n.* 3. *disc.* 30. *n.* 6. *disc.* 31. *n.* 4.

Quomodo contrahatur mora favore minoris, quia minor ætas habet vim interpellationis, dummodò tamen alia necessariè concurrant, nempè quod creditum sit liquidum, aliàs secus, Surd. *dec.* 179. *n.* 24. *& seqq.* vide in §. *Minor n.*

Quod mora contrahatur sine interpellatione stante juramento, & obligatione Camerali, ac favore piæ causæ, dotis, minorum, & alimentorum, Gratian. *discept. for. cap.* 579. *nu.* 9. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 220. *n.* 17. *&c.* Specul. *dec.* 130. *per tot.*

Mora irregularis non sufficit, ut debeatur pœna 11
conventionalis, vel legalis, sed debet esse incursa per interpellationem, Gratian. *disceptat. for. c.* 241. *n.* 43. *&c.* ubi plura de effectu moræ, ut debitor teneatur ad usuras, & interesse, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 201. *n.* 26. *& seqq. per tot.* ubi ad effectum, ut debeatur legatum nomine pœnæ relictum, non contrahitur nisi mediante interpellatione, *vide in §. Legatum n.* 6.

Quod in contractibus ultrò citròque obligatoriis incurratur mora statim, atque altera pars adimplevit, saltem ut debeatur interesse, quidquid secus sit de pœna, Speiel. *dec.* 107. *nu.* 15. *&c. & dec.* 130. *num.* 4.

Mora unius compensatur cum mora alterius, ac 12
una extinguit alteram si sit æqualis, & circa idem, imò in pari mora melior est conditio rei conventi, cùm non adimplens ex parte sua, non faciat alium morosum, Sperel. *dec.* 49. *num.* 33. *&c.* Afflict. *dec.* 150. *n.* 24. *&* 26. Cephal. *cons.* 407. *n.* 12. *lib.* 3. ubi quod morosus non potest alium in mora constituere, cùm frustrà petat, qui quod debet non impendit, Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tractat.* 3. *disput.* 8. *sect.* 2. *per tot. fol.* 263. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 27. *n.* 18.

Quod mora ultimæ attendatur, & noceat, Tusch. *litt. M, conclus.* 372. & benè exemplificando declarat Onnat. *loc. cit.*

Imò prima mora est attendenda in contractibus ex pluribus per Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 471. *n.* 23.

Mora debitoris non ei nocet, ut teneatur de inte- 13
ritu rei per eum restituendæ, quando eodem modo fuisset peritura penes creditorem, ut dixi in §. *Casus num.* *& §. Debitor n.* *supra n.* 8.

Nec quando habuit justam causam litigandi, etiam si esset depositarius, Gratian. *discept. for. cap.* 42. *n.* 24. Steiban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 15. *q.* 1. *nu.* 8. *&* 9. Sperel. *dec.* 40. *n.* 33. *& seqq. & n.* 62. *&c.* ubi plura ad excusandam moram.

Aliàs autem semper mora nocet ad transferendum omne periculum in morosum debitorem, licèt nullum commodum consequatur, & sic morosus sustinet periculum, & non percipit commodum, ut benè explicat, & probat Petr. de Onnat. *de contract. tom.* 1. *tractat.* 3. *disput.* 8. *sect.* 5. *per tot. fol. mihi* 275. vide in *§. Periculum.*

Mora debitoris non nocet fidejussori, ut possit 14
conveniri non tantùm pro sorte, sed etiam pro pœna, & interesse ex illa resultante, nisi fidejusserit in omnem casum, Pract. Papp. *de pluribus reis deb. gloss. solutionem*, vide Maur. *de fidejuss. par.* 2. *sect.* 9. *cap.* 1. ubi etiam quid è contra, an mora fidejussoris noceat principali, an possit purgari, & infra

quan-

quantum tempus, Bich. *dec.* 303. *num.* 18. *& seqq.* ubi quòd licèt mora debitoris principalis non noceat fidejussori, tamen benè nocet, & ut ipse fidejussor teneatur ad damna, & interesse, quando in omnem casum, & tamquam principalis, principaliter, & in solidum intercessit, Rot. *in Noviss. par.* 1. *dec.* 195. *n.* 2. Adde Hering. *de fidejuss. cap.* 14. *à n.* 124.

15 Mora potest purgari incontinenti, & celeri satisfactione; intra autem quantum tempus dicatur ista celeris satisfactio remittitur arbitrio judicis juxta facti, & personarum qualitatem, sicuti post relatas sex opiniones, per Text. & Gloss. *in cap. potuit de locat.* concludit Menoch. *de arbitr. cas.* 7. *per tot.* Sperel. *dec.* 73. *n.* 3. *&c.* Vivi. *comm. opin.* 522. Bardellon. *cons.* 151. *n.* 10. *n.* 25. *lib.* 2. & dixi *in meis resol. cap* 65. *& per tot.* Rot. *part.* 21. *recent. in Append. dec.* 361. *n.* 70. *& seqq. per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 55. *n.* 55. *& seqq.*

Qualiter possit re integra purgari, etiam in criminalibus, maximè in delictis in omittendo commissis, cùm ante processum, & sententiam non sit jus quæsitum fisco, nisi pęna sit ipso jure imposita, quo casu etiam est necessaria declaratoria facti, super quo jus disponit, nisi sit dictum sine aliqua declaratione fienda, Magon. *dec. Flor.* 88. *n.* 15. *&c.*

Quod mora possit purgari etiam in judicialibus, si jus partis non sit factum deterius, & re integra, idest ante latam sententiam, licèt præcesserit judicis comminatio, maximè in præparatoriis habitis pro confessis, Scapuc. de Salvian. *lib.* 1. *q.* 27. Michalor. *de poss. cap.* 46. Magon. *dec. Luc.* 15. *num.* 34. *ubi Addit.*

An, & quando mora possit purgari, vel non est materia brocardica, de qua plenè Tusch. *litt. M, conclus.* 377. 378. *&* 379. *per tot.* Ricc. *Collect.* 145. 2127. 2416. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 558. Fontanel. *dec.* 406. *&* 407. *per tot.* Portogal. *de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. *§.* 1. *nu.* 103. *& seqq. fol.* 31. latè Rot. Lucen. in Lucana incursæ caducitatis 13. Februarii 1686. coram Bernardino Augustino impressa per Jacob. Balduc. *in Observat. ad Ranon. dec.* 35. *per tot.* ubi ponit regulam, ut de æquitate canonica possit mora purgari ubicumque jus alterius non est factum deterius, quam sex modis limitat, adde Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 124. Cabal. *cons. decis.* 134. *lib.* 1. Pacion. *de locat. cap.* 55. *n.* 48. *& seqq. per tot.* ubi plura quando possit mora purgari, vel non, & latiùs Anton. Pichard. *in ejus disput. de mora post Pract. Institut. fol. mihi* 142. *& seqq.* Onnat. *de contract. tom.* 1. *tractat.* 3. *disput.* 8. *sect.* 1. *& seqq. fol.* 163. *&c.* Costa *de re integra distin.* 103. *per tot.* Cyriac. *contr.* 206. Pacion. *de Locat. cap.* 55. *a n.* 48. Rocc. Episc. *cap.* 62. *a n.* 12.

16 Mora potest purgari ab emphyteuta etiam post declaratam caducitatem à domino, & qualiter istud procedat, vide Gratian. *discept. for. cap.* 378. *n.* 11. *&c. cap.* 515. *per tot.* ubi facit in contrarium, vide Magon. *dec. Flor.* 61. *per tot. dec.* 145. *n.* 19. *& dec. Luc.* 35. *per tot.* Dec. *consil.* 160. *n.* 6. plenè Gratian. *dec.* 49. *nu.* 1. *& seqq.* ubi refert contrarias opiniones, latè Sperel. *dec.* 71. *per tot.* ubi probat moram incipere tantùm à die declarationis factæ à domino, & non anteà, ac ideò posse purgari post declaratam caducitatem, non obstante juramento, cum clausula *ipso jure*, cùm omnia intelligantur domino volente, & declarante, dummodo purgetur celeri satisfactione arbitrio judicis, attenta æquitate canonica, quidquid secus esset de rigore juris civilis, ut ibi per eum, ubi etiam an sit necessaria citatio partis in declaranda caducitate, adde Merlin. *dec.* 648. *per tot.* Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 371. *in Append. num.* 70. *& seqq.* ubi etiam quod dicitur purgata mora, licèt non fuerit solutus canon totius temporis, quia sufficit quod debitum pro integro triennio non remaneat, Cabal. *cons.* 77. *lib.* 1. *& cons.* 134. *d. lib.* 1. & potest semper purgari ante acceptatam caducitatem à domino, quando pena est imposita à jure, & non ab homine, ac etiam post declarationem domini, si fiat celeri satisfactione arbitrio judicis, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 375. *n.* 14. Pacion. *de locat. cap.* 55. *n.* 48. *& seqq. per tot.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.* 18. *ex n.* 412. *tom.* 4. Staiban. *resol.* 78. *n.* 23. De Luc. *de Emphyt. disc.* 46. *n.* 10. *disc.* 41. *num.* 9. Hodiern. ad Surd. *dec.* 19. *n.* 8. *&* 9. Rodoer. *cons.* 16.

Mora non videtur posse purgari quando obligatio fuit jurata, ad tradita per Everard. *loc. à vi juram. n.* 42. Altimar. *loc. cit. n.* 421. 17

Sed quod imò de jure canonico, etiam stante juramento, si abest dolus possit purgari, Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 277. *n.* 5. Sperel. *dec.* 71. *nu.* 15. *& seqq.* Pacion. *de locat. cap.* 55. *n.* 52. *&c.*

Purgatur de æquitate canonica non obstante juramento, quando fit celeri satisfactione, & quando jus partis non est factum deterius, Felic. *de societ. cap.* 29. *n.* 42. *&c.* Gratian. *discept. forens. c.* 378. *n.* 22. *&c. cap.* 515. *n.* 26. *&c.* ubi quando non possit purgari, Altograd. *cons.* 84. *n.* 70. *&c. lib.* 1. ubi ampliat etiamsi jam fuisset oppositum de non implemento, Rot. in Romana fidejussionis de præsentando 16. Martii 1618. coram Decano penes Scanarol. *de visit. carcer. in Append. dec.* 22. *n.* 4. *&c.* ubi ampliat etiam in Terris Imperii, ac ubi esset servandum jus civile ex dispositione statuti, quia stante juramento, etiam ubi jus civile viget, servandum est jus canonicum, etiam per judices laicos, intelligendo quando jus partis non est factum deterius, & vide Sperel. *decis.* 130. *per tot. infra n.* 19. Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 165. *n.* 30. *& seqq.* ubi quod de æquitate canonica potest quandocumque purgari, si jus alterius non sit factum deterius, imò etiamsi pars sit in damno, quando morosus paratus est illud reficere, & alia, Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 550. *sub n.* 10. Bich. *dec.* 485. *n.* 30. *&c.* ubi quod potest purgari etiam si jus actoris factum sit deterius, si morosus offerat damnum, vide Altimar. *loc. cit.* Plura Emerix jun. *dec.* 923. 749. 1140. 1266. 427. 700.

Quòd possit purgari quando adest aliqua præsumptio pro eo, qui purgare intendit, Menoch. *lib pr. quæst.* 34. *n.* 4. *&* 5

Mora potest purgari non obstante obligatione Camerali continente renunciationem omni legum auxilio, & favori, Gratian. *discept. for. cap.* 915. *num.* 23. Rot. in dict. Romana fidejussionis de præsentando 16. Martii 1618. coram Decano *ut.* Beltram. ad Ludovis. *dec.* 559. *sub n.* 10. Pacion. *de locat.* 6. 55. *n.* 52. *&c.* 18

Quod imò stante clausula renunciationis omni legum auxilio, & favori censeatur renunciatum purgationi moræ incursæ ob non solutionem canonis, probat Barbos. *de claus. claus.* 133. *n.* 6. ubi reprobat Afflict. *dec.* 174. *n.* 4. & Tusch. *tom.* 3. *concl.* 193. *n.* 33. contrarium tenentes.

Quod stante pacto, ut mora non possit purgari, reddatur impurgabilis, etiam de æquitate canonica, Sperel. *dec.* 130. *n.* 49. Marin. *lib. pr. cap.* 271. Altimar. *loc. cit. a n.* 414.

Mora non purgatur, etiam de jure canonico, si jus actoris factum sit deterius, vel si interpellatio fuit geminata, vel si simus in loco ubi servatur jus civile, Gratian. *discept. forens. cap.* 708. *n.* 18. *&c. cap.* 915. *n.* 9. *supra n.* 17. Rocc. *resp.* 93. *num. pr. lib. pr.* Altimar. *supra n.* 419. 19

Quod mora geminata non purgetur, quamvis aliàs esset purgabilis, Barbos. *de Axiomat. jur. Axiomat.* 105. *n.* 10. Gratian. *discept. for. cap.* 915. *nu.* 5. *&c.* ubi quod nec potest purgari, quando purgationi fuit in specie renunciatum, vel sumus in loco ubi servetur jus civile, nisi consisteret tantùm in omittendo, quia tunc etiam de jure civili posset purgari, & quando ageretur de pena conventionali, quæ non exigitur, nisi quatenus interesse concurrat, vide Sperel. *dec.* 71. *per tot.* Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 559. *sub. n.* 10. Pacion. *de locat. cap.* 55. *nu.* 74. *& seqq.* ubi quod admittitur dicta purgatio, si illam petens valit damnum totaliter reficere, Fulgin. *de Emphyt. tit. de solut. canon. qu.* 6. Vide Altimar. *ubi supra num.* 420.

Mora non potest purgari, etiam de æquitate canonica, stante pacto resolutivo, & ideò elapso tempore constituto ad redimendum, non est ampliùs locus redemptioni, Gratian. *discept. for. cap.* 786. *num.* 39. *&c.* idem Gratian. *decis.* 49. *num.* 11. Beltramin. 20

ad

ad Ludovis. *dec.* 559. *per tot.* Sperel. *dec.* 530. *n.* 45. *&c.* Altograd. *cons.* 24. *n.* 69. *lib. pr.* ubi loquitur in emphyteuta, & vult non posse purgare moram, etiam de æquitate canonica, stante pacto resolutivo, vide in *§. Venditio n.* Afflict. *dec.* 574. *num.* 3. Rota *part.* 9. *rec. dec.* 519. *n.* 21. *&c.* ubi tamen stante justo impedimento paupertatis, vel carcerationis tempore solutionis concludit moram non fuisse incursam. Fulgin. *d. quæst.* 6. *à n.* 22. Rocc. *resp. legal.* 93. *n.* 15. *tom.* 2. De Luc. *de Emphyt. disc.* 46. *n.* 15. *disc.* 79. *disc.* 26. *n.* 9. *disc.* 30. *n.* 55. *disc.* 40. *n.* 9. Altimar. *supra n.* 414. Emerix jun. *decis.* 700. *num.* 8.

Quod stante pacto resolutivo non habeat locum purgatio moræ, nec restitutio in integrum, Rota *part.* 12. *rec. dec.* 182. *n.* 35. *& dec.* 252. *num.* 6. *& seqq.* Urceol. *tract. de transact. qu.* 88. *nu.* 30. *&c. & qu.* 99. *n.* 12. Cabal. *cons. dec.* 134. *nu.* 3. *& seqq. lib.* 1. Pacion. *de locat. cap.* 55. *nu.* 49. *& seqq.* ubi refert etiam contrarium tenentes, Rot. *part* 18. *rec. dec.* 43. ubi plura ad exclusionem purgationis moræ stante pacto resolutivo in contractibus. Rocc. *Resp. legal.* 93. *n.* 18. *tom.* 2.

21 Mora non purgatur in dispositione hominis habentis facultatem apponendi conditiones rei suæ benè visas, cùm tunc dicatur pars contractus, quidquid aliàs in pœna legali purgetur; sicut etiam secundum veriorem opinionem purgatur etiam in conventionali quando jus partis non est factum deterius, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 915. *nu. pr. &c. cap.* 515. *n.* 24. *&* 26. Sperel. *dec.* 130. *n.* 43. ubi quod in conventionali non purgatur.

Quod in contractibus non possit mora purgari, intellige duobus concurrentibus, nempe certa die, & pœna, vel resolutione contractus, ut bene pro purgatione moræ probat Rot. in dict. Romana fidejussionis de præsentando 16. Martii 1618. coram Decano apud Scanarol. *de visitat. Carcer. in App ad. decis.* 22. *numer.* 7. *&c.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 435. *per tot.* ubi pro non purgatione moræ quando est apposita dies, & pœna, vel post certam diem est adjecta resolutio pacti, vel contractus.

22 Mora non potest purgari stante clausula, *non aliter, nec alio modo*, ut dixi *in §. Clausula num.* Altograd. *cons.* 24. *num.* 69. *lib. pr.* ubi de similibus clausulis resolutivis impedientibus moræ purgationem, etiam de jure canonico.

23 Mora numquam potest purgari, quando agitur de lucro captando, nec tunc ad eam inducendam requiritur aliqua interpellatio, cùm semper officiat implementum non esse factum tempore convento, Jas. *in leg. si insulam n.* 39. *ff. de verb. obligat.* cum aliis per Gratian. *disceptat. forens. cap.* 625. *num.* 15. *&c.* Rocc. *dict. resp.* 93. *n.* 3. Altimar. *loc. cit. sub n.* 421. Emerix jun. *decis.* 700. *n.* 8.

Quod mora non possit purgari ad acquirendam actionem in favorem actoris, Seraph. *decis.* 1136. *n.* 3. *infra num.* 26. Vide Emerix jun. *decis.* 700. *n.* 8.

24 Mora non potest purgari post executionem factam, & consumatam per translationem dominii ipso jure, vel hominis facto per traditionem, sed benè post subhastationem ante deliberationem, & quando secus, Gratian. *discept. forens. cap.* 708. *n.* 44. *&c. cap.* 915. *num.* 20. *&c. cap.* 921. *num.* 23. *&c.* Rot. in d. Romana fidejussionis de præsentando *num.* 12. *&c.* Montan. *de tutel. cap.* 18. *num.* 21. *&* 22. *fol.* 60. ubi quod non purgatur, quando executio fuit jam facta à lege, ut si mater, vel alii ad successionem pupilli aspirantes non petierint infra annum illi tutorem dari, de quo dixi *in §. Mater num.* Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 559. *num.* 10. *vers. limitatur secundo*, ubi generaliter, quod mora non potest purgari, quando res non est ampliùs integra, sed executio jam est facta à jure, vel ab homine, Pacion. *de locat. cap.* 55. *num.* 61. *& seqq.* ubi quod, ut possit mora purgari, & dicatur celeris satisfactio, debet solutio offerri re integra, & plura quando res dicatur integra, vel non, & per quot actus desinat esse integra, Costa *tractat. de re integra distinct.* 101.

25 Mora non purgatur adversus terminum legalem, vel statutarium, nec post monitionem, sive interpellationem, nec ubi pœna est ipso jure imposita, nec ubi est alteri applicata, vel resolvitur contractus propter inobservantiam, nec de jure civili ubi agitur de re profana in terris Imperii inter laicos, & in omnem casum opus esse celeri satisfactione, quæ dicitur celeris satisfactio, & alia plura, Bardellon. *cons.* 151. *n.* 53. *& seqq. ad* 30. *lib.* 2. Tusch. *littera M. conclus.* 379. *per tot.*

Sed multa in contrarium vide per Sperel. *decis.* 71. *per tot. supra nu.* 17.

Mora purgari non potest in conditionibus non adimpletis, nam eo ipso quod mora fuit commissa, dicitur non impleta conditio, & non est locus purgationi, an autem sit saltem locus restitutioni in integrum, Ger. Spin. *consil.* 61. *num.* 49. *et seqq.* vide *in §. Conditio num.* Beltram. ad Ludovis. *decis.* 559. *in fine*, ubi etiam quod non purgatur quando est commissa in faciendo, nec ad effectum acquirendi novam actionem, sed tantum ad effectum evitandi pœnam, & caducitatem, nec stante pacto resolutivo contractus in casu non implementi, si pars uti velit dicto, nec ubi res non est amplius integra, sed jam executio facta à jure, vel ab homine, nec ubi jus alterius est factum deterius, vel alter damnum passus est, nisi volens moram purgare sit etiam paratus interesse, & damnum resarcire, adde Urceol *tract. de transact. quæst.* 48. *num.* 12. *et seqq.* ubi quòd in ultimis voluntatibus mora est impurgabilis, etiam de jure canonico post jus alteri quæsitum, & acceptatum; ut ibidem benè declarat. Altimar. *loc. cit. sub num.* 421. Emerix jun. *decis.* 700. *n.* 8. 26

Mora præcedens censetur remissa ob prorogationem dilationis ad solvendum, sicut etiam per novam conventionem, Ruin. *cons.* 155. *nu.* 5. *et seqq. lib.* 5. cum aliis per Honded. *cons.* 4. *num.* 66. *et* 68. *lib.* 2. 27

Pari modo censetur remissa *ex* acquiescentia alterius partis, cui erat implendum, Ludovis. *dec.* 148. *num. pr.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 301. *num* 53. *et seqq.* ubi plura ad rem, quando per solam petitionem, vel interpellationem censeatur remissa mora, pœna, vel caducitas, jam incursa, Honded. *cons.* 34. *num.* 84. *lib.* 2. Ludovis. *dict. decis.* 148. *num.* 3. Quando censeatur remissa Antonell. *de Temp. legal. lib.* 4. *cap.* 15. Palm. nep. *decis.* 111. *n.* 15. *tom.* 2.

Mora quibus modis incurratur, quando possit purgari, vel non, an, & quomodo possit beneficio purgationis moræ renunciari, plenè Donadeus *tractat. de renunciat. cap.* 13. *per tot.* ubi post plura de hac materia juxta prædicta, concludit beneficium purgationis moræ miserationis causa esse inductum, ac ideò non venire, nec intelligi renunciatum sub clausula renunciationum, ut renuncianti præjudicet, & stante expressa renunciatione non esse renunciantem amplius ad purgandam moram admittendum, vide in §. *Renunciatio num.* 5. 28

De mora, ejus incursu, præjudicio, purgatione, & hujusmodi Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. 2. *et* 3. *sect.* 2. *verb. Mora*, Castejon. *Alphabeth. jurid. verb. Mora*, & Com August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb fol.* 259. *etc.* Card. De Luc. in *Indic. verb. Mora* Mantiss. ad ornatum ejusdem De Luc. Rocc. Episc. Castald. Altim. Emerix Mans. Palm. & alii moderni. 29

Mora debitoris efficit, ut Creditor habeat electionem petendi rem, vel illius æstimationem Emerix jun. *decis.* 54. *sub n.* 2. *& decis.* 209. *sub n.* 1. Amplia non solum illius rei, quæ extat sed etiam ejus, quæ penes debitorem extitisse, & mutata, vel subtracta probabitur *dict. decis.* 109. *n.* 5. 30

Mora excluditur in eo, qui retinet rem authore Prætore Emerix jun. *decis.* 18 *n.* 3. Excluditur ex pendentia alicujus tractatus Idem *decis.* 775. *n.* 6. Non incurritur *ex* non adimplemento, quod provenit ex facto Creditoris *dict. decis.* 775. *n.* 7. Nec incurritur per mulierem, cujus bona administrantur per Virum Idem *decis.* 923. *n.* 3. *&* 4. 31

Mora incurritur ab eo qui retinet rem, quam non potest Emerix jun. *decis.* 54. *n.* 3. 32

Mora debet nocere cuique moroso, non prodesse Emerix jun. *decis.* 154. *n.* 5. *& decis.* 356. *n.* 7. 33

Mora

34 Mora remiſſa non dicitur , ubi adhuc non eſt incurſa Emerix jun. *deciſ.* 700. *n.* 2.

35 Mora vera , & regularis , quæ ſapiant delictum requiritur , ubi agatur de privatione Juriſdictionis Card. De Luc. *de Dot. diſc.* 190. *n.* 6.

36 Juſtè impeditus non poteſt dici in mora conſtitutus Card. De Luc. *de Emphit. diſc.* 15. *n.* 4. *& ſeq.* Secus ubi impedimentum eſſet injuſtum Card. De Luc. *ibid. num.* 5. *& ſeqq.*

37 In alternativis ad electionem creditoris non facta electione debitor non poteſt dici in mora Alex. *conſ.* 45. *n.* 4. *lib.* 5. Rot. *dec.* 577. *n. pr. part.* 2. *rec.* Card. De Luc. *de Uſur. diſc.* 19. *n.* 2.

38 Per Moram amittitur facultas ſolvendi alternativè pecuniam , vel bona Card. De Luc. *de Dot. diſc.* 190. *n.* 2. *& ſeq.* ubi declaratur *de Donat. diſc.* 4. *n.* 8.

39 In debitis collatis in diem incertum quando contrahatur Mora Card. De Luc. *de Dot. diſc.* 199. *nu.* 6. Et quid in debito dotis reſtituendæ *ibid. n.* 7.

40 Beneplacitum Creditoris in quo ſolutio collata eſt , an tollat , vel impediat moram debitoris Card. De Luc. *de Dot. diſc.* 261. *n.* 16. *verſ. Clarius autem.*

41 Mora non eſt neceſſaria in cambiis Rot. *dec.* 198. *n.* 15. *part.* 11 *rec.* Card. De Luc. *de Cred. diſc.* 143. *num.* 9.

42 Mora tollit debitori beneficium localitatis Card. De Luc. *de Cred. diſc.* 92. *nu.* 17. *diſc.* 125. *nu.* 4. *de Succeſſ. diſc.* 19. *n.* 14.

43 Purgatio moræ quando admittatur adverſus privationem legati , ſeu hæreditatis Card. De Luc. *de Legat. diſc.* 57. *n.* 4.

44 Mora remiſſa cenſetur per eum , qui volens impedire non impedit adimplementum Card. De Luc. *de Succeſſ. diſc.* 29. *ſub n.* 12.

45 Judæus non admittitur ad moram purgandam Card. De Luc. *de Succeſſ. diſc.* 29. *n.* 10.

46 Mora occaſionalis non inducit qualitatem domicillarem Card De Luc. *de Renunc. diſc.* 18. *n.* 7.

47 Mora purgari poteſt ad impediendum regreſſum Card. De Luc. *de Penſ diſc.* 13. *n.* 11. Etiam re non integra , & poſtquam reſignans ſuper regreſſu ſententiam obtinuerit Card. De Luc. *ibid.*

48 Mora purgari non poteſt per Creditores fratris , qui ſorores non dotavit Card. De Luc. *de Succeſſ. diſc.* 21. *n* 5 *& ſeq.* , ubi declaratur.

Pro maſculatione ſororis an requiratur Mora Mart. *de Succeſſ. part. pr quæſt.* 13. *art.* 6. *n.* 30. *cum ſeq.* Card. De Luc. *de Succeſſ diſc.* 2. *n.* 4. *et* 9. *et* 13. *et diſc.* 21. *n.* 3.

49 Mora purgari poteſt à Matre , quæ neglexit petere tutorem pro filio Spad *conſ.* 305. *n.* 8. *cum ſeq. lib.* 3. Gratian. *diſcep.* 668. *num.* 7. Card. De Luc. *de Succeſſ. diſc.* 29. *n.* 4. *&* 9. *& ſeq.*

50 Fidejuſſor de repreſentando inter certum tempus , vel de ſolvendo , quando admittatur ad moræ purgationem Card. De Luc. *de Cred. diſc.* 93. *n.* 14.

51 Mora Capituli In eligando purgari non poteſt Suarez *tom.* 5. *de Cenſur. diſp.* 28. *ſect.* 3. *n.* 3. Pellegrin. *in prax. Vic. part. pr. ſect.* 4. *ſubſect. pr. num.* 29. *pag.* 38.

52 Mora modici temporis non eſt conſideranda Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 9. *nu.* 100. Palm. nep. *deciſ.* 133. *n.* 39. *tom.* 2. *& deciſ.* 181. *n.* 100. *eodem tom.* 2.

53 Mora , venditoria , fidejuſſoria , & principalis , quomodo conſideretur Rub. *de Confuſ. Jur. cap.* 18. *à n.* 113. 128. *& ſeqq. et cap.* 29. *à n* 49.

54 Mora produci nequit eodem tempore , quo naſcitur obligatio Gratian. *diſcept. for. cap.* 307. *n.* 35. Rub. *de Confuſ. Jur. d. cap.* 18. *n.* 163. Palm. nep. *alleg.* 238. *n.* 10. *tom.* 3.

55 Emphyteuta tenetur reſtituere omnes fructus quos percepit ab ea die , qua Dominus rem Emphyteuticam accepit quia purgatio moræ operatur ex nunc ; & non ex tunc Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 28. *lib.* 4. *n.* 29. 22. 23. *& dec.* 31. *n.* 7. *vol. pr.*

Intellige concluſionem , quoties effectum habet caducitas & devolutio , ſecus ſi emphyteuta admittatur ad purgationem Moræ , quia hoc caſu non tenetur fructus reſtituere attenta bona fide , quæ oritur ex ſpe obtinendi Moræ purgationem Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 28. *lib.* 4. *n.* 21. *et num.* 22. , *et dec.* 29. *num.* 2. *et dec.* 31. *n.* 2. *et n.* 8. *cum ſeq. lib. eod. vol. pr.*

Et procedit etiam ſi Dominus poſſeſſionem Inſtrumentalem apprehenderit de mandato Judicis Poſth. *de manut. obſer.* 21. *nu.* 55. *& ſeqq. & obſerv.* 71. *n.* 18. *verſ. & etiam fortius* Rot. *dec.* 334. *num.* 2. *part.* 2. *rec.* Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 29. *nu.* 2. *lib.* 4. *vol.* 1.

Maxime ſi ex poſt permiſerit , quòd emphyteuta corporaliter poſſideret Hodiero. ad Surd. *dec.* 19. *nu.* 7. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 31. *n.* 5. *lib.* 4. *vol. pr.*

Quod purgatio moræ operetur ex tunc , & non ex nunc Mantiſſ. ad DeLuc. *dec.* 29. *n.* 7. *lib.* 4. *vol. pr.*

56 Damnum quod ex purgatione Moræ ſenſit Dominus in reſtitutione fructuum perceptorum , non eſt attendendum Riminald. Jun. *conſ.* 643. *nu.* 11. *& ſeqq.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 55. *num.* 11. *& ſeqq.* Mantiſſ. ad DeLuc. *dec.* 30. *lib.* 4. *nu.* 18. *vol. pr.*

Purgatione Moræ admiſſa emphyteuta quas expenſas refundere teneatur Domino directo . Emerix Jun. *dec.* 1140. *n.* 22. *& ſeq. et dec.* 1235. *n. pr. et ſeq. & dec.* 1298. *n. pr.*

57 Licèt purgatio moræ expoſcat celerem canonum ſatisfactionem , ita ut non concedatur , quando emphyteuta diù petere eam diſtulit , tamen id non procedit , quando ipſe eſt inops Mantiſſ. ad De Luc. *d. dec.* 30. *lib.* 4. *n.* 19. *& ſeqq. d. vol. pr.*

58 Moræ purgatio non provenit à mera gratia , ſed ab æquitativa juris diſpoſitione . Rimin. Jun. *conſ.* 285. *n.* 23. *& ſeq.* Mantiſſ. ad De Luc. *dict. dec.* 31. *num.* 19.

59 In Mora an conſtituatur debitor per interpellationem , quando creditor plus debito petiit : & quid ſi duo ſint ſeparata credita , & exceſſus conſiſtat in uno tantum , Manſ. *conſult.* 58. *n.* 51. *& ſeqq.* Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 9. *lib.* 5. *num.* 5. *vol. pr.*

60 Mora alia realis , ſeu irregularis , quæ inducitur miniſterio legis ad ſolam debiti ſubſiſtentiam , alia perſonalis , quæ regularis quoque dicitur , & contrahitur per ſolam interpellationem Bald. *in l. mora ff. de Uſuris* Giurb. *obſer.* 3. *num.* 3. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 51. *lib.* 6. *n.* 14. *vol. pr.*

61 Ignorantia excuſat à Mora Merlin. *de Pignor. lib.* 4. *quæſt.* 119. *num.* 2. Rot. apud Poſth. *de ſubbaſt. dec.* 92. *n.* 5. 7. *et* 8. *et dec.* 107. *n.* 17. *et* 18. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 97. *lib.* 10. *n.* 7. *vol.* 2.

62 Mora committitur etiam circa illiquida , quando illiquida ſunt ex facto , & culpa debitoris Berſan. *de Compenſationib. cap.* 2. *quæſt.* 37. *n.* 11.

63 Mora circa diverſum factum commiſſa non poteſt compenſari Berſan. *De Compenſationib. cap.* 2. *quæſt.* 39. *n.* 3.

64 Mora contrahitur re Ipſa abſque interpellatione favore piæ cauſæ Riminal. Jun. *conſ.* 279. *num.* 23. Mantic. *de Conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 10. *n.* 14. *in fin.* Palm. Nep. *all.* 240. *n.* 27. *tom.* 3.

Intellige ad effectum conſequendi uſuras non verò ad effectum privationis Text. *in l. cum te , ff. ſi certum petat.* Palm. Nep. *d. all.* 240. *n.* 28.

65 Moræ purgatio , an admittatur in celebratione Miſſarum Antonel. *de temp. legal. cap.* 15. *nu.* 15. *lib.* 4. Palm. Nep. *loc. ſup. cit. n.* 40. *et* 43.

66 Mora in non faciendo facilius excuſatur , quàm in committendo Palm. Nepos *ibid. n.* 44.

67 Mora tribus modis conſtituitur Cyriac. *controv.* 374. *n.* 15. Antun. *de Donat. lib. pr. præl.* 2. *§. pr. num.* 117. *et ſeq.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. part.* 4. *quæſt.* 37. *n.* 315. *verſ. Ad conſtituendum tom.* 6.

68 Mora quando noceat Minori Merlin. *controv.* 53. *n.* 3. *lib.* 2. Altimar. *de Nullit. Rub. pr. part.* 4. *quæſt.* 38. *n.* 303. *verſ. quando tom.* 6.

69 Moræ purgatio an ſit admittenda , nec ne , intrat arbitrium Judicis Gratian. *diſcept.* 708. *num.* 54. Rot. *dec.* 572. *n.* 2. *part. pr. diverſ.* Caſtald. *conſult.* 293. *n.* 10.

Hoc autem arbitrium non extenditur niſi ad Menſes , & ultra ſex Menſes admitti non debet Gratian. *diſcep.* 378. *n.* 21. Caſtald. *loc. ſup. cit. n.* 11.

70 Moræ damna vitantibus magis eſt favendum , quam lucro Inhiantibus Card. De Luc. *de Societ. diſc.* 2. *n.* 6. *verſ. Primo quia* Card. Seraph. *dec.* 225. *n. pr.* Rocc. Epiſc. *cap.* 156. *n.* 19. *tom.* 2.

Mora,

71 Mora, quid quid sit ad effectum pœnæ, respectu lucri captandi contrahitur, etiam absque aliqua interpellatione Scacc. *de comerc. & camb. §. 1. quæst. 1. n. 374.* Episc. Rocc. *d. cap. 56. n. 18. tom. pr.*

72 In Mora debitor constitui non potest, nisi certioretur de conditionis eventu, quoties sub conditione se obligavit Gozadin. *cons. pr. n. 40. vers. secundo respondeo* Pentinger. *dec. 249. n. 3. & seq.* Episc. Rocc. *cap. 101. n. 4. tom. 2.*

73 In Mora non constituit citatio obscura, & æquivoca Alex. *cons. 137. n. 23. lib. pr.* Roland. *cons. 32. nu. 24. lib. pr.* Rot. *dec. 203. n. 8. part. 4. tom. 2. rec.* Episc. Roc. *cap. 118. n. 10. lib. 2.*

74 Moroso non imputatur periculum, & Interitus rei, si res, quamvis diligens fuisset, eodem modo esset peritura. Episc. Rocc. *cap. 151. n. 8. lib. 2.*

75 Mora ut incurratur ad appellandum, quæ scientia requiratur Cæphal. *cons. 241. num. 35. lib. 2.* Ruginell. *de appell. §. 4. cap. pr. n. 33. & seq.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. quæst. 4. n. 112. & seq. & quæst. 5. n. 76. tom. pr.*

76 Mora excusatur per impossibilitatem Scacc. *de appell. quæst. 12. nu. 163. & seq. & quæst. 15. num. 45.* Velasc. *de privil. paup. part. 2. quæst. 32.* Altimar. *de Nullit. rub. 8. quæst. 3. n. 19. tom. pr.*

77 Mora non potest purgari post terminos juris Fenzon. *cap. 191. n. 23. & seq., & n. 41. & seq.* Altimar. *de nullit. rubr. 8. quæst. 12. num. 21. tom. pr.*

78 Moratoria, seu dilatio, sive salvus conductus debitoris multiplex est. Pellegr. *in Prax. Vic. part. 2. sect. pr. subsect. 6. intersect. 4. num. 4. pag. 100.*

79 Adducuntur DD. agentes de materia Moratoriæ, vel dilationis quinquennalis, vel decennalis, & salvi conductus per Pellegrin. *in Prax. Vic. d. part. 2. sect. pr. subsect. 6. intersect. 4. num. 4.* Card. De Luc. *de Cred. disc. 152. & conflict. observ. 139.* Crescin. ad Ab Eccles. *obser. 123. num. pr. part. pr.*

80 An usuræ currant tempore moratorii rescripti, Trentacinq. *lib. 3. tit. de solut. res. pr. nu. 26.* Crescin. ad Ab Eccles. *loc. sup. cit. num. 2.*

81 An debitor, qui moratorium rescriptum impetravit ad instantiam Creditorum satisdationem præstare debeat de debito post tempus moratoriæ dilationis elapsum solvendo, Brunneman. *in l. universa num. 4. C. de precib. Imper. offer.* Crescin. *ibid. num. 3.* Affertur affirmativa sententia *ibid. n. 4.* Adducitur contraria negativa opinio, *ibid. num. 5.*

Recensentur diversæ distinctiones pro conciliandis antedictis contrariis opinionibus, *ibid. n. 6.*

Omnes tamen DD. conveniunt, quod sufficiat juratoria cautio in subsidium, si fidejussoria præstari nequeat ob paupertatem, Dian. *part. 7. tract. 8. res. 34.* Crescin. *ibid. num. 7.*

Necessarium est, ut cautio à Creditoribus petatur Salgad. *de cred. part. 2. cap. 30. nu. 9* Crescin. *ibid. n. 8.*

82 An exceptio moratorii rescripti ad fidejussores accomodari possit Pellegrin. *in Prax. Vic. loc. sup. cit. nu. 8.* Card. De Luc. *de Cred. in Summ. nu. 87.* Crescin. *ibid. n. 9.* Vide De Luc. *de Credit. disc. 98. n. 2.*

83 Quibus debitis opponi non possit hæc exceptio moratorii rescripti Pellegrin. *ubi sup. n. 6.* Card. De Luc. *de Cred. disc. 152. n. 16.* Crescin. *ibid. nu. 10.*

84 Moratoria concessa per Principem in præjudicium creditoris non comprehendit dotem Card. De Luc. *de Feud. disc. 97. num. 9.*

§. MORS XXXIV.

1 Mortis appellatione in dubio intelligitur de naturali, & non de civili, quia civilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus à jure expressis, vel ubi viget eadem ratio, vel ubi circa id, de quo quæritur eumdem operatur effectum, quem naturalis, ut in Statuto de lucro dotis, & similibus, secus autem in dispositione conditionali, vel in materia fideicommissaria, ut latè declarat Barbos. *de appellat. verb. significat. appellat. 157. per totum, & in loc. comm. argument. loc. 74. per totum*, ubi vide, Viv. *comm. opin. 325.* Franch. *decis. 562. per totum*, ubi an propter mortem civilem, & forjudicationem viri sit locus restitutioni dotis, & quomodo, *& decis. 689. per totum*, ubi de lucro antefati an debeatur stante forjudicatione, & morte civili viri, Fusar. *de substitut. quæst. 442. per totum, & cap. 430. num. 19.* Em. De Luc. *de Benefic. disc. 16. nu. 6. Conflict. observat. 60. & 264.* quod non æquiparetur nisi in casibus a Jure expressis Piton. *de Jurepatr. alleg. 90. n. 19. tom. 2.*

Quòd in beneficialibus, & ad effectum vacationis, 2
& impetrationis mors civilis, etiam ex captivitate, apud Turcas non veniat sub nomine mortis, sed tantum mors naturalis, Rot. *part. 2. recent. decis. 343. num. 2. et part. 14. decis. 453. num. 3. et 4.* facit Conciol. *resol. crim. verb. Damnatus resolut. 2.* ubi quòd hodie mors civilis non æquiparatur naturali, non facit expirare mandatum, nec purificare fideicommissum, vide Em. De Luc. *loc. citat.*

Quòd valeat argumentum à morte civili ad naturalem, Castil. *lib. 5. contr. cap. 12. num. pr. et seqq.* Giurb. *de feud. glos. 7. nu. 8. et seqq.* Tondut. *quæst. civil. 194 part. 2.* Trentacinq. *de substitut. part. 4. cap. 6. num. pr etc.* Crass. *de success. §. fideicommissum quæst. 41.* & alios apud Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. pr. Prælud. 2. §. 3. num. 68. etc.* Jo. Torre *de success. in Majorat. Primogen. Ital. ut in Indice, verb. Mors*, & de dispositis circa unam ad disposita circa aliam, quando idem sequitur effectus, pulchrè Altograd. *cons. 45. num. 37. lib. pr.* & latè declarat aliquibus modis limitando, Barbos. *dict. leg. cap. 74. per tot.*

Quid sit mors naturalis, Tuschus *littera M. conclus. 390.* Rub. *de Confus. Jur. cap. pr. n. 30. et cap. 3. num. 16.*

Quid civilis, & quæ dicatur talis, idem Tuschus *loc. citat. conclus. 391.*

Mors civilis quando æquiparetur naturali, ut ea, 3
quæ deberentur post mortem naturalem, debeantur adveniente morte civili, maximè in donationibus causa mortis, & similibus dispositionibus, Boss. *de de public. bon. num. 35. etc.* Everard. *loc. ad æquipoll. num. 10.* Roland. *de dot. quæst. 95.* Rot. *part. 2. divers. decis. 92. nu. 10. et seqq.* Gratian *disceptat. for. cap. 102. num. 7. etc. cap. 172. num. 25. etc. cap. 481. n. 4. et 35.* Altograd. *consil. 98. num. 92. et consil. 45. nu. 37. lib. pr.* Card. Tusch. *litt. M. concl. 392. et 393. per totum*, Ricc. *Collect. 351. 3565. et seqq.* Bich. *decis. 345. n. 8.* Merl. *dec. 206. n. 1. et seqq.* ubi de emittente professionem in Religione Capucinorum, vel alia incapace bonorum, & ideò habeatur ac si naturaliter obiisset, ut non expectato alio obitu aperiatur fideicommissum si quid adsit ad favorem substitutorum, vide in §. *Monachus, et §. Monasterium.* Pellegr. *in Prax. Vicar. part. pr. sect. 2. subsect. 6. n. 16. pag. 22. et sect. 4. subsect. 5. num. 10. pag. 50.* Vide Palm. nep. *decis. 105. n. 22. tom. 2. decis. 211. n. 45. et decis. 298. a n. 8. tom. 3.*

An autem naturaliter vivente bannito, debeant bona manere apud fiscum, vel transire ad vocatos post mortem banniti, Montan. *de tut. cap. 33. num. 309. fol. 153.* vide in *§. Bannitus num. 31. et §. Fideicommissum num.* Fusar. *de substitut. quæst. 442. num. 4. et seqq.*

Quòd mortis nomine veniat tam naturalis, quàm civilis, appellatione verò obitus veniat tantum naturalis, & non civilis notat Rebuff. *in prax. benef. part. pr. tit. de form signat. vers. per obitum fol. mihi 105.* idem De Luc. *de Benefic. dict. disc. 16. num. 10.* Quod appellatione mortis veniat tàm civilis, quàm naturalis Piton. *de Jurepatr. alleg. 100. n. 70. tom. 2.*

Quòd mortis mentio in dubio de naturali intelligatur, & quando secus, Tusch. *litt. M. conclus. 394. per tot.*

Qualiter etiam mors æquiparetur absentiæ, ita ut casus mortis æquiparetur casui absentiæ, & subrogatus in casu absentiæ, censeatur etiam subrogatus in casu mortis, Ricc. *Collect. 1056.* ubi per text. *in cap. si delegatus de off. delegat. in 6.* infert ad plures casus contingibiles, facit quod dixi in *§. Absentia n. 16.* vide Altimar. *de nullit. rubr. 10. quæst. 9. n. 4. tom. 2.*

An autem mors æquiparetur remotioni, Ricc. *Collect. 3513. 3888.* vel resignationi Ecclesiæ, ita ut faciat vacare pensionem relictam ad vitam, & alia plura quando mors civilis æquiparetur naturali, istè Carol. Marant. *controv. part. 4. respons. 60 per tot.*

Mors

3 Mors delinquentis regulariter extinguit crimen, & pœnam, *leg. defuncto ff. de pub. jud.* nisi essemus in casu, quo posset memoria defuncti damnari, ut in crimine hæresis, læsæ majestatis, & similibus, vel nisi ageretur de pœna pecuniaria, vel confiscationis à lege imposita ipso facto, quia posset exigi intra quinquennium adversus hæredes, Clar. *§. fin. quæst. 51. vers. Quæro*, Addit. ad Pract. Papp. *for. inquisit. gloss. 2.* latè videndi Cabal. *resolut. crimin. cas. 298.* Guaz. *desf. 33. cap. 26.* Magon. *decis. Flor. 47. num. 15. etc.* Tondur. optimè declarans, & distinguens *tractat. de prævent. part. 2. cap. 62. per tot.* Dian. *part. 4. tract. 7. resolut. 28.* ubi de modo procedendi contra hæreticos defunctos, Paul. Christin. *decis. Belgic. 400. num. 27. & seqq. nu. 70. & seqq. volum. pr. & decis. 217. num. 2. volum. 4. vide in §. Confiscatio num. 15.* Conciol. *resolut. crim. verb. Delictum resolut. 13. per tot.* Francisc. de Amaya *in leg. 10. Cod. de jur. fisc. per tot. fol. mihi 42. & seqq.* Gabriel. de Bellis *tract. de delict. cap. 5. per tot. fol. 315.* De Luc. *de Regal. disc. 119. n. 23.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Crim. cap. 30. sub n. 7. pag. 347.* Altimar. *de nullit. rubr. 9. quæst. 39. a n. 39 tom. 2.*

Ad hoc ut pœna pecuniaria, vel confiscationis non remaneat extincta morte delinquentis, requiritur quòd lis fuerit contestata cum defuncto, quòd de delicto fuerit verè confessus, vel convictus, & non tantùm in contumaciam incursus; quia confessio ficta ex illa resultans non afficit hæredes, qui etiam in omnem casum debent citari, Osasch. *decis. 148.* Magon. *decis. Flor. 47. num. 17. & seqq.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 5. per tot.* Farinac. *quæst. 10.* Guaz. & Tondur. *loc. supra cit.* Card. Tusch. *lits. M. conclus. 391 & 396. per tot. & litt. P. conclus. 256.* latè videndus Cabal. *resolut. crim. cas. 298. per tot.* ubi etiam quomodo sit ferenda sententia, & non teneantur hæredes ultra vires hæreditatis, etiamsi inventarium non confecerint, (nempè non condemnando mortuum, sed simpliciter pronunciando, & declarando illum incidisse in pœnas pecuniarias à lege, vel statuto impositas, & ad illas ejus hæredes, bona obligatos, & obligata esse) & servavit Magistratus DD. Octo Balliæ Florentiæ sub die 30. Augusti 1678. cum voto Illustriss. D. Auditoris Francisci Venturini in caus. contra Thomam Ciardum de Florentia sine citatione hæredum; quia defunctus non solum erat confessus, sed etiam habuerat terminum defensionum, & illas compleverat, licet ego de citatione dubitaverim, vide in *§. Contumacia num. 14. & §. Hæres num. 55.* latè Francisc. de Amaya *in Codice loc. supra cit.* Gabriel. de Bellis *ubi supra.* Paul. Christin. *dict. decis. 400. num. 27. &c.* ubi qualiter hæredes semper possint probare bona non esse subiecta confiscationi, & alia plura de hac materia, idem Christin. *decis. 172. num. 2. volum. 4.* Fachin. *controv. lib. 9. cap. 37.* ubi indistinctè probat non esse locum confiscationi reo defuncto ante sententiam, Francisc. de Angelis *tractat. de confess. quæst. 25. lib. 2.* ubi quòd per mortem delinquentis extinguitur crimen, & pœna, nisi versemur in criminibus exceptis, vel in pœna amissionis bonorum à lege ipso jure impositis, vel agatur de restitutione rei furatæ, vel reus sit confessus, vel convictus sine altercatione, & confessio sit pura, non conditionalis, nec qualificata, atque judicialiter emissa, & lis fuerit contestata, ac alia ad rem, plenè Caldas Pereyra *in relect. ad leg. unic. Cod. ex delict. defunct. fol. mihi 161. &c.* Grivel. *decis. 6. per tot.* ubi an pœnalis sententia ferri possit in hæredem, vel fidejussorem delinquentis defuncti ante sententiam, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 20. n. 39. & seqq. ad 75.* ubi distinguit inter delicta privata, & publica, ut in privatis mortuo reo ante sententiam, sed lite contestata pœna pecuniaria, vel confiscatio, sive actio pœnalis transeat contra hæredes, quod sub *num. 26.* videtur etiam intelligere si civiliter agatur, secus si criminaliter; in publicis autem delictis, vel in privatis, si criminaliter agatur, ut in hæredes transeat instantia, non sufficiat quod lis fuerit contestata cum defuncto, sed requiratur etiam quod defunctus in vita fuerit per sententiam condemnatus, quia mortuo reo ante sententiam delictum extinguitur, & litis contestatio evanescit per plures textus, & auctoritates, quas allegat, & in specie per text. *in leg. in Senatus 15. §. si propter ff. ad Turpil. leg. ex judiciorum ff. de accusat. leg. 3. leg. defuncto 6. ff. de pub. judic. leg. pr. leg. 2. leg. defuncto Cod. si reus, vel accusat. mort. fuer.* Et ita ut plurimum, licet diversimode servatum vidi, & servavi Florentiæ, Brunneman. *in prax. crimin. cap. 11.* Vide Rocc. Episc. *cap. 179. a nu. 10. cum seqq. libr. pr.* Altimar. *ubi supra.*

Limitat tamen prædicta idem Antunez. Portugal. *dict. cap. 20. nu. 63. & seqq.* in criminibus exceptis, nempè læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ repetundarum, peculatus, & de residuis, ejus qui mortem sibi conscivit, desertionis militiæ, necantium eos, quorum sunt successores, assassinii, & eorum qui turpia lucra quæsierunt, in quibus non tam instantia, quam actio datur in hæredes, ut bona ab eis auferantur, sicut etiam in casibus, in quibus factum, vel delictum ipso jure, vel ipso facto punitur, ac denique, ut detur actio pœnalis in hæredes, quatenus ad eos pervenit, licet res non amplius extet, sed sit consumpta, imò etiam adversus hæredes hæredum absque distinctione citans Amayam *in leg. fin. C. de jur. fisc. lib. 10.* Cresp. de Valdaur. *observ. 83.* Hermosil. *in leg. 56. titul. 5. partit. 5. glos. pr.* Tondut. *de prævent. part. 2. cap. 62.* ubi etiam an causa super interesse partis, quod salvum remanet, sit tractanda coram Judice, & Notario causarum civilium, an verò criminalium, stante maximè præventione, & alios per me etiam relatos in *§. Confiscatio nu. 15. & §. Hæres num. 55.* in quibus locis omnes prædictas, & alias limitationes succintè compilatas invenies; & iterum quoad eos, qui sibi mortem intulerunt ob conscientiam patrati criminis, materiam reassumit idem Antunez Portugal. *dict. tract. libr. 3. cap. 41. num. 17. & seqq. per tot.* Brunneman. *loc. citat.* Vide Altimar. *a dict. num. 39.*

Mors animalium datorum in socidam, vel ad custodiam, an cedat periculo domini, vel custodis, latè Michalot. *de fratrib. part. 2. cap. 47. per tot. vide in §. Animalia num.* 4

Quòd animal moriens intra triduum à die venditionis præsumatur mortuum ex morbo, quo laborabat tempore venditionis, licet alii contra, Mascard. *de probat. volum. 2 conclus. 1077. num. 2. & 3. vide in §. Venditio n. 39. vers. si bestia.*

Qualiter mors animalium probanda sit à conductore agente ad restaurum, & non sint idonei testes ejus famuli, & ministri, vel animalium custodes, Rot. *part. 16. recent. decis. 359. per tot. & num. 403.* in eadem causa, ubi benè distinguit inter animalia, quæ gregatim pascuntur, & alia animalia grossa, ac ex quibus arguatur culpa conductoris, & de denunciatione congruo tempore domino facienda.

Mortem sibi ipsi inferens qua pœna plectatur, vide in §. *Homicidium num. 18.* vide Basilic. *decis. crim. 3.* Carol. Ant. De Luc. *in Pract. crimin. cap. 30. sub num 7.* 5

An optare mortem alterius, vel de illa gaudere ob hæreditatem habendam sit peccatum mortale, Dian. *part. 3. tract. 6. resol. 84. vide in §. Homicidium n. 8.*

An sibi expetere mortem ad vitanda mala temporalia sit peccatum mortale, Dian. *part. 5. tractat. 14. resolut. 92.* ubi refert diversas opiniones.

Moriens, sive constitutus in articulo mortis regulariter præsumitur dicere veritatem, non tamen ista præsumptio sufficit ad plenè informandum Judicem in alterius præjudicium, quia non omnis moriens est Sanctus Joannes Baptista, sive Evangelista, vide Mascard. *de probat. volum. 2. conclus. 1078. per tot.* Farinac. *quæst. 42. num. 28. &c.* Pac. Jordan. *Lucub. volum. 3. lib. 14 tit. 16. numer. 60. fol. 251. dixi in §. Assertio num. pr.* vide Basilic *decis. crim. 34.* De Luc. *de Regal. disc. 119. n. 24. de Legat. disc. 27. n. 10.* Castald. *consult. 202. n. 21. tom. 2.* 6

De multis casibus occurentibus tempore mortis, & quæ tunc sint permissa, vel non maximè circa administrationem Sacramentorum, factionem testamenti, & alia, Dian. *part. 5. tract. 3. per tot.* ubi ponit 141. resolutiones.

Quòd moriens non agat actus positivos, neque viventium, Tusch. *litt. M. conclus.* 387.

Quòd mortia condirio dicatur purificata, etiam ante mortem idem Tusch. *loc. citat. conclus.* 388.

7 Mora non præsumitur, sed ab allegante probanda est, cum quilibet præsumatur vivere centum annos, *leg. final. cum ibi not. C. de Sacrosanct. Eccl.* Mascard. *de probat. vol. 2. conclus.* 1073. Genu. *de scrip. privat. lib. pr. conclus.* 1. *nu.* 96. *fol.* 73. Viv. *comm. opin.* 1042. latè Tusch. *litt. M. conclus.* 400. ubi à quo sit probanda, & qualiter probetur, Ludovis. *dec.* 222. *per tot.* ubi plura de vita, & morte probanda ab allegante ad effectum impediendi matrimonium *& decis.* 247. *nu.* 21. Em. De Luc. *de Emphyt. disc.* 36. *nu.* 16. *de Benefic. disc.* 22. *nu.* 10. *in summ. n.* 98. Vide Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 13. *num.* 19.

Qualiter antem probetur ad effectum, ut hæreditas illius, qui dicitur mortuus possit adiri, Marant. *in repet. leg. is potest n.* 156. *& seqq. ff. de acquir. hæred.* ubi 23. modos, sive conjecturas refert, licet secus esset quando ageretur de puniendo homicidio, qui tunc deberet clarè, & non per conjecturas probari, ut dixi in §. *Corpus delicti per tot.*

Multa de probatione mortis, Mascard. *de probat. concl.* 1074. *& seqq.* Farinac. *in fragm. part.* 2. *quæst. fin. nu.* 323. *& seqq. & de delict. carn. quæst.* 140. *part.* 2. *per tot.* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disput.* 42. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *nu.* 323. *&c. fol.* 299. Gratian. *discept. forens. cap.* 758. 895. *&* 944. *n.* 35. *&c.* Gregor. *dec.* 37. *& decis.* 88. Card. Tusch. *litt. M. conclus.* 400. *per tot.* Viv. *comm. opin.* 1042. Bart. *in tractat. qualiter mors prob.* Medic. *tractat mors omnia solvit*, Menoch. *libr.* 6. *præsumpt.* 49. *n.* 20. *&c.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 16. *artic.* 28. Merlin. *dec.* 629. *nu.* 5. *&c.* Ricc. *Collect.* 401. 1139. 2226. 2171. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 480. *num.* 15. *et seqq.* ubi ad effectum vacationis beneficii per obitum, & ex quibus arguatur fuisse mortem per aliquot dies occultatam, quòd non esse novum ostendit, *et par.* 14. *dec.* 304. *n.* 7. *et* 8. *et part.* 15. *dec.* 105. ubi qualiter probetur ex libro mortuorum. Vide Pen. & Crescin. *dec.* 230. Bertachin. *vol.* 200.

Quòd probetur ex solutione legati facta hospitali, vel loco simili vigore legis, vel decreti Principia ita disponentis (prout Florentiæ) item ex libro privato pharmacopolæ, in quo dicatur tradidisse candelas pro sepultura, item ex solutione aliorum legatorum in testamento relictorum, ex fide religiosorum assentium interfuisse funeralibus, licèt hujusmodi fides non fuerit facta parte citata, Altograd. *cons.* 53. *n.* 17. *et seqq. lib.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 46. *num.* 58. *libr. pr.*

Item probatur per unum testem de certa scientia, & duos de publica fama, Cavaler. *dec.* 145. *num. pr.* Put. *dec.* 266. *lib.* 3. Gregor. *dec.* 166. *n.* 7. Merlin. *dec.* 467. *nu. pr. et dec.* 629. *nu.* 7. *etc.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 405. *n.* 5. ubi quòd probatur ex publica voce, & fama, *et part.* 17. *dec.* 67. *n.* 18. *etc.* Vide Bertachin. *loc. cit.*

An præsumatur ex lspsu centum annorum, vel ex eo, quòd post discessum à patria non fueris habita aliqua notitia per viginti annos, Cavaler. *dec.* 344.

An quis præsumatur vivere usque ad centum annos, vel non ultra centum annos, ad quos effectus; & quid hodie, Gabriel. *comm. conclus. lib.* 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 16. Tusch. *litt. V, conclus.* 226. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 49. Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 173. *nu.* 6. *& seqq.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 41. *num.* 21. *& seqq.* ubi quòd procedit præsumptio negativa, *non* autem affirmativa, & idem concludit Magon. *decis. Luc.* 44. *nu.* 22. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 169. *n.* 9. ubi quòd quis vivere præsumatur usque ad centum annos, non procedit si superviventia sit probanda tamquam fundamentum intentionis, vide De Luc. *de Benefic. disc.* 22. *n.* 10. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 556. *n.* 40. ubi hoc declaratur.

Quòd probetur per verba, *bonæ memoriæ quandam*, & similia, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 895. *n.* 73. *&c.* Ureeol. *Consult. forens. cap.* 87. *n.* 7. *vol.* 2. Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 298. *num.* 8. *part.* 17. *dec.* 67. *n.* 10. *& part.* 18. *dec.* 689. *n.* 9. ubi etiam de fama.

Item ex libro, in quo adnotantur nomina mortuorum, idem Gratian. *cap.* 869. *n.* 23. *&c.* Gregor. *dec.* 78. *num.* 2. *cum Addit.* Duran. *dec.* 430. *nu.* 3. Cavaler. *dec.* 558. *num.* 3. *et decis.* 575. *n.* 3. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 362. *n. pr. et part.* 12. *dec.* 71. *n. pr.* Merlin. *dec.* 467. *nu. pr.* ubi quòd probatur ex fide Parochi formiter ex dicto libro extracta, *et decis.* 501. *n. pr. etc.* ubi etiam ex libro Hospitalarii, vel ex libro privato junctis adminiculis, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 59. *nu.* 4. *et seqq.* ubi ex quibus conjecturis arguatur falsitas, ita ut dicto libro nullatenus sit credendum. Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 4. *n.* 17. *tom. pr.* Castald. *consult.* 200. *n.* 10. *tom.* 2. Capsar. *dec.* 668. *n. pr. part.* 2.

Item per testes deponentes quod conjuncti publicè, & palam luctum fecerunt, & justa soluerunt, quam probationem potest judex ex officio recipere, etiam sine citatione, Gratian. *discept. for. cap.* 758. *nu. pr. etc. cap.* 844. *nu.* 35. *etc.* Altograd. *consil.* 53. *nu.* 23. *lib.* 2. ubi quod tales testes possunt examinari parte non citata.

Probatur etiam per testes deponentes se fuisse præsentes morti, mortuumque vidisse, Bart. *in l.* 2. §. *Si dubitaretur, ff. quemad. testam. oper.* Rot. *part.* 4. *recent. dec.* 544. *n.* 3. *part.* 5. *dec.* 536. *n.* 7. *part.* 13. *decis.* 90. *n. pr. et dec.* 405. *n.* 4. *etc.* ubi quia intervenerunt funerali, & sepulturæ, qui est unus ex veris modis probandi mortem, *et decis.* 530. *n. pr. d. part.* 13.

Qualiter mors conjugis sit certitudinaliter probanda, ut possit supervivens aliud matrimonium contrahere, aliàs sit nullum secundum matrimonium, etiamsi revera conjux esset mortuus, Possent. *sing.* 149. *et* 183. vide in §. *Matrimonium n.* 22.

8 Mots testium habetur pro recognitione, & juramento, Merlin. *dec.* 321. *num.* 8. *etc. dec.* 572. ubi quod habetur pro repetitione, Gratian. *disceptat. for. cap.* 429. *n.* 12. *etc. cap.* 710. *n.* 7. *etc.* ubi etiam quod magis creditur scripturæ mortui, quàm viventi, si constet esse suam, quod probatur per testes, qui viderint illam scribere, vel recognoscentes manum scribentis ipsis notam, vide *in* §. *Testis n.* 45. Magon. *dec. Flor.* 95. *n.* 5. *etc.* ubi plura de magis credendo scripturæ mortui, quàm vivæ attestationi, Genu. *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. rat. num.* 16. *etc. ad* 65. *fol.* 190. *etc.* Surd. *dec.* 103. *per tot.* vide *in* §. *Acta n.* *et* §. *Scriptura num.* vide De Luc. *de Feud. disc.* 94. *num.* 11. Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 556. *tom.* 2. Bertachin. *vol.* 200. *nu.* 3. *et* 4.

An magis credatur mortuo, quàm viventi, Tusch. *litt. M, concl.* 398.

An mors testium examinatorum in causis criminalibus suppleat defectum repetitionis, vel alterius legitimationis processus necessariæ, vide in §. *Testes num.* 22.

9 Mors (concurrentibus pluribus causis) attribuitur causæ magis proximæ, & urgentiori supervenienti, non autem causæ præcedenti, etiamsi alias læthalis esset, nisi legitimè probetur contrarium, Cavaler. *dec.* 220. *et* 239. *per tot.* penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *dec.* 35. 36. *et* 43. & ipse Zacch. *d. tract. tom.* 2. *concl.* 33. 46. 47. 53. 54. 55. 56. *et* 57. *per tot.* vide in §. *Homicidium n.* *et* §. *Vulnus n.*

Ex quibus autem signis cognoscatur mors sequuta per strangulationem, suffogationem, vel laqueum, idem Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst. ult. n.* 5. *etc. et cons.* 19. *n.* 44. *per tot.*

Quòd mortuus quis præsumatur ex vulnere, quando vulnus ab initio erat mortale, si decesserit post modicum tempus, si autem ex intervallo magno, puta post 40. dies, non dicatur mortuus ex vulnere, sed propter malam curam, & negligentiam, licèt in hoc standum sit peritorum judicio; ex quibus multi, & maximè vulgus putant lethaliter vulneratum non posse ultra 40. dies vivere, sed de veritate hujus conclusionis vide Boer. *dec.* 323. *n.* 11. *& per tot.* Pract. Papp. *for. inquisit. gloss. ex quibus cum Addit.* Mas-

Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 1077. *per tot.* Everard. *loc. ab effect.* Boss. *tit. de homicid. column. penul. & fin.* Guaz. *def.* 4. *cap.* 10. Farinac. *qu.* 126. *n.* 11. *& quæst.* 127. *num.* 28. *&c.* Ricc. *Collect.* 1456. Card. Tusch. *litter. V, conclus.* 379. *&* 380. Paul Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 5. *et* 6. *per tot. dixi in Pract.* §. *Ferite n.* 7. *et seqq. et in* §. *Homicidio n.* 30. *et seqq. et in hoc Opere* §. *Homicidium n.* 21. *et* §. *Vulnus num.*

10 Mors omnia solvit, & ideò mortuus resurgens, licèt dum viveret fuerit damnatus ad mortem, non potest morti tradi, nec ad supplicium duci, nisi esset sodomitica propter immanitatem criminis, Cabal. *resolut. crimin. cas.* 257. *n.* 4. *etc.* Card. Tusch. *litt. M, conclus.* 391. *per tot.* Ricc. *Collect.* 173. ubi facit nonnullas illationes. Quod mors omnia solvat Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 681. *n.* 23.

Quòd semel morte affectus, vel naturaliter mortuus resurgens, non possit iterum morti tradi, non recuperet bona confiscata, nisi fuerit injustè damnatus, non teneatur uxorem suam reassumere, nisi de mutuo consensu; non recuperet dignitates, quas antea vivens obtinebat, cum mors omnia solvat, & alia magis speculativa, quàm practicabilia, notat P. Manar. *in Noct. Malencol. Interrogat.* 121. *&* 122. *fol.* 295. ex Farinac. *quæst.* 10. *n.* 36. *&c.* Cagnol. *de reg. jur. fol.* 152. Bald. *in l. jura ff. de legibus* Tiraq. *ad leg. Connub. gloss.* 4. *num.* 19 *fol.* 150. & aliis per eum citatis, ubi tamen quod recuperaret bona non confiscata per text. *in l. jura ff. de legibus*, Bald. *in l.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccl. n.* 152. Clar. §. *Testamentum quæst.* 87. intelligendo de æquitate, secùs de rigore justitiæ, ut ibi per eum.

Quæ retineat homo mortuus, & an mortuo fiat injuria, Tusch. *litt. M, concl.* 389. Vide Fagnan. *in cap. a nobis il* 2. *n.* 17. *& seqq. de sent. excomm.*

An possit privilegiari, & absolvi post mortem, idem Tusch. *litt. M, concl.* 395. Vide Fagnan. *loc. proxim. cit.*

Quamvis regulariter mors omnia solvat, ea tamen est maligna litium natura, ut istæ neque per mortem finiantur, sed tantùm per sententiam, ut benè deducit Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 147. *n.* 1. *& seqq.*

11 Mortuus repertus in puteo, vel alio modo præcipitatus, vel submersus, non præsumitur se ipsum voluntariè præcipitasse, cum abhorreat à natura, quòd quis proprias carnes odio habeat, sed ex aliorum facto, vel casu, aut morbo superveniente, Dec. *consil* 438. *n.* 2. *&c.* Addit. ad Ambros. *Process. Inform. lib.* 1. *cap.* 1. *sub num.* 14. Cabal. *resolut. crim. cas.* 130. *n.* 28. vide Farinac. *quæst.* 24. *n.* 29. *& seqq.* Guaz. *defens.* 4. *cap.* 2. *n* 2. *& seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Corpus delicti resolut.* 1. *nu.* 3. *& seqq.* ubi quòd in hoc, & similibus casibus attenduntur conjecturæ, & præsumptiones, & per eas probatur corpus delicti, an sit commissum scelere nec ne, an in dubio cessantibus conjecturis casu potius, & naturali morbo, quàm ex scelere, & dolosè factum evenisse præsumitur.

Repertus autem in domo socii, viri, vel uxoris, sive ante domum, vel in domo alterius, præsumitur occisus ab habitantibus in illa, concurrente tamen mala fama, vel inimicitia, & facit indicium ad torturam; Menoch. *lib.* 1. *præsumpt. quæst.* 89. *num.* 89. *&c. & n.* 107. *& de arbitr. cas.* 394. *n.* 60. latè Farinac. *quæst.* 55. *n.* 98. *et seqq. dixi in* §. *Cadaver. n.* 13. Conciol. *resolut. crimin. verb. Homicidium rer. fol.* 13. *et* 14. *per tot.* D. Fulvi Majoran *in Oppoprax. crimin. lib.* 2. *cap* 8. *n.* 153. *et seq. fol.* 232. ubi idem de reperto in agro, vel vinea alterius, & de primo denunciante malefactorum citra interesse; & obligationem.

Quòd repertus suffocatus præsumatur potius ex morbo naturali, & subitanea morte, quàm ex facto, & delicto hominis, alio indicio in contrarium non existente, vel non existentibus signis suffocationis exterioris, cum in dubio sit sumenda interpretatio exclusiva delicti in actu indifferenti, Foler. *in prax. verb. Item quòd suffocavit uxorem n.* 9. *&* 27. Farinac. *quæst.* 2. *nu.* 29. Conciol. *verb. suffocatio resol. unica n.* 4. *& verb. Corpus delicti resolut.* 1. *n.* 4.

Mortuus quis præsumitur sine filiis, dum contrarium non probatur, Duran. *dec.* 301. *n.* 5. *& decis.* 438. *n.* 4. ubi refert Alexand. *n.* 15. & Jas. *n.* 58. *in l. is potest, ff. de acquirend. hæred.* Fusar. *de substit. quæst.* 436. *n.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 182. *n.* 3. Merlin. *dec.* 107. *n.* 1. *& dec.* 186. *n.* 4. *& dec.* 460. *n.* 28. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 331. *n.* 29. *part.* 12. *dec.* 338. *n.* 10. *&c.* Cavaler. *dec.* 575. *n.* 3. Altograd. *consil.* 104. *n.* 1. *lib.* 2. latè Tusch. *litter. F, conclus.* 281. ubi quod fideicommissarius non tenetur probare gravatum sine filiis decessisse, cum habeat intentionem fundatam ex dicta præsumptione, & quando secus; Sed licèt hæc opinio sit magis communis, non desunt alii tenentes contrarium, ex eo, quod actor debeat suam probare intentionem, Fachin. *controv. lib.* 6. *cap.* 44. ac ita fuisse judicatum refert. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 244. *nu.* 3. *vol.* 1. *vide* §. *Fideicommissum n.* 52. idem Christin. *dec.* 126. *num.* 4. *vol.* 3. ubi quòd si constat aliquando liberos habuisse, debet probari ab actore sine illis decessisse, aliàs autem secus, & hac distinctione supposita videntur loqui Merlin. & alii supracitati, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 62. *n.* 4 *par.* 11. *decis.* 185. *n* 2. *part.* 13. *decis.* 90. *n.* 2. *& decis.* 530. *num.* 2. & Rot. coram Jacob. Emerix *dec.* 1264. *n.* 5. *& dec.* 547. *nu.* 1. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 10. *dec.* 30. *n.* 1. *et dec.* 53. *n.* 1. *vol.* 3.

Sicut etiam quis præsumitur mortuus in pupillari ætate, donec probetur contrarium Ger. Spin. *consil.* 70. *n.* 1.

Item intestatus quis præsumitur decessisse, dum de testamento non docetur, Alexand. & alii *in l. si emancipati n.* 3. *de collat.* Duran. *dec.* 448. *nu.* 1. *et dec.* 443. *n. pr.*

Quòd non præsumatur, quem habuisse filios, sed sit probandum ab allegante, Altograd. *consil.* 95. *n.* 23. *lib.* 2. Cavaler. *dec.* 344. *n.* 4. *etc. et dec.* 558. *n.* 3. ubi quod verùm est ad effectum purificandæ conditionis, non autem ad effectum probandæ devolutionis ob lineam finitam.

Mortuis duobus, vel pluribus in eodem belli conflictu, vel eadem ruina, sive naufragio, quis præsumatur prius decessisse, ita ut si sibi invicem succedant, possit cognosci quis fuerit superstes, & alteri successerit, in suosque hæredes transmiserit, pulchrè Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 50. *per tot.* Franch. *decis.* 454. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 12. *per tot. fol. mihi* 335. *etc. ad* 364. *et consil.* 51. *et* 85. *per tot.* Card. Tusch. *litt. M, conclus.* 401. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2402. ubi quòd debilior, & Mulier, &c. Fusar. *de substit. quæst.* 416. ubi de conditione si decesserit sine filiis, an tunc dicatur impleta, vel defecta, Mascard. *de probat. conclus.* 564. *n.* 4. ubi de donante, & donatario simul mortuis, ut præsumatur donans prius mortuus ad sustinendam, & confirmandam donationem, ad Menoch. *cons.* 84. *n.* 14. Burat. *cons.* 8. *n.* 16. Covar. *var. resolut. cap.* 7. idem Mascard. *conclus.* 1344. *per tot.* ubi in terminis conditionis, *si sine filiis*, Andreol. *controv.* 163. *per tot.* vide De Luc. *de success. disc.* 48. *per tot.* latissimè, & doctissimè Episc. Rocc. *c.* 182. *per tot. lib.* 2.

Hunc articulum in viro, & uxore se invicem in eadem carta, & testamento institutis, & posteà ex peste in eadem domo mortuis repertis eodem tempore, latè examinat Altograd. *cons.* 69. *per tot. lib.* 1. ubi adductis hinc inde rationibus, præsumptionibus, auctoritatibus, multisque casibus similibus, ac datis pluribus distinctionibus, tandem concludit non fuisse locum testamento, sed successioni ab intestato, cum non potuerit constare, prout necesse fuisset, ad sustinendum testamentum, unum alteri supervixisse, vide in §. *Lucrum n.* 19. *&* §. *Pater n.* Vide eumdem Episc. Rocc. *loc. cit.* ubi plura ad rem.

Quando enim necesse est alterum supervivere, non sufficit, quod simul decedant, & superviventiam allegans, illam probare debet, Paul. Christin. *decis. Belg.* 25. *n.* 5. *vol.* 3. Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 120. *per tot.* ubi ad effectum ut procedat statutum deferens lucrum dotis marito, uxore præmortua.

Mors repentina potest ex pluribus causis procedere, 14

14 dere, & non solum ex veneno, vel etiam ex veneno, sed ingenito, & non propinato; quid igitur in hujusmodi casibus debeat prudens judex observare, Cospius *in judic. criminal. part. 3. cap. 15. & 16. per tot.* Cabal. *de omn. gen. homicid. nu.* 626. Guaz. *defens. 4. cap. 5. per tot.* iste Paul. Zacch. *quæst. Medic. Legal. lib. 2. tit. 2. per tot.* dial io Pract. *§. Veneni num. 4. & seqq.* & in hoc Opere *§. Venenum per tot.*

15 Mors naturalis dicitur illa, quæ provenit à causis intrinsecis, violenta, quæ à causis extrinsecis; qualis dicatur illa, quæ sequitur ex prægnantia, vel partu ad effectum societatis Officii, & alia ad propositum, Paul. Zacch. *dict. lib. 1. tit. 4. per tot.* ubi examinat octo quæstiones.

16 Mors naturalis aliquando sumitur prout opponitur casuali, aliquando ut opponitur violentæ, veluti quando contraponitur violentæ, & tunc mors naturalis comprehendit etiam casualem, quæ, non est contra naturam, sed præter naturam, & ideò de ea judicatur idem, quòd de naturali, & excluditur tantùm violenta ab homine inflicta ad evitandum votum captandæ mortis, Bald. *in l. 1. n. 4. C. de his, qui nate apert. tab.* Martha *vot. Pis.* 90. ubi quòd ob id pactum de lucrando capitali per mortem naturalem creditoris habet locum etiam in morte præter naturam, & casuali.

17 Mortui an, & quando ex divina virtute, & potentia possint vivis apparere, & alia de animarum apparitione, Torreblanch. *tract. de Magia lib. 2. cap. 17. per tot. vide in §. Amicitia in fine.*

18 Mortui in bello qualiter per gloriam perpetuò vivere dicantur, & an idem sit de mortuis in castris ex vulneribus in prælio receptis, *l. ult. ff. de vacat. mun. l. bello amissi, ff. de excusat. tut. §. 2. Institut. eodem tit.* Cabed. *dec. 147. per tot. part. 1.* ubi etiam quid de captis ad hostibus, & in captivitate mortuis, & quoad istos dicit contrarium judicatum.

19 De morte, morituris, morientibus, & mortuis multa indicant Ægid. Cast. *Alph. Jurid. verb. Mors, Mortui*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 164. &c.* Card. De Luc. *in Indic. gener.* Bennemann. *sup. ff. & Cod.* Fagnan. *sup. Decr.* Rocc. Bertachin. Pignatell. Ursay Piton. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

20 Mortis in articulo quis esse dicatur ad effectum, ut quilibet Sacerdos possit absolvere; & alia ad rem, Mendo *in Elucid. Bullæ Cruciatæ disp. 22. num. 5. & seqq.* ac alibi, *ut in Indice verb. Mortis articulus.*

21 De moribundo aliquid declarante pro exoneratione conscientiæ, an præjudicet hæredi; utrum talis declaratio gaudeat privilegio piæ causæ, an sit revocabilis, & alia ad rem; Tondut. *quæst. canon.* 108. *per tot. lib. 1.* Vide Card. De Luc. *de Legat. disc. 27. n. 10. & 11.*

22 Mors per manus Justitiæ dicitur voluntaria, & culposa Card. De Luc. *de Regal. disc. 31. n. 14. disc. 119. n. 27. de Pens. disc. 69. n. 9.*

23 Mors juramenti vim quando habeat Menoch. *lib. 5. præsumpt. 5. n. 3.* Surd. *dec. 102. n. 4. et 7.* Card. De Luc. *de Feud. disc. 94. n. 11. in fin.*

24 Mors conditionem, vel dilationem, quando dicatur importare Card. De Luc. *de Empt. disc. 53. n. 4. de Pens. disc. 64. n. 6. de Legat. disc. 3. ex n. 5.*

25 Mors quando excuset à mora Leotard. *de usur. quæst. 81. nu. 20. quæst. 82. nu. 19.* Card. De Luc. *de Cred. disc. 143. n. 8.*

26 Mors occulta quandoque teneri solet à consanguineis Card. De Luc. *de Benef. disc. 22. n. 3.*

27 Mors probatur ex certo nuntio Bertachin. *Vot. 200. n. 1.*

28 Probatur mors levioribus probationibus, si fuerit secuta in remota parte Sanchez *de Matrimonio lib. 2. disput. 46. n. 12.* Bertachin. *d. Vot. 200. n. 5.*

Amplia præsertim si fuerit secuta mors in Mari inter tempestates Rot. *dec. 53. part. 2. divers.* Bertachin. *ibid.*

29 De Jure civili mors probatur ex absentia per quadriennium, quando nulla fuerit habita notitia absentis Text. *in l. Uxores ff. de Divortio l. Uxor. C. de repud.* Bertachin. *ibid. n. 6.*, sed vide infra à n. 61.

Mors probatur ex publica voce, & fama Sanchez *de Matrim. lib. 2. cap. 46. num. 13. cum pluribus seq.* Bertachin. *dict. Vot. 200. n. 7.* Sed intellige, ut infra *n. 51.* 30

Mentio Mortis in substitutionibus importat compendiosam complectentem fideicommissariam Mantiss. ad De Luc. *dec. 2. lib. 6. n. 21. vol. 3.* 31

An Locumtenens, & Vicarius alicujus possit eo mortuo exercere Jurisdictionem, quoad causas cœptas Crescin. ad Abecclef. *obser. 3. n. 33. part. 1.* Comprobatur negativa sententia maxime quoad Vicarium Episcopi Sanchez *de Matrim. lib. 3. disput. 30. à nu. 1. cum seqq.* Pelleg. *in prax. Vicar. part. 1. sect. 2. subsect. 3. n. 6.* Crescin. ad Abecclef. *loc. cit. n. 34.* 32

Morte Vicarii relicti ab Episcopo in remotis degente, succedit Capitulum in Jurisdictione Dian. *part. 8. tract. 4. resolut. 4. vers. sed difficultas est* Pelleg. *in prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 5. n. 1. pag. 49.* 33

Mortuo primo Vicario Capitulari electo, etiam à Metropolitano ob negligentiam, Capitulum eligit denuo Gavant. *in Ench. ver. capitulum sed Vac. n. 22.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 1. n. 35. pag. 39.* 34

Mors accusatoris est species defensionis Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 9. n. 26. pag. 404.* 35

Mortuus accusari nequit, nisi hæreticus fuerit, vel læsæ majestatis crimen comiserit Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 3. n. 51. pag. 309.* 36

Mortem conjugis expectare incivile est Rub. *de confus. Jur. cap. 3. n. 15.* 37

Patris Mortem filius optat, vel expectat, vel cogitat Rub. *de Confus. Jur. d. cap. 3. n. 196.* 38

Mori citiùs, vel tardiùs, non refert: sed an benè vel malè Rub. *de Confus. Jur. d. cap. 3. n. 16.* 39

Mortuus, an fingatur minime natus text. *in l. qui mortui ff. de verb. signif.* Rub. *de Conf. Jur. cap. 2. num. 31.* 40

Mortuus, & constitutus in Articulo mortis assimilantur text. *in l. Quæsitum ff. de Judic.* Rub. *de Confus. Jur. cap. 18. n. 220.* 41

Mortuus obligari, vel acquirere nequit Rub. *de Confus Jur. cap. 21. n. 15.* 42

Mortuus aperit oculos viventis Bald. *in l. Si quis ult. C. Commun. de Manumiss. in fin.* Rub. *de confus. jur. cap. pr. num. 28. & cap. 3. n. 15.* 43

Mors civilis ratione delicti, vel banni habetur pro morte naturali in odium delinquentis, non autem in favorem Card. De Luc. *de Camb. disc. 2. n. 7.* 44

Quando mors civilis incurratur ex contraventione, ita ut fiat locus vocatis absque alia Judicis declaratione Card. De Luc. *de Legat. disc. 29. n. 8.* 45

Inducitur mors civilis à secundis Nuptiis positis in conditione, & æquipollet morti naturali Simon. *de Pret. de Interpret. ult. vol. lib. 3. ex num. 5. fol. 14.* Menoch. *lib. 4. præsump. 95. n. 10. & præsumpt. 185. n. 31.* Card. De Luc. *de Legat. disc. 32. n. 2* 46

Mors civilis verificatur in collitigante per assecutionem alterius beneficii incompatibilis, & aperit locum regulæ de subrogandis Card. De Luc. *De Benef. disc. 51. n. 2.* 47

Ex qua morte sequitur vacatio beneficii & quomodo verificetur Cavaler. *dec. 559. num. 2.* Boratt. *dec. 39. n. 4.* Card. De Luc. *de Benef. disc. 92. n. 24.*

Sufficit mors civilis pro perfectione testamenti facti per ingressurum in religionem, neque est expectanda naturalis Card. De Luc. *de Regul. disc. 1. n. 116. disc. 61. n. 4.* Vide *Constit. obs. 60.* 48

Mortis, torturæ, aut carceris sententia impeditur per nullitatem propositam per viam actionis Scacc. *de appell. quæst. 19. remed. 1. concl. 4. nu. 74.* Salgad. *de reg. protec. lib. 3. cap. 9. n. 33.* Altimar. *de Nullit. rub. 1. quæst. 3. n. 41. tom. 1.* 49

Mortuus quando possit condemnari, vel absolvi, vel memoria ejus Altimar. *de Nullit. rub. 9. quæst. 39. tom. 1. rub. 10. quæst. 56. n. 5. quæst. 14. num. 19. tom. 2.* 50

Mortuo uno ex Judicibus delegatis, vel arbitris, an expiret jurisdictio Molina *de Justit. & Jur. tom. 5. tract. 5. disp. 54. n. 5.* Menoch. *cons. 340. nu. 1. & cons. 991. nu. 3.* Altimar. *de Nullit. rub. 9. quæst. 50. n. 5. & seqq. tom. 1.* 51

Mor-

52 Mortis sententia, aut mutilationis membrorum, non potest proferri à Prælato Ecclesiastico habente annexam Jurisdictionem temporalem Molin. *de primog. lib. 1. cap. 13. n. 97.* Mastrill. *lib. 2. cap. 6. n. 54. & 53.* Altimas. *de Nullit. rub. 10. quæst. 7. num. 79. tom. 2.*

43 Prædecessus donèc non probetur, præsumptio militat pro possessore, cujus est semper melior conditio Rovit. *cons. 6. n. 10. lib. 2.* Sanchez *de Matrim. lib. 6. disp. 14. n. 22. vers. alii vero.* Capras. *dec. 659. n. 7. part. 2.*

54 Testis deponens quis fuisse mortuum de certo tempore, convincitur de mendacio, si ille talis tanquam vivus legitur vocatus in testamento Fideicommittentis, ex post condito. Rot. cor. Manzan. *dec. 682. n. 8.* Caprat. *dict. dec. 659. n. 5. d. part. 2.*

55 Mors non dicitur probata ex testibus de auditu, & fama, nisi alia indicia concurrant, ubi agitur de re gravis præjudicii, nempe de privando vocatum, ejusque hæredes portione Fideicommissaria, ad quam sunt vocati, & ipsi hæredes in possessione existunt. Alex. *cons. 117. n. 2. lib. 4.* Rot. cor. Manzaned. *loc. sup. cit.* Caprar. *dict. dec. 659. n. 6.* Sed vide supra *num. 30.*

56 Mors testatoris probanda in Judicio *l. final.* Salust. Tib. *in prax. lib. 5. cap. 5. n. 1.* Ridolphin. *in Prax. part. 2. cap. 6. n. 38.* Pellegrin. *in Prax. Vic. part. 2. sect. 3. subsect. 3. intersect. 4. n. 6. pag. 205.*

57 Mors propinquorum excusat à contumacia. Rebuff. *in 3. tom. constit. Regn. Franc. tit. de excus. n. 44.* Pellegr. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 5. num. 19. pag. 357.*

58 In bonis absentis jus succedendi non competit, nisi prius illius obitus probetur Peregrin. *de Fideic. art. 43. num. 37. & 40.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 5. n. 136.* Rot. *dec. 556. n. 14. part. 19. tom. 2. rec.*

Hoc non procedit quando principaliter dubitatur, an absens vivat nec ne Rot. *dict. dec. 556. num. 15. part. 19. tom. 2. rec.*

59 Materia hæc conjecturalis mortis, vel vitæ absentis in totum remittitur Judicis arbitrio Rot. *loc. sup. cit. n. 16.*

In ea nihil certi determinatur à Jure Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 49. n. 28.* Covarr. *in tract. de testam. part. 2. cap 7. §. 3. n. 4.* Rot. *ibid. n. 17.*

60 Quando præsumptiones suadentes mortem absentis potiùs, quàm vitam, sunt validiores, illæ sunt amplectendæ Rot. *loc. sup. dict. n. 18.*

61 Quando quis per quinquennium abest, nec habetur de ejus sospitate inditium, tunc mors probata censetur ad effectum admittendi Agnatos ad successionem illius Rot. *ibid. n. 19.* dixi *supra n. 29.* Caprat. *decis. 133. n. 3.* Emeria jun. *decis. 1263. n. 3.*

Mulier vigore *l. Uxore C. de repud.* quando de ejus Viri salute per quinquennium nullum habet inditium transire potest ad secunda Vota Rot. *ibid. n. 20.*

Dicta *lex* fuit abrogata quoad Matrimonia, quæ sunt irreparabilis præjudicii Rot. *ibid. num. 21.* Vide Emeria jun. *dict. decis. 1263. n. 4.*

Quo verò ad successiones adhuc viget Alexand. *cons. 4. nu. 7. vers. Fortius dicit, lib. 5.* Viv. *dec. 243. n. 7.* Rot. *ibid. n. 25.*

Mors absentis facile creditur post lapsum quatuordecim annorum, quando de eo aliqua notitia habita non fuit Valenz. *cons. 17. nu 52. & seq.* Spad. *cons. 3. a n. 16.* Rot. *ibid. num. 23.* Caprar. *decis. 133. nu. 4.*, ubi de absentia decennali.

Teat. *in dict. l. Uxore* per tam longam absentiam suppletur ex aliis circunstantiis in eo ponderatis Rot. *ibid. num. 24.* Vide Caprar. *loc. cit. n. 6.*

Extra casus in quibus absens sit Juvenis bellicosus, rixosus, vel per loca periculosa pergens probatur mors ex longa tantum absentia Rot. *ibid. n. 25.* Vide Caprat. *loc. cit. n. 5.*

Ex quibus circunstantiis coadjuvatur absentis mors Rot. *ibid. num. 26.* Caprar. *loc. cit. n. 7.*

Fama mortis, quæ ex urgentibus causis progressa fuit, non habet vim levis præsumptionis, sed moralis evidentiæ Escobar. *de ratiocin. cap. 6. nu. 49. in fin.* Rot. *dec. 496. n. 2. part. 2. rec. & loco sup. cit. n. 27.*

Inverisimilis si est causa, ob quam absens traditur discessisse, illius mors eo magis arguitur Rot. *ibid. n. 28.*

Mortis conjecturam inducunt exactissimæ diligentiæ factæ per Judicem criminalem pro detegendo statu vitæ, seu mortis absentis nulla reperta de eo notitia. Mascard. *de probat. concl. 1076. n. 2.* Peregr. *de fideic. art. 43. n. 13.* Rot. *ibid. n. 31.*

Plures conjecturæ suadentes mortem absentis, transferunt in partem onus probandi vitam illius. Escobar. *de ratiocin. d. cap. 6. n. 55. & seqq.* Rot. *dec. 199. n. 9. part. 17. rec. & d. dec. 556. num. 32. part. 19. tom. 2.*

Mors absentis probatur ex juris præsumptionibus, & conjecturis. Rot. *ibid. n. 33.*

Fama mortis absentis, ubi agitur de successione bonorum, quæ infert reparabile præjudicium pro sufficienti probationis genere habetur. Alex. *cons. 25. lib. 4.* Dec. *cons. 652. n 3.* Rot. *d. dec. 556. n. 34. part. 19. tom. 2. rec.* Vide Caprar. *loc. cit. n. 8. 9.*

Præmorientia filii ante patrem est contra ordinem naturæ, & commune votum parentum. Teat. in *l. Nam & si parentibus, ff. de inoffic. testam.* Rot. *dec. 564. n. 35. part. 19. tom. 2. rec.* 62

Non est Jure comprobatum cogitare de morte filii ad effectum illi providendi in casu mortis. Surd. *cons. 113. sub n. 36. & seq.* Cyriac. *controvers. 662. n. 57.* Rot. *d. dec. 564. n. 37. part. 19. tom. 2. rec.* 63

Mors ubi consistit in tempore spectat ad actorem illud concludenter probare, uti fundamentum propriæ intentionis Rot. coram Caprar. *dec. 358. n. 10. part. 1. dec. 659. n. 4. part. 2.* 64

Actus à moribundo gestus quando præsumatur verus, & sincerus. Card. De Luc *de Feud. disc. 94. n. 11 disc. 134. n. 14.* 65

Moribundus inter mortuos reputandus est. Card. De Luc. *de Dot. disc. 27. n. 3. de Don. disc. 39. nu. 15. de Benef. disc. 15. n. 14. & 11. de Pens. disc. 5. n. 11.* Nec dici potest superveniens ille, qui statim obiit. Card. De Luc. *de Dot. disc. 27. n. 3.* 66

Moribundus Pensiones transferre potest. Buratt. *dec. 638. nu. 6.* Merlin *decis. 243. per tot.* Card. De Luc. *de Pens. disc. 56. n. 5. & 6.* Quid ubi id ageret nutu, & signis ad interrogationem. Card. De Luc. *de Pens. disc. 59. ex n. 10.* 67

Moribundus solvendo non constituit in quasi possessione. Card. De Luc. *de Pens. disc 5 n. 7. & 11.* 68

Moribundus solemnitates testamenti servare non debet. Card. De Luc. *de Testam. disc. 30. n. 16.* 69

Censetur Mortuus, qui excluditur à Successione. Card. De Luc. *de Fideic. disc. 64. n. 6.* 70

Mortuus in captivitate fingitur decessisse in præambula hora captivitatis. Card. De Luc. *de Benef. disc. 16. n. 3.* Pro vacatione tamen beneficiorum attenditur tempus mortis naturalis. Card. De Luc. *de Benef. d. disc. 16. n. 5. & in Summ. n. 99.* 71

§. MULIER. XXXV.

MUlieres dicuntur genus avarissimum, & quando donant, faciunt contra sui sexus naturam, ita ut sit miraculum, vel ideò de facili præsumuntur per dolum, & deceptionem inductæ, *l. sed si ego, ubi glos. ff. ad Vell.* Castr. *cons. 174. per tot. lib. pr.* Magon. *decis. Flor. 18. num. 7.* Gratian *disceptat. foren. cap. 669. num. 17.* Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1090. num. 29. & seqq. dixi in resol. cap. 87. num. 11. &c.* ubi de nullitate donationis mulierum ob non servatam formam statuti, Tusch. *litt. M, conclus. 419. infra num 23* facit quod dixi *in §. Solutio num. 23,* vide *in §. Donatio nu. 72.* Spada *de viduis disq. 54. n. 8. pag. 583.* vide Balduc. *de Legat. tit. 3. decis. 44. sub n. 13.* Spad. *cons. 172. n. 18. tom. 3.* Et quod mulier tamquam avarissima nõ præsumatur, quod si fuisset creditrix, diu petere distulisset Ansald. *decis. 8. n. 13.* 1

Plurima de mulierum potentia, & fortitudine tam in bono, quàm in malo, tradit ad saturitatem, Paul. Rub. *in Discurs. ad part. 11. decis. Rot. Rom. num. 468. & seqq. ad 799.* Et de illarum pertinacia, ac inexpugnabilitate, Tiraquel. *connub. lib. 9. num. 39.* Rot. *part. 16. decis. 307. num. pr.* De mulierum levi-

tate, ac mutabilitate plura eruditè Carol. Marant. controv. part. 4. respons. 77. num. pr. et seqq.

Quòd sub nomine, & appellatione mulieris veniat non solum corrupta, sed etiam virgo, imò propriè, & magis propriè corrupta quàm virgo, inferendo ad dispensationem super retentione pensionis non obstante matrimonio cum quacumque muliere contracto, ut suffragetur etiam si fuerit contractum cum muliere aliàs nupta, & sic non obstante bigamia, latè Ludovis. cum Beltramin. decis. 316. per tot. & in selectis per Farinae. part. pr. tom. pr. decis. 352. et 367. vide in §. Pensio.

Quòd ex innata lege naturæ fœminæ masculis subsint, ut apparet etiam in brutis, & divinitus hæc pœna sit illis imposita, Genes. 3. vers. 16. ibi, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi, Tiraquel. in l. pr. connub. num. 9. Matthæu. Sanz. de re crim. controvers. 46. num. 26. ubi quòd verum est non tantùm in uxoribus, sed etiam in concubinis, imò istæ tirannicè magis ab amasiis tractantur, ac ideò excusantur à pœna ordinaria delicti de mandato, vel complicitate commissi, sicut ancillæ, & hujusmodi domestici, & loquitur de falsa moneta, infra n. 41. Spadaz. de Viduis disq. 80. n. 30. pag. 800.

2 Mulier, quæ propter suos malos mores, vel hæredum mariti non potest habitare cum illis, an sit extra domum alenda, Jas. in l. quidam num. 7. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 100. lib. 1. vide in §. Alimenta num.

Mulieres omnes præsumi malas, ita ut dicant Doctores, non reperiri textum in toto corpore juris mulierem bonam appellantem; multa tamen esse mulieribus condonata ob sexus fragilitatem, & muliebris naturæ infirmitatem, latè Mascard. de probat. vol. 2. concl. 1080. per tot. ubi infert ad plura.

De mulieribus rebus bellicis exponendis juxta Socratis, & Platonis opinionem, qua tamen explosa, non esse conveniens mulieres rebus bellicis exponi, respondendo ad argumenta contraria, Salzedo Polit. de Regimin. Princip. lib. 4. cap. 5. & 6. per tot. fol. 336. &c.

3 Mulier eligendo vitam vidualem ad effectum consequendi legatum sub tali conditione sibi relictum, non potest postea variare nubendo, ut consequatur aliud legatum in casu nuptiarum sibi factum, nisi aliter appareat de voluntate testatoris, vide Gratian. decis. 168. n. 7. et seqq.

4 Mulier habens generalem, & specialem hypothecam in bonis viri, debet à speciali incipere juxta decisionem text. in l. 2. C. de pign. Rodriq. de concur. credit. part. pr. art. pr. n. 19. Neguf. de pignor. part. 5. membr. 2. num. 51. &c. part. 8. membr. pr. num. 20. &c. Rot. part. 10. recent. dec. 318. n. 50. latè Merlin. de pign. lib. 4. tit. 4. quæst. 21. num. 34. &c. ubi testatur de communi, licet in puncto juris multa adducat in contrarium, vide in §. Remedium num. pr. &c. Merlin. decis. 28. Rot. part. 10. recent. decis. 30. nu. 24. &c. ubi limitat stante obligatione in forma Cameræ, cujus vigore habet electionem agendi etiam contra bona generaliter obligata, adde latè Calvin. de æquit. lib. pr. cap. 30.

5 Mulier pro bonis parapheralibus habet tacitam hypothecam in bonis viri, qui illa administravit, Rodriquez loc. cit. num. 20. vide in §. Hypotheca n. 11. De Luc. de dot. disc. 120. n. 2. & disc. 168. n. 20.

An autem in dubio mulier videatur bona dedisse viro tamquam dotalia, vel tamquam paraphrenalia, vel extradotalia, Menoch. lib. 3. præsumpt. 8. per tot.

Quòd possit habere bona triplicis generis, nempè dotalia, paraphrenalia, & hæreditaria, sive propria, & qualiter, Tusch. littera M. conclus. 424. vide in §. Bona num. Vide Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 19. & 20. tom. 2.

6 Mulier tradens in dotem bona æstimata, etiam tali æstimatione, quæ faciat venditionem, & emptionem, & sic transire dominium in virum, potest ex speciali privilegio ad illa recursum habere, cùm intelligantur semper naturaliter fuisse mulieris, quæ à nullo creditore poterit impediri, rejecta omni fictione, quòd transierint in dominium viri, juxta text. in l. rebus, C. de jur dot. & idem est in re empta ex pecunia dotali, in qua mulier in subsidium præfertur omnibus, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 10. tit. 28. & tit. 27. Seraphin. decis. 1347. Thomat. decis. 113. ubi etiam firmat non esse necessariam excussionem, Scapuc. de Salviano lib. pr. quæst. 12. per tot. ubi quòd illi competit Salvianum, Altograd. consil. 9. num. 74. lib. pr. Gratian. disceptat. forens. cap. 38. nu. 22. &c. vide in §. Fundus num. ... & §. Emptio num. Antonell. de Tempor. legal. lib. 4. cap. ult. num. 62. & 63. & de loc. legal. lib. 2. cap. 17. à n. 38. & seqq. Vide De Luc. de Dot. disc. 166. nu. 35. & 73. cum seqq. Amat. resolut. 49. n. 6. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. sub n. 1190. tom. 5.

Quòd si mulier fuerit decepta in æstimatione, etiam infra dimidiam, dando in solutum bona viro pro dote promissa, succurratur illi speciali favore mulierum, & dotis, per text. in l. jure succursum, §. fin. & l. si res, §. pr. ff. de jur. dot. Altograd. cons. 24. n. 31. lib. 2. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. n. 190. tom. 6.

An fœminis magis, quàm masculis succurrendum sit in his maximè quæ concernunt rigorem judiciorum, Paul. Christin. decis. Belg. 290. vol. pr. Odd. de restit. in integrum quæst. 10. art. 3. Tiraq. de retract. convent. §. pr. glos. 7. num. 15. & seqq.

Mulier pro dote gaudet privilegio, l. si is qui 28. 7
ff. de jur. fisc. ut scilicet quoad bona futura præferatur creditoribus mariti, etiam per anteriorem hypothecam habentibus bona præsentia, & futura obligata, imò in hujusmodi bonis futuris, idest post obligationem quæsitis concurrens cum fisco esset præferenda, vide in §. Fiscus n. 13. Rodriquez de concurs. credit. art. 2. n. 4. &c. Neguf. de pign. part. 2. memb. 4. num. 100. &c. Cabal. consil. 17. lib. pr. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 26. nu. 23. Cancer. var. resolut. tom. pr. cap. 9. n. 2. Rot. part. 5. recent. decis. 328. nu. 19. & seqq. & part. 12. decis. 7. n. 5. & seqq. ubi de magis communi, & à Rota approbata opinione, quia lex inducens hypothecam ad favorem mulieris citiùs operatur, quàm hypotheca inducta ab homine part. 13. decis. 305. num. 6. part. 15. decis. 248. ubi quòd tale privilegium competit etiam pro fructibus dotis, & part. 18. decis. 84. nu. 15. & seqq. ubi tamen quòd tale privilegium procedit tantùm pro dote numerata, quia lex præsumit ea bona fuisse ex pecunia mulieris comparata, secus autem pro dote confessata, & decis. 331. nu. 14. & seqq. dict. part. 18. ubi loquitur indistinctè, ac etiam pro fructibus dotis, & latiùs pluribus citatis decis. 493. num. 8. & seqq.

Contrarium tamen esse verius, latè examinato articulo dictum privilegium mulieri non competere, concludit Merlin. de pign. lib. 3. tit. 2. quæst. 68. per tot. & lib. 4. tit. pr. quæst. 28. n. 39. & aliis pluribus citatis hanc partem sequitur Olea de cess. jur. tit. 7. qu. 7. n. 4. Gizzarel. decis. pr. per tot. sed Merlin. reprobatur in specie per Rot. dict. decis. 7. num. 6. par. 12. recent. vide Gait. de credit. cap. 4. q. 11. n. 1591. et seqq. ubi pluribus hinc indè citatis firmat eamdem opinionem Merlini; volunt tamen etiam sequaces hujus opinionis quòd si mulier, vel dos concurrat cum fisco, tunc procedat æquiparatio fisci, & dotis, conquassentur privilegia, & attendatur jus commune, & sic temporis anterioritas. Vide Card. De Luc. de Dot. disc. 83. & disc. 84.

Quòd mulier hæretica non habeat privilegia dotis, Jas. in §. Fuerat n. 113. institut. de act. vide in §. Privilegium n. Boss. de Dot. cap. 12. n. 19. & 20. Rot. recent. part. 16. decis. 214. Altimar. loc. supra cit. num. 1146.

Mulier concurrens cum fisco ad repetitionem do- 8
tis pari passu cum illo ambulat, nec præfertur nisi in dubio, ut quia instrumenta fisci, & dotis essent confecta eadem die, nec appositione horæ, ordine scripturæ, vel naturæ, sive alio modo possit cognosci de anterioritate, cùm in dubio sit judicandum pro dote, quod privilegium transit ad quemcumque transeat ipsa actio, Socin. in l. 1. ff. solut. matrim. Neguf. de pign. part. 2. membr. 4. n. 108. &c. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. ult. n. 6. & 61. Constantin. ad Statut. Urb. tom. 1. annot. 3. n. 327. Altimar. loc. cit. n. 1056.

De privilegiis mulierum circa dotes, pleně Tusch,

litt.

lit. D. concl. 745. *per tot.* Gizzarel. & Addent. *dec.* 1. *per tot.* dixi in Pract. *§. Donne nu.* 28. Antonell. *dic. cap. ult.* & Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *q.* 35. *tom.* 5.

An autem mulier præferatur creditori ex causa militiæ, vel Primipili, & quid sit Primipilus, vide Rot. *part.* 14 *recent. disc.* 214. *num.* 14. & *seqq.* Antonell. *dict. cap. ult. n.* 65. Vide Altimar. *loc. cit.*

9 Mulier agens pro dote, sive ex tacita, sive expressa hypotheca præfertur omnibus creditoribus habentibus tacitam hypothecam, quamtumvis antariorem, nisi hujusmodi tacita hypotheca creditorum esset inducta à Statuto cum privilegio quòd habeatur pro expressa perindè, ac si in instrumento esset scripta, nam tunc si sit anterior præfertur hypothecæ dotali; sicut & aliæ hypothecæ expressæ creditorum si sint anteriores doti pariter præferuntur, *l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab.* Rom. *con.* 147. Alex. *cons.* 58. *lib.* 7. Neguf. *de pign. part.* 2. *membr.* 4. *n.* 94. & *seqq. ad* 104. Cabal. *consil. decis.* 25. & 90. *per tot. lib. pr.* Gratian. *discept. forens. cap.* 935. *per tot.* Covar. *var. resolut. lib. pr. cap.* 7. *n.* 1. & 2. *concl.* 3. Ureeol. *Consult. forens. cap.* 29. *num.* 3. &c. *cum Addit. in fine* 2. *volum.* Paul. Christin. *decis.* 128. *num.* 3. &c. *vol.* 4. & *decis.* 50. & 51. *vol* 6. Benedict. Carpzov. *decis. Saxon.* 75. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauf.* 7. *glos.* 2. *per tot. fol.* 378. &c. ubi quòd istud privilegium prælationis competit mulieri, non autem marito ratione dotis à socero, vel alio sibi promissæ, sed solùm jus tacitæ hypothecæ, vide in *§. Privilegium nu.* 18. & *§. Hypotheca n.* 14. Antonell. *loc. cit. num.* 56. & 61. Altimar. *loc. cit. nu.* 924. 925. 1037. & *seqq.* 1109. & 1129. *cum seqq.*

Si tamen mulier concurrat cum alia muliere tunc conquassantur privilegia, & attenditur prioritas temporis, nisi superante aliquid de locis datis in dotem per secundam uxorem, quæ in illis esset præferenda, vel nisi altera ageret tantùm actione ex testamento pro dote legata, Neguf. *loc. cit. nu* 96. & 97. Gratian. *d. cap.* 935. *nu.* 27. *vide in §. Hypotheca n.* Altimar. *ubi supra n.* 1038. & *n.* 1131.

Quid si concurrat cum Ecclesia, vel pia causa, vide in §. *Ecclesia num.* Vide Pacion. *de Locat. cap.* 37. *n.* 63. Altimar. *de nullit loc. cit. n.* 1130.

Judæa tamen, vel alterius sectæ Infidelium, non gaudet privilegiis dotalibus, nisi convertatur ad Fidem, per text. *in auth. item privilegium, C. de hæret. & Manich.* Rot. *p.* 16. *recent. decis.* 214. *n.* 4. & *seqq.* ubi de veriori opinione, vide in *§. Judæi nu. pr.* &c. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 1146. *tom.* 5. Boss. *de Dot. cap.* 12. *n.* 19. & 20.

10 Mulier contrahens matrimonium cum viro, qui jam consumpserat legitimam, & trebellianicam sibi in bonis restituendis competentem, cùm non sit in culpa, nec potuerit verisimiliter scire gravamen fideicommissi, potest mortuo viro, vel ad inopiam vergente repetere dotem suam de bonis fideicommissariis ad sui electionem, dummodò fuerint possessa à viro tempore aliquo constantis matrimonii, & non antè illud contractum alienata, Menoch. *cons.* 33. & *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 190. *n.* 44. & *seqq. per tot.* Curt. jun. *consil.* 59. Aul. Cluin. apud Scapuc. de salvian. *lib. pr. quæst.* 12. Castr. *consil.* 219. *num.* 3. *lib. pr.* Natt. *cons.* 61. *nu.* 3. Surd. *decis.* 62. *nu.* 15. Gratian. *discept. forens. cap.* 952. *num.* 19. Cancer. *var. resolut. lib. pr. cap.* 9. *num.* 170. Rota Bonon. coram Borello *Consult. forens.* Ureeol. *cap.* 29. *num.* 39. Speiell. *decis.* 165. *num.* 31. & *seqq. per tot.* Merlin. *decis.* 657. *n.* 18. Cabal. *cons. decis.* 6. *per tot lib.* 2. latè Boss. *de dote cap.* 15. *nu.* 265. & *seqq. fol.* 636.

Quidquid contrarium teneant Jas. *in Auth. res quæ, C. commun. de legat.* Paris. *consil.* 63. *nu.* 41. & nonnulli alii vide DD. supracitatos, & in §. *Bona n.* 21. & *§. Filius num.*

Potest etiam mulier pro repetitione dotis agere contra tertios possessores bonorum liberorum, vel petere bona fideicommisso subjecta, & vinculata ad sui arbitrium, & electionem, *l. plus cautiones ff. de reg. jur.* Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quæst.* 73. *numer.* 383. Buccafer. *cons.* 45. *n.* 24. *lib. pr.* Boss. *de dote cap.* 15. *nu.* 267. Peregr. *de fideicommiss. art.* 42. *n.* 28. Fusar. *de substitut. quæst.* 532. *n.* 50. & *seqq.*

Mulier constante, vel etiam soluto matrimonio 11
non potest agere pro repetitione dotis adversus promittentes ad favorem mariti, qui illam non exegit, sed debet agere contra hæredes ipsius mariti, qui fuit negligens in exigendo, nam stipulatio concepta in personam mariti non extenditur ad uxorem, cùm in contractibus extrinseca persona non comprehendatur: dicti tamen hæredes cedendo actionem contra eosdam promittentes debitores dotis liberantur, secundùm Cabal. *cons. decis.* 21. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 627. *num.* 8. Franch. *decis.* 33. *per tot.* Altograd. *cons.* 30. *sub num.* 50. *lib.* 2. vide text. *in l. si extraneus* 34. *ff. de jur. dot.* cum ibi not. per DD. Rot. penes Zacch. *de obligat Camer. decis.* 103. *n.* 6. Hodier. *contr. for. cap.* 31. *num.* 45. &c. Ant. Fab. *in Cod. lib.* 5. *tit.* 7. *deff.* 9. *per tot.* ubi quòd dicti hæredes mariti non liberantur cedendo actiones contra promissores, quia non conveniuntur ex eo, quòd habeant actionem contra alium, quo casu liberarentur per dictam jurium cessionem, sed conveniuntur propter negligentiam mariti in exigendo, quæ culpæ annumeratur; quapropter existimarem ego, quòd cessante negligentia, vel culpa in exigendo, ut quia nondum cesserit dies solutionis, vel factæ fuerint debitæ, & necessariæ diligentiæ, possint dicti hæredes liberari per hujusmodi jurium cessionem, juxta ea, quæ dixi *resol. cap.* 29. *nu. pr.* & *seqq.* & *in hoc Opere §. Uxor. num.* 37. & ita videtur concludere Olea *de cess jur. titul.* 5. *quæst.* 12. postea visus Bich. *decis.* 350. *nu.* 30. ubi quòd vir non tenetur restituere quod sine sua culpa non exegit, Boer. *decis.* 329. Guid. Pap. *decis.* 375. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 49. *n.* 24. &c. *cap.* 769. *num.* 63. *cap.* 362. *num.* 4 &c. *infra num. seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 403. *nu.* 9. ubi quòd negligentia mariti in exigendo non præjudicat uxori, quin agere possit ad dotis restitutionem, & *part.* 11. *decis.* 217. *n.* 16. ubi quando non fuit promissa ab ipsa muliere, sed à patre, & *decis.* 342. *n.* 4. *d. part. undec.* & *part.* 12. *decis.* 149. *nu.* 18. & 19. & de omnibus prædictis, & aliis ad rem benè Francisc. de Angelis *tract. de confess. quæst.* 9. *per tot. lib. pr.* ubi plurias citat meas resolutiones *d. cap.* 29. latè Add. ad De Franch. *cit. dec.* 33. ubi moderuus Carol. Ant. De Luc.

An si mulier ipsa sola exegerit dotem liberetur solvens, Gratian. *discept. forens. cap.* 455. *n.* 22. &c.

Quòd constante matrimonio actio de dote sit penes virum, & quid illo soluto, vide Merlin. *de pign. lib.* 3. *titul.* 2. *quæst.* 79. *per tot. ubi n.* 20. &c. notabiliter loquitur quoad hypothecam.

Qualiter mulier non possit repetere dotem adversus hæredes mariti, nisi probet illius solutionem, ita ut non juvetur instrumento confessionis, quando ex conjecturis apparet de simulatione adhibita in fraudem prohibitæ donationis, latè Rot. *part. undec rec. decis.* 126. *per tot.* vide *in §. Confessio n.* 9. & §. *Uxor num.* 36. adde Francisc. de Angelis *d. quæst.* 9. *per tot.* ubi an confessio viri de propria inopia sufficiat pro repetitione dotis constante matrimonio, & affirmativè concludit contra ipsum virum, & ejus hæredes, secus autem contra creditores, vel tertios possessores, cum quibus est aliter probanda. Vide Ansald. *decis.* 19. *n.* 4. *et decis.* 24. *n.* 23.

Mulier, vel ejus hæres non potest pro restitutione 12
dotis consequi ab hæredibus mariti ultra summam illi a socero solutam, cùm juxta veriorem opinionem non imputetur viro si à socero dotem non exegerit, etiam si interim factus fuerit non solvendo, & ideò est in electione mariti, vel hæredum exigere, & solvere, vel actionem contra promittentem, sive ejus hæredes cedere, & cedendo liberantur; Quòd tamen fallit si dos fuerit promissa ab extraneo; qui factus sit non solvendo, ita ut culpa, mora, sive negligentia viro in exigendo possit imputari, vel si pater uxoris sit mortuus, & vir fuerit negligens in exigendo ab hæredibus, qui pro extraneis reputantur, nam his duobus casibus periculum decoctionis spectat ad maritum, & ejus hæredes sic stat in culpa, vel mora exigendi: aliàs secus nisi etiam ipsimet mulieri possit culpa imputari,

ut

ut quia potuerit de per ſe agere ad dotem, & non exegerit, ut quia tunc culpam alii, vel negligentiam imputare non poteſt, ſed ut hinc indè culpæ, & negligentiæ compenſatio, ut latè probant videndi Altograd. *conſ.* 31. *per tot. lib.* 1. Mart. Medic. *dec. Senenſ. Exam.* 36. *num.* 15. *& ſeqq.* Franch. *dec.* 424. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 5. *quæſt.* 12. *per tot.* Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 1. *quæſt.* 9. *nu.* 7. *& ſeqq.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 393. *n.* 4. *& ſequentibus.*

Quòd imò etiam ſi fuerit promiſſa à patre mulieris, poſſit culpa, & negligentia viro imputari, & ipſe, vel ejus hæredes teneantur dotem reſtituere, Rot. in Romana dotis 31. Januarii 1652. coram Bichio *num.* 14. *& ſeqq.* poſt Salgad. *Labyrint. credit. dec.* 3. *ſupra n.* 11.

Sed quòd viri hæredes dotem ſolùm exburſatam, non autem promiſſam, & inexactam teneantur reſtituere, quando viro non poteſt negligentia imputari, veluti quia non exegit à ſocero, quem ob reverentiam vir nullatenus tenebatur convenire, eadem Rot. *part.* 13. *rec. deciſ.* 357. *num.* 5. *&c. part.* 14. *dec.* 376. *n.* 18. *& ſeqq.* ubi tamen ſecus ſi ſocer ſit mortuus, & vide Franciſ. de Angel. *dict. qu.* 9. *nu.* 20. *& ſeqq.* Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 393. *n.* 4. *& ſeqq.* ubi ut mulier poſſit dotem repetere debet docere de traditione ſcripturarum pro conveniendis debitoribus in dotem aſſignatis, & de exactione, ſive negligentia mariti in exigendo, animadvertendo etiam an ab ipſa muliere, illius patre, vel ab extraneo dos fuerit conſtituta, vide *in §. Uxor n.* 36. vide Balduc. *de Dot. tit.* 4. *dec.* 17. *a n.* 1. *cum ſeqq.*

23 Mulier defuncto viro poteſt directè, & abſque ulla ceſſione agere contra promiſſores dotis, vel eorum hæredes vigore tacitæ ſtipulationis à jure ad ejus favorem inductæ, ut latè probat ex multis DD. Altograd. *d. conſ.* 31. *n.* 18. *et ſeqq. lib.* 1. ubi ſatisfaciat in ſpecie rationibus, & motivis, Mart. Medic. *d. exam.* 36. *n.* 47. *et ſeqq.* qui de hac concluſione non ſine ratione ex ſuperiùs dictis dubitare viſus fuit, & contrariam ſententiam amplecti reſpectu dictæ tacitæ ſtipulationis, quam credidit ad favorem mulieris non induci contra promiſſores dotis, ſed tantùm contra virum, & ejus hæredes pro repetitione. Imò idem Altograd. *nu.* 59. *et ſeqq.* oſtendit mulierem poſſe agere contra promiſſores dotis ex quatuor aliis remediis ſine ceſſione nempè ex ſtipulatione Notarii favore omnium intereſſe habentium, de qua Ludov-ſ.eum B ltram. *dec.* 97. ubi maximè concurrente juramento, vel clauſula Camerali, utili actione de dote, officio judicis ſtante negligentia viri, & utili hypothecaria, tamquam contra debitores ſui debitoris; & de his, & aliis remediis uſque ad ſeptem, vide Marc. Medic. *d. exam.* 26. *num.* 24. *et ſeqq.* ubi ſingula benè examinat, cum Addit. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6 *gloſ.* 1. *part.* 1. *num.* 12 *et ſeqq.* Cutel. *de donat. tract. 2. diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 10. *nu.* 14. *etc.* Poſt. *reſol.* 28. *num.* 53. *etc.* Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *q.* 8. *n.* 35. *et ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 5. *rec. deciſ.* 527. *n.* 11. *etc. et part.* 7. *dec.* 35. *num.* 8. *et deciſ.* 114. *n.* 16. *etc.* Sanfelic. *dec.* 130. ubi quòd de æquitate mulier poteſt agere ſine ceſſione contra promiſſores dotis. Sed contra vide Thom. Triviſ. *dec.* 22. *num.* 7. Franciſc. de Angelis *de confeſſ. lib.* 1. *qu.* 8. *n.* 1. *et ſeqq.* ubi convenit in omnibus prædictis, & de æquitate citando meas *reſol. cap.* 29. *num.* 3. *etc.*

Qualiter mulier poſſit ſoluto matrimonio, vel ob urgentiam viri ad inopiam, ſive ex alia juſta cauſa, veluti pro alendis parentibus, vel etiam filiis prioris matrimonii repetere dotem, vel partem illius, & in hoc jus ſibi competens poſſit aliis cedere, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 7. *per tot.* & de alimentis ex dote præſtandis filiis alterius matrimonii, vide Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 12.

24 Mulier pro reſtitutione ſuæ dotis poteſt retinere omnia bona mariti defuncti, tam immobilia, quam mobilia, & ſuppellectilia ſine crimine expilatæ hæreditatis, quam quidem retentionem poteſt opponere etiam in executione ſententię, non obſtante ſtatuto omnes exceptiones rejiciente, nec poteſt ab hæredibus viri ſpoliari, niſi per ſolutionem, latè Marc. Medic. *exam.* 56. *n.* 19. *et ſeqq. et deciſ.* 91. *et* 92. *per tot. cum Addit.* vide in §. *Uxor. num.* 32. Paul. Chriſtin. *dec.* 139. *n.* 7. *etc. volum.* 3. Urceol. *Conſult. forenſ. cap.* 52. *per tot. vol.* 2. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 35. *et ſeqq. per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *Clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *per tot. fol.* 443. De Luc. *de Dot. diſc.* 77. *num.* 6., *et* 7. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 45. *n.* 391. *et* 502. *et ſeqq. tom* 7.

25 Mulier poteſt per ſe comparere, & ſtare in judicio, agendo nomine proprio, non autem uti procuratrix alterius, niſi eſſet in rem propriam, Pract. Papp. *act. uxor. ad dot. et uſumfruct. gloſ.* 2. *n.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap* 873. *num.* 14. Duen. *reg.* 311. *per tot.* ubi quando poſſit eſſe procuratrix alterius, latè Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 19. *et* 31. *tom.* 2.

Quòd poſſit repetere dotem ſub prætextu paupertatis, & inopiæ, quæ aderat tempore contracti matrimonii, ſi careat culpa, & illam ignorabat, licèt Bart. teneat. indiſtinctè poſſe repetere, Pract. Papp. *loc. cit. gloſ.* 3. *num.* 15. *vide in §. Uxor num.* Vide circa aſſecurationem dotis Conſtantin. *ad ſtatut. Urb. annot.* 129. *tom. pr.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 35. *n.* 1073. *tom.* 5. Amat. *reſol.* 83. Abeceleſ, & Creſcin. *obſer.* 160. *part.* 1.

26 Mulieres de jure canonico non ſunt idoneæ teſtes in criminalibus, niſi veritas aliunde haberi non poſſet, ſed benè admittuntur de jure civili, licet illis ſemper minus fidei adhibeatur, Marant. *p.* 4. *diſt.* 1. *num.* 42. *&c.* Clar. §. *fin. quæſt.* 24. *verſ.* 2. Farinac. *de teſt. qu.* 50. *per tot.* Jac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 528. *&c. fol.* 331. ubi etiam quid in civilibus, & latè Duen. *reg.* 313. *&* 315. *per tot.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 91. *num.* 1. *&c. volum.* 1. Vivi. *comm. opin.* 980. *per tot. &* 993. ubi quod admittuntur etiam in cauſis matrimonialibus, Poſſent. *ſing.* 260. ubi quòd admittuntur etiam de jure canonico, Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad perſonas, reſol.* 15. *per tot.* ubi quòd admittuntur in criminibus exceptis, quando judex procedit per inquiſitionem, quando veritas aliter haberi non poteſt, ad defenſam, & in ſimilibus caſibus, niſi alios patiantur defectus, ſed non ſunt integræ fidei, nec omni exceptione majores. Nicolius *in Elucubr. utriuſq; Jur. de teſtam. ordin. §. teſtes autem.* Vide Bellegrand. *in comp. rer. crimin. method. tract.* 3. *quæſt.* 7. *nu.* 26. *& quæſt.* 15. *n.* 2. Cabrun. *lucubr.* 11. *n.* 19. *& lucubr.* 36. *a n.* 16. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 4. *n.* 11.

An autem prægnantes poſſint cogi ad teſtificandum, dic quòd ſic ſine periculo ventris, aliàs judex debet mittere Notarium ad domum illarum, idem Conciol. *loc. cit. reſolut.* 17. *per tot.* Cabal. *caſ.* 99. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *qu.* 29. *n.* 92. *tom.* 2. Pellegrin. *loc. ſupra adduct.*

Quòd mulieres non admittuntur teſtes in teſtamento, ſed benè in codicillis, in donationibus cauſa mortis, in teſtamentis inter liberos, ad pias cauſas, militum, & ſimilibus teſtamentis privilegiatis, & admiſſæ in omnem caſum, ſuſtineretur teſtamentum vigore clauſulæ codicillaris, vide Farinac. *d. qu.* 59. *caſ.* 5. *per tot.* Duen. *reg.* 314. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 17. *art.* 1. *n.* 32. Vivi. *comm. opin.* 968. Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 312. *n.* 6. *&* 7. Ferdinand. de Eſcano *tract. de teſtam. cap.* 23. *n.* 21. ubi quòd admittuntur ad probandam perfectionem voluntatis pro ſuſtinendo teſtamento cœpto, & ob impedimentum non completo. Qualiter admittatur in codicillis, Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 154. *per tot.* Vide Emerix jun. *deciſ.* 208. *nu.* 4. *&* 5. *& dec.* 237. *nu.* 3. Pellegrin. *ubi ſupra.*

Item in contractibus ſaltem de conſuetudine non admittuntur, ita ut Farinac. *d. q.* 59. *nu.* 47. *&c.* dicat non recordari vidiſſe umquam aliquod inſtrumentum, in quo adhibitæ eſſent mulieres pro teſtibus, Sperel *dec.* 81. *n.* 9. ubi tamen *n.* 42. *& ſeqq.* contrarium firmat de jure, maximè favore piæ cauſæ, vel Eccleſiæ, imò etiam privatorum in cauſa civili, & quod regulariter probent in civilibus, & quando ſecus, vide Farinac. & Jordan. *loc. cit.*

Quòd ſint inhabiles ad accuſandum, & faciendam pacem pro aliis, niſi in ſubſidium, quando deficiunt maſ-

masculi, latè Gratian. *disceptat. for. cap. 518. per tot.* dixi in Pract. §. *Pace nu. 6. &c.* ubi quid servandum vigore legis municipalis Florentiæ, & de jure communi, vide Farinac. *de accusat. quæst. 13. & 14.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 152. vol. 1.* Vide Bellegrand. *loc. supra citat. tract. 1. quæst. 6. n. 10.*

Quoad accusandum non attenditur hujusmodi defectus, cùm possit judex supplere ex officio, ut dixi in Pract. in Præfat. *n. 7.* & vide Farinac. *loc. cit.*

17 Mulier non potest renunciare hypothecæ super bonis alienatis à viro, nisi supersint alia, super quibus satisfieri possit tempore restitutionis dotis, Addit. ad Pract. Papp. *act. reali glos. veris, & legitimis nu. 44. lit. N.* Afflict. *dec. 313.* Franc. *dec. 477. & 478.* Boerqu. 113. *part. 1.* Gratian. *discept. for. cap. 713. n. 20. &c.* Magon. *dec. Flor. 68. n. 6.* Altogrd. *cons. 25. nu. 28. & seqq. lib. 2.* ubi ampliat etiamsi renunciaverit cum juramento, Cardin. Tusch. *litt. M. concl. 400. per tot.* Urceol. *consult. forens. cap. 24. num. 35. &c. cum Addit. in fine 2. vol. fol. 23.* Hodiern. ad Surd. *dec. 86. nu. 22.* Ricc. *Collect. 3419.* Rot. *part. 12. rec. dec. 193. n. 3. &c. part. 14. dec. 313. n. 11.* ubi quòd obligans se pro viro non minuit creditum suæ dotis, sed contra illius bona habet actionem. De Marin. ad Revert. *observat. 148. nu. 4.* Urceol. *consult. for. 24. n. 35. & 36.* Vide De Luc. *de Cred. disc. 19. n. 4. disc. 34. n. 3. disc. 39. n. 6.* Altimar. ad Rovit. *cons. 7. a n. 46. & de nullit. rubr. 1. part. 5. quæst. 47. nu. 70 et 71. tom. 7.*

Quòd viro redacto ad paupertatem, possit mulier agere contra emptores bonorum illius pro repetitione dotis, licet alienationi consenserit, Pract. Papp. *respons. act. hypoth glos. Exceptionem n. 30.* latè Franch. *d. decis. 477. & 478.* Gratian. *discept. for. cap. 292. per tot. capit. 932. n. 20. &c. cap. 713. num. 20. &c.* Diaz. *reg. 799. divers. fol. mihi 629.* ubi tribus modis limitat, Card. Tusch. *litt. M. conclus. 400. n. 18. etc.* ubi allegat Fulgos. *cons. 206.* in terminis legis Florentiæ de hac materia, facit Thom. Trivis. *decis. 43. lib. 2.* ubi quando pluries, & ad favorem plurium renunciavit, an possit agere contra primos, cùm tunc remanserint alia bona, vel jocalia, & videtur negativè concludere in causa civili, cùm mulier sit in culpa consentiendo, & renunciando in aliis contractibus.

Quid stante juramento, vide Franch. *decis. 84.* Sperel. *decis. 164. num. 30.* Ricc. *Collect. 3419.* ubi quòd juxta veriorem, opinionem non obstante juramento potest agere in subsidium contra emptores, latè Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *dict. dec. 84. per tot., et dec. 477. num. 2.,* ubi pro utraque sententia.

An possit vindicare fundum dotalem alienatum per tutorem, quamvis contra illum habeat actionem remissivè, Gratian. *discept. 861. n. 16.*

Quòd mulier pro restitutione dotis, non possit agere contra bona mariti, quibus ipsa cum solemnitatibus renunciavit, Cavaler. *dec. 482. nu. 2.* Rot. *part. 19. recent. decis. 214. num. 11.*

18 Mulier vendens unà cum viro bona sibi pro dote obligata, censetur adhibita pro forma, & ad effectum tantùm renunciandi suis juribus dotalibus, ac ideò non transfert jura dotalia in emptorem, etiamsi tamquam principalis se cum viro obligaverit (nisi ipsa verè pretium, vel partem illius pro concurrenti quantitate dotis receperit) & sic remanet sibi salvum jus dotem consequendi super aliis bonis mariti, imò & contra ipsa bona vendita, & renunciata in subsidium, si maritus tempore restitutionis faciendæ non habeat alia bona super quibus satisfieri possit, non obstante juramento, obtenta tamen ad cautelam absolutione, & facta prius excussione contra virum, vel ejus hæredes; quod est intelligendum quando mulier se voluntariè obligavit, nam si ex causa necessitatis, non posset contra bona renunciata, nisi pro medietate dotis regressum habere, vel in nihilo si ex causa famis, & præcisè necessitatis se obligaverit, quia tunc potest etiam tota dos alienari, vel si post mortem viri vendiderit ad effectum consequendi dotem, & verè illam consequatur ab emptore, nam tunc absque dubio transfert in eum jura dotalia, ad effectum se tuendi contra creditores posteriores, ut latè probat Urceol. *consul forens. cap. 24. num. 13. et seqq. per tot. cum Addit. in 2. volum. fol. 23.* vide in §. *Maritus num. 30.* §. *Uxor n. 13. etc.* Franch. *dec. 477. et 474.* Paul. Christin. *decis. 178. nu. 11. et seqq volum. 5. et decis. 187. dict. volum. 5. et decis. 52 volum. 6.* Cociol. *allegat. 4. num. 32. et allegat. 6. num. 68.* Rot. *part. 13. recent. decis. 304. num. 15.* ubi quòd renuncians juribus suis, illa non transfert in emptorem, sed censetur adhibita pro forma, & ad cautelam, ne possit illum molestare super bonis venditis, Bich. *dec. 464. n. 22. et 23.* Rot. post Urceol. *de transact. decis. 29.* ubi distinguit tres casus, & benè declarat Rot. *part. 15. rec. dec. 216. num. 2.* ubi quòd ideò non prohibetur jura sua postea in alios positivè transferre, *et part. 18. dec. 291.* ubi tamen quòd si mulier sit obligata uti principalis non interest emptorem habere translationem jurium dotalium, sed eidem sufficit habere mulierem principaliter obligatam, ad effectum ut utendo juribus illi uti ejus debitori competentibus, possit creditores posteriores ipsum molestantes excludere, *et part. 19. decis. 187. et 239.* in eadem causa, ubi pro emptore, *et decis. 352.* Vide Emerix jun. *dec. 201. n. 1. decis. 1190. n. 1. dec. 1291. n. 8. & 9.*

An autem mulier renuncians hypothecæ super uno fundo, deinde agens contra alium possessorem ad dotem possit illi opponi, quòd deducatur pro rata illius rei, in qua renunciavit, Paul. Christin. *decis. 81. n. 22. volum. 5.* ubi quòd sic, quia secundi creditores offerentes dotem mulieri possunt eam urgere, ut eis cedat actionem; sed intellige ut supra, & vide Bart. *in l. Moschis ff. de jur. fisc.*

Quòd pretium ex venditione facta per virum, & uxorem simul præsumatur pervenisse ad virum tantùm, alio non docto; latè Calvin. *de æquitat. lib. 2. cap. 153.* Rot. *part. 18. rec dec. 397. nu. 5. & seqq.* ubi tamen quod aliud est si mulier ipsa alienet & maritus consentiat, nam tunc præsumitur pretium ad mulierem pervenisse.

Mulier non potest pro viro suo fidejubere, *l. 1. si ex tot. tit. ff. ad Vellejan. auth. si qua mulier C. eodem,* Afflict. *dec. 209. n. 4.* nisi fidejubeat cum juramento secundum Everard. *loc. à vi juram. n. 4.* Fontanel. *de pactis nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. part. 7. fol. 413. &c. vide in §. Senatusconsultum nu.* 19

§. *Uxor n.* latè Hering. *de Fidejuss. c. 7. à n. 389.*

Quòd fidejussio facta pro viro sit nulla ex defectu causæ, quando non cessit in utilitatem mulieris, & maximè si enormissimè lædatur ultra medietatem dotis non obstante juramento, & judicis decreto, vel similibus solemnitatibus, vide Gratian. *discept. for. cap. 713. nu. 8. & seqq. cap. 961. per tot.* Mart. Medic. *dec. 333. per tot. & 363.* Surd. *dec. 164. per tot.* Paul. Christin. *decis. 197. vol. 5.* Rot. *part. 12. rec. dec. 171. n. 7. & seqq. per tot.* ubi quòd obligatio mulieris corruit, non obstante decreto judicis, si causa detegatur falsa, & nullum commodum mulieris respiciens, ita ut si plures fuerint causæ copulativè enunciatæ, stante falsitate unius, obligatio corruat in totum ratione individuitatis, quidquid sit, si causæ essent alternativè expositæ, & quælibet ex se movisset promittentem, vide in §. *Decretum n. 6.* Rot. *part. 12. rec. dec. 109. & dec. 193. per tot.* ubi utraque pro nullitate ex falsitate causæ, *& dec. 200. per tot. & part. 14. dec. 31. per tot.* ubi quòd est nulla maximè cessante spe relevationis, *& dec. 163.* ubi de nullitate fidejussionis mulieris pro ejus viro, licèt creditores non urgerent, sufficiente paratum esse contra illum executionem vigore obligationis cameralis, pro illo liberando, & in quibus terminis procedant decisiones contrariæ, latè Rot. *part. 8 rec. dec. 462. per tot. & dec. 778.* in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio.

An autem possit obligari cum marito pro dote communis filiæ, vide Cabal. *consil. 69. lib. pr.* Pic. *ad Statut. Urb. glos. 7. n. 234.* Put. *dec. 160. lib. 3.* Grat. *discept. forens. cap. 647. n. 10. &c.* Ginnarel. & Adden. *dec. 4. per tot.* ubi plenè quando, & in quibus casibus possit mulier validè obligari, Bardellon. *cons. 113. lib. 2.* Ricc. *Collect.* Rot. *part. 14. rec. dec. 475.* ubi quòd pro dote potest obligari sine solemnitatibus,

bus, non autem pro donatione propter nuptias, vel contemplatione matrimonii facta, vide in §. *Statutum requirens*. Vide Bardellon. *cons.* 113. *lib.* 2. Novar. *sup. Pragm. collect.* 209. Altimar. *de nullit. rub. pr. quæst.* 14. *n.* 582. *tom.* 3. *& rubr. pr. quæst.* 35. *nu.* 943. *part.* 3. *tom.* 5.

Quòd ex causa pietatis, pute pro excarcerando viro, vel impediendo ne carceretur, possit mulier validè obligari etiam sine solemnitatibus statuti, latè Gratian. *disceptat. for. cap.* 108. *per tot. cap.* 569. *num.* 25. *per tot.* Gizzarel. *d. dec.* 4. *per tot.* Franch. *dec.* 578. ubi etiam an idem sit pro filio, vel patre carceratis, vel carcerandis, vide in §. *Senatusconsultum n.* *& §. Uxor n.* 15. Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 293. *per tot. & dec.* 109. *nu.* 7. *& seqq.* ubi tamen quod debet dicta causa verificari, aliàs obligatio est nulla, licèt adhibitæ fuerint omnes aliæ solemnitates, cùm sola falsitas causæ, vel nimis generalis, & vagæ, sit sufficiens ad annullandum contractum, sicuti pro nullitate in dicta decisione firmatur, ratione nimiæ generalitatis causæ, vide in §. *Alienatio n.* 27. *in fine* Rot. *part* 15. *rec. dec.* 97. ubi pro nullitate obligationis factæ à matre pro liberando filio à pœna, & molestiis fisci ex defectu veritatis causæ, *dec.* 301. *n.* 5. ubi pro validitate obligationis factæ à muliere pro liberando viro, & fratre à carceribus, & iminentibus censuris, *et part.* 18. *dec.* 462. *per tot.* ubi quando valeat obligatio uxoris pro viro, *et dec.* 778. in eadem causa. De Pont. *de potestat. Proreg. tit. de divers. provis. n.* 25. & Em. De Luc. *de Dot. disc.* 97. *n.* 8. Amat. *dec.* 62. *n.* 1. 7. 28. Andreol. *contr.* 396. Altimar. *supr. n.* 578. *cum seqq.*

Quòd si mortuo viro in paupertate promittat solvere creditoribus pro exoneratione illius conscientiæ non juvetur Vellejano, Cabal. *cons. dec.* 2. *lib.* 1. Thor. *in comp. verb. mulier* Add. ad Franch. *dec.* 237. Thesaur. *lib.* 2. *quæst.* 76. *nu.* 10. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 14. *n.* 580. *tom.* 3.

Plura au, & quando obligatio uxoris cum viro sit valida, vel non, Calvin. *de æquitat. lib.* 7. *cap.* 252. Et quando mulier juvetur Vellejano Rovit. & Novar. *sup. Pragm.* 1. *ad S. C. Vellejan.* Muct. *di. Incid.* 12. Gizzarell. & Add. *dec.* 4. Staiban. *resol. & obser.* 256. 277. 189. *et.* 178. Ross. *de Dot. fol.* 359. Rocc. *resp.* 41. *n.* 1. *lib.* 1. *et resp.* 81. *libr.* 2. Marin. *contr.* 55. *et* 56. *lib. pr.* ubi Scop. Altimar. *supr. n.* 578.

20 Mulier obligans se pro viro, utrum obligatio sit in totum nulla, aut valida propter vim juramenti, an verò usque ad medietatem dotis tantùm, & utrùm excessus ultra medietatem debeat eodem modo considerari, sive mulier unica obligatione lædatur, sive pluribus, vide decisionem Rot. Avenionen. 18. Junii 1650. penes Tondut. *de prævention. part.* 3. *decis.* 20. *per tot.* ubi fuit conclusum obligationem sustineri pro medietate dotis, sive unica vice, sive pluries mulier se obligaverit, attenta maximè observantia dicti Tribunalis, quidquid alii teneant in totum corruere obligationem, quando mulier unica obligatione læditur ultra dictam medietatem propter contractus individuitatem, sustineri autem usque ad medietatem, quando mulier diversis obligationibus se arctat, posterioribus annullatis, ut per Fontanel. *de pact. dot. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 6. *num.* 27. *& seqq.* vide Thes. *decis.* 223. Hodier. ad Surd. *decis.* 86. *num.* 14. Gasper. Anton. Thes. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 65. ubi tenet primam opinionem, sed reprobatur à Fontenel. *loc. cit.* vide Urceol. *Consult. forens. cap.* 24. *nu.* 43. *&c. cap.* 28. *n.* 23. *&c.* Sperel. *decis.* 164. *num.* 131. Paul. Christin. *decis.* 178. *n.* 11. *& seqq. per tot. volum.* 5. *& decis.* 187. *dict. volum.* 5. Rot. *part.* 4. *recent. tom.* 2. *decis.* 314. *n.* 6. *&c. part.* 23. *decis.* 495. *num.* 11. *vide supra n.* 17. *in fine*, Nogueiol. *allegat.* 30. *per tot.* ubi quod mulier propter indotationem potest contractum rescindere, etiamsi ei alia superveniant bona, ex quibus non remaneat indotata, & ad indotationem non semper attenditur læsio ultra dimidiam, sed quandoque minor sufficit. Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *dec.* 578. *à nu.* 5. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 38. *sub n.* 399. *tom.* 6.

Quòd de jure civili non possit obligari pro filio, *l.* 3 *C. ad Vel.* secus autem de jure canonico concurrente juramento, Thes. *decis.* 223. *num.* 8. Afflict. *decis.* 311. *num.* 4. Methn. *dec.* 27. *& decis.* 749. ubi pro validitate fidejussionis factæ pro filio in causa illi necessaria, si habeat filium ipsum relevatorem, & non remaneat indotata, vel ultra medietatem dotis obligata.

Plura de obligationibus mulierum ad favorem virorum factis, ex causa metus rescindendis, tradit Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 5. 6. *&* 7. *per tot. fol.* 400. *cit.* *vide in §. Metus.*

Mulier, quæ cum juramento renunciavit hypothecæ, an possit habere regressum ad bona olim sibi obligata, saltem in subsidium, latè Cæsar de Afflict. *contr. jur. capit.* 4. *&* 5. *per tot.* ubi pro negativa in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ.

Mulier pro alio fidejubens regulariter juvatur Vellejano non tantùm in foro contentioso, sed etiam in foro poli, animæ, & coram Deo, ita ut si quid vigore fidejussionis solverit, possit tamquam indebitum repetere, *tot. tit. ff. & Cod. ad Vellejan.* latè explicat Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *per tot.* Rot. *in Romana societatis offic.* 4. *Februarii* 1602. *coram Penia*, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 669. *num.* 21. *&c.* vide in §. *Senatusconsultum num.* 21

Tusch. *littera P. conclus.* 121. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recentior. decis.* 363. ubi pro nullitate fidejussionis factæ pro fratre, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 321. ubi limitat quando certiorata de tali beneficio, illi in specie cum juramento renunciavit, imò sufficere juramentum absque alia certioratione, quando ob id non remanet indotata, vel nisi præsumatur per fraudem extortum. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 1055. *tom.* 5.

Quando mulier præsumatur ad sui commodum intercessisse, ita ut non juvetur Vellejano, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 21. *per tot.*

Quod mulier asserens rem non esse dotalem in illius venditione, non audiatur tamquam mendax volens postea contra venditionem venire, *leg. si fine, Cod. ad Vellejanum*, Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 6. *cap.* 3. *num.* 145. *&c.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 6.

Item induens se veste virili, ut alium decipiat fidejubendo non juvetur Vellejano, *leg. si decipiendi, ff. ad Vellejan. leg. fœmina, C. eodem* Maur. *loc. cit. nu.* 146. Francisc. de Angelis *loc. cit.* Alie vide *in §. Senatusconsultum num.*

An autem mulier utens veste viri, & è contra homo veste muliebri, peccent mortaliter, & sint aliqua pœna puniendi, vide Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 4. *dubit.* 6. Bonac. *de legibus disput.* 10. *quæst. pr. punct.* 2. *num.* 10. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 215. *&c. fol.* 435. vide Ansald. *decis.* 54. *num.* 7.

Mulieri an succurretur in casibus à jure non expressis, inductis ad rigorem juris servandum, & quid circa confectionem inventarii, vide Franch. *decis.* 229. *per tot.* dixi *in §. Ignorantia num.* 22

Mulier contrahens omissis solemnitatibus statutariis, nec civiliter, nec naturaliter obligatur cum Statutum censeatur resistere actui ab initio; & ideò etiam pro illa fidejubens non obligatur, nisi promittat uti principalis principaliter, & in solidum, quo casu si quid solverit videatur donasse, & non potest repetere à muliere cum Statutum non adhibitis solemnitatibus annullet omnem illius obligationem, & sic etiam mandatum, & promissionem indemnitatis, pulchrè Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 56. Felin. *de societ. cap.* 29. *nu.* 49. *&c.* Pic. *ad Stat. Urb. glos.* 11. *nu.* 8. Roman. *cons.* 12. *nu.* 4. Gratian. *discep. forens. cap.* 122. *per tot.* Cabal. *cons.* 130. *per tot. lib. pr.* 23

Quid in foro conscientiæ, vide in §. *Contractus n.*

Qualiter autem olim mulieres perpetua tutela coercerentur, ita ut in quacumque ætate sine tutore nihil agere possent, quamvis hodie cesset dicta perpetua tutela, cujus tamen loco per totam fere Italiam successerunt statuta requirentia certas solemnitates in earum contractibus, & obligationibus propter illarum sexus fragilitatem, & negotiorum ignorantiam, Montan. *de tut. cap.* 7. *num.* 46 *& seqq. fol.* 54. *&* 30. & de

Mon-

Mondualdo vigore Statuti Florentini *lib.* 2. *rubr.* 111. *&c.* Ang. *consf.* 171. Bald. *consf.* 207. *lib.* 2. *& in leg.* 2. *quæst.* 9. *Cod. de rescind. vendit.*, & dixi in *Pract.* *§. Donnæ numer.* 5. ubi quòd hodie vigore legis de anno 1568. in locum dicti Mondualdi successit decretum judicis.

Quòd mulieres excepta causa Vellejani, & sic fidejussionis possint de jure communi celebrare omnes contractus, & etiam donare prout masculi, cum in omnibus ligentur, & servent jus commune, nisi de jure municipali sit aliter statutum, Ang. *consil.* 353. Tuschus *littera M. conclus.* 422. *per tot.* Merlin. *decis.* 601. *numer.* 15. vide in *§. Statutum requirens numer.* 4. *&c.* De Luc. *de Credit. disc.* 75. *n.* 5. *de Donat. disc.* 28. *n.* 6. Bertachin. *vol.* 33. *n.* 2.

Plura ad constituendam obligationem matris pro filio, intervenientibus solemnitatibus requisitis, licet illi non fuerit promissa relevatio, quia de jure debetur, Rot. *part.* 27. *recent. decis.* 86.

24 Mulier Minor non potest bona sua immobilia dare in dotem, vel aliter obligare sine curatore, & decreto judicis; alias verò res alienari non prohibitas, potest moderate tamen dare in dotem sine hujusmodi solemnitatibus, *leg. lex quæ, Cod. de administr. tut. leg.* 1. *Cod. si adven. dot.* Neguf. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 74. Rota *par.* 15. *recent. decis.* 329. *num.* 13. *& per tot.* ubi de censibus, Em. De Luc. *de Dot. disc.* 21. *num.* 2. *disc.* 136. *num.* 3. *disc.* 181. *n.* 3. *et seqq. disc.* 191. *num.* 6. *et* 7. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 48. 190. 191. *tom.* 6.

Et ideò in dictis bonis immobilibus nulliter sine solemnitatibus in dotem datis, non posset procedese lucrum dotis, nisi jam adhibitis solemnitatibus fuisset data in dotem alteri primo viro, quia tunc possent etiam dari secundo viro, sine aliis solemnitatibus, & procedere lucrum dotale, Roland. *de lucr. dot. quæst.* 45. Pic. *ad Stat. Urb. glos.* 7. *num.* 223. Borgn. *de tut. num.* 161. Gratian. *discept. forens. cap.* 27. *num.* 26. *etc. cap.* 367. *per tot. cap.* 583. *nu.* 1. *etc.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 83. *num.* 18. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 418. *fol.* 148. *& num.* 441. *fol.* 150. Magon. *decis. Flor.* 24. *num pr.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 6. *num. pr. & seqq.* Altograd. *consf.* 331. *per tot. lib.* 2. Surd. *decis.* 278. *per tot. & decis.* 287. *num.* 4. *& seqq.*

Potest tamen mulier etiam minor constituere dotem in pecunia numerata absque decreto, cum pecunia dicatur de illis rebus, quæ servando servari non possunt, Rota *part.* 2. *divers. decis.* 89. *num. pr. etc. et decis.* 316. *num.* 18. *dict. part.* 2.

Qualiter dotem immoderatam constituens marito habeat restitutionem in integrum, ne ille tantam summam lucretur, Roland. *de dot. quæst.* 46.

Quòd possit secundo viro dare eamdem dotem, quam dederat, vel promiserat primo etiam non adhibitis solemnitatibus statutariis in hac secunda dotis constitutione, quæ etiam venit ex juris dispositione, Altograd *consf.* 34. *num. pr. et* 2. *lib. pr. infra n. seqq.* vide *in §. Statutum requirens num.* Altimar. *de nullit. rub. pr. quæst.* 8. *sect.* 4. *num.* 11. *tom.* 3.

Quòd imò mulier, licet minor, non possit conqueri, nec si in integrum restitui debeat adversus virum ob immoderatam dotem illi constitutam, quidquid alii contrarium contendant, quorum opinio quando procedere possit, & alia, Fontanel. *de pact. nupt. tam.* 2. *clausul.* 5. *part.* 8. *glos.* 8. *nu.* 15. *et seqq.* Hier. Cala. *tractat. de restit. in integr. minor. deneg. quæst.* 11. *per tot.*

25 Mulier primò nubens absque dotis mentione, non videtur tacitè bona sua dedisse in dotem, & ideò maritus non potest aliquam portionem vigore statuti lucrari, secus autem si aliàs fuerit nupta, nam tunc videtur dedisse eamdem dotem secundo viro, quam dederat primo, Roland. *de dot. quæst.* 71. 72. 73. *et* 74. vide Bart *in sua quæst.* 8. *Mulier.* quem refert & sequitur Pac Jordan. *Lucubr. vol* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 817. *fol.* 430. Gratian. *discept. forens. cap.* 143. *nu.* 27. *etc. cap.* 584. *num.* 21. *etc num.* 10. *etc.* Merlin. *decis.* 287. *& decis.* 346. *& decis.* 493. ubi quid si constante matrimonio fuerit constituta certa, & determinata dos, & ad ejus rationem fructus soluti, *& decis.* 527. *& decis.* 724. De omnibus prædictis, & aliis ad idem facientibus, latè Boss. *de dot. cap.* 8. *num.* 81. *& seqq. per tot. fol.* 284. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 7. *num.* 25. *& seqq. fol.* 80. ubi an mulier, quæ nulla dote constituta nupsit, possit à viro compelli ad se ipsam dotandam, & dotem illi constituendam negativè concludens, an ob id possit expelli, & alia ad rem latè Altimar, *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *num.* 51. 59. *tom.* 5. *& rubr. pr. quæst.* 8. *sect.* 4. *nu.* 21. *tom.* 3.

Quando mulier nubendo primo, vel secundo, sive sit minor, sive major, videatur dedisse bona sua in dotem, vel non, latè, & pulchrè declarat Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 6. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 133. *num.* 12. *etc. vol.* 3. *et decis.* 190. *num.* 8. *etc. vol.* 5. Boss. *loc. citat.* Altimar. *loc. cit.*

Quod mulier consignans omnia bona sua viro censeatur illa uti dotalia tradidisse, multi tenent, licet alii magis communiter dicant non præsumi titulum dotis, vel esse distinguendum, ut supra Urceol. *consul. forens. cap.* 92. *nu.* 12. *etc. vol.* 2. ubi refert DD. hinc inde, & firmat pro exclusione dotis, nisi aliter sit dicendum ex conjecturis, quas benè in casu suo ibidem deducit *num* 44. *et seqq.* ad comprobationem dotis, Altimar. *dict. quæst.* 35. *num.* 62. *tom.* 5. *et dict. quæst.* 8. *sect.* 4. *num.* 22. *tom.* 3.

Quòd secundò nubens non relictis filiis ex primo viro, videatur eamdem dotem constituere secundo viro, & habeat locum statutum de lucro dotali, Roland. *de dot quæst.* 76. *et seqq.* vide in *§. Nomen num.* Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 156 *n.* 10. ubi quòd secundò nubens intelligitur dare eandem dotem, licet nulla intervenerit promissio, vel mentio dotis, Merlin. *decis.* 287. *per tot.* Viv. *commun. opin.* 534. Altimar. *dict quæst.* 35. *num.* 62. *tom.* 5. *& dict. quæst.* 8. *sect.* 4. *num.* 23. *tom.* 3.

Non intelligatur tamen dare augmentum dotis sibi factum à primo viro, ut dixi in *§. Augmentum nu.* 2. Sed quòd augmentum censeatur etiam datum secundo viro verius esse probat Rot *part.* 13. *recentior. decis.* 795. *per tot.* & dixi in *Addit. ad dict. §. Augmentum.* Nec etiam intelligatur dare cum pacto lucrandi totam dotem quod interat cum primo viro, quando tale pactum de lucro dotis cum primo viro, censeatur repetitum cum secundò, juxta text. *in leg. dotem* 30. *ff. de jur. dot* vel non plenè Rot. *part.* 15. *recentior. decis.* 98. *&* 194. *per tot.* in eadem causa vide *in §. Statutum de lucro nu.* 31. *in fine*, Rot. *part.* 16. *decis.* 19. *&* 249. in eadem causa, ubi fuerunt confirmatæ dictæ primæ decisiones, vide Altimar. *dict. qu.* 35. *n.* 63. *tom.* 5. *& dict. quæst.* 8. *sect.* 4. *nu.* 24. *&* 25. *tom.* 3.

Quando verò reliquit filios, non præsumitur omnia dare in dotem, sed solum quantum uni ex filiis primi matrimonii debetur, etiam si per statutum esset permissum dare omnia secundo viro in prejudicium filiorum primi matrimonii, & sic derogatum *leg. hac edictali*, *Cod. de secund. nupt.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 6. *num.* 32. *et* 33. Rot *part.* 13. *recent. decis.* 511. *num.* 13. *& seqq.* ubi quòd eadem dos censetur constituta, etiam si nullum præcesserit instrumentum dotale cum secundo viro, ad effectum illam, vel partem illius lucrandi juxta dispositionem statuti, ad quod fuit habita relatio in constitutione dotis cum primo viro, & etiam in præjudicium filiorum primi matrimonii, quando statutum lucrum defert secundo viro non obstantibus filiis primi matrimonii, & sic derogat dispositioni *dict. leg. edictali*, vide Rot. *part.* 15. *decis.* 98. *&* 194. *et part.* 16. *decis.* 19. *et* 249. ubi quod quamvis dos in primo matrimonio data, præsumatur etiam in posterius conversa cum iisdem pactis, & conditionibus, tamen secus est quando fuit in posteriori aliter conventum. Idem Altimar. *dict. quæst.* 35. *nu.* 63. *tom.* 5. *et dict. quæst.* 8. *sect.* 4. *num.* 19. *tom.* 3. Cyriac. *contr.* 527. *à num.* 43.

Mulier per transitum ad secunda vota non amittit proprietatem eorum, quæ sibi fuerunt donata contemplatione primi viri, & si intestata decedat in eis æqualiter succedunt filii utriusque matrimonii, Roman. *consf.* 405. Addit. ad Pract. Pap. *act. red-* 26

dit.

dit. act. tut. glos. 2. vide Ricc. *Collect.* 4192. ubi allegit plures decisiones hincinde.

Sed quòd imò teneatur omnia reservare filiis primi viri contra Roman. & alios in specie testatur Gratian. *discept. forens. cap.* 862. *num.* 7. vide Ricc. *dict. Collect.* 4192. vide in §. *Donatio num.* 10. §. *Dispositio, leg. Fœminæ*, Viv. *commun. opin.* 535.

Quòd teneatur restituere jocalia, & omnia alia donata sibi à viro, nisi nubat de illius consensu, vel nisi essent donata in recompensationem juventutis, vel nobilitatis à marito sene, vel ignobili, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 986. *num.* 15. *&c.* vide in §. *Donatio num.* 8. 9. *&* 10.

27 Mulier transiens ad secunda vota tenetur reservare filiis primi matrimonii quidquid ab illis, vel eorum patre percepit, reservato sibi solo usufructu vita durante, *leg. fæminæ, & leg. generaliter, Cod. de secund. nupt. leg.* 2. *Cod. de indict. viduit. toll. &* §. *nec illud, Auth. de nupt.* Rot. *dec.* 80. *part.* 6. *recent.* latè ampliando, & limitando Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 25. *&c.* Boer. *decis.* 185. Surd. *decis.* 99. *&* 100. ubi obstet consensus tacitus datus per filium matri secundò nubendi, Gratian. *discept. forens. cap.* 702. *num.* 21. *&c.* ubi tenet fructus perceptos post transitum ad secundas nuptias esse restituendas, nec imputantur in legitimam, idem Gratian. *cap.* 862. *num.* 4. *etc.* Paul Christin. *decis. Belgic.* 223. *volum.* 1. ubi quòd tenetur servare non solum bona, quæ habuit à marito titulo lucrativo, sed etiam per successionem à filiis: hæc pœna extenditur ad favorem nepotum; quid si nupserit de voluntate mariti defuncti, vel filiorum ex illo, sive totorum, alia latè *decis.* 131. *per tot. volum.* 3. *et decis.* 189. *volum.* 5. Viv. *commun. opin.* 535. Brunnemann. *in jurib. allegat.* Boscol. *in contr. feud. art.* 2. *à n.* 56. inter oper. Card. De Luc.

Quòd videtur ampliandum quamvis hujusmodi lucrum esset concessum pleno jure, nam per talia verba non censetur denegatum dispositioni *dict. leg. fæminæ, Cod. de secund. nupt.* idem Gratian. *cap.* 46. *num.* 9. *Addit. ad cap.* 519. *in fine tom.* 3.

Intellige prædicta de quæsitis à conjuge ex titulo lucrativo, secus si ex titulo oneroso, Rot. *part.* 22. *recent. decis.* 303. *num.* 10. & dixi in §. *Lucrum num.* 12.

Quòd transiens ad secunda vota teneatur filiis primi matrimonii relinquere legitimam de dote sua, nec possit cum secundo viro pacisci de tota lucranda, & si pacta fuerit, revocetur pactum usque ad dictam legitimam, Pract. Papp. *caus. dot. et usufruct. glos. dictæ Dominæ rei singul. glos.* 1. *num.* 80. Roland. *de dot. quæst.* 27. vide in §. *Dispositio nu. pr. et seqq. et* §. *Divisio num.* facit Sanfelic. *decis.* 353. ubi plura an, & quando mulier transiens ad secunda vota possit disponere de dote in præjudicium filiorum primi matrimonii ad intellectum plurium statutorum.

Nec potest secundo marito relinquere plusquam uni ex filiis primi, *leg. hac edictali, Cod. de secund. nupt.* Roland. *de dot. quæst.* 26. *et* 27. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 463. *per tot. cap.* 219. *num.* 31. *cap.* 300. *cap.* 702. *num.* 27. *etc.* latè Hodiern. *in dict. leg. hac edictali*, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *nu.* 93. *etc.* vide in §. *Dispositio num.* Thesaur. *decis.* 171. Paul. Christin. *dict. decis.* 223. *n.* 7. *etc. et decis.* 271. *vol.* 1. ubi plura de pœnis iteratarum nuptiarum, *et decis.* 131. *vol.* 3. *et decis.* 189 *vol.* 5. & Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 244. *et decis.* 759. *in eadem causa*, Vide Brunnemann. *loc. cit.*

An autem teneatur præstare fidejussionem de dote conservanda, Surd. *decis.* 279. *per tot.*

Quòd secundæ nuptiæ non benedicantur, & quare, licet bigami cum virgine possint impunè benedici, Menoch. *de arbitr. cas.* 418. *per tot.*

Plura de reiteratis nuptiis toties, quoties successerit viduitas tam in viris, quam in fœminis, quia melius est nubere, quam uri, nisi emiserint votum castitatis, Viv. *commun. opin.* 535. *num.* 27. *et seqq.* ubi refert exempla Sacræ Scripturæ, & cujusdam plebis Romanæ, qui sepelierat 20. uxores, & postea duxit mulierem, quæ sepelierat 22. maritos, & triumphator extitit.

Quòd mulier minor per transitum ad secunda vota non patiatur pœnas secundo nubentium, nec amittat acquisita à primo viro, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 862. *num.* 18. *&c.* & alia qualiter possint evitari pœnæ secundò nubentium, Socin. *regul.* 332. *per tot.* vide in §. *Dispositio num.* 1. *& seqq.* §. *Mater nu.* 2. *etc.* §. *Pater num.* Vide Andreol. *contr.* 330. *n.* 30. Cabrun. *lucubr.* 23. *n.* 23. Crescin. ad Pen. *decis.* 212.

Quòd non sit verum, ut anima mariti defuncti contristetur per transitũ uxoris suæ ad secundas nuptias, latè comprobat Viv. *comm. opin.* 852 ubi plura an animæ defunctorum cognoscant, & sciant, quæ in sæculo peraguntur, & auctoritate Sanctorum Patrum, Theologorum, & Ecclesiæ distinguit inter damnatas, purgantes, & beatas, ut primæ virtute propria nesciant, & sint adeò pœnis oppressæ, ut non curent facta mortalium; ultimæ autem, nempe beatæ omnia sciant, & cognoscant in Verbo, & contemplatione Divinæ essentiæ, in qua omnia relucent, quia sunt Angelis æquales, qui facta mortalium non ignorant; non tamen afficiantur dolore, & molestia, facit Gabriel. Vasquez. in D. Thom. *prima primæ tom. pr. disp.* 50. *&* 51. *per tot. fol. mihi* 183. *& seqq.* ubi latè explicat an, & quomodo Beati aliqua videant in Verbo, & quid sentiant D. Augustinus, D. Bernardus, & alii.

Mulier, quæ nunquam fuit nupta potest sibi relictum sub conditione, *ne nubat* capere, etiam si nupserit, talis conditio in virgine reprobetur, *leg. quoties* 23. *ff. de condit. & demonstr.* facit Gratian. *disceptat. forens. cap.* 254. *nu.* 27. *&* 28. vide in §. *Conditio num.* 34. §. *Legatum num. &* §. *Pœna num.* 28

Vidua autem, cui hujusmodi conditio non nubendi fuerit apposita, tenetur illam adimplere, aliàs amittit legatum, *auth. cui, Cod. de judic. vid. toll.* quia per transitum ad secunda vota fit injuria primo viro, §. *quæ in fine, auth. de nupt.* posset tamen per eum remitti, & per filios, §. *perspeximus, auth. cod.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *n.* 8. *& n.* 64. *&c.* ubi quod talis injuria potest remitti, & qualiter intelligatur remissa, & reprobat Gratian. *cap.* 140. *n.* 3.

Intellige si conditio viduitatis fuerit expressè apposita, alias retinet legatum, etiam si dictum fuerit, & si permaneat in domo testatoris, vel castè, & honestè vivat, latè Altograd. *consil.* 63. *per tot. lib. pr.* vide in §. *Conditio n.* 39. §. *Legatum n.* 29. *&* 30. Rot. *part.* 22. *recent. dec.* 95. *per totum.*

Qualiter habeat restitutionem in integrum adversus non observatam conditionem, latè idem Altograd. *cons.* 77. *num.* 48. *& seqq. per tot. lib.* 2. vide in §. *Conditio num.*

Quòd dicta conditio non nubendi valeat etiam in Virgine, & sit servanda sub pœna amissionis relicti, quando est substituta pia causa, Gratian. *decis.* 187. *num.* 13. *&c.*

Quòd si fiat ademptio legati in pœnam secundarum nuptiarum, & non sub conditione, possit etiam vidua illud retinere non obstante transitu ad secunda vota, cum pœnæ secundo nubentium sint sublatæ, Riminald. jun. *consil.* 279. *num.* 111. Pract. Papp. *act. ad dot. & usufruct. glos donec vitam.*

Mulieres honestæ non possunt carcerari pro debito civili, etiam fiscali, parum autem honestæ, & meretrices carcerantur, *Auth. sed hodie, Cod. de off. divers. jud. quæ desumitur ex Auth. ut nulli judici*, §. *Necessarium collat.* 9. *Navel.* 134. Socein. *reg.* 229. Guid. Papp. *quæst.* 256. Paul. Christin. *decis.* 217. *nu.* 5. *& seqq. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 2215. Dec. *in l. fæminæ num.* 72. *ff. de regul. jur.* Addit. ad Pract. Papp. *for. Inquisit. glos. pr. verb. fallit*, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 728. *num.* 16. *cap.* 606. *num.* 3. Caccialup. *de debit. suspect. & fugit. quæst.* 5. *num.* 22. Magon. *dec. Luc.* 90. *num pr. etc.* Menoch. *de arbitr. quæst.* 88. *n.* 10. *&c.* Duen. *regul.* 312. *per tot.* Sperel. *decis.* 158. *num.* 37. *etc.* Farinac. *quæst.* 27. *nu.* 42. Gizzarell. *decis.* 54. *num.* 13. *&c.* Card. Tusch. *litt. M, conclus.* 416. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 6. *per tot. fol* 473. Caluin. *tractat. de æquit. lib. pr. cap.* 15. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 178. *per tot. volum.* 5. ubi an possint se obligare etiam ad carceres, & videtur concludere quòd sic, dummodo certioratæ in specie dicto privilegio renunciaverint, & non sint 29

nup-

nuptæ, & innuptæ non possunt se ad corporis capturam obligare, nisi publicæ sint meretrices, vide in §. *Meretrix nu. pr. in fine*, Grival. *decis.* 115. *per tot.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib. pr. Rub.* 12. ubi etiam quando mitius puniantur, quam masculi, & Romagner. *ibidem Addit. num.* 8. subjungit, quòd carceratæ in alio Monasterio non gaudent illius immunitate, sed extrahi possunt invitæ quamvis delicta ab illis comissa non sint de exceptis ex rationibus adductis per Ursiada *decis.* 84. *n.* 23. Salgad. 2. *part. de Protect. ca.* 4. *à num.* 83. *& pr. part. Labyr. cap.* 41. *num.* 10. *vs. & in expresso.* Vide Emerix. jun. *decis.* 422. *n.* 6 ubi tamen *n.* 7. dicit, quod pro debito pecuniari possunt excommunicari.

Quid in debito tutelari, Montan. *de tut. cap.* 35. *num.* 65. *&c. fos* 1. ubi quòd possunt carcerari; sed contrarium ten. Menoch. *dict. quæst.* 88. *num.* 12. & dixi in §. *Mater*, Salgad. *dict. nu.* 10. *vers. et in expresso*.

Quòd mulier quidquid sit de jure, tamen de consuetudine carcerentur pro causis criminalibus, etiam levibus, & ponantur separatim à viris in carceribus honestioribus, attenta qualitate delicti, & personarum, Clar. §. *fin. quæst.* 28. *vers. quæra igitur*, Cabal. *resol. crimin. cas.* 78. Ingon. *decis. Luc.* 90. *num.* Menoch. *de arbitr dict. quæst.* 88 *nu.* 19. *& seqq.* Guaz. *deff.* 5. *cap.* 3. *num* 8. Tusch. *littera M, conclus.* 416. *num.* 13. & alii faracitati, Paul. Christin. *dec.* 217. *vol.* 5. Farinac. *d. quæst.* 27. *num.* 42. *& seq. ad* 65. ubi latè quando, & pro quibus causis possint mulieres carcerari, vel non.

30 Mulier, qualiter propter adulterium commissum à marito lucretur donationem propter nuptias, Roland. *cons.* 30. *lib. pr.* Clr. §. *Adulterium vers. Et scias*.

31 Mulier propter adulterium ab ea commissum amittit dotem, quæ marito applicatur, nisi cum illo fuerit reconciliata, vel etiam ipse adulterium commiserit, vel illi consenserit; Pract. Pap. *act. ad dot. & usumfruct. glos.* 3. *nu.* 3. Clar. §. *Adulterium, vers. Et scias*, ubi etiam de osculo luxurioso; Gratian. *discept. forens.* 581. *n.* 26. Menoch. *lib.* 5. *præsump.* 41. *num.* 46. Vivi. *commun. opin.* 1060. *per tot.* Joseph. Felin. *Margar. variar. concl. verb. Mulier fol.* 12. *col.* 2. Farinac. *quæst.* 141. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 538. *num.* 6. *&c. volum.* 3. *& decis.* 218. *num.* 20. *& seqq. vol.* 5. Rico. *Collect.* 3987. ubi etiam qualiter dos ammittatur ex parte viri, & illa, idem Ricc. *Collect.* 1001. ubi aliis etiam modis limitat, Cala *de mod. art. & proband.* 6. 2. *glos. unic nu.* 879. *& seqq.* ubi docet plura articulanda, & probanda pro muliere, ne propter adulterium dote privetur Andreol. *contr.* 336. *n. pr* Vide Berlich. *conclus.* 29. *n.* 154. *tom.* 4. Castald. *consul.* 264. *n.* 3. *vol.* 2.

Quòd sententia lata super adulterio ad favorem mariti, tollatur per subsequutam reconciliationem, Cavalei. *decis.* 482. *num.* 7.

Quòd judex laicus sit competens in declaranda amissione dotis ob adulterium maximè notorium, etiamsi civiliter agatur, Dec. *cons.* 212. Franch. *dec.* 312. *num.* 6.

An autem dicta exceptio adulterii competat hæredibus mariti, & contra hæredes mulieris; Rot. *par.* 3. *divers. decis.* 86. *lib.* 2. *& decis.* 13. *lib.* 3. Roman. *consil.* 286. Bardellon. *cons.* 177. *lib.* 2. Franch. *decis.* 284. Farinac. *dict. quæst.* 142. *part.* 2. *per tot.* Vivi. *commun. opin.* 1060. *num.* 14. vide Noal. *de transmiss. cas.* 49. *num.* 47.

Quòd mulier propter adulterium amittat dotem, & partem paraphrænalium, & applicetur marito, vel ejus hæredibus; ita ut de illa non possit testari, latè adversus Cort. jun. & Plaut. *in Rub. C. de edenda*, probat Menoch. *de arbitr. cas.* 419. *num.* 58. *& seqq. ad* 70. ubi illorum argumenta, & rationes resolvit, & intelligit maritum dotem lucrari, si nulli extent ex eo matrimonio filii, si vero adsint filii, illis conservari debere, & vide Franch. *decis.* 421. *n.* 66. & dixi in *Pract.* §. *Donne num.* 13. Leoncil. *decis. Ferrar.* 84. *num.* 22. *& seqq.* ubi quòd dos applicatur filiis quando extant. Et an maritus occidens mulierem adulteram lucretur dotem Carl. Anton. De Luc. *in Prax. crim. cap.* 16. *n.* 8.

Non tamen amittere dotem propter solum osculum luxuriosum, nisi alia concurrant adulterii adminicula, latè probat contrariis respondendo Menoch. *de arbitr. cas.* 287 *nu.* 13. *& seqq. per tot.* Vivi. *comm. opin.* 1060. *nu.* 5. *& seqq.* ubi contra Paul. Christin. *decis.* 138. *num.* 7. *volum.* 3. Thom. Trivis. *decis.* 16. *per tot. lib.* 2. ubi an lite pendente super Adulterio sit interim alenda à viro, maxime de bonis dotis, & affirmativè concludit, aliàs esset exequi sententiam antè illius prolationem, latè Basilic. *dec. crim.* 22.

Quòd mulier inhonestè vivens patiatur omnes pœnas secundò nubentium, vide in §. *Mater num.* & §. *Vidua num.* 5. ubi an amittat dotem.

Cætera de mulieribus inhonestis, vide in §. *Meretrix per tot.* §. *Adulterium*, §. *Coitus*, §. *Incestus*, §. *Stuprum*, *&c.*

Ad quid autem teneatur mulier ex adulterio filium concipiens, & pariens, ut sit tuta in conscientia, latè Vivi. *comm. opin.* 1060. *num.* 21. *et seqq.* ubi quòd regulariter non tenetur se marito detegere, nisi cessante omni periculo si tamen præmoriatur viro, debet id propalare confessori extra confessionem, ut post ejus mortem notificetur viro suo, & non tamen manifestando adulterum, si autem supervivat, debet quantum potest inducere filium adulterinum ad religionem, vel clericatum cum debitis dispensationibus, & ad dimittendam hæreditatem aliis filiis legitimis, quod si assequi non poterit, tenetur juxta possibilitatem suam resarcire de proprio omnia damna viro, & filiis legitimis causata, vide alios, quos allegavi in §. *Adulterium n.* 10. *&* §. *Fama*.

Mulier pauper habens matrem, & fratres divites, cum neutri illorum teneantur dotare nisi in subsidium, est dotanda à matre pro dimidia, & pro alia dimidia à fratribus. Soc. jun. *in auth. res quæ*, *C. comm. de leg.* 32

Quòd non extantibus bonis paternis, quamvis ipsa habeat de proprio, sit dotanda ab avo, qui prius est cogendus, quàm mater, Gratian *discept. forens. cap.* 259. *per tot.* ubi latè moderno. Carol. Ant. De Luc.

Mulier, quæ peperit, & non bene purgata remansit, si moriatur postquàm exivit de domo, præsumitur mortua ex prima causa, nempè puerperio, & non ex culpa considerata in exitu de domo, Rota Roman. *decis.* 701. *lib.* 1. refert Felic. *de societ. cap.* 22. *in fine* vide in §. *Mors num.* 33

An autem moriens ex partu, vel prægnantia dicatur mori morte violenta, vel naturali ad effectum sociatatis officii, plenè Paul. Zacch. *Quæst Medic. Legal. tit.* 4. *per tot.* ubi examinat octo quæstiones ad hoc propositum, & Rota post illum *tom.* 2. *dec.* 1. *&* 3. *per tot.*

Mulier, (vel puer) asserens fuisse stupratam, & carnaliter cognitam, non facit indicium ad torturam contra imputatum, cum sit socia criminis, nisi deponat cum tortura levi ad purgandam maculam, concurrant adminicula, & alios non patiatur defectus, Farinac. *quæst.* 43. *n.* 88. *&c.* 234. *&* 147. Ambros. *decis. Perus.* 34. *vol.* 2. Muscatel. *de cognit. et probat. delict. tit. de adult. et stup. num.* 11. Sperel. *decis.* 38. *num.* 7. Conciol. *resolut. crimin. verb. Indicium resolut.* 13. *et verb. Stuprum resol.* 2. *per tot.* Boer. *decis.* 299. *per tot.* Guaz. *deff.* 4. *cap.* 6. *numer.* 14. Paris. *cons.* 160. *lib.* 4. Bajard. ad Clar. §. *Stuprum num.* 41. Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 6. *per tot.* dixi in *Pract.* §. *Donne num.* 14. *et* 15. §. *Stupra num.* 3. *et* §. *Violenza num.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 25. *num.* 12. *vol.* 3. ubi quòd creditur virgini dicenti se ab aliquo cognitam, & ab eo prægnantem redditam, licet non ita credatur meretrici; Sed ego puto esse intelligendum concurrentibus aliis adminiculis, maxime probatæ pudicitiæ, ad tradita per Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 32. *num.* 12. *et seqq.* ubi quod tunc illi creditur ad effectum ut stuprator illam ducat in uxorem, & dixi in §. *Stuprum num.* 3. *vers. Quod assertio*. Vide Carl. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 7. *n.* 5. 34

Quamvis dictum mulieris stupratæ facere inditium ad torturam contra nominatum teneat etiam Vivi. *decis.* 249. quem refert, & sequitur Ricc. *Collect.* 233. & Joseph. Feliv. in *Margar. var. conclus. verb.*

Tortura fol. 112. *col.* 2. Sed in facti contingentia quidem judea non fuit excusatus, cum aliàs esset non bonæ famæ, vide *in §. Sodomia n.* 6. *et §. Stuprum num.* 3 *vers. quòd assertio jurata, etc.* ubi qualiter istud procedat etiam sine tortura ad purgandam maculam in muliere, facit Rota *part.* 18. *recent. decis.* 818. *per tot.* ubi qualiter mulier, etiam meretrix junctis adminiculis probet adulterium cum ea commissum ad effectum separationis thori.

Quod in dubio mulier præsumatur virgo, & qualiter probetur corrupta, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 89. *per tot.* vide *in §. Stuprum.*

Quòd nec virgini stupratæ credatur si asserat ex tali concepisse, illo negante se eam habuisse cum ea, ita ut mulier ipsa teneatur alere partum, Alexand. *cons.* 157. *lib.* 5. Thesaur. *decis.* 3. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 288. *nu.* 25. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 220. *num.* 113. *&c.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 18. *art.* 4. *& seqq.* ubi plura, vide *in §. Filiatio num. pr. &c.*

Non etiam creditur famulæ cohabitanti cum domino, & asserenti se fuisse ab eo stupratam, Matthæu. San. *dict. tractat. controv.* 53. *n.* 18. dixi *in §. Stuprum num.* 3. *in fine.*

35 Mulieres ligantur statuto, vel lege prohibente delationem armorum, vel ire de nocte sine lumine, & similibus, Cabal. *resol. crimin. cas.* 228. *num.* 13. *&c.* Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. *num.* 20. Matthæu. Sanz. *de re crim. controv* 29. *nu.* 88. *etc.* Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *num.* 64. Farinac. *quæst.* 108. *num.* 15. Conciol. *resol. crim. in verb. Arma resol.* 7. ubi tamen quòd de æquitate contrarium est servandum, sicuti quandoque fuisse servatum refert ea Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 129. *nu.* 130.

Circa quod advertendum est, quamvis per legem armorum in multis casibus ultra pœnam pecuniariam, imponatur etiam pœna ictuum funis, & licèt mulieres, nisi aliud obstet, possint torqueri ad eruendam veritatem; imo secundum peritos, cum sint latiores pectore minus sentiant vim tormenti funis, quàm masculi tamen de consuetudine non condemnantur in dictam pœnam ictuum funis, nec ad triremes, sive similes pœnas muliebri sexui indecentes, sed ad alias pœnas arbitrarias æquivalentes, puta pecuniarum, carceris, exilii, sive confinii, & similes juxta facti, & personarum qualitatem, imò quoad ictus funis pro armis, illis omissis; & sola pœna pecuniaria legis imposita, absque alio arbitrio, memini fuisse per me servatum in facti contingentia de anno 1666. in quadam causa Viei Pisani, dum Florentiæ vices Auditoribus Militarium legionum pro S. C. S. sustinerem.

36 Mulieres prægnantes etiam per viginti, vel decem dies tantùm, & sic ante fœtum animatum, licèt dolosè, & ex alio, quàm suo viro in carceribus propter timorem abortus non possunt torqueri, nec terreri, Caranza *tract. de part. nat. et legit. cap.* 2. *§.* 4. *num.* 21. *& seqq. fol. mihi* 208. sicut nec per quadraginta dies post partum, nec etiam post dictos quadraginta dies, si sint lactantes, & alia nutrix ad alendum partum non possit haberi, & si fuerit contrafactum, omne resultans est nullum, vide Clar. *§. fin. quæst.* 68. *n.* 22. Tusch. *litt. T, conclus.* 328. *num.* 21. Bran. *de indic. quæst.* 4. *part.* 4. *num.* 2. Guaz. *def.* 30. *cap.* 14. *&* 15. *per tot.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 5. *& seqq. & quæst.* 4. *nu.* 19. *&c.* Conciol. *resol. crimin. verb. Tortura resol. pr. num.* 5. *& seqq.* Vide Brunnemann. *supr. ff. libr.* 48. *tit.* 18. *leg.* 7. *n. pr. tom.* 2.

Quod prægnantes non possint morte mulctari, nec membri mutilatione donec pepererint, Menoch. *de arbitr. quæst.* 86. *num.* 10. *& seqq.* Tuschus *litt. M, conclus.* 417.

Imò quòd nec possint morti tradi, nisi post quadraginta dies à die partus, Bart. *in l. prægnantis, ff. de pœnis*, P. Manar. *Noct. Malencol. interrogat.* 94. *post princ. fol.* 156. Brunnemann. *loc. cit. libr.* 48. *tit.* 19. *leg.* 3. *n. pr.*

Nec etiam prægnantes possunt impunè offendi, licèt sint bannitæ, ne fœtus innocens pereat, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 55. vide *in §. Bannitus numer.*

Si autem mulier prægnans damnata ad mortem, dum custoditur donec peperit, infirmet ad mortem cum periculo, ut fœtus una cum ea pereat sine baptismo, posset, imò deberet servato juris ordine, idest executioni demandata sententia per Carnificem, postea statim aperiri per Chirurgum ad effectum baptizandi fœtum in ea existentem animatum secundum P. Manar. *d. tractat. interrogat.* 55. *fol.* 245. ubi etiam refert alios contrarium tenent, vide Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 44. ubi videtur idem tenere, quando subest spes infantem non esse moriturum, & quòd non licèt matri consentire se adhuc vivam secari, cum esset directa occisio, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 12. *&* 13.

An mulieres prægnantes possint cogi ad perhibendum testimonium, vide Cabal. *resol. cri. cas.* 79. *per tot.* dixi supra *num.* 16. Vide Brunnemann. *supr. ff. libr. pr. tit.* 5. *leg.* 18. *n.* 2. *tom. pr.*

Qualiter prægnantes, & lactantes excusantur à jejunio, & an à comestione ovorum, & carnium, Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 126.

Ex quibus autem signis, & conjecturis ad prædictos effectus, & ad effectum petendi possessionem bonorum ventris nomine, vel similes cognoscatur prægnantia mulierum, Cagnol. *in l. finis prægnantis, ff. de regul. jur.* Giurb. *de Consuet. Messan. cap.* 8. *glos.* 2. *n.* 5. *& seqq.* & melius Paul. Zach. *Quæst. Med. Legal. lib. pr. tit.* 3. *quæst. pr. & lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 10. *n.* 9. *& cons.* 26. *per tot. lib.* 2. dixi *in Pract. §. Aborto n.* 3. *& §. Donne n.* 29. Vide De Lc. *de Success. disc.* 46. *n.* 11.

De signis conceptionis, & ejus effectibus, de formatione hominis, de animatione, & motu conceptionis, ac alia hujusmodi, doctè Alpons. Caranza *tract. de part. nat. & legit. cap. pr. sect.* 1. *& seqq. per tot.*

Item an mulieres possint concipere, & prægnantes reddi ex semine humano absque vera & effectiva copula, sive coitu, & totali membrorum applicatione, unione, & intromissione, an opera incuborum, & succuborum, idest dæmonum, si non ex propria virtute, saltem per assumptionem corporis alterius, an prægnantes ex mola gaudeant privilegiis aliarum prægnantium, quid sit mola, quomodo concipiatur, & alia curiosa, vide per Paul. Zach. *d. tract. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 10. & in aliis locis supracitatis, & *cons.* 39. *et* 42. *per tot.* Scip. Mercur. *in sua Conar. lib.* 2. *cap.* 38. *et* 41. *per tot. et in Pract. dict. §. Donne n.* 21. Torreblanc. *de Magia lib.* 2. *cap.* 30. ubi multa de incubis, & succubis cum Lamiis, & an ex tali congressu nasci possit proles, Larrea *dec.* 3.

Mulieres quandoque se fingunt prægnantes, & postea parturientes, ad effectum supponendi alienum partum in præjudicium legitimorum successorum, vel aliis de causis, quod est delictum falsitatis gravissimum, quomodo cognoscatur, sive detegatur hujusmodi ficta prægnantia, Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 8. *per tot.* Boss. *tit. de part. suppos.* Farinac. *quæst.* 150. *part.* 10. *per tot.* Bonif. *de furt. §.* 7. *n.* 34. *&c.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1208. *per tot.* ubi quomodo probetur prægnantia. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 37. *n.* 24. *tom.* 2. 37

Quæ autem provisiones possint, & debeant per judicem fieri, ubi dubitaretur de suppositione partus, maximè inter Magnates, & Nobiles, & cujus expensis, vide Franch. *dec.* 332. *per tot.*

Usque ad quam ætatem possint mulieres concipere Bald. *cons.* 435. *littera S*, Tuschus *liter. M, conclus.* 423. dixi *in §. Ætas nu.* Em. De Luc. *De Regal. disc.* 177. *n.* 36. *&* 37. *De Dot. disc.* 194. *num.* 9. frequentior tamen mulierum defectus est se fingere, & simulare virgines, & intactas causa velandi amissam virginitatem, sive quandoque prostitutam libidinem, & partum ante nuptias, quod facere possunt medicamentis adstringentibus, & emplastris ad tollenda signa partus, & quod pejus est interdum procurant abortus; an autem sit permissum uti remediis ad reparandum damnum amissæ virginitatis causa vitandi infamiam, & sponsis intactas se demonstrandi, & quomodo possint hujusmodi artes sive fallaciæ detegi; ubi ageretur de probando stupro,

vel

vel abortu, Paul. Zacch. *quæst. Medic. legal. lib. 3. tit. 2. quæst. 7. per tot. & lib. 4. tit. 2. per tot.* Vide Episc. Rocc. *cap. 194. n. 103. lib. 2.* Fagnan. *in cap. cum sit n. 50. de convers. conjug.*

Qualiter ad prædictos effectus debeant visitari, & inspici à matronis honestis, vel obstetricibus, non autem à viris, etiam medicis, vel chirurgis, & tantò minus à judicibus, vel notariis, *§. 1. vers. pubertatem, Inst. quibus mod. tut. l. fin. C. quando tut. vel cur. esse desin.* Rot. *in Taurinen. matrimonii 2. Decembris* 1641. coram Penia apud Paul. Zacch. *dict. tract. tom. 2. dec. 32. n. 26.* dixi *in Pract. §. Donne n. 34.* vide Altograd. *cons. 52. et cons. 53.*

38 Mulier, vel alius procurans, & dans causam abortui, qua pœna puniatur, sive fœtus fuerit animatus, sive inanimatus, & quid quando infantem jam natum necasset, vide latè pro defensione à pœna mortis, Thes. *dec. 12. & 13. per tot.* ubi se jactat fuisse mulieris salvatorem, Menoch. *de arbitr. cas. 357. per tot.* Franch. *dec. 502. per tot.* Farinac. *qu. 122. part. 6. per tot.* P. Manar. *Noct. Malene. Interrog. 100. §. 1. per tot.* vide *in §. Abortus per tot. & in Pract. §. Aborto n. 8.* ubi etiam an in hujusmodi delictis suffragetur immunitas Ecclesiæ. De materia ibi contenta, latè Raynald. *Syntax. rer crim. cap. 6. §. 5. per tot.* ubi plures allegat. latè Altimar. *de nullit. rub. 2. & 3. qu. 1. n. 33. tom. 8.* Vide Antonell. *de Temp. leg. lib. 4. cap. 31.* Lezan. *qq. reg. in summ. verb. Abortus* Passarell. *de Donat. libr. 3. quæst. 5.*

Quòd mater, quæ partum celavit, si inveniatur mortuus, parricidii rea censenda sit, nisi probet illum fuisse à se editum mortuum, & in dubio torquenda sit, Anton. Fabr. *in suo Cod. tit. 11. defin. 1.* Paul. Christin. *dec. 198. num. 36. vol. 4.* vide *in §. Parricidium n. 2. & 5.*

An autem mulier mingendo statim post copulam ad emittendum semen, & impediendam conceptionem peccet mortaliter, vide Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 15.* ubi quòd non, nisi ex conscientia erronea, idest credendo ita mingendo peccare; refert tamen Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 9. disput. 30. nn. 3.* Bonac. *de matrim. qu. 4. punct. 9. et 10. n. 10.* affirmantes mortaliter peccare, cùm prodigat semen à natura ad prolem suscipiendam ordinatum, sed cùm matrix habeat vim magnam attractivam, & retentivam seminis, frustra profectò id agit, & ideò non peccat, nisi ex conscientia erronea, ut supra, idem Dian. *part. 7. tractat. 5. resol. 31.* ubi idem firmat si digitis eiiciat semen, nec ob id dicatur procurare abortum, & facit *part. 10. tract. 14. resol. 55. per tot.*

Quod conjuges post coitum, ex quo suspicari possunt semen fuisse retentum, non possint per aliquot dies petere, nec reddere debitum matrimoniale ob periculum effluxionis seminis jam recepti, Altogr. *cons. 52. nn. 52. lib. 1.* ubi citat Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 22. n. 1. in fine*, Tabien. *in sum. resolut. matrimonium 3. q. 3. §. 6.* Azor. *Institut moral. part. 3. lib. 3. cap. 32. littera E. colu. 6. vers. quar ò majoris. fol. mihi 210. et alios*, quos vide, quia ob dictam vim retentivam matricis valdè dubito de hac opinione.

39 Mulieres prohibentur sub gravibus pœnis eodem tempore plures maritos ducere, vel habere, sicut è contra viri plures uxores, & dixi *in §. Uxor nu. 6.* ubi etiam an hujus delicti cognitio spectet ad judicem laicum, vel ad Ecclesiasticum, & distingue prout ibidem.

Si tamen mulier probabiliter crediderit primum virum ab humanis decessisse, & de illius morte nuntium habuerit, juncta fama, non punitur si alium virum duxerit, sed reverso primo, qui mortuus certè credebatur, tenetur ad illum redire, secundo relicto, ita ut si constante secundo matrimonio mulier incipiat dubitare, quòd primus vivat, non possit à secundo petere debitum, licèt illo petenti reddere possit, & debeat, *c. dominus de secund. nupt. c. cum per bellicam 34. qu. 2. cap. in præsentia de sponsal.* Menoch. *de arbitr. cas. 420. n. 118. et seqq.* Caball. *resol. crim. cas. 98. per tot.* Farinac. *q. 140. part. pr. et 2. per tot.* Tusch. *litt. M, concl. 144. et 145. per tot.* Caspens. *Curs. Theol. tr. 26. disp. 2. sect. 6. per tot. fol. 714.*

Mulier non potest esse tutrix, nisi sit mater, vel avia, ita ut præter matrem, & aviam non possit relinqui tutrix in testamento, nec à judice confirmari, *l. pr. et tot. tit. C. quando mul. tut. off. l. 2. ff. de reg. jur. l. jure nostro 16. ff. de testam. tut. l. fin. ff. de tut.* dixi *in meis resol. cap. 98. nn. pr. et seqq.* Paul. Christin. *dec. 149. per tot. vol. 3. et dec. 294. et 195. vol. 5.* Ricc. *Collect. 315. 1065. et 1238.* Altograd. *cons. 17. n. pr. et seqq. lib. 2.* ubi propterea infert ad novercam, quæ non potest esse tutrix privigni, etiamsi data esset in testamento, & à judice confirmata Merlin. *dec. 35. n. pr. etc.* Rot. *part. 9. recent. dec. 470. num. 11. et seqq.* & post Urceol. *tract. de transact. dec. 21. n. pr.* latè Fontanel. *dec. 249. cum pluribus seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu. 6. sect. pr n. 84. et seq. tom. 3.* Cyriac. *contr. 411.* De Luc. *de Tut. disc. 21. n. 7. et 8. de Success. disc. 29. n. 14.* Rot. *de Privil. mulier. cap. 2. a n. 52. et a n. 73.* 40

Qualiter autem mater, & avia possit esse tutrix filiorum, vel nepotum, vide *in §. Mater n. 5.* Vide Altimar. Cyriac. De Luc. & Rot. *loc. supr. cit.*

Potest tamen etiam extra matrem, & aliam, sustineri datio alterius mulieris in tutricem, si non in vim tutelæ, saltem in vim generalis administrationis, si verba id patiantur, Surd. *428. nn. 13. et 14.* Gratian. *discept. for. cap. 919. n. 2. cap. 830. nn. 11.* Rot. *part. pr. recentior. dec. 668. n. 5.* Cancer. *resol. 7. num. 8.* Bardellon. *cons. 191. per tot. lib. 2.* Merlin. *dec. 35. nu 5. et 6.* facit Rot. *part. 9. rec. decis. 171.* nec bona fide contrahentes cum ea decipiantur, ut dixi *in cit. cap. 90. n. 3. etc.* ubi tamen quòd titulus hujusmodi administrationis, non potest extendi ad alienationem stabilium, per text. *in l. procurator 63. ff. de procur.* & maximè sine causa legitima, sine qua non valet alienatio, etiam facta a vero tutore, ut ibidem latiùs. Nec potest hujusmodi defectus suppleri à Principe, cùm non respiciat solemnitates, sed substantiam actus, & potestatem alienantis, Rot. *part. 9. recent. dec. 470. nu. 13.* vide *in §. Princeps num. 42.*

Potest tamen mulier, licèt minore 25. annis dispensari à Papa tam ratione sexus, quàm ætatis ad suscipiendam tutelam, imò quando fuit à testatore assignata, non solùm est honestissima hujusmodi dispensatio, sed quodammodo debita, nec dubitari potest de facultate, cùm agitur de obstaculis à jure positivo inductis, Merlin. *dec. 35. per tot.* ac idem puto dicendum de alio Principe superiore.

Mulier numquam præsumitur esse in dolo, vel lata culpa, & idem est in minore, rustico, & milite, Gratian. *discept. for. cap. 68. nu. 12. &c.* vide *in §. Dolus n. 6. & n. 4. in addit. supra n. 1. in fine.* 41

Quòd in delicto falsæ monetæ si sint principales ponantur pœnæ ordinariæ, nisi ex aliis causis excusari possint, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 5. §. 2. n. 67. &c. fol. 349.*

Intellige in dubio, vel quoad dolum præsumptum, secus in vero dolo clare probato, & in his, quæ prohibita sunt jure divino, naturali, vel gentium, fœminæ ratione sexus excusari non possunt neque ab acerbitate pœnæ, sed tantùm in his, quæ prohibita sunt jure civili, vel quæ fœminæ à communiter accidentibus ignorare solent, aliquam excusationem merentur, ut ex Farinac. *quæst. 98. cons. 10. & q. 119. n. 10.* & aliis pluribus comprobat Matthæu. Sana. *de re crim. contr. 29. n. 72. & seqq.* ubi latè demonstrat fœminas comprehendi sub nomine viri in pœnalibus, ac pari pœna puniri, nisi aliter sit expressè cautum, vide *in §. Masculinum n. 1. & §. Venenum nn. 1.* ubi quòd in delicto veneni sæviùs puniuntur.

Mulier, quæ nupsit extra territorium, stante Statuto, quòd non possit succedere, quando illo non obstante, ipsa, & ejus filii admittentur, vide *in §. Statutum excludens n. & in Pract. §. Donne n. 3. & 4.* ubi quid in hoc disponant leges municipales Florentiæ. 42

Mulieres nec activè, nec passivè comprehenduntur in stipulationibus pacis, vel cautionis de non offendendo, nisi de illis, vel de affinitate sit facta men- 43

tio, quidquid aliqui contrarium teneant, de quo vide Farinac. *qu. 107. art. 29. n. 380. &c. & in meis resol. cap. 93. n. 16.*

An habeant jus accusandi, & reddendi pacem, Ricc. *Collect.* 3589. dixi *in §. Pax n. 5.*

44 Mulieris an possint ingredi Claustra Regularium comitando processionem, vel alia causa devotionis, vide Dian. *part. 7. tractat. 16. resol. 6.* ubi refert varias opiniones, & declarationes, vide *in §. Religiosi nu. 11.* Plura de prohibitione mulierum ingrediendi Monasteria virorum, de Religiosis illem admittentibus, an aliquo casu possint admitti, de pœnis ingredientium, & admittentium, à quibus possint absolvi, & alia ad rem, latè Thom. del Bene *de Immunit. part. 2. cap. 19. dubit. 72. cum decem sequentibus fol. 278. etc.* Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. meth. tract. 10. quæst. 23.* Fagnan. *in cap. nuper. n. 25. de sent. excomm.*

45 Mulieres an, & quando ob negligentiam fratrum in dotando admittantur ad successionem non obstante statuto exclusivo, vide *in §. Feminæ n. 55. et §. Statutum excludens n. 26. et 27.* Vide De Luc. *de Legit. disc. 2. n. 4. de Success. disc. 2. n. 4. et 9. de Dot. disc. 144. n. 40.*

46 Mulier licèt non possit esse judex, neque arbitrara potest tamen esse arbitratrix, quia arbitramentum nulla judiciali auctoritate fulcitur, sed se habet potius ad instar contractus, ac idem est in Monacho, & habens utramque facultatem censetur processisse tamquam arbitrara, & omni meliori modo ad sustinendum actum, prout dicitur de judice ordinario, & delegato, Ludovis. cum Beltram. *dec.* 204. ubi pro sustinendo laudo lato ab Illustrissima D. Virginie Sabella Altimar. *de nullit. rubr. 10. q. 10. tom. 2. & rubr. pr. part. 2. quæst. 38. n. 75. tom. 4.* Lar. *de Vit. Bomin. cap. 30.*

47 Mulieres se mutuo, ut viri subagitantet, & actum venereum exercentes, & insimul se corrumpentes dicuntur sodomiam committere, & pœna ultimi supplicii puniri debent, *l. fœdissimum, et l. cum vir. ubi glos. et DD. C. de adulter.* Boer. *dec. 316. nu. 14.* Vivi. *comm. opin.* 530. ubi tamen quod supergrediendo virum suum non peccant mortaliter, sed sic coeuntes conjuges sunt graviter increpandi, & prohibendi ab hujusmodi modis coeundi periculosis, vide *in §. Sodomia n.*

48 Mulieres suffocantes filios infantes in lecto, an priventur eorum successione, & quomodo puniantur dixi *in §. Homicidium n. 12. in fine.*

49 Mulieres extra patriam nuptæ; dicuntur ex magis communi DD. sententia habere duo domicilia, unum scilicet propriæ originis, alterum habitationis viri; quorum primum quoad favores, alterum quoad omnia, ut plenè per Cabal. *cons. dec. 125. n. 8. lib. 2.* dixi *in §. Uxor n. 2. & 3.* ubi plura, & plures allegavi. Facit De Luc. *De Regal. disc. 83. n. 12.*

50 Mulieres retinent nobilitatem sui generis, etiam si nubant viro inferioris dignitatis, & ideò si filia Regis nubat Comiti, appellabitur tamen Regalis, Tiber. Decian. *respons. 84. nu. 7. vol. 5.* Cabal. *cons. dec. 129. nu. 21. & seqq. lib. 2.* facit idem De Luc. *De Dot. disc. 2. n. 9.*

An autem transfundant in viro ipsarum titulum, & nobilitatem, dixi *in §. Maritus n. 32.*

51 Mulier pro recuperatione suæ dotis, an agere possit contra fundacum, quam ejus vir cum aliis sociis exercebat, dixi *in §. Uxor. n. 47.*

52 Mulier confitens delictum in judicio sibi præjudicat sine solemnitatibus statutariis, si concurrant adminicula, Ricc. *Collect.* 2203. *et* 3952. Francisc. de Angelis *tract. de confess. quæst. 23. nu. 24.* ubi etiam latè per totam quæstionem 20, & quando mulieris confessio sustineatur, vel non sine solemnitatibus statutariis; & faciunt per me notata *in §. Statutum requirens.*

53 Mulieres fuco, vel ornatu immodico incedentes, ut candidiores, vel rubicondiores appareant, vel ut aliquos defectus faciei cooperiant, hocque modò catenis aureis, anulis, jocalibus, aliisque mundanis ornamentis utentes; si hoc faciant ut marito placeant, nullam nec venialem culpam committunt, si verò vanitatis causa, in venialem culpam incidunt, at si id agant nimio appetitu, ut miseros juvenes alliciant simul & facie compta, & corporis ornatu, à mortali culpa excusari nullo modo possunt, & sic hoc totum ex affectu voluntatis pendet, D. Thom. 2. 2. *quæst. 169. art. 2. per tot.* Navar. *in Manual. cap. 23. nu. 21. & seqq.* latè Tiraquel. *l. 3. connub. per tot.* Jo. Andr. *in reg. ea quæ fiunt de reg. jur. in 6.* Bobadil. *in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 149.* Frances *var. resol. cap. 2. per tot.* facit quod dixi *in §. Vestes n. 6. §. Peccatum n. 12.* Less. *de just. & jure lib. 4. cap. 4. dubit. 14. per tot.* ubi plures, & dixi *in §. Vestes nu. 8. in addit.* Vide Fagnan. *in c. multa nu. 68. & 69. ne Cler. vel Monach.* Maravigl. *de Leg. Prud. Episc. in Indic.*

Multæ se excusant ad placendum marito, sed reverà mentiuntur, quia domi ubi placere debent marito juxta illud Psalmi, *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*, ut plurimum incompositæ, inornatæ, atque ut ita dicam sordidæ permanent, foris autem tantùm fucatæ, comptæ, atque ornatæ, ut aliis placeant incedunt, & utinam quandoque id non agant ne virorum consensu, ne uterque illorum mortaliter peccet. Fagnan. *ibidem.*

Mulier qualiter ex causa morbi Ptysici, luis venereæ, sive morbi gallici, & adulterii viri possit ab eo divertere, ac divortium petere, ita ut nec pendente causa divortii teneatur secum cohabitare, Rot. *part. 18. rec. dec. 201. per tot.* vide *in §. Matrimonium n. 19.* ubi plura, ac etiam de aliis causis. 54

De mulieribus multa, & varie decisa refert Thoro *Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. sect. 2. verb. Mulier*, & plura etiam indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Fœmina*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg. part. 5. verb. Mulier fol. 170. &c.* Jo. Torre *de success. & Primog. Ital. ut in Indice generali verb. Mulier.* Brunnemann. *sup. ff. & Codic.* Fagnan. *sup. Decr.* De Luc. *in Indic.* Mansiss. ad eumd. Castald. Rocc. Altimar. Constantin. Pignatell. Ursay. Pison. Ansald. Emerix Captar. Mans. Palm. & alii moderni. 55

Mulier regulariter constante Matrimonio præsumitur acquisivisse ex peculiis Viri Emerix Jun. *dec. 752. n. 7. et dec. 472. per tot.* Rocc. Episc. *cap. 518. n. 15. lib. 2.* Caprar. *decis. 676. n. 3.* 56

Limita quando constat de veritate in contrarium Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51. num. 32.* Cyriac. *contr. 40. n. 9.* Emerix Jun. *d. dec. 752. nu. 8. et 9. et dec. 453. n. 2.* Caprar. *loc. cit.* ubi limitat in personis de genere magnatisio.

Et aliquando præsumitur acquisivisse ex fructibus bonorum extradotalium Emerix jun. *decis. 916. n. 2.*

Mulier bona alia non præsumitur habere præter Dotem Boer. *dec. 81. n. 1. et 2.* Rot. *dec. 221. n. 8. et 9. part. 4. tom. 2. rec.* Emerix Jun. *dec. 37. n. 6. et dec. 95. n. 3. et dec. 1273. n. 6.* Bertachin. *vot. 49. num. 9.* Rocc. Episc. *ibid. n. 19.* Caprar. *decis. 201. n. 3. decis. 740. n. 8.* 57

Ita ut ex instrumento dotali dicatur firmatus status illius hæreditatis Rot. cor. Royas *dec. 389. nu. 52. & dec. 428. n. 6.* Emerix Jun. *dict. dec. 37. n. 7.*

Hæc tamen præsumptio cessat ex probatione in contrarium Rot. *dec. 313. n. 14. part. 15. & dec. 365. n. 4. & 5. part. 18. rec.* Emerix Jun. *dec. 488. per tot. & signanter n. 1.*

Signantèr quando aliunde Mulier acquirere potuit. Rot. *dec. 653. n. 4. part. 4. tom. 1., & dec. 342. nu. 8. part. 11. rec.* Emerix Jun. *dec. 453. n. 2. & dec. 752. num. 9.*

Et cessat in vidua soluto Matrimonio Rocc. Episc. *ibid. n. 15.* Caprar. *decis. 413. n. 8.*

Et locum habet dumtaxat ad favorem Viri, ejusque successorum non autem ad favorem mulieris, seu ejus hæredum in præjudicium ipsius viri Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 82. n. 7.* Rot. *dec. 499. n. 3. & 6. part. 9. & dec. 365. n. 6. part. 18. rec.* Emerix Jun. *dec. 1173. n. 7.*

Et non potest allegari à Tertio, optimè Bertachin. *vot. supr. cit. n. 10.*

Mulier confitendo non potest juri Creditoribus suis quæsito præjudicare Merlin. *de pignor. lib. 4. qu.* 58

134.

134. *n.* 14. Emerix Jun. *dec.* 201. *n.* 21.

59 Mulier contrahere potest sine solemnitatibus, si contractus principaliter tendat ad acquirendum Angel. *cons.* 307. *num.* 13. Emerix Jun. *dec.* 738. *num.* 1. Declara id procedere in contractibus de sui natura merè lucrativis, vel principaliter tendentibus ad acquirendum, facta obligatione solvendi quid minimum loco pretii, vel modicam aliquam recognitionem loco dominii Emerix Jun. *d. dec.* 738. *nu.* 2. Secus in contractu emptionis, quæ potest esse læsiva, vel in pretio, vel in modo solvendi Emerix *ibid.* De hoc tamen articulo aliàs dubitavit Rota *ibid. n.* 3. Quæ dubitatio fuit solum in terminis statuti Urbis *ibid. num.* 4. Et non habet locum in terminis Constitutionis Ægidianæ *ibid. num.* 5. Et tàm in terminis statuti Urbis, quàm Ægidianæ solemnitates requiruntur etiam in emptione facta sub hasta *ibid. n.* 6. Fortius si emptio facta fuit per interpositam Personam ementem pro Persona nominanda Emerix Jun. *d. dec.* 738. *n. eod.*

60 Mulier possidens bona Viri, & declarans illa retinere pro Dote, vel præsumitur sibi per illa satisfecisse, vel saltem pro rata illorum valoris inductam esse compensationem Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 6. *n.* 61. *cum seq.* Rot. *dec.* 231. *n.* 25. *part.* 9. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 252. *n.* 12.

61 Mulier præjudicium non recipit per conventionem initam inter ejus fratrem, & virum post sibi constitutam Dotem Rot. cor. Coccin. *dec.* 1289. *n.* 5. Emerix Jun. *dec.* 689. *n.* 8.

62 Mulier quietare validè nequit ex statuto Urbis sine solemnitatibus Rot. *dec.* 145. *nu.* 4. *part.* 3. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 201. *n.* 9. & *dec.* 1210. *n.* 4.

Et illius Nullitas allegari potest à tertio reo, & possessore Surd. *cons.* 315. *n.* 6. Andr. *controv.* 241. *nu.* 25. Rot. *dec.* 612. *n.* 4. *part.* 3. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 203. *n.* 10.

63 Mulier renunciare potest ante Matrimonium quartæ, quæ sibi in bonis Viri vigore *Auth. præterea* deberetur Emerix Jun. *dec.* 217. *n.* 1. Maximè si concurrat juramentum *ibid. n.* 2. Et contraria procedunt in simplici renunciatione post contractum Matrimonium, vel etiam ante, sine tamen præcedenti conventione, aut Juramento *ibid. n.* 3. Et hanc quartam non detrahit ex bonis viri, si fuit ipsi à Viro relictum legatum, ex quo possit commodè sustentari Emerix Jun. *loc. cit. n.* 5.

De materia quartæ vigore *auth. præterea* vide infra *in §. quarta*, ubi plura etiam cumulat Crescin. *in novissim. addition.*

64 Mulier renunciare validè potest juri quærendo sine solemnitatibus statutariis Gratian. *discept.* 132. *n.* 20. *cum seq.* Rot. cor. Buratt. *dec.* 332. *n.* 4. & *dec.* 250. *n.* 12. *part.* 11. & *dec.* 149. *num.* 5. *part.* 12. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 217. *n.* 4.

65 Mulier habens virum inutilem censetur vidua De Luc. *de Jurisd. disc.* 54. *n.* 6.

66 Mulier instituta hæres sub præcepto, & conditione viduitatis, an possit habilitari per Principem absque ullo requisito causæ publicæ Card. De Luc. *de Regal. disc.* 177. *per tot.*

67 Interest Reipublicæ mulieris honestatem conservari Card. De Luc. *de Testam. disc.* 90. *sub n.* 7.

68 Mulier non tenetur excutere bona extra Principatum vigore *Authenticæ res quæ* Card. De Luc. *de Don. disc.* 45. *n.* 10.

69 Clausula codicillaris non operatur in Mulieris testamento Altograd. *cons.* 78. *n.* 34., & *cons.* 80. *n.* 12. *lib.* 1. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 57. *n.* 6. ubi declaratur.

70 Mulieri prohiberi potest à Statuto, ne testetur ad aliorum favorem, quàm filiorum Card. De Luc. *de Testam. disc.* 30. *num.* 6. Et nisi adhibitis quibusdam solemnitatibus Card. De Luc. *de Testam. disc.* 29. & *seqq.*

71 Mulier filiis non extantibus an de dote advenientia possit disponere per contractum Card. De Luc. *de Dot. disc.* 154. *ex num.* 60. Et an per donationem causa Mortis absque patris consensu Card. De Luc. *de Dot. disc.* 32. *num.* 8. & 14. & *seq. disc.* 154. *num.* 61.

Mulier restando si dixerit, ut circa administra- 72
tionem bonorum stetur declarationi viri quomodo sit intelligenda Card. De Luc. *de Testam. disc.* 48. *num.* 11.

Mulier restitutionem in integrum quando habeat 73
adversus inventarium defectuosum Card. De Luc. *de Hæred. disc.* 14. *n.* 9. *disc.* 17. *sub n.* 10. & 11.

Mulier familiam viri diligit, & tanquam pro- 74
priam contemplatur Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 21. *n.* 6. *disc.* 26. *n.* 6. *disc.* 27. *sub n.* 5.

Mulier renuncians an faciat numerum, & par- 75
tem ad ejus favorem Card. De Luc. *de renunc. disc.* 3. *sub num.* 4. remissivè.

Mulier vivens in conservatorio an dicatur secu- 76
laris, vel regularis, quæ subsit ordinario Card. De Luc. *de Regul. disc.* 50. *n.* 5. & 7. & 10. *Miscell. disc.* 2. *n.* 25. Et mulieres canonicæ intrantes in monasteria, in quibus Religio non est approbata, gaudent privilegio canonis Fagnan. *in cap. nullus num.* 59. *de for. comp.*

Mulier anterior an cogi valeat per creditores po- 77
steriores, ut suum Jus experiatur super bonis fideicommissariis Card. De Luc. *de Dot. disc.* 87. *num.* 4. *disc.* 145. *n.* 80. *De Judic. disc.* 40. *sub n.* 53.

Mulier coram Parocho etiam nutu, & signis suum 78
consensum explicare potest Sanchez *lib.* 2. *disput.* 31. *n.* 5. Rot. *dec.* 124. *n.* 5. & 13. *part.* 7. *rec.* Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 2. *n.* 14. & 15.

Mulier rapta de ejus consensu an minuat deli- 79
ctum Leandr. *quæst. moral. part.* 2. *tract.* 9. *de Matrim. Sacram. disput.* 22. *quæst.* 3. Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 5. *n.* 6. & *seqq.*

Mulier stuprata habens patrem non potest remit- 80
tere stupratori jus petendi Dotem Card. De Luc. *de Dot. disc.* 142. *n.* 75.

Mulier quod sit meretrix vel deflorata probatur 81
ex juramento meretricantium, qui de jure civili non sunt infames, secus de Jure canonico Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 3. *q.* 24. *n.* 19.

Mulier in mammis lac habens corrupta præsumitur præsumptione naturæ Bellegrand. *ibid. tract.* 6. *quæst.* 7. *n.* 3.

Confabulatio cum muliere quandoque in malam partem interpretanda Bellegrand. *ibid. tract.* 10. *qu.* 11. *num.* 3.

Mulier ob metum gravem in copulam consen- 82
tiens in foro fori excusatur Bellegrand. *ibid. tract.* 4. *quæst.* 20. *n.* 4.

Mulier de Jure civili in testamentis à testimonio 83
repellitur, præterquam ad pias causas, & ad clausulam codicillarem Bellegrand. *loc. cit. tract.* 3. *quæst.* 15. *num.* 7.

Mulier de Jure canonico admittitur in testem, quando agitur de crimine civiliter *ibidem n.* 3.

Mulier admittitur in testem quoad factum in mulierum balneo Bellegrand. *tract.* 3. *quæst.* 6. *n.* 6.

Mulier admittitur ad descusam, & innocentiam Rei Bellegrand. *tract.* 3. *quæst.* 15. *n.* 4.

Mulier an ex privilegio Bonifac. VIII. admittatur universaliter ad plene probandum in criminalibus Regularium Bellegrand. *loc. cit. d. n.* 4., ubi tamen quod nunquam erit integræ fidei.

Mulier si præter sexum aliquem alium patiatur defectum, multò magis repellitur à testimonio Bellegrand. *loc. cit.*

Mulier ob inhabilitatem sexus non torquetur, sed solùm propter alios defectus *ibid. n.* 10.

Cæteris paribus, masculo magis, quam fœminæ creditur *ibid. n.* 9. *in fin.*

Mulieres à multis removentur officiis Bellegrand. 84
ibidem n. 5.

Mulierem decet subesse, non præesse Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 30. *de relig. domibus.*

Mulier dicitur mendax, fallax, perjura, dolosa, 85
mutabilis, & varia Mascard. *de Probat. conclus.* 762. *à n.* 3. Farinac. *quæst.* 59. *n.* 4. Conciol. *cons. crim.* 9. & *alleg. forens.* 84. *n.* 7. Dulph. *contr.* 24. *n.* 5. Calvin. *de Æquit. lib.* 2. *cap.* 154. *à nu.* 5. Cabrun. *lucubr.* 36. *n.* 33. Mulierum defectus enumerantur per Bellegr. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 3. *quæst.* 15. *n.* 5. & 6.

Mulieres eadem facilitate, qua inducuntur ad se obli- 86
gan-

gandum, inducuntur etiam ad confitendum Anfald.
decif. 54. *n.* 6. 10. & 13.
87 Mulieres de facili ad legata pia præstanda induci
solent Rocc. Episc. *cap.* 36. *n.* 17. *lib.* 2.
88 Mulieres facile prostitouuntur, cum ceperunt thorum
viri violare Rot. *dec.* 429. *nu.* 26. *part.* 19. *tom.*
2. *rec.*
89 Inhonestas mulieris non remanet conclusa per te-
stes nullam reddentes satiooem, nec deponentes de
actibus sensui visus subjacentibus Farinac. *de delict.*
carn. quæst. 136. *num.* 30. & *in tract. de Test. quæst.* 70.
n. 48. Rot. *dec.* 642. *n.* 14. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*
90 Longe utilius est mulieri dotem habere in quan-
titate, quàm in fundis Hond. *conf.* 41. *n.* 30. & 31. *lib.*
2. Bich. *dec.* 151. *n.* 14. Rot. *dec.* 436. *n.* 13. *part.* 19.
tom. 2. *rec.*
91 Mulier nupta transit in potestatem viri quo ad
aliquos effectus, quo verò ad alios remanet sub po-
testate patris Bald. *in l. Uxor. C. de bon. quæ lib.* Rot.
dec. 496. *n.* 4. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*
Et quoad effectus civiles remanet sub patria pote-
state Tondut. *resol. civil.* 78. *n.* 3. Rot. *dec.* 243. *nu.*
3. *part.* 23. & *dict. dec.* 496. *n.* 5. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*
92 Mulieres honestę examinantur in propriis domibus.
Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 7.
n. 25. *pag.* 139.
Mulieres, & honestæ personæ examinandæ sunt
in propriis domibus, in casibus permissis. Vestr. *in*
pract. lib. 6. *cap. fin. n. pr.* Farinacc. *quæst.* 78. *n.* 237.
Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *numer.* 55.
pag. 325.
93 Mulier honesta, quæ tenaciter honorem in mente
retinet, illum præfert morti, cum ea sit potentior.
Tent. *in l. isti quidem §. Quod si dederit, ff. de eo,*
quod met. caus. Caprar. *dec.* 705. *n.* 4. *part.* 2.
94 Mulier non tenetur recipere investimentum pre-
tii rerum dotalium à viro venditarum, nisi doceatur
factum cum ejus pręsentia, consensu, & utilitate. Rot.
cor. Bich. *dec.* 151. *n.* 13. & 14. & *dec.* 481. *à nu.* 3.
usque ad 27. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Caprar. *dec.* 682.
n. 4. *part.* 2.
Etiam si vir vivens, nomine, etiam uxoris egerit
pro fructibus investimenti. Caprar. *loc. cit. n.* 5.
Et multo minus, si eventus docuit investimentum
non fuisse utilitèr factum. Rot. *dict. dec.* 481. *nu.*
25. & 26. *tom.* 2 *part.* 19. *rec.* Caprar. *ibid. n.* 6.
Mulier, cujus viro erat injunctam investimentum
dotis, eo defuncto, potest dotem exigere à pro-
missoribus, cum onus investiendi fuerit ad illius fa-
vorem appositum. Merl. *dec.* 77. *n.* 6. & *seq.* Caprar.
decis. 740. *n.* 20. *part.* 2.
95 Mulier possidens bona viri jure familiaritatis, po-
test, eo defuncto, pro ejus creditis dotalibus posses-
sionem mutare in causam dominii. Rot. *dec.* 228.
n. pr. part. 18. *rec.* Caprar. *dec.* 594. *n.* 10. *part.* 2.
Mulier, quæ vivente viro possidebat ejus bona ju-
re familiaritatis, seu pignoris pro sua dote, eo defun-
cto, absque alia declaratione censetur mutare cau-
sam suæ possessionis. Cavaler. *dec.* 439. *n. pr.* & *seq.*
Buratt. *dec.* 574. *num.* 4. & 5. Caprar. *dec.* 477. *num.*
22. *part.* 2.
Non ita tamen se habet, si mortuo viro decla-
ravit continuare possessionem eo modo, quam ha-
bebat illo vivente, quia tum dicitur possidere jure pi-
gnoris, pro ut possidebat vivente viro, si nulla in-
tercessit dominii translatio. Merlin. *de Pign. lib.* 3.
tit. 2. *quæst.* 73. *n.* 13. & *seq.* Rot. *dec.* 243. *nu.* 7. &
seq. part. 19. *rec.* Caprar. *loc. cit. n.* 13.
96 Mulier vergente viro ad inopiam, si expediat in-
hibitionem dotalem, & ejus vigore apprehendat pos-
sessionem bonorum viri, hæc non operatur transla-
tionem dominii, sed assecuratiooem dotis in dictis
bonis jure pignoris. Franc. *dec.* 54. *num. pr.* & *seqq.*
Reverter. *dec.* 292. *n. pr.* Caprar. *d. dec.* 477. *num.*
20. *part.* 2.
Et non impedit quin cæteri creditores procedant
via executiva super dictis bonis communis debito-
ris. Rot. cor. Burat. *dec.* 574. *num.* 4. & *seq.* Caprar.
ibid. n. 11.
Mulier possidens jure pignoris non valet impedire
subhastationem Rot. cor. Burrat. *dec.* 627. *nu.* 5. &
cor. Cerr. *dec.* 545. *n.* 4. Caprar. *ibid. n.* 24.
Mulieri, possidenti pro suo credito dotali anterio-
re, competit retentio quousque dos ei fuerit soluta,
sive illa consistat in pecunia, sive in corporibus.
Bald. *in l. pignor.* 10. *num. pr. vers. sed quæro Cod. de*
pignor. act. Rocc. *Disput. Jur. cap.* 182. *n.* 2. *tom.* 2.
Caprar. *dec.* 127. *n.* 2. *part. pr.*
Mulier licèt non amoveatur à possessione, nec ei
bona auferantur, tenetur pati, ut bona subhasten-
tur, ut repertis oblatoribus, qui majus pretium offe-
rant, possit ea eo dos solvi, & residuum cedat credi-
toribus posterioribus, cum ex tali concessione jus pi-
gnoris non perdat. Salgad. *in Labyr. Cred. par. pr.*
cap. 11. *n.* 8. & *seqq.* & *n.* 11. & *seq.* Grati. *discept.* 941.
à n. 4. *usq. ad* 8. Caprar. *d. dec.* 127. *n.* 3. *part. pr.*
Mulier fructus quos exegit, spectantes ad hære- 97
ditatem viri, potest retinere in computum sui credi-
ti restitutionis dotis, & quarti superlucrati. Rot.
dec. 157. *n.* 30. *part.* 11. *rec.* Caprar. *dec.* 317. *nu.* 10.
part. pr.
Mulieres regulariter sine dote non maritantur. Rot. 98
cor. Pamphil. *dec.* 26. *n.* 8. *dec.* 105. *n.* 6. *dec.* 651. *nu.*
3. & *in rec. dec.* 190. *n.* 2. *part.* 17. Caprar. *dec.* 7. *nu.*
19. *part. pr.*
Mulieres in exactione earum dotis sunt diligentes. 99
Altograd. *conf.* 53. *n.* 35. *lib. pr.* Rot. *dec.* 215. *sub n.*
25. *vers. tanto magis part.* 10. *rec.* Caprar. *dec.* 740. *n.*
5. *part.* 2.
Mulier ex alienationibus, & aliis bonis viri ad 100
ejus manus perventis præsumitur satisfacta de ejus
credito dotali. Caprar. *dec.* 200. *n.* 8. *part. pr.*
Mulier nubendo dicitur dedisse in dotem eadem 101
bona, quæ ipsi in causam dotis fuerunt relicta Ruin.
conf. 224. *n.* 5. & *seq. lib. pr.* Caprar. *dec.* 32. *num.* 9.
part. pr.
Mulieri agenti super nullitate matrimonii deben- 102
tur alimenta, & sumptus litis. Surd. *de alim. tit. pr.*
quæst. 118. *n. pr.* Caprar. *dec.* 16. *n.* 2. *part. pr.* Vide
Crescin. ad Abecelef. *obser.* 10. *n.* 4. *part. pr.*
Et paupertas præsumitur in muliere cum nihil ul-
tra dotem habere dicatur. Rot. cor. Merlin. *dec.* 73.
n. 3 & *dec.* 404. *num.* 10. & 11. *part.* 18. *rec.* Caprar.
ibid. n. 4.
Mulier potest venire contra factum proprium ex 103
capite probabilis ignorantiæ. Rot. *dec.* 210. *num.* 7.
part. 3. *recent.* Caprar. *dec.* 541. *n.* 23. *part.* 2.
Si in capitulis Matrimonialibus fuit appositum 104
pactum, quod decedente muliere sine filiis eadem
bona dotalia redire debeant ad proximiores ejusdem
mulieris de ejus familia ex parte patris, vel ad alte-
rum ipsarum ab ipsa nominandum, operatur, ut in
præjudicium illorum per donationem in extraneos
ea transferre nequeat. Fontanell. *de pact. nupt. claus.*
4. *gloss.* 9. *part.* 5. *n.* 5. & *seq.* & *n.* 27. & *seq.* Caprar.
dec. 761. *n.* 9. *part.* 2.
Mulier est usufructuaria antefati, sive sint, vel 105
non sint filii Anna *conf.* 74. *volum. pr.* Altimar. *de*
Nullit. rub. pr. part. 3. *quæst.* 33. *n.* 166. *tom.* 5.
Mulier post obitum viri consequitur aliud lucrum 106
nuptiale, quod est vestes lugubres, & lectum viduale
in honorem viri defuncti quod liquidatur secundum
consuetudinem locorum, & potest liquidari in Prin-
cipibus in summa ducatorum mille. Altimar. *de*
Nullit. loc. cit. n. 202.
Mulier debet probare adesse consuetudinem hanc
circa vestes lugubres, & lectum viduale, aliàs non
debetur, verum in Civitate Neapolit. adest consuetu-
do, quod debentur etiam panni lugubres pro paran-
dis Cameris, & quomodo practicatur. Altimar. *ibid.*
Mulier debet adiuvare virum suum ad onera ma- 107
trimonii sustinenda. Antonell. *de tempor. legal. lib.*
2. *cap.* 58. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part.* 3. *quæst.*
35. *n.* 224. *tom.* 5.
Mulier contrahens Matrimonium an censeatur ap- 108
probare omnia pacta contenta in capitulis matrimo-
nialibus Altimar. *d. quæst.* 35. *n.* 534.
Mulier nobilis, vel Juvenis transiens ad secundas 109
nuptias, an teneatur servare filiis primi matrimonii
donata à viro ignobili, vel sene. Altimar. *ibid.*
num. 1163.
Mulier ingredi religionem volens antequam in- 110
gre-

grediatur, debet Episcopus, vel illo impedito Vicarius, vel alius deputatus illius voluntatem explorare, si velit monaca effici. Navar. *lib. 2. tit. 18. lib. 7. de religion. n. 37. 46. 50.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. par. 3. quæst. 35. sect. pr. n. 11. tom. 5.*

Mulier quæ contraxit Matrimonium, sed illud non fuit consumatum, potest ingredi Monasterium, & ibi professionem emittere. Sanch. *de Matrimon. lib. pr. disp. 24. quæst. pr.* Altimar. *ibid. n. 25.*

Mulier vivo Patre si fit Monialis, censetur dare in dotem paragium, & dotem solitam dari Monesterio, si vero post mortem Patris censetur dare in dotem integram suam legitimam, ac portionem sibi spectantem, Galeot. *controv. 8. lib. 2. num. 20.* Altimar. *de Nullit. loc. cit. n. 147.*

Mulier ingrediens in Monasterium non claustrale habet illo casu integrum paragium, & si legitima non sufficit, & tenetur frater supplere. Altimar. *ibid. n. 150.*

211 Mulier si contraxit sponsalia, sed ex adversa valetudine non fuit consumatum matrimonium, non tenetur reddere jocalia data à sponso. Sanchez. *de Matrim. lib. 6. quæst. 21. nu. 3.* Altimar. *de Nullitat. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. sect. 2. num. 84. tom. 5.* Si dissolvuntur sponsalia, si adsint oscula, lucratur medietatem arrhæ, seu sponsalitiæ largitatis, sive antefati. Altimar. *ibid. n. 124.*

212 Mulier non tenetur sequi Maritum, obstante pacto, & quando. Sanchez. *de Matrim. lib. pr. quæst. 40. n. 6.* Altimar. *de Nullit. loc. cit. n. 147. & 148.*

213 Mulier si contrahat matrimonium absque consensu Gubernatorum, an cadat à Dote à Monte danda, idem in legato. Capyc. Latr. *consult. 127. num. 24.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. part. 3. quæst. 35. sect. 3. n. 75. tom. 5.*

214 Mulier durante Matrimonio non potest pacisci de alio matrimonio post mortem mariti Sanch. *lib. 7. disp. 79. n. 4.* Antonell. *de tempor. legal. lib. pr. cap. 53. n. 21.* Altimar. *ibid. n. 164.*

215 Mulier stante ignorantia habet restitutionem adversus præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum. Gratian. *disc. 52. nu. 10.* Balduc. *de dote, & mulier. oblig. dec. pr. n. 51. & seq.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. part. 4. quæst. 38. n. 358. vers. competit maximè tom. 6.*

216 Mulier restituitur in integrum, non solùm, quando apparet ab initio, quod remansit læsa, sed etiam si ex tractu temporis id contigerit ob usuras decursas ex debito contracto, quæ unitæ cum sorte totam dotem, & viri bona absorbeant Altimar. *dict. quæst 38. sub n 399. vers. & licet.*

Mulier, quæ cum suo præjudicio debitorem dotalem novavit, habet restitutionem ex clausula generali, Bald. Novell. *de Privil. Dot. Privil. 53. n. 31.* Altimar. *de nullit. dict. quæst. 38. num. 458. vers. item mulieri.*

Mulier non habet restitutionem in integrum adversus sententias Franch. & De Luc. *decis. 284.* Marcian. *disp. 19. n. 4.* Altimar. *loc. cit. n. 458.*

217 Mulier major, an simul cum Viro possit se obligare pro dote comunis filiæ de qua quæstione plure tractat supra Author noster Et an dispositio *l. fin. ad Senatus Cons. Vellejan.* approbans obligationem mulieris favore dotis, illamqua limitans in eodem casu, adversetur alteri dispositioni *Auth. si qua mulier. Cod. eod.* irritanti obligationem mulieris factam una cum viro: Quidve asserendum, si mulier ex prædicta obligatione remaneat indotata, vel saltem in medietate dotis læsa. Ad effectum inducendæ indotationis, vel enormissimæ læsionis, an attendi debeat tempus obligationis insimul cum Viro à Muliere contractæ, vel potius restituendæ dotis, sive solutionis ejusdem. An pro irritanda obligatione mulieris probari oporteat, res obligatas fuisse dotales, & an in extradotalibus obligatio substineri valeat: Quidve pronunciandum, si tempore obligationis, uxor non haberet alia bona, quam extradotalia, quæ eidem, constante matrimonio obvenerint; Pactum de dote lucranda, soluto matrimonio, non extenditur ad casum, quo matrimonium divortio, vel morte viri solvatur, sed tantumodò quando solvitur per mortem mulieris. Mulier, an dotis conditionem deteriorem possit efficere post matrimonium solutum ob mortem ejusdem mulieris, vel in ea decrepita ætate, in qua non adsit spes, quod iterum sit nuptura latè Rocc. Episc. *cap. 112. per tot. lib. pr.*

Mulier si videat virum ejus abuti substantia, dilapidando bona libera, sibique non providerit, impediendo alienationem, vel petendo assecurationem dotium, sibi infert præjudicium, cum sit in culpa. Card. De Luc. *de Dote disc. 145. n. 78.* Rot. *dec. 239. nu. 10. part. 5. & dec. 257. nu. 7. part. 11. rec.* Episc. Rocc. *cap. 119. n. 76. lib. 2.* 218

Mulier nùm amittat legatum sub conditione: *Si tali nupserit*, Si pater noluerit eas nuptias contrahere. Molina *de primogen. lib. 2. cap. 13. numer. 22.* Sanch. *de Matrim. lib. pr. disp. 33. n. 13.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. quæst. 13. sect. 3. n. 348. tom. 3.* 219

Quid si ipsa Mulier sit ad matrimonium inhabilis. Rot. *dec. 43. part. 14. rec.* Altimar. *de Nullit. d. rub. pr. quæst. 13. sect. 3. n. 353. d. tom. 3.*

Mulier nùm à pœna fraudatæ gabellæ excusetur. Bald. *cons. 229. n. 2. vol. 5.* Urceol. *consult. 42. n. 31.* Altimar. *de Nullit rubr. pr. quæst. 12. n. 406. tom. 3.* 220

Mulier an sit capax ordinum. D. Thomas *in 4. dist. 25. quæst. 2. art. pr.* Fagnan. *in cap. Ut filii n. 28. de Filiis Presbyt. tom. pr.* 221

Mulier Ecclesiam construens de Diæcesani consensu, acquirit juspatronatus. Fagnan. *in cap. Nobis n. 5. de Jurep. tom. 3.* 222

Mulier succedens in officio habente jurisdictionem, & curam annexam, potest per se ipsam administrare, ac beneficia conferre, & curam viro comittere, capax talis potestatis. Fagnan. *in cap. Indecorum n. 14. de ætat. & qualitat. tom. pr.* 223

An mulieres quinquagenariæ etiam robustę teneantur ad Jejunia Ecclesiæ. Fagnan. *in cap. Cum sis nu. 44. de convers. conjugat. & n. 96. & 97. tom. 3.* 224

Mulieres sunt viris frigidiores. Fagnan. *in cap. Cum sis nu. 36. de convers. conjugat. tom. 3.* Mulieres natura steriles sunt prè cæteris libidinosæ. Fagnan. *loc. cit. n. 47.* 225

§. MUTATIO. XXXVI.

Mutatio pecuniæ contingens circa valorem, vel bonitatem intrinsecam, an spectet ad debitorem, vel creditorem, Pract. Papp. *cum Addit Act. hypoth. glos. relaxandum n. 2. etc.* Bart. *in l. Paulus 99. ff. de solut.* Everard. *à rat. cas. convers. num. 3.* Natt. *consil. 454. lib. 2.* Gratian. *disceptat. for. cap. 51. n. 5. etc. cap. 417. n. 2. etc.* Cabal *cons. dec. 103. per tot. lib. 2.* Thes. jun. *tractat. de augm. et diminut. monet. per tot.* Anton. Gob. *tract. de monet. qu. 4. et 5.* Guid. Paneirol. *Thes. var. lect. lib. pr. cap. 73.* optimè Abb. *in cap. quanto n. 12. de jurejur. fol. mihi 140.* ubi clarè loquitur, & distinguit in hac materia, à quo subobscurè sumpserunt alii, vide *in §. Moneta n. pr.* latè Dian. *part. 8. tract. 7. resol. 18. per tot.* ubi loquitur de mutatione extrinseca, & in mutuo ac refert diversas opiniones, Boer. *dec. 327.* Paul. Christin. *dec. pr. n pr. vol. 3.* ubi pariter in mutuo, *et dec. 23. n. 10. etc. vol. 5.* Fachin. *contr. jur. lib. 2. cap. 9. et seqq.* Rot. *part. 9. recent. dec. 67. n. 32.* ubi Paul. Rub. *in Annot.* latè declarat per numeros 84. & benè eadem Rot. *d. p. 9. dec. 298. & part. 13. dec. 15. nu. 5.* Addo Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 20. à n. 51. tom. 4.* & vide supra *in §. moneta*, ubi plura etiam cumulantur *in novissim. addit.* Crescin. circa hanc, & sequentes conclusiones. 1

Quòd ubi non fuit mutatus valor intrinsecus, sive bonitatis intrinseca monetæ, sit solvenda ad rationem monetæ currentis de tempore solutionis, ita ut tam incrementum, quam decrementum valoris cedat damno, vel lucro creditoris, juxta comunem distinctionem Rot. *p. 14. rec. dec. 504. n. 6,* Ludovis. *dec 42* cum Beltram.

Quantum autem noxia sit Reipublicæ mutatio valoris monetarum, ac plurimorum malorum, & litium causa, atque origo, Salzedo cum pluribus ab eo citatis *Politic. de Regim. Princip. lib. 2. cap. 13. differt. 28. per tot. fol. mihi 178. etc.*

Mu-

2 Mutatio contingens facto Principis certum genus monetæ reprobantis dicitur attingere bonitatem intrinsecam, & solutio est facienda secundum valorem antiquæ, & currentis tempore contractus, & ortæ obligationis, non autem secundùm valorem novæ currentis tempore solutionis, cùm de tali mutatione partes numquam prospexerint, & semper intelligatur clausula rebus sic stantibus, vide Grat. *discept. for. cap.* 884. *per tot.* Guid. Pancirol. *loc. cit.* Gabriel. *comm. concl. titul. de solut. concl. pr. etc.* Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 67. *part.* 9. *rec.* ubi plura de hac materia, & Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 13. *n.* 5. latè Anton. Gob. *tract. de monet. q.* 4. *et* 3. *per tot.*

Quòd mutatio, sive diminutio monetæ non cedat periculo administratoris, sed domini, & administrationis, nisi tamen administrator fuerit in mora solvendi, quia tunc ipse damnum subire deberet, Salgad. *Labyr. credit. part.* 3. *cap.* 11. *nu.* 17. *et seqq.* latè Larrea *Alleg. fisc.* 83. 84. *et* 85. ubi quòd Thesaurari Regis ne sustineant damnum diminutionis monetæ, debent probare pecuniam, quam habent provenisse ex vectigalibus, & exactionibus publicis, an dicantur debitores generis, vel speciei, & alia plura notabilia ad cognoscendum, cui imputari debeat damnum, vel periculum diminutionis monetæ, an scilicet domino, vel administratori cuilibet; de quo latè etiam Cresp. de Valdaur. *Observ.* 102. *per tot. par.* 2. *fol.* 195. *etc. cum duabus Observ. seqq.* ubi plenè de periculo mutationis pecuniæ.

3 Mutatio nominis regulariter est unicuique permissa, cùm nomina sint ad placitum, nisi fieret cum dolo, in fraudem, vel detrimentum alterius, quia tunc puniretur pęna falsi arbitrio judicis, *l. pr.* ubi DD. *C. de mut. nom.* & latè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 318. *per tot.* Clar. §. *fin. quæst.* 83. *vers. si quis*, Bonifac. *de furt.* §. 1. *nu.* 93. *fol.* 28. Paul. Christin. *dec.* 199. *n.* 23. *etc. vol.* 4. Farinac. *quæst.* 150. *part.* 5. *n.* 136. *etc.* Tusch. *litt. M. concl.* 473. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 50. *per tot.* ubi etiam de assumptione nominis Magistratus, officii, & hujusmodi, & quòd mutatio nominis, & patriæ in dubio præsumitur facta in fraudem, Sanfelic. *dec.* 38. ubi qua pęna sit plectendus mutans sibi nomen, ut recipiat pecuniam alteri solvendam, Carol. Rota *in ejus Flor. concl.* 27. *per tot.* ubi limitat dictam regulam stante fraude, in Notario, & similibus, vide *in* §. *Nomen. nu.* 2. Brunnemann. *in d. l. pr.* Carpzov. *quæst.* 93. *nu.* 33. Faber. *in Cod. tit. de mutat. nomin. def. pr.*

4 Mutatio status in persona principalis quando liberet, vel non fidejussorem, vide *in* §. *Fidejussor nu.*

De mutatione, & alteratione status rei quid operetur, Tusch. *litt M. concl.* 436.

5 Mutatio voluntatis an, & quando præsumatur, vel non, Tusch. *litt. M. conclus.* 434. *et litt. V. conclus.* 286. *per tot.* Mascard. *de probat. vol* 3. *concl.* 1416. *per tot.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 37. *per tot.* Barbos. *de Axiomat. jur. Axiom.* 230 *nu.* 7. *et seqq.* De Luc. *de Fideicom. disc.* 127. *n.* 12. *De Jurepatr. disc.* 21. *n.* 7. *De Testam. disc.* 69. *n.* 6. Palm. nep. *dec.* 95. *sub n.* 7. *tom. pr.* Ansald. *dec.* 22. *n.* 7.

Quando sit licita mutatio consilii in melius, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 433. *per tot.* Ansald. *decis.* 70. *sub n.* 1.

6 Mutatio generaliter non præsumitur, sed est ab allegante probanda, & eo magis quoad ea, quæ naturaliter insunt, & talia sunt, nisi aliquando fuerint mutata, quia tunc accidens, & mutatio naturæ contraria removet effectum præsumptionis naturæ, ut benè declarat Mascard. *volum.* 2. *conclus.* 1082. *per tot.* ubi infert ad mutationem continuum, voluntatis, mandati, & hujusmodi non præsumi, nisi talia sint quæ cursu temporis mutentur, ut ætas, paupertas, & valetudo, & similia in quibus mutatio præsumitur, & ideò si adducantur pro fundamento intentionis sunt ab allegante probanda.

7 De variis mutationibus, & earum effectibus, plura indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Mutatio*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 177. *&c.* nonnulla etiam tradunt Fagnan. *supr. Decret.* De Luc. Piton. Ansald. Palm. Mans. & alii moderni.

De mutatione valoris monetæ, cujus periculo cedat, an debitoris, vel creditoris, latè Bartol. Gatt. 8
cons. 10. *&* 17. *&* 39. *per tot.* Mans. *Consult.* 391. *lib.* 3. ubi crescente, vel decrescente valore monetæ certæ promissæ, an sit facienda solutio juxta valorem temporis promissionis, vel solutionis, &c. Andreol. *controv.* 319.

Mutatio testamenti facta ad alterius suggestionem 9
in prędudicium primi instituti, operatur ut primo detur revocatoria contra secundum, Jas. & alii *in leg. civili, Cod. si quis aliq. testar. prohib.* Paris. *cons.* 97. *nu.* 55. *vol.* 3. Marsil. *sing.* 526. Menoch. *de arbitr. cas.* 395. *n.* 41. Cyriac. *contr.* 584. *nu.* 88. *&* 89. quamvis enim permissum sit blandis verbis aliquem inducere ad se instituendum, debet intelligi quando antea alius non erat institutus, ut per citatos DD. & alios in §. *Blanditiæ cum Addit.*

Mutatio nominis non mutat substantiam rei Franc- 10
cea in addit. ad Pen. *dec.* 101.

Mutatio valoris non præsumitur Palm. nep. *dec.* 11
55. *n.* 33. *tom.* 1. Limita in mercibus, quarum pretium de die in diem variatur *ibidem nu.* 35. Limita etiam ad effectum excludendi læsionem *ibidem n.* 34.

Ob mutationem personæ mutatur conditio rei, 12
quæ respicit personam Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 5. *tit.* 3. *leg.* 3. *n.* 5. *pag.* 18. *tom.* 1.

Semel ordinata temerè non sunt mutanda Brunne- 13
mann. *sup. Cod. libr.* 10. *tit.* 28. *leg. unic. pag.* 955. *tom.* 2. Quia novitates, quæ proveniunt a mutatione, parare solent inconvenientia De Luc. *de Praem. disc.* 39. *n.* 3.

Mutanda non sunt facilè quæ certam interpretationem habuerunt Palm. nep. *dec.* 303. *nu.* 4. *tom.* 4. Ansald. *dec.* 12. *n.* 24. Caprar. *dec.* 175. *nu.* 12.

Nec mutanda sunt, quæ semel fuerunt concessa Ansald. *dec.* 39. *n.* 41.

Mutatio Juris inducitur ex quacumque minima 14
mutatione facti Palm. nep. *dec.* 331. *num.* 6. *tom.* 4. Ansald. *dec.* 70. *n.* 15.

Mutabilia, quæ sunt ex tractu temporis, non præ- 15
sumuntur esse in eodem statu, in quo per antea erat Palm. nep. *alleg.* 35. *n.* 39. *tom.* 1.

Mutatio causæ possidendi quando sequi dicatur. 16
Card. De Luc. *de Judic. disc.* 42. *n.* 2.

Mutatio Ecclesiæ de Collegiata in Cathedralem 17
quid operetur. Rot. apud Seraphin. *dec.* 1444. *nu.* 9. *& seq.* Card. De Luc. *de Canon. disc.* 6. *n.* 5.

Mutatio circa rei statum destruit contractum, & 18
privilegium. Card. De Luc. *de Canon. disc.* 19. *n.* 2. Operatur solum quoad statum mutatum. Card. De Luc. *de Canon. disc.* 7. *n.* 6.

Mutatio redituum non præsumitur ex modico tem- 19
poris spatio. Bald. *in l.* 2. *col. fin. vers. sed pone quidam dicebat C. de rescind. vendit.* Spad. *cons.* 114. *n.* 7. *tom.* 2.

Mutatio de statu conjugali ad Clericalem, & è 20
contra non præsumitur. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 1. *& per tot.* Spad. *cons.* 24. *n.* 17. *tom.* 2.

Mutatio status de Regulari ad sæcularem non im- 21
portat amissionem privilegiorum compatibilium. Spad. *cons.* 131. *n.* 3. *tom.* 2.

Mutatio, quæ esse potest alicui præjudicialis, non 22
debet fieri absque illius citatione. Rot. cor. Buratt. *dec.* 484. *n.* 14. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. *&* 27. Rot. post Piton. *de Jurepatr. all.* 30. *nu.* 20. *tom.* 2.

Mutatio status ex actibus contrariis, ut induca- 23
tur necesse est, quod sint continuati, effectuati, & in contradictorio Judicio canonizati. Piton. *de Jurepatr. all.* 90. *n.* 115. *tom.* 2.

Mutatio qualitatis juspatronatus non præsumitur 24
Spad. *cons.* 9. *n.* 13. *tom.* 2.

Mutatio status Beneficii non præsumitur. Spad. 25
cons. 130. *n.* 2. *tom.* 2.

Mutatio beneficiati in Ecclesia ad libitum Patroni 26
fieri non potest Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 35. Piton. *de Jurepatr. all.* 50. *n.* 11.

Clausula *Dummodo Collatio ad nos hac vice perti-* 27
neat excludit mutationem status contra Patronos. Piton. *de Jurep. all.* 100. *n.* 416. *tom.* 2.

Voluntas fundatoris, quando agitur de ejus mu- 28
ta-

tatione in melius non censetur prædictæ mutationi resistere. Rot. post. Piton. *de Jurep. all.* 30. *nu.* 16. *Limita ibid. tom.* 1.

29 Mutatio frequens ministrorum est plerumque Ecclesiis perniciosa. Fagnan. *in cap. Ex parte n.* 16. *de offic. Vicar. tom.* 1.

30 Mutationes, quæ sine rationabili causa fiunt in officiis, & beneficiis Ecclesiasticis, sunt contra dignitatem Apostolicam. Fagnan. *in cap. cum olim n.* 9. *de sent. & re judic. tom.* 2.

§. MUTUS. XXXVII.

1 MUtus, & surdus, qui nihil prorsus loquitur, aut exaudit, cum stipulari non possit, non potest etiam fidejubere, nisi sciat legere, & scribere, quo casu posset per scripturam obligari si faciat sponte, secus si fraudulenter inducator ad scribendum; Cæcus verò cum non impediatur stipulari, potest etiam fidejubere, Maur. *de fidejuss part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 10. Dian. *resol. moral. part.* 5. *tractat.* 6. *resol.* 29. vide Michalor. *tract. de cæc. mut. & surd. c.* 54. *per tot.* ubi quoad mutum, & surdum videtur aliter sentire, nempè ut possit fidejubere, si quod agat intelligit, quòd facilè dari potest in muto, & surdo ex accidenti, non autem in muto, & surdo à natura, qui quod agit intelligere non potast, & in hoc vim consistere, non autem in stipulatione, sine qua potest contrahere per signa consensum denotantia adde Urceol. *tractat. de transact. quæst.* 38. *per tot.* ubi plura de muto, surdo, & cæco an possit transigere, vel alios similes contractus inire, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 68. *per tot.* Haring. *de fidejuss. cap.* 7. *a n.* 37.

Qui autem propriè muti dicantur, quare sic appellentur aliqui sint à natura, aliqui ex accidenti, & alia, Michalor. *d. tract. cap.* 31. *& seqq.*

Quòd mutus, & surdus non à natura, sed ex accidanti, licet non possit mediante stipulatione obligari, tamen societatem, exercendo actus sociales, vel alios contractus per scripturam, vel alia signa consensum denotantia inire possit secus autem si hujusmodi defectus patiatur à natura, *leg. discretis, Cod. qui test. fac. poss.* Felic. *de societ. cap.* 7. *n.* 2. *&c.* latè Michalor. *d. cap.* 37. *cum plurib. seqq. per tot.*

Plura autem de surdis ex accidenti, vel à natura, qui surdi à natura, sunt etiam muti, an possint testari, contrahere, testificari, quorum Sacramentorum sint capaces, & alia latè Michalor. *tractat. de cæc. mut. & surd. cap.* 26. *& seqq. per tot.*

Quòd mutus, & surdus à natura æquiparetur infanti, furioso, & licet aliàs intellectus acutissimi, tamen ob defectum organi repræsentantis objectum intellectui, & sic licet intelligat quod agit, non tamen intelligit quod ex adverso agitur, & ideò fit judicii, ac cujuscumque actus civilis incapax sine alterius ministerio, Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. seu mandati n.* 25. *fol.* 151. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1083. ubi quomodo, & ex quibus actibus quis probetur mutus, & quòd semel mutus non semper præsumitur mutus, cum possit esse, quòd propter aliquod accidens fuerit mutus, & hodie non sit. Vide Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 4. *q.* 39. *n.* 8.

Quòd muti, & surdi dicantur morbosi, & idem de cæcis, ac miserabiles personæ, & ideò habeant electionem fori, Michalor. *tract. de cæc. mut. & surd. cap.* 36. *per tot.* Novar. *de elect. for. sect.* 2 *quæst.* 8. *nu.* 6. *&c.* Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 6. *resolut.* 30.

2 Mutus, & surdus non potest in testamento dari tutor, imò si suscepta tutela hujusmodi defectus ex accidenti superveniat, desinit esse tutor, & ejus loco debet alius tutor per judicem substitui latè Montan. *de tut. cap.* 9. *n.* 34. *& seqq. ad* 49. *fol.* 36. ubi plura de muto, & surdo, *& cap.* 23. *nu.* 24. *fol.* 68. ubi quòd nec à judice dari possunt, *& cap.* 30. *nu.* 25. *etc. et n.* 40. *etc. n.* 43. *fol.* 67. Michalor. *tract. de cec. mut. et surd. quæst.* 55. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 2. *n.* 148. *tom.* 3.

An, & quando, ac quomodo muti, & surdi possint facere testamentum, vel non, Scalona *de testament. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 39. *& seqq.* Gomez *in leg.* 2. *Tauri n.* 16. Spino. *de testam. glos.* 9. Caldas Pereyra *de nominat. quæst.* 1. *n.* 30. Picardi *in §. Item mutus n.* 5. *Instit. quibus non est permiss. fac. testam.* ubi etiam alii interpretes, & latè cum multis aliis nitatis Autunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 47. *& seqq.* & de nomina istorum facta mentione Rota *Bonon. in Bononien. testamenti Muti, & Surdi coram Mazzono* 12. *Februarii* 1485. *nn.* 1. *& seqq. & n.* 33. *et seqq.* apud modernum Jacob. Balduc. *in Observ. ad Ramon. dec.* 32. Em. De Luc. *de Testam. disc.* 18. *n.* 7. *in summ. n.* 23. ubi quid si sit miles. Vide Spad. *cons.* 80. *n.* 2. *tom.* 3.

An autem, & quomodo muti, & surdi sive à natura, sive ex accidenti testari possint, vel non, latè videndus Michalor. *tract. de cæc. mut. et surd. cap.* 32. 33. 34. *et* 35. *per tot. et cap* 56. *cum plurib. seqq.* ubi quod inter liberos, ad pias causas, jure militari, ex dispensatione Principis etiam si sint litterarum ignari, & hujusmodi.

Mutus, & surdus à nativitate non potest torqueri pro habenda confessione delicti, cum ex signis non possit haberi vera, ac certa confessio, sed debet testibus convinci, aliàs non potest puniri, sicut nec etiam puniri potest pro delictis à jure tantum positivo prohibitis; cum hujusmodi juris positivi cognitionem habere non possit, & cum sit inhabilis ad propriam defensionem, sine qua nemo condamnari potest, secus autem in delictis contra jus naturale commissis, ut notat P. Hiacint. Manar. *in Noct. Malenc. Interrog.* 21. *fol. mihi* 49. vide *in §. Tortura nu.* 6. latè Michael. *tract. de cæc. mut. et surd. cap.* 45. *et* 46. *per totum.* Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 68. *per tot.* 3

An muti, & surdi à nativitate sint doli, & rationis capaces, ita ut puniri possint, vel non, latè Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom.* 2. *cons.* 50. *per tot.* ubi post multa videtur idem quod supra concludere, adde Dian. *part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 31. Farinac. *quæst.* 98. Guaz. *def.* 32. *cap.* 29. Gizzarel. *decis.* 26. *n.* 9. *etc.* Michalor. *d. tract. cap.* 45. *et* 46. *per tot.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. Part.* 4. *sect.* 4. *num.* 52.

An autem possint ipsi accusare, & jurare, & qualiter, idem Michalor. *dict. tract. c.* 47. *et* 48. *per tot.*

Mutus, & surdus sive à natura, sive ex accidenti non admittitur ad testificandum, nisi posset omnia nutibus, & signis certis, ac indubitatis exprimere, vel per scripturam, quod de scriptura intellige in muto, & surdo ex accidenti postquam prius didicerit, Farinac. *quæst.* 61. *opposit.* 11. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1083. *num.* 6. *et* 7. Dian. *resol.* 32. *d. part.* 5. *tract.* 6. vide Michalor. *d. tract. cap.* 64. *per tot.* ubi in multis reprobat rationes Farinac. *loc. cit.* adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 68. *nn.* 6. *&c.* vide Hering. *de Fidejuss. cap.* 7. *n.* 553. Vide Pellegrin. *loc. supra relat. n.* 51. 4

Mutus sine loquela potest multa, nam potest contrahere matrimonium signo, vel nutu, idem testari cum nutu, & scriptura sua; donare, ac alios contractus facere, Lap. *alleg.* 57. *n.* 2. *et* 10. Ang. *cons.* 258. Alex. *cons.* 12. *lib. pr.* quos refert, & sequitur Tusch. *litt. M. conclus.* 440. Dian. *part.* 5. *tract.* 6. *resolut.* 9. *et seqq. et resolut.* 13. ubi latè an mutus, & surdus possit testari, *et resolut.* 14. *et seqq.* ubi etiam de cæco, &c. Ferdinand. de Escauno *tract. de testam. cap.* 19. *et* 20. ubi plura an valeat Testamentum nutu factum, & sic an mutus testari valeat per nutus. Vide Fagnan. *in cap. tuæ fraternitati nu.* 7. *et* 28. *de spons. et matrim.* 5

Qualiter mutus, & surdus possit testari saltem ad pias causas, licet alii contra, idem Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *resol.* 14. vide de omnibus singillatim Michalor. *tractat. de cæc. mut. et surd. quæst.* 32. *cum multis seqq. per tot. tractatum.* Brunneman. *supr. C.*

Quomodo autem mutorum dispositione à Notariis colligi, percipi, & describi debeant, docet idem Michalor. *d. tractat. cap.* 56. *per tot.*

Mu-

6 Mutus, & surdus, an possit baptizari in ætate adulta, an teneatur confiteri peccata sua per nutus, & signa, vel per scripturam si scribere sciat, an sit capax Eucharistiæ saltem in articulo mortis, an Missam audire teneatur, & quid in cæco, an possit surdus, & cæcus abesse à Choro, & lucrari distributiones quotidianas, an teneatur recitare horas canonicas, an possit Missam celebrare, vel Sacramenta aliis ministrare, an sit capax Prælaturæ, Ordinum, Feudi, & hujusmodi circa mutos, surdos, & cæcos, Dian. *resolut. moral. part. 5. tractat. 16. per tot.* Michalor. *d. tractat. cap. 51. per totum.*

7 Muti, & surdi habent beneficium restitutionis in integrum, illudque ad quoscumque hæredes transmittunt, Odd. *de restitut. in integr. quæst. 3. art. 2. n. 3. et seqq.* Gomez *var. resolut. tom. pr. cap. 9. nu. 56.* Rota *part. 11. recent. dec. 146. n. 18. et 19. part. 13. dec. 20. nu. 12. et 13.* ubi quòd contra eos non currit præscriptio, & quatenus procederet, datur restitutio in integrum, Michalor. *tract. de cæc. mut. & surd. cap. ultimo.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. n. 431. vers. muti tom. 6.*

8 Mutis, & surdis an possit exemplariter substitui, vide Michalor. *tract. de cæc. mut. et surd. cap. 62. per tot.*

Item an muti, & surdi possint esse judices idem Michalor. *loc. citat. cap. 63. per tot.* Altimar. *de nullit. rub. 9. quæst. 24. n. 35. tom. 2.*

An possint in feudis succedere, à quibus muneribus excusari, & alia, Michalor. *d. tract. cap. 66. n. 67. per tot.* Balzaran. *de feud. tit. 36. fol. 288.* Carol. Tap. *dec. 6. per tot.* Dec. Sicil. *n. 456. vers. à prædict. impress.* apud Em. De Luc. *in suis oper.* Altim. *de nullit. rub. 1. quæst. 7. subsect. 3. n. 275. fol. 166. tom. 3.*

9 Mutus ex accidenti, ut quia vulneratus amisit loquelam, si in articulo mortis aliquem pro suo offensore per nutus designet, an faciat Indicium aliquod saltem ad coadjuvanda alia indicia, Cyriac. *controv. 80. per tot.* ubi pro negativa, an, & quando mutus admittatur in testem, quomodo examinari debeat, & an in eo examinando possit considerari suggestio.

10 Alia de mutis indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Mutus*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. cod. verb. fol. 179* Jo. Torre *tract. de success. in Majorat. & Primogen. Ital. par. 1. c. 28. nu. 30. & seqq.* Brunnemann. *supr. ff. & Cod.* Fagnan. *sup. Decr.* Altimar. & alii moderni.

Reliqua vide *in §. Cæcus.*

11 Muti, & Surdi an possint contrahere. Pentinger. *dec. 430.* Solorzan. *de Jure indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 27. à nu. 81.* Cyriac. *controv. 80.* Diana *tom. 8. tract. 9.* Molina *de primogen. lib. pr. cap. 13. nu. 56. & seq.* Idem Diana *tom. 6. tract. 7. res. 24. seq.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. part. 4. quæst. 38. nu. 431. vers. Muti. tom. 6.*

12 Mutus, vel ita æger, ut loqui non possit sine periculo, aut existens alterius linguæ, quàm confessor, per scripturam, vel per alium confiteri possunt. Fagnan. *in cap. Omnis n. 36. de pænit. & remiss. tom. 5.* Declaratur *ibid. n. 35.*

13 Mutus, & surdus à natura nutibus, & signis expressè profiteri potest, & matrimonium contrahere, Fagnan. *in cap. Vidua n. 14. de Regular. tom. 3.*

14 Mutus Archidiaconus, qui amisit officium linguæ non removetur ab officio. Abb. *in cons. 45. per tot. maximè n. 3. lib. pr.* Fagnan. *in cap. Cæterum. n. 44. de rescript. tom. pr.*

15 Mutus, & Surdus an, & quando possint esse in Judicio. Altimar. *de Nullit. rub. 11. quæst. 10. tom. 2.* Ubi etiam habetur, an possint constituere procuratorem. Altimar. *d. rub. 11. quæst. 30.*

16 Mutus, & Surdus an possint esse procuratores. Text. *in l. Mutus 53. ff. de procurat.* Altimar. *de Nullit. d. rub. 11. quæst. 30. n. 90. & seq. tom. 2.*, vide infra *n. 20.*

17 Mutus, & alius manibus truncus, non possunt simul baptizare infantem in articulo mortis, & quid ad Infantem moribundum, si non pateat accessus. Diana *part. 5. tract. 3. resol. 26. & tract. 6. resol. 2.* Altimar. *de Nullitat. rub. 2. & 3. n. 514. 116. & 517. tom. 8.*

18 Mutus condemnatus in contumaciam quomodo recognoscendus Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 19. num. 10.*

19 Mutus tutor esse nequit Brunnemann. *supr. ff. lib. 26. tit. pr. leg. pr. n. 2.* Potest paciscì, atque testis esse Idem *ibidem libr. 2. tit. 14. leg. 4. n. 2.* Et potest etiam fidejubere Idem *ibidem n. 3. & 4.* Procuratorem dare potest Idem *ibidem libr. 3. tit. 3. leg. 43. nu. pr.*, Et esse potest Procurator extrajudicialis *ibidem num. 2.*, Potest etiam donare, & alios contractus facere, qui consensu celebrantur Idem Brunnemann. *ibidem lib. 39. tit. 5. leg. 33. n. 2.*

§. MUTUUM.

1 Mutuum est contractus nominatus stricti juris, qui celebratur datione vera, vel ficta rei consistentis in numero, pondere, vel mensura cum spe recipiendi tantundem in genere suo ejusdem bonitatis, & qualitatis; quatuor autem ad sui substantiam requirit, primò ut animus contrahentium sit quod non idem corpus, sed aliud restituatur, aliàs enim esset commodatum, depositum, vel pignus; secundò ut illud, quòd redditur sit ejusdem generis, aliàs esset venditio, vel permutatio; tertiò ut consistat in numero, pondere, & mensura, ita ut unum corpus recipiat functionem alterius in genere suo; quartò ut res accipientis fiat, & sic in mutuatarii dominium transeat, quod est maximi effectus, nempè ne mutuans cogatur perpetuò inhærere personæ debitoris, nec possit rem mutuatam penes tertium existentem vendicare, Bart. & alii *in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet.* & benè declarat Oinot. *Institut. quibus mod. re contrahea. oblig. in principio fol. mihi 267. &c. nu. 8. & seqq. ad 22.* ubi etiam quotuplex sit mutuum, quæ actio pro illo competat, quæ sint in mutuo præstanda, & alia usque *ad n. 41. fol. 267.* Paul. Christin. *dec. 4. & 3. vol.* Caspens. *curs. Theolog. tractat. 19. disp. 3. fol. 248.* plenè Hermosil. *ad l. Partit. tom. 1. tit. 1. gloss. Rub. fol. 17. & seqq. ad 175.* Et multa de mutuo, & usuria, aliisque ad hæc spectantibus D. Gregor. Rosignol. *in Noviss. Prax. Theol. Moral. tom. 1. contract. 3. per tot. fol. 145. & seqq. ad 308.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 20. a n. 1. tom. 4.* Capon. *disc. 292. a n. 1.* Verd. Instit. *lib. 3. n. 534. & 542.* Staiban. *de Interess. lib. 2. quæst. unica a n. 4.* Mich. de Loy. *de pact. & contr. fol. 86.*

Quotuplex sit mutuum, ejus specialia, an in dubio præsumatur, qualiter cognoscatur, & quod debeat esse gratuitum, Tusch. *litt. M. cum duobus seqq. per tot.* Caspens. *loc. citat.* ubi plura, an, & quando in mutuo committatur usura, vel non, de quo dixi in *§. Usura* Albert. Alderis. *tract. de symb. contract. tit. 4. cap. 7.* ubi plura de mutuo, & quem symbolum cum pignore habeat, Hermosil. *loc. cit.* ubi etiam quod est contractus gratiosus, cum ad mutuandum nemo possit compelli, nisi promiserit, vel ex causa publicæ necessitatis, & alia. Vide Altim. & alios supra citatos.

Quomodo probetur mutuum per scripturam, vel per testes, & qualiter deponere debeant de numeratione, & non de simplici confessione, & alia ad rem, Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 1084. per tot.* Vide De Luc. *de Judic. disc. 34. sub n. 17.*

Ex quibus autem conjecturis mutuum præsumatur simulatum, & ideò non possit repeti, latè Rot. *part. 16. rec. dec. 148.*

2 Mutuum in dubio non præsumitur, Gratian. *discept. forens. cap. 622. n. 10.*

An præsumatur quando pecunia traditur in sacculo, dic quòd non, sed depositum, nisi data sit facultas utendi, vel actum, ut alia ejusdem generis possit restitui, vel esset sub cambiis, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 69. per tot.* Viv. *comm. opin. 537.* vide *in §. Pecunia num.* si nulla sit expressa causa, ad quam pecuniarum traditio possit referri, mutuum præsumi, Rot. *part. 13. rec. dec. 437. n. 1.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom. 1. tit. 1. leg. 10. glos. 1. fol. 116.* Altimar. *ubi supra n. 10.*

Quòd

Quòd si fuerit probatum mutuum per testes, possit illius quantitas probari juramento mutuantis, Grat. *discept. forens. cap.* 948. *n.* 18. *&c.*

Quòd præsumatur ita contractum, ut tantundem ejusdem bonitatis restituatur, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 67.

Si tamen alicui tradatur pecunia, vel in contanti, vel de ordine, nulla expressa causa, & cessantibus conjecturis donationis, censetur mutuata, & potest tamquam mutuum repeti *glos. in leg. cum quid, ff. de reb. cred.* Alex. *cons.* 38. *numer.* 8. *lib.* 3. Rom. *cons.* 238. *num.* 3. *cons.* 290. *num.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 15. *num.* 8. Rot. *part.* 19. *rec. decis.* 69. *num.* 1. *& seqq. & part.* 10. *decis.* 482. *num.* 1. *& seq.* vide in §. *Contractus num.* 44. §. *Pecunia num.* 11. latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 315. *per tot.* ubi quando sit donatio ex circumstantiis, & rationibus ibidem ponderatis, Boss. *vot.* 13. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 20. *n.* 12. *tom.* 4.

Qualiter mutuum non præsumatur liberè datum pauperi absque cautione, ac ideò reddatur valde inverisimile, quæ inverisimilitudo adimat etiam fidem instrumento, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 48. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 138. ubi ex quibus dicatur simulatum.

3 Mutuum confessionatum, etiam per apocam, vel publicum instrumentum non potest in effectu ante biennium repeti, quia obstat exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam si dictum fuerit non spe futuræ numerationis, vel dictæ exceptioni renunciatum absque juramento, vel etiam si adesset statutum omnes exceptiones reiiciens, nisi ista sit in specie rejecta, & etiam si confitens dedisset pignora, vel jurasset; quæ tamen conclusio limitatur nisi hujusmodi confessio esset in testamento facta, vel geminata ex intervallo, vel in judicio, vel nisi agatur inter mercatores, vel nisi debitor post confessionem incœpisset solvere, quia his casibus cessaret exceptio non numeratæ pecuniæ, ut probat Socin. *reg* 97. *per tot.* vide *in* §. *Exceptio num.* ubi plura notabilia.

4 Mutuum factum quamdiù mutuanti placuerit, etsi restituendum ad beneplacitum ipsius mutuantis, non potest statim repeti, & revocari, quia aliàs esset frustratorium, & inutile accipienti, quòd non est dicendum, cum talis non credatur fuisse mens contrahentium, sed potius, ut suscipienti subveniatur, & intelligitur tacita promissio ad tempus, nempè donec accipiens usus fuerit ad suum usum destinatum, non enim sine ulla causa acceptum creditur, & ideò erit in arbitrio judicis infra quantum tempus debeat restitui, Bart. Bald. Jas. & alii *in leg. si pœnam, ff. de verb. oblig.* Capyc. *decis.* 116. *num.* 1. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 22. *per tot.* Hermosil. *loc. cit. glos.* 8. *fol.* 36. Vide Gall. *de Fruct. disp.* 25. *art.* 8. *n.* 75. Leotard. *de Usur quæst.* 78. *n.* 22. *& quæst.* 25. *c.* 20. Altimar. *loc. cit. n.* 31.

Et idem est in commodato, ut dixi *in* §. *Commodatum nu.*

5 Mutuum descendens ex contractu dotis, sive emptionis, aut simili alio contractu, sapit naturam illius contractus, & non mutui, intelligendo quoad privilegia, quæ insunt favore creditoris, & causæ, quæ censentur repetita, non autem quoad odium debitoris morosi, ut sunt usuræ, & ideò tunc in hujusmodi mutuo degente, ut supra ex contractu privilegiato non debentur usuræ, Capyc. *decis.* 183. *per tot.* Altograd. *cons.* 17. *num.* 10. *& seqq. lib.* 1. *nu.* 44. *& per tot.* ubi multis similibus adductis probat transfusionem unica debiti in aliud debitum, semper intelligi factam cum qualitatibus, & privilegiis prioris debiti, causamque originalem, & non accidentalem esse attendendam, latè Fontanel. *decis.* 559. *&* 560. *per tot.* vide in §. *Debitum num.* & §. *Novatio num.* Vide Rocc. Episc. *cap.* 182. *à nu.* 1. *cum seqq. lib.* 2.

6 Mutuans pecuniam minori, vel Ecclesiæ propter æquiparationem ob causam necessariam, tenetur investigare, ut erogetur, & vertatur in causam enunciatam, quod est speciale in mutuo, deposito, & venditione pro debito Ecclesiæ, vel minoris, nam si unquam contingeret dubitari de hujusmodi versione, esset illa probanda ab allegante, nisi secundùm aliquos recipiens fuerit bonæ frugis, & solitus benè res suas administrare, Surd. *dec.* 156. Cenc. *de cens. quæst.* 15. *n.* 37. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 45. *& cap.* 879. *n.* 12. *&c.* latè Odd. *de restitut. in integr. qu.* 51. *art.* 5. *n.* 46. *&c. part.* 2. plenè Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 1. *leg.* 3. *glos.* 2. *cum pluribus seqq. fol.* 38. *& seqq.* ubi de Ecclesia minore, Civitate, Rege, & hujusmodi, an, & quando obligentur ex mutuo, & in specie de filio fam. de quo dixi in §. *Senatusconsultum num.* 1. *&c.* Vide Episc. Rocc. *cap.* 127. *n.* 11. *lib.* 2.

Quod mutuans Ecclesiæ, vel ejus Prælato, Procuratori, vel alteri administratori nomine Ecclesiæ suscipienti, teneatur probare versionem, vel non, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 432. *per tot.* ubi pulchrè per novem casuum distinctionem declarat, & Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 11. *quæst.* 1. *num.* 96. *& seqq. ad* 111. Bich. *decis.* 199. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 272. *per tot.* dixi in §. *Abbas num.* 19. *&* §. *Versio num.* 1. §. *Administratio num.* 35. adde Rota *part.* 14. *recent. decis.* 42. *& part.* 15. *decis.* 42. *& decis.* 227. *per tot.* ubi quòd mutuum ab Abbate, vel alio Prælato contractum absque consensu monachorum non præjudicat monasterio, nisi plenè, & concludenter probata versione, non autem præsumptivè tantùm. Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 15. *nu.* 6. *& seqq.*

Mutuans pecuniam in reparationem, & conservationem navis, vel alterius cujuslibet ædificii, sive de mandato domini dans opificii, habet tacitam hypothecam cum privilegio prælationis in ædificio refecto, dummodò in hujusmodi causam pecunia fuerit data, & expendita, per text. *l. interdum, & leg. seqq. ff. qui pot. in pign. hab. & in* §. *his consequens, Auth. de æqualit. dot.* latè inferendo ad plures casus similes, Marc. Medic. *exam.* 11. *per tot.* ubi *num.* 6. *&c.* ponit requisita necessaria, nempè quod pecunia fuerit expresse mutuata ad rem reparandam, in talem causam fuerit expendita, expensa fuerit necessaria, & alia, & ibi per eum, Paul. Christin. *decis.* 212. *num.* 223. *& seqq. volum.* 5. vide Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 5. *per tot.* ubi qualiter competat hypotheca tacita pro pecunia data ad conservationem rei, Sanfelic. *decis.* 112. *per tot.* ubi qualiter probetur versio pecuniæ in dictam causam, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 60. *per tot.* ubi quòd non probatur ex sola confessione debitoris recipientis in præjudicium aliorum creditorum anteriorum, nisi sit aliundè adminiculata, & comprobata, Rota *part.* 19. *recent. decis.* 304. ubi quòd expendens pro restauratione domus, probata versione in eam causam omnibus præferatur etiam anterioribus De Luc. *de dot. disc.* 159. *sub num.* 82. *vers. item, de Credit disc.* 15. *n.* 3. *disc.* 24. *n.* 12. 7

Quòd mutuans pro reparatione domus præferatur aliis creditoribus etiam anterioribus, intellige quando reparatio, & expensa erat necessaria, secus autem si pecunia sit expendita in excessivis, & non necessariis, sed superfluis sumptibus, & acconciis, nam tunc creditor ex hac causa nullam habet prælationem, ut benè declarat Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 227. *per tot.* Francisc. de Angelis *d. q.* 60. *num.* 5. ubi intelligit si pecunia sit mutuata, & exbursata antequam domus sit perfecta, secus si postquam domus fuerit perfecta, & in necessariis ut supra.

Non etiam procederet dicta conclusio in confectione novi ædificii, vel in alia re comparanda, nisi expressè hypotheca constituatur, vel nisi essemus in minore, Ecclesia, vel similibus privilegiatis, juxta ea, quæ dixi in §. *Emptio num.* 36. & vide Gratian. *discept. forens. cap.* 955. *num.* 7. *&c. cap.* 670. *num.* 7. *&c cap.* 25. *num.* 8. *&* 12. Rodriquez *de concurs. cred. part.* 1. *art.* 7. *per tot.* Neguf. *de pign. part.* 2. *membr.* 2. *num.* 13. *& membr.* 4. *num.* 162. *& part.* 5. *memb.* 2. *num.* 3. *&* 15. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 5. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 212. *per tot. vol.* 5.

Item dictus mutuans etiam pro reparatione, & conservatione ædificii, non esset præferendus doti, per text. in §. *his consequens, Auth. de æqualit. dot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 237. *num.* 33. Josephus de

Rosa

Rosa *consult.* 51. *per tot.* Fagund. *de justit. & controvers. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 1. *& seqq.* ubi quòd præfertur omnibus aliis hypothecis, etiam anterioribus, & expressis, excepta dote, Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de pignor. & hypoth. cap.* 5. §. 9. *& seqq. fol.* 221. Multos hinc indè allegans, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 31. *per tot.* & hinc indè probans, sed nihil resolvens propter magnam dubietatem Mart. Medic. *exam.* 21. *n.* 23. *& seqq. per tot.* vide tamen ejusdem additionem de anno 1665. ubi cum Merlin. *supracit.* & altero Merlin. Pignatel. *controv.* 26. concludit servandum esse jus commune in hoc casu, ut qui prior est tempore, sit etiam potior jure, nullis attentis privilegiis, sed hinc indè invicem confusis, & dixi *in meis resolut. cap.* 66. *num.* 24. de hac quæstione, & generaliter de pluribus creditoribus privilegiatis simul concurrentibus, quis eorum sit præferendus, latè cum pluribus citatis Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1818. *& seqq. per tot.* ubi *num.* 1987. concludit ut supra, exceptis tamen creditoribus ex causa vecturæ, vel ubi animalibus datis, seminis, & hujusmodi pro conservatione rei, quia in ipsa re vecta, vel conservata præferuntur omnibus aliis privilegiatis, & latè declarat idem Gait *loc. cit. & seqq.* sed vide in §. *Locatio nu.* 13. De Luc. *de dot. disc.* 81. *num.* 2. *& disc.* 159. *num.* 82. *de Credit. disc.* 6. *num.* 9.

8 Mutuans pecuniam pro re aliqua emenda, vel reficienda præfertur cuilibet creditori licèt anteriori super re ipsa empta, vel refecta, duobus tamen concurrentibus, causa scilicet prædicta, & conventione, per text. *& glos. in leg. licèt, C. qui pot. pign. hab.* quæ tamen loquitur solùm de mutuante pro re emenda, in quo est necessaria dicta causa, & conventio, prout etiam dixi *in §. Emptio num.* & est intelligenda respectu creditorum ementis, quia dans suam pecuniam pro re emenda cum tali pacto, ut sit sibi specialiter hypothecata acquirit hypothecam antequam talis res empta ex sua pecunia transeat in dominium debitoris, ex cujus persona possit jus acquiri aliis creditoribus ipsius debitoris, ut dixi in §. *Creditor num.* §. *Pactum num.* & §. *Venditio num.* 42. Secus autem respectu aliorum, qui ante emptionem jus, & hypothecam haberent ex persona venditoris, vel aliorum, quibus non præjudicatur à mutuante pro emenda re cum tali conventione, quæ est posterior. Sed benè puto, quòd omnibus esset præferendus mutuans pro re reficienda, & conservanda etiam absque conventione juxta superiùs dicta *n.* 7. cùm æquum, ac justum sit, illum, qui fuit causa conservationis rei, & sine quo aliàs periisset omnibus præferri, quamvis dictam conclusionem promiscuè in mutuante tam pro emenda, quam reficienda reponat Staiban. *de interess. lib.* 2. *tit.* 11. *q.* 1. *n.* 142. *& seqq.* Joseph de Rosa *consult.* 51. Fagund. *de just. & contract. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 1. *& seqq.* Carleval. *de Jud. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 28. *per tot.*

Sed re vera inter mutuantem pro re emenda, & mutuantem pro re reparanda, & conservanda, & communiter per DD. constituitur prædicta differentia ut supra *num.* 7. Mart. Medic. *decis.* 20. *n.* 2. *cum Addit. ejusdem de anno* 1665. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 23. *per tot.* vide in §. *Hypotheca num.* 39. *vers.* 31. *&* 14. Paul. Christin. *decis.* 212. *per tot. vol.* 3. Ceval. *comm. controv. comm. qu.* 754. Franch. *decis.* 96. *num.* 306. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priv.* 48. *n.* 5. *&* 7. Afflict. *decis.* 306. *n.* 9. ubi Ursil. *num.* 1. *&* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 670. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent.* 327. *num.* 8. *&* 9. De Luc. *de Credit. disc.* 58. *num.* 7.

Dicta autem per Staiban. *loc. cit.* procedere possunt in refectione de novo, pro qua non competit hypotheca; nisi ita fuerit conventum, Matt. Medic. *exam.* 21. *n.* 11. *& seqq.*

Quòd mutuans pecuniam expressè, specialiter, & nominatim ad emendum tales merces, quæ verè fuerint ex dicta pecunia mutuata emptæ, non ob id præferatur aliis creditoribus anterioribus ementis, cùm non habeat hypothecam in mercibus emptis, Bart. & Salyc. *in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab.* Neguf. *de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 3. *&* 9. sequitur Vivi. *comm. opin.* 136. Quòd ego intelligo nisi etiam fuerit conventum de hypotheca super dictis mercibus ex pecunia mutuantis emendis juxta superius dicta, quibus adde Pacion. *de locat. cap.* 33. *num.* 67.

Et licèt mutuans in re empta ex pecunia mutuata non præferatur aliis nisi ex speciali conventione, ut supra, præfertur tamen quoad habentes actionem personalem tantùm, Castr. *in l. procuratoris, §. si plures, ff. de tribut.* quem refert, & sequitur Joseph. Feliv. *in Margar. var. concl. verb. Venditor fol.* 120. *col.* 3. *vers. ampla in fine*, Neguf. *de pign. part.* 5. *memb.* 5. *num.* 17. Covarr. *var. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 3. Carleval. *de judic. tom.* 2. *disp.* 28. *nu.* 14. Joseph. de Rosa *consult.* 71. *n.* 3. *&c.*

Mutuans ut supra pecuniam pro re emenda, vel reficienda, an sicuti aliis præfertur pro sorte principali, sit etiam præferendus pro interesse decurso super dicta sorte principali in casibus, de quibus de jure debetur (quamvis in aliis non ita privilegiatis sit regula certa quòd anterior pro sorte sit etiam anterior pro fructibus, & interesse tamquam necessariis ad sortem) quæstionem per difficilem, & cum rationibus, ac auctoritatibus hinc indè probatam, vide penes Staiban. *de Interesse lib.* 2. *tit.* 11. *quæst.* 1. *num.* 151. *& seqq. per tot.* ubi illam indecisam relinquit; opinionem negativam probat Galleot. *controv.* 21. *tom.* 1. affirmativam verò Pont. *decis.* 34. quem sequitur Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 5. *num.* 80. *& seqq.* 9

Mutuans simpliciter mercatori pro emendis mercibus per mare deferendis, nihil aliud gerens in animo, potest postea tuta conscientia sub certo pretio in se suscipere periculum, & merces assecurare, nec facit usuram, cùm dicantur duo contractus separati, mutui scilicet, & assecurationis, *c. fin. de usur.* de cujus intelligentia plenè Petr. Santer. Lusit. *tract. de assecurat. & sponf. part.* 1. *n.* 10. *& per tot.* Gratian. *discept. for. c.* 589. *per tot.* vide in §. *Assecuratio n.* 2. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 94. *n.* 18. *&* 19. facit latè Caspens. *curs. Theolog. tract.* 19. *disp.* 6. *sect.* 10. *&* 11. ubi quando dicantur initi tres contractus, nempè societatis, assecurationis, & venditionis incerti lucri, per quos multi justificantur contractus. 10

Mutuans scolari in studio existenti etiam invito patre, repetirà patre, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 507. *n.* 23. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 68. *num.* 9. 11

Sicut etiam mutuans pecuniam alicui, qui illam convertit in alimenta aliorum filiorum, & familiæ, potest agere etiam contra eosdem alimentatos, *l. his solis, ff. de condit. indeb.* Surd. *decis.* 240. *lib.* 3. Joseph Feliu. *Margar. var. conclus. verb. Mutuans fol.* 13. vide in §. *Uxor n.* 14. & §. *Filiatio n.* 28.

Mutuans amico pecuniam, quam ab alio accepit ad censum, potest pacisci, & accipere tantumdem ultra sortem quantum damni ipse patitur, ut dixi in §. *Impositio num.* & §. *Interesse num.* 12

In quibus casibus sit permissum aliquid ultra sortem recipere, plenè Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 1. *leg.* 10. *glos.* 4. *per tot. à fol.* 128. *usque ad* 175. Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 20. *per tot.* vide Socin. *reg.* 6. *per tot.* ubi ponit regulam negativam, quam 37. modis limitat, Riec. *Collect.* 2683. vide in §. *Interesse n.* 7. *&c.* §. *Usura n.* 8. *&c. in Pract.* §. *Usura per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 20. *n.* 85. *tom.* 4. Staiban. *de Interess. lib.* 1. *de interess. in gen. quæst.* 1. *& seqq. & lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 1. *à num.* 128. Bonden. *collect.* 14. *num.* 20. Gall. *de fruct. disp.* 25. *art.* 2.

Quòd in contractu mutui sit permissum pactum legis commissoriæ ad justam æstimationem, ita ut si non restituatur, transeat in contractum venditionis, & ob retardatam traditionem fundi debeantur fructus recompensativi, juxta *leg. curabit, C. de act. empt.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 138. *per tot.* vide in §. *Pactum n.* 9. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 286. *per tot.*

Quod quis possit tradere mercatori suam pecuniam ad negotiandum cum pacto, ut ipse mutuans in fine anni recipiat quinque pro centenario, dummodò tamen intendat saltem tacitè, & intentione implicita celebrare tres contractus, unum societatis, alterum asse-

affecuratio piralis, & tertium venditionis lucri incerti pro, vel affecurationis lucri certi pro majori inc. Dian. *resolut. moral. part. 1. tract. 8. resol. 30.* G. *discept. forens. cap. 360. n. 1. & 11.* Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 3. punct. 11. num. 2.* & alii per cosi, diai plenè *in meis resolut. cap. 17. per tot.* Rot. 17. *recent. decis. 368. per tot.* latè Cafpenf. *Theol. tract. 19. disp. 6. sect. 70. & 71. per tot. fol. 199. &c.* Altimar. *dict. quæst. 20. & nu. 130.* tom. *ut. de Usur. q. 72. & 74.* Ciarlin. *contr. 29. n. 1.* Cyriac. *contr. 368.*

13 Mutuans enim cogitur illud recipere quando offertur, deiur procrastinatio in tempus penuriæ, *glos. in l. nulli, C. de erog. milit. ann. lib. 12.* Gratian. *discept. forens. c. 252. n. 39.* vide latè Cafpenf. *d. tract. 18. 3. sect. 6.* ubi plura, an fit licitum mutuare frumentum citra usuram.

Quòd mutuum frumentum pro semine præferatur cæteris coribus in frumento recollecto, & idem esse gliter in quolibet creditore ex causa expensarum fructuum in bonis debitoris, ut cæteris præfera Carleval. *de judic. lib. 2. tit. 3. disp. 32. per tot.* Col. *ad statut. Engub. lib. 6. Rub. 40. n. 2.* ubi quolis mutuans præfertur etiam domino ipsius seminantie. *de tacit. lib. 11. tit. 23. num. 51.* Joseph Fen *Margar. var. conclus. verb. Mutuans fol. 132.* Decian. *cons. 50. lib. 3.* De Luc. *de Credit. disc. 4. de Dot. disc. 81. n. 2.*

14 Mutuans piam alicui debitori, ut cum illa satisfaciat, duat alteri suo creditori anteriori, subintrat in in, jus, & hypothecam dicti creditoris antericum ejus pecunia dimissi, tribus tamen concurrentibus, nempè pacto de ita subintrando, quòd pecam ad dictum effectum mutuaverit, & quòd ceffectu ex dicta pecunia fit creditor anterior dimi, Anton. Amat. *resol. 7. n. 14. & seqq.* Salgad. *lab. credit. part. 3. c. 8. n. 55. &c.* facit Gait. *de cred. q. 4. cap. 31. n. 167. & seqq.* ubi de creditore priore solvente anteriori, an, & quando io illicum succedat, & quòd diai in §. *Emptio n. 22.* Arias de Mesa *var. resol. lib. 1. cap. 22. & seqq.* ubi ra Carleval. *de jud. lib. 2. tit. 3. disp. 35. per tot.* ubinè quæ requirantur, ut creditor posterior, vel libet alius extraneus solvens succedat in locum & jus anterioris, & multos casus distinguit, plurimum lat Crescin. ad Pen. *decis. 326.*

15 Mutuans de mandato alterius pecuniam alicui negotianti ad priam utilitatem habet obligatum pro repetitione sui nedum mandantem, & litteras credentiæ facientem, sed etiam ipsum recipientem pecuniam mutuatam imò ipse recipiens reputatur principaliter obligatus, & primò conveniendus, & postea mandans, vel scribens in subsidium, aut rationibus pro utque parte relatis concludit Michael Ferro Manriq. *Gest. Vicar. 60. per tot. part. pr.* facit quòd dixi in §. *Mercator num. 23.* Hermosill. *ad leg. Partit. tom. pr. l. pr. glos. 2. leg. 2. fol. 31.*

Mutuum an prsumatur ex apoca bancaria, in qua fuit dictum *per tri tanti*, ad hoc ut possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, latè Thoro *Comp. decis. Neapol. p. 3. sect. 2. verb. Mutuum.*

Alia plura de mutuo tangunt Castejon. *Alphab. jur. verb. Mutuum* & Com. August. Font. *Biblioth. leg. part. 5. cod. ub. fol. 179.* Eq. De Luc. *in Indic. general.* Altimar *dict. quæst. 20. per tot. tom. 4. & alibi* Anfald. Rc. Manf. Palm. & alii moderni Layman. & alii moralistæ.

16 De natura mutui est, quod si pecunia mutuata, aliquo casu fortuito pereat, periculum fit accipientis. P. Molfes. *in summa tract. 12. cap. 13. num. 52.* Vidman. *de contract. tit. de mutuo n. 27.* Altimar. *de Nullit. rubr. pr. par. 2. quæst. 20. n. 13. tom. 4.*

17 Si valor, seu pretium crescat, vel decrescat sine culpa, & mora debitoris, damnum, & commodum pertinet ad creditorem. Marescot. *lib. 2. cap. 94. nu. 14.* Hermosill. *gloss. pr. l. 8. tit. pr. part. 5. n. 10.* Altimar. *ibid. n. 14.* Secus autem erit si mensura fit mutata, nam si mutuavi tibi centum modios tritici, & Principis Jussu modius tritici fit diminutus, vel auctus, non liberaris solvendo secundum mensuram minorem, nec majorem, sed secundum mensuram veterem, nam in primo casu minus redderetur, in secundo plus. Hermosill. *gloss. 4. l. 2. tit. pr. part. 5. n. 7.* P. Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 7. cap. 10. vers. sexto quæritur.* Altimar. *ibid. dict. n. 14. in fin.*

Mutuum non esse, si quis mutuet nummos, quot restituit mutuatarius, quia illis non indiget. Morla *in empor. tit. 8. in præmissis nu. 33.* Mantua *in l. 2. in princ. n. 34. ff. de reb. cred.* Altimar. *loc. cit. n. 15.* 18

Sed quod sit mutuum, dicunt. Hermosill. *gloss. pr. l. pr. tit. pr. part. 5. nn. 21. gloss. 3. l. 2. tit. pr. part. 5. n. ultim.* Cald. *de empt. cap. 2. nn. 13.* Altimar. *ibid. n. 16.* Sed non valet pactum, quod eadem res reddatur. Cald. *sup. n. 9.* Leotard. *de usur. quæst. 25. nu. 23.* Altimar. *ibid. n. eod. in fin.*

Non contrahitur mutuum, si librum ad pondus, vel oves ad numerum dentur. Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 7. cap. 4.* Pacius *tit. de mutuo n. 4.* Altim. *ibid. num. 17.* 19

Si non est dominus, aut quasi rei mutuatæ, certi condictio ex mutuo ei non dabitur P. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 7. cap. 4. vers. 3. quæritur.* Hermosill. *gloss. 2. l. pr. tit. pr. part. 5. n. 1. seq. & nn. 15. & seq. & gloss. pr. l. 2. tit. pr. part. 5. nn. 14.* Altimar. *loc. cit. n. 21. circ. med.* 20

Et si mutuans non fit dominus rei mutuatæ, mutuatarius nec naturaliter obligatur, nisi stipulatio, aut pactum de reddenda pecunia interveniat text. *in l. si quis 57. §. si nummos, ff. de fidejuss.* Altimar. *ibid. n. 22.* nec fidejussor obligatur, si obligatio fit fine stipulatione. Hermosill. *gloss. 2. l. pr. tit. pr. part. 5. nn. 4. & 9.* P. Molfes. *in summa tract. 12. cap. 13. nn. 22. 34. & 35.* Altimar. *ibid. n. eod. in fin*

Mutuum de re communi valet. P. Azor. *part. 3. lib. 7. tit. de mutuo cap. 4. vers. 2. quæritur.* Altimar. *ibid. num. 26.* Sed quod valeat pro parte. Hermosill. *glos. pr. l. 2. tit. pr. §. 5. n. 20.* Altimar. *ibid.* 21

Mutui duo sunt præcipui effectus, onus est, ut rei, quæ ex ejus causa datur, dominium transeat in accipientem, Vidman. *de contract. tit. de mutuo n. 10.* Altimar. *ibid. n. 32.*, Alter, ut ex eo obligatio civilis, & actio oriatur, quæ certi condictio dicitur. latè D. Mich. de Loy *de pactis & contract. lib. 3. tit. ult.* ubi explicat. Vidman. *d. tit. de mutuo nu. 23. & seq.* Altimar. *ibid. n. eod. in fin.* 22

An possit reddi vinum vetus pro novo, & posse Cald. *de empt. cap. 2. n. 13.* Cævall. *qu. 621.* Altim. *ibid. n. 34.* 23

Difficultas est, an mutuans duodecim mensuras vini tempore vindemiæ possit eandem quantitatem recipere æstate sequenti, & videtur dicendum non posse, quia illud est pretiosius & sic videtur plus capere. De Turre *de camb. quæst. 13. n. 92.* Leotard. *de usur. quæst. 26. n. 67.* Altimar. *loc. sup. cit. n. 43.*

Sed in contrarium est veritas, nam in effectu non accipitur plus quam datum fuit. Scacc. *de comerc. & camb. §. pr. quæst. pr. num. 416.* Altimar. *ibid. num. 44.*

Sic potest recipi frumentum novum pro veteri, licèt vetus minoris valeat, quàm novum. Gallus *de fructib. disp. 25. art. pr. n. 7.* Leotard. *de usur. quæst. 17. n. 3.* Altimar. *ibid. n. 45.*

Usurarius contractus dicitur, si mutuum fiat ad negotiandum, ita ut capitale reddatur, & lucrum dividatur; ideo quod ex lucro percipitur, imputatus in sortem. Roman. *cons. 238. num. 8.* Altimar. *loc. cit. num. 66.* 24

In mutuo palliato necesse est, ut lucrum quod speratur proveniat ex interusurio temporis. Fagnan. *in cap. Naviganti, num. 45. de Usuris tom. 5.*

Mutuum interpretativum præsumptum, Implicitum, aut indirectum explicatur. Berro. *in rub. de usur. n. 38.* Fagnan. *in cap. In Civitate nu. 6. de usur. tom. 5.*

Mutuum per consumptionem reconciliatur, etiamsi quis causam habeat à fure, & prædone. Text. *in l. quæsitum in fin. ff. de acquir. possess.* Fagnan. *in cap. Gravis n. 48. de restit. spoliat. tom. 2.* 25

Licet Mulier renunciare possit beneficio S. C. Velleiani, quod in ejus gratiam constitutum fuit, tamen filius familias exceptioni S. C. Macedoniani renunciare nequit. Layman. *Theol. Moral. tract. 4. lib. 3. cap. 15. n. 2. tom. pr.* 26

Certi casus sunt, quibus S. C. locus nullus est. Layman. *Theolog. Moral. loc. sup. cit. n.* 4.

Si ex pecunia mutuo accepta Filiusfamilias, aut pater ejus dittor factus fuerit, eatenus naturali jure ad restitutionem in conscientiæ foro obligatur. Laym. *Theol. Moral. ibid. n.* 3. *vers. Cæterum.*

27 Qui spe mutui accipiendi chirographum dedit in biennium opponere potest exceptionem non numeratæ pecuniæ. Layman. *Theol. Moral. loc. cit. n.* 8.

De exceptione autem dotis non numeratæ quid dicendum Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 13. *n.* 8. *tom. pr.*

28 Quo jure prohibitum sit ne pecuniæ publicæ titulo mutui, alteriusve contractus exponantur, Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 25. *num.* 4. *tom. pr.*

29 Mutuum factum, in contractu locationis, & conductionis, quando solvitur justa pensio non dicitur usurarium. Abb. *cons.* 15. *sub n.* 2. *lib. pr.* Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 18. *sub nu.* 19. Spad. *cons.* 21. *num.* 3. *tom. pr.*

30 Ex mutuo simplici non possunt percipi fructus, etiam si esset factum Papæ. Spada *cons.* 53. *num.* 12. *tom. pr.*

31 Verbum *solvere* convenit mutuo. Rot. cor. Dunozet. Jun. *dec.* 7. *num.* 12. *& in rec. dec.* 557. *nu.* 17. *part.* 19. *tom.* 2.

32 Mutuans pro acquisitione, restauratione, seu constructione rei communis debitoris, præfertur super eadem ta quibuscumque aliis creditoribus. Rot. cor. Card. Cels. *dec.* 398. *n.* 2. *&* 5. *& in rec. dec.* 328. *nu.* 22. *part.* 5. *dec.* 327. *part.* 14. Ansald. *dec.* 24. *num.* 3. *tom. pr.*

33 Mutuum excluditur ex inopia affetti mutuantis, & ex divitiis mutuatarii. Rot. cor. Dunozet. Jun. *dec.* 7. *n.* 10. Ansald. *dec.* 8. *n.* 24. *tom. pr.*

34 Mutuum notabilis summæ præsumitur simulatum, quando non apparet factum per instrumentum, vel per apocham teste munitam. Ansald. *d. dec.* 8. *n.* 18. Præsertim, quando mutuans solitus erat etiam in minoribus summis instrumenta conficere. Ansald. *ibid. num.* 19.

35 Mutuum ex quibus censeatur in folio albo superappositum. Ansald. *dict. dec.* 8. *n.* 21. *tom. pr.*

36 Mutuans ad emenda animalia non præfertur domino pascuorum Card. De Luc. *de Cred. disc.* 18. *n.* 6.

Mutuantis utilitas absque damnituatarii, vel è contra non causat usuram Card Luc. *de Usur. disc.* 4. *n.* 12. *disc.* 12. *n.* 41. 37

Mutuum pecuniarum si habere respectivitatem cum venditione rei fructiferæ, ait parere accessiones. Card. De Luc. *de Usur.* 16. *n.* 7. 38

Verbum *investire* mutuo non init. Rot. *dec.* 85. *part.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 668. *pa tom.* 3. *dec.* 56. *n.* 6. *part.* 12. *rec.* Card. De Lu. *Usur. disc.* 4. *num.* 8. 39

Mutuum, vel donatio an sit pænda eum pecunia alicui simpliciter traditurd. De Luc. *de Cred. disc.* 76. *n.* 9. *disc.* 125. *nu.* 5. Et quid ubi pecunia sit tradita administratorel socio Card. De Luc. *de Cred. d. disc.* 76. *n.* 40

An contrahere dicatur mutuum pecuniam recipit, ut debita extinguat. Card Luc. *de Cred. disc.* 55. *n.* 10. *&* 11. 41

Mutuum factum pro extinguedebitis fructiferis non per hoc potest esse fructife Card. De Luc. *de Hæred. disc.* 18. *n.* 10. 42

Mutuans pecuniam debitori ptinguendo censu absque aliqua reservatione concto nullam habet actionem contra fidejussoremsus. Rot. post Cenc. *dec.* 202. *n.* 2. *&* 3. Palma. *all.* 30. *n.* 28. *tom. pr.* 43

Mutuo dans pecunias, tacite etur restitutionem stipulari. Rebuff. *de lit. obloss. pr. num.* 25. Bertazz. *cons. civ.* 49. *n.* 19. 20. & Palma nep. *d. all.* 30. *n.* 30. *tom. pr.* 44

Mutuans filio familias, existis cum Patre familias contrahere excusatur. Pnep. *all.* 400. *n.* 25. *tom.* 4. 45

Mutuum quando non distingu à Cambio cum pluribus distinctionibus cambioru Palm. nep. *all.* 346. *n.* 19. 20. 21. 22. *&* 23. *tom.* 4utuum inest in cambio, & quando. Palm. nep. . *n.* 32. 33. 34. Mutuum dicitur contineri in coctu cambii, donec pecunia vere fuerit cambiata. m. nep. *all.* 400. *n.* 45. *&* 47. *tom.* 4. 46

Mutui appellatione veniunt et censu in materia S. C. Macedoniani. Palm. *all.* 348. *nu.* 40. *tom.* 4. Mutuum etiam gratis coctum sub S. C. Macedoniano continetur. Palm. *d. all.* 400. *nu.* 64. *tom.* 4. 47

Finis Libri Undecimi.

MARCI

MARCI ANTONII
SABELLI J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER DUODECIMUS.

De littera N.

§. NATURALIA, & NATURA I.

1 Aturalia contractus dicuntur illa, quæ secundùm naturam cujuslibet contractus tacitè in unoquoque veniunt licèt non fuerint expressa, & tamen pacto expresso, vel tacito removeri possunt ab ipso contractu citra illius corruptionem; ut in mutuo, quòd reddatur in eadem bonitate, & in venditione evictio Oinot. *Institut. de oblig. §. fin. cap. de contract. num. 22. fol. 264.* ubi etiam benè declarat, quæ dicantur substantialia, quæ solemnia, & quæ accidentalia ipsius contractus, Cenc. *de Cens. quæst. 53. num. 15. & seqq.* cum aliis per eos citatis, Hermosill. *ad leg. Partit. tom. pr. tit. pr. leg. 2. glos. 4. fol. 34.* Nicolius *eodem Institut. tit. nu. 20.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. quæst. 7. sect. 3. n. pr. tom. 3.* Capon. *de Pactis quæst. 18. nu. 14.* Seraphin. *de Privil. Jur. privil. 49. n. 17.*

2 Naturalia si concurrant cum accidentalibus semper præferuntur, quia naturalis causa præfertur accidentali, sicuti ad plura inferendo declarat Tusc. *litt. N, conclus. 8. & 9. per tot.* Salgad. *Labyrin. Credit. part. pr. cap. 7. n. 33.* Altimar. *loc. cit. n. 2.* Fagnan. *in cap. de Cætero n. 33. de Cler. non resid.*

3 Multa de natura, & rebus naturalibus, & illarum effectibus tradunt remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Natura, & Naturalia*, & Com. August. Font. *Biblioth. leg. part. 5. eod. verb. fol. 182 &c.* Jo. Torre *de success. in Major. & Primog. Ital. ut in Indice generali in fine part. 3. verb. Natura, Naturalia*, Altimar. *loc. cit.* ubi latè. Hermosill. Rubeus Jovius, & alii moderni.

4 Naturalia sunt in duplici differentia. Turr. *de Camb. disp. pr. quæst. 8. n. 14. & 18.* Cenc. *de Cens. quæst. 53. n. 19. & seq.* Felician. *de Cens. cap. 10. n. 22.* Hector Felic. *de Societ. cap. 2. nu. 15.* Altimar. *loc. cit. n. 3.*

5 Naturalia difficiliùs immutantur, quàm accidentalia. Fagnan. *in cap. Nobis, num. 44. de Simon. tom. 5.*

6 Natura primæva facilius retinetur, quam nova inducatur. Fagnan. *in d. cap. de Cætero, num. 32. de Cler. non resid. tom. 3.*

7 Naturam immutare non est in potestate partium. Fagnan. *in cap Massana, n. 20. de election. tom. 1.*

8 Natura quid sit. Altimar. *de nullit. rub. pr. quæst. 7. sect. 3. n. 85. tom. 3.*

9 Num Natura cujusque rei primordium dicatur. Mier. *de Majorat. in initio pr. part. à nu. 21.* Barbos. *4. p. rub. solut. matrim. à n. 26.* Altimar. *loc. cit. n. 84.*

10 Natura contractus an dicatur virtus à propria ejus specie producta. Altimar. *de nullit. d. rubr. p. sect. 3. quæst. 7. n. 88.*

11 Natura qualiter definiatur. Alciat. *in l. eum quid n. 2. ff. si cert. petat.* Altimar. *ibid. n. 90.*

12 Quæ contractus naturam respiciunt, num pro expressis in contractibus habeantur. Molin. *de primog. lib. 3. cap. 4. nu. 34.* Solorzan. *de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 15. à n. 2.* Salgad. *Labyr. part. 2. cap. 8. à nu. 6. ad n. 26.* Altimar. *ibid. n. 92.*

13 Deus, & natura abhorrent superflua. Crescin. ad Abeccles. *observ. 57. n. 2. part. pr.*

14 Deus, & Natura nihil faciunt frustra. Text. *in l. fin. C. de Prec. Imper. offer.* Crescin. ad Abeccles. *loc. sup. cit. numer. 3.*

15 Num à Natura congrua interpretatio sumatur. Molin. *de primog. lib. p. cap. 3. num. 5.* Altimar. *ibid. num. 94.*

16 Naturam ad pristinam res, facilius revertitur. Fusar. *de subst. q. 296. n. 66. vers. tertiores facilè revertitur* Rocc. Episc. *cap. 52. n. 6.*

17 Natura desiderat simile sibi producere. And. Tiraq. *de legib. Connub. leg. 6. nu. 21.* Rub. *de Consuf. Jur. cap. 1. n. 82.*

18 Naturæ Vincula non mutantur, sed effectus. Rub. *de Conf. Jur. d. cap. 1. n. 11.*

19 Naturalia sunt immutabilia. Text. *in l. Jura sanguinis, n pr. ff. de Reg. Jur.* Rub. *de Consuf. Jur. d. cap. pr. n. 90.*

20 Naturalia contractus num tolli possint. Castill. *lib. 3. controv. cap. 3. n. 64.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. quæst. 7. sect. 2. n. 20. tom. 3. & sect. 3. quæst. 7. n. 4. & 13. & subsect. 2. quæst. 7. n. 1.*

21 Naturalia an possint mutari, firmo remanente contractu. Jovius *de solemnit. Contract. minor. gl. 16. §. 11. n. 149. 150.* Castill. *lib. 5. contr. cap. 86. num. 13.* Altimar. *de Nullit. rub. p. quæst. 7. sect. 3. n. 5. 10. 3.*

22 Naturalia an possint à Notario exprimi, si à Contrahentibus dicta non fuerint. Hermosill. *gloss. pr. l. 33. tit. 5. part. 5. n. 9.* Pacion. *de locat. cap. 61. num. 115.* Altimar. *ibid. n. 23.*

23 Naturalia contractus emphyteutici quæ sint. Altimar. *de Nullit. rub. pr. quæst. 7. subsect. 3. num. 94. tom. 3.*

24 Naturalia Donationis causa mortis quæ sint. Antun. *de donat. lib. 2. præl. 2. §. 3.* Passarell. *de donat. lib. pr. quæst. 3. num. 58. & seq.* Altimar. *loc. prox. cit. num. 58.*

25 Naturalia Hypothecæ quæ sint. Merlin. *de pignor. lib. 4. quæst. 127.* Cyriac. *controv. 193. n. 2.* Altimar. *ibid. n. 302.*

26 Naturalia Feudi quæ sint. Bosc. inter opera Card. De Luc. *art. pr. n. 63. & seq.* Capon. *tom. 3. discept. 394. à nu. 34.* Altimar. *de Nullit. dict. rub. pr. quæst. 7. subsect. 3. n. 176. & n. 166. d. tom. 3.*

27 Alia Naturalia in feudo, sunt in genere, & in specie. Balzaran. *de Feud. tit. 7. fol. 64. & seq.* Altimar. *de Nullit. rub. pr. part. 2. quæst. 19. n. 135. tom. 4.*

28 Naturalia contractus emptionis, & venditionis, quænam sint. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part. 2. quæst. 17. n. 408. 410. ad 431. tom. 4.*

29 Naturalia census, quænam sint. Gaill. *lib. 2. obser. 7. num. 13.* Altimar. *de Nullit. rub. p. part. 2. quæst. 23. n. 104. tom. 4.*

30 Naturalis filius non potest dici agnatus. Rot. cor. Ottobon. *dec. 111. num. 11.*

31 De Naturalibus liberis. Vide *in hoc Opere §. Filius*, & plura etiam tradunt. Brunnemann. Card. de Luc. *in Indice Verb. Naturalis*. Caprar. pariter *in Indic. dict. Verb. Naturalis*. & alii moderni.

§. NATUS, & NATIVITAS. II.

1 NAtus per transitum in aliquo loco, ubi mater non erat permansura, sortitur ibi originem, & efficitur civis, ac municipes illius loci, & tantò magis si etiam ibidem fuerit baptizatus, ac idem est in exposito in hospitali, cujus parentes ignorantur,

Gratian. *discept. forens. cap. 75. per tot.* Altograd. *con. 27. nu. 9. & 10. & consil. 28. nu. 28. & seqq. per tot. lib. 2.* ubi refert Bart. & alios contrarium tenentes, sed hanc opinionem esse veriorem, & receptiorem testatur, ac tandem tres distinctiones, & conciliationes adducit, quibus contrariæ concordantur sententiæ, & quod huic civilitati naturali renunciari non potest aliquo modo, latè Masc rd. *de probat. vol. 3. conclus.* 1141. ubi refert contrarias opiniones, & nititur illas concordare, vide in §. *Baptismus num.* & §. *Dictio num. 26. in resolut. cap. 49. num. 1. & 3.* Ciarlin. *controv.* 149. *per tot.* Paul. Christin. *decis. 33. num. pr. etc.* obi quoad natum per transitum negativam probat, & Boet. *decis. 13. num. 49. etc.* Sed affirmativam ut supra tenet idem Christin. *ad leg. municip. tit. 5. art. 4. num. 4. & art. 9. num. 5.* ubi tamen videtur intelligere, nisi postea domicilium alibi transferrar animo ibi perpetuò manendi, & quòd etiam sit Civis Civitatis, ex qua illius parentes animo redeundi recesserunt, Rot. *part. 13. recent. decis.* 261. *n.* 5. ubi quòd Filius quamvis alibi natus civilitatem patris originariam non ammittit. Nisi tamen pater alibi domicilium transtulerit; quia licèt non amittsrur civilitas ex origine propria, ammittitur tamen ex origine paterna, quando pater ipse domicilium mutavit, & ibi natus est filius, de quo vide Sanfelic. *decis.* 74. Novar. *in Pragmat. Reg. Collect.* 115. facit Rot. *part. 17. recent. decis.* 108. *num. pr. & seqq.* ubi quòd natus in vicis, suburbiis, & comitatu dicitur, & habetur tamquam natus in Civitate, vel oppido, ac gaudet eisdem favoribus, & privilegiis, vide in §. *Civis, & Appellativa*, & confirmat eadem Rot. *part. 18. tom. pr. decis. 9. nu. pr. & tom. 2. decis. 431. num. 11. & seqq. & decis. 557. num. 7. & seqq.* Caldas Pereyra *in consil.* pro D. Joanne de Tassis impressos post *tract. de restitut. in integr. fol.* 521. ubi latè probat quòd natus, & baptizatus in aliquo loco efficitur verus civis originarius, & naturalis illius loci, in quo nascitur, & capax omnium privilegiorum, beneficiorum, & officiorum, quibus alii cives ejusdem loci fruuntur, & est repertum in volumine consiliorum ejusdem Caldas *cons. 47. per tot.* ubi respondet motivis contrariæ opinionis, & hanc quæstionem multis hinc indè citatis examinat etiam Antonez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 15. nu. 2. & seqq.* Carleval. *de judic. ti. pr. disput. 1. nu.* 91. Amaya *in l. Cives, C. de incol. lib. 10. num. 43. & seqq.* Cresp. de Valdaur. *observat. 6. num.* 104. *&c.* & novissimè Jacob. Balduc. in Observat. ad Ramon. *cons. 21. n. 6. &c.* Gobb. *consult. dec. 116. n. 80.* Vide De Luc. *de Regul. disc. 104. n. 5. & in Indic. verb. domicilium.*

Quod natus per accidens in aliquo loco, vel si in fraudem mater iverit ibi ad pariendum non efficiatur civis illius loci, nec gaudeat ejusdem privilegiis, plurles decisum refert Thoro *Compend. decis. Neap. part. pr. verb. Natus, & part. 3. sect. 2. eadem verb. & verb. Ortus* ubi allegat Hodiern. ad Surd. *decis.* 329. Altimar. *de nullitat. rubr. 9. quæst. 30. nu. 45. & 46. tom. pr.* Novar. *in prag. 1. nu. 13. de immun. Neap.* Hodiern. ad Surd. *cit. decis.* 329. *n.* 5.

Si tamen Constitutio, vel alia dispositio discretivè loquatur de natis in Terra, & territorio, & sic distinguat Civitatem, vel oppidum à territorio, pro diversis reputantur, Rot. *dict. part. 18. decis. 695. n.* 14.

2 Nati duobus, vel pluribus masculis, sive fœminis, sive altero masculo, & altera fœmina una simul ex eodem partu, sive prægnantia, qui prius natus præsumatur declarat Menoch. *lib. 6. præsumpt. 52. per tot.* Mascard. *de probat. vol. 2. conclus.* 1087. *per tot.* vide in §. *Primogenitura n. 4. cum seqq.*, ubi plura.

3 Natus, sive etiam conceptus post mortem testatoris, quando admitti possit ad successionem tam in emphyteosi, feudo, majoratu, quàm in ultimis voluntatibus, Surd. *decis.* 230. *per tot.* vide in §. *Fideicommissum n.* Optimè Hodiern ad Surd. *loc. citat.*

4 Nativitas, & ætas filiorum probatur per parentum, & conjunctorum testimonium, quando ex ea nihil commodi ad favorem filiorum resultat, aliàs autem ad informandum tantùm, & certius per librum Curati habentem debita requisita, vel domus, in quo parentes descripserunt nativitatem filiorum, Mascard. *de probat. volum 2. conclus.* 1086. *per tot.*

Natus an quia fuerit maturo tempore, vel immaturo, ut naturaliter vivere posset, vel non, ad effectum excludendi, vel non excludendi fideicommissarium, & alios, statur judicio obstetricum, physicorum, ac aliorum in arte peritorum, etiam de sola sua credentia, & judicio deponentium, dummodò tamen concurrant aliæ conjecturæ, veluti pro partu immaturo sæva, & multa accidentia in pariendo per matrem passa; pro partù verò maturo, si aliquo tempore vixerit, vocem emiserit, baptizatus fuerit, si natus fuerit in illa pellicula, quæ nutrimentum vocatur involutus, si lavatus cum vino, & aqua tepida fecerit motum, & repertus fuerit calidus, & hujusmodi, ut declarat Mascard. *de probat. volum. 2. conclus.* 1088. *per tot.* & melius idem Mascard. *vol. 3. conclus.* 1146. ubi qualiter probetur partum abortivum esse, nec vivere posse, vide in §. *Filius nu. 5.* ubi plura, & plures, sed hoc propositum allegavi, & in §. *Posthumus num. 2.* §. *Substitutio nu.* 49. §. *Conditio num.* 65. §. *Abortus num. 8. & in Pract.* §. *Aborta num. pr.* vide De Luc. *de success. disc.* 46. latissimè Altimar. *de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. pr. n. 38. vers. partus semestris fol. 10. tom. 8. & ibidem vers. num partus fol. 12. & ibidem num. 52. vers. partus septimo cum seqq. fol.* 38. 5

Natus expositus in Hospitali qualitat efficiatur civis illius Civitatis, in cujus Hospitali fuit expositus, & gaudeat illius Civitatis immunitatibus, non tamen ejus filius alibi natus, quia patet est fictus civis, late Gregor. Ganaver. *decis. 36. per tot.* 6

Alia de natis diversis; & ad diversos effectus indicat Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Natus fol.* 181. Jo. Torre *de success. in Major. & Primog. Ital. in pluribus locis, ut in Indice generali in fine par. 3. verbor. Natus*, ubi de natis unico parto, de natis en secto matris ventre, & hujusmodi. Altimar. *de nullit. in Indice præsertim tom. 8. verb. partus*, Carl. Ant. De Luc. Caprat. Palm. Mauf. & alii moderni. 7

Natus ex accidenti in aliquo loco non amittit Patriam, Originem, ac Civilitatem. Boet. *dec. 13. à n. 49. præcisè n. 52.* Rot. *dec. 312. n. 17. & 18. part. 9. dec. 188. n. 4. & 21. & dec. 327. n. 6. part. 17. rec.* Palm. nep. *dec. 37. n. 2. tom.* 1. 8

Natus extra Patriam gaudet privilegiis Patriæ. Felin. *in cap. Rodulphus n. 13. in fine de rescript.* Bertachin. *vol. 97 n.* 25. 10

Natus in quinto, vel sexto Mense post Matrimonium, an possit esse legitimus. Alphons. Caranz. *de partu natural. & legitim. cap. 9. de quinquemestre, & semestr. fol. 432. n. 2. & 46.* Bettachin. *vol. 123. num. 12. & 14.* 9

Natus in territorio licèt censeatur natus in Oppido, hoc tamen fallit, quando len de utroq; loquitur disretivè. Surd. *cons. 554. n. 7. cum seq.* Spad. *cons. 296. nu. 4. lib. 3.* Emerix. Juo. *dec. 296. n. 10. & seq.*

Prior Natus censetur is, qui à Patre fuit primo loco in actu ferià descriptus. Ripa *in lib. 1. de resc. resp. 14. n. 14.* Rot. *dec. 596. n. 13. part. 18 rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 40. num. 5. lib. 10. vol. 3.* Vide infra *num.* 19. 11

Vocario majoris natu de familia, aut primogeniti de domo vulgaris tantum reputatur, adeo ut primo admisso fieri non debeat restitutio alius primogenitia. Card. De Luc. *de Fideic. disc. 91. num. 3. & disc. 94. n. 8.* Rot. *dec. 486. n. pr. part. 9. dec. 211. num. 6. part. 5. & dec. 346. num. 19. part. 11.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 21. lib. 16. n. 5. vol.* 4. 12

Natus ex damnato coitu non habet jura cognationis. Capra *cons. 108. & 136. n.* 19. Carl. Anton. De Luc. *in tract. de Lin. legal. art. n. n. 28. vers. Nati ex damnato.* 13

Natus ex conjugato, & Soluta an successibilis sit patri in testamento. Carl. Ant. De Luc. *in d. tract. de lin. leg. art. 2. n.* 28. 14

Nati ex conjugato, & soluta per accidentalem concubitum inter se invicem succedunt, secus si per formalem concubitum. Marta *de success. part. pr. q. 16. art. 1. n.* 32. Carl. Ant De Luc. *in dict. tract. de lin. legul. loc. cit. vers. Procreati.* 15

Na-

16 Nati, seu legitimi Vicarii, qui dicantur. Pellegrin. *in prax. Vic. part.* 1. *sect.* 1. *n.* 2.

17 Nativitatis tempus probatur per fidem, ex libro Baptismatis desumptam. Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 672. *n. pr.* Caprar. *dec.* 221. *n.* 2. *part. pr.*

18 Nativitatis prioritas probatur ex combinatione Fidium Baptismatis. Caprar. *d. dec.* 221. *n.* 15. *part. r.*

19 Nativitatis prioritas desumitur ex prænominatione filiarum, & ordine scripturæ paternæ seriatim emissæ. Ripa *in lib. pr. de Rescript. respons.* 14. *num.* 14. Rot. *dec.* 596. *n.* 13. *par.* 18. *rec.* Caprar. *loc. sup. cit. n.* 6. Vide supra *n.* 11.

Nativitatis prioritas desumitur ex ordine tetento à patruo in ejus testamento. Zarate. *dec.* 39. & 52. Dunozett. Jun. *dec.* 770. Caprar. *ibid. n.* 8.

Filia prius dotata, censetur prius nata. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 142. *n.* 94. Caprar. *ibid. n.* 10.

Probatio certi, & determinati temporis, in quo evenit nativitas unius, prævalere debet tempori incerto nativitatis alterius. Olea *de cess. Jur. tit.* 8. *quæst.* 3. *n.* 6. Caprar. *loc. sup. cit. n.* 3.

20 Nativitas filiorum non facit, quod renunciatio legitime juxta formam *capituli, quamvis pactum* 2. *de pactis in* 6. non suffragatur ad revocandam renunciationem. Hermosill. *l.* 8. *glos.* 3. *n.* 16. *tit.* 4. *part.* 5. Altimar. *de Nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 32. *nu.* 638. *tom.* 5.

21 De Natis post purificationem conditionis. Vide Palm. Nep. *alleg.* 43. *n.* 1. 2. & 7. *tom. pr. all.* 129. *n.* 2. *all.* 130. *n. pr.* & 2. *all.* 159. *n.* 3. 6. 7. 9. & 13. & *d. all.* 130. *n.* 7. 8. & 9. *tom.* 2. & *all.* 323. *nu.* 6. 7. 8. 9. & 10. *tom.* 4.

22 De vocatione Nasciturorum. Vide Palm. Nep. *all.* 128. *n.* 8. & *all.* 130. *n.* 4. 5. 6. & 7. *tom.* 2.

23 Natus de putativo Matrimonio stante bona fide unius ex conjugibus an excludat substitutum. Palm. Nep. *all.* 213. *n.* 26. *tom.* 3.

24 Natus in figura Matrimonii, licèt conceptus ante, dicitur nasci legitimus, non autem legitimatus per subsequens. Palm. nep. *alleg.* 248. *n.* 2. *tom* 3.

25 Nascimur à parentibus ab aliis vero majoribus descendimus. Palm. Nepos *decis.* 264. *num.* 22. *tom.* 3.

§. NEGATIVA III.

1 NEgans possidere rem ab actore petitam, convictus de mendacio privetur possessione, quæ conceditur actori, l. *fin.* ubi Bart. & alii *ff. de rei vindic.* Aret. in §. *Omnium nu.* 8. *Institut. de act.* Pract. Papp. *in forma interrog.* §. *pr. An dictus num.* 2. *ubi Addit. litt. A.* cum aliis per Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 20. &c. Ricc. *Collect.* 210. Costa *de facti scient. & ignorant. dist.* 25. *per tot.* ubi intelligit si scienter mentiatur secus si ignoranter, & quoad commodum possessionis, non autem quoad proprietatem, ita ut ex reo efficiatur actor super proprietate. Brunnemann. *in l. fin. ff. de rei vind.* Abecclef. & Cresein. *obser.* 156. *part. pr.*

Imò nulla alia facta probatione per actorem, potest statim ipse actor petere se mitti in possessionem rei petitæ tamquam vacantis in præjudicium possidere negantis, salvo jure cujuslibet tertii, non tamen sufficeret fuisse simpliciter negata narrata prout narrantur, & exposita prout exponuntur, quia hujusmodi responsio non habetur pro negativa, Jas. *in dict. omnium num.* 91. & 98. late Seapuc. de Salvian. *lib. pr. quæst.* 26. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 109. *num.* 35. & 57. *per tot.* Pract. Papp. *libell. act. hypoth. glos. Ex memoratis causis num.* 3. divi *in resolut. cap.* 44. *num.* 28. ubi quòd ita fuit judicatum, vide in §. *Actor num.* 7. Brunnemann. *ubi supra* Abecclef. & Cresein. pariter *ubi supra*, qui dant plures declarationes.

Negans positiones, convictus de mendacio, debet in expensis condemnari, & patitur juramentum in litem, Addit. ad Pract. Papp. *except. contr. posit. glos. ult.* vide Gratian. *discept. forens. cap.* 109. *num.* 5. & *per tot.* Farinac. *quæst.* 160. *num.* 215. Surdus *decis.* 17. *num.* 15. Thomat. *decis.* 70. *num.* 4. Michalor. *de posit. cap.* 41. *num. pr.* & *seqq.* Conciol. *resolut. crim. verb. Testis, quoad dicta resolut.* 11. *num.* 5. & 6. ubi quòd juxta veriorem opinionem negans positiones per mendacium, potest puniri de perjurio ob falsam illarum negationem, vide in §. *Positio num.* 17.

Item negans positiones, & convictus de mendacio quoad unam partem illarum, patitur etiam hanc pœnam, ut aliæ præsumantur veræ, & habeantur pro confessis, Natt. *consil.* 59. *num.* 6. Cravett. *consil.* 282. *num.* 9. vide Gratian. *dict. cap.* 109. *per tot.* ubi multas declarationes, sive casus, in quibus negans excusatur à pœnis mendacii.

Negans ideò positiones hoc modo, sicuti communiter fieri solet, non credit ut ponitur, evitat pœnas mendacii, negationis, & perjurii, si aliqua ex demonstrationibus adiectis non sit vera, Gratian. *dict. cap.* 109. *num.* 74. &c. 2

Et quòd positio partim vera, & partim falsa possit simpliciter negari, sicut etiamsi quis mille mutuo receperit, & integrè solverit, iniquè conventus in judicio, & interrogatus de receptione potest absolutè negare, Ricc. *Collect.* 3466. vide in §. *Positio n.* 23. & Gratian. *dict. cap.* 109. *num.* 20. & *seqq.*

Negans factum proprium incidit in pœnas mendacii, negans verò factum sui auctoris, vel narrata in libello inepto, vel negans ex ignorantia non tamen crassa, & sic non ex certa scientia, nec dolosè non incurrit dictas pœnas, Gratian. *dict. cap.* 109. *n.* 34. &c. ubi etiam *num.* 38. &c. quòd negans parti extrajudicialiter, vel etiam judici si habet justam negandi causam non incidit in pœnas mendacii. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 4. *sub num.* 4. 3

Negativa semper plus neget, quia nihil excipit, quam affirmativa affirmet, & negativa mera, ac simplex probari non potest, nisi habeat in se implicitam affirmativam, vel nisi resolvatur in affirmativam, vel nisi sit loco, & tempore coarctata, vel nisi probari possit ex inspectione actorum, Barbos. *de Axiom. jur. axiom.* 158. *num. pr.* &c. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 34. &c. *fol.* 268. vide in §. *Testes num.* Tusch. *litt. N, conclus.* 26. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1057. & 3100. 4

Quando negativæ plures negent, vel affirment, vide Tosch. *loc. cit. conclus.* 27. *per tot. infra num.* 17.

Negativa quoad probationis effectum est triplex, alia quæ in plenam testis cognitionem, & sensum cadit, & quando habet conjunctam affirmativam; alia quæ directam probationem effugit, sed sub indirecta, & obliqua, tantùm cadit, ut illa quæ ex aliquo extrinseco adiuncto, non intrinsecè annexo probationem recipit, potest tamen vim directæ probationis obtinere, si certo loco, & tempore sit coarctata, & determinata; alia tandem, quæ omnem cognitionem, & sensum effugit, ut quando certi loci, & temporis concomitantiam non habet, & ista non nisi juramento purgatorio, vel juramento adversarii per responsionem ad positiones, vel per discussionem, & nuntii relationem probari potest, ut benè, ac subtiliter declarat Pontirol. *in Respons. pro Mambellis num.* 327. & *seqq. ad* 140. Cæsenæ impresso de anno 1645. de hac materia DD. *in leg. si constante, ff. solut. matrim.* Herculan. *tract. de negat. per tot.* Vivi. *comm. opin.* 538. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1091. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 20. & *seqq. fol.* 267. &c. Tusch. *litt. N, conclus.* 29. & 30. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 86. *vol.* 3. & *decis.* 76. *num.* 2. &c. *vol.* 5. Farinac. *quæst.* 65. *nu.* 218. & *seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 325. ubi in materia jurisdictionis, & quando testes debeant reddere rationem etiam non interrogati, & per remotionem actus à sensu, nisi ex qualitate testium appareat esse taliter informatos, ut non potuerit actus fieri, quin ipsi scivissent, nam tunc sufficit simpliciter deponere de negativa, Conciol. *resolut. crimin. verb. Negativa resol. pr. num.* 5. 5

Quadruplicem esse negativam, nempè juris, facti, qualitatis, & quantitatis, & quomodo unaquæque probari possit; & debeat ab allegante, pulchrè Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 50. *num.* 8. & *seqq.* Pontirol. *in dict. respons.* 326. & *seqq.*

Negativa quando est fundamentum intentionis debet 6

bet probari ab allegante, sive agendo, sive excipiendo; sive sit facti, sive juris, sive qualitatis, *leg. hoc jure ff. de verbor. obligat. lib. pr. §. docere*, ubi DD. *ff. ne quis eum qui in jus, &c.* Mascard. *de probat. volum. 2. conclus.* 1091. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 798. *num.* 9. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt. pr. nu.* 7. Vivi. *comm. opin.* 538. Afflict. *decis.* 377. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 32. *glos. pr. nu.* 98. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 26. *num.* 4. *vol.* 3. ubi intelligit in quantum per rerum naturam fieri potest, & distinguit, ut dixi in §. *Mors num.* 12. Ludovis. *decis.* 210. ubi de negativa narrata in supplicatione, *& decis.* 342. *&* 288. *& decis.* 353. Bich. *decis.* 360. *num.* 6. ubi quando negativa non sit probanda, Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst. pr. in princ. tom. pr.* Pen. & Crescin. *decis.* 150. Rocc. Episc. *cap.* 118. *n.* 41. *lib. pr.* De Luc. *de Regal. disc.* 14. *num.* 3. *de Cens. disc.* 20. *n.* 9. *de Donat. disc.* 29. *nu.* 26. *disc.* 60. *n.* 24. *de Regul. disc.* 8. *n.* 4.

Quando tamen agitur de negativa non implementi, & constat per instrumentum, vel aliter de obligatione implendi, sufficit neganti implementum sequutum allegare instrumentum, vel obligationem implendi, ad hoc ut adversarius teneatur docere de implemento ad formam suæ obligationis, Altograd. *cons.* 21. *n.* 13. *etc. lib.* 1. Tusch. *litt. N, concl.* 29. *per tot.* Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 33. *&c. fol.* 268. ubi intelligit negativam esse probandam ab allegante pro fundamento suæ intentionis, quando ipsa negatio includit aliquod ens, vel simplicitam affirmationem, secus simplicem negationem, & non ens, & plenè Gabriel. *commun. concl. tit. de prob. conclus.* 6. ubi pluribus modis ampliat, limitat, & declarat ad plura notabilia inferendo, Pacion. *de prob. cap. fin. nu.* 45. *& seqq.* Farinac. *pragm. crimin. verb. Bannitus num.* 98. ubi ea doctrina Innoc. declarant. favore fisci, nam si quis promiserit sub certa pœna servare exilium, vel non recedere à tali loco, fiscus agens ad pœnam conventionalem non tenetur probare negativam, sed reus ipse docere debet se paruisse, & non contrafecisse, & dicit Farinac. practicasse Romæ cum quodam, qui fidejussorem præstiterat de non discedendo ab Urbe, faciendo citare fidejussorem ad docendum, quòd ejus principalis non recesserit juxta formam obligationis, & in contumacia non docentis, obtinuisse mandatum, ac exequi fecisse, quòd tamquam notandum refert Pac. Jordan. *loc. cit. in fine*, quamvis ego dubitari posse existimarem & contrarium quandoque servari viderim, committendo birruariis perquisitionem in loco, in quo manere debet reus, & tunc eo non reperto procedi servatis servandis, & maximè quando non adest obligatio se resignandi, vel repræsentandi certis temporibus puta singulo die, triduo, vel &c. in loco determinato, vel coram aliquo Officiali, facit Tusch. *litt. N, conclus.* 29. *nu.* 34. & 39. ubi quòd quando agitur pro delicto, & ad pœnam debet negativa probari ab eo, qui negat factum, ut induatur delictum, Conciol. *resolut. crimin. verb. Exilium resolut.* 2. *n.* 3. *&* 4. Ut juxta prædictam doctrinam Farinac. fuit me proponente resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ de mense Novembris 1662. in causa contra Jo: Petrum Pientinum de Prato veteri, facit Sanfelic. *dec.* 31. *in princip.* ubi facta perquisitione in loco, à quo quis fuerat jussus non discedere, & non reperto, fuit condemnatus ad pœnam comminatam.

Quòd negativa non implementi voluntatis testatoris sit probanda ab allegante, qui vult agere ad privationem hæreditatis ob non implementum, & contraventionem, Salycet. *in Auth. hoc amplius, Cod. de fideicomm.* cum aliis per Altograd. *cons.* 84. *nu.* 1. *lib.* 1. & Rot. in Neapolitana hæreditatis Lunæ 13. Martii 1673. coram Rondinino, post Urceol. *de transact. dec.* 43. *n.* 3. *& dec.* 52. in eadem causa coram eodem.

7 Negativa quòd non adsint bona libera, & allodia ad effectum ut in obligatione veniant feudalia à quo sit probanda, Bardellon. *cons.* 179. *per tot. lib.* 2.

Negativa difficiliùs probatur, quàm affirmativa, quia magis creditur duobus testibus super affirmativa, quàm mille super negativa, Cabal. *cons. decis.* 135. *num.* 8. *& seqq. lib.* 1. pulchrè Socin. *reg.* 508. *per tot.* ubi quatuor modis limitat, Gratian. *discept. forens. capit.* 870. *num.* 31. Magon. *dec. Flor.* 140. *nu.* 4. *& seqq.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Negativa resolut.* 3. *n.* 1. ubi quòd negativa vaga, indeterminata, & non coarctata non cadit sub sensu, ac est improbabilis, nec falsitatis suspicione caret, vide Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *q.* 1. *nu.* 7. *& seq. tom.* 1. Pen. & Crescin. *decis.* 206. *et decis.* 370. Caren. *de Sanct. Offic. part.* 3. *tit.* 6. *n.* 63.

Quòd sit validè suspecta probatio, admittenda tamen si contineat contrariam affirmativam, Magon. *decis. Flor.* 17. *num.* 6. *et seqq. per tot.*

Quòd probatio negativæ non soleat admitti ubi militat præsumptio juris contraria pro adversario, vel saltem tunc in ea se fundans gravetur duriori probatione, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 175. *n.* 49. *etc.*

Quòd quando est loco, & tempore coarctata conticescat illud dictum, plus esse credendum duobus super affirmativa, quam mille super negativa, & æqualis tunc sit omnium fides, servata tamen numeri, ac honestatis ratione, *cap. in nostra* 32. *de test. glos. et DD. in cap. bonæ* 23. *de elect. l.* 2. *Cod. de error. Advocat. et leg. optimam* 14 *Cod. de cōtrah. et comitt. stipul.* Pontirol. *in d. respons. n.* 534. Farinac. *quæst.* 65. *part.* 3. *per tot.* benè Cabal. *cons. dec.* 135. *num.* 9. *et seqq. lib.* 1. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 259. *et* 260. Conciol. *resolut. Negativa resolut.* 1. *num.* 3. *et seqq.* dixi *in Pract. §. Testimoni num.* 15. & in hoc Opere §. *Testes nu.* 18. *in fine*. Altimar. *loc. cit.* Caren. *loc. cit. part.* 3. *tit.* 9. *n.* 10. Pen. & Crescin. *ubi supr.*

Quòd ubi allegatur factum positivum, ex quo resultet negativum, nil aliud probandum sit quàm ipsum factum positivum, Natt. *cons.* 446. *n.* 15. Cancer. *variar. resolut. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 147. *& seqq.* Flores de Mena *variar. q. lib.* 3. *q.* 21. *n* 266. Bich. *dec.* 563. *num.* 3.

Negativa continens in se affirmativam, non differt ab ipsa affirmativa, ut negativa non sanæ mentis, quæ habet implicitam affirmativam, ac probatur per actus, & signa furoris, ac dementiæ; negativa verò dementiæ, & sic quòd aliquis non sit demens dato antecedente furore, qui præsumitur durare, non probatur nisi dicant testes, quòd talis non potuisset dicere, vel facere quid insaniæ, quin etsi audivissent, vel vidissent, non enim sufficit dicere, quòd nihil insanum fecerit, sed opus est addere illa verba arctativa excludentia possibilitatem in contrarium, cùm aliàs posset esse quòd fecerit insanias, & ipsi non viderint, & sic probatio non concluderet de necessitate prout requiritur, Rota *part.* 2. *divers. decis.* 129. *num.* 4. *& seqq. & num.* 14. *&c.* 8

Si tamen testes deponentes super negativa taliter deponant, ut id quod asserunt sit illis verisimiliter cognitum, non esset opus, quòd dicant formaliter non potuisse aliter fieri quin ipsi vidissent, cùm sufficiat implicitè hoc apparere, Rot. *d. part.* 2. *divers. decis.* 134. *num* 4. vide in §. *Testes nu.* 18. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 342. *num.* 12. ubi quod quando testes sunt informati, & deponunt de re illi nota, probant negativam, licèt illam non coarctent, Farinac. *de test. quæst.* 65. *num.* 219. *& cons.* 151. *nu.* 18. Buratt. *decis.* 704. *num.* 3. Merlin. *decis.* 98. *num.* 2. Ludovis. cum Beltram. *decis.* 325. Conciol. *resolut. crim. verb. Negativa resolut.* 1. *num.* 5. Pen. *decis.* 265. *n.* 3. Rot. coram Otthob. *decis.* 247. *n.* 4. Crescin. ad Pen. *loc. cit. decis.* 206. Vide Piron. *de Jurep. alleg.* 44. *sub n.* 52. *in fin. tom.* 1.

Negativa loco, & tempore coarctata probat innocentiam inquisiti, etiam per testes domesticos, & familiares deponentes inquisitum fuisse alibi tempore commissi delicti, Guaz. *def.* 28. *cap.* 1. *nu.* 12. *&c.* sequitur alios adducens, & benè declarans Conciol. *resolut. crimin. verb. Negativa resolut.* 2. *per tot.* ubi in fine dicit testes super negativa deponentes esse examinandos ad præsentiam fisci, & postea sub fidejussore dimittendos de se repræsentando sub certa pœna, vel sub præcepto pœnali quando ob paupertatem fidejussorem non haberent; quòd tamen numquam servatum vidi Florentiæ, & malè, ac ideò fuisse justitiam sæpè delusam per hujusmodi testes 9

testes

teſtes poſtea falſos repertos ; cautiùs igitur agendum eſset, ut ſupra illos dimittendo ſub fidejuſſore, vel in cauſis graviſſimis retinendo carceratos uſque ad expeditionem cauſæ, vel ſub ingenti ſumma vinculatos, maximè ubi urgeret aliqua falſitatis ſuſpicio. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 10. *n.* 41.

Et probari negativam per teſtes domeſticos, & familiares quando inquiſitos aſt bonæ conditionis, & famæ, aliàs ſecus, idem Conciol. *loc. cit. reſolut.* 4. Quando autem non admittatur dicta probatio per teſtes domeſticos, & conjunctos, vide Farinac. *quæſt.* 54. *num.* 36. *& ſeqq. & num.* 121. *& quæſt.* 62. *nu.* 91. *& ſeqq.* Guaz. *defenſ.* 29. *cap.* 3. *nu.* 6. *& ſeqq.*

Quòd negativa coarctata reſultans per rei evidentiam, prævaleat affirmativæ, & probet innocentiam, Laorent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 53. *n.* 20.

Qualiter ſit concipienda, & coarctande negativa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 525. *nu.* 24. *& ſeqq. ad* 57. Cavaler. *dec.* 268. *n.* 3. *&c.* Ludoviſ. *dec.* 510. *nu.* 1. ubi quòd non probatur per teſtas, niſi removeant actum à ſenſu, dicendo quod non poteſt aliter eſſe, quia ipſi vidiſſent, & ſcivissent Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 430. *n.* 5. *& ſeqq.* Vide Creſcio. ad Pen. *loc. ſupr. citat.* De Luc. *de Paroch. diſc.* 2. *nu.* 10. Bich. *deciſ.* 400. *n.* 15. *&* 18. Anſald. *deciſ.* 14. *n.* 13. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 14. *deciſ.* 5. *n.* 12. *&* 42. *vol.* 2.

Quòd ſit coerctanda ad breva tempus arbitrio judicis, aliàs teſtes non ſolum illam non probent, ſed reddantur ſuſpecti de falſo, veluti ſi deponerent per menſem, cum non ſit veriſimile teſtes per tam longum tempus vidiſſe ſemper inquiſitum, Farinac. *q.* 65. *n.* 227. *& conſ.* 88. *num.* 6. *lib.* 1. Ludoviſ. *deciſ.* 325. *num.* 9. Conciol. *dict. verb. Negativa reſolut.* 3. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 305. *n.* 16 ubi quod negativa indefinita non tranſit ſine falſitatis nota.

Qualiter teſtes ſuper negativa deponentes debeant eſſe omni exceptione majores, & reddere rationem ſufficientem illorum dicti, etiam ſi non interrogentur tam in civilibus, quàm in criminalibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 789. *num.* 9. *&c. ap.* 843. *nu.* 13. *&c.* Magon. *deciſ. Florent.* 17. *num.* 14. Tuſch. *litt. T, concl.* 189. Leoneill. *deciſ. Ferr.* 41. *n.* 2. vide in §. *Teſtes num.* 18. Hermenegil. Roxas *tract. de incompat. Regn. & Majorat. part.* 2. *cap.* 1. *nu.* 47. *& ſeqq. ad* 59. ubi quòd teſtes de negativa corctata deponentes debent eſſe idonei, naturali veritate, & ſinceritate prædìti, non largè, ſed ſtrictè, negativa ſit multum coarctata loco, & reſtricta ad tempus non breve, teſtes removeant actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu, addendo quòd non poſſint aliter eſſe quin viderint, ac etiam non interrogati naturalem rationem reddant, & commorando aliquid (ſi ſuis) notabile, ex quo eorum depoſitionem veriſimilem, & ſine ſuſpicione reddant, & alie ad convincendos teſtes de falſo. Spad. *conſ.* 307. *n.* 4. *vol.* 2. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 206.

10 Negativa probari poteſt omni argumentorum genere judicis animum ad ita credendum inducentium, & quibuſcumque probationibus etiam poſſibilibus tentum, cùm ſit materia difficillima demonſtrato, imò quandoque per ſimplicem illius propoſitionem ſi ei contradictum expreſsè non fuerit, cùm ſufficiat conjecturelis probatio ubi ſubjecta materia directam probationem non admittit, Corn. *conſ.* 136. *num.* 20. *lib.* Cravett. *conſ.* 1. *nu.* 9. Herculan. *tract. de negat. n.* 314. *&* 316. Pontirol. *in ſupracit. Reſponſ. num.* 576. *&* 577. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *nu.* 34. *& ſeqq. fol.* 268. *infra n.* 16. *in fine*, Cabal. *conſ. dec.* 123. *n.* 32. ubi de indebito, quod dicitur probatum eo ipſo; quòd non probatur debitum, quando debitum, quod prætenditur eſt omninò incertum, & ſine cauſa, vide in §. *Solutio num.* 61.

Quòd poſſit probari per ſamam, quando aliter probari non poſſit, Bald. *in leg. paupertas iu fine, ff. de excuſ. tut.* Ludoviſ. *dec.* 325. *num.* 15. *etc.* ubi tamen quòd famæ probatio non admittitur ſuper eo, quod habet contra ſe præſumptionem juris, vel adeſt aliud elidens ſamam, & famæ probatio tamqoam privilegiata facilè proſternitur. Pen. *deciſ.* 265. *n.* 3. *deciſ.* 899. *n.* 2. Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 265.

Negetive citationis non factæ probator ex revolutione actorum, Alex. *conſ.* 55. *lib.* 4. Cavaler. *deciſ.* 35. *num.* 2. Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 14. Ludoviſ. cum Beltramin. *dec.* 416. vide De Luc. *De Judic. diſc.* 9. *num.* 47. *diſc.* 34. *nu.* 32. Epiſc. Rocc. *cap.* 141. *n.* 9. *libr.* 2. 11

Quòd ubi affirmativa debet conſtare in actis, ex ipſorum revolutione, & rimatione ſatis dicatur probata negative, Cavaler. *deciſ.* 110. *num.* 4. *et deciſ.* 752. *num.* 6. ubi etiam *num.* 7. quòd præſumitur pro integra actorum tranſportatione.

Quando negativa probetur ex inſpectione proceſſus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 704. *n.* 24. *etc. cap.* 725. *num.* 35. Magon. *dec. Luc.* 22. *n.* 19.

Quòd negativa ceſſionis probetur ex inſpectione inſtrumenti, & actorum, Gratian. *cap.* 737. *n.* 3. *capit.* 877. *num.* 23. *&c.*

Quod ex revolutione librorum Banchi probetur pecunias in eo non fuiſſe depoſitatas, Gratian. *cap.* 748. *n.* 15.

Negative notificationis non factæ in materia retractus probatur ex inſpectione, & rimatione proceſſus, Magon. *dec. Flor.* 40. *num.* 2.

De dictis, & ſimilibus modis probandi negetivam vide Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *titu.* 17. *n.* 34. *et ſeqq. fol.* 269. ubi pulchrè, & quomodo ſervetur in Curia Romana, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 175. *nu.* 48. *et ſeqq. per tot.* ubi plura de probatione negativæ derogationis non factæ alicui Bullæ, vel Conſtitutioni, & ad illam excludendam, ex eo quòd perquiſitio ſit imperfecta, & non in omni loco, & libro facta, vel ſi deficiat aliqua carta, vide infra *in noviſſimis addit.* Creſcin.

Quod negativa non probetur ex diligentiis, niſi fiant in omnibus ſcripturis, & locis, in quibus poteſt eſſe adnotatus actus, Ludoviſ. cum Beltramin. *deciſ.* 262. Et quomodo fieri debeant dictæ diligentiæ in Curia Romana per deputationem duorum officialium cum citatione partis, idem Beltram. ad Lodoviſ. *deciſ.* 287. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 323. *num.* 4.

Negativa aliquem non eſſe tutorem qualiter probetur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 907. *n.* 26. *&c.*

Quòd diligentiæ factæ in Regiſtro Cancellariæ non probent negativam diſpenſationis, cùm potuerit obtineri à Legatis, & Nunciis, Ludoviſ. *dec.* 353. *per tot.*

De negativa non publicationis legis qualiter probetur ex non regiſtratione illius in libro ſolito, niſi deficiant paginæ, vel aliàs fuerit deperditus, Rot. *part.* 17. *rec. deciſ.* 239. *num.* 7. *& ſeqq.*

Negativa quòd non adſint bona ſufficientia pro detractionibus, à quo, ſive quibus ſit probanda, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 743. *nu.* 22. *&c.* Cavaler. *deciſ.* 246. *per tot.* ubi quòd eſt probanda ab hærede ſi inventarium non fecit, ſi verò fecit inventarium citatis citandis præſumitur pro eo, & transfertur onus probandi in adverſarios, Mart. Medic. *dec.* 9. *n.* 15. vide in §. *Inventarium num.* & §. *Legitima n.* 19. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 237. *n.* 10. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. dec.* 123. *nu.* 22. *lib.* 2. ubi quòd ex inventario probatur quantum quis habuerit in bonis, & dicenti aliud habuiſſe incumbit onus probandi. 12

Quòd negativæ inſufficientiæ bonorum elienetorum pro detractionibus, & non aliorum bonorum ſit probanda ab hærede gravato, qui eam hæreditatem adivit ſine inventario, ſi prætendat bona alienata non ſufficere pro detractionibus, & velle reſiduum detrahere, cùm ex omiſſione inventarii reſultet maligna ſuſpicio ſubtractionis, & adequatæ ſatisfactionis, Bald. *in leg. cum de lege, ff. de probation.* Natt. *conſ.* 199. *num.* 11. *& conſ.* 238. *nu.* 7. *&c. lib.* 1. Covaruv. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 4. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 39. *n.* 14. Seraphin. *dec.* 609. *num.* 7. Addit. ad Gregor. *dec.* 295. *in fine*, *& dec.* 266. *n.* 16. cum aliis pluribus relatis per Pontirol. *in citat. reſp. num.* 521. & 522. vide in §. *Legitima num.* 19. Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 193 *n.* 2. *& ſeqq.* ubi quòd non facto inventario, & conſtito de aliquibus alienationibus, detractiones præſumuntur conſumptæ, adeò ut aſſerentibus contrarium incumbat onus probandi hujuſmodi negativam. Ne-

13 Negativa quòd testator alia bona non habuerit potest directè, & per obliquum probari, directè scilicet ex partis confessione facta in responsione ad positio es, vel juramento decisorio, vel per testes determinatè deponentes de bonis testatoris tempore mortis cum abnegatione pluris, nempè alia non habuisse illo tempore mortis, additaque ratione, etiam non interrogatos per remotionem actus à sensu, scilicet aliter esse non posse, quin ipsi scirent; quamvis non esset necessaria hujusmodi remotio actus à sensu, ubi probatio fieret per testes familiares, & domesticos, vel saltem vicinos ipsius testatoris tempore mortis, sed simplex negativæ depositio sufficeret, & propter præsumptæ scientiæ concomitationem, optimè concluderet Gratian. *discept. forens. cap. 525. n. 27.* cum aliis pluribus per Pontirol. *d. respons. n. 541. & seqq. ad 560.* Altograd. *cons. 50. n. 107. et seqq. lib. 1.* ubi quòd debet removeri actus à sensu per clausulam quòd aliter fieri non potuisset, &c. loquitur tamen in reprobatione instrumenti, quæ nisi per concludentissimas probationes fieri potest, aliàs non videtur contradicere ubi sufficiunt verisimiles probationes, vide in §. *Testes n.*

Item probatur dicta negativa aliorum bonorum indirectè, & per obliquum mediante positione quantitatis, numeri, ac quotæ bonorum, & rerum omnium in hæreditate repertarum, addendo quòd plus in bonis testator non habebat, juxta doctrinam *glos. in l. cum de lege, ff. de prob.* Alex. *cons. 55. n. 6. lib. 1.* Rom. *cons. 276. in fine*, hocque modo probata saltem onus affirmativæ probandæ in adversarium transfert, Herculan. *de negat. num. 255. etc.* Pontirol. *d. Respons. nu. 565. et seqq.* ubi tamen ipse ita demum sufficere existimat si juris aliqua præsumptio assistat, consulitque extrinsecis documentis aliundè quæsitis, *d. glos. proxim adjuvare*, facit quòd dixi in §. *Juramentum num. 21. etc.* Rota *part. 17. recent. decis. 274. n. 1.* ubi quòd pecunia non fuerit in hæreditate reperta probatur ex inventario, in quo non reperitur descripta, & idem de aliis rebus, *et dec. 367. n. 26.* ubi tamen quòd talis negativa non probatur ex inventario minus legitimo, & defectuoso. De Luc. *de hæred. disc. 17. n. 12. De Legit. disc. 25. num. 48.* Vide Pen. & Crescin. *decis. 301.*

Item probari potest ex publico libro Æstimi, Bart. *in l. decem 116. n. 3. ff. de verb oblig.* Bald. *in l. quicumque num. 21. Cod. de ser. fugit.* Menoch. *consil. 809.* Palma *consil. 100. num. 2.*

Cùm tamen in hoc contradictores non desint, satiùs erit adjungere juramentum hæredis, & saltem sufficiet ad transferendum onus probandi contrarium in adversarium, & maximè ad effectum retentionis, benè Pontirol. *de Respons. n. 567. &c. ad 573.*

14 Negativa non existentiæ aliorum bonorum, imò quælibet alia negativa quantumvis lata, & nullo limite terminata probari potest per missionem nunciorum publicorum de mandato judicis, & illorum relationem factam præcedente informatione, & investigatione per eosdem sumpta ab iis, qui verisimilem notitiam habere poterant, Bart. *in leg. in illa 8. num. 11. &c. ff. de verb. obligat. & cons. 81. num. 3. lib. 1.* Corn. *cons. 126. num. 20. lib.* pulchrè Pontirol. *in cit. Respons. num. 573. & seqq. ad 576.* facit in §. *Nuncius num.*

Item omni alio argumentorum genere, Pontiról. *loc. cit. n. 576. & 577.* dixi *supra n. 11.*

15 Negativa quòd bona subrogata tanti non valeant, quantum valebant illa, in quorum locum fuerunt subrogata, est probanda ab excipiente, & allegante, Gratian. *discept. for. cap. 763. num. 69. c. 766. num. 16.*

16 Negativa non receptionis pecuniarum præsumitur de jure, ita ut ea sola probationis loco habeatur, *l. actor, Cod. de probat.* Cravet. *cons. 1. n. 11.* Duran. *decis. 368. n. 23.*

Item probatur ex inspectione libri, in quo solvens erat solitus omnes solutiones adnotare, si illa de qua quæritur non reperiatur scripta, Duran. *d. dec. 368. n. 38. & 39.* Vide Roc. Episc. *cap. 68. n. 3. & cap. 75. n. 8. & cap. 84. n. 1. lib. 1.*

Quòd libri probant non tantùm solutiones actualiter factas, sed etiam negativam aliarum solutionum non factarum ex eo, quia in illis non reperiuntur adnotatæ, Ludovis. *dec. 139. nu. 5.* Buratt. *dec. 73. n. 12.*

Quòd negativa, ut quis non sit debitor communis ærarii probetur ex fide illius Secretarii, junctis maximè aliis adminiculis, Bich. *dec. 238. n. 25. & 26. & decis. 257. n. 17.*

Item negativa quod res non sit emphyteutica probatur ex inspectione libri in quo res emphyteuticæ describi solent, si ibi non reperiatur, Genn. *de script. privat. lib. 5. in notabil. fol. 283.*

Qualiter negativa non solutionis ad effectum præscribendi sit probanda ab allegante, sed cum sit indeterminata, ac improbabilis dicatur probata eo ipso quòd contrarium non apparet, quia negativa præsumitur ubi probari non potest, Abb. *in cap. pone n. 14. de elect.* Bald. *in leg. actor ad finem, C. de probat.* Bart. *in leg. de ætate quæst. 3. ff. de minor.* Castr. *cons. 134. lib. 2.* Baldus *cons. 79. lib. 2.* Cravett. *cons. 1. nu. 10.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 5. tit. de censur. quæst. 33. n. 8. & seqq.* ubi etiam quod probatur eo modo, prout erit possibile, vel per confessionem partis, vide supra *num. 10.* Vide Spad. *cons. 42. n. 6. lib. 2.*

17 Negativæ duæ faciunt unam affirmativam, & sic affirmant Bart. & alii *in leg. duobus, ff. de verb. significat. D.D. in leg. 1 Cod. de ser. fugit.* Rot. *decis. 639. n. 2. part. 1. Noviss.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucub. vol. 14. tit. 17. nu. 41. fol. 269.* ubi quod habeat etiam vim copulativæ; sed quod Italico, sivè vulgari idiomate, vel sermone non currit hæc latina expositio, quoniam in eo duæ negativæ non important affirmativam, vide in §. *Dictio num.* Tusch. *litt. M, conclus. 27. per tot.* Et ante eos Zabarel. *in clem. ame. n. 1. de Offic. delegat.* Vide Ott obon. *decis. 265. n. 52.*

Quod duæ negativæ inducant affirmativam, quia natura negationis est, ut quidquid inveniat destruat, unde cum secunda negatio reperiat præcedentem, ipsam destruit, & ejus oppositum infert Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 33. nu. 23. fol. 10.* Rot. *part. 18. recent. decis. 111. n. 4. & 5.* ubi tamen quòd dictio, *sine*, juncta cum alia negativa affirmativam non importat, ad tradita per Bich. *decis. 483. n. 14. & 17.* Dunozet. jun. *dec. 748. & 760. &c.*

18 Negativa, sive negatio promissa est reo, vel similibus quando delictum, vel aliud, de quo quæritur non potest probari, cum quilibet jus habeat occulta sua dicta, vel facta quantum potest tegere, & negare; si verò agatur de eo, quod probari potest, vel adsint legitima indicia, interrogatus juridicè tenetur dicere veritatem, quamvis inde mortem sibi, vel aliud malum timeret juxta magis communem Theologorum sententiam; probabilis tamen est aliorum opinio, ut donec subest spes evadendi licita sit negatio, de quo vide Less *de just. & jur. lib. 2. cap. 31. dub. 2. & 3.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. n. 44. & seqq. & tit. 23. n. 207. &c. fol. 451.* Farinac. *quæst. 160. n. 294. & seqq.* vide in §. *Delinquens nu. 10.* latè Guttierez *in prax. quæst. 9. cum pluribus seqq.* Turrian. *tractat. de just. disput. 50. dub. 2. per tot.* Possent. *sing. 202. per totum*, ubi etiam si interrogetur cum juramento, quod & alii supponant, Dian. *part. 2. tract. 15. resolut. 26. & 27.* ubi pluribus hinc inde relatis firmat licitam esse negationem, quando debitum non est aliàs plenè probatum, & sic adest spes evadendi, & latè iterum Dian. *part. 10. tract. 13. per tot.* plenè Thom. Urtad. *resolut. moral. part. 2. tract. 6. per tot. fol. mihi 2. & seqq.* ubi plurimis aliis citatis concludit, ut supra, & bene totam materiam declarando, etiam quoad testes, de quibus dixi in §. *Testis num. 14.* Gibalin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art. 6. per tot. fol. 581. &c.*

Quòd si reus legitimè interrogatus neget delictum, ex quo erat condemnandus in pœnam pecuniariam non teneatur ad restitutionem dictæ pœnæ, etiam ipso facto impositæ, quidquid alii contra, probet Dian. *part. 3. tract. 5. resolut. 52.* facit quod dixi in §. *Judex n. 19.* idem Dian. *part. 4. tract. 5. resol. 56.*

56. latè Zamorae. *de compens. disput. 6. cap. 3. & seqq.* ubi infert ad resolutionem plurium casuum, & quod ille, cui erat applicanda dicta pœna, non possit uti aliqua occulta compensatione, quia nihil est ei actu debitum ante finalem sententiam.

Qualiter possit uti æquivocatione quando factum, de quo interrogatur excusari potest à peccato ratione alicujus circumstantiæ, vel qualitatis, idem Dian. *part. 3. tractat. 5. resolut. 66. & tract. 6. resolut.* 30. ubi plura. Sed hodie esse prohibitas hujusmodi æquivocationes in jurando, vide in *§. Juramentum nu.* 58. & latè Thom Urtad. *resol. moral. par. 2. tract. 7. per tot. fol. mihi* 38. *&c.*

An autem reus teneatur judici respondere, & veritatem fateri, si testium depositiones inditia sibi non manifestentur, dic quod non, quia aliter ei non constat an juridicè interrogetur, ac ideò habet jus negandi, ut benè probat Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 91. & glos. 3. tract. 9. resol.* 47.

Quòd si dubitet an juridicè interrogetur, idem Dian. *part. 3. tract. 5. resol.* 116. ubi refert contrarias opiniones.

An postquam fuit damnatus ad mortem teneatur manifestare veritatem prius negatam, Dian. *part. 3. tract. 5. resol.* 103. ubi refert contrarias opiniones, & ipse negativam approbat.

Utrum autem prætensus reus possit sibi grave crimen imponere, ut evitet gravia tormenta, & alia, latè Dian. *part. 11. tract. 9. resol. 14. per totum*, ubi refert diversas opiniones.

Quòd in foro externo negans delictum, de quo interogatur per judicem non puniatur de perjurio, sed solum Deum habeat ultorem, cum unicuique liceat suam celare turpitudinem, & sanguinem suum redimere, etiam si notoriè, vel per confessionem constaret de perjurio, itaut nec sit locus pœnæ extraordinariæ, Clar. *§. fin. quæst. 45. num.* 8. Guaz. *def. 20. cap.* 3. Michalor. *de posit. cap. 41. nu.* 8. Conciol. *resolut. crimin. verb. Testis quoad dicta resolut. 11. nu.* 3. ubi idem in teste negante id, quod resultaret in ejus infamiam, vel damnum, ut puniatur de perjurio.

Quòd negatio dicatur defensio, non autem propriè exceptio, Dec. *in leg. nemo ex his in fine, ff. de reg. jur. num. 8. fol. mihi* 491. facit Bertazol. *de Claus. claus. 29. glos. 9. num.* 5. ex quo rectè inferri posse existimo, quod inquisiti de crimine, comparentes, & negantes, cum valdè sibi prosit negatio, si non sint convicti, licet alias non faciant defensiones, teneantur solvere expensas processus, & vide in *§. Expensæ n.* 21. & *in Pract. §. Statuti n.* 52. *vers. Nel qual negozio*, novæ Impressionis Vide Pelegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 10. n.* 41.

59 Negativa loco, & tempore coarctata an possit articulari, & probari post publicationem processus, & disdicita testificata in termino dato ad repulsam supposito notorio stylo Florentino non publicandi processum, nisi post factas defensiones, pro quibus datur solum copia inquisitionis, & constitutorum, sive examinum rei, salvo jure repulsandi testes, & dicta in termino assignando post publicationem, juxta notata in mea Praxi in Præfatione *nu.* 81. & 2 ibi, fuit quandoque dubitatum, & videbatur admittenda, quia repulsa est species defensionis, *Clem. sæpè, §. non sint, ubi glos. de verb. signif* Guaz. *def. 28. cap. 7. n.* 7. Ventrigl. *de repuls. test. annot. 32. §. 2. n.* 20. defensio autem à Principe tolli non potest Guaz. *def. 29. cap. 4. nu.* 2. cum aliis per me citatis in *§. Defensio n.* 4. & tanto minus à consuetudine; Nec dubitari potest reo competere repulsam non tantum contra personas, sed etiam contra dictum testium, ut tradunt communiter D.D. in specie notat Peregrin. *in praxi crimin. de repuls. test. part. 4. sect. 10. n. 28. & sect. 13. n. 8. §. Tertium caput*, repulsa autem non potest fieri nisi post publicationem processus, cum antea reus ignoret quid contra eum deposuerint testes, & illorum personas, ergo publicatio repulsæ viam non precludit, sed aperit, ita ut nec etiam obstet regula text. in *Auth. de test. §. quia verò*, quam exornat Farinac. *quæst. 75. n.* 68. nempè post publicationem processus, & disdicita testificata non posse examinari alios testes super iisdem, vel directè contrariis, ut dixi in *§. Testes n.* 25. quia negativa coarctata non est probatio directa, sed obliqua, ut ex se patet, igitur admittenda etiam post publicationem, & disdicita testificata, ex traditis per eumdem Farinac. *d. quæst. 75. n. 139. limit.* 15. ubi quòd licet post publicationem non possint examinari testes super aliis articulis directè contrariis, benè tamen possunt examinari super indirectè contrariis, ut puta probando negativam juxta terminos, *leg. optimam, C. de ca trab, & comit. stipulat.* Et quòd in termino repulsæ possit probari negativa loci, & tempore coarctata tam in civilibus, quam in criminalibus, & sic repulsari testes quoad dicta videlicet si adversarius probavit mutuasse mihi centum Florentiæ, vel alium occidisse tali die, possim probare ad repulsandum dicta testium, quòd fui absens tota illa die, colligitur ex doctrina Salycet. in *leg. si quis testibus Cod. de testibus num.* 15. Capyc. *decis.* 62. Ventrigl. *de repuls. annot. 32. §. 22. num.* 22. Peregrin. *in Prax. crimin. Vicar. par. 4. sect. 13. n.* 13.

His tamen non obstantibus in terminis supra relati styli Florentini fuit contrarium resolutum per Magistratum DD. Octo Balliæ virorum cum voto suorum Assessorum, & approbatione Serenissimi Magni Ducis de more, in duabus causis sub die 8. & 9. Februarii 1677. contra Petrum Agnolum, Julii Cesaris Biani, & contra D. Zannobium Ganeuviam, nempè in termino ad repulsam dato post publicationem processus, non esse admittenda capitula super negativa coarctata respiciente absentiam Inquisiti à loco, & tempore delicti, sed benè fuissent admissa, si negativa respexisset absentiam testium, ut dixi in *Præfatione supracitata n.* 81. & in his terminis loquitur Salyc. *in dict. leg. si quis testibus n.* 15. ibi: *Puta si Titius petat centum à Cajo, quæ essent sé ei mutuatam in Bononia de mense Augusti, & testes fuerunt attestati hoc fuisse verum, quia fuerunt præsentes, & dicta centum numerari viderunt, nunc Cajus hoc reprobare volens, articulat, quomodo ipse, vel Titius de mense Augusti non fuit in Bononia, sed Romæ, certè hoc non poterit probare per testes, secus dico si testes velit reprobare in causa scientiæ, puta quia velit probare testes in illo loco non fuisse de mense Augusti, sed in Roma, quia tunc dico quòd potest, &c.* Et ratio differentiæ assignari potest, quia in primo casu esset probatio directè contraria intentione fisci, & per quam excluderetur delictum jam probatum, secus in secundo casu, qui verò percutit repulsam testium, dum probatur illorum absentia à loco, & tempore, de quo attestati fuerunt.

Repulsa igitur non impeditur neque defensio, sed modus servari debet, maximè quando prout in dictis causis locus, & tempus delicti erant expressi, & certa in inquisitione, quo casu reus sibi imputare debet, si ante publicationem processus negativam non probavit, & postea non est admittendus, quidquid secus esset quando tempus, & locus non essent expressa in Inquisitione, ut distinguit idem Salycet. *in dict. leg. si quis testibus sub numer.* 15. Farinac. *quæst. 75. n.* 142. & in his terminis procedere potest, ac intelligi debet Ventrigl. qui se fundat in doctrina Salycet.

Sed in terminis juris communis posse reum in quacumque parte judicii post publicationem processus, disdicita testificata examinare testes ad probandam suam innocentiam, etiam super iisdem, vel directè contrariis articulis, maximè ubi agitur de pœna corporali, quidquid secus ubi agitur de pœna pecuniaria, & licet renunciaverit termino probatorio, & defensionibus, latè pluribus probat Conciol. *resolut. crim. verb. reus resolut. 3. per totum*, vide in *§. Testis n.* 25.

Prædictus autem stylus Florentinus fuit abrogatus, & reductus ad terminos juris in capitulis, sive ordinibus erectionis Rotæ criminalis de mense Maii 1680. in qua ego fuit electus Auditor, & primus Prætor, sive Præpositus.

Negativa non inveniri malefactorem, ut possit agi ad con-

4 Nomina debitorum veniunt in tacita hypotheca, ac etiam in expressa, quando fuit simpliciter facta obligatio bonorum; secus autem si fuerit dictum mobilium, & immobilium, quia tunc non continentur, cùm faciant tertiam speciem, Capyc. *dec.* 129. *n.* 4. Ursil. ad Afflict. *dec.* 8. *n.* 3. Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 2. *num.* 8. *&c. membr.* 4. *n.* 84. latè videndus Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit. pr. qu.* 29. *per tot. cum pluribus seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 507. *per tot.* ubi etiam docet modum practicandi, & agendi contra hujusmodi nomina obligata, & an sit necesse citare debitorem principalem, qui illa obligavit, facit *in cap.* 271. *numer.* 27. *&c.* vide in §. *Creditor numer.* 34. & §. *Salvianum num.* 5. Tusch. *litt. I, conclus.* 494. & *litt. N, conclus.* 65. *per tot.* ubi etiam qualiter exigantur, & possit debitor solvere suo primo creditori, & liberetur, non interveniente aliquo ex requisitis *in l.* 2. *C. de novat.* vide in §. *Cessio n.* 28. *&c.* latè Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 299. Noguerol. *alleg.* 35. *per tot.* vide Brunnemann. *in l. si convenerit.* 18. *n.* 4. *ff. de pignor. act.*

Quòd veniant in dicta hypotheca nomina debitorum etiam conditionalia, & in diem, licèt ante purificatam conditionem, vel diem non possint exigi, Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 35. *n.* 2. *&c.* vide in §. *Bona num.* Sanfelic. *dec.* 210. Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæst.* 29. *nu.* 19. Ant. Gob. *tractat. ad l. benè à Zenone C. de quadr. præscrip. quæst.* 2. *n.* 31.

Quòd vigore Statuti Florentini possit debitor debitoris executivè conveniri, quemadmodum si creditor ipse conveniret suum debitorem immediatum, Magon. *decis. Flor.* 94. *in fine.*

Nullum tamen Magistratum, vel Officium Civitatis Florentiæ, nec eorum ministros posse gravare, vel gravari facere, vel consentire, ex quavis causa, debitores debitorum Communis, sed tantum ipsosmet debitores immediatos, sub pœna nullitatis ipso jure, & revocationis absque ulla expensa, vel damno, sive interesse talis debitoris gravati, ac insuper florenorum decem, vide aliam legem municipalem de die 16. Junii 1491. de qua in allegationibus criminalibus penes me *vol.* 3. de anno 1679. D. Francisci Cencini.

An ex dicta hypotheca transeat utilis actio sine cessione in creditorem, ut agere possit contra nomen debitoris obligatum, maximè controversum dicit Altograd. *cons.* 37. *n.* 34. *&c. lib.* 1. ubi videatur firmare quòd sic, & Mart. Medic. *exam.* 36. *n.* 25. & 44. Tusch. *litt. N, conclus.* 63. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 209. *nu.* 1. & *seqq.* Noguerol. *allegat.* 35. *n.* 4. 16. & *seqq. per tot.*

Quomodo agendum sit, & quid narrari debeat, Pract. Papp. *act. hypoth. glos. ex memoratis causis n.* 14. Tusch. *d. conclus.* 63. *nu.* 35. Noguerol. *dict. allegat.* 35.

Quod nomen debitoris, etiam sui ipsius veniet in hypotheca, & possit sibi ipsi ex alia causa creditori esse hypothecatum, & retineri, Soccin. *cons.* 180. *colum.* 3. Capyc. *dec.* 88. *n.* 3. *&c.* Franch. *decis.* 53. *per tot.* Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 3. *n.* 21. *&c.* Gait. *de credit. c.* 4. *quæst.* 7. *n.* 328. *&c. num.* 352. & *seqq.* Salgad. *Labyrinth. credit. part.* 2. *cap.* 28. *n. pr. &c.* ubi latè an debitor in hoc nomine à se debito, sibique ex alia causa creditori, hypothecato, sit aliis præferendus saltem mediante compensatione, quæ fiat ipso jure, & extinguat debitum, & negativè concludit contra Gait. *loc. cit. num.* 355. *&c.* & Scacc. *ab eo relatum*, & eo quia compensatio non fiat in præjudicium anteriorum creditorum, ut dixi in §. *Compensatio n.* 26. *et* §. *Creditor n.* 63. & certè ut verum fatear res est hinc inde valdè dubia per rationes, & auctoritates, in quibus nec Rota fuit constans, ut dixi in locis citatis.

Qualiter autem extinguatur hypotheca per cessionem alteri factam, ita ut non possit creditor contra tertium illam prosequi, fuisse decissum in causa revisionis, testatur Paul. Christin. *decis. Belgic.* 274. *vol. pr.* facit quod dixi in §. *Hypotheca n.* 54. vide in §. *Creditor n.* 34. Intellige quando fuit extinctum nomen; secùs si simpliciter cessum, vel alienatum, sive de eo transactum, & ad tradita per Merlin. *decis.* 2. *per tot.* Anton. Gob. *tract. ad l. benè a Zenone Cod. de quadr. præscript. quæst.* 2. *nu.* 32. *&c.* vide Laream *alleg. fiscal.* 22. *ubi plura*, Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 29. 30. & 32. plenè Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 209. ubi plura hinc inde concludit, nomen debitoris non posse alteri cedi, vel in solutum dari in præjudicium ejus, cui primò fuerat hypothecatum, ac ideò anteriori creditori competere Salvianum adversus dictum nomen cessum donec adest; secùs autem si fuerit extinctum per solutionem ipsi creditori factam per quam debitor remanet liberatus, dixi in §. *Creditor num.* 34. adde Noguerol. *alleg.* 35. *per tot.* ubi etiam quid in delegatione, & alia plura de modo procedendi.

Nomina debitorum non veniunt in legato usus- 5
fructus mobilium, & immobilium, cùm faciant tertiam speciem, *l. quam Tuberonis* §. *pen. ff. de peculio,* *l. à divo Pio* §. *in venditione*, ubi Jas. *in* 4. *not. ff. de re jud.* Bart. *cons.* 50. cum aliis per Cravet. *cons.* 300. *in fine*, plenè videndus Ger. Spin. *cons.* 8. *per tot.* ubi loquitur etiàm non obstantibus quibuscumque dictionibus universalibus, & geminatis, cùm semper referantur ad expressa.

Quòd jura, & actiones non computentur inter mobilia, & immobilia, sed faciunt tertiam speciem, & quando secus, latè Tusch. *litt. P, conclus.* 494. *per tot.* & *litt. M, concl.* 62. Paul Christin. *dec.* 252. *vol. pr.* & *decis.* 5. *n.* 2.

Quando veniant in legato mobilium, latè Magon. *dec. Flor.* 146. *per tot.*

Quòd nomina debitorum non veniant in legato, vel donatione omnium bonorum, quæ quis habet in tali loco, cùm illa loco non circumscribantur, *l. quæsitum*, §. *Papinianus de fund. instruct.* Grat. *discept. forens. cap.* 256. *n.* 5.

Qualiter veniant in restitutione fideicommissi, sive sint exacta, sive non, & quid si sint facta deteriora Fusar. *de substit. quæst.* 625. *per tot.*

Nomina debitorum non tanti æstimantur quantum 6
sit in nomine, sed quantum exigi potest à debitore, nam idoneitas, & qualitas illius debet æstimari à futuro eventu, & incertitudo exigendi facit censeri justum pretium illud, quòd aliàs foret injustum, Magon. *dec.* 129. *n.* 6. vide in §. *Pretium num.* 2. §. *Pecunia n.* 14. Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 110. *per tot.* ubi qualiter debitor cum dilatione possit consequi liberationem à toto, solvendo tantummodo partem ante tempus.

Nomen debitoris datum, & consignatum credito- 7
ri, *in riguardo del suo credito*, videtur tantùm datum pignori, & non cessum, cùm illa verba *in riguardo* pignus tantùm, & cautionem, non autem cessionem præseferant, quo casu non tenetur creditor exigere, nec aliquam diligentiam adhibere, sed potest ad libitum contra ipsum debitorem agere, vel
contra

contra nomen ſibi obligatum, etiam ſine excuſſione ipſius principalis debitoris, pulchrè Altograd. *conſ.* 37. *num.* 18. *& ſeqq. libr.* 1. ubi tamen in caſu ſuo oſtendit hujuſmodi traditionem non fuiſſe ſimplex pignus, ſed ceſſionem, ex qua ſequitur alia concluſio infraſcripta, & benè docet *num.* 39. *& per tot.* quando dicatur nomen datum pignori, vel obligatum ſive ceſſum.

An autem nomen debitoris poſſit pro parte, vel in parte cedi, renuente debitore ceſſo, latè Olea. *de ceſſ. jur. tit.* 3. *q.* 10. & dixi in §. *Ceſſio n.* 50.

8 Nomen debitoris quando fuit traditum creditori, & ab illo acceptatum, licèt non ſolutum, nec in præſentia ipſius debitoris, ex quo excluditur novatio, & delegatio liberans debitorem tradentem, vel cedentem, tamen dicitur ſimpliciter ceſſum, ita ut quamvis non faciat ſolutionem, nec liberet cedentem, ſed actio primæva remaneat in ſuo robore, ac cedens teneatur præſtare debitorem ceſſum locupletem, & ſolvendo, aliàs contra ipſum cedentem detur regreſſus, & periculum nominis debitoris ceſſi ſpectat ad cedentem non ad ceſſionarium; tamen hæc omnia debent intelligi cum moderamine, nempè ſi ceſſionarius diligentiam adhibuerit pro exactione nominis debitoris ceſſi, illiuſque ſtatim diligentem excuſſionem fecerit, ita ut ei non poſſit aliqua negligentia imputari, quo caſu, ut dixi periculum, & deterioratio ſpectat ad cedentem; ſecus autem ſi ceſſionarius dictus diligentiam non adhibuerit, nam tunc periculum ſpectat ad illum, eique propria imputatur culpa, & negligentia: & ideò ut ceſſionarius poſſit redire ad cedentem, debet duo probare, primò, quòd uſus fuerit ſollicita diligentia, & illam ad finem perduxerit, impetraveritque à judice declaratoriam excuſſionem legitimè factam fuiſſe, tam quoad bona, quàm quoad perſonam, quibus non adimpletis, & non probatis ceſſionarius non poteſt ad ſuum debitorem redire, ut benè probat Altograd. *conſ.* 37. *nu.* 23. *& ſeqq. ad* 31. *lib.* 1. Scacc. *de Commerc. & camb.* l. 1. §. 2. *gloſ.* 5. n. 455. *& ſeqq.* cum aliis per Altograd. *loc. cit.* ubi etiam in fine, quòd non ſufficiunt diligentiæ extrajudiciales, & ipſo mea vide in §. *Ceſſio nu.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 527. *per tot.* Aries de Meſa *var reſol. lib.* 1. *cap.* 43. Vide infra in noviſſimis addit. Creſcin. *num.* 31. *& ſeqq.*

Quòd nomen debitoris promiſſum exigibile ſi tale non ſit, ſtatim dicatur commiſſe ſtipulatio contra promittentem, Bich. *dec.* 127. *n.* 6. *&* 7. Reliqua vide in §. *Ceſſio.*

Si tamen nomen debitoris ut ſupra ceſſum, non fuerit ſimpliciter acceptatum, ſed cum conditione, *ſe mi pagarà*, non tenetur ceſſionarius aliquas facere diligentias Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 231. *num.* 1. *& ſeqq.*

9 Nomina debitorum non traduntur, ſed ceduntur, & ideò niſi interveniat ceſſio non videntur data in dotem per mulierem ſecundo marito, Ruland. *de dot. q.* 81. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 6. *n* 45. *& ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 252. *num.* 49. *&c. cap.* 544. *n.* 30. vide in §. *Mulier n.* 25.

Si autem nomen debitoris fuerit ceſſum, vel datum in dotem, ex illo non exacto poſſit mulier repetere in pecunia ab hæredibus viri, vel teneatur ſuum nomen recipere, vide Franch. *dec.* 108. *per tot.* Anſald. *conſ.* 72. *per tot.* facit quod dixi in §. *Mulier nu.* *& §. Uxor num.* vide Montan. *controv.* 41. infra in noviſſimis addit. Creſcin. *n.* 35.

Quod nomina debitorum poſſint cedi, vendi, obligari, donari, vel aliàs in contractum deduci, etiam cum pacto, ut cedens non teneatur de veritate, vel mendacio illorum, nec veros debitores præſtare, Cabal. *conſ. dec.* 100. *per tot. lib.* 1. vide in §. *Ceſſio nu.* 32. *cum Addit.* Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 50. *num.* 3. *& ſeqq.* ubi qualiter poſſit donari, obligari ac in contractum deduci ſicut quælibet alia res, & cenſeatur donata actio competens pro illis.

10 Nomina debitorum pupilli ſi efficiantur non ſolvendo, an periculum ſpectet ad tutorem, vel ad pupillum, & quid in paternis, vel contractis ab ipſo tutore, latè Gratian. *diſcept forenſ. capit.* 225. *per tot.* vide in §. *Tutela num.* 25. Rub eum *de Confuſion. Jur. cap.* 3. *n.* 456. *& n.* 460.

Quod nomina debitorum non exacta cedant periculo adminiſtratorum annonæ, minorum, & aliorum quorumcumque, maximè ſi per eos fuerint contracta, idem Gratian. *cap.* 626. *per tot.* Rot. *part.* 55. *rec. dec.* 370. ubi quòd uſurarum exactio ad periculum tutoris ſpectat, ſicut etiam ſortis principalis quando emit ipſe cenſum à debitore poſtea de proximo reperto non ſolvendo, licèt plures alii eidem crediderint, ſi fuit in culpa, quæ ex multis ibidem arguitur.

Quòd exactor non teneatur pro partitis non exactis, niſi dolo, vel lata culpa exigere omiſerit, & aliu ad rem, Rot. *part.* 16. *recent. decif.* 260. *per tot. & part.* 17. *decif.* 259. *num* 4. 5. *&* 6.

Nomen debitoris creatum, & acquiſitum ex venditione rei alicon nomine proprio facta acquiritur vendenti, & non domino rei, cui tamen tenetur vendens illud cedere, Get. Spin. *conſ.* 85. *num.* 55. *&* 56. vide in §. *Venditio n.* 43. ubi plura. 11

Nomina naturalia, & nomina juris quæ dicantur, quæ univerſalia, quæ collectiva, quæ generalia, quid operentur, & alia, Tuſch. *litt. N*, *concl.* 52. *cum pluribus ſeqq.* 12

Nomina debitorum à ſpoliatore diſtracta pretio recepto, ſunt pro purgatione ſpolii reſtituenda, ita ut ſit in electione ſpoliati agere contra dicta nomina ſi extent, vel contra diſtrahentem ad pretium, etiamſi fuerint ab eo recuperata per retroceſſionem ſibi factam, cum ano ſint apud ſpoliatorem eo jure, quo priùs erant, Bich. *dec.* 628. *num.* 3. *& ſeqq.* 13

Alia de nominibus debitorum, Thoro *Compend. decif. Neapolit. verb. Nomen*, Caſtejon *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Nomen fol.* 202. vide in §. *Creditor n.* 34. Em De Luc. *in Indice general. verb. nomina Debitor.* Brunnemann. *ſup. ff & Cod.* Faguan. *ſup. Decret.* Emerix Caprar. Altimar. Anſald. Balduc. Manſ. Palm. & alii recentiores. 14

Nomen debitoris alteri ceſſum ſi efficiatur non ſolvendo, cujus damnum cedat, & ad rem, Andreol. *contr.* 115. *per tot.* vide in §. *Ceſſio n.* 30. *et ſeqq. et* §. *Periculum num.* 22. Anſald. *de commerc., et mercat. diſc.* 32., *et diſc.* 7. *nu.* 8. benè Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 8. *decif* 46. *n.* 14. *et* 15. *vol.* 3. 15

Debet tamen fieri omnis diligentia contra nomen ceſſum, & illius fidejuſſores, antequam agi poſſit contra cedentem, etiamſi fuerit renunciatum excuſſioni, idem Andreol. *contr.* 275. *per tot.* vide in §. *Ceſſio n.* 33. ubi plura.

Quando quis dicatur habere purum nomen in contractu, latè Bertachin. *vol.* 68. *per tot.* 16

Nomen ſuum eo, & quando accomodans alteri, vel patiens ut ille utatur, tenetur erga eos, qui nomine fidem ſequuntur. Card. De Luc. *de Cred. diſc.* 75. *n.* 7. *&* 8. 17

Nomen territorii duplicitur accipi poteſt, & quomodo. Text. *in l. pupillus* 239. §. *Territorium de verb ſignific.* Anſald. *dec.* 55. *n.* 16. *tom pr.* 18

Nomen Dei debet continere ſententiam. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *quæſt.* 24. *n. pr. tom.* 2. 19

Nominis diſputatio relinquitur pertinacibus Altimar. *loco ſup. cit. rub. pr. quæſt.* 2. *n.* 6. *&* 7. *tom. pr.* 20

Nomen proprium, vel appellativum en præceſſeſit multum intereſt. Altimar. *ubi ſup. rubr. pr. quæſt.* 51. *n.* 12. *tom. pr.* 21

Ubi nomen generale ponitur ad omnia appellativa extendi debet Mantiſſ. ad orat. De Luc. *lib.* 10. *dec.* 69. *n.* 20. *vol.* 3.

Nomen inquiſiti recipi inter Reos dicitur per litis conteſtationem Joan. Andr. ad Specul. *libr.* 1. *de accuſ. n.* 23 *lit. O.* Cavalc. *de Teſtib part.* 5. *nu.* 200. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 2. *n.* 31. 22

Nomen malum alicujus dat indicium delicti commiſſi Farin. *quæſt.* 52. *n.* 166. Scacc. *de Judic.* l. 1. *cap.* 86. *num.* 29. *&* 30. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 14. *n.* 52. *pag.* 428. 23

Nomen citandi non eſt adeo neceſſarium in citatione, unde citari poteſt per ſigna Pellegrin. *in Prax. Vic. part.* 4. *ſect.* 6. *n.* 40. *pag* 351. 24

Nominis ethymologia præconoſcenda in omnibus 25

bus

bus Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 1. *sect.* 1. *num.* 1. *pag.* 6.

26 Vocati per nomen appellativum an præferantur vocatis nomine collectivo Andreol. *controv.* 87. *n.* 6. *& seq.* Peregrin. *de fideic. art.* 21. *nu.* 32. Ruin. *cons.* 152. *n.* 4. *lib.* 3. Castald. *consult.* 174. *n. fin.*

27 Nomen contractui impositum à partibus non attenditur in tertii præjudicium Boer. *dec.* 144. *n.* 2. Tiraquel. *de retract. lign.* § 30. *gloss.* 1. *nu.* 12. Rub. *de Confus. Jur. cap.* 18. *n.* 251. Nec si actui, vel legi repugnat. Rub. *de Confus. Jur. d. cap.* 18. *n.* 282.

28 Nomen Avi antiquitus transibat in cognomen Rot. cor. Buratt. *dec.* 709. *n.* 7. *&* 8. Emerix jun. *dec.* 803. *num.* 5.

29 Nomen omissum si fuerit, non præjudicat, dum aliundè constat de Persona Emerix Jun. *d. dec.* 803. *num.* 8.

30 Nomina debitorum an debeant inter hæredes dividi, & quando, latè Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 4. *n.* 31. *cum seq. tom.* 3.

31 Nomina debitorum quando apparent data pro solvendo, non autem pro soluto, illorum dominium non transfertur in creditorem, sed remanet penes ipsum Dominum tradentem, seu cedentem. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 27. *sub nu.* 7. §. *Quod scilicet, vers. secus autem* Rot. *dec.* 47. *n.* 6. *et seq. et dec.* 260. *n.* 4. *& seq. part.* 10. *r. c.* Caprar. *dec.* 172. *n.* 1. *part.* 2. Et ipsi facienda est restitutio Apochæ. Abb. *in cap.* 1. *n.* 23. *de probat.* Olea *de cess. Jur. tit.* 7. *quæst.* 2. *sub n.* 6. *vers quià quoties* Caprar. *loc. sup. cit. n.* 2. Et quatenus debitor cessus deposuit pecunias consignari debet depositum Rot. cor. Cels. *dec.* 340. *n.* 1. *et* 2. Caprar. *ubi sup. n.* 3.

32 Nomina debitorum præsumuntur tradita creditori ad exigendum, non autem in solutum, & ad inducendam novationem præexistentis obligationis. Scacc. *de Commer. et Camb.* §. 2. *gloss.* 5. *sub nu.* 249. *vers. primus casus* Rot. cor. Royas *dec.* 362. *num.* 4. *cum seq.* & cor. Cels. *dec.* 54. *n.* 3. *et seq.* Caprar. *loc. adduct. n* 4.

33 Nomina debitorum data pro solvendo, non autem pro soluto, si in parte fuerunt exacta pro illis, quæ non fuerunt exacta, datur regressus. Salgad. in *Labyr. Cred. lib. pr. cap.* 10. *num.* 24. Rot. cor. Royas *dec.* 372. *n.* 7. Caprar. *dict. dec.* 172. *n.* 14. *d. part. pr.*

Receptio nominis debitoris pro solvendo, non pro soluto satisfactionem non importat Mantiss. ad De Luc. *lib* 8. *dec.* 30. *n.* 29. *vol.* 4.

34 Nomina debitorum non computantur inter stabilia Emerix jun. *decis.* 1147. *n.* 2. Secus tamen ex destinatione Patris Familias Socein. Jun. *cons.* 65. *num.* 43. *lib. pr.* Rot. *dec.* 259. *n.* 2. *et* 3. *part.* 11. *rec.* Emerix Jun. *ubi supra n.* 13. Vide Balduc. *tit.* 3. *decis.* 52. *d. n.* 8. Quod non sit res mobilis vel immobilis, sed tertia species, & non potest cedi à minore, vel pupillo sine debitis solemnitatibus Altim. *quæst. pr. sect. pr. n.* 283. *et* 284. *tom.* 8. *de nullit.*

35 Nomen assignatum in dotem probari debet non fuisse exigibile de tempore assignationis, cum inexigibilitas præsumatur supervenisse ex culpa, & negligentia Creditoris Emerix Jun. *dec.* 1337. *n.* 22. Vide Balduc. *tit.* 4. *decis.* 17. *n.* 2. 3. 45. 67.

Nomen debitoris æstimatum datum in dotem Viro, an transeat in ipsius Dominium Olea *de cess. Jur. tit.* 5. *quæst.* 12. *n.* 5. *et* 7. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 190. *tom.* 5.

§. NOMINATIO. VI.

1 NOminatio semel facta si non habuerit effectum, an possit iterum fieri, Gratian. *discept. for. cap.* 58. *nu.* 1. *etc. cap.* 719. *nu.* 22. *etc. cap.* 746. ubi quòd non censetur abdicata facultas iterum nominandi, quando prima non habuit effectum, vide in §. *Facultas n.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *qu.* 37. *n.* 296. *tom.* 6. *& quæst.* 39. *num.* 274. *eod. tom.* 6. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 10. *par.* 1. *num.* 29. *& decis.* 327. *n.* 3.

Plura de nominatione, & electione quid sit, quando, & à quibus fieri possit, vel non, & alia in materia emphyteusis, plenè videndus idem Caldas Pereyra *tract. de univers. jur. emphyt. lib.* 2. *de nominat. emphyt. per tot. fol. mihi* 1. *& seqq. ad* 310. vide in §. *Emphyteusis n.* 27. Plura etiam Card. De Luc. *in Indic. gen.* Altimar. *in tract. de nullit.*

An autem nominatione, vel electione semel facta ab eo, cui competit facultas nominandi, vel eligendi, sit locus pænitentiæ, & possit fieri nova electio, pro negativa ex eo quia sit quæsitum jus primo electo, vel nominato, quando nominatio jure alieno fuit facta, Valenzuol. *cons.* 155. *nu.* 17. *& seqq.* Paz. *de tenuta cap.* 34. *n.* 14. Noguerol. *alleg.* 9. *n.* 34. *& seqq.* Addit. ad Fontanel. *de pact. nupt. post tom.* 2. *n.* 7. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 398. *n.* 1. *vol.* 2. Pro affirmativa verò quando electio est facienda per ultimam voluntatem, sive competat ex contractu, sive ex testamento, ut possit variari usque ad mortem, Tondut. *qu. civil. cap.* 52. *num.* 28. Cald. *de nominat. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 22. *&c.* Gratian. *discept.* 746. *n.* 12. Gomez *ad l.* 17. *Tauri n.* 6. Barri *de success. lib.* 3. *tit.* 8. Alia vide in §. *Electio.* Ad Em. De Luc. *De Jurepatr. disc.* 68. *n.* 14. Altimar. *de nullit. rubr. pr. q.* 8. *sect.* 3. *num.* 73., *& seq. tom.* 3. *rubr.* 1. *part.* 4. *q.* 37. *à nu.* 296., *& qu.* 39. *n.* 374. *tom.* 6. Emerix jun. *decis.* 742. *nu.* 7. Rocc. Episc. *cap.* 43. *n.* 31 *lib.* 1.

2 Nominatio auctoris an, & quando eximat nominantem à judicio contra eum intentato, Magon. *decis. Flor.* 150. *num.* 1. *&* 2. *n.* 27. *& seqq. ad finem,* Marant. *part.* 6. *membr.* 6. *de nomin. auct.* vide in §. *Possessio num.*

Contra quem sit concipienda sententia, vide in §. *Sententia num.*

3 Nominatio personæ, pro qua fuit facta emptio intra quantum tempus sit facienda, & alia de emptione pro persona nominanda dixi in §. *Emptio n.* 39. Em. De Luc. *De Empt. disc.* 30. *à nu.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 8. *sect.* 3. *à nu.* 36. *tom.* 3. Bertachin. *vot.* 84. *n.* 2. Antonell. *de Temp. legal. lib.* 2. *cap.* 30. Rocc. Episc. *cap.* 141. *n.* 18. *lib.* 2.

4 De nominatione testium, ac de aliis etiam nominationibus ad diversos effectus, Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *sect.* 2. *verb. Nominatio,* Castejon. *Alphab. jurid. verb. Nominatores,* & Com. Aug. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Nominatio fol.* 201. Jo: Torre *de success. in Majorat. & Primogen. Ital. in pluribus locis, ut in indice generali in fine part.* 3. *verb. Nominatio,* plura Em. De Luc. *In Indice generali,* & Altimar. *de nullit. tom.* 3., *&* 6. Fagnan. *sup. Decret.* Rocc.

5 Nominans aliquem ad officium, an, & quando teneatur pro nominato tamquam illius fidejussor, an possit aliquando excusari, & alia, Cæsar. de Afflicto *controv. jur. cap.* 45. *per tot.* dixi in §. *Officialis n.* 8. *& cum Addit.* ubi alios allegavi, & pleniùs in causa Magonæ Ferri Florentiæ 13. Junii 1687. inter meas resolutiones additas in fine hujus Tomi. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *q.* 37. *num.* 286. *tom* 6.

6 Nominationes testium absentium explicantur, & an possint fieri in causa repulsæ Carl. Ant. De Luc. *in Pract. Judic. cap.* 63. *n.* 4.

7 Nominatio facta vigore præcedentis reservationis dominium transfert in nominatum, & unicus dicitur contractus reservatio, & nominatio. Rocc. Episc. *cap.* 20. *n.* 15. *lib. pr.*

8 Nominatio quoties est legitimè revocata; nullum jus potest dici quæsitum nominato, idque non obstante Juramento Rocc. Episc. *cap.* 43. *n.* 34. *lib. pr.* Bich. *decis.* 411. *n.* 12.

9 Nominanti dominium aliàs quæsitum, sequuta nominatione resolvitur, & censetur ab initio quæsitum nominato Rot. *rec. part.* 2 *decis.* 615. *nu. pr. & decis.* 164. *n. pr. &* 14. *part.* 8. Rocc. Episc. *cap.* 154. *n.* 4. *lib* 2.

10 Nominandi facultatem habens in emphyteusim, nominasse dicitur illum, quem universalem fecit hæredem, quoties in casu non factæ nominationis alius vocatus non fuit Rot. *recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 450. *n.* 19.

11 Nominandi facultas data gravato eligendi successorem intelligitur de persona apta ad generationem

filio-

filiorum non autem de loco pio. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 232. *num.* 6. & 7.

12 Nominandi facultas personam, quæ uxorem ducere debeat, exerceri potest in uxorato jam filios habente. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 45. *nu.* 4. & 5. *disc.* 262. *n.* 3. & *seqq.*

13 Nominandi facultas intelligitur de habilibus, non autem de personis inhabilibus. Gratian. *discept.* 758. *n.* 22. *cum seqq.* Card. De Luc. *de Emphyt. disc.* 57. *num* 5., Vide etiam Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect.* 3. *n.* 13. & *a n.* 78. *tom.* 3.

14 Nominandi facultas si fuerit exercita cum mortuo, vel moribundo non remanet consumpta. Card. De Luc. *de Societ. offic. disc. pr. n.* 4. & 5.

15 Facultas nominandi ad majoratum, vel feudum si quis decedat non facta electione admittitur ille, qui aliàs de Jure succederet. Decisio Sic. inter Opera Card. DeLuc. *n.* 153. & *seqq.* Et quando veniat major natu. Card. DeLuc. *de Fideic. disc.* 183. *n.* 4. 17. & 18.

16 Nominandi facultas competens magistratui sæculari quoad ministros, & factores Monasterii Monialium non tribuit jus, cum sit actus facultativus Episcopi. Card. De Luc. *de Jurisd. disc.* 32. *n.* 5.

17 Nominandi facultas collata in alterius liberam voluntatem an, & quando valeat, & sit obligatoria. Card. De Luc. *de Fideic. in Summ. num.* 178. & *seqq.*

18 Nominandi facultas data primo hæredi gravato quando transeat in omnes successores. Card. de Luc. *de Fideic. disc.* 55. *n.* 4. 5. 6. *et* 12., & *disc.* 56. *n.* 8. Vide infra *n.* 22.

19 Nominandi facultas data ultimo de linea non potest exerceri per eum, qui non sit ultimus. Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 68. *n.* 10.

20 Nominandi facultas in morte, an præventivè exerceri possit in vita. Card. De Luc. *de Fideic disc.* 33. *n.* 15. & *seq. de Jurep. disc.* 68. *n.* 4. & *undec.* Et quando restricta censeatur ad actus inter vivos. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 56. *n.* 9. & *seqq.*

21 Nominandi facultas exerceri quando valeat extra genus vocatum. Card. De Luc. *de Fideic. dict. disc.* 33. *nu.* 4. *de Jurep. disc.* 50. *num.* 3. & 4. Vide infra *num.* 28.

22 Facultas nominandi transitoria quando sit ad hæredes. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 36. *n.* 4. vide supra *n.* 18. Piton. *de Jurepatr. alleg* 100. *nu.* 468. *tom.* 2.

23 Facultas nominandi variari quando possit ubi fuerit ad exercitium deducta. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 156. *n.* 12. *disc.* 182. *n.* 4. & 5.

24 Plures quando possint nominari ubi data fuerit facultas quoad unum tantum. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 183. *num.* 3. *et* 19.

Quod nominatio possit fieri de pluribus non habet locum, quando unus solus ex eligibilibus superest, nam ille solus tunc est admittendus Cyriac. *contr.* 57. Cald. *de Emphyt. libr.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *q.* 37. *sub num.* 298. *tom* 6.

Si sit data facultas duobus nominandi, uno ex illis mortuo post factam nominationem, alius superstes non potest variare Castill. *libr.* 2. *contr.* 20. *n.* 84. Altimar. *loc. cit.*

25 Nominatio grata, seu consultiva non tribuit juspatronatus Card. De Luc. *de Jurisd. disc.* 32. *nu.* 6. *de Jurep. disc.* 8. *n.* 10. & *disc.* 58. *sub n.* 29.

26 Nominatio facta probatur ex adminiculis de quibus. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 183. *n.* 6. *et* 7.

27 Nominatio facta à facultatario quando ab hoc sit agnoscenda, vel potius à primo testatore. Text. *in l. pr. Unum ex familia* §. *pr. ff. de legat. pr.* Peregrin. *de Fideic. art.* 36. *num.* 8. Card. De Luc. *de Donat. disc.* 36. *n.* 19. & 20. *de Fideicom. disc.* 60. *a num.* 3. *disc.* 211. *n.* 7. 218. *n.* 4 *de Jurep. disc.* 80. *a nu.* 3. & *ubi*. Vide Rocc. Episc. *cap.* 43. *n u.* 31. *libr. pr.* Altimar *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 39. *num.* 379. *tom.* 6. ubi etiam an, & quando nominatus possit gravari a nominante, de quo etiam latè Emerix jun. *decis.* 1093. 1164. & 1323.

28 Nominatio extra Collegium facta per aliquos de Collegio non tenet, Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 34. *n.* 12. Extra Genus, vel qualitatem à testatore volitam non valet. Card. De Luc. *de Fideicom. disc.* 262. *n.* 2., vide supra *n.* 21.

Nominatio personarum de Familia non semper 29
arguit distinctionem linearum. Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 54. *n.* 8.

Nominatio facta per Testatorem in bonis Emphy- 30
teuticis non potest impugnari per hæredem succedentem in illis ex persona propria. Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 68. *n.* 2.

Nominatio ægroti, qui sanus supponebatur, non 31
valet. Rubeus *de Confus. Jur. cap.* 18. *n.* 218.

Nominatus contractus quando possit rescindi ob 32
defectum causæ finalis. Rubeus *de Confus. Jur. dict. cap.* 18. *n.* 303. & *seq.*

Contractus nominatus, vel innominatus, quando possit rescindi. Rub. *de Confus. Jur. loc. sup. adduct. num.* 308.

Bona empta pro persona nominanda acquiruntur 33
personæ nominatæ, ita ut Creditores personæ nominantis nullam in eis habeant actionem. Cenc. *de cens. quæst.* 67. *n.* 15. & 16. Surd. *dec.* 182. *nu.* 15. Rot cor. Dunoz. Jun. *dec.* 548. *num.* 13. Bertachin. *vot.* 84. *per tot. et signantèr n. pr.* Sed vide Episc. Rocc. *cap.* 39. *a n.* 25. *libr. pr.*

Nominatio quando dicatur facta, & sit intiman- 34
da. Bertachin. *sup. dict. Vot.* 84. *per tot.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect.* 3. *num.* 64. & 65. *tom.* 3.

Patrono recusante præsentare, quem nominavit 35
Fundator potest hic irrequisito, & invito patrono petere, & obtinere Institutionem. Card. De Luc. *de Jurepat. disc.* 20. *n.* 7. *vers. etiam sine præsentatione*. Rot. *dec.* 68. *n.* 2. *part.* 12. & *dec.* 335. *nu. pr.* & *seq. part.* 15. Piton. *de Jurep. all.* 81. *n.* 10. *tom.* 2.

Patronus non prohibetur præsentare lite pendente 36
inter simpliciter nominatos, & nondum præsentatos Ordinario. Piton. *de Jurepatr. all.* 78. *n.* 14. *tom.* 2.

Patroni non habent novum terminum, si nomi- 37
natus ab ipsis, & nondùm præsentatus Superiori renunciaverit suæ nominationi. Lambertin. *de Jurep. part.* 2. *lib.* 2. *quæst. pr. art.* 22. *num.* 4. & 5. Piton. *de Jurepatr. dict. all.* 78. *n.* 8. *tom.* 2.

Nominatio differt a præsentatione Piton. *de Ju-* 38
repatr. alleg. 22. *n.* 4. *tom. pr.*, Et de distinctione intercedente inter simplicem nominationem, & præsentationem, & de utriusque effectibus, Idem *ibid. alleg.* 61. *n n.* 10. & 16. *tom.* 2. Et mandatum ad nominandum non extenditur ad præsentandum *alleg.* 100. *n.* 390. Aliquando nominare, eligere, & præsentare habentur pro Synonimis *ibid. nu.* 391. De duplici facultate nominandi, quæ competere potest Patrono *alleg.* 56. *n.* 7. 12. & *seqq. tom.* 2. Nominatio an, & quando habeat vim præsentationis *alleg.* 60. *nu.* 2. *tom.* 2. Nominatio de persona laica debet fieri indispensabiliter sub conditione futuri Clericatus *allegat.* 61. *n.* 6. & 7. *tom.* 2. Sed vide *alleg.* 100. *n.* 440. *tom.* 2. Pen., & Crescin. *decis.* 4. Nominatio alia dicitur necessaria, alia voluntaria *alleg.* 67. *n.* 25. *tom.* 2. Patronus quando possit in actu nominationis gravamen imponere *alleg.* 67. *n.* 13. 29. 30. *et seqq.* Reservata facultate nominandi eos, quibus pertinere debet Juspatronatus, hæc intelligitur etiam de vocatione passiva *alleg.* 82. *num.* 15. *tom.* 2. Nominatio ad Beneficium an possit revocari *alleg.* 61. *n.* 13. *tom.* 2. *alleg.* 78. *n.* 14. *alleg.* 100. *n* 9. *tom.* 2. & *dict. alleg.* 100. *nu.* 402. Nominatio non dat jus nisi fuerit exhibita superiori *u suppl. ad alleg.* 100. *nu.* 78. *tom.* 2., & intra debitum tempus Rot. post *alleg.* 22. *n.* 36. & 48. *tom. pr.*, & nisi redigatur ad præsentationem *dict. alleg.* 100. *n.* 603. Et alia plura circa nominationem in materia Jurispatronatus vide apud eumdem Episc. Piton., qui ut pluriès dixi prædictam Jurispatronatus materiam latè, & eruditè explicat.

Nominatio ad Vicariam spectans ad Abbatem pro- 39
cedit in reservationibus mensium, & aliarum generalium reservationum, non autem quando provisio fit ex reservatione speciali, mediante particulari decreto, apposito in individuali decreto Datariæ Caprar. *decis.* 251. *a n.* 23. *part. pr.*

Nominatio Abbatis debet præcedere, non autem sub-

subsequi provisionem factam a Dataria *dict. decis.* 211. *n.* 28. & *decis.* 227. *n.* 21.

40 Nominatio si esset nulla, potest fieri alia nominatio, secùs si esset facta scienter personæ indignæ nam tunc non posset variari, secus si ignoranter Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 39. *n.* 371. & 372. *tom.* 6.

41 Nominatio facta in testamento nullo inutilis, & insubsistens est Altimar. *loc. supra alleg. n.* 372. *vers. sic nominatio* & ad Rovit. *cons.* 63. *n* 18. *lib.* 2.

42 Nominatio fit caduca, si persona nominata decedat ante nominantem Altimar. *ubi supra quæst.* 39. *n.* 373. Flor. de Men. *libr.* 3. *var. quæst.* 22. *n.* 31.

43 Qualitas nominationis, si sit adiecta verbo indefinito æquè etiam adaptabilis est appellativo nomine designatis Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 70. *num.* 17. Declara, ut *n.* 18. *vol.* 3.

44 Actus nominationis computatus inter fructus spectantes ad bonæ fidei possessorem Mantiss. *loc. cit. libr.* 13. *decis.* 24. *n.* 9. *vol.* 4.

45 An facultas nominandi hæredem possit conferri in alienum arbitrium Emerix jun. *decis.* 980. *nu.* 7. & 8., ubi hoc declaratur; Nominatio hæredis bene dicitur facta ore proprio testatoris per monosylabas, & nutus Emerix jun. *decis.* 1101. *n.* 6.

46 Nominatus in mandato non tenetur probare se esse illum, de quo in instrumento ipsius mandati, quia hoc præsumitur Altimar. *de nullit. rubr. pr. par.* 3. *quæst.* 31. *n.* 893. *tom.* 5. Contrarium, si res sit magni ponderis Altimar. *ibidem*.

§. NOTARIUS. VII.

1 NOtariatus an sit dignitas, sive potius vile officium, varii varia dicunt, ut constat ex recollectis per Card. Tusch. *litt. N*, *conclus.* 69. *per tot.* Tiraquel. *tract. de Constit. part.* 3. *limit.* 39. *num.* 32. & *seqq.* & *tractat. de nobilit. capit.* 34. Covar. *pract. qu. capit.* 19. *num* 5. pleniùs R. P. Placid. Puccinel. *in integro tract. de nobilit. Not.* Amaya *in l. universos* 25. *Cod. de Decurian. lib.* 10. *fol.* 250 &c. ubi plura contra Notarios, & *in l. unic. C. de infamibus libr.* 10. *n.* 86. &c. *fol.* 393.

Quòd notariatus magna olim fuerit dignitas, & etiam hodie de jure juxta, *l.* 2. *Cod. de primicer. secundicer. & notar. lib.* 12. Paul. Christin. *dec.* 112. *nu.* 9. &c. *vol.* 3. Ricc. *Collect.* 4164. *in princ. dixi in Pract.* §. *Notai num.* 93. *et seqq.* vide Gibalin. *de univers. negot.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 10. *fol.* 620. vide Bobadill. *libr* 3. *Polit. cap.* 14. *à n.* 40. Gatrier. *libr. pr. pratic. quæst.* 137.

Quòd notariatus non præsumitur, sed sit probandus, & quomodo, Ricc. *Collect.* 1189. *infr. num.* 31. De Luc. *De Judic. disc.* 27.

An notariatus præjudicet nobilitati quoad habitum ordinis Hierosolymitani, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 27. *num.* 7. & *seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 555. *et part.* 13. *dec.* 213. ubi videtur concludere quòd non, nisi fuerit in seipso, patre, vel avo, nam tunc præjudicaret, quia communiter reputatur officium vide Beltram. ad Ludovis. *dec.* 322. *in fine*, vide in §. *Nobilitas n.* 8. *in fine*.

Qui non possint esse notarii, Tusch. *litt. N*, *concl.* 71. *per tot.* ubi de Clericis, Monachis, furiosis, spuriis, & servis, qui non possunt esse notarii, *infra n.* 20. *in fine*. Pareja *de Edit. tit.* 5. *resol. pr. à n. pr.*

Plura de Notariis Ricc. *Collect.* 4164. *per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 143. *per tot.* ubi multa notabilia ex variis decisionibus collacta, Gibalin. *loc. cit.* Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 35. & 36. Andreol. *contr.* 314. *per tot.* ubi de honorificentia, & nobilitate infra *nu.* 37., ubi alios modernos referam.

Qualiter usurpans sibi auctoritatem notarii, & rogans instrumenta cum non sit notarius, committat falsitatem; & pœna arbitraria puniatur: si verò instrumenta aliam falsitatem contineant incurrat pœnam capitalem, Farinac. *q.* 155. *n.* 13. & *seqq.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 66. *nu.* 6. & *cas.* 89. *per tot.* Franc. *dec.* 444. Matthæu. & Sanz. *de re crim. controv.* 4. *nu.* 21. & *seqq.* latè idem Cabal. *cas.* 276. ubi etiam quid in similibus, vide infra *n.* 31.

Notarius requisitus de conficiendo instrumento, cùm dicatur servus publicus non potest recusare, alias posset privari officio, Bart. *in l. fin. C. de Assessor.* Felin. *in capit. quoniam not.* 2. *de probat.* Menoch. *de arbitr. cas.* 269. *num.* 7. Card. Tusch. *litt. N*, *conclus.* 74. *per tot.* Gibalin. *loc. supra cit. num.* 17. &c. ubi plura de officio, & obligationibus notarii. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 14. *sect.* 4. *n.* 78. *tom.* 3. 2

An autem ob id dicatur servus publicus, & quomodo hoc intelligatur vide DD. relatos *n.* 1. & Ganavar. *dec.* 55. ubi ostendit notarium esse personam publicam, non autem servum publicum. Vide Rocc. Episc. *cap.* 42. *n.* 39. *lib.* 1.

Quòd verba Notarii dicantur verba partis, Natt. *cons.* 483. *num.* 7. Magon. *decis. Flor.* 57. *num.* 2. vide in §. *Additio num.* 5. vide Rocc. Episc. 194. *à num.* 42. *lib.* 2., ubi hoc declaratur.

An Notarius præsumatur rogatus de Instrumento, quod apparet ab illo conscriptum, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 81. *per tot.* latè Tusch. *litt. R*, *concl.* 360. *per tot.* Capell. Tholos. *decis.* 143. Boer. *decis.* 35. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 143. *n.* 21. Mascard. *de probat. concl.* 1101. *per tot.* ubi latè quando, & de quibus præsumatur rogatus notarius, vel non, infra *num.* 17.

Quòd debeat rogari ab utraque parte, & quando secus, Tusch. *litt. N*, *concl.* 75. *per tot.*

Notarii plures rogati de eodem instrumento, non probant unus sine alio, & cõtraria deponentes reddunt actum nullum ad exemplum Judicum delegatorum, qui nihil sine alio facere possunt, Gratian. *discept. for. cap.* 474. *num.* 30. &c. Magon. *dec. Flor.* 64. *num.* 60. *vers. tertius erat*, Tusch. *litt. N*, *concl.* 73. *per totum.* 3

Intellige, ut unus sine alio non possint ab initio Instrumentum recipere, & rogare, quando legis dispositione, vel partium conventione debent plures notarii rogari; secus autem si agatur de levatione ipsius instrumenti jam in sua substantia perfecti, nam tunc unus tantùm posset illud levare, quia unusquisque præsumitur insolidum rogatus, Menoch. *de arbitr. cas.* 187. *nu.* 7. & vide Tusch. *d. concl.* 73. Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 46. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *nu.* 330. &c. *ad* 337. *fol.* 411. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 371. *n.* 15. ubi requiris amborum subscriptionem.

Notarius de jure non tenetur cognoscere contrahentes, Caldas Pereyra *tract. de empt. & vendit. cap.* 7 *num.* 1. & *seqq* Romaguer. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 35. *n.* 23. & *seqq.* sed in statu Ecclesiastico vigore reformationis Pauli V tenetur illos, vel saltem unum ex eis cognoscere, vel recipere testes, quorum unus saltem cognoscat alterum ex contrahentibus, ac de hujusmodi cognitione facere mentionem expressam in instrumento, aliàs obligatio est nulla, ac ipse tenetur ad damna, & interesse parti læsæ, sicuti pro nullitate fuit conclusum per Rot. coram Merlin. *in Noviss. part.* 6. *dec.* 62. *per tot.* inter impressas ejusdem Merlin. *dec.* 525. vide Gratian. *discept. forens. cap.* 497. *per tot.* Thes. *quæst. for.* 78. *lib.* 2. Franch. *decis.* 262. Ricc. *Collect. decis.* 713. Joseph. Mele ad Gizzarel. *decis.* 24. *nu.* 71. &c. Novar. *in Pragm. Collect.* 6. & *Collect.* 143. *nu.* 29. De Luc. *de Judic. disc.* 26. *n.* 8., *et* Add. ad De Franch. *cit. dec.*, ubi Alter De Loc. Latè Episc. Rocc. *cap.* 35. *à n.* 33. *lib.* 1. Idem Carl. Ant. De Luc. *in Pract. judic. cap.* 31. *n.* 6. 4

Cessante tamen fraude, & ubi verè appareat non intervenisse suppositionem personarum, sustinerà contractum latè firmavit eadem Rot. recedendo à supra decisis in eadem causa, coram eodem Merlin. *dict. part.* 6. *decis.* 149. *per tot. inter impressas ejusdem decis.* 558.

Quòd notarius non teneatur cognoscere contrahentes, neque testes, & quare, sed benè testes debeant cognoscere personas, de quibus testificantur, Gratian. *disc.* 116. *per tot.* Franch. *dec.* 262. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 851. &c. *fol.* 348.

Imò notarius, qui stipulatur inter ignotos, tenetur pœna falsi, ad tradita per Ant. Fabr. *decis.* 2. *C. ad leg. Cornel. de fal.* Ricc. *Collect.* 687. *vers. quartò.*

In-

Intellige stante statuto quòd debeat illos cognognoscere, idem Ricc. *Collect.* 713.

Quód testes debeant cognoscere testatorem, non autem contrahentes, Tusch. *litt. I, concl.* 292.

5 Notarius non potest sibi, nec patri, nec fratri aliquid ascribere in testamento, nisi esset emancipatus, non enim sanguinis necessitudo, sed patria potestas est causa prohibitionis, & ideò multò magis potest aliorum consanguineorum instrumenta conficere, vide Magon. *dec. Flor.* 53. *per tot.* ubi loquitur etiam in terminis statuti Florentini *Rub.* 12. *lib.* 14. prohibentis sub pœna lib. 500. Notarios rogare instrumenta ad favorem suorum Consortum, vel consanguineorum, sive conjunctorum per lineam masculinam. Altograd. *cons.* 50. *n.* 229. *& seqq. lib.* 1. Farin. *q.* 150. *num.* 206. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 291. *num.* 25. facit Moutan. *de tut. cap.* 10. *num.* 33. *&c. ad* 40. ubi generaliter loquitur de scriptore testamenti, Menoch. *de arbitr. cas.* 459. *n.* 19. Card. Tusch. *litt. N. concl.* 77. *per tot & concl.* 78. ubi qualiter possit notarius rogare instrumentum contra se ipsum, & sit validum, sicut etiam possit testari, & proprium rogare testamentum, mediante representatione duarum personarum, nempè testatoris, & notarii. Vide Bertachin. *vol.* 53. *per tot.*

Quòd Notarius possit conficere instrumentum procura pro se ipso in causa propria, Bart. *in l.* 2. *ff. de stipul. ser. & in Rub. C. de his, qui sibi adscrib. in testam.* Bald. *in l. si consult. ff. de adopt.* Guid. Pap. *dec.* 318. Cabed. *dec.* 128. ubi tamen quòd in Senatu Lusitano de stylo non admittuntur dictæ procurationes in causa propria, cum debeat esse distinctio inter notarium, & contrahentes in scriptura. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *qu.* 32. *n.* 2. *tom.* 2.

Quód possit conficere instrumentum contra se ipsum, & se ipsum obligando pro fidejussore, vel alio modo, & sit validum, Merlin. *dec.* 274. *nu.* 9. *&c.* Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 1100. *n.* 15.

An autem notarius possit rogare instrumenta prò, vel contra Principem, vel Baronem, cujus est subditus, & quod stante prohibitione in aliquo casu, talia instrumenta sic contra prohibitionem confecta non probent, Rot. cum pluribus aliis citatis *part.* 9. *recent. dec.* 92. *& dec.* 155. *n.* 5. *& seqq in eadem causa*, Marsha *vot. Pisan.* 186. ubi de statuto, quod notarii subditi non possint instrumenta Dominorum conficere; quomodo, et de quibus subditis sit intelligendum, & latè Bich. *decis.* 32. 55. *&* 91. ubi in terminis Constitutionis Regni Neapolitani Regis Ladislai fidem adimentis instrumentis rogatis à notariis vassallis ad favorem, vel contra Baronem, an locum habeat in contractibus celebratis cum Ecclesia, vel juratis, De Luc. *De Judic. disc.* 27. *nu.* 35. Altimar. *de nullit. rubr. pr. tit.* 14. *sect. pr. tom.* 3. Carl. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 32. *nu.* 11.

Quòd notarius succedens creditori, pro quo rogavit instrumentum crediti, possit illo uti, & plenè probet ad ejus favorem *de suscept. privat. lib.* 2. *quæst.* 2. *n.* 22. *fol.* 96.

An adscribens sibi legatum, vel fideicommissum in testamento incidat in pœnam falsi, vide Concinl. *resolut. crimin. verb. Falsum resolut.* 22. ubi ponit regulam affirmativam, quam tamen multis declarat, & limitat, ipsum consulas.

Non posse notarium sibi aliquid ascribere in testamento per eum rogato, *leg. si testator, & tot. tit. C.; de his qui sibi adscrib. in test. l. pr. §. ad testamenta, & l. Divus §. plenè, ff. ad leg. Cornel. de fal.* sustineri tamen relictum in testamento nuncupativo propter scientiam, quam habent testes si adhuc vivant, & eo deponant, Cancer. *var. resolut. lib. pr. cap.* 6. *n.* 24. *&c.* Faber. *in Cod. tit. de his, quibus ut indign. definit. pr.* Rot. *dec.* 356. *nu.* 13. *etc. part.* 6. *recent.* Urceol. *Consult.* 90. *n.* 30. *vol.* 2.

Potest etiam extraneus scriptor testamenti, licet non sit notarius sibi adscribere legatum in testamento per eum scripto, & valet si fuerit à testatore specialiter subscriptum, & confirmatum, per clausulas æquipollentes, etiam non facta individua mentione dicti legati, cum cesset omnis suspicio quod privatus scriptor sibi adscripserit inscio, vel invito testatore, & cessante ratione legis, cessat illius prohibitio, ut latè firmat Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 190. *per tot.* vide in §. *Instrumentum n.* 25.

Notarius non potest ex protocollo alterius notarii viventis reassumere instrumentum, nisi ex aliquo impedimento fuerit sibi commissum à notario rogato, Bart. *in leg. pr. ff. de off. Consult.* Afflict. *decis.* 6. *cum Addit.* Franch. *decis.* 300. facit Sanfelic. *dec.* 182. *et* 183. ubi an, & quando probet exemplum non exhibito originali, maximè si fuerit extractum ab eodem notario, Novar. *super Pragmat. pr. de fid. et auth. instrum. n.* 3. 6

An autem, & quando ex commissione judicis, possit notarius levare in formam authenticam instrumentum alterius notarii mortui repertum in Bastardello, sive simplici schedula in filcia ipsius Notarii defuncti, & non descriptum in protocollo extenso, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 187. *per tot.* Tusch. *litt. N. conclus.* 79. *per tot. & litt. S. conclus.* 600. Franch. *dec.* 300. Afflict. *dec.* 6. Faber. *decis.* 28. *de fide instrum.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 144. *n.* 9. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 37. *&* 38. ubi plura de hac materia Add. ad De Franch. *loc. citat.* ubi modern. De Luc. Vide Pen. & Crescin. *decis.* 262. *& decis.* 266.

Quid servetur Florentiæ vigore legum municipalium, dixi in *Pract. §. Instrumenti n.* 4. *vide Stat. Flor. lib.* 2. *Rubr.* 95. Corn. *cons.* 64. *lib.* 3. Socc. *cons.* 97. *lib.* 1. Tusch. *loc. cit.*

Quòd possit notarius extrahere acta, vel instrumenta ab ipso confecta absque citatione partis, vel alia solemnitate, Ludovis. *dec.* 39. *per tot.* ubi etiamsi non sint ab eo scripta, sed tantùm subscripta.

Notarius omittens solemnitates requisitas in testamento potest de falso puniri, quod est speciale, & non procedit in alio actu, vel contractu, Afflict. *dec.* 21. *n.* 5. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 370. *n.* 4. *&c.* ubi loquitur generaliter de quolibet instrumento, & vult notarium omittentem debitas solemnitates puniri pœna falsi, non quidem ordinaria, sed extraordinaria judicis arbitrio, vide Tusch. *litt. N. conclus.* 90. 91. *et* 92. *per tot.* Viv. *comm. opin.* 542. Farinac. *quæst.* 157. *part. pr. per tot.* Novar. *in Prag. Reg. Collect.* 143. *n.* 7. ubi quod tenetur ad interesse partis. Altimar. *de nullit. rub. pr. quæst.* 7. *sect.* 4. *n.* 11. *et* 12. *tom.* 3. 7

Quòd puniatur etiam arbitrio judicis si penes se non custodiat protocollum prout tenetur, Menoch. *dict. cas.* 370. *n. pr. etc.* Farinac. *quæst.* 154. *part.* 3. *per tot. infr. n.* 11. Vide Altimar. *loc. cit. rub. pr. qu.* 9. *sect.* 5. *n.* 27. *tom.* 3.

Notarius conficiens instrumentum falsum, sed nullum alio vitio quam falsitatis non videtur puniendus de falso, cum nulli noceat, Afflict. *decis.* 21. *n.* 12. vide in §. *Falsitas num.* latè Farinac. *quæst.* 155. *n.* 17. *et seqq. ad* 32. Vant. *de nullit. tit. quoties, et intra quod tempus, etc. nu.* 53. *et seqq. per tot.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 15. *n.* 27. *tom. pr.* 8

Quòd si non esset notarius, sed publicè pro tali habitus, Franch. *decis.* 444. Novar. *in Prag. Reg. Collect.* 143. ubi quod puniatur tamquam notarius, quia communis error facit jus, Cabal. *resol. crimin. cas.* 89. *infra n.* 31. & alii per Add. ad De Franch. *dict. dec.* 444. Emerix jun. *decis.* 30. *n.* 6. De Luc. *de Judic. disc.* 27. *nu.* 15. *de Testam. disc.* 78. *n.* 12. *et* 13.

In contrarium, quòd imò si non pœna ordinaria falsi, saltem extraordinaria arbitrio judicis puniatur, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 306. *n.* 16. *et seqq.* Genu. *de scriptur. privat. lib. pr. nu.* 9. *etc. fol.* 32. Gratian. *discept. for. cap.* 213. *per totum*, Farinac. *quæst.* 155. *part.* 2. vide in §. *Actus n.* *et §. Contractus n.* *et §. Testis n.* 23. *in fine.*

Quando possit puniri de falso, quando excusari, & qualiter probetur falsitas contra notarium, latè Tusch. *litt. N. conclus.* 90. 91. *et* 92. *per tot.* Merlin. *dec.* 229. *per tot.* ubi etiam an confessio notarii de falsitate, & sententia contra eum lata præjudicet aliis interesse habentibus in instrumento, Surd. *decis.* 107. *per tot. infra n.* 26. Conciol. & Romaguer.

ad

ad Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 46. per tot. Vide infra in novissimis addit. Crescin. n. 46. et 47.

9 Notarius conficiens instrumentum de rebus alienari prohibitis saltem non adhibita certa solemnitate, vel de alio quolibet actu prohibito, qua pęna puniatur, Menoch. de arbitr. cas. 582. per tot. ubi duodecim casus enumerat, quibus notarius punitur; Quid si instrumentum non habuit effectum, vel fuit alio vitio nullum, dic quod si notarius sit aliàs vir probus, & ignoranter egerit, potest arbitrio judicis excusari, vel puniri, si scienter egerit, vide Cabal. resolut. crimin. cas. 243. n. 7. etc. Farinac. quæst. 254. par. 2. per tot. dixi in Pract. §. Notai n. 49. ubi qualiter conficiens instrumentum usurarium, vel alias illicitum teneatur ad pęnam, & restitutionem, sicut ipsi principales contrahentes, Paul. Christin. dec. 89. n. 22. et seqq. vol. 5. Novar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 143. ubi alia plura notabilia circa notarios, & eorum officium, Gibalin. de univers. negot. tam. 2. lib. 6. cap. 3. art. 10. per tot. fol. 620. etc. ubi plura de munere, & officio notarii, & quando peccet, & obligetur ad restitutionem conficiendo instrumentum usurarium, vel aliàs de rebus prohibitis.

8 Nullitas duobus modis allegari solet, & potest, nempè principaliter, & incidenter; quando autem dicatur principaliter, vel incidenter proposita, ac plures magnos effectus ex hujusmodi differentia resultantes, latè Vant. *de nullit. tit. quot. & quibus modis null. in jud. prop. poss. per tot.* Scacc. *de appellat. quæst.* 12. *num.* 19. *& seqq. & quæst.* 19. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubrat. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *nu.* 593. *fol.* 577 & latiùs *tit.* 28. *per tot. fol.* 605. Tusch. *litt. N. conclus.* 149. *per tot.* ubi an nullitatis causa sit similis appellationi, & qualiter possit cumulari, vel non: adde prædictis Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 13. *nu.* 269. *& seqq.* An si quis principaliter dixerit de nullitate possit postea ab eadem sententia appellare, vide in *§. Appellatio n.* 10. *in fine* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 3. *n.* 2. *&* 18. *tom. pr.* Crescin. ad Abeccles. *loc. cit. n.* 3.

9 Nullitas qualiter possit contra quamlibet sententiam à Supremo Magistratu, vel Principe latam opponi, vide in *§. Sententia num.* 29. Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *quæst.* 30. *n.* 21. *et seqq. tom.* 5. Crescin. *ubi supra n. pr. et* 2.

Quòd imò nullitates processuum, non attendantur in Principum Concistoriis, & judiciis, summisque Tribunalibus, ac foro Ecclesiastico, cum in istis procedatur sola facti veritate inspecta, & de æquitate, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 348. *volum.* 1.

Quod post rem judicatam non attendantur nullitates, maximè quando non sunt de tribus, Ludovis. *decis.* 508. *num.* 1. *& seqq. infra num.* 20.

Nullitates tamen procedentes ex defectu citationis semper obstant, & possunt allegari, etiam contra sententiam a supremo Magistratu latam, Matthæu. Sanz. *de re crimin. controvers.* 70.

Nullitas toties proponi potest, quoties actus nullus agitur, & ideò quamvis ab eadem sententia non liceat tertio provocare, semper tamen potest de nullitate dici, quia licèt prima, secunda, vel tertia fuerint confirmatæ, adhuc, & semper poterit allegari nullitas ipsarum sententiarum confirmantium, & ultimæ; Sed tamen ne tot sententiæ ludibrio sint, fuit jure cautum ne quis contra tres conformes super nullitate audiatur, nisi prius fuerint plenariè executioni demandatæ, & sic prius parito judicato, vel præfixo aliquo brevi termino ad docendum de prætensis nullitatibus, attentatis, vel restitutione, quo elapso si de illis non constiterit, ad executionem proceditur, Vant. *de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus de nullit. ag. poss. nu.* 1. *&c.* vide in *§. Executio num.* 16. *& §. Appellatio num.* 35. Tusch. *litt. N. conclus.* 136. *per tot.* 10

De nullitate non attendenda ad impediendam executionem trium conformium, Gratian. *decis.* 18. *num.* 9. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 23. *num.* 116. *fol.* 474. *& tit.* 25 *num.* 344. *&c. fol.* 531. Tusch. *littera N. conclus.* 136. *per tot. infra num.* 27. vide *in §. Sententia num.* 32. Scopp. ad Gratian. *cit. decis.* 19. *num.* 9. Abeccles. & Crescin. *observat.* 173. *part.* 1. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 514. *n.* 7. *tom.* 2.

Quòd nullitas ex defectu jurisdictionis, & etiam notorie resultans ex actis, possit semper allegari, etiam adversùs tres conformes ad impediendam illarum executionem, Bardellon. *cons.* 153. *per tot. lib.* 2. Tusch. *dict. concl.* 136. Pac. Jordan. *dict. tit.* 25 *nu.* 346. *&c.* ubi adducit etiam alias limitationes, & quando sententiæ dicantur conformes, vel non, vide in *§. Sententia n.* 32.

Nullitas ab allegante est probanda, potest autem probari, vel per modum affirmativum ipsi negativæ implicitum, vel per simplicem negativam facti, sive qualitatis extrinsecæ, & erit sufficiens probatio, ubi de contrario non appareat, vel doceatur quando sententia non facit transitum in rem judicatam; ubi verò transivit in judicatum, cùm tunc pro illa præsumatur, sat est eam pro se habenti producere etiam absque processu, & isto casu aliter quàm per abnegationem erit probanda nullitas ab allegante; poterit tamen probari per actorum productionem, vel per testes litteratos, qui fuerint præsentes, vel acta habuerint, & examinaverint, & attestentur talia non fuisse reperta, vel per confessionem partis, cum negativa coarctata ad certam scripturam, vel locum, & tempus possit probari per illius inspectionem, & per partis confessionem, ad tradita per Vant. *de nullit. titul. à quo, & quibus modis pos. & deb. null. prob. per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 1114. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 115. *per tot. lib.* 1. facit quod dixi *in §. Negativa num.* Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 1. *num.* 24. *tom.* 1. Giurb. *decis.* 36. *num.* 18. Barbos. *axiom.* 12. *n.* 17. 11

Nullitas quando est inducta in odium personæ dicitur pœna saltem largo modo, prout in attentatis; quando verò est inducta in favorem alterius principaliter vel ob non servatam formam, non dicitur pœna; cavendum tamen semper est ab actibus, qui possunt retractari, quia ex retractatione magna resultat confusio, Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 4. *num.* 9. Rot. *decis.* 693. *num.* 3. *Noviss.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubrat. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *nu.* 214. *et seqq. fol.* 237. 12

Quòd nullitas inducta ad favorem certæ personæ, possit ab eadem persona sanari, qualiter, & quando secùs, latè Tusch. *litt. N. conclus.* 145. *per tot.*

Nulli-

13 Nullitatem allegans tenetur omnia accepta reſtituere, ubi conſtat de receptione, Cavaler. *deciſ.* 144. *num.* 4. *et deciſ.* 331. ubi limitat dummodò res ſit penes actorem, vel ſit factus ex ea locupletior, *et num.* 8. videtur etiam firmare quòd dicta concluſio procedat tantùm ubi agitur ad reſciſſionem contractus validi, ſecùs ſi agatur ex nullitate contractus, & allegat alias deciſiones, vide in §. *Actor. nu.* 17. *infra num.* 23. Gratian. *diſcept.* 470. 479. 535. 692. 759. 770. *et ſeqq. et deciſ.* 18. *num.* 26. Mar. Anton. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 24. Andreol. *controverſ.* 3. quos vide, & Ricc. *Collect.* 2535. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 228. *num.* 8. *etc.* ubi de muliere, quæ dum agit ad recuperationem rei nulliter alienatæ, non tenetur reſtituere pretium, niſi quatenus in ejus utilitatem probetur verſum.

Quòd Eccleſia, vel minor vindicant rem ex defectu ſolemnitatum nulliter alienatam, non teneatur reſtituere pretium, niſi quatenus ſit factus locupletior, Sperel. *deciſ.* 154. *n.* 55. ubi allegat Burat. *deciſ.* 814. *num.* 1. Duran. *deciſ.* 18. *num.* 27. Merlin. *deciſ.* 219. *per tot.* & alios, & quòd onus probandi locupletationem non Eccleſiæ, vel Minori, ſed adverſario ſine ſolemnitatibus contrahenti incumbit, idem Sperel. *dict. deciſ.* 154. *num.* 56. *et ſeqq. et num.* 97. *et ſeqq.* vide in §. *Verſio nu.* 1. *et num.* 5. latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 75. *per tot vol.* 1. ubi quando, & quomodo emptori bonorum Eccleſiæ ſit reſtituendum pretium una cum fructibus, ſi ab eo avocetur res cum fructibus, facit quod dixi in §. *Fructus nu.* 9. vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 139. ubi an poſſit ſuſtineri contractus ſine ſolemnitatibus, conſtito de verſione in utilitatem minoris, & à quo ſit probanda, prædictis adde Urceol. *tractat. de tranſact. quæſt.* 89. *per tot.* ubi an, & quando veniens contra tranſactionem teneatur priùs accepta reſtituere, dixi in §. *Impugnatio num.* 3. *et §. Tranſactio num.* 16. facit Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 397. *et* 398. *infra num.* 23. latè Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 9. *per tot.*

14 Nullitas non poteſt allegari ab eo, qui appellavit à ſententia, cum appellans faciat omnia acta ſua, vide in §. *Appellatio num.* 18. *et §. Citatio num.*

Qualiter nullitati propoſitæ dicatur renunciatum per petitionem executionis ſententiæ, Cabal. *conſ.* 209. *nu.* 3. *lib. pr.* Et idem eſſe per petitionem executionis contractus, ut amplius nullitas illius allegari non poſſit, Rota *par.* 18. *recent. deciſ.* 657.

15 Nullitas contra unum declarata, non obſtat alteri non citato per regulam quòd res inter alios acta aliis non præjudicat; unde ſi legatarius agat ex teſtamento ad legatum conſequendum non poteſt repelli, ex eo quod teſtamentum fuerit declaratum nullum contra alios legatarios, ſed erit audiendus donec & ipſe in judicio nullitatis fuerit ſuperatus, & victus, *leg. pr. ff. de except. rei judic. gloſ. in leg. Papinianus §. ſi ex cauſa verb. non valeant ff. de inoff. teſt.* Vant. *de nullit. tit. qualiter ſent. à nullit. defend. poſſ. num.* 33. Brunnemann. *in dict. l. pr. ff. de Except.*

16 Nullitates non attenduntur ubi ex confeſſione partis conſtat de eo, de quo principaliter agitur, quia ex hujuſmodi confeſſione inducitur notorium, ſuper quo nulla ſervata judicii forma procedi poteſt, & in confeſſum partes judicis non ſunt niſi in exequendo, cum confeſſus habeatur pro condemnato, & in omnem caſum ſi actus non valebit tanquam ſententia, ſuſtinebitur tanquam præceptum judicis factum in confeſſum, niſi cauſa annullans pariformiter invaliditatem confeſſionis reſpiciat, vel incompetentiam judicis, ut benè probant Vant. *de nullit. tit. qualiter ſent. poſs. à nullit. deff. nu.* 126. vide *in §. Confeſſio n. et §. Inſtantia numer.* Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 45. *n.* 28. *part. pr.*

17 Nullitas objecta ſi poſſit aliquo modo jure, vel ex facto offuſcari, & dubia reddi, non erit attendenda, quia in dubio contra nullitatem, & pro actus validitate pronunciari debet; Sicut etiam erit advertendum an hujuſmodi nullitas ſit ſolita in illo loco ſervari, quoniam nullitates illæ tantùm attenduntur, quæ ſunt ſolitæ de facto obſervari, Vant. *loc. ſupra citat. num.* 127. Cabal. *conſ. deciſ.* 31. *num.* 4. *et ſeqq. lib. pr.* ubi quòd ſententia contra plures lata poteſt eſſe nulla quoad unum, & valida quoad alios, in dubio pro validitate judicandum, niſi clarè probetur nullitas ab allegante, quia cum nullitas ſit pœna, ei nullatenus eſt favendum, ſed ſufficit aliqualiter in jure, vel facto illam offuſcari, vel dubiam reddi, de quo plura Anton. Franciſc. Tranchedin. *conſult.* 40. *nu.* 34. *& ſeqq. et conſ.* 41. *num.* 35. *et ſeqq.* ubi etiam quòd annullata ſententia ob vitioſam inquiſitionem, vel ob defectum citationis, proceſſus remanet in ſuo robore, ac ſi tranſmiſſa non eſſet inquiſitio, vel prolata ſententia &c.

Nullitas juriſdictionis non eſt attendenda à judice appellationis, ubi conſtat de bono jure, quia ſententia juſta, licèt ſit nulla poteſt confirmari, Alex. *conſil.* 67. *lib.* 6. *et conſ.* 181. *num.* 25. *lib.* 6. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 206. *num.* 4. Magon. *deciſ. Luc.* 92. *num.* 33. Rot. *part.* 3. *diverſ. deciſ.* 129. *num.* 2, *lib.* 3. dixi *in reſolut. cap.* 88. *num.* 9. *etc.* Bardellon. *conſ.* 272. *num.* 14. *lib.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *nu.* 354. *et ſeqq. fol.* 532. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 348. *vol. pr.* Borgn. *deciſ.* 25. *nu.* 16. *part.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 104. *et* 341. *per tot.* ubi idem concludit in nullitate ex defectu citationis, & mandati, ac ſimilibus, vide in §. *Sententia num.* 4. 18

Et generaliter de nullitatibus nõ attendẽdis, ubi conſtat de bono jure ſuper negotio principali, Vant. *de nullit. tit. ult. qualiter ſent. poſſ. à nullit. def. n.* 129. *& ſeqq. per tot.* Bardellon. *conſ.* 200. *per tot. lib.* 2. Pac. Jordan. *loc. cit.* Peregrin. *deciſ.* 97. *num.* 5. *&c.*

Quòd tamen nullitas clara ſit major injuſtitia, quæ dari poſſit, ita ut judex nulliter procedens dicatur ſpoliare, & ideò parte opponente, non confirmetur ſententia, quamvis conſtet de illius juſtitia; non ſufficere tamen generalem oppoſitionem, ſed eſſe neceſſariam ſpecificam cum expreſſione cauſæ ipſius nullitatis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 516. *num.* 23. *&c. cap.* 350. *num.* 27. *&c. & dec. March.* 144. *n.* 26. *& ſeqq.* Ludoviſ. cum Beltramin. *deciſ.* 176. Pac. Jordan. *ubi ſupra num.* 356. *& ſeqq. fol.* 532.

Si tamen de nullitate non fuerit ſpecificè oppoſitum in prima inſtantia, & ſententia confirmatoria tranſiverit in rem judicatam, non poteſt amplius de nullitate opponi, cum ipſa ſola faciat jus, & pro veritate habeatur, Rot. *part.* 2. *recent. deciſ* 474. *n.* 4. *& deciſ.* 572. *num. pr. et ſeqq. part.* 5. *deciſ.* 312. *n.* 6. *part.* 9. *deciſ* 265. *num.* 2. *&c.* ubi de nullitate ex defectu citationis.

Quòd parte inſtante ſuper nullitate declaranda, illaque oppoſita ante diſcuſſa merita cauſæ, & ſervatos terminos ſubſtantiales, ſit ſuper ea pronunciandum, & annullanda ſententia, quamvis de illius juſtitia in progreſſu cauſæ apparere poſſet, intelligendo quando nullitas eſt clara, ſecùs ſi turbida, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 227. *num. pr. &c.* vide eandem Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 104. *num.* 12. *& ſeqq.*

Qualiter nullitas, & injuſtitia inter ſe differant, vel non, Tuſch. *litt. N, concl.* 231. *&* 232. Ridolph. *in prax. part. pr. cap.* 13. *num.* 287. *et ſeqq.*

Nullitas non poteſt allegari ab eo, qui fuit cauſa illius, nec ab ejus ſucceſſore, nè ex proprio dolo commodum conſequatur, Ruin. *conſ.* 40. *nu.* 7. *etc. lib.* 5. Magon. *dec. Luc.* 24. *num.* 30. Sord. *deciſ.* 108. Sperel. *deciſ.* 155. *num.* 32. *et ſeqq. infra nu.* 29. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 150. *num.* 9. ubi quòd auctor nullitatis non poteſt dicere de nullitate. 19

Nullitates circa judicialia in Statu Eccleſiaſtico, & ubique in foro Eccleſiaſtico non attenduntur, niſi ex defectu juriſdictionis, mandati, & citationis ſecundùm Bullas Pii IV. & Clementis VIII. de quibus Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 762. *num.* 11. latè Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 13. *num.* 348. *et ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2863. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 36. *num. pr. et ſeqq.* Ludoviſ. *deciſ.* 508 ubi quòd poſt ſententiam non attenduntur nullitates, maximè quando non ſunt de tribus prædictis, Pjaſec. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 4. *de ord. jud. nu.* 69 Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit. pr num.* 70. *fol.* 6. ubi propterea infert alios terminos judiciales non eſſe de ſubſtantia, ſed ad bene eſſe, juxta ſtatum, & quali- 20

tatem

tatem causæ arbitrio judicis. Vide De Luc. *de Judic. disc. 6. n. 2. disc. 38. nu. 22. Relat. Cur. disc. 31. num.* 43.

Quomodo possit sanari nullitas citationis, vide *in §. Citatio num.* 49.

Quòd dictæ tres nullitates sint insanabiles, quandoque tamen sanentur, & quomodo, vide Ridolph. *d. cap. 13. n. 348. cum plurib. seqq.*

Quòd dictæ nullitates, & unaquæque ex illis, etiam post tres conformes, revocentur, & quare, Thom. Trivis. *decis. 68. lib. pr.*

21 Nullitas ob defectum citationis ad videndum jurare testes juxta textum *in l. si quando C. de test.* & dixi *in §. Testis num. 22.* & in resolut. *cap. 92. nu. 35. etc.* non obstat quando à parte fuerunt data interrogatoria, Gratian. *discept. for. cap. 694. num. 10. et 48. cap. 550. num. 2. et seqq.* ubi generaliter de modo sanandi hujusmodi nullitatem, Cavaler. *decis. 295. per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib. 2. Rub. 8.* Vide Brunnemann. *in dict. l. si quando C. de Testib.* Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæst. 21. a n. 81.* præsertim *n. 164. tom. 2. et rubr. 13. quæst. 9. a nu. 41. eod. tom. 2.*

Quòd imò datio interrogatoriorum ex se non sufficiat, nisi sanatio nullitatis fuerit à Principe commissa arbitrio judicis, Rot. *part. 9. recent. decis. 280. n. 6. & 7. & decis. 361. per tot.* ubi quando non sit locus dicto arbitrio, nec possit nullitas sanari, cessante æquitate, Bich. *decis. 230.* Zuff. *de legit. process. lib. 3. quæst.* 114.

Quòd suppleatur dictus defectus citationis ex monitione judicia facta procuratori, quòd certe die, & hora examinabuntur testes, maximè si etiam ille dederit interrogatoria, Rot. *part. 11. recent. decis. 187. num. 30. &c.*

Item non attenditur dicta nullitas, stante stylo contrario, Gratian. *discept. 694. nu. 7. &c. cap. 738. num. 16. &c.* sed hujusmodi stylum non valere tanquam contra jus, probat idem Gratian. *d. cap. 694. num. 48. &c.* Primam tamen partem, quando fuit servatus solitus terminus ad probandum juxta consuetudinem loci, videtur sequi Burat. *decis. 118. n. 27. in Addit. & decis. 304. per tot.* vide *in §. Citatio num. 26.* Bich. *decis. 48. num. 6. & seqq.* ubi de stylo Hispanarum. Altimar. *dict. quæst. 21. n. 121. & 122.*

Item non obstat quando coram judice delegante fuit facta citatio generalis pro interessendo examini coram judice remissoriali, & intimatum fuit decretum parti, Cavaler. *decis. 275. num. 5* Rot. *in Veneta prætensæ illegitimitatis 6. Novembris* 1598. coram Penia, post Farinac. *ad Stat. Urb. decis. 45.* vide Ridolphin. *in prax. part. pr. cap. 12. nu. 15. & seqq.* Merlin. *dec. 772. nu. 19.* ubi quòd ille defectus suppletur ex præfixione termini ad probandum parti intimati.

Item non obstat stante scientia partis, contra quam testes examinantur, Rot. *part. 2. divers. decis. 42. n. 2.* Vant. *de nullit. tit. ult. num.* 122. Tiraquell. *de retract. lignag. §. 9. glos. 2. n. 16.* Sanfel. *decis.* 1094. Ferentil. ad Buratt. *dec. 118. num. 19.* Duran. *decis. 276. num. 2.* Altimar. *loc. supra citat.*

Et in omnem casum conceditur repetitio etiam facta publicatione, & convalidatur depositio, quamvis testes se referant ad primum examen nulliter factum, Gratian. *discept. forens. cap. 890. nu. 11, etc.* Duran. *decis. 276. n. 3. & n. 5.* Rot. *part. 12. recent. decis. 317. num. 27.* ubi tamen qualiter tunc sint reficiendæ expensæ, vide *in §. Testis n. 53. et num. 22.*

Alia ad sustinendum examen non obstante hujusmodi defectu, Rot. post Fenzon. *ad Stat. Urb. decis. 46. & 47.* Post. *de manut. observat. 91. n. 26. etc.* Rot. apud eundem *decis. 98. num. 3. et 5. decis. 162. num. 8. et decis. 171. num. 7.* Farinac. *quæst. 72. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 225. etc. fol* 310. dixi in resolut. *cap. 92. num. 21. et seqq.* & in hoc Opere *§. Testis num. 22. et 44.* Ridolphin. *in prax. part. pr. cap. 11. num. 33. et seqq. et cap. 12. num. 64. et seqq.* Altimar. *locis supra adductis.*

Non etiam obstat dicta nullitas in summariissimo manutentionis judicio, ubi non curant probationes contrariæ, Rot. *part. 18. recent. decis.* 456.

Nullitates leves non attenduntur, ubi jus redditur per notarios juris ignaros, & coram Vicariis, sive Potestatibus Castrorum, quia tunc de apicibus juris non curatur, Alex. *cons. 61. num. 11. lib. 2.* Gratian. *discep. forens. cap. 353. num. 17. &c.* 22

Nullitas ob non servatam formam statuti non potest allegari, quando constat de receptione mercium, vel pecuniarum, aliter tamen quàm per confessionem etiam juratam debitoris, cùm per eam possit fieri fraus legi, sive statuto, quia non est licitum locupletari cum aliena jactura, Gratian. *discep. forens. cap. 713. num. 55. &c cap. 750. in princ. cap. 576. nu. 25. &c. cap. 669. num. 3. &c.* vide *in §. Mercator num....... & §. Verso num. pr. supra num. 13.* Rot. *par. 13 recent. decis. 60. nu. 2. & seqq.* ubi quòd tam mulieres, quàm minores opponentes nullitatem, tenentur restituere pecunias receptas, & in eorum utilitatem versas, quæ versio præsumitur in contractu merè gratuito, (quidquid secùs sit in usuram) nisi contrarium ab ipsis probetur. 23

Locupletatione verò non probata obstat nullitas, ad latè tradita per Magon. *decis. Luc. 15. per tot.*

Quòd nullitas non possit allegari probata versione in utilitatem pupilli, sive minoris, Ecclesiæ, vel Civitatis, Gratian. *discept. forens. cap. 564. num. 33.* vide *in §. Versio n. pr.* Rot. *part. 13. recent. decis. 139.* Franeisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 13. num. 69. & seqq.*

Sed illud procedere solùm, ut pretium sit restituendum, non ut sustineatur alienatio nulliter facta, Rot. post Cenc. *de censib. decis. 287.* Merlin. *decis. 244. num. 16. & decis. 219. per tot.*

Quòd etiam sanetur nullitas, & non possit allegari propter subsequentem eventum, ex quo retractus resultet in utilitatem minoris, vel mulieris contrahentis absque solemnitatibus, idem Gratian. *cap. 756. n. 49. &c.* vide tamen Rot. *part. 13. recent. decis. 139. num. 10. & seqq.* ubi quòd in omnem casum utilitas deberet esse incontrovertibilis, & evidens.

Plura de nullitate contractuum, quid sit, quotuplex, de illius causis, nempè ex defectu in persona, ex parte materiæ, ex parte formæ, & hujusmodi; de effectibus dictæ nullitatis, quomodo contractus nulli possint revalidari, & convalescere, ac alia ad rem, Petr. de Onnate *de contract. tom. pr. tract. 6. disp. 19. per tot. fol. 534. & seqq. ad* 600. latissimè Altimar. *in ejus celebri tractatu de nullit.*

Nullitas inducta ad favorem mulieris, vel minoris non potest allegari, nisi ipsis volentibus, & sic claudicat contractus, ut dixi *in §. Alienatio numer....... & §. Contractus num.......* Altimar. *de nullit. rubr. 4. quæst. pr. à n. 21. tom. pr.* 24

Et eidem esse in nullitate inducta favore Ecclesiæ, ut non possit nisi ab ipsa Ecclesia, vel ejus Prælato allegari, Sanfel. *decis. 309. num. 7.* Quarant. *in sum. Bull. verb. Alienatio rerum Ecclesiæ num. 34.* vide in loci. citatis.

Quòd possit tantùm allegari ab ipsis minoribus, vel etiam hæredibus, & non ab aliis, Rot. *in Auximana census 10. Martii 1636. num. 49. &c.* coram Ghisilerio, Surd. *decis. 108.* Fenzon. *ad Stat. Urb. cap. 151. num. 52. fol. 334. & n. 20. fol. 372.* Gratian. *discept. forens. cap. 576. nu. 40. cap. 713. nu. 54. cap. 761. n. 30. &c.* Rot. *part. 13. recent. decis. 82. nu. 12. et part. 18. dec. 657. per tot.* Vide Andreol. *controv. 137. part. 2.* Molignat. *altercat. 55. nu. 18.* Balduc. *tit. 4. decis. 18. n. 29. et 30.* Rocc. Episc. *cap. 182. n. 43. libr. 2.* Bertachin. *vol. 30. n. 5. et vol. 154. n. 4.*

Quòd hæredes mulieris, vel minoris possint dare de nullitate, *l. hæredes, C. ad Vellejan.* Rot. *part. 11. recent. decis. 324. num. 20.* Si tamen mulier, vel minor nunquam opposuerint de nullitate, sed potiùs approbaverint contractum, non possunt etiam eorum hæredes illum impugnare, sed factum defuncti omninò servare tenentur, *l. si ab eo C. de liberal. caus.* Rot. *part. 13. rec. dec. 104. n. 11. & 12.* Franeisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 13. n. 64.* ubi quòd potest allegari ab hæredibus, etiam si defunctus non opposuerit, nec conquestus fuerit, vide Rot. *part. 18. recent. decis. 657. per tot.* Vide De Luc. *de dot.*

dot. disc. 96. per tot. de Alienat. disc. 33. num. 30.

Quòd imò nullitas inducta à statuto propter solemnitates non adhibitas, quando lex ab initio resistit contractui, possit à quocunque deduci, & allegari, cùm tunc dicatur penitus exclusiva juris agentis, Surd. *decis.* 108. *nu.* 11. *&c.* Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst* 16. *in fine*, Gratian. *discept. forens. cap.* 691. *per tot. dec.* 155. *nu.* 34. vide *in §. Forma nu.* Merlin. *decis.* 746. *nu.* 6. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 530. *num.* 10. *& seqq.* ubi quòd nullitas jam detecta, & juris agentis exclusiva, vel ipso jure, & favore publico inducta, potest etiam à tertio allegari, Francisc. de Angelis *d. quæst.* 13. *n.* 94. Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæst. pr. à num.* 3. *tom. pr.* Vide Emerix jun. *decis.* 587. *n.* 6. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 23. *n.* 4. *vol.* 3.

De nullitate census circa formam substantialem, ut possit à tertio allegari, etiam si versemur in judicio executivo, & censuarius promisisset solvere, Thomat. *decis.* 101. *n.* 17. *et seqq.* vide *in §. Census*.

Quòd nullitas census possit sanari à Papa, & talis sanatio retrotrahatur ad initium, & diem celebrati contractus, etiam in præjudicium aliorum, quibus interim fuisset jus quæsitum, Bieb. *decis* 614. Rot. *part.* 28. *recent. decis.* 356. *et decis.* 601. *n.* 38. vide *in §. Census num.* 6. *etc.*

25 Nullitas non potest regulariter à tertio allegari, sed tantùm ab eo, ad cujus favorem est inducta, nisi esset patens absque aliqua extrinseca probatione, ut si appareret obligationem peccare in forma, quia hæc nunquam censetur prohibita allegari, Mascar. *consil.* 39. *num.* 32. *& disput.* 6. *num.* 33. Rom. *consil.* 42. *num.* 3. Surd. *decis.* 70. *num.* 26. *&c. decis.* 208. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 3. *diversf. decis.* 225. Gratian. *discept. forens. cap.* 292. *num.* 22. & alibi sæpè Merlin. *decis.* 219. *num.* 5. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 82. *num.* 12. ubi simpliciter quòd inducta in minoris, vel alterius favorem non potest opponi à tertio.

Intellige ut possit allegari à tertio, quando lex resistit contractui, Sperel. *decis.* 135. *num.* 14. *& seqq. per tot.*

Quòd nullitas ipso jure inducta, possit à quocunque allegari, & per quæ verba inducatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 691. *per tot. cap.* 855. *nu.* 18. *etc.* Surd. *d. decis.* 108. *per tot.* Ann. *singul.* 499. Hodiern. ad Surd. *cit. decis.* 108. *in princ.*

Quòd nullitas possit allegari à tertio, quando illi fuit cessum jus dicendi de nullitate, quòd cedi potest, idem Gratian. *discept.* 903. *num.* 10. *etc.*

Nullitas jam detecta, & opposita potest à quolibet deduci, & allegari, ac præsertim quando est clara, & prorsùs exclusiva juris agentis, Felin. *in cap. lator de re jud.* Bart. *in l. qui jam num. pr. ff. de except.* Gratian. *discept. for. cap.* 692. *n.* 17. *& cap.* 715. *nu.* 25. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 257. *num.* 9. *&* 10. *& decis.* 409. *nu* . 20. ubi quòd nullitas detecta potest à quocunque tertio opponi.

Quòd nullitas licèt exclusiva juris agentis non possit opponi à tertio absque præcedente declaratione illius, cujus favorem respiciat, Bich. *decis.* 43. *num.* 3.

26 Nullitas patens potest adeò allegari à quocunque tertio, ut post jus illi quæsitum de ea opponendi, & dicendi, eidem non obsit subsequens ratificatio, prout ex tunc, sed tantùm prout ex nunc à die ratificationis, quidquid sit in tacita ratificatione ex cursu temporis, quæ videtur retrotrahi ad tempus initi contractus, & potest allegari in Salviano, ad latè tradita per Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 16. *per tot.* Gratian. *discep forens. cap.* 27. *nu* 39. *&c. cap.* 124. *nu.* 22. *cap.* 225. *num.* 18. *cap.* 470. *num.* 23. *supra n.* 4. *&* 5. dixi *in §. Actus num.* 14.

De ratificatione quando retrotrahatur, vel non, vide Surd. *decis.* 245. *per tot.* & dixi *in §. Ratificatio n.* 3. 5. *&* 13. *infra num.* 31.

27 Nullitas sententiæ si possit incontinenti probari, potest allegari ad impediendam illius executionem, nisi tamen reus bina sententia succubuerit, Pract. Papp. *for. execut. sent. deff. glos. pr. num.* 5. *& seqq. cum Addit.* vide *in §. Executio n... supra num.* 10.

Riec. *Collect.* 1245. 5050. *&* 3379. Sanfelic. *in Prax. sect.* 60. *num.* 37. *& seqq.*

Quando nullitas attentata per viam ordinariam impediat executionem sententiæ, & possit inhiberi judici exequenti, latè Marr. Medic. *Exam.* 19. *& decis.* 32. *per tot. cum additionibus*.

Quòd nullitas non impediat executionem contractus, nec illius effectum retardet, donec per sententiam causa fuerit terminata, nisi possit incontinenti probari, & deducatur per modum excipiendi, Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 2. *&c.*

Quòd principaliter proposita non retardat executionem contractus, vel sententiæ, quando executio est retractabilis; proposita verò incidenter per modum excipiendi, vel simul cum appellatione, vel si executio sit irretractabilis impediat executionem, latè Vant. *de nullit. tit. quot., & quib. mod. null. in jud. propon. num.* 29. *& seqq. ad* 36. Marr. Medic. *Exam.* 29. *& decis.* 32. *per tot.* Sperel. *decis.* 72. *num* 18. *& seqq.* Scacc. *de appell. quæst.* 19. *remed. pr. conclus.* 4. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 17. *& seqq. fol.* 606. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 17. *per tot.* Abeccles. & Crescin. *obser.* 173. *part. pr.* Altim. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 3. *tom. pr.*

Florentiæ autem de consuetudine attenditur præventio in petenda executione sententiæ, vel in allegando ipsius nullitate, ita ut si habens sententiam pro se prævenerit in petenda executione, non possit impediri per allegationem nullitatis; Si verò habens contra se sententiam prævenerit in dicendo de nullitate coram judice, impeditur executio, donec de ipsa nullitate cognoscatur, ut testantur Castr. *in Auth. qua supplicatio C. de prec. Imper. offer.* Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 27. *nu.* 83. *et seqq.* Scacc. *de sent. et re jud. glos.* 14. *q.* 10. *nu.* 26. Card. Tusch. *lit. N, concl.* 135. *et* 136. dixi in Pract. §. *Nullitas n.* 21.

Quid autem si eodem tempore fuerit allegata nullitas, & petita executio? vide *in §. Restitutio nu.* 5. Sed hodiè dicta præventio, vel garrulitas Florentiæ fuit sublata per reformationem editam de anno 1678. & res reducta ad terminos juris.

Qualiter etiam post executionem sententiæ possit dici de illius nullitate, quæ si constet in actis, possit decidi absque novis terminis, & tela judiciaria, Sanfelic. *decis.* 96. *per tot.*

28 Nullitas primæ sententiæ, vel primorum actorum, qualiter influat in omnes sequentes, ita ut opus sit novo judicio ex integro, Gratian. *discept. for. cap.* 234. *per tot. et cap.* 701. *nu.* 19. vide *in §. Obligatio num.* 4.

Nullitas tamen circa sententiam non inficit totum processum, sed tantùm sententiam, Cornaz. *decision. Luc.* 14. *n.* 3. Paul. Christin. *dec. Belg.* 347. *n.* 20. *vol. pr.*

29 Nullitas ob non solutam gabellam potest allegari etiam ab eo, qui tenebatur eam solvere, quamvis videatur allegare propriam turpitudinem, & defectum, Rot. *Flor sub die* 20. *Maii* 1597. *lib. mott.* 80. Card. Tusch. *litt. N, concl.* 134. *per tot. supra num.* 19.

De nullitate actorum, & sententiæ ob nō solutionē gabellæ à litigantibus Florentiæ pro instrumentis, & aliis scripturis publicis, & privatis exhibitis propter solam productionem, Cabal. *con. decis.* 23. *per tot. lib.* 2. vide *in §. Gabella*.

30 Nullum ab initio an, & quando possit tractu temporis, vel consensu, sive alio jure superveniente convalidari, vel non, quando nulliter gesta possint infirmari, & alia, plenè Tusch. *litt. N, conclus.* 143. *cum pluribus seqq. per tot.* Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 64.

Qualiter ad reparandas nullitates, possint unico contextu acta repeti, & renunciari, & posteà ea illis validè sententia ferri, Afflict. *decis.* 262. *nu.* 8. Vant. *de nullit. tit. ult. nu.* 88. Scacc. *de sent. & re jud. glos.* 14. *quæst.* 16. *n.* 18. *de appellat. quæst.* 15. *num.* 335. Non tamen per modum reconvalescentiæ, sed per modum novi consensus, ad Dec. *cons.* 549. *& cons.* 661. *propè finem*, & Vant. *loc. cit.* Ita ut hæc repetitio actorum fieri debeat de utriusque partis consensu, Bart. *in l. mutari num.* 3. *ff. de Procurat.* Abb. *in cap. venerabilis nu.* 16. *de*

jud. & *in cap. fin. n. 2. de probat.* Felin. *in c. præsentata n. 8. de testibus*, Scacc. *de appellat. quæst.* 15. *n.* 336. Maiant. *in prax. part.* 5. *n.* 45.

Intelligendo etiam in dependentibus à potestate partium, secùs autem in aliis non dependentibus à potestate partium, vel exigentibus certam formam, ne de facili fiat fraus legi, Abb. *in d. cap. venerabilis n.* 16. Felin. *in c. præsentata n.* 8. & vide Scacc. *de appellat. d. quæst.* 15. *n.* 335. facit quod dixi *in §. Instantia n.* 20.

31 Nullitas ex defectu mandati sanatur per ratificationem gestorum, etiam post oppositionem exceptionis falsi procuratoris, & post conclusionem in causa, & post sententiam, *l. licet*, ubi D.D. *ff. de jud.* Natt. *cons.* 126. Gigas *cons.* 85. Buccafer. *cons.* 204. *lib. pr.* Latissimè Brunnemann. *in dict. l. licet ff. de Judic.*

Secùs tamen esset quando jam lata esset sententia super nullitate processus, & nullus declaratus ex dicto defectu mandati, nam tunc non amplius sufficeret ratificatio ad sanandum dictam nullitatem, sed tantùm de novo potest agi, quia secuta hac sententia nullitatis, res non est amplius integra, sed quæsitum est jus parti, cui maximè præjudicaretur si ratificatio retrotraheret, nec pariter sanatur nullitas per ratificationem, quando pars adversa protestavit nolle cum eo litigare, nisi si & in quantum haberet legitimum mandatum, & sufficiens, & alia ad rem, Cæpol. *caut.* 5. Buccafer. & alii supracitati, cum aliis, quos ego allegavi *in §. Ratificatio n.* 3. 5. & 13.

32 Nullitas sententiæ criminalis qualiter possit allegari à condemnatis carceratis, imò etiam à contumacibus per procuratorem, quando esset notoria, & ex actis resultans, Franch. *dec.* 232. & 688. ubi tamen quoad contumaces reclamante fisco fuit suspensa resolutio, ut dixi *in §. Bannitus n.* 29. *vers. imò etiam*, & *in §. Procurator n.* 9. adde D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. cap.* 14. *n.* 34. & 35. ubi benè probat non esse admittendas, & discutiendas nullitates, nisi ipsismet condemnatis in carceribus constitutis, dictamque decisionem Franchi non fuisse servatam, nec in praxi servari, & allegat Novar. *dec.* 14. Mastril. *decis.* 161. *n.* 27. & *seqq.* Scyal. *in prax. for. judic. cap.* 12. *n.* 14. & *alios*; sicut etiam non fuit admissa Florentiæ me informante sub die 11. Januarii 1679. ab incarnatione, ut in filcia supplicationum dicti temporis in Cancellaria Dominorum Octo sub nomine Joannis Baptistæ Nani *num.* 576. Latè Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd nullitas sententiæ declarata quoad unum ex condemnatis in manus Curiæ detentum, non prosit aliis consociis pro eodem delicto condemnatis, quando personam carcerati tantùm respicit, puta quia esset minor; secùs autem si nullitas acta ordinatoria respiciat, nam tunc videtur etiam aliis pro eadem causa condemnatis prodesse, ad Franch. *dec.* 467. Clar. *quæst.* 94. *n.* 4. Farinac. *quæst.* 101. *n.* 27. Gizzarel. *dec.* 12. *nu.* 5. Fulvi. Majoran. *d. cap.* 14. *num.* 59.

33 Nullitas non incurritur quando fit aliquid contra statutum pœnale, sed sufficit solvere pœnam, ubi non adest clausula actus annullativa, ut dixi *in §. Actus n.* 6. & *§. Forma n.* 2. *vers. Quod nullitas*, & latè probat Granaver. *decis.* 43. *per tot.* & *cons.* 9. *n.* 7. & *seqq.* ubi distinguit nam aut dispositio legis procedit affirmativè ordinando aliquid fieri sub pœna, & tunc ordine non servato incurritur pœna, sed non nullitas, aut procedit prohibitivè sub pœna, & tunc agendo contra prohibitionem pœnalem committitur utrumque, scilicet nullitas, & pœna, ut ex pluribus ibidem probat *fol. mihi* 153. ubi etiam *n.* 3. videtur intelligere de nullitate resultante in præjudicium contrafacientis legi, non autem in præjudicium tertii, cùm pœnæ suos debeant sequi auctores, & non alios, ut etiam benè animadvertit Mart. Medic. *dec.* 28. *n.* 3.

34 De nullitatibus diversis multa decisa refert Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. 2. & 3. *sect.* 2. *verb. Nullitas*.

35 De nullitatibus in universum item plenissimè scripsit Altimar. *tract. de nullitat.* & particulariter alii citati ab Ægid. Castejon. *Alphab. jurid. verb. Nullitas, nullum*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 214. &c. Em. De Luc. *in Judic. general. verb. nullit.* & *alibi*. Brunnemann. Castald. Bertachin. Piton. Ursay. Rocc. Ansald. Emerix Caprar. Mantiss. ad eumd. De Luc. Mans. Palm. Constant. & alii moderni, & omnium latissime Blasius Altimar. in ejus eleganti, & copioso tractatu *de nullitatibus*, ut dicam infra *n.* 66.

Quod de nullitate possit cognoscere judex appellationis, sicut etiam de meritis, imò etiam de meritis rejecta nullitate, quando æquè principaliter fuit appellatum super injustitia sententiæ, atque nullitate, & quando de nullitate evidenter non docetur, quia sententia quamvis nulla sit, si justa reperiatur, potest confirmari, & Rota Romana non attendit nullitates sententiarum, quando justæ sunt, & parvipendit validitatem, si injustæ reperiantur, ut latè deducit Rot. *Luc. in Lucana incursæ caducitatis* 23. *Febr.* 1686. coram Bernardino Augustino, registrata per Jacob. Balduc. in observat. ad Ramon. *dec.* 35. *n.* 3. & *seqq.*

Nullitates si proponantur coram Judice requisito sæculari, an debeant cognosci ab ipso, vel sint remittendæ ad Judicem Ecclesiasticum Crescin. ad Abeccles. *obser.* 178. *n.* 3. *part. pr.* Et quid in aliis Judicibus sæcularibus Idem *ibidem n.* 4. 36

Nullitas tituli quomodo sit probanda ad impediendum ultimum statum Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 36. *n.* 21. *tom. pr.* 37

Observantia interpretativa fundationis deducitur quoque ex actu nullo Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 95. *n.* 8. *tom.* 2. 38

Nullitas in alicujus favorem inducta non retorquetur in ejus odium, Idem Episc. Piton. *loc. cit. alleg.* 70. *n.* 16. *tom.* 2. 39

Quæ nullitates sint insanabiles Piton. *de Jurep. alleg.* 57. *a num.* 48. & 74. *tom.* 2. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 30. *n.* 19. & 20. Fatinell. *cap.* 52. *a n.* 9. 40

Nullitates ex tribus, nempe Jurisdictionis, Citationis, & mandati sunt insanabiles etiam in Signatura Gratiæ Idem Piton. *loc. cit. a nu.* 23. 27. 45. & 74. Et hæ tres solùm attenduntur in statu ecclesiæ Fagnan. *in c. in nomine Domini n.* 47. *de Testibus*.

Nullitas obiici non valet, quando inde magna instrumentorum strages sequeretur, fieretque seminarium litium cum maximo Reipublicæ detrimento Gratian. *cap.* 756. *n.* 59. Achill. *dec.* 4. *in fin. de Constit.* Rot. post Zacch. *de Societ. Offic. decis.* 31. *n.* 16. Rocc. *disp. jur. cap.* 157. *n.* 3. 41

Nullitas quoties specificè est opposita, ante omnia, parte instante, super illa est pronunciandum, non aggrediendo merita causæ Rocc. *loc. cit. cap.* 258. *n.* 3. 42

Nullitas contractus observati per receptionem partis pretii non potest allegari ab eodem observante Surd. *cons.* 104. *per tot.* Rocc. *loc. cit. cap.* 182. *n.* 45. Vide infra *n.* 46. 43

Nullitas præscribitur etiam contra Ecclesiam, sivè agendo, sive excipiendo Emerix jun. *dec.* 1139. *n. pr.* Et præsertim in materia alienationis rei ecclesiasticæ Idem Emerix jun. *dec.* 803. *nu.* 16. 44

Nullitas actus impedit effectus Juris, non autem ipsum factum, in quo consistit contraventio, & quod haberi non potest pro non facto Caprar. *dec.* 75. *n.* 12. & 13. *part. pr.* 45

Nullitas primi contractus allegari amplius non potest post superventum secundum contractum in illius comprobationem Caprar. *decis.* 228. *num.* 33. *part. pr.* 46

Declara conclusionem procedere in contractu destituto tantùm materialibus, & extrinsecis solemnitatibus, secus est in nullitate contractus proveniente a defectu, vel falsitate causæ Caprar. *ibidem n.* 35. *et* 36.

Nullitas proponitur ab allegante contractum simulatum Rube. *de confess. Jur. cap.* 18. *num.* 248. Et relinquitur arbitrio agentis sincere contra simulata contrahentem Idem Rub. *loc. cit. nu.* 249. *et cap.* 29. *n.* 73. 47

Nul-

48 Nullitas allegari nequit ab eo contra quem illa fuit inducta Marin. *resol. tom. pr. cap.* 288. Altim. *de nullit. rubr.* 4. *quæst. pr. et* 2. *tom. pr.* Rube. *de de confuss. cap.* 19. §. 2. *a* n. 72.

49 Quomodo differat nullitas ab injustitia latè Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 3. *sect. pr. n.* 47. *et* 48.

50 Nullitas tituli, nisi sit notoria, & inexcusabilis non inducit malam fidem Fontanell. *dec.* 442. n. 21. *et* 22. Baldue. *tit.* 4. *dec.* 32. n. 49.

51 Nullitas obligationis unius influit in alios non prohibitos, ubi sit merè fidejussoria, secùs ubi sit æquè principalis De Luc. *de Alien. disc.* 18. *nu.* 10. *in fin.*

52 Nullitas dari potest absque pœnarum incursu, & de distinctione inter nullitatem actus, & pœnarum incursum De Luc. *de Regul. disc.* 55. *n.* 5.

53 Nullitas commissa in aliquo actu non tollit, quin refectis expensis reiterari valeat De Luc. *de Benefic. disc.* 17. *sub n.* 13.

54 Nullitas alienationis bonorum Ecclesiæ quando secum trahat restitutionem fructuum De Luc. *de Alienat. disc.* 1. *n.* 106. Et vide eumdem *in Indic. verb. alienatio bonorum ecclesiæ.*

55 Nullitas non potest dici notoria, quando super ejus decisione Judex variavit, vel dubitavit De Luc. *de Benefic. disc.* 47. *n.* 22. Rot. *dec.* 652. n. 7. *part.* 2. *rec.*

56 Nullitas primæ pensionis influit in secundam, si exiit per viam translationis, secùs si per viam reservationis ex integro De Luc. *de Pens. disc.* 50. *n.* 21. *et in indice verb. pensio quoad nullitates.*

57 Nullitas reddit causam appellabilem, licèt executivam De Luc. *de Judic. disc.* 37. *n.* 66. Idque cum brevi, & extrajudiciali disputatione, Idem De Luc. *de Judic. disc.* 38. *n.* 7. *in fine.*

58 Nullitas in prima, & secunda instantia non opposita amplius allegari non potest Parex. *de Instr. Edit.* §. 3. *n.* 117. Rot. *dec.* 271. *num.* 18. coram Ubald. ead. Rot. *dec.* 74. *num.* 1. coram Rembold. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 13. *decis.* 8. *la seconda nu.* 8. *vol.* 4.

59 Restitutio in Integrum non intret stante nullitatum remedio, vide Merlin. *dec.* 1. Staiban. *resol. & obser.* 55. Carl. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 70. *n.* 5. *&* 6.

Nullitatis, & restitutionis in Integrum remedia cumulari possunt Bellamar. *dec.* 298. Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu.* 6. *n.* 6. *& quæst.* 8. *tom. pr.* Abecelef. & Crescin. *obser.* 172. *part. pr.* ubi hoc declarant.

60 Si dilationes non dentur, vel dentur minus breves, non est proditum remedium nullitatis sed appellationis Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *q.* 12. *nu.* 3. *tom.* 2. Abecelef. & Crescin. *observ.* 46. *part. pr.*

61 In dubio contra nullitatem judicatur Bald. *in l. cum quam col.* 11. *C. de fideic.* Egid. *conclus.* 125. *& dec.* 340. *n.* 3. *in noviss.* Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst. pr. n.* 24. *tom.* 1.

62 Nulliter fieri, & non fieri paria sunt Rub. *de confuss. Jur. cap.* 19. n. 81. Crescin. ad Abecelef. *obser.* 101. n. 12. *part. pr.* Cabron. *lucubr.* 47. *n.* 25.

63 Quod est nullum nullum producit effectum Rub. *loc. cit. cap.* 10. *un.* 56. *& cap.* 19. *num.* 47. Cabron. *lucubr* 17. *n.* 20.

64 Quod nullum est ab initio per approbationem non convalidatur Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *dec.* 33. n. 4. *vol. pr.* Royas *dec.* 491. n. 19.

Nullitas intrinseca jam acceptata per impugnationem, amplius approbari, & convalidari non potest Surd. *cons.* 136. *n* n. 29. Berlich. *conclus. legal. part.* 3. *conclus.* 16. *s. b* n. 37. Mantiss. *dict. lib.* 9. *decis.* 51. n. 13. *& decis.* 52. *n.* 10. *ead. lib.* 9. *vol. pr.*

Postquam nullitas est deducta in Judicium nec per Principem sanari potest Rot. *dec.* 114. num. 8. *part.* 12. Mantiss. *dict. dec.* 51. *n.* 13. *lib* 9. *vol. pr.*

65 Nullitas professionis an operetur, ut egressus e religione recuperet bona renunciata De Luc. *de Renunc. disc.* 17. n. 4. *& in indice verb. professio quoad nullitatem.*

66 Nullitatis definitionem latè explicat Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. tom. pr.*

Nullitas an sit actio, exceptio, vel officium Judicis Altimar. *loc. cit. n.* 25. *&* 26.

Nullitas ad quid deserviat Altimar. *ibidem num.* 30. nullitas undè derivetur, & originem traxit Idem Altimar. *loc. cit. quæst.* 2. quotuplex sit nullitas, & quot modis proponatur Altimar. *supr. quæst.* 13. In quo differat nullitas ab appellatione, a reclamatione & supplicatione, a restitutione in integrum, a querela, a revisione, a recursu, a reductione ad arbitrium Altimar. *quæst.* 4. *& seqq.* nullitas an sit remedium favorabile, vel odiosum, & quo jure fuerit inventum Altimar. *quæst.* 11. *&* 12. De modo & ordine videndi processus, & cognoscendi numquid decreta, sententiæ, lauda, & arbitramenta sint ex aliquo defectu nulla Altimar. *ubi supr. rubr.* 2. Quis sit Judex competens nullitatis contractus, & plura de remedio *l. diffamari & l. si contendant* Altimar. *rubr.* 3. *quæst. pr.* nullitas interlocutoriæ coram quo Judice debeat intentari *ibid. q.* 2. nullitates an debeant discuti coram judice superiore, vel inferiore *quæst.* 4. *et seqq.* an Judex possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ definitivæ *qu.* 7. *cum seqq.* Quis possit dicere de nullitate, an tertius veniens ad causam, an excommunicatus, an contumax, an bannitus, an forjudicati Agnatus, Consanguineus, Amicus, an Procurator an confessus, an convictus, an captus in flagranti, an notorius delinquens, an aufugiens fractis carceribus, an condemnatus reddere rationem, an condemnatus pro debito publico vel fiscali, an renuncians nullitati, an fiscus, an fidejussor, an socius, an cohæres Altimar. *rubr.* 4. *per tot.* An quælibet sententia, & a quocumque etiam maximo magistratu prolata per nullitatis remedium possit impugnari Altimar. *rubr.* 5. *per tot.* Quot, & quibus modis nullitas in Judicio proponi, & super ea libellus & sententia concipi, & formari possit, & a quo, & quibus modis possit, & debeat nullitas probari & intra quod tempus, & quos juris effectus pariat *rubr.* 6. 7. *&* 8. De nullitate ex defectu jurisdictionis ordinariæ, & delegatæ ex defectu mandati, citationis, & processus *rubr.* 9. *& seqq. tom.* 1. *et* 2. De nullitatibus omnium contractuum Idem Altimar. *tom.* 3. 4. 5. 6. 7. *&* 8. qui omnium latissimè hanc materiam pertractat, ideoque Lectorem ad eumdem remitto.

Nullus est dictio universalis negativa, quæ restrictionem non patitur Fagnan. *in cap. multa n.* 85. *ne cler. vel monac. & in cap. nulli n.* 2. *de reb. eccles. non alien.* 67

Nullatenus dictio importat nullitatem actus ipso Jure Fagnan. *in cap. qui præsbyterum n.* 82. *de pœnit. & remiss.* Et habet vim Decreti irritantis *ibid. num.* 83. 68

De locis nullius Diœcesis Fagnan. *in cap. nullus a nu.* 10. *cum pluribus seqq. de Paroc. in cap. cum dilectus a nu.* 21. *de relig. domib. et in Indic. verb. exempti, et verb. visitatio locorum.* Card. De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 33. *n.* 40. *et* 41. *disc.* 16. *nu.* 7. *et in Indic. verb. Prælatus inferior.* 69

§. NUMERATIO. XL.

NUmeratio pecuniæ probatur per assertionem notarii, quòd Titius dederit, & numeravit, maximè si dicat verè & realiter, & cum effectu, Cens. *de cens. quæst.* 51. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 387. n. 35. *&c. cap.* 628. n. 1. *&c. cap.* 796. n. 1. *etc. cap.* 879. *per tot. cap.* 952. *n.* 13. *etc.* Sperel. *dec.* 27. *n.* 7. *et* n. 20. Ricc. *Collect.* 3126. Ludovis. *dec.* 459. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 333. *per tot.* ubi plura ad excludendam numerationem, & solutionem pecuniæ, etiam si videatur colligi ex verbis notarii, & in terminis pensionis, & sic fuit confirmata prima decisio in eadem causa coram Bichio inter impressas ejusdem *dec.* 19. *et dec.* 214. Altim. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *qu.* 23. num. 418. *tom.* 4. Hermosill. *leg.* 9. *tit.* 1. *gloss.* 7. *n.* 27. *part.* 5. infra num. 12. 1

Quòd probetur per verba, habuit, & recepit in tot monetis &c. Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 187. *n.* 24. Bich. *dec.* 584. ubi respondet pluribus contrariis,

et dec. 617. in esdem causa. Altimar. *loc. cit. num.* 420. *et seqq.* ubi latè. Fontanell. *de Pact. tom.* 2. *clauf.* 14. *gloss. unic. part. pr. n.* 14. *et* 15.

Quomodo per verba notarii probetur actualis numeratio, etiam si dictum fuerit antè præsentem contractum, Gratian. *dec.* 228. *per tot.* Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 355. *et* 375. Bich. *dec.* 584. *per tot.* Cenc. *d. q.* 51. *n.* 11. *et seqq. per tot.* Rot. *d. decis.* 344.

Qualiter in constitutione census debeat concurrere de tempore ejusdem impositionis sub pœna nullitatis, Merlin. *dec.* 173. Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 140. *n.* 4. *etc.* ubi ex quibus verbis probetur, & vide Cenc. *de cens. d. q.* 51. Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 80. *n.* 2. ubi quòd verba, *præsentialiter, et incontanti*, optimè probant numerationem, vide *in* §. *Census num.* 4. *et* §. *Pretium n.* 7. *etc.* Vide Rotam coram Ansald. *dec.* 74. *n.* 16.

Quòd numeratio pecuniæ sit duplex, alia civilis, sive ficta, quando novum debitum convertitur in mutuum, vel alio modo; alia naturalis, & vera, & quomodo possit excusari notarius, qui fecit mentionem in instrumento denumeratione, si testes contradicant, Tusch. *lit. N, conclus.* 150. *per tot.* vide *in* §. *Notarius n.* 18.

2 Numeratio pecuniæ enunciata in apoca, vel instrumento, potest ex conjecturis dici, & probari simulata, stante causa simulandi, quæ non est præcisè probanda, sed sufficit quod à partibus fuerit opinata, & stante simulatione omnes clausulæ quamtumvis prægnantes, & juramentum non operantur ex defectu consensus, & multas conjecturas in id cumulat Rot. *in Avenion simulationis* 29. *Januarii* 1635. coram Panxirolu *in Novis. part.* 7. *decis.* 27. *et* 28. *per tot.* ubi in materia census, Cenc. *de cens. dict. q.* 51. *n.* 2. *vers. ad hanc autem etc.* Ludovis. *dec.* 459. ubi respondet aliquibus conjecturis simulationis, concludens pro vera numeratione in terminis census.

3 Numeratio pecuniæ an probetur per ablativum absolutum, vel gerundium, dixi *in* §. *Ablativus num.* 8.

Quòd numeratio tamquam consistens in facto, nullo temporis cursu præsumatur, sed ab allegante sit probanda, qualiter autem, & in quibus casibus probetur per confessionem de recepto, vel non; quomodo per juramentum, in quo notarius de numeratione testetur, vel utatur verbis numerationem denotantibus, vel per testes, qui interfuerint numerationi benè explicat Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1115. 1116. *et* 1117. *per tot.*

E contra etiam non numeratam fuisse pecuniam qualiter possit probari per partis confessionem, vel per testes, qui interfuerunt, dicentes nullam fuisse factam numerationem eo tempore, & loco, quo asseritur, & aliis modis, idem Mascard. *loc. cit. conclus.* 518. *per tot.* vide *in* §. *Exceptio n.* 42. *et seqq.* ubi plura notabilia de exceptione non numeratæ pecuniæ

Quòd numeratio, sive exbursatio pecuniarum facta inter domesticos parietes probetur per confessionem ipsius exbursantis, junctis testibus familiaribus, quia ea, quæ fiunt inter domesticos lares aliis probationibus melius non innotescunt quàm testibus familiaribus, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 57. *num.* 19. & *seqq.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 61.

4 De numeratione pecuniæ non sequuta, & sic de exceptione non numeratæ pecuniæ, ac de numerationis simulatione, & alia, Ant. Gob. *consult.* 87. & *seqq.* cæterique relati à moderno Com. August. Fontan. *Biblioth leg. part.* 5. *verb. Numeratio, fol.* 217. & dixi ego pleniùs in §. *Exceptio num.* 41. & *seqq.* De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *de nullit.* Palm. Mans. & alii moderni.

5 Numeratio pecuniæ, ex quibus probetur, præsumatur, vel potiùs excludatur ad effectum tollendi, vel admittendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, Cyriac. *controv.* 590. & 664. *per tot.* vide *in* §. *Exceptio n.* 42. & *seqq.*

6 Numeratio pretii debet fieri in præsentia Notarii, & Testium, nam si partes numerationem fateantur, tunc tantùm de tali confessione partium, non autem de numeratione notarius fidem facere potest, aliàs in crimen falsi incideret Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 23. *n.* 403. *tom.* 4.

7 Numerata pecunia est forma, & materia pretii Bald. *in l. pr. C. de rer. permut.* Tiraquel. *de Retract.* §. *pr. gloss.* 14. *num.* 44. Rub. *de Consuet. Jur. cap.* 18. §. 8. *n.* 257.

8 Ad validitatem census juxta dispositionem Bullæ Pii V. requiritur numeratio pecuniæ, præsentibus Notario & testibus in actu celebrationis instrumenti, & non sufficit pecunia antea verè debita, & hoc requiritur pro forma. Andreol. *contr.* 226. Leotard. *de Usur. q.* 59. & 60. Urceol. *de Transact. qu.* 41. *n.* 7. Caren. *resol.* 201. Rocc. *cap.* 126. De Luc. *de Cens. disc.* 2. *n.* 4. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. n. quæst.* 23. *n.* 320. *tom.* 4. ubi quod non sufficit, si pretium consistat in argento, vel auro rudi.

9 An sufficiat, si pecunia sit præsens, & partes habeant illam pro numerata De Luc. *de Cens. disc.* 4. *n.* 4. & 6. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 80. 113. & 436. *n.* 3. Altimar. *ubi supra n.* 393.

10 Probatio numerationis pecuniæ, & receptionis ejusdem debet fieri per legitimas, veras, & concludentes probationes Mans. *consult.* 287. *n.* 10. & 11. Altimar. *n.* 396.

Nec sufficit probatio adminiculata Rot. *part.* 9. *rec. tom. pr. dec.* 20. *n.* 17. Altimar. *loc. cit.*

11 Numeratio præsumitur, & sufficit pro validitate census, si appareat de solutione annui census per plures annos. Altograd. *cons.* 19. *n.* 3. 5. & 11. *lib. pr.* Rot *dec.* 391. *n.* 14. & *seqq. par.* 17. *rec.* Altimar. *de Nullit. loc. sup. cit.* n. 400. *ad* 402.

12 Numeratio non est necessaria in censu vitalitio in actu instrumenti, sed sufficit fuisse antea pecuniam numeratam vel vere debitam, ita ut sufficiat confessio debitoris de recepto concurrentibus adminiculis exceptionem non numeratæ pecuniæ excludentibus Ludovis. *dec.* 156. *num.* 3. Ciarlin. *controv.* 235. *n.* 20. *et* 21. Altimar. *de Nullit. ubi supra.*

13 Numeratio pecuniæ probatur ex assertione facta à Notario *in* præsentia testium. Cenc. *de Cens. qu.* 51. *ex n.* 3. *cum plur. seq.* Palm. Nepos *decis.* 286. *ex n.* 14. *tom.* 3. Vide supra *n.* 1.

14 Numeratio ad ejus justificationem requirit actum, qui oculis corporeis subjiciatur. Olea *de cession. jur. lib pr. quæst.* 3. *n.* 29. Palm. Nep. *dec.* 69. *num.* 21. *tom. pr.*

15 Numeratio simplex pecuniæ non sufficit in censu, sed requiritur, ut dominium transeat in recipientem. Scacc. *de comerc. et camb.* §. *pr. quæst. pr. n.* 211. Palm. Nep. *all.* 252. *n.* 3. *tom.* 3.

16 Numeratio pecuniæ in censu requiritur in ipso actu celebrationis instrumenti, ita ut ante, vel ex post facta non suffragetur Duard. *de Censib.* §. 2. *quæst.* 7. *per tot. et præcipuè n.* 9. Palm. Nep. *dict. all.* 252. *n.* 17. *d. tom.* 3.

Numeratio pecuniæ, quæ non tendit ad translationem dominii habet vim simplicis monstræ. Pal. Nep. *d. all.* 252. *n.* 4.

17 Numerationis simulatio ex quibus probetur Ruin. *cons.* 144. *nu.* 12. *lib.* 4. Paris. *cons.* 86. *nu.* 30. *lib.* 3. Palm. Nep. *all.* 74. *n.* 14. *tom. pr.* Ex quibus excludatur. Palm. *ibid.*

18 Numeratio arguitur ex descriptione in libris mercatorum. Honded. *cons.* 42. *n.* 9. *vers. Et quia lib. n.* Rot. cor. Peutieg. *dec.* 197. *n. pr.* Palm. Nep. *dict. all.* 74. *n.* 45. *et all.* 75. *n.* 42.

19 Numeratio vera, & realis pecuniæ dicitur habita ex traditione cedulæ bancariæ Balduc. *de Prælat. tit.* 2. *decis.* 7. *n.* 20.

§. NUMERUS. XII.

1 NUmerus septem testium in testamento est de forma substantiali, non probatoria. Jas. *in l. pr. n.* 17. *ff. de condit. indeb.* Clar. §. *Testamentum quæst.* 56. vide *in* §. *Testamentum.*

2 Numerus pluralis quando resolvatur in singularem, & è contra quando singularis in pluralem, latè

istè Gratian. *discept. forens. cap.* 229. *per tot. c.* 621. *n.* 30. *etc. cap.* 741. *nu.* 11. *etc. cap.* 774. *n.* 45. *etc. cap.* 788. *n.* 25. vide in §. *Pluralitas n....* latè Em. De Luc. *In Indice general. verb. numerus* Vide Castald. *consult.* 195. *n.* 15. *tom.* 2. Palm. nep. *dec.* 424. *n.* 49. *tom.* 5.

Quòd numerus singularis in ultimis voluntatibus sæpe accipiatur pro plurali, Altograd. *cons.* 89. *nu.* 56. *lib.* 2. Et quòd numerus singularis comprehendat pluralem quando non sumus in materia odiosa, Cravett. *cons.* 161. *n.* 4. Felin. *in Margar. var. concius. verb. Numerus fol.* 20. *col.* 2.

An, & quando unitas, & numeri principium faciat numerum, & dicatur numerus, Jas. *in auth. qui rem n.* 16. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Tusch. *litt. N, conclus.* 151.

3 Quòd numeri aritmetici, sive per abacum scripti, non sufficiant ad inducendam obligationem, maximè in testamentis, sed debeat esse per scripturam, an sufficiat per abbreviaturas, aut cifras, & alia, Alex. *consil.* 146. *n.* 24. *& 25. lib.* 5, cum aliis per Cyriac. *controv.* 64. *per tot.*

4 De numero, ejus necessitate, partibus, & inventione, ac de aliquibus numeris particularibus, plura indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Numerus, Aureus Numerus*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 218. *&c.* Fagnan. *sup. Decr.* Altimar. De Luc. Mans. Palm. & alii recentiores.

5 Quòd numerus singularis quandoque plus significet quam pluralis, *l. in usu* 158. *ff. de verb. signif.* & exemplificat Cyriac. *controv.* 101. *n.* 15. *& seqq.* Et pluralis numerus non verificetur in uno, *l. fin.* ubi Cuman. *ff. ad trebell.* Surd. *dec.* 210. *nu.* 9. Cyriac. *controv.* 100. *n.* 14.

Numerus pluralis non contentatur uno Rot. coram Caprar. *dec.* 295. *n* 7. *part. pr. pag.* 472. Vide De Luc. *de Fideicom. disc.* 52. *n* 3.

6 Numerus testium non supplet defectus Vivi. *com. opin.* 931. *nu.* 17. *tom.* 3. Bajard. Parmens. ad Clar. *quæst* 47. *n.* 11. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 11. *sub n.* 2.

7 Numerus tornaturarum quando fuit inceptum a corpore, censetur stare potius demonstrativè, quàm taxativè, secus si fuerit inceptum a numero Ansald. *dec.* 69. *n.* 17.

8 De duplici specie Canonicorum, & quando per illorum introductionem frangatur antiquus numerus Piton. *de Jurepatr. alleg.* 46. *nu.* 10. *tom.* 2. & an, & quando numerus Præbendarum frangatur Fagnan. *in cap. cum M. n.* 50. *de Præbend.*

9 Numerus excessivus debet ad suos limites reduci Idem Piton. *loc. cit. alleg.* 9. *n.* 46. *tom. pr.* Et numerus effrænatus vocalium reducitur Fagnan. *in c. quia propter §. illud autem n.* 9. *de Elect.*

10 Numerus singularis in contractibus non potest referri ad plures Surd. *cons.* 396. *n.* 9. *vol.* 3. Ludovis. *dec.* 433. *n.* 7. Palm nep. *alleg.* 120. *n.* 6. *tom.* 2.

11 Numerus singularis, & pluralis quando non differant in testatoris dispositione Palm. nep. *dec.* 346. *nu.* 11. *tom.* 4. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 41. *de Fideicom. disc.* 52.

12 Numerus trium testium an sit de essentia scripturæ privatæ, ut instrumenti vim habeat Genu. *de privata scriptur. lib.* 1. *quæst.* 16. *concl.* 3. Altim. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 5. *n.* 114. *tom.* 3. Vide *in hoc Oper.* § *Testes n.* 45. ubi nonnulla circa hanc materiam.

13 Numerus in monasteriis constituendus latè Fagnan. *sup. Decret. in Indic. general. verb. Monasterium quoad præfixionem numeri.*

14 Numerus, & pars quando fiat à Fœmina Card. De Luc. *de Legit. disc. pr. n.* 19. *& disc.* 2. *& seqq.* Quid de renunciante. Card. De Luc. *de Renunciat. disc.* 3. *sub n.* 4. *remissivè de success. disc.* 43. *nu.* 8.

15 Numerus par est magis congruus, & usitatus, quam impar in votis dand. Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 54. *n.* 10.

16 Numerus Abbaealis adhibendus non est in appositione mensis anni, vel diei, sed sunt apponendi per extensum. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 37. *n.* 25.

Numerus duodecim Filiorum facit immunem à 17 quacumque onere reali, & personali, Bursatt. *cons.* 161. *num. pr.* Paschal. *de patr. pot. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 8. *& seqq.* Gatt. *cons.* 6. *n.* 53. Et dicta Immunitas non comprehenditur sub generali revocatione, sed requiritur specialis mentio. Surd. *cons.* 325. *n.* 8. Rot. *dec.* 645. *n.* 5. *part.* 3. *rec.* Gatt. *d. cons.* 6. *n.* 54. *& 55.*

§. NUNCIATIO Nov. Oper. XIII.

NUnciatio novi operis, quid sit, qua ratione 1 sit permissa, quid operetur, quomodo remittatur, & alia ad intelligentiam terminorum tradunt communiter DD. *in leg. pr. ff. de oper. nov. nunc.* Tusch. *litt. M, conclus.* 122. *& seqq.* Paul. Christ. *dec.* 148. *vol.* 4. Merlin. *decis.* 472. Sanfelic. *decis.* 379. *cum Addit.* Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 100. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 552. *& seqq.* Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 70. Costa *de remed. subsid. remed.* 212. *per tot.* ubi qualiter sit remedium subsidiarium, & alia de hac materia, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. libr.* 2. *Rubr.* 70. *per tot.* Florid. Mauson. *de accus. execut. ampliat.* 38. *per tot.* vide Nicoli. *Elucubr. utriusq; Jur. Inst. Imper. tit. de Interdict. num* 95. Vide Brunnemann. *in dict. ff. tit. de oper. nov nunciat.*

Nunciatio prædicta dicitur quædam appellatio ex- 2 trajudicialis, & est metuenda sive justa, sive injusta sit ad inferat inhibitionis, ita ut omnia in contrarium gesta sint revocanda privilegio attentatorum, etiam si nuncians nullum jus haberet, nisi petierit litem contestari super meritis, quia tunc esset expecta. de decisio causæ principalis, cùm attentata debeant opponi ante contestationem, & ideò nuncians debet esse cautus in petendo priùs revocationem attentatorum, antequam cognoscatur de juribus partium, latè Gratian. *discept. for. cap.* 84. *per tot. cap.* 384. *n.* 28. *& per tot.* Merlin. *dec.* 472. Magon. *decis. Luc.* 29. *per tot.* Utcrol. *consult. forens. cap.* 30. *n pr. &c.* ubi quòd procedit etiam in minore, Lancellot *de attent. part.* 3. *cap.* 28. *nu.* 63. ubi quòd nunciatio novi operis celeritatem desiderat, potest omnibus diebus etiam feriatis, & omnibus personis etiam fabris, & pupillis fieri, habet vim inhibitionis, & quidquid fit post illam, sive jure, sive injuria revocatur remedio attentatorum, Tusch. *litt. N, conclus.* 123. *& 124. per tot.* ubi qualiter sit facienda, ut habeat effectum, & operetur demolitionem postea ædificii, quando secut, & qualiter succedatur nunciato, ut possit remissionem nunciationis à judice obtinere, Ricc. *Collect.* 1352. Vivi. *comm. opin.* 554. Thes. *dec* 204. Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 162. *n.* 6. *& 7.* ubi quod sufficit, ut fiat personis præsentibus & ipsis fabris, vel opificibus operantibus, nec est necesse, ut fiat domino, vide Modern. Catol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Nunciatus de novo opere, licèt offerat satisda- 3 tionem de illo demoliendo quatenus jus ædificandi non habeat, si hujusmodi satisdatio non fuerit per nunciantem acceptata, debet per tres menses desistere, ut interim probetur de juribus utriusque, Addit. ad Pract. Papp. *de nunciat. nov. oper. glos.* 1. *l.* 1. *Cod. de nov. oper. nunciat.* Mant. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 15. *per tot.* Addit. ad Magon. *dec. Luc.* 29. *litt. A*, Gratian. *discept. forens. c.* 384. *per tot.* ubi quòd nuncians potest recusare hujusmodi satisdationem, & dicere hodiè constat, hodiè agatur, vide Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *limitat.* 2. *nu.* 12. *&c.* ubi quòd per satisdationem, vel illius oblationem nunciatio ad eum statum reducitur, ut sit remittenda, & si quid postea fiat non sit revocandum tamquàm attentatum, & dicta satisdatio non solum operatur quando statim post nunciationem offertur, sed etiam si offeratur inde ad tres menses, etiam si nuncians offerat se incontinenti probaturum, quòd nunciat jus ædificandi non competat, adde Tusch. *litt. N. concl.* 126. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 148. *infine volum.* 4. Ricc. *Collect.* 1089. Thes. *dec.* 204. *per tot.* Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 70. ubi quòd per dictam cautionem utrique par-

parti consulitur, *& part. 19. dec. 50. & 113. per tot.* vide Em. De Luc. *De servit. disc. 4. & 5. & Conflict. observ. 347.* Brunnemann. *in l. 3. n. 2. ff. ut in possess. legat. & in l. 20. ff. de oper. nov. nunc.* Mev. *part. 3. dec. 379.*

Quòd præceptum nunciationis novi operis per comparitionem non resolvatur, etiam oblata cautione de demoliendo, sed si nunciator dicat velle de jure suo docere, debeat audiri, & de causa cognosci intra tres menses, quibus elapsis si non sit decisa admittatur ædificator ad prosequendum ædificium cum dicta cautione, optimè probat, & rationem ostendit, juxta *dict. l. 1. Cod. de nov. oper. nunciat.* Specul. *dec. 50. per tot.* & vide Thes. *dec. 204. per tot.* ubi quid servetur in illo Senatu, Ludovic. Bell. *cons. 100. per tot.* ubi an nunciatio novi operis remittenda sit non expectato trimestri, & concludit quòd sic si constet de non jure nunciantis, quo casu potest etiam impunè sperni, & alia ad rem, Rot. *part. 19. rec. dec. 50. & 113. per tot.* ubi quòd quoties probationes sunt ambiguæ conceditur licentia fabricandi cum dicta cautione. Vide infra *n. 13. in novissimis addition.* Crescio.

4 Nunciatio novi operis licèt ut supra sit metuenda, & observanda sub pœna demolitionis, tamen si per visitationem, & inspectionem loci factam à judice constet de notorio non jure nonciantis, vel quòd fuerit calumniosè facta, & ita declaratum fuerit, vel aliàs certè, & evidenter, non per testes, sed per jura publica, ut per instrumenta, sententias, vel confessionem partis, vel per evidentiam facti appareat de notorio jure ædificantis nunciati, & non jure nunciantis, non esset demoliendum ædificatum, quamvis spreta denunciatione factum, & cum tunc nunciatio dicatur potiùs facta in abusum, & contemptum Prætoris, etiam si anctoritate ipsius Prætoris emanaverit, & hujusmodi probationes ad sustinendum opus possunt fieri etiam post spretam nunciationem, ut latè probat videndus Urceol. *consult. forens. cap. 30. per tot. cum Addit.* ubi etiam an in hujusmodi causis detur appellatio, & ea interposita an causentur attentata, si nunciatus post inhibitionem prosequatur in opere, & videtur negativè concludere, maximè quando fuit data cautio de opere demoliendo in casu succumbentiæ, quod benè probat etiam Pontirol. *in ejus Respons. pro eadem causa redditio*, & penes Urceol. *loc. cit. impresso*, ubi plura de hac materia, Franciscus Palma *consult. 104. n. 3. etc.* ubi quòd ita firmavit Rota Lucensis. Vide Em. De Luc. *de serv. disc. 7., et 89.*

Quòd ad effectum impediendi demolitionem debeat constare notoriè de non jure nunciantis, Surd. *cons. 154. num. 20. etc.* Gratian. *discept. 84. num. 34.* Merlin. *decis. 472. num. 8.*

5 Nunciatio novi operis debet causam continere si petatur à nunciato, vel ab operariis, aliàs non tenet; quæ quidem causa est plenè à nunciante probanda, & debet esse talis, ut ex ea possit sequi sententia, Pract. Papp. *de nunc. nov. oper. glos. 2. n. 2.* Altograd. *cons. 100. num. pr. et seqq. lib. pr.*

6 Nunciatio novi operis non habet locum, quando novum opus fit ad refectionem veteris, *l. pr. §. si quis, et l. de pupillo §. si quis ff. de nov. oper. nunciat.* ubi Bart. Gratian. *discept. forens. cap. 84. num. 9. et seqq. ad 19.* Thomat. *discep. 179. per tot.* vide in §. *Attentatu num. 22.* Brunnemann. *in l. pr. n. 8. et 9. ff. de oper. nov. nunc.*

Item cessat ubi certum, & notorium est, nunciantem non habere jus nunciandi, Pract. Papp. *de nunc. nov. oper. glos. pr. n. 4.* Gratian. *d. cap. 84. n. 36. etc.*

Non etiam sufficit fieri personæ, nisi fiat in conspectu rei, in qua ædificatur, & optimum est ponere nomina illorum, quibus fuit nunciatum, Pract. Papp. *ubi supra glos. 2. num. 4.*

7 Nunciatio novi operis competit solum ei, qui diceret se dominum, vel possessorem, Altograd. *cons. 100. num. 12. lib. pr.* ubi tamen quòd aliis interesse habentibus competunt alia remedia, de quibus ibi per eum, *et in Addit. ad d. cons. in fine libri*, vide Tusch. *litt. N, conclus. 122.*

Quòd nuncians novum opus solo verbo perdat possessionem fundi, quasi timeat se posse repelli, possit tamen illam in continenti recuperare, Pract. Papp. *de nunc. nov. oper. glos. 2. num. 8.* Vide Brunnemann. *in dict. l. pr. n. 5. et 6. ff. de oper. nov. nunc.*

Quòd ædificans contra prohibitionem judicis, licèt postea vincat in causa, non possit recuperare damnum demolitionis, quia ex culpa sua procedit, Franch. *decis. 331. n. 4.*

Nuncians novum opus dicitur reus, & non actor, 8
quando scilicet venit principaliter ad se defendendum, prout regulariter facit omnis nuncians novum opus, ne fiat, secus autem si veniat ad impugnandum quod jam est factum, nam tunc dicitur actor, *l. de pupillo §. remissionem, & §. fin.* ubi Bart. *num. 2.* Jas. & alii, Sanfelic. *decis. 379. per tot. cum Addit.* ubi plures tradit cautelas ad cognoscendum quis reputandus sit actor, vel reus in hac materia, & facit quod diai *in §. Actor num.* Carl. Ant. De Luc. *in Prax. judicial. cap. pr. n. 6.*

Nunciantes mala nova dolosè litteris, vel ore, aut 9
aliter, vel alteri noceant, tenentur nedum ad interesse, & damna causata, sed etiam possunt criminaliter puniri arbitrio judicis, ut de stellionatu, secùs si absque dolo, & jocosè, quia ubi non est dolus cessat pœna saltem ordinaria, Boss. *tit. de crim. stell. sub num. 2.* Menoch. *de arbitr. cas. 381. n. 29.* Foller. *in Prax. in fragm. tit. de crim. læs. majest. nu. 75. in fine*, cum aliis per Cabal. *resol. crim. cas. 281. per tot.*

De nunciatione novi operis, quibus modis fiat, 10
per quos, & quibus fieri possit, de ejus effectibus, & an transeat ad emptores rei, super qua fuit facta, & alia, Jul. Capon. *discept. 167. & seqq. tr. 3.* cæterique relati ab Ægid. de Castejon. *Alphab. jur. verb. Nunciatio novi operis*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part. 5. eodem verb. fol. 221.* Latè Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Emérix jun. paritèr *in Indic. verb. ædificare & verb. vicinus.*

An nunciatio fieri possit alieno nomine, an omni 11
die an contra absentes Brunnemann. *in l. pr. ff. de oper. nov. nunc.*

Ædificans post nunciationem novi operis non suf- 12
ficit, ut patientiam præstet operis demoliendi, sed ædificium ejus sumptibus est demoliendum Fagnan. *in cap. cum ex injuncto n. 2. de nov. oper. nunc.*

Et quid si nunciatio facta fuerit prædecessori ædificantis Idem *ibidem n. 3. & seqq.*

Interdum demolitorium novi operis datur hæredi, & in hæredem etiam post annum Idem *loc. cit. n. 4.*, Et transit in singularem Successorem etiam dignitatis *ibidem n. 5. 7. & 8.*, datur tamen ad patientiam, sed non ad impensam *ibidem n. 6.*, Nisi Successor ratum habeat ædificium cæptum, vel ædificet *ibidem n. 7.*, Et alia vide apud Fagnan. *sup. Decr. in Indic. gener. verb. ecclesia quoad ædificationem* Card. De Luc. *de servit. disc. 89 n 4. cum seqq.*

Nuncians novum opus, debet intra tres menses do- 13
cere clarè de Jure suo, aliàs illis elapsis nunciato conceditur licentia fabricandi cum cautione de demoliendo. Mantiss. ad De Luc. *dec. 1. n. 1. lib. 4. vol. 3.* Maximè si probationes factæ per nunciantem post tres menses non concludant. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n. 2.* Vide supra *n. 3.* Brunnemann. *in Indic. sup. ff. & Cod.*

Inhibitio nunciationis à Camerario, & Magistris 14
viarum cuicumque petenti est concedenda. Card. De Luc. *de Servit. disc. 7. n. 1.*

Attentatè ædificatum in spretum inhibitionis est 15
demoliendum. Card. De Luc. *de Ser. disc. 7. n. 8. disc. 89. n. 2. & seq.* Ubi declaratur. Quid accedente æquitate. Card. De Luc. *dict. disc. 7. n. 9. & 10. & disc. 89. n. 2. & seq.*

In attentatis dolosis continentibus spretum positivum inhibitionis, non attenditur æquitas, neque ratio scandalorum. Card. De Luc. *de Serv. d. disc. 7. n. 11. disc. 89. n. 3. & seqq.*

De circumstantiis excusantibus innovantem à dolo. 16
Card. De Luc. *dict. disc. 89. n. 4. & seq. & n. 10.* Et de differentia inter opus novum clandestinum, & publicum. Card. De Luc. *d. disc. 89. n. 8.*

Pro-

27 Procurator generalis novum opus nuncians tenetur de rato cavere Brunnemann. *in l. 1. n. 11. & in l. 5. n. 14. ff. de Oper. nov. nunc.*

28 Ususfructuarius extraneo denunciat nomine procuratorio Brunnemann. *in dict. l. 1. n. 12. ff. de oper. nov. nunc.* Socio rectè nunciatur Brunnemann. *l. 3. n. 2. & 4. ff. eod.* Superficiarii, Emphyteutæ, item conductores ad longum tempus nunciare possunt Brunnemann. *dict. l. 3. n. 3.* Servus, & pupillus an nunciare possint Idem *ibidem n. 6.* Si in publico novum opus fit, cuilibet ex populo competit nunciatio Idem *ibid. n. 4.* Si in præjudicium ecclesiæ, cuilibet ex parochia *ibid. n. 5.* Quibus novum opus nunciari potest Brunnemann. *in l. 5. n. 2. ff. eodem.*

29 Nunciatio non attenditur, quando periculum est in mora, vel in ædificio publica utilitas versatur, quod ampliatur, & limitatur per Brunnemann. *in l. 5. a n. 5. ff. de oper. nov. nuncia.*

30 Nuncians petente nunciato debet juramentum calumniæ præstare Brunnemann. *in dict. l. 5. ff. de oper. nov. nunciat. n. 12.* An si novum opus diversis in locis fit, sufficiat una nunciatio *ibidem n. 13.* Extinguitur morte, & alienatione nunciantis Idem *in l. 8. n. 1. & 2. ff. eod.* Respectu nunciati transit in singularem successorem Idem *leg. 20. n. 2. & leg. 23. n. 2.* Quibus verbis fiat *dict. l. 20. n. 2.* De nunciatione novi operis licet pacisci Brunnemann. *in l. 7. ff. de pact.*

§. NUNCIUS. XIV.

1 NUncio publico, & jurato creditur in officio suo, ut si dicat aliquem citasse, secus si affirmet sibi factam fuisse injuriam, Addit. ad Pract. Papp. *for. execut. sentent. deff. glos. publico Nuncio in principio* Gratian. *discep. forens. cap. 503. num. 15. &c.* latè Mascard. *de probat. volum. 2. conclus. 1119. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas. 115. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 17. num. 298. & seqq. fol. 279.* Christin. *ad leg. Municip.* Mechlin *tit. pr. art. 19. & tit. 2. art. 10. num. 7. &c.* latè Tusch. *litt. N, conclus. 115. per tot.* idem Christin. *decis. Belg. 255. volum. pr. & decis. 150. num. 3. &c. vol. 2. & decis. 260. &c. vol. 5.* Ricc. *Collect. 2169.* ubi aliquibus modis limitat, Rot. *part. 10. recent. decis. 28. num. pr. &c.* ubi quod creditor etiam sine testibus, & licèt relatio sit informis stantibus adminiculis, *& part. 22. decis. 74. num. 22. &c.* Altimar. *de nullit. rubr. 12 quæst. 8. num. 43. tom. 2.* ubi latè Cabrun. *lucubrat. 21. n. 16. cum seqq.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr. pr. sub n. 2. lib. 2.*

Quòd procedat solùm in civilibus, nam in criminalibus ubi agitur de magno præjudicio est in arbitrio judicis, cui magis sit credendum nuncio, vel parti neganti, & in omnem casum semper admittitur probatio in contrarium, Asin. *in prax. 9. §. 9. cap. 2. num. 13. & cap. seqq. per tot. dict. §. fol. nubi 91.* Paul. Christin. *decis. 259. n. 37. vol. 5.* Menoch. *dict. cas. 112.* Guaz. *deff. 20. cap. 5. & 6.* Cabal. *resol. crimin. cas. 127.* Sperel. *decis. 249. num. 15. et seqq. per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. et merced. quæst. 79. num. 20. et seqq.* ubi quod magis neganti cum juramento creditur, quam nuncio, si negans sit vir probus, & in dignitate positus, Romag. in Addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib. pr. Rub. 59. num. 14.*

De consuetudine tamen, & maximè Florentiæ vigore banni de anno 1559. 13. Junii, creditur dictis nunciis publicis quoad omnia, etiamsi asserant fuisse verberatos, vel aliter impeditos, quo casu impedientibus est imposita pœna duorum ictuum funis, pecuniaria, vel carceris stincarum, sive confinii, vel triremium arbitrio judicis juxta facti, & personarum qualitatem, Cabal. *resol. crim. dict. cas. 127. num. 7. etc.* dixi in Pract. *§. Cavallari num. 8. et §. Resistenza num. pr.* ubi retul aliud bannum de die 3. Octobris 1606 cujus vigore illis creditur quando sunt plures, & non probatur contrarium, & in §. *Birri num. 5.* ubi quod idem est vigore Statuti Florentini *lib. 4. Rub. 189.* in materia delationis armorum, vel simili etiam ad effectum condemnandi, quidquid secùs sit de jure communi, quo inspecto illis non creditur extra officium suum, quamvis faciant indicium ad torturam, vide Menoch. *de arbit. cas. 95. num 12. & seqq.* Cabal. *resolution. criminal. cas. 126. et cas. 127. per tot.* Farinac. *quæst. 56. art. 11. per tot. et quæst. 108. num 159. et seqq.* Guazzin. *def. 5. cap. ultim. num. 8. et def. 10. cap 5. et 6.* Clar. *§. fin. quæst. 7. num. 3.* Tusch. *litt. N, conclus. 155. per tot.* Vivi. *comm. opin. 555. et 556. per tot.* Mascard. *de probat. volu. 2. conclus. 1219. per tot.* dixi in *§. Birruarii*, Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib. 2 quæst. 41. per tot.*

Nuncio creditur circa immissionem in possessionem, etiamsi dicat, quòd bona, in quibus fuit capta possessio spectent ad debitorem, Gratian. *discept. forens. cap. 339. num. 3. etc. cap. 502. nu. 24. etc cap. 697. num. 15.* ubi etiam quòd illi creditur circa qualitatem solitæ habitationis, & similia o cium suum concernentia, vel officio suo annexa, Menoch. *de arbitr. dict. cas. 112. num. 16. et seqq.* ubi quod illi creditur super bonorum executione in exequendo adhibenda, juxta *l. à Divo Pio §. in venditione de re jud.* Rot. *part. 13. recent. decis. 432. num. 5. et 6.* ubi quòd creditur, an dies sit feriata vel non, tamquam de re ad ejus officium spectante, Bich. *decis. 340. n. 2.* Francisc. de Angelis *dict. quæst. 41.* 2

Item saltem de stylo illi attestanti citasse de commissione judicis creditur, quamvis aliter non appareat de hujusmodi commissione, Gratian. *discept. forens. cap. 842. num. 4. etc.* quidquid secùs sit de jure, Menoch. *dict. cas. 112. num. 7.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. n. 40. etc.* Paul. Christin. *decis. 260. num. 11. et seqq. volum. 5. et ad leg. municip. tit. pr. art. 29. num. 8. et seqq.* Franciscus de Angelis *loc. cit.* Vide Osasch. *decis. Pedem. 71. nu. 22.* Guazzin. *ad defens. Reor. defens. 10. cap. 4. n 7.* Cabrun. *loc. sup. cit. a n 23.*, ubi Doctores pro affirmativa, & negativa adducit.

Nuncius ad citandum debet à judice deputari, & facta ei commissione de citando dicitur electus, nisi alia forma electionis requiratur à statuto, ut quia debeat eligi à Prioribus Communitatis, quia tunc debet constare de electione, nisi sit in quasi possessione, Bart. *in Extravag. ad reprimend. num. 4. & 5.* Tusch. *litt. N, conclus. 254.* 3

An sit necessaria commissio judicis, ut nuncius possit aliquem citare, & an præsumatur, idem Tusc. *litt. N, conclus. 256. per tot.* Paul. Christin. *decis. 159. num 23. & seqq. cum plurib. dec. seqq. vol. 5.* ubi multa de officio apparitorum, sive nunciorum, & executorum justitiæ, Arismin. Tepat. *var. senten. tit. 128.*

Nuncius quamvis post factam relationem in actis de mote, non possit illam ad instantiam partis infringere, nec valeat fides in contrarium facta, cum præsumatur extorta in fraudem, nec ideò sit attendenda in concursu publicæ relationis, ad tradita per Rot. *part. 9. recent. decis. 134. num. 2. & seqq.* Bich. *decis. 179. n. 9.* ubi quòd relatio ex intervallo, & super actu de præterito non probat, idem Bich. *decis. 440. num. 10.* 4

Tamen quando prima relatio est dubia, potest illam declarare, & hujusmodi declaratio, licèt de actu præterito, debet attendi, quia dicitur inesse primæ relationi, & potest quandocunque fieri, ut probat eadem Rot. *part. 10. rec. decis. 237. n. 19.* vide in *§. Citatio n. 36.*

Nuncius, sive cursor portans communem commissionem, non potest ab unoquoque petere integrum salarium, maximè si id probet tantùm ea confessione partis, quæ debet in totum recipi, Bellamer. *decis. 485. de confess.* vide in *§. Salarium.* 5

Quòd Salarium Cursoris tempore belli sit augendum, cum tunc per vias tortas sit ambulandum, idem Bellam. *dec. 486. de arbitr.*

Qualiter credatur nuncio publico quoad ea, quæ spectant ad ejus officium, & quoad connexa, quæ dicantur connexa, non autem quoad alia, an possit ex intervallo corrigere relationem à se factam, & quoad relationem credatur magis Notario, qui eam in actis recepit, quàm nuncio aliter attestanti, & alia de hac materia Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad Sta-* 6

Statut. Eugub. lib. pr. Rub. 59. *per tot.* Alios tractantes materiam nunciorum publicorum, ac de fide illis adhibenda, vel non, indicant Castejon. *Alphab. jur. verb. Nuncius*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *cod. verb. fol.* 222. De Luc. *in Indic. general. verb. cursores* Cabrun. Altimar. Abeccles. & Crescin. Mans. Palm. & alii modern.

7 De Nunciis Apostolicis, illorum jurisdictione, & auctoritate circa plura Ricc. *Collect.* 1566. 1567. & 2142. Garzia *de benefic. part.* 5. *cap.* 3. §. *pr.* Jul. Capon. *discept.* 182. *part.* 3. Barbos. *vot.* 97. *num.* 57. & *seqq.* Alvarez Pegas. *tract. de compet. inter Archiep. & Nuncios per tot.* cæterique relati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Nuncius Pontificis*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 222. Em. De Luc. *in Indice general. verb. Nuncius Apostolicus*. Spad. Cesr. Otthobon. Emerix Caprar. Pignatell. Ursaya Piton. & alii recentiores.

8 Nuncii, & exequutores, ac alii Officiales Papæ non tenentur in exequutionibus mandatorum ipsius petere licentiam à Baronibus, seu ab eorum officialibus, sed possunt facere suas exequutiones, quod intellige, & amplia ut per Spad. *cons. pr. n.* 62. & *cons.* 2. *n. pr.* & 2. *tom. pr.*

9 Nuncio referenti, aliquod pignus in depositum accepisse, creditur. Conciol. *ad Statut. Eugub. lib. pr. rub.* 59. *n.* 7. Cabrun. *lucubr.* 21. *n.* 18.

10 Nuncio dicenti, scripturam ab eo intimatam fuisse scriptam, & subscriptam ab aliquo, non statur. Rot. *dec.* 217. *n.* 18. & 19. *part.* 7. *rec.* Cabrun. *dict. lucub.* 21. *n.* 26.

11 Nuncio quando creditur, intelligitur, si refert cum Juramento. Pellegrin. *in prax. Vic. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 2. *n.* 11. Mascard. *de probat. concl.* 189. *n.* 9. Cabrun. *loc. sup. cit. n.* 27. Declarat ut per Pellegrin. & Mascard. *loc. prox. cit.* Cabrun. *ibid. n.* 28.

12 Nuncius debet ipse referre, non autem per alium, & quid faciendum pro relatione habenda, si Nuncius sit impeditus, aut infirmus. Mascard. *de prob. concl.* 1120. *n.* 25. Guaz. *def.* 10. *cap.* 3. *n.* 6. Cabrun. *loc. cit. n.* 29.

13 Nuncius an teneatur facere relationem apud Judicem, an verò sufficiat, eam fieri apud Notarium. Marant. *in prax. part.* 6. *cap.* 6. *de cit. n.* 57. Guaz. *loc. sup. cit. n.* 2. Cabrun. *ibid. n.* 30. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 8. *n.* 109. *tom.* 2. Sed debet fieri in actis Palm. nep. *decis.* 242. *n.* 2. & 3. *tom.* 3.

14 Nuncii relationi statur, etiam si citatus contrarium asserat cum Juramento. Asin. *in prax.* §. 9. *cap.* 2. *n.* 6. *vers. Contrariam verò opinionem*. Cabrun. *ibid. n.* 31. Potest tamen per citatum contrarium probari, etiam stante statuto, quòd stetur relationi Nuncii. Mascard. *de probat. concl.* 189. *n.* 8. & *dict. concl.* 1120. *n.* 26. Guaz. *def.* 10. *cap.* 5. *n.* 4. Cabrun. *ibid. n.* 32. Quid si Pars negans cum Juramento, fuisse citatam, sit probatæ vitæ, & in dignitate constituta. Guaz. *dict. cap.* 5. *n.* 3. & 9. *erga med.* Cabrun. *ibid. n.* 33.

15 Nuncio negante retulisse, se citasse, non creditur; sed creditur Notario, qui scripsit Nuncium sibi retulisse, se citasse. Conciol. *ad statut. Eugub. rub.* 59. *n.* 6. *d. lib.* 1. Rot. *dec.* 535. *n.* 2. *part. pr. rec.* Cabrun. *ibid. n.* 34.

Nuncio non creditur, sed Notario, si iste scripserit in actis, Nuncium retulisse, se citasse domi, & nuncius dicat se citasse personaliter. Mascard. *dict. concl.* 289. *n.* 10. Guazz. *dict. cap.* 5. *n.* 53. Cabrun. *loc. adduct. n.* 35.

Nuncius ex intervallo non potest se corrigere, sed statur ejus relationi in Actis factæ. Conciol. *d. rub.* 59. *n.* 5. Ludovis. *dec.* 131. *n.* x. Cabrun. *ibid. n.* 36. Declara ut *n.* 37.

16 Nuncius si culpa, aut imperitia Citationem non rectè exequatur, eam ex integro suo sumptu facere debet. Henric. Temmen. *de expens. lit. cap.* 12. *n.* 51. *ad fin.* Cabrun. *ibid. n.* 38.

Nuncius, si non referat Actum, vel Citationem sibi commissam non fecerit tenetur Parti ad interesse. Cabrun. *ibid. n.* 39.

Nuncius, si falsam fecerit relationem, quomodo puniatur. Guaz. *ubi sup. cap.* 6. *n.* 4. Henric. *de expens. loc. sup. cit.* Cabrun. *ibid. n.* 40.

17 In Judicio intervenit Nuncius, seu Cursor, seu Bajolus, seu Apparitor, seu serviens Curiæ, qui alia nomina sortitur, & hic citat partes in omnibus actis Judiciariis; & postea refert in scriptis Notario se citasse. Pellegrin. *in Prax. Vic. part.* 2. *præmiss.* 1. *n.* 8. & quoad hæc diversa Nomina, vide Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæst.* 8. *n.* 48. *tom.* 2.

18 De temeritate, & contemptu Nuncii, seu Cursoris citationem exequentis in alieno Territorio irrequisito Judice Crescin. ad Abeccles. *obser.* 7. *num.* 29. *part.* 1. & vide Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæst.* 28. *tom.* 2.

Ob talem temeritatem Nuncius, seu Cursor carcerari, & puniri solet Crescin. ad Abeccles. *d. obser.* 7. *n.* 30.

19 Nuncii, & comissionati regii, si delinquant quis cognoscat Scialoya *de for. compet. cap.* 32. *num. pr.* Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 23. *n.* 51. *tom.* 2.

20 Nuncii an possint eligi per Judices delegatos Altimar. *de Nullit. rub.* 10. *quæst.* 17. *nu.* 1 & *seq.* Ubi quid jurare debeant, antequam administrent Altimar. *ibid.*

21 Nuncius potest constitui procurator Altimar. *rub.* 21. *quæst.* 31. *nu.* 30. & *seqq.* An possit domum pro citando intrare Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæst.* 8. *n.* 113. & *seqq. tom.* 2.

22 Nuncius si referat citasse, & non dicat personaliter, vel domi, quomodo præsumatur citasse Altimar. *rub.* 12. *quæst.* 51. *n.* 32. An possit declarare relationem generalem Altimar. *rub.* 12. *quæst.* 11. *nu.* 37. Si referat citasse Domi, & non dicat solitæ habitationis an valeat citatio Altimar. *rub.* 12. *quæst.* 12. *n.* 47. & *seq.* Quid si referat citasse modo, & forma sibi comissa Altimar. *ibid. n.* 57. An adhibeat testes in citatione per edictum Altimar. *ibid. num.* 114 & *seq.* An, & quando possit facere relationem citationis die feriata, vel nocturno tempore Altimar. *rub.* 12. *quæst.* 37. Persona an exprimenda in comissione de citando Altimar. *rub.* 12. *quæst.* 39. *n.* 135. & *seqq.*

23 Probatio facta coram Nuncio, & resultans in ejus relatione, transmissa ad *Sanctissimum* non indiget alia probatione Rot. cor. Bich. *dec.* 142. *nn.* 6. & *in rec. dec.* 195. *n.* 5. & 10. *part.* 15. Rot. *post all.* 9. *nu.* 527. Piton. *de Jurepatr. tom. pr.*

24 Attestationi Nuncii Apostolici inviolabilis fides præstatur Rot. *dec.* 423. *nn.* 6. *part.* 9. *dec.* 44. *nu.* 5. *part.* 10. *dec.* 267. *nn.* 7. *part.* 15. & *dec.* 129. *nn.* 6. *part.* 16. Caprar. *dec.* 170. *n.* 6. *part. pr.*

25 Nuncius Hispaniarum habet facultates Legati à Latere Rot. *corã* Peutinger. *dec.* 195. *num.* 11. Caprar. *dict. dec.* 570. *n.* 3. *part. pr.*

26 Nuncii assistentes apud Imperatorem, aliosque Supremos Principes declarantur Carl. Ant. De Luc. *de plural. legal. cap.* 36. *n.* 10.

27 In Regno Neapolitano Nuncius Apostolicus an, & quando habeat privativam Jurisdictionem cum Regularibus, & exemptis Card. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 36. *per tot. Annot. ad Concil. disc.* 33. *num.* 23. & 24. *Miscell. disc.* 16. *per tot.* Impropriè dicitur talis, & ad quas causas ejus Jurisdictio extendatur Card. De Luc. *Annot. ad Conc. disc.* 23. *num.* 23. & 24. *Miscellan. disc. pr. n.* 65. *disc.* 16. *n.* 23. Dicitur collector generalis spoliorum, & Jurium Cameræ Card. De Luc. *de Regularibus disc. pr. nu.* 31. *Miscell. disc.* 16. *num.* 9. Quas causas privativè cognoscat, quoad ordinarium, & quales cumulativè Card. De Luc. *Miscell. disc. pr. nu.* 65. *disc.* 16. *n.* 5. *disc* 23. *per tot.* In causis receptionis bannitorum an habeat privativam Card. De Luc. *dict. disc.* 23. *per tot.*

28 Nuncius Apostolicus mitti non solet ad Regna in quibus Princeps non residet, sed vel Internuntii, aut Collectores Card. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 4. *n.* 16.

29 Nuncius Apostolicus dicitur Judex regularium, aliorumque exemptorum Card. De Luc. *Miscell. disc. pr. n.* 66. *disc.* 16. *n.* 6. An autem habere dicatur privativam, vel cumulativam Card. De Luc. *Miscell. dict. disc. pr. sub n.* 66. *disc.* 16. *ex n.* 5.

30 Nuncio Apostolico Monasteria Monialium an expediat esse subjecta Card. De Luc. *de Regul. disc.* 24. *n.* 11. & 12. Et an possit impedire jurisdictionem Ordina-

dinarii in Regulares accedentes ad ipsa Card. De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 36. *num.* 13. *de Regul. disc.* 1. *num.* 32.

31 Appellatio ad ipsum ab Ordinario an, & quando fieri valeat Card. De Luc. *Miscell. disc.* 1. *nu.* 61. & *sub n.* 62.

32 Nuncius Apostolicus brachium non potest impartiri Card. De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 6. *n.* 11. *Miscell. disc. pr. n.* 71.

33 Nuncius Apostolicus non se ingerit in caussis primæ instantiæ Card. De Luc. *de Judic. disc.* 3. *nu.* 46. *Miscellan. disc.* 1. *n.* 62. *disc.* 23. *n.* 2. *Annot. ad Concil. disc.* 33. *n.* 18.

34 Nunciis Principis non creditur sine litteris, & aliorum bona capientibus potest resisti de facto Fagnan. *in c. Cum in Jure n.*33. *de offic. delegat. tom.* 1.

Nuncio, & alii destinato ad aliquid non creditur, nisi doceat se habere potestatem ab eo, qui potest dare Feder. de Sen. *cons.* 251. *n.* 1. *vers. Non enim debet* Fagnan. *loc. sup. cit. n.* 42.

Nuncius, & procurator, in quibus differant Fagnan. *in cap. Cum dilectus n.* 2. *de Religios. Domib. tom.* 3. 35

Nuncius simplex non admittitur ad agendum, vel deffendendum Fagnan. *in dict. cap. Cum dilectus n.* 3. *de Relig. Domibus dict. tom.* 3. 36

Nuncius est veluti organum, & pica Domini sui Fagnan. *in dict. cap. n.* 6. 37

Nuncius confert verba in personam Domini, eique aquirit directè Fagnan. *in supradict. cap. Cum dilectus n.* 7. *de Relig. Domib. dict. tom.* 3. 38

Finis Libri Duodecimi.

MARCI

MARCI ANTONII
SABELLI J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER DECIMUSTERTIUS.

De littera O.

§. OBLATIO. I.



1 Blatio pecuniæ debitæ potest fieri primo creditori à secundo, & possessore ad effectum luendi pignus, & rem hypothecatam, ac reportandi jura primi, illumque dimmittendi, & in ejus locum succedendi, *leg. cum secundus ff. de distract. pign. cum similibus*, Neguf. *de pign. part. 5. membr. 3. per tot.* Menoch. *lib. 3. præsumpt.* 121. *per totam* Gratian. *disceptat forens. cap.* 269. *num.* 31. *etc.* Duran. *decis.* 364. *num.* 72. *et decis.* 445. ubi laté *per numeros* 93. latiùs Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 43. *cum pluribus sequentibus*, Gratian. *decis.* 125. *num.* 7. *etc. et decis.* 215. *num. pr. etc.* ubi laté quomodo possessor offerens possit prætendere cessionem jurium, Franch. *decis.* 427. Peregrin. *decis.* 123. Rot. *part. 9. recent. decis.* 95. *per tot.* Bich. *decis.* 43. *et* 95. vide in *§. Creditor num.* 13. *etc.* in meis resolut. *cap.* 21. *per tot.* ubi plura notabilia, laté Tusch. *littera O, conclus.* 79. *et seqq.* Merlin. *decis.* 384. ubi tamen quod creditor anterior tenetur tantùm cedere jura talia qualia, ita ut contra eum retorqueri non possint, nec tenetur cavere de restituendo anterioribus, Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 258. *num.* 16. *et seqq. per tot.* laté Arias de Mesa *var. resolut. lib. pr. cap.* 5. *et seqq.* Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 25. *per tot.* Tondut. *quæst. civil.* 101. *part.* 2. Modern. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *decis.* 125. *et decis.* 215. Add. De Franch. *decis.* 427. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 47. *nu.* 556. *tom.* 7.

Quòd secundus creditor volens uti jure offerendi teneatur offerre primo non solum pecuniam solutam, sed etiam usuras medii temporis, quatenus superent fructus perceptos, Franch. *decis.* 12. *per tot.* Rot. Rom. *decis.* 141. post Posth. *de subhast.* Contrarium tenet Montan. *controv.* 36. *num.* 9. Vide Altimar. *loc. cit.* n. 557.

An autem, & quomodo jus offerendi competens secundo creditori adversus primum possit præscribi, & præscribatur spatio 30. annorum, Morot. *de jur. offer. num.* 59. Gratian. *disceptat.* 2. *num.* 28. *et* 29. Thess. *decis.* 157. *num.* 3. Mastril. *decis* 201. *num.* 28. *et* 29. cum aliis per Bich. *decis.* 43. *num.* 14. *et seqq. in fin. num.* 7.

Quòd creditor anterior, cui fit oblatio, sicut potest prætendere melioramenta à se in re facta, ita etiam teneatur excomputare in pretio sibi debito omnes deteriorationes, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 364. *per tot*, quod etiam firmat Altimar. *ubi supra n.* 558.

2 Oblatio dotis pro redimenda re hypothecata non potest fieri per creditores mariti ad effectum reportandi cessionem jurium dotalium, quando uxor constante matrimonio dotem repetit propter inopiam mariti; sed benè fieri potest quando soluto matrimonio dotem repetit, vel vult retinere bona viri pro dote consistente in quantitate, Giovagn. *respons.* 73. *num.* 519. *lib. pr.* Neguf. *de pig. part.* 5. *membr. pr. n.* 31. Gayl. *observat.* 92. *lib.* 2. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2 *quæst.* 67. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 38. *num.* 36. *cap.* 489. *num.* 21. *cap.* 660. *num* 13. *cap.* 700. *nu.* 47. Ciarlin. *controv.* 94. *nu.* 23. Franch. *decis.* 54. *per tot.* Urceol. *consult. forens. cap.* 24. *nu.* 25. *&c. cum Addit. in fine 2. volum.* quidquid Magon. *decis. Florent.* 68. *num.* 13. & alii teneant in contrarium in primo capite, vide *in §. Possessio num.* & *§. Uxor num.* Tusch. *litt. O, conclus.* 78. *per tot.*, Paul. Christin. *decis.* 127. *num.* 19. *vol.* 3. Merlin. *decis.* 50. nu. 4. *&c.* Giurb. *decis. Sicil.* 56. *num.* 12. Capyc. Latr. *decis.* 42. *num.* 2. *lib. pr.* Peregrin. *decis.* 96. *num.* 3. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 338. *vers. Et tandem*, Martha *vot. Pis.* 36. *per tot.* Altimar. *alleg. quæst.* 47. *n.* 559.

An autem in casu adjudicationis propter inopiam viri factæ mulieri, si creditores posteriores vellent uti jure offerendi adversus ipsam mulierem, & bona illi assignata ex cursu temporis fuerint in valore aucta, teneantur offerre non tantùm dotem, sed etiam dictum augmentum, & sic an illud cedat in beneficium mulieris, vel creditorum posteriorum, laté disputat Urceol. *dict. cap.* 24. & *num.* 20. & *seqq.* ubi refert contrarias opiniones, & videtur firmare, quòd si assignatio facta mulieri fuerit talis, quæ importet dominii translationem, tunc augmentum cedat ad commodum mulieris; si autem pignus tantùm, vel assecurationem ad commodum creditorum, ac etiam ostendit quando importet dominium, vel pignus, vide in §. *Uxor num. infra nu.* quod etiam confirmat Altimar. *ubi supra n.* 560.

Oblatio fieri potest à tertio possessore convanto 3
hypothecaria, vel Salviano, etiamsi nullum jus in re habeat, & à quocunque penitùs extraneo, quia non interest creditoris an ab uno, vel ab alio recipiat solutionem, Roland. *cons.* 14. *num.* 9. *lib. pr.* Afflict. *decis.* 159. Neguf. *de pign. part.* 5. *membr.* 3. *num.* Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 3. *per tot.* Duran. *decis.* 421. *num. pr.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 65. *per tot.* & *quæst.* 76. *per tot.* dixi *in resolut. cap.* 21. *numer.* 24. *&c.* ubi quòd extraneus offerens non potest prætendere cessionem jurium, Merlin. *dict. quæst.* 76. Pacif. de Salvian. *inspect.* 5. *cap. pr. num.* 51. & *seqq.* Arias de Mesa *dict. tract. lib. pr. cap.* 49. *per tot.* & *cap.* 5. & *seqq.* Tondut. *ubi supra*, & potest petere cessionem à creditore etiam invito, si pro debito adesat hypotheca bonorum, secus si illa non esset Gratian. *decis.* 689. *num.* 8. & 9. Idem de verbo ad verbum admittit Altimar. *loc. supra adduct. num.* 561.

Quòd si creditor recuset recipere creditum oblatum fit locus deposito, per quod liberatur possessor, cui etiam est facienda quietantia cum cessione jurium, adeò ut habeatur ipso jure pro facta, & confirmat hypothecam possessoris, Duran. *dict. decis.* 241. *nu.* 2. & *seqq.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 48. *per tot.* Addo Pacion. *de Locat. cap.* 50. *num.* 47. & *seqq.* Conciol. *alleg.* 55. *nu.* 32. & 33. Capyc. Latr. *consult.* 37. *n.* 35. Altimar. ubi supra *n.* 562.

An autem sufficiat possessori offerre æstimationem rei agenti hypothecariæ, & à se ipso possessæ, vel teneatur offerre totum creditum si excedat valorem rei, ad impediendam avocationem possessionis, dic quod si possessor fecit in re melioramenta liberatur offerendo ipsius rei æstimationem, detractis melioramentis, etiam si non ascendant ad summam creditori debitam, (quamvis alii contrarium teneant quando creditor offertet melioramenta, nam tunc tenetur offerre totum debitum, vide Franch. *decis.* 38. *per tot.* Neguf. *de pign. part.* 5. *membr.* 4. *n.* 21. Covar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. Magon. *decis. Florent.*

rent. 51. in 1. & 2. fundamento, Cabal. conf. decis. 14. per totum lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 26. num. 25. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæst. 81. per tot. dixi in §. Possessio num. 38. & §. Melioramenta num. 14. adde Pacion. tract. de locat. & conduct. cap. 34. §. 3. num. 60. & seqq. fol. 348. Angelis de expensis, & meliorat. art. 10. num. 28. et 34. Altimar. ubi supra sub num. 563.

Quòd volens uti jure offerendi teneatur non solum offerre totum debitum, sed etiam expensas, & interesse, Duran. decis. 241. num. 9. Merlin. dict. qu. 81 nu. 10. Gratian. decis. 125. num. 9. et decis. 215. num. 11. ubi Add. Idem ad litteram sequitur Altimar. ubi supra n. 564.

Quòd sufficiat ut qui jus offerendi habet creditum anterius offerat, si possidens habeat plura credita, Mart. Medic. decis. 74. per tot. vide in meis resolut. cap. 21. num. 28. etc. Merlin. loc. cit. quæst. 52. Altimar. n. 565.

4 Oblatio potest fieri à creditore posteriore adversùs emptorem, & possessorem bonorum sui debitoris, ita ut si ex cursu temporis pretium quorum bonorum fuerit auctum, sufficiat offerre pretium per emptorem solutum, sic tale augmentum beneficio temporis causatum, cedit commodo creditorum posteriorum, & non ipsius possessoris secundùm opinionem multorum, quos refert Urceol. consultat. forens. cap. 24. num. 10. et seqq ubi tamen ipse ostendit, & verius esse testatur juxta aliorum opinionem tale augmentum non cedere beneficio creditorum posteriorum, sed ipsius emptoris, & possessoris ratione sui dominii, qui tamen possessor si ipse vellet offerre creditoribus posterioribus, (prout facere posse dixi supra num. 1.) tenetur offerre æstimationem secundum valorem præsentem auctum; Contrariam autem opinionem procedere posse, ubi possessor non jure dominii, sed pignoris, vel aliàs bona fide possideret, ut latè ibidem declarat, & multa similia adducit vide Franch. decis. 38. per tot. decis. 212. et decis. 456. dixi in §. Emptio num. Arias de Mesa dict. tract. lib. 1. cap. 49. per tot. et cap. 5. et seq. Tondut. ubi supra, Add. ad De Franc. loc. citat., & hæc omnia comprobat etiam Altimar. loc supra adduct. n. 566.

5 Oblatio, sive jus offerendi, an competat contra ementem ab hærede beneficiato, qui alias de jure inquietari non potest, & quid si ipse sit idem emptor, & creditor, Franch. dec. 531. per tot. ubi Carol. Ant. De Luc. distinguit.

An, & quando creditor posterior habens tantum actionem personalem, possit offerre primo, vel secundo habenti hypothecam, sivè non, Tusch. litt. O. conclus. 79. per tot. facit supra num. 3. infra n. 10.

6 Oblatio pecuniæ debitæ licèt possit fieri per condemnatum in actione hypothecaria, & sic post sententiam, tamen limitatur non procedere in multis casibus, & primò quando res esset purè per sententiam adjudicata creditori, secundò ubi condemnatus jam suscepisset juditium super executione judicati, & litem contestasset, tertiò ubi fieret contra mulierem agentem pro dote constante matrimonio propter viri inopiam; Et quando fuisset appellatum à sententia, vel erratum in appretio rei, & victus ab eo reclamasset, posset etiam post executionem fieri oblatio, ad latè tradita per Capyc. decis. 41. per tot. & decis. 202. per tot. Sanfelic. decis. 117. & 218. Marcian. disput. forens. cap. 28. per tot. ubi quòd debitori privilegiato conceditur jus offerendi nedum adversus creditorem, sed etiam adversus emptorem, etiam mediante restitutione in integrum stante læsione; Hoc etiam ad litteram sequitur Altimar. ibidem num. 568.

Quòd oblatio possit fieri quandocunque etiam post latam sententiam, & in judicatum transactam, Neguf. de pign. part. 5. membr. 3. num. 51. Scapuc. de Salvian. lib. 2. quæst. 3. num. 4. Gratian. decis. 214. nu. 26. &c. Magon. decis. Flor. 132. n. 12. & seqq. Afflict. decis. 16. num. 5. ubi Ursil. num. 4. in fine, Marcian. disput. forens. cap. 50. per tot. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæst. 79. Altimar. ubi supra n. 569.

23 Interstitia quomodo sint servanda De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 14. *n.* 29. Et quando per Episcopum dispensentur, *ibidem* Vide Maravigl. *de leg. Prud. Episc. leg.* 111. & 112. Genett. *loc. cit. cap.* 2. *qu.* 7. 8. 15. & 16. Fagnan. *in dict. cap. de eo n.* 11.

24 Abbates, & alii Prælati inferiores an conferant primam tonsuram, aliosque ordines De Luc. *de Pens. disc.* 81. *a n.* 1. Vide Fagnan. *in cap. cum contingat n.* 6. *de ætat.* & *qualit.*

25 Et an Prælati inferiores, qui non sint Abbates, sed habeant usum Pontificalium conferant ordines minores De Luc. *de Pens. disc.* 81. *nu.* 11. Quid de Vicario generali, vel Capitulo *ibidem*.

26 Facultas data Vicario pro concedendis litteris dimissorialibus non comprehendit facultatem conferendi ordines minores per se ipsum *d. disc.* 81. *sub num.* 51.

27 Ordines minores conferuntur etiam inter missarum solemnia cum usu Mitræ De Luc. *de Pens. disc.* 81. *n.* 11. Et quo tempora sint conferendi Idem *Annot. ad Concil. disc.* 14. *nu.* 25. Et quam ætatem requirant, & de aliis requisitis *ibid. n.* 25. Plura etiam Maravigl. *loc. cit. leg.* 108. & *seqq.* Fagnan. Genett. *loc. cit.*

28 Primam tonsuram simplex sacerdos cum jurisdictione an possit conferre *d. disc.* 81. *n.* 55. Fagnan. *cit. cap. cum contingat n.* 6.

Ante susceptam confirmationem nemo admittendus ad ordines, neque ad tonsuram Maravigl. *loc. cit. leg.* 107.

29 Episcopi an debeant esse patei in collatione ordinum, affirmativè resolvit De Luc. *de Benefic. disc.* 71. *n.* 4. *Miscell. disc.* 1. *n.* 54. & 55. Maravigl. & Genett. *ubi supra pluribus in locis.*

An sit in potestate Episcopi concedere, vel denegare collationem ordinum, distingue, & per De Luc. *de Benefic. disc.* 71. *a n.* 3.

30 Ordo presbyteralis an sit anneaus canonicatibus De Luc. *de Canon. disc.* 1. & *disc.* 5. Ordines an & quando sint beneficio annexi, Vide Fagnan. *super Decr. in Indic. verb. ordines beneficio annexi, vel non.*

31 Ordines annexi beneficiis suscipiendi sunt intra annum De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 20. *nu.* 10. *de Benefic. disc.* 24. *n.* 6. *disc.* 95. *n.* 12. & a quo die computandus annus *dict. disc.* 20. *n.* 11.

32 Ordines Regularibus conferri possunt a quocumque Episcopo, cui litteræ dirigantur De Luc. *Annot. ad Concil. Trident. disc.* 14. *n.* 18.

33 Ordines an conferri possint in aliena diœcesi De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 6. *n.* 9. *disc.* 14. *nu.* 4. & *seqq.* Et quid de Prima Tonsura *dict. disc.* 6. *n.* 8. *dict. disc.* 14. *n.* 6. Maravigl. *de leg. Prud. Episc. leg.* 109. Et quid si Episcopus habeat suam sedem in aliena Diœcesi *d. disc.* 14. *n.* 15.

34 Ordines sacri non possunt conferri sine titulo Beneficii, vel Patrimonii De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 14. *n.* 31. Vide Ansald. *dec.* 51. *n.* 8. Et qualis redditus esse debeat De Luc. *ibidem n.* 38. Et quid in Regularibus *n.* 40. Et an quis possit ordinari ad titulum Cappellaniæ amovibilis Piton. *de Jurep. alleg.* 24. *n.* 31. *alleg.* 32. *num.* 10. *in suppl. ad alleg.* 100. *n.* 33. & 47.

Et ordinati sine titulo providendi sunt de beneficiis sufficientibus, vel alendi ab ipsis Episcopis, & ab Episcopis successoribus Maravigl. *de Leg. Prud. Episc. leg.* 132. *n.* 2.

35 Ordines majores quam ætatem requirant De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 14. *num.* 27. & 28. ubi etiam quam litteraturam exigant; Maravigl. *de Leg. Prud. Episc. leg.* 108. Nec regulares sunt promovendi ante ætatem Maravigl. *loc. cit. leg* 95. Vide Fagnan. *super Decret. in Indic. gener. verb. ordo quoad ætatem,* & *usum rationis*, ubi tàm de majoribus, quàm de minoribus Genett. *cap.* 5. *q.* 16.

36 Ordines a quonam Episcopo conferendi sint Clerico Diœcesis occupatæ ab infidelibus De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 14. *n.* 14. Græcis conferendi sunt ab Episcopo Græco *ibid. n.* 20.

Ordinum collatio est de gravioribus rebus, quæ sint in Ecclesia De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 14. *num.* 1. 37

Ordines gratis debent conferri De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 14. *n.* 30. ubi de fraudibus, quæ solent committi. 38

Ordines conferendi sunt a Diœcesano subditis Prælati inferioris sine territorio separato De Luc *dict. disc.* 14. *n.* 18. Et quid ubi adesset territorium separatum *ibidem*. 39

Ordinatio Sacerdotalis introducta est propter duos actus tamquam propter duos fines, qui sunt missam celebrare, & confessiones audire juxta duplicem potestatem, quam recipit sacerdos, quarum altera dicitur potestas ordinis, altera potestas clavium Maravigl. *de Legib. Prud. Episc. leg.* 125. *circa medium*. 40

Ordo subdiaconatus non habet de sui substantia annexam abstinentiam Emerix jun. *dec.* 870. *nu.* 2. Et plura de ordine quoad continentiam vide apud Fagnan. *sup. Decret. in Indic. verb. ordines quoad continentiam.* 41

Illegitimi non admittendi ab Episcopis ad ordines, ad beneficia, ad dignitates sine dispensatione Maravigl. *loc. cit. leg.* 103. 42

Illegitimus dispensatus ad ordines non intelligendus etiam dispensatus ad beneficia Maravigl. *loc. cit. leg.* 104. 43

Amentes, insani & similes an promovendi sint ad ordines Maraviglia *loc. cit. leg.* 105. & 106. 44

Ordo sacer an jus patriæ potestatis solvat, remissivè Fagnan. *in cap. cum voluntate n.* 35. *de sent. excom.* 45

De ordine quoad characterem plura Fagnan. *sup. Decr. in Indic. gener. verb. ordines quoad characterem.* 46

De ordine quoad effectus, quoad functiones, quoad materiam, & formam, quoad ministrum, quoad ritus, quoad titulum, vide apud eumdem Fagnan. *loc. cit.* ubi etiam plura de ordinibus per saltum, per vim, & metum, & de ordinibus iterandis vel non. 47

An ordinatus ante Baptismum, vel ante confirmationem, vel ante tonsuram sit validè ordinatus Genett. *Theol. Moral. tom.* 5. *tract.* 8. *cap.* 2. *quæst.* 3. 4. & 5. 48

Ad ordines suscipiendos dispositiones externæ, & internæ requiruntur Genett. *loc. cit. q.* 1. & *seqq.* 49

Ad ordines promovendi pluribus attestationibus indigent Genett. *loc. cit. cap.* 4. *q.* 3. 50

Impedimenta, quæ a Sacrorum Ordinum limine arcent Genett. *loc. cit.* 51

Ordines quoslibet suscipiens, aut exercens in peccato mortali, mortaliter peccat Genett. *c.* 5. *qu.* 15. 52

Ordinum Minister est proprius Episcopus, aut alius cum dimissoria proprii Episcopi Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 8. Genett. *loc. cit. c.* 3. *q.* 1. 53

Et triplex est proprius Episcopus, originis, domicilii, & beneficii *cap. cum nullus de temp. ordin. in* 6. ubi Interpretes, & præsertim Passarinus Less. *lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 9. Layman. *lib.* 5. *tract.* 9. *c.* 9. *nu.* 50. *tom.* 2. Genett. *cap.* 3. *q.* 2. Sed nunc videtur restringi collatio ordinum ad solum Episcopum originis ex Bulla *Speculatores* Innocent. XII. Quæ est impress. apud Genett. *loc. cit. in fin. tom.* 5. Episcopus loci nativitatis aliquoties non censetur Episcopus originis Passarin. & Layman. *loc. cit.* Genett. *d. cap.* 3. *q.* 3. & ex dicta Bulla *Speculatores*, quæ est jus novum in hac materia. Et in hoc ultimo casu paucis ab hinc diebus scripsi, & obtinui filium meum natum Parmæ ordinandum esse ab Episcopo Lunens. Sarzanen., in cujus Diœcesi ego natus sum, ex eo quod nativitas filii mei fuit accidentalis causata ex mea accidentali mora in hac Civitate Parmensi, nimirùm occasione Lecturæ, & Advocaturæ præsertim cum adhuc habeam patrem meum vivum morantem in dicta Diœcesi Lunens. Sarzan. cum quo semper intellexi, & intelligo facere familiam unitam, & non separatam, & cum nepotes una cum

fi-

filio fiot ſub patria poteſtate; & latius dicam Deo dante iu meis allegationibus ſao loeo, & tempore edendis.

55 De Ordine Ciſtercienſi, ejuſque privilegio Anſald. *dec.* 61. *n.* 12.

56 De ordioibus militaribus vide Card. De Luc. *in Indic. gener. verb. militares ordines*: Et etiam *in hoc oper. §. Equites, & militia.*

57 An, & quando admittendus ordo retrogradus De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 203. *num.* 8. *& diſc.* 207. *num.* 10.

58 Ordo Symmetricus in Eeelefia, & eccleſiaſticis fuoctiouibus eſt ſervandus De Luc. *de Jurep. diſc.* 84. *n.* 5.

59 De diſtributioue ordiuum, & hierarchiarum in Fcclefia militante, & triumphaote vide De Luc. *de Canonic. diſc.* 35. *n.* 2. *Miſcell. diſc.* 40. *n* 3.

Da ordine tenendo inter plures ſanctos, qui eodem tempore canoniaeutur De Luc. *d. diſc.* 40. *per tot.*

60 De ordine directo banco, & plura circa hanc materiam De Luc. *de Donat. diſc.* 24. *n.* 4. *de cred. diſc.* 68. *a n.* 4. *diſc.* 69. *n.* 4. Emerix jun. *dec.* 463. 482. 734. 749. 792.

61 Ordo præſcriptus quando poſſit interverti De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 33. *num.* 16. *&* 21. *de Feud. diſc.* 9. *& in annot. ad eumdem diſc.*

62 Ordo præpoſterus an attendatur in ſolutione penſiooum De Luc. *de Penſ. diſc.* 26. *num.* 5. *diſc.* 29. *num.* 2.

63 Ordo per prius, & poſterius quando ſit attendendus in reciproca De Luc *de Fideicommiſ. diſc.* 101. *n.* 6. *& indic. verb. Alternativa.*

64 Ordo eſt diſtinctatum perſonarum Fagnau. *c. cum contingat n.* 17. *de ætat. & qualit.*

65 Ordo Poteſtatum aſt, ut ioſeriora a ſuperioribus guberneutur, & ad unum tandem redigaotur Fagnan. in *cap. ſignificaſti n.* 29. *de Elect.*

66 Ordo datus per prius, & per poſterius eenſetur datus pio forma Fagoan. *in cap. qui Præsbyterum n.* 35. *de Pœnit. & remiſſ.* Sed hoc deelaratur quatuor modis *ibidem a n.* 74.

67 Ordo Juris in cauſis Regularium an remittatur Fagnan. *in cap. per tuas il* 1. *n.* 6. *de Simon. & in cap. qualiter il* 2. *n.* 99. *de Accuſ.*

68 Quando ſpoliatur unos de eodem ordine, & alter ejuſdem ordinis inveſtitur, dicitur alienatio De Luc. *de Alien. diſc.* 54. *nu.* 8. *&* 9. Paciou. *de Locat. cap.* 14. *§.* 6. *n.* 13. Rot. *rec. part.* 7. *dec.* 3. *n.* 32. *part.* 8. *dec.* 85. *n.* 5. Piton. *de Jurep. alleg.* 47. *n.* 57. *tom.* 1.

69 Inter pares ordine attenditur tempus receptionis Piton. *de Jurepatr. alleg.* 90. *n.* 138. *tom.* 2.

70 Ordini temporis præfertur ordo qualitatis Piton. *d. alleg.* 90. *n.* 136. *tom.* 2.

§. OSCULUM X.

1 OSculans mulierem, ſive puerum luxurioſè, qua pœua ſit puniendus, Afflict. *dec.* 266. Cabsl. *reſolut. crim. caſ.* 96. *per tot.* Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 41. *n.* 37. Farinac. *quæſt.* 142. *part.* 4. Joſeph Mela ad Gizzarel. *deciſ.* 52. *n.* 26. *&c.* Tuſch. *litt. O. concluſ.* 207. ubi reprebeodit, & declarat Afflict. vide Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 184. Franch. *dec.* 333. Peguer. *dec.* 7. Anton. de Ballis *tractat. crimin. lib.* 3. *caſ.* 13. *num.* 33. Boff. *tit. de extraord. crim. n.* 3. Carol. Rota *in Florileg. concl.* 5. *n.* 47. *& ſeqq.* Baſilic. *deciſ. crim.* 21. *à num.* 2. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 50. *q.* 12.

Quòd oſculans puerum, vel puellam luxurioſè nulla vi adhibita puniatur extraordinariè arbitrio judicis; ſi verò vis adhibita fuerit in deoſculando puellam, vel mulierem nuptam honeſtam, puniatur pœna capitis, niſi fiat ex impulſu amoris, vel alia ſubſiſtat cauſa, quæ juxta facti, & perſonarum qualitatem excuſet ab hac pœna ordinaria, ut videtur ſentire Menoch. *de arbitr. caſ.* 287. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & quid in facti contingentia fuerit ſervatum, vide Clar. *§. fin. qu.* 83. *verſ. Oſculum inferens*, Afflict. Cabal. & Farinac. *in loc. cit.* Ricc. *Collect.* 47. *&* 2185. ubi refert diverſimodè judicatum juxta varias locorum conſuetudines, ſemper citra mortem, & ut plurimum ad triremes, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Oſculum reſ. unic. per tot.* ubi probat etiam cum vi eſſe locum tantum pœnæ arbitrariæ, & non nimis gravi, niſi magnæ concurrerent circumſtantiæ aggravantes, quæ poſſent facere extendi arbitrium uſque ad Mortem, Mutam *deciſ.* 62. Baſilic. *deciſ. crimin.* 22. Triviſ. *deciſ.* 47. *lib.* 2. & alios relatos per Raynald. *Syntax. rerum crim. cap.* 11. *§.* 6. *per tot.* ubi quòd oſculans cum violentia punitur pœna extraordinaria, quæ etiam extendi poteſt ad mortem ſtantibus circumſtantiis aggravantibus, & ut plurimum pœna triremium, quandoque exilii, vel relegationis, vel pecuniaria juxta facti, & perſonarum qualitates, ut ſi ſequatur ex impetu amoris, cui aliquantum eſt ignoſcendum, ad exemplum Piſiſtrati Athenienſis Tiranni, qui uxori hortanti ad ſumendum capitale ſupplicium contra juvenem, qui amore captus ejus filiam deoſculatus fuerat, reſpondit, *ſi eos, qui nos amant interficiamus, quid his faciemus, quibus odio ſumus?* Et quando fuit de conſenſu mulieris, ut invicem matrimonio copulentur, eo ſequuto nullatenus punitur; aliàs autem extraordinariè, dummodò ſint æqualis conditionis, & gravius ſi factum fuerit ad impediendum matrimonium cum alio tractatum, vide in *§. Vis*, & Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. pr. verb. Oſculans*, ubi refert diverſimodè judicatum, latè idem Baſilic. *loc. cit.* Bellegrand. *loc. ſupra cit.*

An autem oſculum luxurioſum ſit cauſa amiſſionis dotis in muliere, vide in *§. Adulterium n. & §. Mulier num.* Baſilic. *dict. deciſ.* 22. *num.* 22. Gall. *de fruct. diſp.* 20. *art.* 3. *num.* 11. Sed quale dicatur oſculum luxurioſum ad dictum effectum, nè deſeras videre, Thom. Triviſ. *deciſ. Venet.* 47. *per tot. lib.* 2. ubi quòd debet intelligi ſi mulier deoſculari conſentiat, & alia, nam ad hoc propoſitum dici ſolet.

Bocca baſciata à forza, ſe 'l bacio ſputa, ogni vergogna amorza.

Quòd oſculum ſit ſignum mutui amoris, & confirmet ſponſalia, Tuſch. *litt. O. concluſ.* 206. Carol. Rot. *in Florileg. concluſ.* 2. *num.* 47. *& ſeqq.* ubi plura faceta de oſculis, & quòd raro evenit ut mulier oſculata non ſit corrupta, & non minus maculatur honeſtas ex oſculis luxurioſis, & voluntariè paſſis, quàm ex conjunctione carnali, & alia ad hujus rei comprobationem, ac quale indicium adulterii præbet.

An autem intercedente oſculo, vel copula, ſi poſtea ſolvantur ſponſalia, poſſit ſponſa lucrari ſaltem medietatem ſponſalitiæ largitatis, dixi in §. *Donatio num.* 8. *infra num.* 9.

Quale indicium adulterii, vel ſtupri faciant oſcula præcedentia, ſi conſtet de illis, vide DD. citatos in *§. Adulterium num.* 5. *§. Coitus nu.* 11. *& §. Stuprum*, idem Baſilic. *d. nu.* 7. Vide Otthobon. *deciſ.* 262. *n.* 7.

Oſculum dicitur ab ore, & eſt diminutivum oris, 2
quia in oſculando fit parvum os, & ut poſſit dici oſculum luxurioſum debet eſſe in ore, vel alia parte luxurioſa datum, veluti in mammillis & ſimilibus membris luxurioſis; aliàs ſi oſculum detur in fronte, vel manibus, denotat potiùs reverentiam, & amorem filialem, ſi talis ſit uſus deoſculandi in regione, & ſic abſque fine libidinis non dicitur luxurioſum, nec habet locum pœna rigoroſa oſculi luxurioſi, de quo vide Thom. Triviſ. *deciſ. Venet.* 47. *lib.* 2. Mutam. *deciſ. Sicil.* 62. Arcian. *deciſ.* 73. Novar. *in Pragm. in Regn. Neapol. Collect.* 184. ubi etiam quòd oſculantes debent eſſe juvenes; nam ſi unus ſit annorum 60. & alter 15. ceſſat effectus luxoriæ in ſana, licèt appetitus ſit ardens, & ideò luxurioſum oſculum dici non poteſt, quod tamen mibi non placet, cum luxuria detur etiam in ſenibus.

Ex qualiter oſculans mulierem, ut eam habeat in uxorem poſſit excuſari, maxime ſi præceſſit tractatus, & conſenſus oſculi, & matrimonii, & poſtea ſequatur matrimonium, Gramat. *conſil.* 42. *num.* 4. *&* 5. quem refert, & ſequitur Novar. *loc. cit.* facit quòd

dixi in *§. Matrimonium n. 9. §. Raptus nu. 8. & §. Stuprum nu. 8.* Basilic. *à n. 26.* Vide Bellegrand. *loc. cit. tract. 10. quæst. 71.*

3 Oscula, amplexus, & tactus an sint peccatum mortale, dic quòd non ex obiecto, & natura sua, quia possunt esse signa mutuæ benevolentiæ, familiaritatis, cognationis, amicitię, pacis, & obsequii juxta consuetudinem, quæ viget in patria; si verò procedant ex causa libidinis, etiamsi ob solam delectationem sensus, quæ percipitur ex tactu in osculando, amplexando, vel tangendo absque alio fine & animo luxurię, sunt peccatum mortale, maximè si fiant ob delectationem capiendam ex eis, qualis capi solet antecedens, vel comitans, vel consequens copulam, vel stante probabili periculo consentiendi in coitum, vel cogitationem, sive delectationem luxuriosam, vel stante periculo probabili pollutionis voluntariæ: nisi tamen hujusmodi oscula, tactus, & amplexus sequantur inter conjuges, nam inter istos sunt liciti etiam absque ullo coitu conjugali, & absque ulla cogitatione copulæ, sed solùm simpliciter ob delectationem sensus, cessante tamen periculo voluntariæ pollutionis, ac idem est inter sponsos per verba de præsenti, cùm & isti verè sint conjuges, imò, & inter sponsos per verba de futuro hujusmodi actus non libidinosi sunt permissi, quia sunt signa amoris confirmatoria sponsalium contractorum, dummodò se contineant in voluptate, quæ ex illis oritur sine ampliori voluntate, & sine periculo pollutionis, vel consensus in eam, vel in copulam illis nondum permissam: quæ cum difficilia sint, expedit nè opportunitates hujusmodi, & pericula permittantur, antequam conjuges fiant, prout hæc omnia colliguntur ex Summa Tabien. *verb. Osculum per tot. fol. mihi* 398. Sum. Armila *verb. Osculum fol. mihi* 921. Som. Sylvestr. *verb. Delectatio quæst. 4. & 5.* Tolet. *lib. 5. cap. 14. num. 2. & seqq. fol. mihi* 448. Navar. *in Manual. cap. 16. num. 11. & seqq. fol. mihi* 180. & 181. Candid. *disquis. moral. tom. pr. disquis. pr. per tot.* Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part. 2. lib. pr. cap. 21. per tot. fol.* 121. *& seqq.* Cajetan. 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 4. & in Somula *verb. Impudicitia fol. mihi* 269. Azor. *Institut. moral. part. 3. lib. 3. cap. 25. fol. mihi* 192. *&* 193. ubi etiam quòd dicta oscula libidinosa sint peccata distinctæ speciei pro varietate personarum cum quibus committuntur, quia sunt luxuriæ, & libidines inchoatæ, quæ ex se tendunt ad luxuriam, & libidinem consummatam, latè Bonac. *tom. pr. tractat. de matrim. quæst. 4. punct. 9. fol. mihi* 369. *&* 370. Dian. *resolut. moral. part. 4. tractat. 4. resolut.* 131. 136. *& part. 6. tractat. 7. resolut.* 65. ubi an aliquando inter uxoratos sint licita oscula, & tactus cum periculo pollutionis, *part. 9. tractat. 8. resolut. 31. quæst.* 6. Vide Mend. *benign. dissert. 5. q. 12.* Tasson. *de Antefat. vers. 8. cons. 2. n.* 48. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. sect. 2. n.* 131. *tom* 5.

An autem loqui cum fœmina, illam ut pulchram aspicere, audire sermones de fœminis, & hujusmodi ob delectationem, sit peccatum, vide Tolet. Azor. & alios in locis citatis, ubi dicunt quòd si id fiat animo concupiscendi ad copulam est peccatum mortale: si verò ob solam delectationem, quæ ex visione, aut sermone insurgit, est solum veniale, si non adsit alia mala intentio, vel probabile periculum incidendi in aliquam luxuriam, vel nisi essent aspectus ex se impudici, veluti in partibus pudendis, vel vicinis; sed qui amat periculum peribit in illo, & ideò licèt aliquando actus non sit per se peccatum, efficitur ratione periculi, vide in §. *Peccatum num.* 12. *&* 13. *& §. Periculum num.* 17 Dian. *resolut. moral. part. 11. tract. 2. resolut.* 68. ubi plura ad rem de aspectu pudendorum non permisso inter sponsos de futuro, & tantò minus inter alios non conjugatos, & latè Baldel. *Theolog. moral. tom. pr. lib. 3. Disput. 5. cum pluribus seqq.* & præcipuè *Disput.* 15. 16. *&* 17. Candid. *dict. disquisit. moral. 11. per tot.* ubi etiam de cogitationibus, & delectationibus, verbis turpibus amatoriis, aspectibus, & hujusmodi.

4 Quòd fœmina agnoscens se tangi, vel osculari juxta quidem moram regionis, sed malo animo, & libidinosè, si tactus sunt ex se impudici, vel in secreto, teneatur resistere, quia debemus quantum possumus peccatum proximi evitare; si verò non sint ex se impudici, & in publico secus, quia aliàs esset prodere peccatum alterius, vel scandalum præbere aliis aliquid mali suspicandi, & tunc fœmina utitur jure suo sinendo se tangi, & osculari de more regionis, & sibi imputet alius, qui malo animo agit, ut ex Sylvestro, Tabiena, & aliis notat. Azor. *Institut. moral. part. 3. libr. 3. cap. 25. quæst. 4. fol.* 193. ubi etiam *in cap.* 26. plura de choreis, vel balis, saltationibus inter mares, & fœminas, ut non sint ex se malæ, & illicitæ, sed tantùm ex prava intentione, aut abusu, vel probabili periculo libidinis, aut ex aliis circumstantiis loci, temporis, personarum, modi, & animi, de quibus etiam Baldel. *loc. cit.*

Oscula, & tactus quando ordinantur ad copulam, 5
vel sequuntur copulam, tanquam illius inchoatio, vel complementum, & apendix, licèt ratione sui habeant propriam malitiam, non tamen sunt mortaliter peccatum numero distinctum ab ipsa copula, & non sunt in confessione nominatim explicanda, sed veniunt cum ipsa copula; si verò quis accedat ad mulierem, ut ejus osculis, & tactibus tantùm fruatur sine animo copulæ, tunc cum ab initio oscula, & tactus non ordinentur ad copulam, licèt sequatur copula, non sufficit illam sine tactibus, & osculis in confessione explicare, sed etiam ipsi tactus, & oscula sunt exprimenda, tanquam peccatum distinctum, cum non processerint ex affectu copulæ, sed ob specialem libidinem in illis repertam, Gaspar. Hurtado *de Sacrament. disput. 9. de pœnit. difficult.* 6. Dian. *resol. moral. par. 4. tractat. 4. resol.* 205. Less. *de Just. & Jur. lib. 4. cap. 3. dub. 8. per tot.*

De osculis, & tactibus, qua ratione sint peccata, Thom. Hurtad. *resolut. moral. part. pr. tractat. 3. cap. 3. resolut. 26. per tot. fol. mihi* 112.

Oscula, & tactus, sicut & simplex aspectus, in par- 6
tibus pudendis, & inhonestis inter non conjugatos sunt semper per se peccata mortalia, cùm in his partibus non fiant nisi ex amore libidinoso, & depravato; inter conjugatos verò dicti aspectus, tactus, & oscula, etiam in dictis partibus pudendis, & cessante periculo pollutionis extra vas, excusantur à peccato mortali, non autem à veniali ob nimiam mollitiem, & effœminatam, ac increpandi sunt conjuges talia facientes; nunquam tamen possunt à peccato mortali excusari immitendo membrum virile in os uxoris, quia hoc non est simplex osculum pudendorum, sed quædam irrumatio diversæ speciei, non sine magno periculo consumandi extra vas naturale fœminæ, Escobar. *Theolog. moral. tractat. pr. Exam. 8. cap. 3. num. 66. & seqq.* Filliuc. *tom. 2. tractat. 30. cap. 10. num.* 195. Joseph. Roccaful. *Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. de sexto præcept. Decal. cap. x. nu.* 200. Dian. *resolut. moral. part. 11. tract. 2. resolut. 68. per tot.* Baldel. *Theolog. moral. tom. pr. lib. 3. Disput. 16. per tot.* ubi plura de aspectibus inhonestis quoad gravitatem, vel levitatem culpæ, Caspens. *Curs. Theol. tractat. 26. Disput. 8. sect. 7. per tot. fol.* 742.

Osculum est symbolum amoris, & eodem verbo 7
osculari, & amare utuntur Græci; fuit apud antiquos usu receptum in multis, nam osculo creabantur Reges, consecrabantur Sacerdotes, inaugurabantur Doctores, & hujusmodi: de osculo pacis, quod ortum habuit à familia Christi, qui etiam osculo Spiritum Sanctum in Discipulos immisit; qualiter osculum pacis præbeatur Episcopo consecrato, de illius mystica expositione, vel significatione; ac de osculo pacis in Sacrificio Missæ; quòd hodie osculorum piorum usus in Ecclesia Dei propter illorum abusum sit sublatus, & alia plura de osculorum usu, & significatione, tradit Pater Jacobus Lobbetius *in Specul. Ecclesiast. cap. 9. §. 4.* prout refert Dian. *resol. moral. part. 12. tract. de Consecrat. Episcop. resolut. 123. per tot.* faciunt tradita *in nova Polantea verb. Osculum*, Basilic. *decis. crimin. 2x. citat. num. 23. & seqq.*

Oscula à mulieribus Trojanis ad conciliandos sibi 8
viros contra illas vendicare volentes originem traxisse; apud Hebræos fuisse in magno usu; Apostolos

Chri-

Christum Redemptorem nostrum osculo sæpè salutasse; Romanos instituisse, ut propinqui Fœminis osculum darent ad sciendum ante metum, hoc est vinum olerent, ac passim inter amicos, & conjunctos oscula usurpasse; Persas inter pares se invicem osculo excipere consuevisse, inferiores verò genua erga Superiores flectere, vel ut alii dicunt genas manu tangere, vel deosculari pedes, sive purpuream vestem, quòd ultimum erga Principes non longè distat à modernis moribus, ex Plutarco, Sacris paginis, legibus, & Auctoribus notat Guid. Pancirol. *in Thess. var. lect. lib. pr. cap. 94. de osculo fol.* 133.

9 Oscula inter sponsos semper fuerunt in usu, nam sponsi cùm primùm sponsas adibant, osculo illas salutabant (quod etiam hodie à plerisque usurpatur) ac ideò à Constantino *in leg. si à sponso Cod. de donat. ante nupt. sancitum fuit*, ut altero sponsorum ante nuptias moriente, res sponsæ donatæ, osculo interveniente, pro dimidia tantùm restituantur, tanquam osculum quodammodò sponsæ pudorem diminuerit, Guid. Pancirol. *loc. citat. post medium*, de quo dixi in *§. Donatio num.* 8. ubi plura, & plures allegavi, quibus adde Fagundez. *de just. & contract. lib. 4. cap. 13. num. 16. & seqq. per tot.* ubi quid si oscula præcesserint sponsalia, quid si sponsa non erat virgo, licèt talis reputata, & alia ad rem, referendo contrarias opiniones. Vide De Franch. & Addent. ad eumdem *decis.* 503. & infra *n.* 15.

10 Osculis non contrahitur affinitas, Schrad. *in Lexicon. verb. Oscul*, Bertach. *in repert. verb. Osculum*, ubi plura de osculis.

11 Osculum propriè dicitur inter amicos, basium inter parentes, & conjunctos, suavium autem à suaviare dictum inter amantes, licèt hæc differentia non observetur, ut testatur Ambros. Calepin. *in verb. Osculum*, vide Francisc. Alumn. de Ferraria *in Fabrica Mundi*, ubi ex Dante Petrarca, & Bocaccio *sub num. 677. fol. mihi 82. à tergo*, notat dictam differentiam, & alia de osculis, inter quæ *Bocca basciata non perde ventura*:

Oscula, & tactus impudici cum aliis, an sint causa sufficiens recedendi à sponsalibus antea contractis, sicut fornicatio, dixi in §. *Sponsalia n.* 5. 12

Osculans Monialem, qualiter extraordinariè puniatur, Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 20. num.* 16. Farinac. *quæst. 146. num.* 33. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. pr. §. 14. num.* 18. Bellegrand. *in compend. rerum crimin. methód. tract. 10. quæst. 9. n.* 5.

Osculari faciens sibi pedes ab aliquo ei non subdito, ob aliquam injuriam acceptam, ut quandoque prætendunt, & faciunt homines superbi, qualiter sit puniendus, cum id sit regulariter prohibitum, quibus sit permissum, & alia, Thoro *Compend. decis. Neap. part. 3. sect. 2. verb. Osculari*, ubi refert quendam fuisse relegatum per septennium, licèt postea transegerit. 13

De osculis, eorum origine, & effectibus alia remissivè tradunt Calcjon. *Alphab. jurid. verb. Oscula*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. cod. verb. fol.* 260. Martin. Kemp. 14

Osculum datum per sponsum sponsæ graviter infirmæ censetur ex officiosa simulatione ad consolationem, sibique non præjudicat De Luc. *de Dot. disc. 33. n.* 8. 15

Osculum quandoque in bonam partem accipitur, quandoque sola confabulatio in malam partem sumitur Bellegrand. *in comp. rer. criminal. meth. tract. 10. quæst. undec. n. 3. & in Indic. verbo Mulier n.* 30. 16

Osculum, & apprehensio manuum non est de substantia pacis Spad. *conf. 118. n. 14. vol. pr.* 17

Vidua durante anno luctus admittens osculum an fiat infamis Brunnemann. *sup. ff. libr. 3. tit. 2. leg. 10. num.* 3. 18

Finis Libri Decimi tertii.

MARCI ANTONII
S·A B E L L I J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER DECIMUSQUARTUS.

De littera P.

§. PACTUM I.

1 
Actum est nomen generale comprehendens sub se omnem conventionem, & contractum; sed quando habet specificum nomen, non denominatur à genere, sed à specie, ut venditio, & similis contractus; quando verò conventio non habet speciale nomen, appellatur pactum, & est duorum, plurimmve in idem, alteri ab altero paciscentium dandum, vel faciendum placitum, & consensus; aliud dicitur nudum, aliud vestitum, aliud expressum, aliud tacitum, aliud clarum, aliud obscurum, & ambiguum; de viribus, & efficacia, vel inefficacia hujusmodi pactorum, & alia, vide per DD. *in Rub. & tot. tit. ff. C. & extr. de pact.* Oinot. *Institut. de obligat. cap. de pact. fol.* 264. *&c.* Petr. de Onnate *de contract. tractat.* 1. *disput.* 2. *sect.* 5. *tom.* 1. *fol.* 35. *& seqq. & tractat.* 5. *Disput.* 16. *per tot. fol.* 489. *&c. ad* 523. Peregrin. *tractat. var. lib.* 5. *tit. de pact. per tot.* ubi latè de pactis, & conventionibus, de quibus plenè etiam Gibalin. *de univers. negot. lib.* 3. *per tot.* Addo Capon. *de pact. & stipul. disp.* 1. *qu.* 2. *& 3. tit. de pact.* Del Verd. *Inst. lib.* 3. *à num.* 222. Valeron. *de transact. tit.* 2. *quæst.* 3. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 8. *decis.* 18. *n.* 4. *&* 6. *vol.* 3. Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 2. *n.* 149. Layman. *in Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 1. *n.* 1. *&* 2. *& cap.* 3.

Qualiter omnia pacta valida, & honesta sint servanda, & quando secus, latè Tusch. *litt. P, conclus.* 3. *&* 4. *per tot. cum pluribus seqq.* ubi multa de pactis, Onnat. *loc. citat. sect.* 8. *fol.* 517. *&c.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 49. *per tot.* ubi plura de interpretatione pactorum inter locatorem, & conductorem super remissione, vel non remissione mercedis, de qua dixi in §. *Remissio num.* 4. *& seqq.* Jovi. *de solenn. glos.* 16. §. 11. *art.* 1. *num.* 231. *glos.* 18. *num.* 9. Vide Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 477. *n.* 2. latè Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 47. *n.* 17. *&* 40. *alleg.* 50. *n.* 2. *alleg.* 73. *à n.* 23. Fagnan. *in cap. Antigonas de pact.*

2 Pactum nudum regulariter non producit actionem, nisi de æquitate canonica, vel ubi adest clausula, *sola facti veritate inspecta*, vel stante statuto quod procedatur de bono, & æquo, vel in Curia Mercatorum, & in similibus casibus de quibus Soccin. *reg.* 24. Card. Tusch. *litt. P, concl.* 18. *&* 19 *per tot.* Ricc. *Collect.* 1121. *&* 3704. Vivi. *comm. opin.* 568. *& seqq.* Oinot. *loc. sup. cit. num.* 7. *&c.* Mich. Ferro Manriq. *quæst. Vicar.* 22. *part.* 2. Asin. *in Prax.* §. 3. *cap.* 26. *per tot.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæst.* 51. *num.* 14. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 134. *nu.* 16. *in fine*, Paul. Christin. *decis. Belg.* 91. *volum.* 3. ubi tamen quòd hodie ex omni conventione seriò facta oritur actio in utroque foro, etiamsi non interveniat stipulatio, vel alia verborum formula, sicut etiam ex nudo pacto juramento suffulto, Calvin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 67. ubi quòd attenta æquitate pactum nudum pari passu ambulat cum stipulatione vallato, Addo Card. De Luc. *de Credit. disc.* 74. *nu.* 5. Lingl. *decis.* 98. *quæst.* 3. Rub. *loc. supra relat. n.* 153. Layman. *loc. cit. cap.* 2. *à nu.* 1. Fagnan. *loc. cit. n.* 31.

Quòd favore alimentorum producat actionem, Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 5. Item favore dotis ad latè tradita per Bossium *de dot. cap.* 9. §. 2. *nu.* 53. *& sequentib. fol.* 348. Del Verd. *Instit. lib.* 3. *num.* 228. Rub. *ubi supra n.* 154.

Quando autem pactum dicatur, vel præsumatur nudum, sive vestitum, & quomodo vestiatur, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 40. *& seqq.* Oinot. *ubi supra n.* 6. *& seqq. ad* 19. ubi refert octo Indumenta pactorum, vestiuntur enim pacta re, verbis, litteris, consensu quandoque, interventu rei, cohærentia contractus, juramento, & legis auxilio, ut ibidem explicat, & latè Petr. de Onnate *de contract. tom. pr. tract.* 5. *disput.* 16. *sect.* 4. *per tot. fol.* 500. Capon. *disp. pr. quæst.* 2. Rube. *loc. cit. n.* 153. Layman. *dict. cap.* 2.

Quòd non dicatur pactum nudum quando aliquid promittitur sub fide, cum datio fidei habeat vim juramenti, vide in §. *Promissio num.*

De pollicitatione facta absente parte, vel etiam præsente, sed non acceptante, quòd non teneat, nec actionem producat, Cavaler. *decis.* 562. *num.* 3. *&c. vide in* §. *Obligatio num.* Altimar. *de nullit. rub.* 1. *quæst.* 4. *per tot. tom.* 3. Merend. *controvers. Jur. lib.* 13. *cap.* 16. *n.* 2.

Quòd pactum quodlibet iniri, & probari possit per Epistolam, Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 11. *per tot fol.* 131.

Pactum de futura universali successione, vel aliter super hæreditate certi hominis viventis, vel ejus 3
quota, simpliciter, vel sub conditione, regulariter non valet, tanquam inducens votum captandæ mortis alienæ, & aliis rationibus, sive affirmativè, sivè negativè sit conceptum, nisi ille, de cujus successione ageretur consensum præstaret, etiam ex intervallo, licèt possit quandocunque hujusmodi consensum revocare in præjudicium paciscentium non obstante juramento, *l. fin. & l. pactum, Cod. de pact.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 12. *per tot.* Cyriac. *contr.* 88. *lib.* 1. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 692. *num.* 30. *& seqq. cap.* 818. *num.* 25. *&c. cap.* 470. *num.* 13. *&c.* Vivi. *comm. opin.* 578. Merlin. *de pign. & hypoth. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 40 *per tot.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 51. *num.* 24. *& seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 308. *per tot.* Altograd. *cons.* 41. *cons.* 42. *&* 43. *per tot. lib.* 2. ubi etiam inserit decisionem Rotæ Florentinæ in casu suo emanatam, in qua dicitur prædicta procedere etiam in foro conscientiæ, vide in §. *Votum num.* 1. Paul. Christin. *decis. Belg.* 133. *volum.* 1. ubi refert plures tenentes quòd sustineri possit vigore juramenti, *& decis.* 277. *num.* 11. *& seqq. per tot. d. volum. pr.* ubi etiam alia plura de hac materia, & quæ pœna sit imposita contra hujusmodi paciscentes, & meliùs *decis.* 92. *per tot. volum.* 2. *& decis.* 135. *num.* 4. *& seqq. volum.* 3. Ricc. *Collect.* 1043. *&* 2700. Altimar. *de nullitat. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 39. *num.* 237. *tom.* 6. Vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 638. *à n.* 13.

Quòd multis modis possit fieri pactum de futura successione viventis, & quando valeat, vel non, latè Tusch. *litt. P, conclus.* 13. *&* 14. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 92. *per tot. volum.* 2. plenè videndus Urceol. cum aliis ab eo doctè cumulatis *consult. forens. cap.* 98. *per tot. volum.* 2. & novissimè *in tract. de transact. quæst.* 54. *per tot.* ubi repetit omnia, quæ priùs scripserat *in dict. cap.* 98. paucis quibusdam additis, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 106. *n.* 22. *& seqq. per tot. & decis.* 554. Cæsar Cal. *tract. de*

feriis

feriis quæst. 5. *num.* 293. *& seqq.* Vide De Luc. *de Fideicomiss. disc.* 141. *& de renunc. disc.* 16. Mantiss. ad eumd. *libr.* 10. *decis.* 93. *&* 94. *& libr.* 11. *decis.* 31. *& seq. vol.* 2.

Quòd dictum pactum, maximè affirmativum de succedendo uti tristis eventus plenum non possit etiam validitatem sumere à consuetudine, idem Altograd. *consil.* 42. *num.* 49. *& seqq. lib.* 2. Rimin. jun. *cons.* 164. *num.* 37. *& seqq.* Ofasch. *decis.* 100. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 390. *num.* 36. *& seqq. per tot.* Vivi. *decis.* 186. *num.* 4. Urceol. *consult.* 98. *num.* 2. *&c.* ubi quòd naturalem non producit obligationem, non firmatur juramento, etiam in foro conscientiæ, & licèt esset ex causa certi matrimonii, nec opus est absolutione à juramento, *& in tract. de transact. quæst.* 54.

Sed quòd possit sustineri ubi vigeret talis consuetudo, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 133. *num.* 3. *volum.* 1. *&* 277. *dict. vol.* 1. *& decis.* 92. *vol.* 2. *decis.* 135. *num.* 6. *vol.* 3. *& decis.* 69. *num.* 8. *vol.* 4. ubi quòd hodiernis moribus valet, & regulæ, sive rationes infrascriptæ juris Romani, sunt meræ nugæ de jure consuetudinario. Vide Mantiss. *dict. decis.* 94. *à n.* 13. *& dict. decis.* 31. *n.* 5.

Quòd dicta consuetudo adsit in Gallia, Franc. Marc. *decis.* 132. *num.* 8. *part.* 2. Grivell. *decis. Dolan.* 147. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 390. *num.* 36. *& seqq.* ubi tamen illam improbat, vel saltem notabiliter restringit.

Quòd hujusmodi consuetudo, quæ generaliter videtur admittere dictum pactum in contractu matrimonii intelligatur in vim ultimæ voluntatis adeò ut semper possit revocari, pluribus citatis probat Urceol. *de transact.* 54. *n.* 8. *&* 9. vide *infr. versic. Item sustinetur &c.*

Quod ratio dictæ prohibitionis sit triplex, primò, quia hujusmodi pactum est contra bonos mores, cùm inducat votum captandæ mortis alienæ, secundò, quia de alienis rebus non licet disponere, & paciscì absque domini consensu, tertiò; quia tolleretur libertas testandi, adeò ut etiam aliqua ex istis cessante, & aliis militantibus semper sit locus dispositioni, *dict. leg. fin. C. de pact.* sicuti videmus in pacto, sive renunciatione partis de hæreditate filii viventis, in quo etsi non intret suspicio voti captandæ mortis, tamen reprobatur ex aliis prædictis rationibus, Bald. *in d. l. fin. num.* 5. ubi etiam Jas. Castr. & alii, Crass. *de success. §. Successio ab intestato quæst.* 9. Altograd. *d. consil.* 42. *num.* 20. *& seqq. lib.* 2. plenè Urceol. *consult. forens. cap.* 98. *per tot. volum.* 2. Peregrin. *decis.* 206. *num.* 7. *& seqq.* ubi latè sustinet hujusmodi pactum non valere etiam inter confideicommissarios paciscentes de divisione fideicommissi illis obventuri, licèt etiam plura alleget in contrarium, & denique dicat contrarium fuisse judicatum, sed postea tutelatem suæ opinionis repetisse Bolognet. *in d. l. fin. n.* 36.

Quòd pactum super bonis fideicommissariis possit celebrari cum tertio, vivente etiam adhuc gravato, qui restituere tenetur paciscenti, ipso gravato inscio, & ignorante, quia non agitur de bonis viventis gravati, sed mortui, videlicet fideicommittentis, Jas. *in l.* 1. *num.* 18. *C. de pact.* ubi etiam Rip. *nu.* 27. Gamm. *decis.* 92. *num.* 4. & admittit Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 158. *num.* 7. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 3. *num.* 12. *&c.*

Quod pactum de hæreditate viventis non valeat sine illius consensu, in quo debet perseverare usque ad mortem, & ex eo nullum jus dicatur quæsitum parti, & censeatur revocatus si fecerit testamentum alium hæredem instituendo, sive aliter inter vivos disponendo contra hujusmodi consensum, nec tale pactum possit juramento firmari, Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 33. *per tot.* Urceol. *consult.* 98. *num.* 24. *& seqq. volum.* 2. ubi benè declarat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 166. *num.* 12. *& seqq.* ubi quòd requiritur perseverantia in dicto consensu, qui potest revocari, idem Urceol. *de transact. quæst.* 54. Altograd. *cons.* 40. *n.* 1. *& seqq. lib.* 2. & latius *cons.* 41. 42. *&* 43. *d. lib.* 1. in eadem causa, ubi probat istud procedere etiam respectu legitimæ, quæ vivente patre, vel matre renunciari non potest, etiam cum juramento

sine consensu illorum, & perseverantiæ usque ad mortem, vide in *§. Renunciatio nu.* 21. *& §. Filia num.* 92. Urceol. *d. cap.* 98. *nu.* 38. *& seqq.* ubi quoad legitimam refert contrarias opiniones, & benè declarat, *& ibid. num.* 55. *&c.*

Quòd imò dictus consensus semel præstitus non possit revocari, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 92. *n.* 1. *volum.* 2.

Intellige omnia prædicta quando pactum cadit super hæreditate certi hominis, nam si sit generale quarumcunque hæreditatum deferendarum valet, nec intrat dispositio *d. l. fin. C. de pact.* Franch. *d. cas.* 89. Merlin. *decis.* 733. *in fine*, Urceol. *d. cas.* 98. *nu.* 49. Gratian. *discept. forens. cap.* 692. *num.* 45. *&c.* ubi refert ad verbum Burat. *decis.* 366. *per tot.* Altograd. *cons.* 42. *num.* 2. *& seqq. lib.* 2. ubi tamen latè ostendit non dici generale ad hunc effectum quando aliquæ personæ sunt nominatim expressæ, & licèt esset generale quoad alias, non posset operari validitatem pacti quoad nominatim expressas, & sequuta est Rota Flor. *in decisione causæ*, impressa penes eundem Altogr. post *cons.* 43. vide Burat. & Urceol. *loc. cit.* ubi quod procedit pactum etiamsi post generalem renunciationem subsequatur specialis renunciatio particularis hæreditatis alicujus, quidquid dicant Altograd. & alii, nisi conventio nonnisi in una persona verificari posset, latè Urceol. *tractat. de transact. quæst.* 54. *n.* 99. *& seqq.* Scaibau. *cent.* 2. *resol.* 282. Vide Rocc. Episc. *cap.* 90. *n.* 9. *&* 16. *lib.* 1.

Quòd pactum hujusmodi sustineatur quando non est de hæreditate, & successione universali, vel ejus quota, sed solùm respicit quotam bonorum, quæ longè differt à quota hæreditatis, & sic valere ubi agitur de certis bonis tantùm, Bursat. *consil.* 136. *num.* 40. *& seqq. lib.* 2. Francisc. Borell. *in responsu Imolæ impresso de anno* 1653: *vers. Quartò, & ultimo, fol. mihi* 277. *volum.* 1. allegat. Michalot. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 12. Rota *par.* 9. *recent. decis.* 290. *num.* 15. ubi de dote, Marta *vot. Pis.* 55. *num.* 4. *&c.* Thesaur. *decis.* 225. *num.* 11. facit Magon. *decis. Flor.* 34. *nu.* 16. *&c.* Paul Christin. *decis. Belgic.* 277. *num.* 4. *& num.* 19. *vol.* 1. Gayl. *lib.* 2. *observ.* 117. *num.* 89 Gabr. *comm. concl. lib.* 2. *tit. de pact. concl.* 1. idem Christin. *decis.* 135. *num.* 6. *vol.* 3. *& decis.* 69. *num.* 6. *volum.* 4. vide Facbin. *controv. jur. lib.* 5. *cap.* 84. *& seqq.* Urceol. *Consult.* 98. *num.* 12. *& seqq. & num.* 36. *& seqq. vol.* 2. ubi etiam an renunciatio legitimæ dicatur de quota bonorum, vel hæreditatis, ita ut subjaceat dispositioni *dict. l. fin. C. de pact.* & refert contrarias opinionis, quas benè declarat, latè idem Urceol. *tractat. de transact. q.* 55. *num.* 36. *& seqq. per tot.* Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 638. *n.* 14. *&* 15. *& decis.* 656. *n.* 5. Rocc. Episc. *cap.* 14. *num.* 21. *lib.* 1. *& ibid. num.* 39. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 93. *num. decis.* 94. *num.* 3. *& libr.* 11. *decis.* 32. *n.* 3.

Quòd autem non valeat etiamsi sit tantùm de quota hæreditatis, vel etiam tantùm de aliquibus bonis, & rebus certis hæreditatis personæ viventis, cum semper militent eædem rationes prohibitivæ, probat Altograd. *cons.* 41. *num.* 39. *&* 40. *lib.* 2 *et cons.* 42. *n.* 41. *dict. lib.* 2. ubi etiam in fine *cons.* 43. infert decisionem Rotæ Florentinæ superindè emanatam, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 962. *num.* & alios supra citates, Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 40. *num.* 14. *etc.* ubi tenet hanc partem, ita ut viventis bona non possint per tertium, cui post mortem sunt obventura obligari per dictas rationes, intelligendo de hypotheca speciali; secus in generali, sub qua veniunt etiam futura.

Item sustinetur dictum pactum si sit factum in contractu matrimonii, & ex causa dotis, Merlin. Pignatel *controv.* 4. *n.* 17. *in fine*, Borell. *dict. respons. vers. secundo nos versemur*, vide Gratian. *dict. cap.* 692. *num.* 6. *et seqq. per tot.* Michalot. *dict. cap.* 12. Paul. Christin. *decis. Belg.* 92. *num.* 9. *volum.* 2. *et decis.* 135. *num.* 5. *etc. vol.* 3. Urceol. *Consult.* 98. *n.* 7. *& seqq. vol.* 2. ubi latè contrarium probat, & dicit auctoritates contrarias procedere posse in vim ultimæ voluntatis, & supremi judicii, & non pacti, vel contractus irrevocabilis, ac ideò semper subia-

biacere revocationi; de quo, & pro hac parte plenè etiam Rot. part. 9. recent. decis. 390. per tot. & idem Urceol. tract. de transact. quæst. 54. num. 7. & seqq. facit quod dixi in §. Testamentum n. 57. vide Altimar. de nullitat. rubr. 1. part. 4. quæst. 49. num. 262. tom. 6. Mantiss. ad De Luc. dict. decis. 93. n. 16. et 17. dict. decis. 94. n. 8. et 11. dict. decis. 32. n. 6.

Idem est quando fuit factum ex justa causa, puta ingressus religionis, Buratt. decis. 366. num. 6. cum aliis per Altograd. cons. 42. num. 46. lib. 2. ubi num. 47. intelligit verum quando est super hæreditate personæ omninò incertæ, vel in pacto negativo tantùm de non succedendo; aliàs secus si agatur de hæreditata personæ certæ, vel de pacto affirmativo ad favorem alterius, ut ibidem declarat, & Buratt. dict. decis. 366. n. 6. latè videndus Urceol. dict. cap. 98. num. 50. et seqq. et de transact. dict. qu. 54. num. 50. et seqq.

Item sustinetur dictum pactum, si agator de jure conditionali ax fideicomisso, vel legato deferendo, Rot. decis. 12. num. 7. et 8. part. 6. recent. et decis. 158. num. 8. part. 9. tom. pr. recent. cum aliis per Urceol. dict. cap. 98. num. 51. et seqq. et dict. quæst. 54. num. 51. et seqq.

Quando dicatur de hæreditate personæ certæ, vel incertæ ad effectum validitatis, vel nullitatis, Franch. decis. 89. per tot. Gratian. & Buratt. loc. cit. Facit Modern. Carol. Anton. De Luc. ad Franch. loc. cit.

Sustinetur etiam dictum pactum, quando paciscentes habent spem succedendi, & convaniunt per viam donationis irrevocabilis, nam stante titulo donationis cessat dispositio dict. l. fin. sicut etiamsi non sit de hæreditate, sed tantùm de dote, & certis bonis, vel agatur da persona, quæ de brevi sit moritura, & supervivere non possit, vel stante ejus consensu, etiam præstito per tutorem, vel patrem infantis, & alia pro validitate dicti pacti, Martha vot. Pis. 55. per tot. infr. num. 4. Rocc. Episc. cap. 10. n. 38. lib. 1.

An in omnam casum, si aliquid fuerit datum ad obtinendum hujusmodi pactum, quod posteà affectum non sortiatur, debet omne restitui, Gratian. dict. cap. 692. num. 37. etc. dixi in resol. cap. 90. n. 16.

Quòd pactum de futura successione valeat favore militis, & piæ causæ, non tamen in vim pacti, sed ultimæ voluntatis, Alex. in l. pactum, Cod. de pact. & consil. 152. lib. 6. Everard. loc. à milit. ad Eccles. vel piam caus. nu. 4. Fusar. de substitut. quæst. 308. n. 42. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 9. de pact. convent. def. 6. Urceol. Consult. 98. n. 64. volum. 2. Merlin. de pign. lib. 2. tit. pr. qu. 40. num. 32. & seqq. & in tractat. de transact. quæst. 54. num. 64. & seqaentib.

Sed quod non valeat etiam favore Ecclesiæ, & piæ causæ, nec favore Collegii, & Universitatis etiam Ecclesiasticæ, Altograd. consil. 42. num. 47. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 692. num. 57. &c. Rot. part. 6. recent. decis. 33. et part. 9. decis. 106. nu. 22. sed contr. Capon. de Pact. quæst. 52.

Quòd dictum pactum possit confirmari, & approbari à supremo Principe, Georg. de Cabed. decis. Lusit. 77. part. 1. Urceol. d. cap. 98. num. 55. & de transact. quæst. 54. num. 65. Add. Rot. post Torre de Majorat. Italiæ dec. 71. n. 49.

Quando pactum de non succedendo, vel succedando, valeat, Bart. in leg. stipulatio hoc modo, ff. de verbor. oblig. Alexan. consil. 33. lib. 3. Pract. Papp. libell. ut pact servent. gloss. 3. num. 9. Capye. decis. 159. num. 10. Gratian. decis. 190. num. 13. & seqq. & disceptat. forens. cap. 470. num. 13. cap. 692. per tot. Tusch. litt. P, conclus. 13. & 14. per tot. Fusar. de substit. quæst. 308. Riec. Collect. 1043. & 2700. Rot. part. 9. recent. decis. 106. num. 11. & seqq. per tot. ubi pro nullitate, & decis. 154. dict. par. 9. ubi fuit confirmata alia decisio, & latè dict. part. 9. decis. 390. per tot. Merlin. de pign. lib. 2. tit. pr. quæst. 40. per tot. ubi latè an bona viventis possint per tertium, cui obventura sunt obligari, Paul. Chr. dec. Belg. 92. per tot. volum. 2. ubi qualiter pactum de futura successione sustineatur inter virum, & uxorem, maximè si sit reciprocum, sicut etiam inter fratres Magnates, vel Principes, in contractibus antenuptialibus, vigore statuti, vel consuetudinis, & alia, idem Christin. decis. 135. nu. 4. & seqq. vol. 3. & decis. 69. num. 6. &c. vol. 4. latè videndus Urceol. consult. 98. per tot. vol. 2. & tract. de transact. quæst. 54. per tot. ubi repetit omnia priùs scripta. Altimar. loc. cit.

De materia dicti pacti, de ratione prohibitionis, & quando possit sustineri, vel non, Rovit. decis. 87. per tot. cum notabili Apologia ad dictam decisionem per Carleval. de judic. lib. 2. in fine fol. mihi 240. ubi latè dictam Roviti decisionam impugnat, & subvertit acriter mordendo, vide Rot. in Asculana Primogenituræ Mercurii 26. Junii 1686. coram Albergato Decano, habetur penes Jo. Torre de success. in Majorat. & Primogen. Ital. par. 3. decis. 71. per tot. ubi etiam inserit Consultationem ab ipso factam in dicta causa, & contrariam eidem decisioni ex diversis motivis in decisione non pondaratis, & latiùs, tractat. de pact. futur. success. per tot. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 39. à n. 237. tom. 6.

Et de vanditione hæreditatis certi hominis viventis, ut nullius sit momenti, & quare Hermosil. ad l. Partit. tom. 2. gloss. pr. &c. leg. 13. tit. 5. fol. 476. &c.

An autem valeat, si fundetur in persona promittentis, & non respiciat bona, Faebin. contr. jur. lib. 5. cap. 85. &c. Christin. d. decis. 69. nu. 7. vol. 4. ubi videtur affirmare, licèt alii contra ab ao relati.

Pactum per quod filia recepta dote renunciat hæ- 4
reditati paternæ, non valet, l. pactum Cod. de collat. nisi sit juratum, Everard. loc. à vi juram. n. 9. & 37. latè Gratian. discept. forens. cap. 470. num. 13. & seqq. per tot. Oinot. in §. Item si quis nu. 7. Instit. de act. fol. 404. Merlin. decis. 264. num. 2. Rot. part. 13. recent. decis. 404 num. 10. ubi quod si sit firmatum juramento valet, & est omninò servandum, vide latè Gabr. Vasquez Opusc. moral. tract. de testam. cap. 6. §. 2. per tot. fol. 297. &c.

Multa de hujusmodi pacto super hæreditate viventis certo modo disponenda, vel perdenda, val acquirenda, quando valeat, vel non, Soccin. reg. 344. 345. & 346. per tot. Diaz. reg. 522. & 524. per tot. Iplenè videndus Urceol. cum aliis pluribus ab eo citatis Consult. forens. cap. 98. per tot. vol. 2. & tract. de transact. quæst. 54. per tot. Martha vot. Pis. 55. per tot. ubi de pacto inter socerum, & generum super successione dotis uxoris prægnantis infirmæ ad mortem, ut per modum donationis sit validum, vel quia infirma ad mortem habeatur pro mortua ad hunc effectum, vel quia quoad filium cum esset natus in octavo mense habebatur pro non nato, & sic utroque respectu non agebatur de hæreditate viventis, & alia pro validitate hujusmodi conventionis, Gabr. Vasquez loc. sup. cit. Vide De Luc. de Renunc. disc. 16. Mantiss. ad De Luc. libr. 11. decis. 30. & seqq. vol. 2.

Pactum factum à matre da non succedendo non 5
2 Pater non tenetur ad restitutionem dotis solutæ tantùm filio sine illius consensu, licèt matrimonio consenserit, nisi quatenus esset in peculio, vel in rem suam versum, possit tamen hujusmodi consensus haberi etiam in absentia, & ex intervallo, Cabil. *consil. decis. 59. lib. pr. & cons. 62. d. lib. pr.* Negul. *loc. supracit.* Sperel. *dict. dec. 165. num. 8. &c.* vide Tusch. *litt. D. conclus. 765.* ubi an, & quando pater teneatur restituere dotem pro filio, *& conclus. 770. & seqq.* Ricc. *Collect. 3577.* vide plenè Boss. *loc. cit.*

Quando pater, & filius simul confessi sunt dotem recepisse, ad quem præsumatur pervenisse, ut teneatur restituere, Menoch. *lib. 3. præsumpt. per tot. infra n. 3.*

Quòd si pater solus dotem nurus pro filio recipiat etiam filio præsente, solus ad restitutionem teneatur, & non filius, nisi quatenus hæres patris existat; si verò filio è contra dos fuerit persoluta sine patris jussu, vel consensu, non obligatur pater, nisi de in rem verso, vel peculio tenus si filius habeat peculium, & idem est si dotem pater recipiat, sed tamquam nudus minister filii, & hoc pacto ut solus filius obligetur; sin autem consentiente simpliciter patre dos fuerit filio soluta, licèt pater non se expressè obligaverit ad illius restitutionem, juris ministerio speciali dotium favore habetur pro obligato tamquam fidejussor filii, ita ut si quid de ære proprio solverit, repetere possit, DD. *in l. si cum dotem 23. §. Transgrediamur, digestis solut. matrim.* Aret. *in §. fuerat n. 26. &c. Institut. de act.* Surd. *dec. 47.* Corn. *cons. 256. n. 32. &c. lib. 1.* Bald. Novel. *de dot. privileg. 37. & 38.* & benè Pontirol. *in Respons. pro Mambellis nu. 379. & seqq. Cæsenæ impresso de anno 1645.* Sperel. *d. dec. 165. num. 1. & seqq.* vide in *§. Fidejussor num.* Ricc. *Collect. 3577. & 1140.* plenè Boss. *de dot. cap. 12. per tot. fol. 478. &c.*

Pater, & filius simul confitentes dotem nurus, & respectivè uxoris recepisse, obligantur singuli pro dimidia ad restitutionem, per text. *in l. reos §. cum tabulis, ff. de duobus reis, l. Uranius §. Si duo ff. de fidejuss.* cum aliis per Ostasch. *dec. 43. num. pr.* Tusch. *lit. D. conclus. 771. num. 2. & seqq.* Vivi. *comm. opin. 595.* ubi refert ita judicatum, eo patrocinante. Ripol. *var. res. cap. 10. num. 121. & seq.* Antonell. *de temp. leg. lib. 2. cap. 9. n. 69.* 3

Contrarium tamen nempè præsumi totam dotem pervenisse ad illum, qui curam rerum, ac negotiorum domus habebat, & sic ad patrem, qui non præsumitur sibi voluisse in usufructu præjudicare, & qui à communiter accidentibus, à quibus fortis, & valida est argumentatio, dos ad patrem pervenire solet, æquius, & humanius esse profitentur, Cyn. in *d. l. Si cum dotem §. Transgrediamur*, Cravett. *cons. 91. nu. 3. & 4.* Ostasch. *dec. 43. per tot.* Boss. *de dot. cap. 12. n. 22. & seqq. fol. 484.* Surd. *decis. 47. n. 6.* & alii quos refert, & sequitur Pontirol. *d. Respons. n. 390. & seqq.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 14. per tot.* facit quod dixi in *§. Maritus num.* vide Tusch. *d. conclus. 771. per tot.* Franc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. qu. 21.* ubi plures alios allegat, & alias declarationes adducit De Marin. ad Revert. *dec. 199.* Card. De Luc. *de Dot. disc. 162. n. 26.*

Quòd dos unius *ex* filiis patri communi soluta sit ante omnia tamquam æs alienum deducenda, præstita cautione ne alii fratres molestentur, Cavaler. *dec. 426. per tot.* Cabal. *cons. dec. 62. per tot. lib. pr.* ubi benè declarat, & dixi *in §. Dos n. 11.* facit idem Cabal. *cons. 147. n. pr. & seqq. d. lib. pr.*

Pater restituens dotem filio de consensu nurus, an ipse, & ejus bona remaneant liberata à nexu obligationis tam expressæ, quam tacitæ legalis, latè declarat videndus Sperel. *dec. 164. n. 4. & seqq. per tot. & dec. 165. n. pr. & seqq. ad 25.* ubi in *d. dec. 164.* firmat plura requiri ad dictam liberationem consequendam, primò, ut fiat filio emancipato, vel saltem justa causa præcedat restituendi dotem filio non emancipato; secundo ut pater filio à se recedenti commodè non possit assignare dotis redditus absque eo quod dotem ipsum restituat; tertiò quòd filius vel sit solvendo, vel de dilapidatione non suspectus, sed providus, & diligens. Si itaque pater spontè restituat dotem filio in potestate simul cum eo habitanti, non liberatur, quamvis consensus accedat, quia in effectu tunc non adest causa restitutionis; si autem illam restituat filio seorsum habitanti, & onera matrimonii sustinenti, etiam non emancipato, utique interveniente nurus consensu liberatur; de quo vide etiam Boer. *dec. 195. nu. 4. &c.* Boss. *tract. de dote cap. 12. §. 4. n. 30. & seqq. fol. 487.* Petr. Barbos. *in l. 2. part. 2. in princ. n. 16. &c. ff. solut. matrimon.* Franch. *dec. 381. per tot.* Afflict. & Urtil. *dec. 349. per tot.* Cabal. *cons. 147. n. 9. & seqq. lib. pr.* ubi quòd si non liberetur ex defectu consensus nurus, cui iterum restituere dotem teneatur, potest ipse, vel ejus hæres recuperare bona filio pro dicta dote consignata, una cum fructibus recompensativis, facit quod dixi in *§. Dos n.* *& §. Fructus n. 9. &c.* vide Add. ad de Franch. *cit. decis. 381.* ubi modern. Carol. Anton. De Luc. Card. De Luc. *de Dot. disc. 162. n. 27.* Balduc. *tit. 4. dec. pr. a num. 12.* 4

Pater potest repetere à genere sumptus, quos in domo sua fecit pro infirmitate filiæ, Pract. Papp. *libell. ad dot. & usumfr. gloss.* ac etiam Surd. *de aliment.* 5

ment. tit. 6. quæst. 5. per tot. & quæst. u6. intelligendo quando maritus alere tenebatur, alias secus.

Imo quòd si non fuerit potestatus de repetitione, videtur donasse ob paternam affectionem, *arg. leg. Nesciuis ff. de neg. gest.* Grat. *discept. for. cap.* 823. *n.* 22. *&c.* vide Surd. *loc. cit.*

6 Pater promittens alimenta filiæ, & genero in domo sua pro certo tempore, an ex hoc intelligatur voluisse dotem augere, ita ut in casu restitutionis dotis, sit etiam restituenda æstimatio dictorum alimentorum à genero, Altograd. *conf.* 76. *per tot. lib.* 2. vide in §. *Alimenta n.* 27.

7 Pater tenetur alere filios non habentes aliunde vivere, licèt portionem jam assignatam consumpserint, Osasch. *dec.* 124. *n.* 9. vide Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *qu. pr. nu.* 68. *vers. alimenta semel. pag.* 62. *in fin.* 2. *colum. tom.* 8. ubi distinguit. Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 144. *art.* 42. *n.* 88. Trantacinq. *var. lib. pr. de Aliment. resol.* 2. *n.* 8.

Quæ ampliatio non placet Natt. *conf.* 48. Cravett. *consil.* 199. vide in §. *Filius num.* §. *Legitima num.* 15.

Intellige dummodò filius habiter cum patre, & debita obsequia præstet, Gratian. *discept. for. cap.* 552. *n.* 41. *&c.* vide in §. *Alimenta n.* 8.

Quæ autem requirantur, ut filius dicatur vivere posse ex arte, & sic ut cesset in parte necessitas alendi, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 8. *n.* 35. *&c.* Quid si sit sanus, & robustus, & sic possit sibi victum quærere inserviendo alicui Principi in aula, vel bello, vel mercatura, Cabal. *conf.* 154. *num.* 27. *& seqq. lib. pr.* ubi refert tenentes tunc patrem excusari. Vide Domin. meum Advocat. Cabrun. *lucubr.* 30. *n.* 21. *&* 22.

Sed contrarium esse verius, aliàs numquam, aut raro deberentur alimenta, de quo latè Surd. *de aliment. tit.* 7. *qu.* 9. *nu.* 11. *& seqq.* ubi loquitur in spurio, sed ratio procederet etiam in legitimo.

Stante inopia patris cessat necessitas alendi, nec tenetur alienare proprietatem, idem Gratian. *cap.* 519. *n.* 14. *etc.* ubi etiam quòd idem est in filio respectu patris, vide in §. *Alimenta n.* 8. *etc.* Mess. *c.* 7. *glos.* 13. *n.* 25. *ubi n.* 26. *declarat.* Vida Cabrun. *loc. cit. a n.* 6. *cum seqq.*

De hac materia latè Surd. *tract. de alim. tit. pr. q. pr. cum pluribus seqq.* Balthas. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 47. *per tot.* dixi in §. *Alimenta*, Paul. Christin. *dec.* 143. *vol.* 3. ubi etiam qualiter vicissim pater sit alendus à filio, Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 485. ubi quòd tenetur etiam alere nurum in subsidium, de quo Bich. *dec.* 108. *et par.* 12. *dec.* 166. *per tot.* ubi qualiter, & quando etiam extra domum. Latissimè Altimar. *d. quæst. pr. pag.* 55. *vers. quod mater, et pluribus seqq. per plur. pag. tom.* 8. Cabrun. *dict. lucubr.* 30. *fere per tot.*

Quod pater, vel socer teneatur alere nurum, intellige durante matrimonio, secus illo dissoluto, nisi sit hæres filii, & in subsidium, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 30. *per tot. tom. pr. et dec.* 349. *per tot. in eadem causa*, & dixi in §. *Socer n.* 3. *et infra n.* 10.

8 Pater Judæus, vel alterius sectæ infidelium tenetur alere, & dotare secundum vires patrimonii filios effectos orthodoxos religionis, & Christianos, *l. cognovimus, Cod. de hæret.* Jas. in §. *Fuerat nu.* 114. *Instit. de act.* secùs autem si ipse pater sit Christianus, & filii hæretici, vel Judæi, *d. l. cognovimus* Jas. *loc. citat. n.* 112. vide Surd. *de aliment. tit. pr. quæst.* 4. *per tot.* Boss. *de dote cap.* 4. §. 11. *et* 12. *fol.* 159. ubi tamen quòd è contra pater Catholicus non tenetur dotare filias hæreticas, vel Judæas Altimar. *d. q. pr. vers. et pater hæreticum cum seq. pag.* 63. *tom.* 8. Barbos. *in l.* 4. *C. de alend. liber.*

An autem pater Judæus, vel infidelis sit alendus à filio, affirmativè concludit idē Surd. *d. tit.* 1. *q.* 18. *per tot. in cap. si qui* 30. *distinct.* ubi etiam glos. & alii.

9 Pater tenetur dotare filiam etiam jam nuptam cum contensu suo, vel illo invito si post vigesimum quintum annum ætatis filiæ distulit illam maritare, DD. *in Auth. res quæ Codic. com. de legat. et in l. pr. ff. solut. matrimon.* Jason. *in* §. *fuerat nu.* 96. *etc. Instit. de act.* Cabal. *conf. dec.* 43. *lib. pr.* ubi ampliat etiam si filia habeat de proprio, unde se dotare possit, vel etiam si sit jam nupta sine dote, & invito patre, dummodò non nupserit indigno, & tale onus transit ad patris hæredes, maximè stante statuto fœminarum exclusivo, vida Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. *n.* 52. *et seqq. ad* 89. Paul. Christin. *decis.* 132. *nu.* 4. *et seqq. volum.* 3. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 93. *et* 94. ubi etiam si nupserit ante 25. annum, & patre reclamante, *et dec.* 318. ubi etiam quòd tenetur ad fructus, licèt dotem non promiserit, cum ad illam de jure tenetur ut supra, & dixi in §. *Interesse n.* 22. Rot. *d. part.* 14. *dec.* 413. *per tot.* vida in §. *Filia n.* 75. & Rot. *d. part.* 14. *dec.* 417. *per tot. in eadem causa*, ubi etiam si filia sit dives, & habeat de proprio, *et part.* 18. *tom. pr. dec.* 39. *per tot.* latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 384. ubi plura notabilia, Bich. *decis.* 350. *n.* 47. ubi quod est onus annexum bonis paternis, & transit cum ipsa hæreditate in quantitate solita; & de obligatione patris, etiam jure naturæ in conscientia, & coram Deo, dotandi filias legitimas, & naturales, cum prædictis, ac aliis ampliationibus, & declarationibus, plenè Boss. *tract. de dot. cap.* 4. *per tot. fol. mihi* 121. *etc.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos. pr. per tot. fol.* 3. *etc.* Caldas Pereyra *quæst. forens. cap.* 18. *per tot.* latissimè Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *à* 268. *tom.* 5. Vide Card. De Luc. *de Dot. disc. pr. disc.* 4. *disc.* 142. 144. *et* 145. *et* 169. Torr. *de pact. fut. success. libr.* 2. *cap.* 11. *et decis.* 185.

In contrarium facit Michalor. *de fratr. part. pr. capit.* 26. *n.* 24. *et part.* 3. *cap.* 5. *nu.* 8. *etc.* ubi quòd non tenetur si ex aliqua causa possit in matrimonium honestè sine dote collocare. Vida Altimar. *loc. cit. a n.* 273. Torr. *de pact. fut. succ. libr.* 2. *cap.* 26. *n.* 12.

Quòd pater de jure communi cogatur dotare filiam, judicis officio, vel jure actionis statuto fœminarum exclusivo mandante dotari, Altograd. *conf.* 18. *num.* 38. *et seqq. lib.* 2. latè declarat quomodo intelligatur ista patris obligatio legalis, & an, & quando possit sibi stipulari, vel aliud onus doti adiicere, vide in §. *Dos n.* 40. *etc.*

An idem sit in avo paterno, ut teneatur dotare neptem, Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 26. ubi affirmativè concludit cum Castro Palao *tom.* 7. *disput.* 9. *punct.* 5. §. 2. *num.* 2. & aliis, Rot. pluribus citatis *part. pr. recent. decision.* 25. *nu.* 19. *etc.* ubi quod nedum avus, sed etiam illius hæredes tenentur dotare neptem plenè Boss. *de dot. dict. cap.* 4. *nu.* 11. *et seqq. fol.* 123. *et cap.* 5. §. *pr. n. pr. et seqq. fol.* 174. ac ita scio judicatum & benè Florentiæ de anno 1670. à Rot. quicquid aliqui ineptè dubitaverint ex Auditoribus, quorum nomina ob decentiam Tribunalis subticeo, vide in §. *Hypotheca num.* 9.

An autem ultra dotem teneatur aliquid aliud dare corredorum nomine, idem Altograd. *consil.* 20. *per tot. lib.* 2. vide in §. *Dos n.* 38.

Quòd pater teneatur filiam, & ad id judicis officio cogi possit, ita ut retinendo dotem teneatur interim præstare alimenta filiæ, & genero, ac onera matrimonii sustinere, maximè si filia remaneat in obsequiis ipsius patris, quo casu tamen non tenetur ad alios fructus dotis, idem Altograd. *conf.* 76. *n.* 4. *& seqq. lib.* 2. latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 384. ubi multa de hac materia, de qua etiam Boss. *de dot. dict. cap.* 4. *n.* 13. *& seqq. fol.* 124.

Quòd cessante statuto exclusivo teneatur relinquere dotem filiæ titulo institutionis, nec possit sibi stipulari restitutionem, ubi filiæ est debita legitima, sed teneatur liberè dare, Pract. Papp. *pro leg. rei sing. gloss. pr. n.* 79. Gratian. *discept. forens. cap.* 769. *n.* 36. *&c.* vide in §. *Dos num.*

An pater teneatur dotare filiam, etiam si aliundè habeat dotem competentem, contrarias opiniones, affirmativam sequendo refert Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 24. *per tot.* Peregrin. *dec.* 13. *nu.* 17. *et seqq.* Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 93. 94. 318. 413. *& dec.* 417. Rocc. *disp.* 109. *num.* 20. De Luc. *de Dot. disc. pr. n.* 22. *disc.* 37. *nu.* 11. Vide Baldue. *tit.* 4. *decis.* 29. *n.* 24. Altimar. *loc. supra cit. n.* 288. Rot. post Torr. *de pact. fut. success. decis.* 185. *n.* 10.

Pa-

10 Pater naturalis tenetur dotare filiam naturalem, non quidem jure dotis, ſed jure alimentorum, ad quorum quantitatem reſtringitur hujuſmodi dos, & illorum naturam retinet, ita ut non tranſmittatur ad hæredes filiæ, ſed revertatur ad patrem, Bart. *in l. fin. Cod. de his quib. ut indig.* vide Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 21. num. 6. &c.* Duen. *reg.* 396. Franch. *dec.* 283. Capyc. *dec.* 181. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 472. *nu.* 4. ubi quòd ſi excedat alimenta poteſt repeti pro exceſſu, etiam vivente viro, Roland. *de dot. quæſt.* 94. ubi tamen quòd in ea habet locum ſtatutum de lucro dotis, Jaſ. *in §. Fuerat n.* 104. *Inſtitut. de act.* ubi quòd pro ea poſſunt alienari bona fideicommiſſaria, vide in §. *Dos nu.* 41. latè Dian. *part. 11. tract. 4. reſolut. 25. per tot.* Paul. Chriſtin. *dec.* 188. *vol.* 5. Surd. *de aliment. tit. 5. qu.* 7. Cavalcan. *dec. 10. part.* 3. Merlin. *dec.* 671. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3416. plenè Boſſ. *de dot. cap. 4. §. 14. per tot. n.* 173. *cum multis ſequentibus fol.* 160. *&c.* Addo Rot. *rec. part. 18. dec.* 362.

Quod de æquitate canonica ubique, & in utroque foro ſervanda pater tenetur ad alimenta, & dotes filiorum, & filiarum ſpuriorum, & nepotum, nedum legitimorum ex filiis ſpuriis, ſed etiam illegitimorum ex filiis legitimis, vel etiam ſpuriis, & eorum uxores, etiam viduas remanſas inopes; taleque onus tranſeat ad hæredes; niſi hujuſmodi deſcendentes aliundè habeant; ita ut ſupervenientibus divitiis, ceſſet dicta obligatio, & ſuccedente paupertate, reſurgat, nec illis per pactum etiam juratum renunciari poſſit; ſi quid tamen pro dictis alimentis, & dotibus fuerit aſſignatum dictis deſcendentibus illegitimis, illis mortuis, non ad eorum hæredes devolvitur, ſed ad aſſignantem, & illius hæredes, ut benè probat Cabal. *conſil. dec. 154. & 171. per tot. lib. pr.* ubi etiam quid ſi ſint ſani, & robuſti, poſſint ſe exercere in bello, in aula, vel mercatura dixi ſupra *n. 7. & in §. Alimenta num. 12. & ſeqq.* ubi plura, & pluries allegavi, ubi Boſſ. *de dot. loc. cit.* Rot. *par. 18. recent. dec. 362. per tot.* ubi qualiter pater teneatur dotare filias ex quocumque damnato coitu, etiam inceſtuoſo ſuſceptas, pro modo alimentorum, ac etiam ſplendoris familiæ Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 35. n. 311. tom.* 5. Vide Capon. *de Dot. fol.* 148. Boſſ. *de Dot. cap. 4. n.* 193.

Quid, & quantum poſſit, vel debeat pater naturalis relinquere filiis naturalibus, idem Cabal. *conſ.* 263. *lib. pr.* vide in §. *Filiatio*, & §. *Succeſſio*.

Quòd pater naturalis habens prolem legitimam, fratres, vel nepotes non poſſit relinquere filiis legitimatis ultra medietatem ſuorum bonorum vigore ſtatuti Urbis *lib. pr. cap.* 144. & quomodo intelligatur, latè Rot. *part. 15. recent. dec.* 182.

11 Pater egenus, & debitis involutus non tenetur filiam dotare, imò ſi dotem conſtituerit eſt nulla, Jaſ. *in §. Fuerat num.* 116. *Inſtitut. de act.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 366. n. 9. &c. cap. 498. nu. 63. &c. cap. 562. nu. 40. &c. cap. 945. nu. 14. &c.* vide in §. *Dot n.* Peregr. *dec. 95. num. 4. & ſeqq.* Altimar. *num.* 301.

Quòd dotando non præjudicet creditoribus hypothecariis, Duran. *dec. 461. n.* 3. Peregrin. *dec. 95. n. 4. etc.* ubi etiam quòd ideò pro dote filiæ conſtituenda antequam ſit promiſſa, non ſunt bona patris hypothecata, quia nulla lege id cautum reperitur, & ideò dos ſubjicet ſicut legitima æri alieno à patre contracto, & venditis bonis per patrem nulla hypotheca competit filio pro legitima, nec filiæ pro dote adverſus emptores, vide in §. *Hypotheca nu. 9. & §. Dos n.* 40. Boſſ. *de dote cap. 4. n. 19. fol. mihi* 125.

Item non teneatur dotare filiam nubentem impari ſuo, vili, & ignobili reſpectu domus ſuæ, Jaſ. *in d. §. Fuerat nu.* 118. Cabal. *conſ. dec. 43. lib. pr.* vide Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 5. nu.* 19. Gratian. *diſcept. forenſ. cap 213. n. 46. &c.* ubi contra, *ſupra num.* 9. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 384. Vici. *comm. opin.* 591.

De hac quæſtione an pater teneatur dotare filiam, quæ illo inſcio, vel invito nupſit, vide Fachin. *contr. jur. lib. 3. cap.* 45. Paul. Chriſtin. *dec. 1182. n. 27. & ſeqq. per tot. volum.* 5. ubi plura, Rot. *part. 14. rec. dec. 93. & 94.* ubi quod tenetur, & interim ad alimenta, licèt eo reclamante nupſerit, & ante 25. annum, ſi viro digno, & pari ſuo nupſit, & in qua ſumma tunc dos ſit taxanda Capon. *de Dot. fol. 142. n.* 26. De Luc. *diſc. pr. ex nu.* 2. Altimar. *loc. cit. a num.* 272.

Item non tenetur dotare filiam ingratam, licèt non poſſit dotem datam revocare ſub prætextu ingratitudinis, Jaſ. *in dict. §. Fuerat num.* 117. vide Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384.

Pater poteſt majorem dotem dare, vel conſtituere uni filiæ, quam alteri, quæ non poteſt conqueri, nec petere reduci ad æqualitatem, niſi enormiſſimè fuerit læſa, non reſpectu ſororis, ſed congruitatis ſtatus, & qualitatis perſonarum; fratres verò, & agnati teneantur (niſi aliter conſtet de voluntate patris) eamdem dotem uni dare, quam vel pater, vel ipſi alteri dederunt, Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. pr. quæſt. 11. nu. 30. &c.* ubi dicit ita obtinuiſſe Forolivii de anno 1622. allegat Mantic. *de tacit. libr. 12. tit. 12. nu 29. &c.* Corn. *conſil. 115. num. 6. lib.* 6. Gregor. *dec. 63. n. 21. &c.* & alios, Giurb. *de conſuet. Meſſan. part. pr. cap. 3. gloſſ. 7. num. 25. & ſequentib. fol.* 334. Peregrin. *dec.* 35. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384. *verſ. An filia &c.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 35. n. 468. tom.* 5. Balduc. ad Ramon. *conſ. pr. per tot.* De Luc. *de Dot. diſc. 26. n 5. diſc. 144. n.* 32. Bonden. *collect. 3. nu.* 69. Boſs. *de Dot. cap. 4. n. 52. & 55. cap. 13. n.* 29. 12

Quod dos ſit taxanda inſpectis bonis remanſis in hæreditate patris, non attenta quantitate aliarum dotium in vita patris aliis filiabus conſtitutarum, cùm de uno ad aliud tempus non poſſit inferri in iis, quæ tractu temporis variantur Cabal. *conſ. 122. lib. 2. per tot.* Boſs. *dict. cap.* 13. Altimar. *n.* 468.

An pater, vel mater poſſit in foro conſcientiæ plus uni filio, vel filiæ relinquere quàm aliis, Dian. *par. pr. tract. 8. reſol. 83. & ſeqq.* ubi plura de diſtributione bonorum facienda in conſanguineos, vel alios, vide in §. *Frater nu. 2. in fine*, idem Dian. *part. 5. tract. 3. reſolut.* 130. ubi an ſit facienda difficultas moribundo, qui vult relinquere plus uni filio, quam alteri, & concludit quòd non, ſi adſit aliqua juſta cauſa, aliàs ſecus ſi ex inordinato affectu.

Quod relinquens filiis integram legitimam poſſit de reliquis bonis ad libitum diſponere, maximè ſi nullo odio motus, ſed ex rationabili cauſa id agat, Merlin. *deciſ. 208. per tot.* Anſald *deciſ. 57. nu.* 30. Balduc. *de Dot. deciſ. 10. n. 8. & 9.*

Pater promittendo filiæ dotem exceſſivam honoris, & complacentiæ gratia non obligatur, & ex quibus hujuſmodi ſimulatio colligatur, & qualiter ob id valeat declaratio, & renunciatio partis facta ab ipſa filia etiam minore, & ſine ſolemnitatibus ſtatuti, latè pro Excellentiſſimo Principe Maſſæ conſulendo reſpondit Altograd. *conſ. 5. per tot. lib. pr.* vide in §. *Dos num.* 37. facit Gratian. *diſcept. for. cap. 366. n. 9. cap. 498. num. 63. cap. 562. n. 40. cap. 945. nu. 14. cap. 950. num. 2. cap. 472. per tot.* Diaz. *reg.* 215. Duran. *deciſ. 461. num.* 3. Merlin. *dec. 485. & 555.* Crivell. *deciſ.* 48. Buratt. *deciſ.* 775. Addit. ad Sanfelic. *dec. 384. verſ. An dos, &c.* ubi quòd dos promiſſa ad pompam non debetur. 13

Pater legans filiæ ex cauſa dotis, & poſtea illam maritans, ſolvendo dotem, ſi moriatur non mutato teſtamento, an poſſit filia hujuſmodi legatum petere contra hæredes patris, Bart. *in l. hujuſmodi §. cum pater ff. de legat. pr.* Pract. Papp. *libell. pro leg. rei ſing. gloſſ. pr. num.* 75. Magon. *dec. Flor. 13. nu.* 24. ubi quòd non, vide in §. *Frater num.* & §. *Teſtator n.* 4. De Luc. *de Legat. diſc. 60. ex n.* 3. 14

In contrarium quando pater ſcivit, potuit mutare teſtamentum, & non mutavit, Caſtr. *conſ.* 214. *lib. pr.* Tuſch. *lit. T. concluſ. 132. n. pr.*

Quòd ſi legavit ducentum, & illam maritavit cum centum, an filia poſſit prætendere alia centum, Bart. *in l. Lucius ff. de legat.* 2. Pract. Papp. *loc. cit. n.* 76. ubi quòd ſic, quando fuit legatum pro dote, ſecus ſi pro ea maritanda, vide Caſtr. & alios *in d. l. Lucius* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 5. num.* 7. Magon. *dec. Luc. 28. num. 816. & per tot.* vide in §. *Lega-*

gatum n. 46. Ludovis. eum Beltramin. dec. 236. ubi quòd si minor quantitas fuerit per Testatorem soluta, quàm fuerit legata, non extinguitur legatum, nisi pro rata soluta; nisi ex conjecturis appareat de contraria voluntate testatoris. Vide infra n. 56. Altimar. loc. supra cit. n. 905.

Quòd pater promittens dotem filiæ, & posteà ei legans, censeatur animo donandi legasse, & quando secus, Socin. reg. 349. per tot.

15 Pater legans dotem filiæ cum hoc ut quoties fuerit deperdita, sit iterùm constituenda, intelligitur pro una vice tantùm, & non ultrà, l. fideicommissa §. Si quis decem ff. de legat. 3. Pract. Papp. loc. supra cit. num. 78. vide in §. Dos num. Altim. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. n. 291. tom. 5.

16 Pater quidquid legat filiæ, censetur legare animo compensandi cum dote, & legitima, uti debito necessario, ita ut filia unum eligendo, alterum amittat, præcipuè ubi de voluntate patris constat, Dutan. decis. 339. n. pr. 2. & 43. latè Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. num. 16. & seqq. per tot. & lib. 3. præsumpt. 142. ubi quid dicendum quando pater inter vivos donavit, Sperel. dec. 176. num. 81. & per tot. vide in §. Legatum num. 34. Peregrin. dec. 39. per tot. De Luc. de Legat. disc. 60. num. 4. Latè Bersan. de Compensat. cap. 2. quæst. 30. à n. 6.

17 Pater legans filiæ certa bona pro dote, jubendo de illis esse tacitam, & contentam, non videtur in dubio dotasse de bonis maternis, nisi exprimat, cùm dos materna sit extra bona patris, & ideò poterit etiam prætendi dos materna; si tamen dotans esset extraneus puta tutor, vel frater, in dubio videtur etiam dotare de bonis maternis, Bart. in l. ut jusjurandi §. si liberi digestis de oper. lib. Pract. Papp. loc. supra cit. num. 83. cum Addit. Boer. dec. 3. par. pr. plenè Mart. Medic. Exam. 34. & decis. 57. per tot. cum Addit. Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1150. per tot. ubi August. Barbos. in Collect. & alii in leg. fin. Cod. de donat. prom. Rot. part. 10. rec. decis. 64. nu. 3. et seqq. per tot. ubi quando pater censeatur dotasse de proprio, vel de maternis bonis, et dec. 130. n. 6. etc. dec. 276. num. 5. et seqq. ubi quòd licèt pater teneatur dotare de propriis bonis, tamen si bona assignata portionem paternam excedant, in dotem maternam imputantur, & sufficiunt conjecturæ ad probandam hujusmodi imputationem, & ad inducendam præsumptionem quod etiam de maternis dotaverit, Rot. part. 12. rec. dec. 351. et part. 17. decis. 100. per tot. Boss. tract. de dot. cap. 4. §. 5. nu. 24. et seqq. ubi plenè qualiter pater dives teneatur dotare filiam etiam divitem, & habens penes se bona ipsius filiæ, promittendo pro illa dotem, an præsumatur promisisse de proprio, vel de bonis filiæ, Rot. part. 18. recent. dec. 259. num. 6.

Quòd pater declarando in testamento etiam nullo, vel revocato, sive quolibet alio modo, quòd filia fuerit dotata, tam de bonis paternis, quàm maternis faciat illam remanere exclusam à maternis, quando ita expressè declaravit, aliàs secus, Menoch. lib. 3. præsumpt. 15. num. 24. & de arbitr. qu. 73. lib. pr. Gratian. discept. forens. cap. 890. num. 4. & 22. cap. 504. n. 15. etc. Boer. dec. 172. Burat. decis. 283. per tot. lib. pr. vide in §. Filia n. 83. etc.

Sed quòd possit etiam conjecturis, & quibus probari, vide Rot. dict. decis. 276. per tot. part. 10. rec. & part. 12. decision. 351. ubi maximè stante renunciatione generali.

Quòd pater dives censeatur de proprio dotem filiæ constituisse, licèt de maternis mentionem fecerit, quidquid sit si inopia laboraret, Rot. part. 14. rec. decis. 215. num. 9. &c. dec. 358. num. 7. &c. part. 17. decis. 100. ubi quamvis pater regulariter præsumatur dotare filiam de proprio, tamen secus est si aliter declaravit, vel arguatur ex conjecturis, cùm non sit præsumptio juris, & de jure, & dec. 347. per tot. ubi quòd receditur a dicta præsumptione, quoties constat de voluntate contraria dotantis, ut quia fuerunt assignata ipsa bona materna, vel ex aliis conjecturis, & aliis ad rem, eadem Rot. par. 18. rec. tom. pr. dec. 60. per tot. & dec. 259. n. 6. Dotans de quibus bonis censeatur dotare, latissimè Mascard. lib. 2. cap. 132. Cyriac. contr. 41. & 492. 351. 510. Boss. de Dot. cap. 4. Mans. consf. 51. 83. & 84. libr. 11. Cels. decis. 140. & decis. 142. Altimar. loc. cit. n. 150. & plurib. seqq.

Pater relinquens filiæ mille si nubat, & quingenta tantùm si monialis efficiatur, non præjudicat illi quin possit mille habere licèt facta sit monialis, Everard. loc. à matrimon. carnal. ad spiritual. num. 8. Boer. decis. 3. num. 14. Capye. decision. 204. vide in §. Legatum n. 47. §. Dos num. 29. 18

Contrarium tamen verius est, Michalot. de fratr. part. 3. cap. 6. nu. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. pr. q. 11. num. 8. Gratian. discept. for. cap. 481. n. 28. et per tot. cap. 533. n. 19. cap. 813. num. 20. etc. et decision. 40. n. 10. et 11. in Addit. Thes. Quæst. forens. capit. 60. per tot. lib. pr. Altograd. cons. 96. num. 33. lib. pr. Ludovis. decis. 63. num. 24. et per tot. vide alios in §. Dos n. 29. Vivi. comm. opin. 318. Thom. del Bene tract. de Immunit. Eccles. part. pr. cap. 8. Dubitat. 21. sect. 3. per tot. ubi n. 10. quòd ista opinio non est improbabilis, & refert multos illam sequentes, licèt ipse priorem sententiam contrariam omninò confirmet, Boss. de dot. cap. 4. §. 10. per tot. num. 157. et seqq. fol. 157. ubi quòd licèt de jure verior sit prima opinio, tamen de consuetudine universali, & communi observantia, prævalet ista secunda, vide De Luc. de Dot. disc. 12. per tot. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. num. 2174. tom. 5., ubi citat plures alios modernos.

Potest enim pater declarare, & ordinare, ut filiabus ingredientibus monasterium detur dos Monachalis, & minor, quàm si matrimonium carnale contraherent, Viv loc. cit. Gratian. discept. forens. cap. 945. num. 4. & 25. & facit in cap. 986. per tot. ubi quòd potest declarare, ut filius excludatur à Majoratu, vel hæreditate, eligendo vitam Sacerdotalem; utrumque dictum sequitur Duran. tract. de condit. & & mod. imposs. part. 2. cap. 3. numer. 34. & seqq. Ac ita verè servatur, licèt opinio de jure sit valdè controversa, ut constat ex allegatis in §. Dos num. 29.

Quòd licet moniales veniant appellatione filiarum nuptarum, vel nubendarum, id tamen non procedat quando fuerunt vocatæ filiæ, che si maritaranno, e loro descendenti, quia hujusmodi dispositio non potest monialibus applicari, Cavalet. decis. 401. n. 6. & Istiùs dec. 427. per tot. ubi etiam quòd moniales non comprehenduntur quando testator discretivè loquutus fuit de maritandis, & de monacandis.

Pater tenetur integram dotem primi matrimonii filiæ reservare, nec potest illam minuere quando verè, & realiter eam tradidit, secùs si tantùm promiserit, Jas. in §. Fuerat numer. 134. Institut. de act. Auth. sed quamvis Cod. de rei uxor. act. Rot. part. 2. divers. decis. 156. per tot. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 12. num. 31. Pic. ad statut. Urb. gloss. 7. num. 230. Gratian. discept. forens. cap. 466. num. 3. &c. cap. 792. n. 1. &c. cap. 882. per tot. ubi indistinctè tenet non posse dotem minuere, quamvis filia post primas nuptias vellet ingredi Religionem, vide in §. Dos num. 24. Urceol. Consultat. forens. cap. 7. num. 42. & seqq. ad 49. ubi tamen quòd filia pro hujusmodi dote ad patrem reversa, & consolidata cum ejus patrimonio, nullam habeat hypothecam, & postponitur creditoribus Patris, qui medio tempore post solutum matrimonium contraxerint cum illo, quia primæva actio ex promissione dotis resultans remansit extincta per hujusmodi consolidationem, & ideò tenetur pater eamdem quantitatem dare, si potest, & non fuerint diminutæ facultates, alias secus, ut ibi per eum, & vide Paul. Christ. dec. 190. per tot. vol. 5. Rot. par. 18. rec. dec. 714. ubi intelligit de dote profectitia, secus in adventitia, & quando talis dicatur, etiam si fuerit à patre data, & alia ad rem, maximè ad effectum, ut ex ea debeantur fructus, vel non. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 3. qu. 35. n. 446. tom. 5. Vide Tondut. resol. 100. nu. 4. 5. & 6. Rosis obser. 18. à num. 22. 19

Si tamen pater sit decoctus, vel magno ære alieno gravatus habetur pro mortuo, & consolidatio dotis fit in filia, nec ad patrem revertitur, Tondut. par. 1. cap. 100. Urceol. in Append. ad capit. 7. sub num. 25.

35. in fine 2. volum. fol. 11.

Quòd non possit pater dotem etiam simpliciter semel promissam alterare, aut minuere, nec declarare quòd intellexerit etiam de bonis filiæ per eum administratis, Ger. Spin. cons. 44. per tot. Gregor. dec. 5. num. 4. & dec. 21. num. 4. Urceol. in Append. ad cap. 8. sub n. 3. in fin. 2. vol. ubi intelligit quando dies solutionis advenit, quia tunc dos habetur pro soluta, & data.

Quod nec etiam possit pater in suo testamento apponere dilationem ad solvendam dotem ad se reversam in præjudicium filiæ, & appositam ipso jure rejici, & pro non scripta haberi, quia mortuo patre, & filia sui juris effecta, integra dos ad illam pertinet, ac ipso jure evellitur ab hæreditate patris, & in ipsa filia consolidatur, latè Urceol. Consultat. forens. cap. 8. per tot. & in Append. ad dict. cap. 8. in fine 2. volum. fol. 12. ubi quando pactum dilativum appositum sive à patre, sive ab extraneo dotante sit validum, vel non.

An autem pater, qui semel dotavit filiam, teneatur iterum, ac pluries dotare, si dos dam fuerit amissa, vel consumpta, latè Boss. de dote cap. 4. §. 16. n. 222. & seqq. fol. mihi 166. vide in §. Dos. Altimar. loc. supra citat. à n. 290. Bersan. de Vidu. cap. 3. quæst. 14. n. 10.

20 Pater agens actione communi sibi, & filiæ ad repetendam dotem habet privilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis, aliàs secus si agat proprio nomine mortua filia, Bart. in l. post dotem ff. solut. matrim. Jas. in §. Fuerat num. 138. Instit. de act. Negus. de pign. par. 2. memb. 4. n. 34. &c. vide in §. Actio num. & §. Filia num.

21 Pater retinendo dotem, quam recipit, an censeatur nomine filiæ infantis adire hæreditatem matris defunctæ, vide Gratian. discept. for. cap. 627. n. 26. Altograd. consil. 81. num. 9. & seqq. per tot. lib. pr. Mait. Medic. dec. 50. per tot. & dec. 79. n. 8. dixi in §. Additio num. & §. Hæreditas num.

22 Pater gravatus fideicommisso per filium non detrahit duas quartas, quamvis è contra filius à patre gravatus illas detrahat, ut dixi in §. Filius num. 47. Roland. cons. 39. num. 10. lib. 3. Addit. ad Pract. Papp. libell. ex substit. glos. Ac per fideicommissum verb. Filiis, Gratian. dec. 59. in Addit. n. 2. & seqq. ubi refert plures hinc indè tenentes, licèt videatur transisse eum negativa ultimo loco relata, vide Urceol. consult. forens. cap. 6. n. 19. & seqq. per tot. Cavall. comm. opin. q. 665. Vivi. dec. 405. Faebin. controv. jur. lib. 4. cap. 18. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. n. 47. Paul. Christin. dec. 103. n. 30. & seqq. vol. 5. ubi refert contrarias opiniones.

23 Pater de jure communi non tenetur pro filio solvere aliquam condemnationem, Addit. ad Pract. Papp. libell. hæred. vel rei sing. divid. verb. Sed circa, Clar. §. fin. qu. 86. Cabal. resolut. criminal. cas. 249. & cas. 250. Guaz. def. 33. cap. 1. Conciol. cum Addit. Romaguer. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rub. 57. per tot. ubi etiam quid stante statuto, vide in §. Statutum puniens n. 26. Farinac. q. 24. Card. Tusch. litt. P. conclus. 212. Ricc. Collect. 944. Conciol. resolut. crim. verb. Legitima resolut. 3. per tot. et verb. Pater resolut. unic. per tot. ubi ampliat, ut nec teneatur de legitima, nec de peculiis; posse tamen filium carceratum pro delicto officio judicis cogere patrem ad sibi legitimam assignandam pro se liberando, ad Farinac. dict. qu. 24. num. 21. & Merlin. de legitim. lib. n. qu. 25. n. 3. Vide Brunnemann. in l. etiamsi 5. C. quod cum eo qui in alien. potest.

Non etiam tenetur ad alia debita filii, nisi probetur versio, sive jussus, vel mandatum, sive administratio sciente, & patiente patre de tempore debiti contracti, Ricc. Collect. 944. et 1071. Gratian. dec. 81. n. 54. et seqq. et disceptat. forens. cap. 733. n. 12. etc. Paul. Christin. dec. Belgic. 17. n. 11. etc. vol. 3. Anton. Fabr. in Cod. tit. ne filius pro patre etc. ubi definit. 3. dicit patrem teneri pro filio dotare virginem ab ipso filio corruptam; partumque alere, juxta leg. penult. Cod. de agnosc. et alend. lib. Fonsanel. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 5. part. 6. an 13. ubi de patre raptoris refert Olea de cess. jur. tit. 2. quæst. 6. n. 19. facit Laurent. Matthæu. & Sanz. tract. de re crim. contr. 57. n. 24. Sed tamen aliquando contrarium fuisse judicatum ex disposit. d. tit. ne Filius pro patre etc. dicit Christin. d. dec. 17. n. 15.

An, & quando teneatur pater, vel non pro mutuo à filio recepto, plenè Hermosil. ad l. Partit. 10. 1. tit. 1. leg. 5. glos. 2. per tot. fol. 63. etc. Vide Altimar. de nullit rubr. 1. quæst. 1. n. 440. et 447. tom. 3.

Nec creditoribus filii correspondere de usufructu bonorum adventitiorum, idem Gratian. decis. 76. num. 42.

Quando, & quatenus teneatur de peculio, ac de in rem verso, Paul. Christin. dec. Belg. 34. vol. 4.

Pater si agnovit tutelam filio datam tenetur pro illo insolidum, alias tantum de peculio, vel de in rem suam verso, Montan. de tut. cap. 36. n. 205. &c. cap. 9. num. 5. & 6. cap. 23. n. 18. Paul. Christin. dec. 53. num. 7. &c. vol. 5. Francisc. de Amaya in l. pr. & seqq. C. de Decurion. lib. 10. fol. 237. ubi benè declarat, & facit differentiam inter tutelam testamentariam, & dativam Vide Brunnemann. in l. cum filiusfamilias 1. C. quod cum eo qui in alien. potest. Altimar. loc. cit. n. 444. 24

Sicut etiam si pater videt, & tacet filium creari decurionem obligatur tanquam illius fidejussor pro gestis ab eo, l. 2. §. 1. ff. ad Municip. Menoch. lib. 6. præsumpt. 99. num. 17. & de arbitr. cas. 345. n. 8. Paul. Christin. dec. 54. n. 4. etc. volum. 5. et dec. 53. per tot. vol. 5. Sanfelic. dec. 161. ubi qualiter pater consentiens administrationi filii teneatur pro eo, ac si fidejusserit, Larres alleg. fisc. 115. ubi quomodo teneatur pro oneribus dignitatis filii, & dare substitutum ad bellum pro eo, si ipse filius non possit interesse, &c. Franc. de Amaya loc. cit. ubi plura quando pater obligetur pro filio, vel non ratione officii. Vide Brunnemann. in d. l. cum filiusfamilias pr. Altimar. ubi supra n. 444.

Quando pater teneatur pro officio filii, vide Boer. dec. 221. per tot. cum aliis per Gratian. discept. forens. cap. 733. num 15. Tusch. lit. P, conclus. 120. n. pr. Paul. Christin. dec. 53. vol. 5. vide in §. Tutum num. et §. Fidejussor n. 84. ubi qualiter teneatur pro exactis à filio in administratione ipsius patris, & pro eo fidejussor, facit late Franc. de Amaya loc. cit. Brunnemann. loc. cit. Altimar. ubi supra n. 445.

Pater admittitur ad allegandam judicis incompetentiam in judicio criminali contra filium intentato, latè Magon. dec. Luc. 56. per tot. vide in §. Procurator n. Et an pater possit appellare & dicere de nullitate pro filio Altimar. de nullit. rubr. 4. q. 28. a n. 4. tom. pr. Et an possit esse in Judicio pro filio Idem rubr. 11. q. 7. tom. 2. Et an possit comparere pro filio bannito Idem d. rubr. 11. q. 14. a n. 36. tom. 2. 25

Pater qualiter succedat filio simul, & æqualiter cum matre, vide in §. Ascendentes num. & in §. Successio infra num. 43. 26

Pater regulariter non tenetur mittere filios ad studium, & ibidem illos sustentare, nisi ex equitate in aliquibus casibus, Michalor. de fratr. part. pr. cap. 55. per totum, Garziam de expensis, et melior. cap. 3. et 4. per tot. 27

Pro affirmativa Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. num. 86. et præsumpt. 30. num. 52. et de arbitr. cas. 501. num. 9. Merlin. de legitim lib. 2. tit. 2. qu. 22. nu. 8. etc. Gratian. discept. for. cap. 267. num. 43. etc. Duen. reg. 372. per tot. idem Menoch. lib. 4. præs. 191. num. 12. Scaglion. in Pragm. Regn. allegat. dec. 16. num. 14. Balthas. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. dec. 47. num. 12. et 13. Linglois dec. pr. quæst. 2., dec. 13. qu. pr. Vide Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 6. sect. 3. num. 30. tom. 3.

Pater exemptus à solutione collectarum propter numerum duodecim filiorum, retinet hujusmodi privilegium durante illius vita; etiam uno, vel pluribus ex eis defunctis, Jas. in l. sciendum §. si fundum num. 7. ff. qui satisd. cog. Dec. in l. omnibus ff. de reg. jur. Roland. cons. 66. num. 35. lib. pr. et cons. 52. num. 49. lib. 2. Rot. in Bononien. successionis 11. Maii 1635. cor. Motman. in noviss. par. 7. dec. 41. num. 19. Bonifac. de furt. §. 6. num. 58. Revert. dec. 123., ubi De Marin. 28

Quamdiù duret dictum privilegium, ad quæ cateodatur, vel non, & sit de jure communi, Tusch. litt. E. conclus. 563. et 564. per tot. Rice Collect. 42. et 5707. Sanfelic. decis. 391. cum Addit. per tot. Vivi. comm. opin. 602. Gregor. Ganaver. decis. 41. per tot. Thesaur. dec. 267. per tot. Latissimè de hac materia Altimar. de nullit. rub. 2. et 3. quæst. 1. nu. 50. vers. sic infans et seqq. fol. 31. tom. 8.

Quòd dictum privilegium prosit etiam altri fratri ipsius patris habentis duodecim filios, si bona communia habeant, & sic propter bonorum communionem frater immunis reddat immunes alios fratres, Marsil. sing. 108. Menoch. de arbitr. cas. 379. num. 9. Sperel. dec. 41. nu. 77. in Addit. Sanfelic. decis. 391. cum Addit. per tot. ubi plenè de hujusmodi immunitate quando, & quibus prosit, vel non Constantina in l. si quis Decurio nu. 19.

Item cùm pater sit causa remota dicti privilegii, favor autem publicus causa proxima, dicitur privilegium reale, & transit etiam ad ipsos filios post mortem patris, intelligendo donec vivunt in communi, aliàs secus facta divisione, Menoch. lib. 3. præsumpt. 103. num. 19. Surd. decis. 123. idem Menoch. cons. 486. Quamvis contrarium teneat Thess. dec. 267. nu. 11. vide plenè Sanfelic. decis. 391. cum Addit. per tot. Caten. resol. 189. ubi quòd non rumpitur privilegium per filias nuptas, nec si unus instituat hæredem extraneum, qui non provocet ad divisionem, vel alter ingrediatur religionem, quæ ex persona ingressi consequatur partem suam, dummodò alii retineant bona indivisa, & alia ad rem. Hodiern. ad Surd. decis. 123. Constan. loc. cit. nu. 27.

Non tamen suffragatur dictum privilegium pro oneribus Cameralibus, & extraordinariis, sed tantùm pro ordinariis loci, Joseph Mele in Addit. ad Gizzarel. dec. 38. nu. 4. &c. Alia vide in §. Privilegium n. 21. &c. & in mea Pract. §. Padre num. 4. & seqq. et §. Privilegio nu. 20. et seqq. ubi etiam quòd quamvis dictum privilegium habeat originem à jure communi, solet supplicari, & obtineri à Principe.

An pater duodecim filiorum sit immunis à muneribus patrimonialibus, vide l. si quis decurio 24. Cod. de decur. et filiis eorum, ubi Batt. Joan. de Plat. & Luc. de Pen. affirmant; prout etiam Guid. Pap. quæstion. 301. Roland. consil. 52. lib. 2. Vivi. comm. opin. verb. Pater 603. Ganaver. dec. 41. per tot. ubi ponderat plura jura; & latè hanc partem tuetur Constan. loc. cit. num. 5. De Luc. ad De Franc. dec. 259. Meroll. tom. 3. mor. disp. 6. cap. 3. dub. 9. à nu. 69. Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. pr. n. 50. vers. sumen in contrarium fol. 32. tom. 8.

Contrarium autem asserunt Bald. & Rebuff in d. l. si quis decuria, Covar. in Epit. de sponsal. in 2. par. c. 8. Fachin. contr. lib. 3. c. 49. Paul. Christin. decision. 24. nu. 10. &c. vol. 5. vide Ganaver. d. dec. 41. Garon. ad consuetud. Mediol. lib. 4. tit. 13. fol. 94.

Quòd in dicto numero computentur etiam legitimati per rescriptum Principis, Eugen. consil. 57. nu. 25. Addit. ad Sanfelic. dec. 342. vers. Numerantur, & dec. 391. per tot. cum Addit. ubi plura de omnibus prædictis, & aliis, Calvin. de æquitat. lib. 2. cap. 128. per tot. vide in §. Privilegium n. 21. et seqq. Ganaver. dict. decis. 41. nu. 45. et 46. ubi quòd computantur etiam filius Monachus, & filius mortuus post diem porrectæ petitionis in judicio, & unus legitimatus inter cæteros undecim legitimos Hodiern. ad Surd. dict. dec. 123. Constan. loc. cit. nu. 30. Altimar. loc. cit. vers. etiam filii legitimati.

De dictis circa immunitatem ob numerum duodecim filiorum, ad Andreol. controvers. 283. per tot. Conciol. cum Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 1. Rub. 63. per tot. ubi plures alios allegant Tondut. resolut. tom. 1. lib. 2. cap. 26. per tot. Bart. Gatt. cons. 1. per tot. Castald. consul. 225. per tot. lib. 2. Philip. Paschal. de virib. patr. potest. part. 4. cap. 4. per tot. cum Annot. Prati, latissimè Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 2. n. 50. vers. sic infans natus cum pluribus seq. fol. 31. tom. 8. Circa hanc materiam vide Balm. de Collect. quæst. 48. Donde. cons. 17. Capon. disc. 398.

Pater an possit occidere adulterantem cum filia, &
29 an possit aliis demandare, vel alios in auxilium convocare, quid si adulter sit Clericus, & quid in foro conscientiæ, vide Cabal. resolut. crimin. cas. 300. per tot. Less. de Justit. & jur. lib. 2. capit. 8. dub. 5. per tot. Clar. §. Homicidium vers. dixi etiam, ubi quæ requirantur, ut pater hoc facere possit, idem Cabal. de omnigen. homicid. n. 23. & seqq. ad 55. Farin. quæst. 121. part. 1. et 2. per totum, Paul. Rub. in Annot. ad decis. 1. par. 9. recent. volum. 1. n. 18. etc. Anton. de Ballis tract. var. lib. 3. cas. 1. n. 61. et seqq. Gabriel. de Ballis tract. de delict. cap. 3. §. unic. per tot. fol. mihi 273.

De hac conclusione, & suis requisitis plenè Raynald. Syntax rer. crimin. cap. 2. §. 4. nu. 124. et seqq. fol. 207. ubi ponit sex requisita, & illa declarat, & quid in marito, Thoro compend. dec. Neap. par. 1. et 3. sect. 2. verb. Occidens.

An autem possit maritus hoc facere, vide in §. Maritus n. 7. Quid in filio, vide in §. Filius num.

Quòd in foro conscientiæ nullo modo sit permissum, & saltem teneatur spatium pœnitentiæ concedere sub gravi peccato; & cùm non sint in hoc legis ministri, possit illis impunè, & sine peccato resisti ab uxore, vel filia, sive matre, & ab adultero, etiam occidendo ipsos patrem, maritum, vel filium offendere volentes, dummodò alia via evadere, & vitam salvare non possint, Molin. de Just. et jur. tract. 3. disput. 7. P. Manar. in Noct. Malencol. Interrog. 188. et 189. dixi in Pract. §. Padre num. 8. et 9. ubi tamen in fine quòd in foro temporali hujusmodi resistentia non transiret absque pœna sequuta morte, sive vulneribus, quia adulteri prædicti considerarentur tamquàm auctores totius mali, de quo late Anton. de Ballis tract. var. lib. 3. cas. 1. nu. 14. et sequentibus ubi quòd secundum benigniorem opinionem possent excusari à pœna ordinaria, quia non simpliciter attenditur quòd dederint operam rei illicitæ, sed si verisimiliter ille actus tendebat ad id, quòd fuit sequutum, nam tunc solum esset locus pœnæ ordinariæ.

Quòd pater possit licentiam sibi à lege concessam exercere in filiam, & cum ea adulterantes illos occidendo, intellige si eos in turpitudine deprehenderit in domo propria, vel mariti, & sic in adulterio, non autem in stupro, vel incestu, & ferro, non autem veneno, ut benè probat utrumque Matth. Sanz. de re crim. controv. 64. n. 38. et seqq.

Pater an possit præjudicare filiis in feudo, vel 30
emphyteusi aliis prælegando, sive aliter alienando, Caldas Pereyr. quæstion. forens. cap. 20. per tot. & latè in tract. de Emphyt. extinct. cap. 19. et 20. per tot. & latè Alvarez. Pegas. resolut. forens. capit. 10. per tot. ubi probat contra multos Doctores posse patrem præjudicare filiis, alienando emphyteusim pro se, & filiis acceptam, etiam si sit antiqua, & avita, & idem esse in aliis, quando ad certas aliquas personas emphyteusis deberet ex contractu transire, si emphyteuta in alium eam non transferret, inferendo proinde ad multa utilia, & quotidiana contra vulgares opiniones, & praxim in eis fundatam, penes eum videnda, dixi in §. Emphyteusis n. 34. & §. Feudum n. 7. latè Gratian. discept. forens. cap. 405. per tot. ubi etiam quid de matre, & in cap. 663. n. 12. &c. Magon. dec. Flor. 9. n. 9. 36. &c. Surd. dec. 324. per tot. Gratian. dec. 65. per tot. Altograd. cons. 15. n. 24. lib. 2. consil. 36. n. 11. & consil. 102. nu. 56. lib. 2. Merlin. de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 5. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 38. nu. 22. etc. Gabriel. comm. concl. tit. de jur. emphyteus. conclus. 2. per tot. Paul. Christin. dec. 123. volum. 3. et decis. 26. cum pluribus seqq volum. 6. Rice. Collect. 690. Rot. par. 9. recent. dec. 176. et part. 10 dec. 218. num. 21. et seqq. par. 11. dec. 111. per tot. et dec. 166. per tot. Scopp. & De Luc. ad Gratian. cit. dec. 65. Bosc. in controv. feud. art. 5. ex n. 5. impress. inter oper. Em. De Luc. Vide Rot. coram Emeris jun. decis. 1291. n. 11. et 12. Cyriac. contr. 312.

Quid in adventitiis, Gratian. discept. 980. nu. 20. etc. Merlin. dec. 748. per tot.

Quæ non possit facere pater in præjudicium filiorum, Tusch. litt. P. conclus. 128.

Qualiter patris confessio de debito, vel legatum, & hujusmodi, non possit præjudicare filiis in legitima,

ma, & alimentis, nisi aliter constet de debito; faciat tamen semiplenam probationem, & alia ad rem latè explicat videndus cum aliis ab eo citatis Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 4. *per tot.* dixi in *§. Legitima nu.* 25. *et* 26. *& num.* 16.

31 Patre, & filio simul ex eadem ruina, vel naufragio mortuis, quis præsumatur prius decessisse, ita ut alter supervivens illi successerit, & in suos hæredes transmittat, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 50. *& seqq. per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1344. *per tot.* Altograd. *consil.* 69. *num.* 28. *per tot. lib. pr.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *consil* 51. *&* 85. *per tot.* vide in *§. Filius num.* §. *Mors nu.* 23. *et* §. *Lucrum num.* Facit Altimar. *de nullit. rubr. pr. par.* 3. *quæst.* 32. *n.* 1050. *tom.* 5.

32 Pater, vel alius superior quam castigationem, & correctionem possit facere in filios, vel alios sibi subditos, & inferiores, & qualiter puniatur si moderatam coercitionem excedat, Menoch. *de arbitr. cas.* 364. *per tot.* ubi quòd idem est in marito versus uxorem, præceptore, & aliis similibus habentibus præeminentiam, Altograd. *cons.* 23. *nu. pr. & seqq. lib.* 1. Scanarol. *de visitat. Carcer. lib. pr. §.* 4. *cap. pr. cum pluribus seqq.* Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 119. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas. pr. n.* 168. *& seqq.*

An autem filius, quando pater excedit, possit vim repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendere occidendo etiam Patrem, si aliter vitam propriam salvare non possit, negativè respondent aliqui, sed alii magis communiter affirmant, cum defensio de jure naturæ sit cuilibet, & contra quemlibet permissa, Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 58. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 6. *§.* 1. *nu.* 8. *& seqq.* dixi *in §. Parricidium n.* 4. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 41. *per tot.* ubi citat Menoch. *de arbitr. cas.* 356. *n.* 35. Farinac. *quæst.* 125. *n.* 111. *& alios*, Conciol. *resol. crim. verb. Defensio resol.* 8. ubi idem firmat in similibus, quibus reverentia debetur, nisi tamen filius, & hujusmodi subordinati, vel inferiores possent fugiendo se salvare, quia tunc tenentur potius fugere, cùm fuga istis nullo modo sit ignominiosa; nihilominus puto quòd si Superior excederet in corrigendo, & inferior fugere nollet, sed se defendere, esset excusandus à pœna ordinaria, & mitius puniendus.

Quod inter domesticos non puniantur percussiones, nisi sint cum magno excessu disponit statutum Flor. *lib.* 2. *Rub.* 32.

Quando pater possit carcerare filium, vel non, Ricc. *Collect.* 1903. ubi de Statuto Lucano, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 404. *observat.* 15. ubi quòd pater, & maritus possunt carceribus mancipare filium & uxorem, intelligendo quoad filium non emancipatum, vide in *§. Maritus num.* 4. Conciol. *resolut. crimin. verb. Captura resol.* 3. ubi quòd pater discretus potest facere carcerare filium ratione patriæ potestatis, secus in matre, & aliis consanguineis, Romaguer. & Conciol. *ad Statut. Eugub. Rub.* 58. *&* 59. *per tot.* Raynald. *d. cap.* 6. *§.* 3. *&* 4. *per tot.* ubi *nu.* 52. *&c.* quando sit licitum etiam matri, & fratribus, quia facultas corrigendi, non tantùm provenit ex patria potestate, ut existimat Ricc. *decis.* 284. *nu. & seqq. part.* 4. sed ex dispositione, text. *in leg. unic. Cod. de emendat. propinq.* ubi senioribus propinquis datur potestas corrigendi minores errantes, nisi facti atrocitas exigat judicium ultionis judiciariæ, & glos. exemplificat in fratribus. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 7. *quæst.* 2. *num.* 2.

33 Pater aliquid acquirens pro se, & filiis, præsumitur acquirere pro filiis, non ut filiis, sed ut hæredibus, cùm verisimile sit cogitare sibi futurum hæredem filium, nisi tantummodò filiis fuerit stipulatus, vel aliter, quam sibi, vel in re cohærente personæ, sive in re, quæ transit ad filios, ut filios, prout emphyteusis Ecclesiastica, vel nisi aliter appareat, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 48. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 589. latè Surd. *dec.* 321. *per tot.* ubi hinc inde disputat, & plures conjecturas adducit Mascard. *de probat. vol.* 4. *conclus.* 1152. *per tot.* vide in §. *Donatio num.* Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 311. *per tot.* ubi quòd filii non dicuntur ex propria persona vocati in donatione facta patri pro se, hæredibus, & successoribus, maximè stante clausula, ad habendum &c. ità ut conjecturæ non suffragentur quando verba sunt clara vide Em. De Luc. *de Donat. disc.* 40. *ex nu.* 10. Rot. post Urceol. *de Transact. decis.* 79. *n.* 2. *et* 6. Hodiern. ad Surd. *dec.* 325. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *a n.* 913. *tom.* 5.

34 Pater dando, vel tradendo, sive concedendo rem aliquam filio, an, & quando censeatur illi donare, vel ut peculii loco habeat concedere, latè Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 30. *per tot.* vide in *§. Divisio n.* 11. *et* 12. Rot. *part. part.* 9. *recent. dec.* 334. *et* 387. *per tot.* ubi sustinet esse donationem, & per eam remanere extinctum fideicommissum per ipsum patrem antea in eisdem, bonis ordinatum, *et part.* 18. *decis.* 283. *nu.* 3. *etc.* ubi quòd assignatio bonorum facta à patre filiis præmaturè pro legitima potest regulariter ad libitum revocari, cùm habeat vim ultimæ voluntatis, vide in *§. Legitima n.* 15. ubi quando secus, & Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 385. *per tot. et p.* 19. *dec.* 305.

35 Pater an, & quando possit remittere injuriam factam filio, & sic pro illo etiam invito pacem reddere, vel non, Vivi. *comm. opin.* 607. Franch. *dec.* 215. vide in *§. Pax n.* & in Pract. §. *Pace n.* 35.

36 Pater non habens modum, sive egenus potest obligare filium alicui Magistro artis, ad effectum addiscendi artem, cum hoc ut postea pro mercede debita magistro teneatur filius operas suas ad certum tempus præstare, & an hoc possit etiam mater, vel filius de per se facere sine consensu patris, Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. et merced. quæst.* 38. *per tot.* Rot. in Romana mercedis 9. Junii 1651. coram Manzanedo, Ricc. *Collect.* 4080. Vivi. *decis.* 290. Ursil. ad Afflict. *dec.* 307. Christin. *dec.* 316. *vol.* 3. Burat. *dec.* 810.

An pater in necessitate constitutus possit vendere filium, latè Dian. *part.* 7. *tract.* 7. *resolut.* 8. ubi affirmativè videtur concludere, nisi filius sit clericus, & cum aliis declarationibus, quas vide penes illum, idem Dian. *par.* 9. *tract.* 7. *resol.* 27. ubi quid in matre, & vide Paul. Christin. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 38. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 596. Vide Fagnan. *in cap. indecorum nu.* 50. *de ætat. et qualit. in cap. ex litteris n.* 5. *de divort.*

37 Pater quando habeat usumfructum in bonis filiorum, vel non, dixi in §. *Peculium num.* Tusch. *lit. P. conclus.* 124. *per tot.*

Quòd non teneatur cavere sicut cæteri usufructuarii de utendo arbitrio boni viri propter reverentiam, *l. cum oportet. § non autem, l. fin. §. si autem C. de bon. quæ lib.* Maur. *de fidejuss. par. pr. sect.* 3. *cap.* 19. *n.* 34. Michalor. *de fratr. p. pr. cap.* 3. *n.* 21.

Si tamen transierit ad secundas nuptias, tenetur cavere, ac rationem reddere, & ob id inventarium conficere, alias removendus est ab administratione, salvis sibi condecentibus alimentis, Christin. *dec. Belg.* 101. *per totam volum. pr. infra n.* 42. *et seqq.*

Quòd pater possit bona adventitia filiorum, in quibus habet usumfructum, ex justa, ac utili causa solus alienare, etiam sine judicis decreto, gloss. *in l. quæcumque Cod. de bon. quæ lib.* Covar. *var. resol. lib. pr. cap.* 8. *n.* 6. Paschal. *de patr. potest. part. pr. cap.* 2. *n.* 5. *et seqq.* Gregor. *dec.* 334. *num.* 6. Bich. *dec.* 300. *nu.* 11. *et seqq.* ubi saltem ejus vita durante. Vide Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 5. *decis.* 659.

38 Pater etiam minor 25. annis, potest filiis suis in potestate constitutis, vel etiam emancipatis, accedente judicis confirmatione, absque ulla inquisitione, posthumis, ac nepotibus post mortem illius non recasuris in alterius potestatem, dare tutorem in testamento, etiam alio hærede instituto, & quamvis testamentum non fuerit solemne, dummodò aliquis extiterit hæres, & hæreditatem adierit, latè Montan. *de tut. cap.* 8. *num.* 2. *et seqq. per tot.* ubi etiam *num.* 35. quid in patre naturali, cùm filios naturales non habeat in potestatem.

Qualiter pater præsumatur semper capere bonum consilium pro filiis, ita ut in dubio stet præsumptio pro patre, & quibus casibus, procedat, vel non,

Mascard.

Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1149. per tot. Cabal. cons. dec. 91. nu. 5. lib. pr. ubi in terminis alienationis factæ à patre tamquam legitimo administratore, ut infra num. 41. Emerix. jun. decis. 1178. num. 8.

39 Pater dans tutorem filiis suis, vel filiabus, censetur dedisse etiam pro posthumis, nisi certè appareat de posthumis non cogitasse, Montan. de tut. cap. 32. nu. 2. et seqq. Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 6. sect. pr. n. 64. tom 3.

Item si providerit filiis, censetur etiam providisse filiæ fœminæ, nisi de filiis tantùm fuerit limitativè loquutus, Monsan. de tut. d. cap. 12. n. 23. etc. Altimar. dict. n. 64.

Item si dederit tutorem filio, & plures alios habeat, censetur omnibus dedisse, sicut è contra datio facta filiis verificatur etiam in uno tantùm, Montan. d. c. 12. n. 18. etc.

Si tamen dederit tutorem filiis, & ignorabat habere Titium filium, ad eum dispositio non porrigitur, Montan. d. cap. 12. n. 23. &c.

Et si dederit filiis non censetur dedisse nepotibus, nisi esset solitus eos uti filios nominare, & tractare, vel nisi usus fuerit verbo liberorum, quorum latior est significatio, idem d. cap. 12. num. 27. &c. Altimar. loc. cit. dict. n. 64.

Non tamen potest pater in testamento dare curatorem filiis, & si dederit, opus est judicis confirmatione, aliàs omnia gesta sunt nulla, Gratian. discept. forens. cap. 225. per tot. cap. 914. nu. 28. Montan. de tut. cap. 8. n. 20. vide in §. Curator num.

40 Pater est legitimus tutor filiorum suorum, vel nepotum ex eis emancipatorum, maximè cùm hodie semper intelligatur contracta fiducia emancipasse, & illo mortuo defertur ad filium perfectæ ætatis, qui aliorum fratrum pupillorum erit tutor fiduciarius, Montan. de tut. cap. 15. n. 14. &c. Non tamen est administrator posthumi Altimar. de nullit. rubr. 51. quæst. 37. n. 28. tom. 2.

Et tenetur sicuti quilibet alius tutor, vel curator reddere rationem, quando bona pleno jure spectant ad filios, & ipse in illis non habet usumfructum, secus autem si habeat usumfructum, Pascal. de patr. par. pr. cap. 2. n. 83. & seqq. Munoz. de ratiocin. cap. 3. n. 23. Gutierez. de tut. part. 3. cap. pr. nu. 24. Ludovis. cum Beltramin. decis. 334. n. 8. & seqq. Altimat. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. pr. sect. 2. num. 47. tom. 8.

41 Pater potest uti legitimus administrator bonorum filii etiam minori alienare ejus bona sine judicis decreto, subsistente tamen justa causa, aliàs secus, cùm tantùm suppleat loco decreti, non autem causam, Montan. de tut. cap. 33. n. 71. &c. & nu. 483. & seqq. vide Cabal. cons. dec. 91. per tot. lib. pr. Peregr. dec. 95. num. pr. & seqq. latè Rot. par. 9. rec. dec. 30. num. 32. et seqq. ubi qualis debeat esse causa, nempè ipsius filii necessitas, vel utilitas, vel honor, vel consensus. Em. De Luc. de Alienat. disc. 27. n. 11., Altimar. de nullit. rubr. 2., & 3. q. pr. sect. 4. num. 592. vers. sed pater fol. 257. tom. 8. Staiban. resol. 167. n. 18.

Quæ possit facere pater tamquam legitimus administrator filiorum, Tusch. litt. P. conclus. 127. per tot. Vivi. comm. opin. 593. & 594.

Qualiter possit stipulari pro filiis, Ricc. Coll. 2979.

Qualiter transigere de peculio filiorum adventitio, ità ut ipsis filiis etiam inconsultis noceat transactio, Urceol. tract. de transact. q. 15. per tot. & q. 26. per tot. ubi quando non possit transigere.

Potest revocare alienationem malè, vel nulliter à se factam, & sic contra proprium factum venire, Magon. decis. Flor. 91. n. 16. & 17. dec. 92. n. 35. &c. Episc. Rocc. cap. 51. n. 127.

In quibus pater sit legitimus administrator filiorum, vel non, Tusch. litt. P. conclus. 125. per tot. Cabal. cons. 109. lib. pr. ubi quòd est legitimus administrator in bonis, in quibus habet usumfructum, aliàs autem secus quando non habet usumfructum.

Si vendat una cum filiis, qui se dominos asserant, qualiter hujusmodi assertiva censeatur adhibita pro majori cautela emptoris, Bich. dec. 511. nu. 5. &c. Franciscus de Angelis tract. de confess. lib. 2. q. 20. ubi quòd pretium censetur æqualiter ad eos pervenisse, nisi aliter constet ex conjecturis, de quibus.

Pater regulariter non tenetur reddere rationem filio de adventitiis, nisi dolosè administraverit, sive usumfructum non habuerit, vel nisi administrasset uti tutor, vel nisi ageretur de illo removendo, Montan. de tut. cap. 38. nu. 109. et seqq. vide in §. Hypotheca n. 24. supr. n. 37. 42

Quòd pater legitimus administrator bonorum filii sit, quando habet usumfructum, & tunc teneatur tantùm de dolo, non autem de culpa, & filius habeat tacitã hypothecam in bonis ipsius patris; si verò non habeat dictũ usumfructum, non etiã sit legitimus administrator, teneatur reddere rationem cum restitutione reliquorum, & cautionem cognita causa præstare, vide Sanfelic. decis. 179. et 180. per tot. & dec. 208. ubi an, & quando pater pro administratione bonorum filiis satisdare tenetur, vel non.

Pater per transitum ad secunda vota privatur tutela filiorum suorum emancipatorum, & non conficiendo inventarium, vel malè administrando, privatur illorum successione, Curt. jun. consil. 94. lib. 2. Rub. cons. 161. Addit. ad Pract. Papp. act. reddit. rat. tut. gloss. 2. latè hincindè Montan. de tut. cap. 15. n. 109. & seqq. ad 132. & facit in cap. 7. n. 39. facit etiam quòd dixi in §. Mater num. 9. Ricc. Collect. 3515. ubi quòd amittit educationem per inductionem novercæ, quidquid secus sit in matre. 43

Quòd omnes pœnæ secundò nubentium sint communes tàm masculo, quam fœminæ, & sic procedant tàm in patre, quam in matre, Gratian. discept. for. cap. 702. num. 22. cap. 862. num. 6. Rot. in Bonon. successionis 11. Maii 1635. coram Motman. in Noviss. part. 7. dec. 45. n. 2. vide in §. Dispositio nu. 2. in fine, ubi contra, sed non recedas ab isto magis communi, Peregrin. decis. 13. num. 7. & seqq. Rot. par. 18. recent. decis. 259. num. pr. & seqq. ubi quòd ideò pater binubus amittit successionem in bonis filii sui defuncti, juxta text. in l. fœminæ C. de secund. nupt. non suffragante consensu prætenso ejusdem filii secundis nuptiis, tùm quia non erat benè probatus, tùm quia erat minor, ac ideò vel præsumebatur ob metum reverentialem præstitus, vel quia etiam contradicendo non poterat impedire, ac denique importabat solam approbationem nuptiarum, non autem renunciationem juris, nec remissionem dictæ pœnæ, non probata illius scientia, & certioratione &c. vide in §. Pœna n. pr. Pen. & Crescin. decis. 212. Cyriac. contr. 137. Altimar. de nullit. rub pr. part. 3. quæst. 32. n. 1350. tom. 5.

Pater transiens ad secunda vota non amittit usumfructum in bonis lucratis ab uxore prædefuncta, sed tantùm tenetur reservare proprietatem filiis si extant, Boet. decis. 198. Cabal. consil. decis. 9. lib. pr. vide in §. Maritus n. 27. 44

Et pro dicta conservatione sunt ipsius patris bona tacitè hypothecata, sicut etiam pro dolosa administratione, Neguz. de pignor. par. 2. membr. 4. nu. 13. et nu. 19. etc. Paul. Christin. dec. Belgic. 101. per tot. volum. pr.

Quòd regulariter pater non amittat usumfructum in bonis maternis, vel aliis adventitiis filii per transitum ad secunda vota, l. fin. Cod. de bon. mat. Michalor. de fratr. par. pr. cap. 3. n. 19. & par. 3. cap. 13. Gratian. discept. for. cap. 519. num 43. etc. cum Addit. not. in fine tomi, et cap. 939. n. 19. vide in §. Peculium nu. ubi an ex quo amittit proprietatem, recuperet usumfructum in portione, in qua illum non habebat propter simultaneam successionem, & alia, &c.

Item nec amittit dictum usumfructum per ingressum Religionis, sed illum acquirit monasterio durante vita sua, secundùm unam opinionem, licet contraria sit æquior, & sequenda, ut refert Vivi: comm. opin. 600. & 601. ubi è contra an per monachismum, vel Clericatum filii pater amittat usumfructum, & firmat quòd non, vide in §. Ususfructus n. 23. ubi plura.

Quòd pater, sive mater transiens ad secunda vota teneatur reservare proprietatem quæsitorum ex filiis præ-

prædefunctis primi matrimonii aliis filiis ſuperſtitibus natis ex dicto priori matrimonio, ne pervenire poſſint ad filios ſecundi matrimonii, & novercam, leg. fœminæ §. illud Cod. de ſecund. nupt. cujus tamen potiſſima ratio non eſt prædicta, ſed injuria illata primo conjugi, & filiis ex eo natis, & ideò locum habet etiam ſoluto ſecundo matrimonio, & nullis ex eo relictis liberis, ſive ante, ſive poſt delatam filii ex primo matrimonio hæreditatem, latè Rot. in Bonon. ſucceſſionis 12. Maii 1635. coram Motman. in Noviſſ. part. 7. dec. 45. per tot. Cavaler. dec. 50. nn. 3. & 5. dixi in reſol. cap. 35. per tot. ubi plura, & in hoc opere §. Diſpoſitio num. pr. et ſeqq. Vide Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. q. 32. à nu. 2342. tom. 5. Epiſc. Rocc. cap. 55. a n. 54.

45 Pater, vel mater tranſeundo ad ſecundas nuptias amittit proprietatem bonorum lucrativo titulo ſibi à conjuge provenientium, quam tenetur reſervare filiis primi matrimonii, ſibi tantùm uſufructu vita durante retento, & idem eſt quoad bona, quæ conſequutus fuerit ab inteſtato ex hæreditate alterius ex dictis filiis primi matrimonii prædefuncti, qui jam matri ſuæ præmortuæ ſucceſſerat, ita ut etiam legitimam ſibi ex bonis filii debitam reſervare teneatur, juxta diſpoſitionem leg. fœminæ Cod. de ſecund. nupt. l. mater C. ad S.C. Trebell. l. generaliter Cod. eod. intelligendo ut dixi ab inteſtato, nam ſi ille filius condiderit teſtamentum, patrem in totum, vel pro parte inſtituendo etiam in bonis, quæ à matre habuerit, poteſt pater illa ſibi retinere etiam quoad proprietatem, non obſtantibus ſecundis nuptiis; item intelligendo quoad bona, quæ filius habuit à matre, nam in aliis pater plano jure ſuccederet, etiam ab inteſtato non obſtantibus dictis ſecundis nuptiis; item quoad ea, quæ filius mortuus immediatè habuit à matre, ſecus ſi mediatè ex alterius fratris, vel ſororis ſucceſſione, etiam ſi à communi maſſe provenerint in filium primo defunctum, ad tradita per Altograd. conſ. 46. n. 1. & ſeqq. ad 12. lib. 2. ubi quod nec etiam tenetur reſervare quod habuit ex legato uxoris facto in cauſam, ſive caſum ſecundarum nuptiarum, de quo tamen vide aliàs per me ſcripta in reſolu. cap. 35. n. 21. & ſeqq. per tot. & latè de omnibus prædictis Sperel. dec. 32. 33. & 34. per tot. vide in §. Legitima n. §. Mater n. & §. Diſpoſitio n. . &c. Peregrin. dec. 13. n. 7. & ſeqq. Rot. part. 17. rec. dec. 100. n. 9. & ſeqq. Vide infra in noviſſimis additionib. Creſcin.

Quòd pater tranſiens ad ſecunda vota teneatur reſervare ut ſupra filiis primi matrimonii, intellige quoad ſucceſſionem filii delatam patri ex diſpoſitione juris communis, ſecus ſi ex diſpoſitione ſtatutorum, vel quia ſtatuta ſucceſſionem deferant purè, & abſolutè, abſque onere reſervationis, vel quia excludendo fœminas, illæ habeantur pro mortuis, & non poſſint prætendere reverſionem bonorum poſt mortem patris binubi, vel ne pater ſit deterioris conditionis, quàm alii agnati ab eodem ſtatuto excluſis fœminis vocati, qui non ſubjacent dictis pœnis, & reſervationi, Bich. dec. 350. n. 34. & ſeqq. ubi tamen num. 38. & ſeqq. refert etiam contrariam opinionem, ut diſpoſitio d. l. fœminæ procedat etiam in ſucceſſione vigore ſtatutorum delata, cùm ſtatuta recipiant interpretationem paſſivam, & reſtrictivam à jure communi, & aliis rationibus, & auctoritatibus hincindè relatis, nihil de veritate utriuſque opinionis firmando, ſed aliis motivis caſum ſuum reſolvendo, vide Em. De Luc. de ſucceſſ. diſc. 44. num. 8.

46 Pater poteſt abſque incurſu alicujus pœnæ, etiam favore filiorum inductæ, tranſire ad ſecunda vota, ſi adhibeat illorum conſenſum expreſſum, etiam mediante perſona tutoris, vel curatoris ſpecialiter deputandi aliqua juſta concurrente cauſa, vel ſi filii poſtea ratificent ſecundum matrimonium, jam antea à patre contractum, vel ſi ipſe pater licentiam obtinuerit à Principe contrahendi ſecundas nuptias abſque incurſu alicujus pœnæ, Altograd. dict. conſ. 49. n. 22. et ſeqq. per tot. lib. 2. vide in §. Pœna n. et §. Princeps n. Joan. de Garon. tract. de ſecund. nupt. tit. de remed. pro ſecund. nubend. et in rub. C. de ſecund. nupt. n. 126. et ſeq. ad 141. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 89. q. 2. n. 43. et ſeqq. Montan. de tut. cap. 15. nu. 79. Ricc. Collect. dec. part. pr. Collect. 2022. verſ. 9. cum pluribus per eos citatis, facit Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. qu. 1. ſect. 1. n. 574. et 575. tom. 8. et rubr. 1. part. 3. quæſt. 32. a n. 1357. tom. 5. Cyriac. contr. 237. a n. 20. Pen. & Creſcin. d. deciſ. 212.

Pater conſentiens filio donanti etiam cum clauſula pleno jure, ſibi non præjudicat quoad uſumfructum, niſi adſint conjecturæ in contrarium, vel expreſsè remittat, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 327. per tot. cap. 519. num. 7. etc. cap. 627. num. 20. etc. cap. 781. n. 11. 51. etc. ubi generaliter quando ſibi præjudicet in uſufructu, Altograd. conſil. 32. nu. 48. lib. 2. ubi alia ſimilia adducit. 47

Pater reſignans filio aliquod creditum, ſibi non reſervato uſufructu, vel facultate diſponendi tenetur actione negotiorum geſtorum reddere illi rationem de exactis, vide Gratian. diſceptat. for. capit. 152. n. 31. et per tot. 48

Pater non poteſt in codicillis adimere hæreditatem uni ex filiis, & alteri applicare, ita ut nec hujuſmodi ademptio obliquetur, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 902. per tot. ubi reſpondet objectis dixi in §. Codicillus et §. Hæreditas, Vivi. comm. opin. 590. 49

Parentes qualiter præſumantur diligere filios, etiam plusquam ſemetipſos, & ideò in caſu torturæ patris & filii ſit incipiendum à filio in præſentia patris, ut pater ipſe magis diſponatur ad fatendam veritatem, tamquam magis timens in filio, quàm in ſemetipſo, & alia plura de hujuſmodi amore parentum erga filios, vide per Menoch. lib. 6. præſumpt. 56. per tot. Vivi. dec. 322. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1148. ubi quòd propterea non poſſunt eſſe teſtes pro filiis, nec contra filios, vide in §. Teſtis num. 3. 50

Quòd pater, & filius cenſeantur una, & eadem perſona, & in quibus, & plus diligat filium, quàm ſe ipſum, Tuſch. lit. P. concluſ. 117. & 118. Sanfel. dec. 77. ubi propterea non poſſit ſimul in eodem Tribunali judicare, & alia infra nu. 52. Vide Rube. de confuſſ. Jur. cap. 2. n. 16. Ros. recent. part. 19. tom. 2. dec. 480. n. 7. Emerix jun. deciſ. 1178. n. 7.

Quando pater, & filius poſſint inter ſe contrahere, vel non, idem Tuſch. litt. P. concluſ. 126. 52

Patria poteſtas an ſolvatur per matrimonium ſaltem de conſuetudine, vide in §. Filius n. Maur. de fidejuſſ. part. 2. ſect. 8. cap. 2. nu. 31. Rot. part. pr. div. dec. 359. num. 2.

Et an propterea non impediat facultatem teſtandi, latè Gratian. diſcept. for. cap. 882. per tot.

Quòd amittatur per expoſitionem filii, vel filiæ in hoſpitali vel alio loco, idem Gratian. cap. 267. per tot. vide in §. Teſtamentum n. Intellige quoad ſibi utilia Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. q. pr. num. 65. ſic pater exponens fol. 49. tom. 8.

Quòd abdicetur à patre, & fiat locus dationi tutoria per ſententiam latam contra patrem in crimine læſæ majeſtatis, Seraph. dec. 916. n.

Quòd competat etiam Judæis, nec amittatur per converſionem ad fidem; non tamen conſideretur in ſpiritualibus, cùm ſit inducta de jure civili, vide Gratian. diſcept. for. cap. 977. n. 7. etc.

In quibus cadat patria poteſtas, vel non, quid operetur, & quibus modis ſolvatur, Tuſch. litt. P. concl. 130. 131. et 132. Paul. Chriſtin. dec. 109. nu. 32. et ſeqq. vol. 5. ubi quæ dignitates eximant filium à patria poteſtate, & de Conſulari, & Epiſcopali, & latius Paſcal. in tract. de patr. poteſt. Valaſc. alleg. 29. per tot. Fagundez de juſt. et contract. lib. pr. cap. 17. et 18. per tot. Franciſc. de Magiſtr. in Silv. Eccleſ. p. 2. lib. pr. cap. 4. fol. 837. Addo Boſſ. de patria poteſt.: & Em. De Luc. de Feud. diſc. 116. n. 11. Vide Fagnan. cap. indecorum 24. 32. 55. et ſeqq. de ætat. et qual.

Quòd ut intret, & locum habeat patria poteſtas cum ſuis effectibus, non ſufficiat probatio filiationis in genere, niſi etiam probetur qualitas legitimitatis ad firmandam patriam poteſtatem neceſſaria,

Sac-

Socein. sen. *cons. 39. in princip. lib. pr.* Roland. *cons. 500. n. 21. et seqq. lib. pr.* Rot. *part. 13. rec. dec. 403. n. 5. et 6.*

An, & quando pater possit impedire matrimonium filio ex causa, dixi *in §. Filius n. 64. et §. Matrimonium num.*

52 Pater, & filius qualiter præsumantur una, & eadem persona, ex quo plura notabilia inferuntur per Doctores, ut videre est per Tiraquel. *in leg. si unquam in præfat. n. 15. et seqq.* Mascard. *de probat. volum. 3. conclus.* 1151. cum aliis ab ipsis citatis, & supra n. 50. vide *in §. Filius n. 98.* Rubeus *de confuss. Jur. cap. 2. nu. 16.* Rot. *recent. part. 19. tom. 2. dec. 480. n. 7.* Emerix jun. *dec. 1178. n. 7.*

53 Pater dissipans fideicommissum cogitur filio vocato existenti in potestate restituere, etiam ante conditionis eventum, ut colligitur ex text. ubi gloss. Bart. & alii *in l. Imperator 50. ff. ad Senat. Consult. Trebell.* Ita ut cùm in causa dissipationis conditio habeatur pro impleta, & purificata, vel ut ac si nulla conditio esset opposita, possit filius petere, & obtinere se mitti in possessionem bonorum fideicommissi, ut alii fideicommissarii ex remedio *leg. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* salvis tantùm patri alimentis in casu indigentiæ, ad latè tradita per Argel. *tractat. de acquirend. poss. qu. 8. artic. 17. per tot.* ubi ostendit *leg. Imperator* non esse hodiè correctam juxta veriorem, magis communem, & æquiorem sententiam, quidquid & alii plures ab ipso citati dubitaverint, & contrarium tenuerint, amplectendo (quoad patrem dissipantem) distinctionem, Bald. *in l. 2. C. si quid fraud. patron.* quòd aut pater dissipat bona filiorum, quorum est legitimus administrator, & aufertur administratio, aut bona propria subjecta tamen restitutioni fideicommissi, & aufertur possessio, quæ datur liberis, ita tamen, ut pater inde alatur, aut dissipat bona propria libera, & filii possunt petere sibi assignari alimenta, ex quibus vivere possint, pro quo facit quod dixi *in §. Legitima n. 16.* Circa materiam *d. l. Imperator* vide Hieron. Vereum.

Quæ quidem dispositio *dict. leg. Imperator* procedit non tantùm in casu dissipationis, sive deteriorationis bonorum, sed etiam in casu alienationis ipsorum corporum sine alia deterioratione, cùm satis dicatur dissipare, & in fraudem fideicommissi agere, qui multa alienat, etiam sine deterioratione, quidquid aliàs videatur permissa alienatio, & sustineatur durante vita gravati restituere post mortem, ut dixi *in §. Gravatus n. 1. & seqq.* ita ut etiam in casu notabilis, & dolosæ, vel fraudulentæ alienationis, licèt aliis modis possit esse consultum filiis, tamen adhuc locus sit etiam dispositioni *dict. l. Imperator*, & consequenter etiam remedio l. *fin. Cod. de edict. D. Adrian. toll.* idem Argel. *dict. tract. qu. 8. art. 18. per tot.* ubi tamen n. 1. adducit plures contrarium tenentes, quorum opinionem veriorem fatetur in simplici alienatione, cessante dolo, & fraude, ut ibidem num. 44. & latius explicat *art. 21. per tot.* dum quærit an in alienatione, vel deterioratione sit necessaria fraus, vel dolus, ut pater alienans cogatur ante tempus restituere, an verò sufficiat magna alienatio à dolo, vel fraude sejunctæ, & concludit fraudem saltem simplicem esse quando quis facit actum alteri nocivum, ut sibi, suæque voluptati satisfaciat primariò, non ut alteri noceat, & reduplicativum quandò facit præcipuè, ut etiam alteri noceat.

An autem sit locus *d. l. Imperator*, & remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* quando pater non alienat bona, sed tantummodò deteriora reddit, negligendo illorum culturam, non reparando ædificia, & sic paulatim labi permittendo, disputat idem Argel. *d. quæst. 8. art. 9.* ubi affirmativè concludit, & contrariis rationibus adductis satisfacit.

Dubitatur ulterius, an restituta hæreditate per patrem filiis ante conditionis eventum ex causis prædictis vigore *d. l. Imperator* possint filii etiam fructus hæreditarios consequi adversus creditores patris, qui ex usufructu in vita patris vellent sibi satisfieri, quam dubitationem etiam ad favorem filiorum (collusione cessante, & ablato à patre usufructu) resolvit idem Argel. *dict. quæst. 8. art. 22. per tot.* motus quia tunc pater amittit usumfructum vigore legis, quæ potest etiam creditoribus præjudicare, & aliis pluribus rationibus, & auctoritatibus, contrariis satisfaciendo.

Materia, *l. Imperator*, est quòd oblata patri administratione nullum jus competat creditoribus patris super fructibus eorumdem bonorum sibi hypothecatis etiam vivente ipso patre eorum debitore, cùm ex dispositione legis, quæ potest omnibus præjudicare, fuerit omni suo jure privatus, latè pluribus citatis explicat Salgad. *Labyr. cred. par. 4. cap. 15. per tot.*

Quæ verò dicta sunt de patre gravato filiis restituere, an procedant inter extraneos, ita ut si gravatus restituere non filio, sed extraneo dissipet, vel alienet ut supra possit compelli ante tempus restituere, magis est dubitabile, ut relatis hincinde rationibus ostendit Argel. *d. quæst. 8. art. 20. per tot.* ubi *num.* 19. distinguit, quòd si prohibita sit satisdatio à testatore, procedat dispositio *d. l. Imperator*, ne irreparabile damnum sequatur, si verò non sit prohibita satisdatio, cesset, cùm possit remedio cautionis ordinario illi esse consultum, facit quod dixi *in §. Gravatur n. 13. & 14.* ubi alia notabilia ad rem invenies.

Alia plura remissivè de patre, patria, & hujusmodi inuuit Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Pater, Patria, &c.* sed melius Bertachin. *in repert. verb. Pater.* 54

De patribus, & eorum potestate in filios, ad quæ teneantur, vel non circa illos, & alia plura ad rem tradit videndus Philip. Paschal. *tract. de viribus patr. potest. per tot.* cum Annot. Francisc. Mar. Prati, Thoro *Compend. dec. Neapol. part. 1. 2. & 3. sect. 2. verb. Pater*, & remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Patria, Pater*, Com. August. Fontan. *Bibl. leg. part. 5. verb. Pater fol. 285. etc.* Joan. Torre *de Success. in Majorat. et Primog. Ital. in multis locis indicatis in Repertor. general. in fine, part. 3. verb. Pater, Parentes.* Brunnemann. *sup. ff. et C.* Fagnan. *sup. Decret.* Card., De Luc. *in Iudic. gener.* Mantiss. ad eumd. De Luc. Rocc. Pignatell. Ursaya Piton. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni. 55

Pater si relinquat filiæ in testamento dotem, puta quatuor millium, & postea illam maritet cum tribus, an illo mortuo, non mutato testamento possit filia reliquum petere, Andreol. *contr. 140. et 306.* ubi pro filia indistinctè, quamvis alii faciant differentiam, an legatum sit simpliciter pro dote, & tunc filia possit reliquum petere, an pro filia maritanda, & tunc secus, vide Ludovis. cum Beltramin. *dec. 236.* & dixi *in §. Legatum num. 46.* Vide *supra num. 14.* 56

Pater una cum filiis principaliter contrahens debitum, præsumitur recepisse pecunias in totum, aut saltèm pro rata Rot. *recent. part. 19. tom. 2. decis. 20.* Hæc tamen præsumptio cessat, quando filii contraxerunt uti principales, pater verò intervenit uti fidejussor *ibidem n. 21.* 57

Pater potest dare Curatorem filio imbecilli, & præsertim furioso Rot. *recent. part. 19. tom. 2. dec. 594. n. 4. & 5.* Coccin. *dec. 503. n. 2.* 58

Pater potest quidèm alienare bona adventitia filii, etiam absque Judicis decreto, non tamen ubi deficit justa causa, & ulterius concurrit dolus, & animus fraudandi ipsum filium in proprium commodum: Et bona sic alienata a Patre potest filius recuperare a Tertio, etiam ipso Patre vivente declarantur text. *in l. 1. §. fin. C. de annal. except. & in auth. nisi triennale C. de bon. mater.* Latè Rot. *rec. part. 19. tom. 2. dec. 659.* 59

Patris votum, & desiderium est, ut filius ei succedat, non ut ipse succedat filio Mantiss. ad De Luc. *lib. 9. decis. 66. n. 10. vol. 1.* 60

Ideoque nunquam præsumitur, quod voluerit disponere de iis, quæ sibi obvenire poterant per mortem filii non intentam, nec cogitatam Mantiss. *d. dec. 66. nu. 11.* Rot. *recent. part. 19. tom. 2. decis. 550. n. 56. & dec. 564. a n. 35.*

Pa-

61 Pater præsumitur æqualiter diligere filios suos Menoch. *de Præsump. lib. 4. præsump.* 26. *nu.* 22. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 10. *n.* 10.

Et æqualitatem inter filios semper censetur servare velle Emerix jun. *dec.* 598. *nu.* 8. Et præsumitur æqualiter disponere voluisse eum filiis De Luc *de Fideicomm. disc.* 132. *n.* 4.

62 Pater præsumitur magis diligere masculos, quàm fœminas, præsertim si illos instituit, & has exclusit Balduc. *tit.* 4. *dec.* 10. *n.* 24. & 25.

63 Ad Patrem spectat stare in Judicio pro filio, contra quem idcirco non currit præscriptio Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 659. *n.* 02.

64 Ususfructus Patri acquiritur de bonis pervenientis filiæ jam nuptæ ex hæreditate Viri, & plenè discutitur an, & quæ requirantur pro inducenda tacita prohibitione ususfructus super bonis adventitiis respectu patris Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 496. *per tot.*

Firmatur, quod mater potest prohibere Viro usumfructum etiam in portione legitimæ filiorum. Et ex quibus colligatur hujusmodi prohibitio Caprar. *decis.* 681.

65 Pater non potest gravare filiam ad recipiendam legitimam in mobilibus, & aliis effectibus de sui natura pereuntibus Caprar. *dec.* 532. *n.* 03. *part.* 2.

66 Patrum appellatione in plurali comprehenditur etiam Mater Emerix jun. *dec.* 296. *nu.* 5. *tom.* 1. Robles. *de Repres. lib.* 2. *cap.* 14. *a n.* 19.

67 Pater conveniri non potest per filiam, aut generum ultra quam facere possit, deducto ne egeat Emerix jun. *dec.* 985. *n.* 1. quod amplia, limita, & declara, *ut ibidem n.* 2. & 3. & *dec.* 1026. *nu.* 1. *et* 2.

68 Parens præmortuus an faciat locum filio ad hæreditatem Avi, cui renunciavit, & an transmissivè vel privativè Rube. *de confus. jur. cap.* 03. *num.* 34. *et* 35.

69 Pater repræsentatur in filio, in nepote, pronepote, & aliis Rube *de confus. jur. cap.* 1. *n.* 103.

Pater mortuus vivit in parte corporis filii Rube. *d. cap.* 1. *n.* 139.

70 Pater cur diligat filium plus, quàm diligatur Rube. *de Confus. Jur. cap.* 1. *n.* 107.

71 Pater filium accusare nequit Rube. *loc. cit. cap.* 1. *n.* 239.

72 Patri exceptio quæritur ex filii juramento Crescen. ad Abecci es. *obser.* 70. *n.* 2. *part.* 1.

73 Pater non potest ordinare, ut filii primi gradus imputent fructus in Trebellianicam seu Legitimam Ansald. *dec.* 10. *n.* 27. vide Surd. *cons.* 143. *num.* 55. Spad. *cons.* 358. *n.* 4. *lib.* 2. & *cons.* 302. *n.* 4. *lib.* 3. Cyriac. *contr.* 438. *a n.* 31.

74 Pater potest præventivè legitimam filiis assignare Mantill. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 8. *dec.* 36. *n.* 5. *vol.* 3.

75 Pater alendo filium censetur voluisse compensare debitum occasione redditum a patre perceptorum, & ad filium spectantium Mantill. ad De Luc. *libr.* 10. *dec.* 51. *n.* 7. *vol.* 3.

Pater tenetur tantùm subsidiariè præstare alimenta filiis, & si habet apud se bona adventitia filiorum, censetur cum illorum fructibus aluisse; Quando hæc non procedant; & teneatur hæreditas paterna ad fructus ex multiplico non facto juxta præceptum testatoris Caprar. *dec.* 580. *per tot. part.* 2.

76 Pater assignando filio usum mobilium occasione nuptiarum, quamdiu præsumatur illum durare voluisse Emerix jun. *dec.* 1231. *n.* 16.

77 Dispositio *l. fœminæ C. ac secund. nupt.* respectu necessariæ successionis reservandæ per Patrem binubum filiis prioris Conjugii, in bonis obventis a successione filii prædefuncti, an locum habeat, non solum in successione immediata; sed etiam mediata, proveniente scilicèt ex portione alterius fratris prædefuncti, negativè resolvunt Cels. *dec.* 72. *a nu.* 14. Dunozert. jun. *dec.* 641. *n.* 5. Bich. *dec.* 414. *a n.* 8. De Luc. *de success. disc.* 30. Rocc. Episc. *cap.* 50. *n.* 91. & *cap.* 55. *n.* 78.

An dicta dispositio Patrem binubum excludat etiam a legitima; Itaut proprietas filiis prioris matrimonii reservanda eamdem capiat legitimam; Quidq; asserendum, condito a filio testamento, institutoque penitus extraneo, ad intellectum textus in *§. hinc nos auth. de nupt.* Latissime Episc. Rocc. *d. c.* 55. *a n.* 87. *cum seqq.*

Dispositio *dictæ Legis* habet locum, sivè nuptiæ sint validæ, sivè invalidæ Rocc. Episc. *d. cap.* 55. *num.* 85.

Pater binubus plus potest filiis secundi matrimonii relinquere, quàm filiis primi, non tamen istos fraudare portione sibi de Jure debita Balduc. *tit.* 3. *dec.* 45. *n.* 2. 13. 16. & 17.

78 Pater contraveniens voluntati Testatoris per acceptationem alterius fideicommissi incompatibilis an præjudicet filiis postea natis, ita ut possint bona avocare a substituto interim admisso Emerix jun. *dec.* 403. & *dec.* 413. *per tot.* & vide eumdem *in Indic. verb. filius.*

79 Pater possidens nomine filii bona hæreditaria testatoris censetur hæreditatem agnovisse nomine filii Emerix jun. *dec.* 1227. *n.* 7.

80 Quidquid filiis quæritur ex paterna stipulatione est profectitium Boscol. Parmens. inter Oper. Card. De Luc. *in contr. feud. art.* 2. *n.* 80. *et seqq.*, Quando præsertim vel virtus paterna, vel industria, aut pecunia interveniunt *ibidem n.* 81. Unde Jus ad Feudum novum quæsitum pro se, & filiis est profectitium, & revocabile, *ibidem n.* 82.

81 Pater debet reverentiam filio sacerdoti in orationibus, confessionibus, & aliis spiritualibus Fagnan. *in cap. in duorum n.* 43. *de ætat. et qualit.*

Pater non potest esse legitimus administrator bonorum filii in beneficialibus, absque mandato & malè eidem solvitur, nisi filius sit impubes. Emerix jun. *dec.* 770. *n.* 2. & 3. *dec.* 819. *n. pr.*

Pater non habet usumfructum in fructibus beneficii filii Fagnan. *in cap. ad extirpandas. num.* 38. *de fil. Præsbyt.* De Luc. *de Testam. disc.* 34. *n.* 9.

82 Pater percutiens filium in Sacro Ordine constitutum, excommunicationem incurrit Fagnan. *in cap. cit. n.* 47. & *in cap. cum voluntate nu.* 34. *de sent. excomm.*

83 Pater, qui dormiens in lecto infantem suffocavit, an sit irregularis Fagnan. *in cap. si constiterit n.* 39. *de Accusat.*

84 Patri spirituali non minus obsequi debemus, quàm carnali Fagnan. *in cap. præterea num.* 32. *ne Prel. vic. suas.*

85 Pater an possit revocare filium impuberem a Monasterio Fagnan. *in cap. si quis n.* 2. *de Regul.* ubi distinguit.

Pater an possit offerre filium impuberem Religioni, invita matre & è contra Fagnan. *in cap. Siquis n.* 6. *de Regul.* Et an invito Avo *ibidem num.* 10. Quid si pater se cum filio impubere obtulit monasterio Idem *in cap. cum simus n.* 1. *de Regul.*

86 Pater an immediatè succedere in beneficio filii prohibeatur Fagnan. *in cap. ex transmissa n.* 25. *de fil. Præsbyt.*

Pater, & filius an possint habere beneficium in eadem Ecclesia De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 49. *n.* 2. & 3. *de Benef. disc.* 66. *per tot.*

87 Pater non potest cogere filium invitum nubere, sed filiam potest secundum leges, nisi dederit ei turpem sponsum, vel moribus indignum Fagnan. *in cap. tua n.* 8. *de Despons. Impub.* Secus secundum canones *ibidem n.* 9. Et quod non possit cogere filium ad nubendum Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 672. *n.* 3. Et hoc casu præceptum testatoris resolvitur in consilium *ibid. n.* 4.

Quoad alimenta taxanda filio nubenti sine consensu Patris vide Pen. & Add. *dec.* 184. *per tot.*

88 Pater non prohibetur præsentare filium, prout nec filius Patrem Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 84. *n.* 2. *tom.* 2.

In Jurepatronatus hæreditario pater institutis omnibus filiis hæredibus, an possit uni ex illis assignare, seu relinquere totum Juspatronatus absque consensu Ordinarii Episc. Piton. *loc. cit. alleg.* 100. *num.* 064. 268. & 270. *tom.* 2.

Pater potest inter comprehensos unum ex illis gratificare in Investitura hæreditaria Piton. *loc. cit. alleg.* 46. *n.* 13. *tom.* 1.

Non

Non potest donare Juspatronatus filiis sina Ordinarii consensu De Luc. *de Jurep. disc.* 56. *n.* 4.

Pater an & quando admittatur una eum filiis ad præsentandum in Jurepatronatus Piton. *loc. cit. alleg.* 100. *a n.* 344. *&* *a n.* 606. *tom.* 2.

Pater donans Juspatronatus præsentari potest per filium, quando est de passivè vocatis Piton. *loc. cit. alleg.* 84. *n.* 56. *tom.* 2.

Pater potest filium præsentare, & ei votum dare, & e contra Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 492. *num.* 9.

Pater an possit transferre pensionem in filium vigore Indulti: Et quid si filius sit illegitimus De Luc. *de Pens. disc.* 60. *n.* 6.

89 Pater administrans bona dotalia an expeesas nuptiales censeatur facere nomine proprio, vel filii De Luc. *de Dot. disc.* 82. *per tot.*

90 Vocatio patris, & filii an censeatur ordine simultaneo, vel successivo De Luc. *de Donat. disc.* 47. *a n.* 2. ubi benè distinguit.

91 Pater confidit magis de Patrnorum integritate, quàm de materno amore quoad decernendam filiorum educationem Balduc. *tit.* 4. *decis.* 21. *n.* 6.

92 Mandatum Patris de dotandis filiabus summi debet de dote congrua, prout de Jure Balduc. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 40. *n* 21.

93 Pater an teneatur suppeditare necessaria filio religioso, ubi monasterium illa non suppeditat De Luc. *de Regal. disc.* 34. *per tot.*

Si collocavit filiam in monasterio tenetur ornare juxta statum per ipsum monasterium immutatum De Luc. *de Jurepatr. disc.* 84. *n.* 3.

Pater tenetur constituere patrimonium filio volenti se promovere ad Sacros Ordines De Luc. *de Donat. disc.* 53. *n.* 8. ubi an ista Donatio sit pura, vel causativa.

94 Patris delictum, vel factum quando præjudicet filiis, & descendentibus vocatis in aliqua dispositione, & an eisdem competat restitutio in integrum De Luc. *de Fideicomm. disc.* 207. *n.* 3. *&* 4.

95 Pater tenetur reinvestire dotem ad se reversam, aliàs tenetur ad interesse De Luc. *de Usur. disc.* 38. *a n.* 11. *de Dot. disc.* 187. *n.* 5. Quod etiam procedit, quando pater a filio dotem accepit *dict. disc.* 187. *n.* 5.

96 Consensus Patris in actibus filiorum an requiratur pro interesse, vel pro solemnitate De Luc. *de Dot. disc.* 32. *a n.* 11. *& de Donat. disc.* 39. *a n.* 2.

97 Pater citari potest in causa filii De Luc. *de Judic. disc.* 9. *nu.* 40. Et an requiratur citatio filii in actibus, qui per eum geruntur ratione administrationis Idem *disc.* 12. *n.* 11. *ibidem*.

98 Pater tenetur alere filium in statu, in quo ipse illum constituit De Luc. *de Credit. disc.* 86. *n.* 2. *&* 3. ubi hoc declaratur.

§. PATRIMONIUM. VII.

1 Patrimonium Clerici ad cujus titulum fuit ordinatus, habet omnia privilegia concessa bonis Ecclesiarum, & ideò gaudet omnibus immunitatibus ab exactionibus, & tributis sæcularibus Sacr. Congr. Episc. in Catacensis 3. Augusti 1590. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *nu.* 17. *etc.* vide *in §. Clericus nu.* 4. *et nu.* 10. *etc.* Paul. Christ. *dec. Belg.* 219. *vol.* 1. ubi an possit capi in cautam judicati, & refert rationes pro utraque parte Pignatell. 54. *à num.* 99. *tom.* 2. *consult.* 2. *nu.* 32. *et* 41. *tom.* 3. Vide Sperel. *decis.* 37. *nu.* 77. *decis.* 184. *nu.* 17. *et* 18. Add. ad Del Bene *de immun. Eccles. post tract. in verb. Bona acquis. per Eccles.*

Quotuplex sit patrimonium, Tusch. *lit. P. concl.* 135. ubi quòd aliud est proprium, vel adventitium, aliud jurisdictionale, aliud feudale, &c.

2 Patrimonium magnum à malo domino citò dissipatur, parvum verò à bono custode in dies crescit, Senec. *de brevit. vit. cap.* 1. *in fine*, refert Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Patrimonium.*

3 De Patrimoniis clericorum, an imputentur in legitimam, vel sint cum fratribus conferenda, an mortuis clericis redeant ad donatores, & alia notabilia indicat Com. Aug. Fontan. *Biblioth. leg. p.* 5. *verb. patrimonium fol.* 289. *&c.* dixi ego *§. Clericus*, & alibi opportunè. Gratian. & De Luc. *cap.* 159. Bellet. *disq. Cler. fol.* 420. *n.* 16. Cyroch. *discept.* 67. *n.* 28. Michalor. *de Fratr. part.* 1. *cap.* 20. Mans. *consult.* 155. *lib.* 2.

De determinata quantitate patrimonii Clericorum Em. De Luc. *Annot. ad concil. disc.* 14. *n.* 38. Miscell. *disc.* 5. *n.* 36. Pignatell. *consult.* 2. *à n.* 19. *tom.* 3. *consult.* 77. *n.* 21. *tom.* 5.

Super quibus rebus possit constitui, & de ejus requisitis Pignatell. *consult.* 77. *tom.* 5. *consult.* 4. *tom.* 8.

De ficto ac fiduciario patrimonio Pignatell. *dict. consult.* 77. *tom.* 5. Vide Sanchez *de Matrimon. lib.* 6. *disput.* 22. *n.* 7.

De Patrimoniis in genere, & de Patrimonio Clericorum latè Em. De Luc. *in Indic. gener.* Pignatell. *in suis canonic. consult. non nulla* Piton. *in suis Eccl. discept.* Fagnan. Nicoli. Bertachin. Rocc. Rub. Emerix Caprar. Panimol. Ursay. Mans. Palm. & alii moderni.

Patrimonium Clerici alienari non potest Pellegr. 4
in Prax. Vicar. fol. 187. *n.* 49. Boss. *resol. moral. tom.* 2. *fol.* 680. *à n.* 63. Nicoli *lib.* 1. *fol.* 164. *n.* 9. *& lib.* 2. *fol.* 19. *n.* 5. Ventrigl. *Prax. part.* 1. *fol.* 382. *à n.* 1. Fagnan. *sup.* 3. *part. Decr. cap. Episcopus nu.* 48. *de Præbend.* Marin. *lib.* 2. *res.* 48. De Luc. ad Gratian. *cap.* 159. *n.* 1. Panimol. *Idea Sedand. Jurg. constit.* 36. *à n.* 73.

Sed Patrimonium potest alienari pro ea parte, quæ congruam substentationem, & præscriptam Loci taxam excedit De Luc. ad Gratian. *dict. cap.* 159. *n.* 26.

Patrimonium an possit hypothecari, & an fru- 5
ctus excedentes congruam, & consuetam Clerici substentationem debeant Creditoribus assignari, & affirmativè respondent De Luc. *de Alienat. disc.* 38. Rot. *recent. part.* 14. *decis.* 439. Nicoli. *tom. pr. fol.* 564. *n.* 9. *vers. unde debitores* Pignatel. *consult.* 163. *n.* 6. *tom.* 1. Et vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 561. *n.* 4. *&* 5.

Clericus an possit constituere censum super bo- 6
nis ad cujus titulum fuit ordinatus, & si de facto fuerit constitutus, an clerico defuncto, illius hæres actione hypothecaria conventus possit opponere de nullitate contractus De Marin. *resol. cap.* 48. *lib.* 2.

Contra patrimonium Clerici nullum Jus habent 7
creditores anteriores, cum facta fuerint solita publica edicta Barbos. *alleg.* 19. *nu.* 87. Nicoli. *fol.* 164. *n.* 9. *tom.* 1. Fermosin. *in cap. quod translationem qu.* 8. *n.* 22. *&* 23. *de Tempor. ordin.*

Patrimonium Clerici non potest confiscari Ricc. 8
decis. Cur. Archiep. Neap. 185. Pignatell. *consult.* 54. *n.* 105. *tom.* 2. *& consult.* 141. *n. pr. tom.* 4.

Ad titulum patrimonii quando quis ordinari pos- 9
sit Sperell. *decis.* 184. *n.* 31. Bertachin. *vot.* 133. *nu.* 7. *& vot.* 151.

Donatio patrimonii facta filio non indiget insi- 10
nuatione Fermosin. *in cap. quod translationem quæst.* 8. *n.* 14. *de Tempor. ordin.*

Clericus an pro restitutione sui patrimonii possit 11
agere coram Judice laico contra Laicum, vel debeat agere coram Ecclesiastico Covar. *var. lib. pr. cap.* 4. *n.* 5., ubi Farias.

Patrimonium ad effectum consequendi sacros or- 12
dines potest constitui super bonis fideicommissariis, & mortuo ordinato bona recidunt in fideicommissum Bertàchin. *vot.* 133. *n.* 4. *et* 10.

Patrimonium taxatur uniformiter, non curata 13
personarum qualitate De Luc. *Miscell. disc.* 5. *n.* 36. *in fine.* Et qualis redditus esse debeat Idem *in annot. ad Concil. disc.* 14. *n.* 38.

Patrimonium in dubio præsumitur sufficiens, li- 14
cèt possit contrarium probari De Luc. *de Benefic. disc.* 37. *n.* 7.

Patrimonium simulatè constitutum sustinetur re 15
non integra De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 14. *n.* 37.

Quando dicatur constitutum in fraudem onerum, 16
& collectarum De Luc. *Miscell. disc.* 2. *n.* 52.

Patrimonium immune esse non deberet, si pro- 17
motus non ascendat ad sacros ordines Idem *loc. cit. n.* 52.

Potest

18 Potest quis ad Cappellaniam Laicalem ordinari ad titulum patrimonii Piton. *de Jurepatr. alleg.* 32. *n.* 10. *tom.* 2.

19 Patrimonium ad suscipiendos sacros ordines potest constitui cum pacto reversivo in casu assecutionis alicujus Beneficii Rot. coram Caprar. *decis.* 613. *n.* 1. *part.* 2.

20 Canonicatus, qui successit loco patrimonii, & eo dimisso possessor non habuisset, unde viveret, resignatio de eo facta, dicitur nulla, & canonicatus non abdicatus à resignante, & per illius obitum tantùm dicitur vacare Caprar. *decis.* 613. *num.* 3. & 4. *part.* 2.

21 Titulus patrimonii de licentia Episcopi potest permutari in titulum beneficii, & e converso Fagnan. *in cap. Episcopus n.* 51. *de Præbend.*

22 Privilegium exemptionis ab oneribus concessum patrimonio, donec Clericus assequatur beneficium, extinguitur adepto beneficio, nec reviviscit per beneficii dimissionem Fagnan. *ibidem a n.* 52. Sed contra pariter *ibidem n.* 63.

23 Proventus Ecclesiastici appellantur hæreditas, & patrimonium Christi Domini Piton. *de Jurepatr. alleg.* 48. *sub n.* 34. *tom.* 1.

Patrimonium non nisi unicum consideratur in Paganis Rocc. Episc. *cap.* 6. *num.* 8. & *seqq. lib.* 1. De Luc. *de Jurisd. disc.* 9n. *n.* 3. *de Hæred. disc.* 3. *n. num.* 8. & *alibi.*

Patrimonium Privati unum, non plura Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 1. *n.* 40.

Nec ex pluribus rebus in diversis locis Rube. *loc. cit. cap.* 5. *n.* 58. Nec ex diversis Provinciis Rube. *loc. cit. cap.* 6. *num.* 51., Nec ex hæreditatibus Idem *ibid. cap.* 21. *n.* 21. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 22. *num.* 4.

Sed hoc fallit in milite De Luc. *de credit. disc.* 11. *n.* 4. *de Fideicom. disc.* 11. *n.* 7.

Fideicommissarii duplex patrimonium Rube. *de Confuss. cap.* 24. *n.* 29.

Idem in Feudatario De Luc. *de Feud. disc.* 22. *num.* 3. *disc.* 23. *n.* 9. *de Jurisd. disc.* 9n. *n.* 4. *de Dot. disc.* 188. *n.* 51. & *alibi.*

Ecclesiæ duplex patrimonium Rube. *de Confuss. cap.* 31. *n.* 64. Et quid favore piæ causæ De Luc. *de Fideicom. disc.* 188. *n.* 9.

Idem in Clerico De Luc. *de Hæred. disc.* 3. *num.* 5. *de Credit. disc.* 11. *n.* 4.

Patrimonium dotale aliud à patrimonio Viri Rub. *de Confus. Jur. cap.* 2. *n.* 241.

Patrimonium non scinditur quantum ad Jus ex bonorum divisione Rub. *loc. cit. cap.* 5. *n.* 59.

Stante patrimoniorum diversitate intrat beneficium separationis bonorum Mantiss ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 6. *decis.* 13. *n.* 22. *vol.* 3.

Patrimonium proprium nemo potest alterius dispositioni submittere Torr. *de pact. fut. success. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 9. De Luc. *de Testam. disc.* 42. *n.* 11. *de Donat. disc.* 23. *n.* 3. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 32. *n.* 20.

Administratio patrimonii decocti penes quem esse dicatur ad effectum culpæ Creditorum De Luc. *de Feud. disc.* 126. *à n.* 13.

In taxa dotis non attenditur distinctio patrimoniorum De Luc. *de Dot. disc.* 188. *n.* 11.

Non dicitur esse extra patrimonium id, quod per creditores jure pignoris prætorii possidetur De Luc. *de Donat. disc.* 45. *n.* 8.

Patrimonio posito sub concursu si deputetur, administrator erit irrevocabilis De Luc. *de Tut. disc.* 20. *n.* 6.

Creditores unius patrimonii vincunt creditores alterius patrimonii, quamvis anteriores De Luc. *de Credit. disc.* 11. *n.* 4.

§. PATRONUS. VIII.

1 PAtronus pluribus modis considerari, & dici potest, nam patronus nuncupatur advocatus respectu causæ, quam suo patrocinio promovendam assumpsit; item patronus dicitur respectu servi manumissi, item, & magis propriè patronus est ille, qui construxit, fundavit, vel dotavit Ecclesiam, Capellam, vel Altare, vel alium pium locum; largè etiam appellatur patronus, qui habet jus præsentandi scolares in Collegio, vel in sedibus, vel habet jus sedendi in aliquo loco, item qui est caput, vel superior, vel qui habet jus, sive dominium in aliqua re, ut latè explicat Lambertin. *tract. de Jurepatr. lib.* 1. *quæst.* 1. *ar.* 1. & 2. Rocch. Paul. Cittad. & alii *in eod. tract.* vide *in §. Juspatr. n.* Patronus undè dicatur ad hunc effectum Piton. *disceptat.* 22. *num.* 21. Quod Patronus dicatur quasi Pater Idem Piton. *de Jurepatr. alleg.* 12. *n.* 6. & 18. & *alleg.* 43. *n.* 11. *tom.* 1.

Patronus, ut quis dicatur, sufficit quòd probet descendentiam ab eo, qui fuit in quasi possessione præsentandi, nec est necesse illam probare à primo fundatore, etiam respectu illius, qui fuit in dicta quasi possessione, qua stante præsumitur descendentia, Cavaler. *dec.* 382. *per tot* & *dec.* 395. *per tot.* ubi quòd qui est in quasi possessione præsentandi non tenetur probare descendentiam, Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 274. *n.* 2. &c. ac alibi sæpè. 2

Quòd ista quasi possessio præsentandi non transeat ad filios sine nova apprehensione, nec etiam acquiratur per præsentationem factam per modum provisionis, Merlin. *dec.* 563. *nu.* 20. ubi quod non transit ad hæredes, *p.* 13. *dec.* 96. *num.* 19.

Quòd immo ex quasi possessione præsentandi auctoris, probetur jus, & quasi possessio successoris, Loter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 11. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 148. *nu.* 21. Vivian. *de jurepatron. lib.* 11. *cap.* 5. *n.* 100. Burat. *dec.* 832. *nu.* 4. vide Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 96. *nu.* 19. & *seqq.* ubi benè declarat, & concordat istas contrarias opiniones, *dec.* 152. *n.* 23. & *seqq.*

An impuberes possint præsentare, vel alii, Tusch. *lit. P. conclus.* 141. &c. Peregrin. *dec.* 100. *nu.* 3. &c. ubi quòd pupillus potest præsentare, licèt non eligere, sicut etiam furiosus, & mentecaptus habens dilucida intervalla, aliàs autem curator pro eo, vide in *§. statutum de solemnitatibus n.* 15. *in fine.*

Qualiter patronus possit annullare provisionem sine eò factam, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 144.

Patronus ecclesiasticus potest ex officio sive ad instantiam requirentis compelli ad assignandam congruam portionem Vicario perpetuo, Aufier. *decis. Tholos. quæst.* 148. &c. Rebuff. *in prax. benef. tit. de Vicar. nu.* 163. Garzia *de benef. p.* 11. *c.* 2. Barbos. *alleg.* 72. *n.* 189. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 422. *fol.* 164. 3

Patronus, qui ab initio fundationis juspatronatus assignavit dotem competentem pro mercede Sacerdotis, & ornamentorum manutentione, non ampliùs est inquietandus, sed expensa spectat ad Rectorem, si verò dotem sufficientem non assignavit patronus tenetur ad manutentionem necessariorum, Sperel. *dec.* 68. *n.* 11. &c. vide *in §. Ecclesia n.* 7. Guzman. *de evict. q.* 30. *per tot.* Olea *de cess. jur. tit.* 7. *q. n.* 23. ubi quòd dotans Capellam, vel Ecclesiam in certa quantitate semel consignata in censibus, vel prædiis, non ampliùs tenetur si diminuatur, sed diminutio cedit periculo Ecclesiæ, habita etiam consideratione an resolutioni designata stet demonstrativè, vel taxativè, & restrictivè, vide Em. De Luc. *de donat. disc.* 82. *ex n.* 4. *de Jurepatr. disc* 52. *n.* 1. 4

Tenetur tamen patronus semper Ecclesiam suam, bonaque illius, & jura defendere ne dilapidentur, digniorem in conscientia, & magis pauperem, quàm divitem præsentare; Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 481. & *seqq. fol.* 272. quod teneatur ecclesiam ab impugnatione defendere, & de suis rebus sollicitudinem gerere ne fraudetur Fagnan. *in cap. quoniam n.* 31. *de Jurepatr.* Epist. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 44. *sub n.* 98. & 99. *tom. pr.*

Patronus beneficii Ecclesiastici non potest per se, vel per procuratorem se ipsum præsentare, licèt possit præsentari à compatrono *cap. per nostras de jurepatron.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 185. *per tot.* ubi tamen quod sustinetur præsentatio, & acceptatio, si fuerint plures patroni, qui constituant procuratorem ad præsentandum, qui postea nominet unum ex illis, vide Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 268. &c. *fol.* 248. Cardin. Tusch. *litt. P. concl.* 5

concl. 138. Merlin. *decis.* 733. *per tot.* ubi etiam quòd tunc in computo vocum numeratur vox ipsius patroni per consensum aliorum præsentati, & benè declarat Peregrin. *dec.* 100. ubi intelligit quando proceditur palam, secus si per scrutinium secretum, nam tunc vox sua non facit numerum, Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 363. *n.* 6. *& seqq. & par.* 12. *dec.* 209. *nu.* 12. *&c.* Pignatell. *consult.* 54. *num.* 29. *tom.* 10. De Luc. *De Jurep. disc.* 31. Piton. *loc. supra relat. tom.* 2. *alleg.* 52. *a n. pr. alleg.* 100. *num.* 466. *tom.* 2. *alleg.* 6. 7. 8. *tom. pr.*

Requiritur tamen mandatum speciale ad præsentandum, nec sufficit generale, Rebuff. *in prax. benef. tit. de for. Vicar. num.* 71. Paul. Cittadin. *de jurepatron. par.* 6. *quæst.* 41. *&c.* Pac. Jordan. *loc. cit. num.* 272. *&c.* ubi etiam quòd regulariter non potest patronus nec per se, nec per procuratorem præsentare, sive nominare, beneficio adhuc pleno, & proviso, sed tantùm illo vacante, ne detur occasio voti captandæ mortis alienæ, & quando secus, vide Ludovis. cum Beltram. *decis.* 420. Merlin. *dec.* 733. *nu.* 21. *&c.* ubi quod valet mandatum ad præsentandum de beneficio vacaturo, quando est generale, non expressis personis, aliàs autem secus, Ricc. *Collect.* 1278. vide *in §. Votum n. pr.* Si tamen mandatum fuerit revocatum, etsi revocatio non sit nota, præsentatio redditur nulla, Vivian. *de Jurepatron. lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 28. *&c.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 178. *n* 3.

Quòd si patronus sit indigens possit ad illius preces per Episcopum ei conferri juspatronatus simplex, quamvis adhuc esset laicus, sed de proximo Clericandus, & ante institutionem saltem tonsuratus, Gratian. *discept. forens. cap.* 430. *nu.* 5. *&c.* Lambertin. *de jurepatron.* 1. *part.* 2. *lib. quæst.* 8. *art.* 3. *n.* 3. Addit. ad Buratt. *dec.* 316. *num.* 19. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 363. *n.* 10. *& par.* 11. *dec.* 372. *nu.* 7. Pac. Jordan. *loc. sup. cit. num.* 376. *fol.* 259. ubi quinam sint incapaces præsentationis, *& num.* 377. *&c.* ubi de praxi nominationis, & præsentationis, vide Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 141. ubi quòd ista conclusio procedit quando solus patronus concurrit, secus autem quando concurrit alius ab aliis patronis præsentatus, nam ille est de necessitate præferendus. Vide Episc. Piton. *ubi supra dict. alleg.* 52. *tom.* 2.

Quòd patronus possit adhærere præsentationi de se ipso ab aliis patronis factæ, & augeat numerum vocum ad sui favorem, & quid si tantùm reducat ad æqualitatem, Merlin. *dec.* 733. & Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 268. *per tot.*

6 Patronus laicus debet præsentare intra quatuor menses, clericus verò intra semestre, *c. un. de Jurepatr. in* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 572. *n.* 7. *&* 19. Ferret. *caut.* 45. ubi docet modum, ut teneat impetrario ab alio facta de hujusmodi beneficio, licèt de jurepatronatu non sit facta mentio, vide Rot. in Pistorien. Parochialis 10. Maii 1641. coram Verospio *in recent. part.* 9. *volum. pr. decis.* 19. *& par.* 13. *dec.* 178. ubi quòd procedit etiam quando prima præsentatio fuit facta de persona minus idonea, & quòd patrono laico non licet nisi semel tantùm in præsentando variare, qualiter devolvatur jus ad sedem Apostolicam, & præsentatio facta à procuratore revocato sit nulla, etiamsi revocatio non sit nota. De Luc. *de Jurepatr. disc* 64. *n.* 3., & Piton. *discept. eccles.* 4. *n.* 61., *& seq.* Passerin. *in dict. cap. unico nu.* 12. *&* 13. *de Jurepatr. in* 6.

Quòd si agatur de patronatu mixto, laicus gaudeat privilegio partis Ecclesiasticæ, & habeat semestre ad præsentandum, ut clericus, quia in favorabilibus ipsis patronis attenditur pars Ecclesiastica, secus autem in præjudicialibus, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 367. *n.* 3. *et seqq.* De Luc. *dict. disc.* 64. *nu.* 4. Passarin. *loc. cit.*

Si tamen agatur de Ecclesia Parochiali debet fieri nominatio Rectoris intra decem dies, ad tradita per Jordan. *loc. sup. cit. n.* 355.

Et quid si sit lis de jurepatronatu, ibidem *num.* 358. *& seqq. fol.* 257. Martha *vot. Pis.* 11. *num.* 9. ubi quòd si lis est inter præsentatos, licèt non terminetur intra dicta tempora, devolutio non fit ad Episcopum; si verò inter patronos, qui ob id non præsentarunt devolvitur ad Episcopum; quòd benè declarat Rot. *par.* 15. *rec. decis.* 161. ubi etiam quòd si agatur de beneficio curato, durante lite inter præsentatos providetur de Oeconomo ab Episcopo, & ad rem.

Quòd laicus debet præsentare intra quadrimestre à die tamen scientiæ veræ, & non præsumptæ, & quòd præsumatur ignorasse diem vacationis ad effectum evitandæ devolutionis, Cavaler. *dec.* 489. *per tot.* Pac. Jordan. *loc. cit.* ubi quòd transactis dictis respectivè terminis devolvitur pro illa vice facultas ad Ordinarium Collatorem, qui potest prorogare tempus in sui tantùm præjudicium, vel intra sex menses à die scientiæ ipse providere prout latius ibidem declarat, & num. 406. &c. vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 67. *volum. pr.* ubi quòd aliàs collatio esset nulla, si fieret ab Ordinario durantibus dictis terminis, nisi superveniat consensus patroni, vide *in §. Episcopus n.* 9. *etc.* Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 217. *per tot.* ubi quando dictum tempus currat à die vacationis in Ordinariis collatoribus, *& par.* 17. *dec.* 13. *per tot.* De Luc. *de Jurep. disc. pr. n.* 4., *&* 5., *disc.* 64. *n.* 5.

Quòd patronus laicus debeat intra quatuor menses præsentare, Ecclesiasticus verò intra sex menses à die notitiæ vacationis, & teneatur Episcopus præsentatum intra hujusmodi tempora (si idoneus fit) admittere, præcedente examine, alioquin institutio ad Superiorem devolvatur, Rebuff. *in prax. benef. par. pr. tit. de præsent. & instit. nu* 4. *& seqq.* Rot. in Pistorien. Parochialis 10. Maii 1641. coram Verosp. *in rec. par.* 9. *dec.* 19. *per tot.* ubi qualiter Ordinarius non possit denegare institutionem præsentati quando concurrunt omnia requisita, nempè vacatio beneficii, existentia jurispatronatus, habilitas personæ, & præsentatio congruo tempore facta, *& p.* 11. *dec.* 240. *par.* 12. *dec.* 248. *per tot.* & latè de omnibus videndus Pac. Jordan. *Lucubr. volum* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 322. *& seqq. ad* 357. *fol.* 254. *&c.* Tusch. *litt. P, conclus.* 146. *&* 147. *per tot.* Ricc. *Collect.* 119. *per tot. &* 1309. ubi qualiter non decisa lite inter patronos intra quadrimestre, devolvatur jus Ordinario, vide Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 161. *per tot.*

Electus autem, vel præsentatus debet intra mensem consentire, & post consensum intra tres menses petere confirmationem, aliàs perdit omne jus suum, Pac. Jordan. *dict. tit.* 7. *num.* 180. *&c. fol.* 242. ubi etiam *num.* 182. quòd non potest se ingerere in administratione ante dictam confirmationem, vel institutionem sub pœna amissionis.

De requisitis pro obtinenda immissione in beneficio de jure patronatu laicorum, nempè vacatione, existentia jurispatronatus, habilitate præsentati, ac de præsentatione à patronis in tempore quatuor mensium facta coram Ordinario, quibus concurrentibus, præsentatus debet institui, Merlin. *dec.* 220. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 233. *per tot. & dec.* 446. *per tot. par.* 10. *dec.* 169. *per tot. & dec.* 274. *n.* 5. *& seqq. & par.* 11. *decis.* 89. *per tot.* ubi etiam de qualitate requisita in fundatione, quæ concurrere debet in præsentato de tempore præsentationis, & de prædictis requisitis, eadem Rot. *par.* 11. *dec.* 220. *num. pr. &c. decis.* 347. *per tot. par.* 12. *dec.* 25. & latè *par.* 12. *dec.* 148. *& dec.* 152. *& par.* 18. *dec.* 816. *per tot.* ubi quòd si patronus laicus intra quadrimestre effectualiter non præsentavit, devolvitur jus ad Episcopum, etiamsi fuerit constitutus procurator, qui defecerit in præsentando, vel aliter facta nominatio, sive aliæ diligentiæ, cùm requiratur actualis, & effectualis præsentatio Superiori facta intra dictum terminum à die scientiæ.

An autem, & quando præsentatio, & acceptatio præsumatur facta intra debita tempora, Menoch. *lib.* 6. *præsump.* 77. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1217. *per tot.*

Et quando patronus possit excusari si non præsentavit intra debita tempora ob aliquod justum impedimentum, Tusch. *litt. C. concl.* 146. *per tot.* Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 68. *n.* 21. *tom.* 2.

An ex negligentia patroni in præsentando devolvatur collatio ad Papam, Merlin. *dec.* 59. ubi quòd prius devolvitur ad Episcopum, & quando possit

patro-

patronus excusari, idem Merlin. dec. 89. ubi quòd post negligentiam Ordinarii spectat ad Papam, & decis. 149. ubi quid stante lite, Rot. part. 17. rec. decis. 13. per tot. ubi quòd Ordinarius potest prorogare dictum tempus, sed in sui tantùm præjudicium, non autem Summi Pontificis, qui potest Ordinarium præveniendo, providere beneficium legitimè devolutum.

7 Patronus Ecclesiasticus præsentans scienter indignum amittit pro illa vice jus præsentandi, & collatio devolvitur ad Ordinarium; laicus verò non prohibetur infra quadrimestre præsentare alium idoneum, nisi fuerit abusus jure sibi à testatore concesso; quis dicatur indignus, & alia, Pac. Jordan. Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 7. nu. 364. & seqq. fol. 258. Dian. part. 4. tract. 4. resolut. 170. versic. & tandem, Roch. de Curt. de jurepatron. verb. honorificum quæst. 4. n. 15. infr. num. 18. Ricc. Collect. 2158. Rot. part. 9. recent. decis. 19. n. 19. etc. et part. 14. decis. 291. n. 8. et seqq. vide De Luc. de Jurep. disc. 43. n. 11. & disc. 47. n. 2. Vide Piton. de Jurepatr. alleg. 30. nu. 30. tom. pr. et alleg. 100. n. 2. 3. et 18. tom. 2.

An autem possit præsentare de consensu Ordinarii aliquem non habentem qualitates à testatore requisitas, latè Ricc. Collect. 2796. ubi prò, & contra, vide in §. Juspatronatus num. 24. &c. facit De Luc. De Benef. disc. 96. à nu. 7.

Quòd patroni debeant præsentare juxta mentem fundatoris, etiam verbis tantùm deprecativis expressam, aliàs habeantur pro præsentatis, & institui debeant illi, qui erant præsentandi, alia nominatione à patronis non facta, Rot. par. 12. recent. decis. 68. per tot. vide in §. Juspatronatus num. 25. Rot. part. 14. rec. decis. 132. nu. 2. Bich. dec. 189. ubi quòd habens qualitates requisitas in fundatione, licèt non fuerit præsentatus, habetur pro præsentato, & ex sola sua oppositione debet institui, quia patronus tenetur illum præsentare, ita ut hoc procedat etiamsi collatio sit alteri facta per Papam, qui censetur voluisse præjudicare collatoribus tantùm, & non vocatis in fundatione, etiamsi agatur de Jurepatronatu Ecclesiastico.

Quòd patroni præsentando incapacem dicantur delinquere, & totum jus remaneat consolidatum in aliis, qui capacem nominarunt, etiamsi nominatio incapacis sit facta à majori parte patronorum, & capacis à minori, Vivian. de jurepatr. lib. 12. cap. 8. num. 12. Rot. par. 9. recent. dec. 13. n. 13. & part. 18. tom. pr. decis. 73. nu. 9. ubi de incapacitate ratione illegitimitatis. Em. De Luc. de Jurepat. disc. 31. num. 3. de Benef. disc. 28. n. 18. Piton. de Jurep. alleg. 75. n. 76. alleg. 81 n. 7. 12. et final. et alleg. 100. n. 322. tom. 2.

8 Patronus probatà sua paupertate, descendentia à fundatore, quòd redditus Ecclesiæ sint sufficientes, & non habere alium, qui illum alere teneatur, potest prætendere alimenta ab Ecclesia patronata, Gratian. discept. forens. cap. 552. num. 11. etc. cap. 117. num. 9. ubi an tale jus transeat in cessionarium, et cap. 160. num. 4. ubi quid veniat in hujusmodi præstatione, Cavaler. decis. 321. nu. 3. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 2. lib. 11. titul. 7. nu. 487. et seqq. fol. 272. vide Lambertin. de Jurepatr. lib. 3. quæst. 3. princ. art. 6. Surd. de Aliment. tit. pr. quæst. 54. per tot. et tit. 7. quæst. 32. Lap. Alleg. 51. num. 14. Lotter. tract. de re benef. lib. 2. qu. 5. per tot. Rom. cons. 344. n. 4. Tusch. litt. P. conclus. 139. Ciarlin. controv. 209. Martha vot. Pis. 41. per tot. ubi ampliat etiamsi dos donata perempta sit, si Ecclesia, vel Rector habeat alia bona sufficientia, ac etiamsi patronus inops alteri donaverit juspatronatus, vide Piton. disceptat. Eccl. 39. num. pr. et in tract. de Jurepatr. alleg. 6. n. 17. alleg. 29. n. 6. et seqq. alleg. 43. nu. 13. alleg. 44. a nu. pr. tom. pr. & latè in Indic. verb. alimenta.

Quòd patronus non possit tale jus alimentorum, retento patronatu, alteri cedere, latè Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 22. per tot. Piton. loc. cit. alleg. 44. n. 44. et 45. tom. pr.

9 Patroni plures, ut singuli, non ut universi possunt separatim præsentare, nec est necesse ut simul conveniant in eodem loco, quando major pars præjudicet minori, & quando minus dignus possit præferri magis digno, Gratian. discept. forens. cap. 211. per tot. cap. 521. num. 45. etc. Tusch. litt. P. conclus. 143. Ricc. Collect. 2410. Modern. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. cit. cap. 211.

Quòd præsentatio facta majori parte patronorum, excludat præsentationem facta à minori numero, & quando non obstet virium ambitionis, Rot par. 2. divers. decis. 117. Merlin. decis. 394. et decis. 492. decis. 518. ubi limitat nisi præsentatus à minori parte haberet requisita in fundatione apposita, alter verò non, adde Rot. part. 11. recent. decis. 88. per tot. decis. 164. decis. 188. per tot. et part. 18. decis. 384. Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 20. n. 16. tom. pr. et alleg. 100. n. 365. tom. 2.

Qualiter plures patroni possint inter se pacisci, & convenire circa modum præsentandi, Pac. Jordan. Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 7. num. 281. fol. 250. Merlin. decis. 492. num. 4. ubi quod consentiendo in divisione vocum successoribus præjudicant, latè Rot. par. 10 recent. decis. 216. per tot. ubi quòd conventio facta inter patronos ex justa causa, est servanda, dummodò non sit contraria voluntati fundatoris, & sit à superiore approbata. Piton. discept. Eccl. 13. n. 35. & nn. 46. & 57. Idem Piton. de Jurepatr. alleg. 100. n. 51. tom. 2., ubi an possit in Jurepatronatus conveniri per transactionem ad extinguendam litem super pertinentia.

Quòd patroni non præsentantes censeantur consentire præsentationi ab aliis factæ. Cavaler. decis. 197. num. 5. ubi quòd sic præsentatus institui debet, Bich. decis. 264. numer. 14. & seqq. ubi quòd præsentatio facta ab uno ex patronis, aliis non præsentantibus est æqualis ponderis, ac si ab omnibus esset facta, quia juspatronatus residet insolidum penes quemlibet ex patronis, & illius exercitium, aliis non præsentantibus accrescit, sive non decrescit præsentanti, & decis. 420. num. 4. ubi quòd numerus consideratur non in abstracto, sed eorum tantùm, qui præsentant.

Quòd præsentatio facta ab uno censeatur communi nomine, & ideò conservet etiam aliis quasi possessionem præsentandi, nisi præsentans aliter protestetur, Ludovis. cum Beltramin. decis. 417. nu. 15. et decis. 452. num. 8. etc. Pac. Jordan. loc. sup. cit. nu. 302. et seqq. fol. 251. et vol. 3. lib. 14. tit. 11. num. 171. fol. 176. Rot. par. undec. rec. decis. 10. nu. 6. et seqq. Merlin. decis. 394. n. 4. etc. decis. 448. nu. 2. et seqq. decis. 750. ubi firmat idem, etiamsi fuerit facta à majore natu, nisi aliter constet ad illum solum spectare, idem Merlin. decis. 824. n. 7. et 8. ubi limitat quando jus esset personale. Episc. Piton. de Jurep. alleg. 11. n. 14. tom. pr. Arguell. decis. 15. nu. 9.

Prædictam conclusionem intellige, si patronus præsentans præsentavit pro sua rata tantùm, vel cum aliqua præservativa juris compatronorum, secùs si simpliciter, & indistinctè præsentavit, aliàs numquam daretur præscriptio contra compatronos, ut benè declarat Rot. part. 10. rec. decis. 4. num. 16. et seqq. De ista præscriptione contra compatronos plura eadem Rot. dict. part. 10. decis. 169. n. 20. et seqq. et decis. 293. Vide Episc. Piton. loc. cit. n. 24. et 25.

Quando præsentatio dicatur facta privativè quoad alios, vel non ad effectum præscribendi contra compatronos, latè Rot. par. 10. rec. decis. 240. per tot. Piton. ubi supra n. 24 et 25.

Quòd pauper sit præferendus diviti in Collatione beneficii, Rot. part. 2. divers. decis. 150. in fine.

Quòd Theologi tamquam magis Ecclesiæ proficui præferantur aliis graduatis in beneficiis, Rot. part. 2. divers. decis. 301. num. pr.

Quinimò cæteris paribus præferantur Canonista, & alia de hujusmodi quæstione prælationis inter Theologos, & Canonistas, Pac. Jordan. Lucubr. vol. pr. prælud. 13. per tot. fol. 58. etc.

Patronis discordantibus, quando possit Episcopus cui velit gratificare, vel ex se conferre, Tusch. litt. P. conclus. 145. Merlin. decis. 394. num. 8. Martha vot. Pis. 15.

Quòd ubi pares sunt voces soleant præsentati adire Sanctissimum pro derogatione, aut dispensatione.

& locus sit gratificationi data æqualitate meritorum, Merlin. *dec.* 803. *num. pr. &c.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 274. ubi quòd qui obtinuit derogationem à Pontifice præfertur alteri licèt digniori, dummodò tamen habeat qualitates ad beneficium requisitas. Intellige quando fuit præsentatus ab existentibus in quasi possessione præsentandi, aliàs secus, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 293. *n.* 8. *&c.* Item dummodò probet narrativam medietatis patronorum, aliàs secus, Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 10. *per tot. & dec.* 19. *nu.* 2. *par.* 13. *dec.* 64. Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 91. *n.* 20. *& seqq. alleg.* 100. *a n.* 114. *alleg.* 63. *n.* 27. *tom.* 2.

10 Patroni plures non ut singuli, sed ut universi debent collegialiter, & communicatio inter se consilio, vocatis omnibus, & singulorum audita sententia præsentare, alias præsentatio est nulla, & non attendenda, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 39. *n.* 9. *& seqq.* ubi per secreta suffragia, & nisi Antiani, & Priores ex solito omnem populi potestatem haberent, *& d. part.* 12. *dec.* 154. *n.* 12. *& part.* 14. *dec.* 262. ubi quòd debent consentire duæ ex tribus partibus Universitatis, personæ cognitæ, & alia: Si verò sint plures, ut singuli, non est necessarius simultaneus consensus, sed possunt singuli singulariter præsentare, ut dictum est supra juxta veriorem opinionem, præcipuè in patronis laicis, quid in Ecclesiasticis videatur sequenda contraria sententia, ut simul congregati præsentent, quod etiam servandum esset in laicis, ubi adesset statutum, vel consuetudo ita disponens ad tradita per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 288. *& seqq. ad* 400. *fol.* 261. Tusch. *litt. P. conclus.* 143. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 4. ubi quando præsentatio spectat ad Capitulum, an omnes Canonici debeant esse præsentes, vel sufficiat facta à majori parte, quis possit dare de contemptu, & intra quantum tempus, & alia, Rot. *part.* 11. *dec.* 19. *nu.* 12. *&c.* ubi quòd major pars dicitur quando adest unus ultra medietatem Canonicorum, & consideratur habito respectu ad congregatos, & præsentes, non autem ad absentes, ac omnes de Capitulo, licèt absentes non vocati possint dare de contemptu, facit, quòd dixi *in §. Universitas n.* 4. *&* 5. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 22. ubi quòd Deputati ab Universitate ad alia negotia, sine speciali facultate non possunt nominare ad beneficium. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 95. *n.* 18. ubi quod debent collegialiter præsentare *& alleg.* 74. *n.* 4. ubi an sufficiat habere majorem partem votorum.

11 Patronus non potest sine consensu Episcopi donare, vel cedere jus suum alteri, nisi donet compatrono *cap. ex insinuatione de jurepatr.* Gratian. *discept. for. cap.* 272. *n.* 12. *cap.* 577. *n.* 37. *&c.* Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 63. *per tot.* ubi etiam nisi donet Ecclesiæ, & alia, Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 420. *per tot.* vel nisi transferat universa bona, quia transit cum Universitate bonorum, ut dixi *in §. Juspatronatus nu.* 10. ubi etiam quod patronus potest illud donare Ecclesiæ, vel pio loco sine dicto consensu, Martha *vot. Pis.* 11. *nu.* 5. *&c.* ubi etiam qualiter plures patroni possint pacisci de alternis vicibus præsentando absque vitio simoniæ, & alia. Boscul. *in controver. feud. art.* 4. *num.* 44. *impress. inter oper.* Em. De Luc. Idem De Luc. *de Jurep. disc.* 15. *n.* 6. *disc.* 19. *nu.* 21. Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 91. *a n* 4. *tom.* 2. *& vide alleg.* 100. *n.* 266. *n.* 269. *n.* 310. *cum seqq. eod. tom.* 2.

An autem patronus possit præjudicare descendentibus, & successoribus in jurepatronatu gentilitio, sive hæreditario, & an patiendo illud præscribi, & quando tale dicatur, Gratian. *discept. forens.* 577. *num.* 41. *&c.* Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 6. Molin. *de primogenit. lib.* 2. *cap.* 24. *numer.* 31. Merlin. *decis.* 563. *numer.* 7. *&c.* ubi quòd primus fundator potest, non autem alii, Rot. *part.* 11. *recentior. dec.* 372. *n.* 14. *& seqq. & part.* 23. *decis.* 152. *nu.* 3. *& seqq.* Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 66. *n.* 38. *tom.* 2.

Quòd post fundationem, & donationem non possit mutare statum beneficii, Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 157.

Quòd patronus admittens aliquem ad secum præsentandum sibi præjudicat; ista tamen quasi possessio sic admissi non transfertur in ejus hæredes sine nova apprehensione, idest sine novo usu, & exertio præsentandi allegans Duran. *decis.* 87. *num.* 20. & alios plures, vide *in §. Quasi possessio*. Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 311. *tom.* 2.

Patronus per unicam præsentationem sequta institutione acquirit quasi possessionem præsentandi, & est manutenendus, si de existentia jurispatronatus non dubitetur, sed tantùm contendatur inter plures de illius pertinentia, alioquin esset exhibendus titulus, & faciendæ probationes necessariæ in petitorio judicio, Gratian. *discept. for. cap.* 310. *n.* 76. *&c. cap.* 780. Cabal. *cons. decis.* 126. *nu.* 1. *& seqq. lib.* 2. vide *in §. Juspatronatus nu.* 19. Merlin. *dec.* 385. *& decis.* 426. *&* 427. Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 252. *per tot.* ubi etiam quòd præsentatio potest probari per testes, cùm scripturam non requirat. 12

Qualiter probetur hujusmodi quasi possessio immemorabilis, idem Gratian. *cap.* 597. *num.* 11. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 218. *la* 2. ubi simpliciter de actibus inferentibus quasi possessionem, ex qua debet patronus manuteneri, *& decis.* 230. *per tot.*

Prædicta intellige, stante scientia, & patientia aliorum prætendentium, & si præsentans fuerit in bona fide, nisi fecerit animo spoliandi compatronos, latè idem Gratian. *cap.* 577. *per tot.* facit Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 349. ubi data scientia qualiter acquiratur quasi possessio, etiam per solum consensum præstitum resignationi, quando non est alius possessor, & patronus non teneatur probare descendentiam à primo fundatore, sed sufficiat probare descendentiam ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, & qui est in quasi possessione præsentandi, non teneatur probare descendentiam, quia ex eo ipso quod est in quasi possessione præsumitur à veris patronis descendere, vide *in §. Juspatronatus n.* 15.

Quòd ex unica præsentatione effectuata acquiratur quasi possessio præsentandi, Cavaler. *dec.* 55. *n.* 4. *dec.* 197. *n.* 1. *& decis.* 424. *per tot.* Rot *part.* 9. *recent. dec.* 416. ubi limitat nisi ex confessione, vel re judicata constet etiam de jure aliorum patronorum, *& part.* 14. *dec.* 8. *n.* 2. *& seqq.* Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 58. *n.* 24. *tom.* 2.

Quòd sine justificatione tituli Rota concedat manutentionem, cum in hoc judicio solùm attendatur merum factum possessionis, Duran. *dec.* 407. *n.* 4.

Proprietas tamen absorbet causam possessionis ante institutionem, & tunc in concursu præferendus est præsentatus à vero patrono, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 64. *n.* 34. *& seqq. & dec.* 389. *nu.* 17. *dec.* 514. *n.* 4. *& seqq.* ubi intelligit quando constat ex confessione partis, vel re judicata, vel ex publico instrumento, aliàs secus si probatio sit æquivoca, *& part.* 14. *dec.* 8. vide Piton. *discept. Eccles.* 4. *n.* 27. *& discept.* 28. *n.* 2. Priol. *dec.* 113. *n.* 35. Idem Piton. *de Jurepat. alleg.* 11. *n.* 11. *tom.* 1.

Quòd præsentatus ab existente in quasi possessione, præferatur præsentato à vero patrono, nisi ante institutionem, & collationem constet de proprietate jurispatronatus, quia tunc proprietas absorbet causam possessionis, Rot. *part.* 2. *recent. dec.* 167. *nu.* 7. *&c.* Merlin. *dec.* 450. ubi quòd præsentatus ab existente in quasi possessione præfertur, & si evincatur juspatronatus non ob id removetur, sed veris patronis in futurum præservatur; non tamen dictus præsentatus præfertur quando ex re judicata, vel confessione, vel instrumento dotationis apparet de proprietate, quæ absorbet possessionem, idem Merlin. *dec.* 641. vide Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 73. *part.* 11. *dec* 254. *n.* 19. *& seqq. par.* 13. *decis.* 64. *& dec.* 73. *n.* 14. *& dec.* 96. *n.* 26. *& dec.* 389. *nu.* 17. *dec.* 514. *per tot.* ubi quòd idem est in provisione facta ab Ordinario existente in quasi possessione providendi, *& part.* 14. *dec.* 136. *num.* 7. *&c.* Vide Ros. *de exequut. litt. Apost. part. pr. cap.* 7. *n.* 272. Episc. Piton. *discep. Eccles.* 28. *n n.* 7. *et de Jurepatr. alleg.* 3. *a n.* 15. *tom.* 1.

Multa de hujusmodi quasi possessione jurispatronatus, quando ea præsentatione acquiratur, ex quibus

bus conservetur, vel amittatur, & quis ex præsentatis sit præferendus, Ger. Spin. *cons.* 33. & 34. *per tot.* Merlin. *dict. decis.* 450. Thom. Trivis. *dec.* 54. & 55. *lib.* 2. Cabal. *cons. decis.* 126. *per tot. lib.* 2.

Quòd quasi possessio præsentandi Antecessorum non transeat in successores sine nova apprehensione, & novo usu, vel exercitio jurispræsentandi, Gonzalez. *ad reg.* 8. *gl.* 34. *n.* 108. Gabriel. *cons.* 185. *n.* 17. *lib.* 2. Merlin. *dec.* 818. *nu.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 64. *num.* 29. & *dec.* 96. *nu.* 19. & *seqq. supr. n.* 2. & *nu.* 11. *in fine*. Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 214. *tom.* 2. *alleg.* 40. *n.* 53. *tom. pr.*

Maximè quando jus est tantùm personale, quod non est ad hæredes transitorium, idem Merlin. *decis.* 824. *n.* 8. vide in §. *Quasi possession. n.* 2. *in fine*, ubi contra & §. *Canonicatus n.* 5.

23 Patronus existens in quasi possessione, & bona fide, licèt postea constet non esse verum patronum, potest præsentare, & ab eo præsentatus cæteris præfertur, nec debet amoveri, secus stante mala fide, Gratian. *discept. for. cap.* 577. *n.* 8. &c. Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 230. *n.* 3. *lib.* 2. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 421. *fol.* 264. Merlin. *dec.* 450. & *decis.* 641. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 96. *n.* 26. Thom. Trivis. *dec.* 55. *num.* 80. & *seqq. lib.* 2. ubi probat dictam distinctionem, ut præsentatus à possessore bonæ fidei, non possit removeri, secus autem in præsentato à malæ fidei possessore, licèt pacifico, nam iste, etiam secuta institutione, est removendus, si declaretur præsentantem non esse patronum, cùm præsentatio sit fructus possessionis, & possessor malæ fidei non lucratur fructus, sed ad illorum restitutionem tenetur Vide Episc. Piton. *d. discept.* 28. & *dict. alleg.* 3. *a n.* 15.

Non tamen patronus existens in quasi possessione præsentandi est manutenendus in concursu cum vero patrono, sed præferendus est præsentatus à vero patrono, excluso præsentato ab existente in quasi possessione, quando de jurepatronatu legitime constat, ad favorem veri patroni per confessionem adversarii, aut per sententiam, aut per publicum documentum, quia isto casu petitorium, de quo constat absorbet possessorium, quidquid aliàs quando juspatronatus revocatur in dubium, attendatur quasi possessio ad validitatem præsentationis, ut benè declarat auctoritate Rotæ *decis.* 374. *part. pr. Noviss.* & *aliorum*, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *d. tit. pr. n.* 418. & *seqq. fol.* 264. Cabal. *cons. dec.* 126. *lib.* 2. Merlin. *dec.* 450. & *decis.* 641. *per tot.* Rot. *part.* 6. *recent. dec.* 37. *part.* 9. *dec.* 416. & *par.* 14. *dec.* 477. *n.* 6. ubi quòd ad effectum justificationis litterarum Apostolicarum, & ne collatio sit retractabilis, sufficit ultimus status, & non admittitur alia probatio, quàm ea, quæ incontinenti, & clarè resultat; vel ex instrumento publico fundationis, vel ex re judicata, vel ex confessione partis, vide Rot. *d. dec.* 374. *part. pr.* in selectis per Farin. ubi quatuor conclusionibus magistralibus tota ista materia benè explicatur, facit Em. De Luc. *de jurep. disc.* 62. *nu.* 12. Vide Episc. Piton. *d. discept.* 28. & *de Jurepatr. dict. alleg.* 3. *a n.* 15. *tom.* 1.

24 Patronus potest præsentare etiam per Epistolam, dummodò præsentatus ipse præsens exhibeat litteras in tempore, nisi & ipse præsentatus esset notus, nam tunc illi etiam absenti potest beneficium conferri, Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 26. *fol.* 241. Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 592. Pac. Jordan. *d. tit.* 7. *n.* 301. *fol.* 251. ubi quòd debet recognosci manus Patroni scribentis, Bich. *dec.* 420. *num.* 3. *et seqq.* ubi quod præsentationes fieri debent coram Ordinario, vel alio habente facultatem instituendi, & nil refert an patroni compareant, vel tantum præsentati instrumentum præsentationis exhibeant.

Quòd sit in arbitrio Episcopi admittere, vel non admittere præsentatum, sive nominatum absentem, quando agitur de beneficio simplici, quod non requirat examen pro forma, etiamsi non habeat notam personam; & teneatur admittere quando ageretur de persona valde qualificata; non autem teneatur, nec possit admittere absentem ubi esset necessarium examen pro forma, veluti in Ecclesiis Parochialibus, Pac. Jordan. *d. tit.* 7. *n.* 380. *et seqq. fol.* 260. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *nu.* 43. *etc.* Addit. ad Greg. *decis.* 34. *nu.* 5. Rot. *part.* 3. *rec. dec.* 593. *nu.* 3. *etc. part.* 9. *dec.* 416. *in fine*, Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 34. ubi videtur requiri examen etiam in beneficio simplici vigore Concilii Trid. *sess.* 7. *cap.* 13.

Quòd in Parochialibus jurispatronatus laicorum non requiratur examen per concursum; sed solùm præsentatum examinandum esse ab Ordinario cum tribus saltem examinatoribus synodalibus, & idoneo reperto esse instituendum juxta dispositionem Concilii Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. & alia latè Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 16. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 84. *num.* 7. *et* 8. ubi requiritur examen etiamsi sit notoriè idoneus. Et quid in Parochialibus de Jurepatronatus ecclesiasticorum Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 5. ubi etiam Decisio S. Rot. Roman. *tom. pr.*

Patronus laicus potest variare cumulativè præsentando plures non solùm eodem tempore, sed etiam successivè, non autem privativè, & tunc Episcopus eligit magis idoneum, *cap. autem*, ubi Abb. *nu.* 22. *de jurepat.* Cavaler. *dec.* 21 *n.* 2. Pac. Jordan. *dict. tit.* 7. *num.* 241. *et seqq. fol.* 246. *etc.* ubi latè Merlin. *dec.* 427. *n.* 4. *etc. dec.* 443. *per tot.* Sperel. *dec.* 180 *nu.* 2. & *seqq.* ubi quod secus est in jurepatronatu Ecclesiastico, & modò etiam laicus patronus non ultrà duos præsentet, vide Lap *alleg.* 22. 68. *et* 79. Tusch. *litt. P. conclus.* 152. *et* 153. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 65. *per tot. volum.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 178. *nu.* 4. ubi quod patrono laico non licèt nisi semel tantum in præsentando variare, *et part.* 14. *dec.* 262. ubi etiam quid si lis pendeat inter primos præsentatos, & an valeat præsentatio conditionalis, adde Rot. *par.* 26. *recent. decis.* 240. *per tot.* Em. De Luc. *de Jurep. disc.* 17. *nu.* 10. *disc.* 43. *num.* 4. *et* 5. Piton. *discept.* 4. *num.* 45. *et num.* 62. *et seq. de Jurepatr. alleg.* 3. *a num. pr. tom. pr.* Caprat. *dec.* 18. *n.* 5. *part. pr.* 25

Intellige etiam durante quadrimestre ad præsentandum concesso, Cavaler. *dec.* 231. *n.* 3. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 345. *num.* 8. ubi quòd post jus alteri quæsitum, remanet consumpta facultas. Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 3. *n.* 27. *alleg.* 99. *a n.* 3. *alleg.* 100. *n.* 27. 39. *et* 386. *et seqq.*

Et quòd variatio, sive nova præsentatio intelligatur cumulative facta, etiamsi non exprimatur, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 235. *n.* 5. *et* 6.

Si tamen nominatio fuerit facta ad Capellam vacaturam potest revocari, sicut etiamsi nondum fuerit Superiori exhibita Abb. *inc. fin. n.* 4. *de jurepatr.* cum aliis per Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 17. *nu.* 7. & 12. & *p.* 16. *dec.* 240. *n.* 12. & *seqq.* ub an, & quando præsentatio ad beneficium vacaturum valeat, vel non propter votum captandæ mortis implicitum. Et quod patronus vivente beneficiato non possit alium præsentare Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 532. *n.* 16. 17. & 24.

Quòd inter duos præsentatos præferatur ille, qui primò ab Ordinario fuit gratificatus, & institutus; ne inefficax remaneat altera præsentatio, etiam cum gratia Summi Pontificis subsecuta, quia ista non tollit jus alteri quæsitum, latè Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 240. & *part.* 18. *dec.* 739. *per tot.* ubi quòd nominatio licèt facta in scriptura antequam sit Superiori præsentata, nullum jus tribuit nominato, ita ut patrono non solùm sit licita variatio, sed etiam pœnitentia, & revocatio, & alia ad rem, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *n.* 36. & *seqq.* Gatz. *de benef. par.* 7. *cap* 1. *n.* 36. &c.

Patronus laicus præsentans aliquem ad beneficium jurispatronatus, & jurans alium non præsentare, non potest pœnitere, & variando alterum etiam cumulativè in præjudicium primi præsentare, Merlin. *dec.* 427. *n.* 5. Lap. *allegat.* 78. *n.* 6. Lambertin. *lib.* 2. *quæst.* 7. *artic.* 16. idem Merlin. *dec.* 443. *per tot.* quia actus contra præcedens juramentum in his, quæ judicis ministerium exigunt, non est à judice permittendus, ne viam perjuriis aperiat, quidquid secus 26

ſit in his, quæ à libera voluntate agentis dependant, ut dixi in *§. Juramentum n.* 21. & quia ex prima præſentatione ut ſupra jurata, & de uno tantùm facta eſt illi jus quæſitum; quid autem ſi præſentatio eſſet facta per procuratorem, vel de perſona abſente, & alia in hac materia, latè Sperel. *decis.* 180. *per tot.* ubi reprobat Alexand. *conſ.* 16. *lib.* 3. Ricc. *dec.* 109. & 133. *part.* 3. contrarium tenentes. Prædicta ſequitur Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 261. & *ſeqq. fol.* 247. ubi docet cautelam, ne poſſit fieri variatio de uno ad alterum, & vide Martham *vot. Piſ.* 11. *per tot.* Merlin. *dict. decis.* 443. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 431. *n.* 3. *&c.* ubi quod non eſt locus variationi quando ei fuit renunciatum ex tunc in prima nominatione, nec ſi fiat recedendo à prima præſentatione, cùm ſit tantùm permiſſa accumulativè. Vide Pignatell. *conſult.* 96. *n.* 17. *tom.* 6. vide Episc. Piton. *de Jurepatr. dict. alleg.* 3. *tom. pr. alleg.* 99. *a n.* 3. *alleg.* 100. *n.* 27. 39. & *a n.* 386. *tom.* 2.

An autem ſtante invaliditate præſentationis poſſit patronus laicus iterùm validè præſentare, Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 154. *n.* 15. *&c.* Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 77. *n.* 5. *tom.* 2.

17 Patronus quando poſſit præſentare externum ad beneficium erectum pro naturalibus loci, vide Lambertin. *de jurepatr. lib.* 2. *p.* 1. *qu.* 5. *princ. art.* 7. cum aliis per Cavaler. *dec.* 102. *per tot.*

Quòd fundator ipſe poſſit præſentare externum, licet beneficium eſſet ordinatum pro illis de familia tantùm, cùm non cenſeatur ſibi voluiſſe ligare manus, Cavaler. *dec.* 365.

Quòd præſentari debeat ab aliis conſanguineus habens qualitatem à fundatore requiſitam, aliàs præſentatio ſit ipſo jure nulla, ſi conſanguineus dictæ qualitatis in tempore ſe opponat, ac ſuam qualitatem probet, & ipſe ſi ſit inſtituendus, Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 47. *per tot.* & facit *decis.* 235. *n.* 8. *&c. d. par.* 9. ubi quando ſufficiat conſanguinitas in genere, & alia, Rot. *part.* 12. *dec.* 133. ubi quòd licèt præſentati ſint plures, habentur pro uno, ſi unus tantùm habeat qualitates requiſitas, & ille eſt inſtituendus, & *par.* 13. *dec.* 345. ubi quod quando plures requiruntur qualitates, omnes concurrere debent. De prælatione conſanguinei Vide Episc. Piſon. *de Jurepatr. alleg.* 8. *n.* 18. & 19. *alleg.* 44. *nu.* 18. *tom.* 1. *alleg.* 100. *n.* 379. *tom.* 2. Et de qualificato vide Eumd. Episc. Piton. *loc. cit. alleg.* 7. *nu.* 17. *tom.* 1. *alleg.* 85. *n.* 3. *tom.* 2. Rot. poſt *alleg.* 17. *n.* 5. Piton. *tom. pr.* Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 13 *decis.* 80. *n. pr. et* 2. *tom.* 4. Caprar. *dec.* 381. *n. pr. part. pr.*

18 Patroni ſcire debent qualitatem in præſentando requiſitam, & præſentando inhabilem non excuſantur, ſed præfertur habilis præſentatus ab aliis compatronis, licèt non pro majori parte, Cavaler *dec.* 231. *per tot. ſupra nu.* 7. vide *in §. Electio num.* 12. Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 2. *ſub nu.* 22. *tom. pr.*

Quando teſtator ordinavit Capellaniam eſſe conferendam Sacerdoti, an poſſit conferri Clerico in minoribus conſtituto, vide Gratian. *diſcept. for. cap.* 233. *n.* 1. *etc.* Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 227. ubi refert contrarias opiniones, & ipſe affirmativam probat, quia illa verba ſignificant aptitudinem, non actum, niſi expreſsè aliter diſpoſuerit per verba negativa, vide *in §. Juſpatronat. n.* 24.

Quòd patronus Eccleſiaſticus teneatur preſentare digniorem, laicus verò poſſit præſentare dignum etiam omiſſo digniore, Pac. Jord. *Lucub. vol. pr. Pral.* 12. *n.* 9. & *num.* 31. *&c.* vide *in §. Electio n.* 5. Dian. *par.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 37. & 38. ubi diverſas opiniones refert, & videtur ut ſupra concludere, & *ibidem reſol.* 40. & 41. ubi an idem ſit in beneficiis curatis, & quò ad habentes liberam collationem, idem Dian. *part* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 170. *ſupra n.* 7. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 262. *per tot.* ubi tamen quòd electio dignioris ſemper eſt tutior, & *part.* 11. *decis.* 232. ubi quòd in Calaguritana Diœceſi ſemper dignior eſt eligendus vigore ſpecialis Conſtitutionis Clem. VIII quæ eſt inviolabiliter ſervanda, & de illa rurſus Rot. *dict. part. undec. decis.* 295. *et* 296. *per tot.* & *part.* 12. *deciſion.* 62. *per tot.* & *deciſion.* 240. ubi quòd idem eſt de jure; & *decis.* 277. Vide Rot. *poſt alleg.* 30. *n.* 37. Piton. *de Jurepatr. tom. pr.*

Patronus præſentans aliquem pro pretio committit ſimoniam, magis quàm ſi juſpatronatum venderet, cum præſentatio ſit quid ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum, Lambertin. *de jurepatron. lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 7. *art.* 16. *verſus finem*, Sperel. *deciſion.* 180. *num.* 43. Pac. Jordan. *Lucubrat. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 496. *fol.* 273. 19

An autem, & quando contractus correſpectivi circa ſpiritualia, vel eorum annexa inducant ſimoniam, in terminis juriſpatronatus, quando patroni inter ſe pacti fuerunt de alternis vicibus præſentando, Martha *vot. Piſ.* 11. *per tot.*

Qualiter per promiſſionem penſionis factam à præſentato præſentanti inducatur Simonie, & ſic eiiciendus ita præſentatus, Lambertin. *de jurepatr. art.* 9. *quæſt. princ. in* 2. *part. lib.* 2. idem Martha *vot. Piſ.* 15. *n.* 6. *per tot. in cap. ex inſtitutione*, & *cap. de jurepatron.* & *cap. conſulere de ſimon.*

Quòd patronus vendendo juſpatronatum de per ſe, & facta illius mentione committat ſimoniam, non autem ſi generaliter, & cum univerſitate bonorum vendat nulla illius facta mentione, etiamſi illius ratione, & reſpectu pretium augeatur, quia cum univerſitate bonorum poteſt alienari, etiam ſine conſenſu Episcopi, ſecùs autem ſi titulo particulari, Pac Jordan. *d. tit.* 7. *num.* 142. *et ſeqq. fol.* 238. *etc.* ubi etiam *n.* 157. *et* 158. quòd interveniente ſimonia tranſlatio eſt nulla, & patronus amittit jus ſuum, vide *in §. Juſpatronatus nu.* 10. *etc.* plenè Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 46. *per tot. p.* 9. *recent.* Vide Episc. Piton. *alleg.* 100. *n.* 564. *et* 567. *tom.* 2. Et circa hanc materiam vide eumd. *de Jurepatr. in Indic. gener. verb. Simonia.*

Patroni habent ſolummodò jus quò ad præſentandum vacante beneficio, non autem ad dimittendum, nec poſſunt acceptare dimiſſionem ſine Episcopi conſenſu, & ſi de facto acceptent non vacat beneficium, niſi Episcopus approbet, & tantò minus poſſunt privare beneficiatos per eos jam præſentatos, niſi in limine fundationis, id ſibi de Episcopi conſenſu reſervaſſent, quod verum eſt etiam reſpectu novorum patronorum, qui non poſſunt mutare Ordinationes jam factas, & novos inſtituendos nominare, Pac. Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 417. *fol.* 263. 20

Quid poſſint patroni monaſterii monialium circa Abbatiſſam, Moniales, & Capellanum, & alios miniſtros, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 154. 155. *et* 156.

Patroni non prohibentur exigere, & ſuſcipere quodcumque jus, & honorantias in fundatione ſibi de conſenſu ordinarii reſervatas, ſive aliàs ipſis de jure debitas, veluti candelam, ſedem digniorem, & ſimilia; ceſſante autem reſervatione non poſſunt oneroſa Eccleſiæ prætendere ſepulturam tamen pro ſe, licèt non pro aliis habere poſſunt, Pac. Jorden. *d. tit.* 7. *num.* 430. *et ſeqq. fol.* 265. facit quod dixi *in §. Arma num.* 6. *§. Sepultura nu.* 12. Sanfelic. *decis.* 331. *cum plena additione per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 163. ubi de jure ſedendi in eminentiori loco, & de ſepultura quando competat, vel non, Lotter. *de re benef. lib* 2. *quæſt.* 4. *et ſequentib.* ubi de fructibus juriſpatronatus, in quibus conſiſtant. Vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 474. 21

Quòd in limine fundationis (non autem ex intervallo, niſi fuerit jus reſervatum) poſſint patroni apponere conditiones ſibi benè viſas, etiam contra jus, dummodò non impoſſibiles, vel incompatibiles, Merlin. *decis.* 318. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 68. ubi quòd conditiones ſunt ſervandæ, etiamſi per verba deprecativa fuerint appoſitæ, vide Lotter. *de re benef. libr. pr. quæſt.* 32. *per tot.* De Luc. *De Jurep. diſc.* 15. *n.* 6. *diſc.* 20. *nu.* 16. *diſc.* 68. *num.* 8. Vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 489. *nu.* 10. Episc. Piton. *de Jurepatron. alleg.* 80. *a nu.* 6. *alleg.* 50. *n.* 2. *alleg.* 31. *nu.* 30. *alleg.* 82. *num.* 6. *et* 8. *alleg.* 100. *a num.* 33.

Præter enim jus præſentandi, debent patroni præ aliis in Eccleſia ſua patronata honorari, ad januas venientes à Rectore cum Clericis ſi quos habet reci-

pi,

pi, honorabiliter introduci, in excellentiorem locum ultra omnes laicos poni, pax dari, incensari, in processionibus solemnibus post Rectorem immediatè incedere ante alios, arma sua, vel insignia, (quæ tolli non possunt) apponere, pro illis fieri orationes ad Deum, & similia, & hæc quidem de jure illis competunt absque alia reservatione; Possunt etiam ex conventione alias honorantias in limine fundationis ad libitum sibi ipsis reservare, quibus Episcopus requisitus, etiamsi in aliqualem sui juris acquirendi diminutionem tendant assentire tenetur, nisi sint contra expressam juris dispositionem, quia tunc tamquam conditiones illicitæ, essent reiiciendæ, nec esset locus pœnæ adjectæ; imò quando in limine fundationis sunt appositæ etiamsi sint contra juris dispositionem, videntur quandoque ab Episcopo approbandæ, ut magis invitentur fideles ad Ecclesias fundandas, & dotandas, ut benè differit idem Jordan. *d. tit. 7. num. 445. et seqq. ad 480. fol. 267. etc.* Tusch. *litt. P. conclus. 136. et 137.* Lotter. *d. qu. 32. per tot.* facit Dian. *resol. moral. part. pr. tract. 2. resol. 83.* ubi quòd fundator Hospitalis, vel alterius loci pii potest in fundatione statuere ne visitetur ab Episcopo, licèt tamen alii, quos ibidem allegat contrarium, & diversimodè sentiant, vide *in §. Episcopus num. 3.* Mantiss. ad De Luc. *lib. 23. decis. 3. num. 6. vol. 4.* Rot. *recent. part. 19. tom. 2. decis. 474.*

Quòd possit fundator prohibere ne beneficium efficiatur collaticium, sed sit profanum, & Capellanus deputetur amovibilis, & judicetur tamquam legatum pium, ita ut cesset vacatio, & quælibet reservatio, Merlin. *decis. 79.* Rot. *par. 18. recent. decision. 48. et 182.*

Item potest de consensu Ordinarii disponere quòd institutio non spectet ad Episcopum, dummodò talis conditio fuerit expressè apposita, & in uno caso non extenditur ad alium, idem Merlin. *decis. 800. per tot.* Lambertin. *de jurepatron. lib. pr. part. pr. quæst. 9. art. pr. num. 69. etc.* Merlin. *decis. 829. in eadem causa*, ubi latè quòd jus instituendi de jure competit Episcopo, Rot. *par. 18. dec. 48. 182. et 415. n. 9. etc.* Vide Pen. *decis. 165. et decis. 228.*

Potest tamen Episcopus reducere beneficium, in cujus fundatione fuit aliquid contra jus dispositum, Lambertin. *loc. cit.* Rot. *par. 22. recent. dec. 353. num. pr. etc.* vide Lotter. *de re benef. lib. pr. q. 22. per tot.*

Qualiter patronis laicis nulla competat in Ecclesia potestas, ordinatio, aut gubernatio inconsulto Ordinario circa imagines, & hujusmodi, probat Michael. Ferro Manriq. *q. Vicar. p. pr. q. 4. per tot.*

22 Patroni privantur jure suo pluribus ex causis, ut si incidant in hæresim, sint fautores hæreticorum, insordescant in excommunicatione, committant crimen læsæ Majestatis humanæ, apponendo manus in exactionem fructuum, & bonorum beneficii, vendendo, vel alio quovis titulo prohibito alienandi juspatronatum, præsentando scienter indignum, interficiendo injuriosè per se, vel per alium, sive mutilando Rectorem, vel Episcopum, vel Cardinalem, Item per sententiam, per confiscationem, per erectionem in Cathedralem, vel Collegiatam, vel per unionem de patronorum consensu, per cessionem compatrono factam, & demùm per ingratitudinem versùs Ecclesiam; ad quos autem his, & similibus casibus devolvatur, & alia, Pac. Jordan. *d. tit. 7. nu. 424. et seqq. ad 444. fol. 265. etc.* vide *in §. Juspatronatus num. 22.* Caprat. *decis. 448. à num. 22. cum seqq.*, ubi loquitur de confiscatione, & benè distinguit.

Quando priventur ob negligentiam in præsentando, vel præsentando indignum, & ad quem collatio devolvatur, Tusch. *litt. P. conclus. 348. 349. et 350. per tot.*

An præsentatio facta à patrono excommunicato non tollerato sit valida, Dian. *res. moral. par. 5. tract. 9. res. 105.* ubi refert contrarias opiniones, & videtur concludere quòd sit valida, sed tamen Episcopus non teneatur illam admittere si nolit, & idem esse in excommunicato tollerato, vide *in §. Excommunicatio n. 29.* Rot. *part. 19. rec. decis. 129. et 197.*

An tutor datus ventri possit facere remissionem pro posthumo nascituro, negativè tenet Novar. *de elect. form. tom.* 2. *quæst.* 5. *num.* 6. *sect.* 2. *Addit. prædicta, vers. an tutor*, Farinac. *quæst.* 13 *numer.* 48. & *seqq.* Guaz. *de pace quæst.* 13. *num.* 37. Conciol. *verb. Pax resolut.* 18. *num.* 10. Altimar. *loc. cit. num.* 602. *vers. tutor datus ventri*. Jovius *de solemn. in contract. minor. gloss.* 16. §. 7. *n.* 239. Bersan. *de Pupill. part.* 2. *quæst.* 14. *n.* 7.

Florentiæ vigore legis municipalis, non est necesse habere pacem à matre pro morte filii, nec ab uxore pro morte viri, nec à sororibus pro morte fratris, vel sororis, nisi in subsidium, quando scilicet occisus non habet patrem, nec filios, nec fratres, nec patruos, nec consobrinos per lineam masculinam, ad quos omnes spectat reddere pacem ante mulieres, quæ tamen illis deficientibus, vel etiam extantibus ad cautelam admitti possint, ut dixi in *pract.* §. *Pace num.* 6.

Quid autem servandum sit de jure communi, vide Farinac *quæst.* 13. & 14. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 152. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 3589. ubi plura an mulieres habeant jus accusandi, & reddendi pacem, & planè in utramque partem, Sanfelic. *decis.* 26. & 27. *per tot.* ubi in specie de uxore, & aliis fœminis exclusis à successione an admittantur ad accusandum, & consequenter an illarum pax sit necessaria pro obtinenda compositione, vel gratia, tam de jure communi, quàm vigore pragmaticæ Neapolitanæ, quæ similis est dictæ legi municipali Status Florentini, idem Sanfelic. *decis.* 378. ubi de patre sorori præferendo, & *decis.* 383. ubi de matre, & uxore *in Addit.* & *decis.* 401. *cum Addit.* ubi alia plura notabilia, Novar. *Pragmat Reg. Collect.* 63. & *seqq.* Conciol. *verb. Pax resolut.* 19. ubi de uxore.

A quibus de jure sit habenda pax, vel remissio ad effectum gaudendi indulto, vel gratia, plene Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 18. *per tot.*

6 Pax ut prosit est obtinenda ab omnibus hæredibus occisi, quando sunt plures, intelligendo de hæredibus sanguinis & non bonorum tantùm, & quando sufficiat illam habere à majori parte, Clar. & Bajard. *quæst.* 58. *vers. frequenter*, Guazzin. *de pace quæst.* 18. Franch. *decis.* 611. *per tot.* Farinac. *dict. quæst.* 14. Paul. Christin. *ad leg. municip. titul.* 2. *art.* 32. & 34. *per totum* ubi plura, quæ præferantur in concedenda pace, & *ibidem art.* 35. &c. Sanfelic. *decis.* 25. 26. & 27. *per totum* ubi videtur concludere esse habendam ab omnibus hæredibus sanguinis, & bonorum, maximè vigore Pragmaticæ Neapolitanæ, *et decis.* 383. *cum Addit. et decis.* 401. *cum Addit.* Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 212. ubi quando sufficiat habere pacem à majori parte hæredum, Donadeus *tractat. de renunciat. cap.* 33. *num.* 11. *et seqq.* ubi tandem concludit juxta veriorem esse habendam ab omnibus hæredibus, nec sufficere à majori parte. Quòd sufficiat habita à majori parte hæredum, & proximiorum occisi, probant Possent. *sing.* 392. vide Altimar. *ubi supra vers. Pax*, & *Remissio*. Antunez *de Donat. cap.* 18. *n.* 57. & 58. Vide Mesa *libr.* 3. *cap.* 8. *n.* 7.

Quòd sit habenda etiam à filiis spuriis decisum refert Urs. ad Afflict. *decis.* 96. *num.* 17. Novat. *in Pragm. Reg. Collect.* 63. *num.* 3. vide Conciol. *verb. Pax resolut.* 18. *num.* 5. & *seqq.*

Quòd faciens pacem pro morte defuncti, etiam aliquid

quid ex hac causa recipiendo, non censeatur ob id illius hæreditatem adire, cum jure sanguinis procedat; licèt aliquid contradicant, nempè Bart. *in leg. pro hæredes, §. fin. ff. de acquir. hæred.* quem refert, & sequitur Jacob. Novell. *in pract. criminal. tit. de pace fol. mihi* 233. & ob id satius esse impetrare dispēsationē à Principe ad faciendam pacem citra jus, & nomen hæredis, Nell. *de bannit. in 3. part. 2. temp. quæst.* 36. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 2. art. 36. num.* 2.

7 Pacem inter aliquos secuta, non ob id intelliguntur remissa damna, & interesse, tamquam quid diversum, sicut è contra, satisfacta parte de damnis, & interesse, non intelligitur remissa injuria, nisi in specie appareat de pace; quæ autem, qualia debeantur damna, Cabal. *resolut. crim. cas.* 248. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 518. *num.* 14. *&c.* Clar. *§. final. quæst.* 58. *num.* 40. Cardin. Tusch. *litt. P. conclus.* 172. *num.* 14. vide *§. Homicidium num* 11. Sanfelic. *decis.* 53. *num.* 49. *& seqq.* Conciol. *resolut. criminal. verb. Pax resolut.* 23. *per tot.* ubi quòd regularitèr per pacem non censentur remissa damna, & interesse, nisi de illis sit facta expressa mentio, vel plenissima pax, & remissio per verba multùm lata, & prægnantia, Bersan. *de Pupill. cap. 2. quæstion.* 14. *n.* 15. Altimar. *loc. cit. vers. cum pace inter aliquos & vers. nam per pacem.*

Nec etiam censetur sublata cautio de non offendendo prius inter easdem partes præstita, nisi interveniente consensu fisci, vel judicis mandato, Farinac. *quæst.* 107. *num.* 123. *& seqq.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Cautio de non offendendo resolut.* 6. *& verb. Pax resolut.* 8. vide *in §. Cautio num.* 23. Sed contra Guazzin. *quæst.* 34. *num.* 3. *de Pac.* Altimar. *loc. adduct. vers. nec censetur.*

8 Pax debet esse voluntaria, & ex corde, & ideò regulariter nemo potest compelli ad faciendam pacem, sed benè ad promittendum, & cavendum de non offendendo; possent tamen quandóque inimici compelli etiam ad pacem incundam, veluti pro sedandis scandalis, & perturbationibus publicæ quietis, vel ex jussu Principis, vel si jam fuissent condignè delinquentes puniti, vide Farinac. *quæst.* 107. *num.* 3. *& seqq.* ubi Vulpin. *in succo num.* 2. Clar. *§. fin. quæst.* 58. *in fine*, Anton. de Ballis *tractat. variar. lib. 5. tit. 27. fol.* 225. Sanfelic. *decis.* 26. *num.* 23. *&c.* Vivi. *commun. opin.* 424. *num.* 4. ubi idem si diù steterint inimici, facit Urceol. *tractat. de transact. quæst* 64. *per totum*, ubi an, & quando judex, vel Princeps possit compellere partes ad concordiam dixi *in §. Judex num.* 24. *& §. Princeps nu.* 3. Raynald. *Syntax. rer. criminal. cap. 8. §. 3. num.* 176. *& seqq.* ubi etiam de modo cogendi ad pacem, non præcisè, & per carcerationem, sed jubendo quòd recusantes faciant pacem, vel exeant Civitatem, Statum, Legationem, ut servari dicit per Legatos Bononiæ, *& num.* 183. *& seqq.* quomodo puniantur procurantes pacem per minas, & violentias, Thoro *Compend. decis. Neapol. part. 3. sect. 2. verb. Pacem*, ubi quòd Princeps potest compellere subditos ad faciendam pacem pro quiete Reipublicæ, maximè inter consanguineos, affines, parentes, & fratres, faciendo illis præceptum ne discedant ex eorum domibus sub gravi pœna pecuniaria: debet tamen prius pax placidè suaderi per media habilia relata, & exemplis, atque doctrinis comprobat. à Raynaldo Corso *in tractat. de privat. reconcil. cap. 8. per totum* Vulpel. *de pace quæst.* 3. *num.* 7. *& seqq.* & quia pax respicit salutem animæ, & corporis, & renuentes etiam compelli, ac ita fuisse servatum inter quosdam fratres per cominationem carceris renuenti pacem facere refert Thoro *loc. cit.* vide Altimar. *de nullit. rub. 2. & 3 qu. 1. sect. 1. num.* 602. *vers. nemo potest cum seqq.* Facit Pen. & Crescen. *decis.* 72.

An autem possit fieri pax sub aliqua conditione, & sit valida, dixi *in §. Conditio num* 76. latè Anton. de Ballis *loc. cit. tit.* 28. *num.* 8. *fol.* 227. Conciol. *res. crimin. verb. Pax resolut.* 9. *per tot.* Altimar. *loc. supra citat. vers. pax an possit fieri.*

Et an aliquando Princeps possit facere gratiam sine pace, & remission partis offensæ, dixi *in §. Princeps num.* 3. *infr. num.* 17.

Pax potest de jure reddi à patre pro offensa facta filio, etiam ipso filio invito, exceptis tamen aliquibus casibus, Boss. *tit. de pace nu.* 16. Surd. *dec.* 89. *num.* 12. Boer. *decis.* 120. *num.* 1. *&c.* Clar. *quæst.* 58. *vers. numquid pater*, Cardin. Tuschus *littera P. conclus.* 174. *num.* 24. *& seqq.* Urceol. *Consultat. forens. cap.* 41 *num.* 18. *& seqq.* Franch. *decis.* 715. Farinac. & Vulpin. *in suco quæst.* 14. *num.* 33. *&c.* ubi quòd de consuetudine servatur contrarium quando filius fuit verè offensus in persona, vel rebus suis, nam ipse debet reddere pacem cum consensu tamen patris, nisi esset emancipatus, latè Conciol. *resolut. criminal. verb. Pax resolut.* 20. *per tot.* & dixi in *pract. §. pace num.* 35 ubi latè cum ampliat. & limitat. Guaz. *de pace part. 1. cap. 12. per tot.* Sanfelic. *dec.* 383 *cum Addit.* ubi adducit bonam distinctionam, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap.* 18. *nu.* 88. *et seqq.* Jovius *de solemnit. gloss. 1. §. 2. num.* 89. Altimar. *loc. adduct. vers. pax potest fieri* Petr. *rit. M. C. V.* 311. *n.* 169. 9

Pace tamen facta à patre pro filio sine ejus consensu, vel ratificatione, non tenetur filius contraveniens ad pœnam fractæ pacis, sed ipse pater ad pœnam conventionalem promissam, Farinac. *dict. quæst.* 13. *num.* 37. *et quæst.* 107. *nu.* 175. *et* 295. cum aliis per Conciol. *resolut. crimin. verb. Pax resolut.* 7. *per tot.* ubi etiam quid si filius scivit, & tacitè pacem ratificavit, & refert contrarias opiniones, vide Jovium *loc. cit.* Altimar. *loc. adduct. vers. sed pace facta.*

Et idem esse in pace ab aliis pro absentibus facta, & non ratificata non rumpatur, Conciol. *loc. citat. resolut.* 10. *per tot.* dixi *in §. Absentia num.* 22. vide *in §. Absentia num.* 22. *in Addit* quia adsunt diversæ opiniones circa eos, qui paci interfuerunt, ut non possint contravenire, etiam si nondum sit secuta ratificatio absentium, & alia ad rem.

An autem sit necessè habere pacem à sociis offensi de tempore rixæ, vel insultus, vide *in §. Injuria num. et in pract. §. Pace num.* 36. ubi quòd non, nisi etiam ipsi socii sint in proprio offenso, quamvis per offensionem factam socio itineris dicatur rupta pax quoad pœnam legalem, licèt non quoad conventionalem, Farinac. *quæst.* 107. *part. 2. art.* 30. Vulpel. *tractat. de pace, & treg. quæst.* 41. Tusch. *littera P. conclus.* 190. *per tot.* facit Sanfelic. *decis.* 26. *num.* 16. *& seqq.*

Pax est necessaria pro offensionibus Monacho, vel Novitio illatis, sive illorum consanguineis defunctis; emissa tamen professione, debet haberi à Monasterio quoad injurias ipsi monacho illatas, & quoad illas suorum consanguineorum ab aliis consanguineis proximioribus in sæculo remanentibus, & ipsis omnibus deficientibus à monasterio in subsidium, ut videtur colligi ex traditis per Boer. *decis.* 121. Farinac. *qu.* 13. Clar. *quæst.* 58. *nu.* 25. Cardin. Tusch. *litt. P. conclus.* 174. *num.* 36. *& seqq.* Urceol. *consult. forens. cap.* 41. *n.* 15. *& seqq.* dixi *in §. pract. §. Pace num.* 41. vide *in §. Abbas num.* 21. 10

Quòd pax sit habenda ab Abbate, vel monasterio, quando injuria fuit Monacho illata, judicatum refert Sanfelic. *decis.* 55. *num.* 10. vide Guaz. *de pace, & treg. part. 1. quæst.* 13. *num.* 15. *& seqq. & qu.* 21. *per tot.* in quibus locis facit plures distinctionea, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 349. *vers. finem*, & eadem Addit. ad Sanfelic. *decis.* 383. *in fine, & decis.* 401. Conciol. *resolut. crimin. verb. Pax resolut.* 18. *nu.* 11. ubi quòd est habenda à filiis professis, & aliis consanguineis, & non à monasterio, quando ratio levis, vel statuti illam requirentis fundatur in quiete publica, ad Farinac. *d. quæst.* 13. *num.* 26. Guaz. *de pace quæst.* 13. *n.* 7.

Pax est necessaria etiam in adulteriis, & stupris, & debet haberi à marito adulteræ, ac etiam ab ipsa adultera, quando fuit compulsa, & in stupris ab ipsa stuprata, patre, & fratribus, Bart. *cons.* 175. *num.* 2. *lib.* 2. Cardin. Tusch. *litt. S. conclus.* 611. *num.* 4. Surd. *de aliment. tit. 7. quæst.* 16. *num.* 82. 11

Sunt tamen aliqui casus in quibus non est necessaria pax, de quibus vide Clar. *in §. final. quæst.* 59. *num. 3. versus finem*, Farinac. *quæst.* 6. *num.* 21. *&c.*

Donat.

Donat. de Marin. *resolut. quotid. cap.* 2. *num.* 33. *&c. lib.* 1. faoit quod dixi *in §. Princeps.*

22 Pax an sit necessaria quando bannitus occidit alium bannitum, & vult se ipsum cancellare à banno, vigore bannimentorum id permittentium, vide Farinac. & alios per eum citatos *quæst.* 203. *num.* 176. & dixi *in pract. §. Pace num.* 33. Sanfelic. *decis.* 53. *num.* 22. ubi quòd possunt per Principem indubitari delinquentes ob capturam malefactorum etiam parte non concordata, ratione favoris publici, idem Sanfelic. *decis.* 405. *num.* 3. *&* 6. *ac per tot.* ubi quòd idem est ob lætitiam, vel aliam causam publicam, vide *in §. Princeps*, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 8. *§.* 3. *num.* 185. *in fine*, ubi quòd Princeps potest facere gratiam sine pace illis, qui bannitos occidunt, vel vivos Curiæ præsentant per text. *in l. non omnes, §. fin. ff. de cond. ob turp. caus. in fine.*

Quòd per offensionem banniti non rumpatur pax, sive esset bannitus tempore initæ pacis, sive postea fuerit bannitus, Cabal. *resolut. crim. cas.* 275. *per tot.* Tusch. *litt. P. conclus.* 176. vide *in §. Bannitus num.* 16. Conciol. *resolut. crim. verb. Bannitus resolut.* 5.

23 Pax non dicitur rupta per eum, qui fuit provocatus, si insultantem offendat, licèt esset cum clausula rato manente pacto, vel toties, quoties; sicut nec incurritur pœna fractæ pacis, si frangatur ex nova causa, non tamen procurata, nec affectata, licèt sit injusta, cùm sufficiat colorata, & in dubio potiùs præsumitur nova causa, quàm antiqua, latè Cabal. *resolut. crim. cas.* 101. *per tot. & cas.* 231. *per tot.* Magon. *decis. Lucens.* 100. *nu.* 6. Burgn. Cavalc. *decis.* 22. *part.* 5. latè Conciol. *verb. Pax resolut.* 2. 3. *&* 4. *per tot.* Sperel. *decis.* 185. *nu.* 41. Martha *vot. Pis.* 235. *num.* 20. Vivi. *commun. opin.* 566. Ansald. *cons.* 126. *per tot.* ubi plura pro fisco, & quòd nova causa non excusat quando non est verisimilis, nec quando ille, qui offendit dedit causam, vel occasionem rixæ, vel eam aliquo modo affectavit, prout non excusat nova causa injusta, & levis, sed tantùm justa, quæ ex facto adversarii provenit injusto, illicito, & punibili, ac quatenus excusaret, procedit tantùm in pace, tregua, vel cautione de non offendendo, quæ causas præteritas respiciunt, secus autem in præcepto proveniente à judice de non offendendo, quod ad præteritas causas non se restringit, sed generaliter omnem prohibet offensam, unde non novam causam, sed rixam, & rixæ auctorem esse perquirendum, & contra eum fiscum habere intentionem fundatam pro pœna in præcepto contenta, ab tradita per Cabal. *cas.* 231. *n.* 27. *& per tot.* Adde Farinac. *quæst.* 107. *num.* 404., ubi dat plures concord. Vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 10. *quæst.* 6. *n.* 4.

Quòd censeatur rupta ex causa antiqua, non probetur nova causa, Tusch. *litt. N. conclus.* 113. *in fine.*

Imò præsumi novam causam ad excludendũ delictũ fracturæ pacis, nisi per Statutum, vel Constitutionẽ sit prohibitũ allegare novã causam, prout in statu Ecclesiastico, latè Conciol. *verb. Pax resolut.* 4. *per tot.* Borgn. Cavalc. *dec.* 9. *n.* 12. *part.* 5. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 29. & latè Raynald. *Syntag. rer. crim. cap.* 8. *§.* 3. *n.* 1. *& seqq.* ubi plura an, & quando possit allegari nova causa non obstantibus Bullis Pontificiis id prohibentibus, qualis esse debeat, & alia plura ad rem *per tot.*

Et in dubio judicandum esse, pacem non fuisse ruptam, & idem in cautione de non offendendo, Farinac. *quæst.* 107. *n.* 397. *& seqq.* Guaz. *de pace part.* 1. *quæst.* 33. Conciol. *verb. pax resolut.* 21. *per tot.*

Quòd nova causa præsumatur si constet de aliquo dicto, vel facto offensi propter quod potuerit offendens moveri, licèt esset leve, nec totaliter illicitum, nec punibile, & possit probari conjecturis, & quid stante statuto, vel pacto, quod non possit allegari nova causa, Mascard. *de probat. conclus.* 1117. *nu.* 86. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 183. *per tot.* Farinac. *qu.* 107. *part.* 3. *artic.* 32. 33. 34. *&* 35. Conciol. *loc. cit.* Mart. Medic. *decis.* 65. *n.* 21. *& seqq.* ubi quòd Florentiæ sive Senis viget tale Statutum, ne in tregua possit nova causa allegari, & quomodo sit intelligendum.

Quòd in treguis uti efficacioribus, nova causa non excuset, Gratian. *discept. for. cap.* 840. *nu.* 33. *&c.*

Magis tamen communis est contraria opinio, quòd etiam in treguis nova causa excuset, cessante statuto, vel pacto in contrarium, Clar. *§. final. quæst.* 47. *vers. Sed hic*, Vivi. *commun. opin.* 566. Cabal. *d. cas.* 101. *n.* 34. *&c.* Farinac. *d. quæst.* 107. *art.* 32. *n.* 406. *& seqq.* dixi *in Pract. §. Offese num.* 14. *§. Pace n.* 43. *& §. Tregua n.* 4. *&* 5.

An rumpatur pax per exonerationem archibusi, vel etiam solius rotæ, vel ex inclinatione archibusi cum cane super rotam sine alia offensione, Cancer. *var. resol. par.* 2. *cap.* 11. *n.* 54. Honded. *cons.* 103. Farinac. *cons.* 36. Peguer. *decis.* 21. Raynald. *rer. crim. cap.* 8. *§.* 1. *n.* 58. *&c.* Conciol. *resolut. crim. verb. Pax resolut.* 14. *per tot.* ubi quòd sic, nisi promissio sit restricta ad personam, & alia ad rem, & dixi in *§. Cautio n.* 25.

Quòd nemo condemnari possit de pace rupta ubi non constat quis fuerit primus ad percutiendum, ne propter incertitudinem innocens damnetur licèt alii contra quoad pœnam fisco applicandam, Conciol. *verb. Pax resolut.* 24. *per tot.* & dixi *in §. Caution. n.* 24.

Excusatur etiam ebrius, & amore captus committens adulterium cum uxore illius, cum quo pacem fecerat, idem Conciol. *verb. Pax resolut.* 25. vide *in §. Amor, & §. Ebrietas.*

An autem pax, vel tregua ab una parte rupta, rebus sic stantibus, possit etiam rumpi, & non observari ab altera impunè, contrarias opiniones refert Vivi. *comm. opin.* 567. ubi quòd negativa de jure verior, sed affirmativa uti æquior de consuetudine observata.

Pax, sive cautio de non offendendo regulariter non comprehendit hæredes, nisi de illis sit facta mentio; tenentur tamen de contraventione defuncti quoad pœnam conventionalem, quæ transit ad eos, licèt contra defunctum non esset motum judicium, quidquid sit in pœna legali, de quo plenè Farinac. *qu.* 107. *part.* 2. *art.* 27. *per tot.* Guaz. *de pace part.* 1. *qu.* 69. Vide Rub. *de Confuss. Jur. cap* 11. *n.* 24. 14

Quod teneantur hæredes pro contraventione defuncti, etiam ad favorem fisci, & alia ad rem supra, Massin. *de confiscat. bon. quæst.* 15. Conciol. *verb. Pœna resolut.* 2. *per tot.*

Pax facta cum principali, an, & quando dicatur facta etiam cum adhærentibus, & in quibus casibus illos comprehendat, ita ut per offensam factam à conjuncto, vel adhærente unius partis principalis alteri conjuncto, vel adhærenti alterius partis principalis dicatur rupta, vel non, Matt. Medic. *Exam.* 40. *& dec.* 65. *per tot. cum Addit.* 25

Pacem frangentes qualiter sint puniendi, Farinac. *qu.* 107 *num.* 57. *&c. ad* 90. Cardin. Tusch. *litt. P. conclus.* 186. *per tot.* Vulpel. *de pace, & treg. quæst.* 51. Sperel. *decis.* 185. *n.* 39. *& seqq.* Cresp. de Valdaur. *observ.* 4. *§.* 8. *fol.* 79. Balaaran. *de feud. tit.* 27. *n.* 3. ubi de pœna capitis, & mortis, per text. *in l. fin. ff. de re milit.* Carpzov. *in prax. qu.* 35. *et* 36. Brunnemann. *in prax. cap.* 9. *n.* 80. 26

De fractura pacis ultra citatos Guaz. *de pace*, Moron. *cod. tract.* Cabal. *resolut.* 141. Cancer. *var. res. cap.* 11. *part.* 2. Massin. *de confisc. quæst.* 14. Carpzov. *pract. crim. part.* 1. *qu.* 35. & novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 8. *§. pr. per tot.* Carpz. *loc. cit.*, *et qu.* 40.

Ut possit exigi pœna conventionalis à fidejussore debet plenè constare de fractura, citato ipso fidejussore, & aliter quàm per contumaciam principalis, nisi aliter sit dispositum, ut in statu Ecclesiastico, ad tradita per Farinac. *d. qu.* 197. *n.* 105. *& seqq.* cum aliis per Conciol. *verb. Pax vol.* 5. *per tot.*

Pœnam fractæ pacis, vel cautionis habere locum, etiam si offensio sit facta extra territorium, imò tunc duplicem pœnam, unam de jure communi pro offensione in loco delicti, & alteram conventionalem in loco, ubi fuit facta promissio, idem Conciol. *loc. cit. resolut.* 6. *per tot.*

Quando proceditur pro fractione pacis posse con-

ſanguineos comparere pro honore familiæ, ac fractor pingatur in loco publico juxta bannimenta ſtatus Eccleſiaſtici, Conciol. *ubi ſupra n. 16.*

Et cognitionem cauſæ ſpectare judicibus Ordinariis, & non officialibus, coram quibus fuit pax inita dixi *in pract. §. Pace n. 39.*

Quòd delictum fractæ pacis de jure ſit mixti fori, inter judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, ſervata inter eos præventione, Guaz. *deff. 1. cap. 11. n. 4.* Sperel. *dec. 1. n. 16.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Pax reſol. 1.* licèt de conſuetudine unuſquiſque procedat contra ſuos ſubditos tantùm.

Quòd occidens inimicum reconciliatum ſub pace, dicatur homicida proditorius ſub ſpecie fictæ amicitiæ, & non gaudeat immunitate Eccleſiæ, neque aliis indultis, Tuſch. *litt. P. concluſ. 869. num. 11,* Cabal. *de omn. gen. homicid. n. 411. & 436.* Farin. *conſ. 178. in ſcol. litt. D.* Didac. Mari ad Gizzarel. *dec. 16. n. 3. idem* Farinac. *quæſt. 107. part. 1. art. 6.* ubi de fractione pacis ſine homicidio, vide *in §. Immunitas n. 28.* dixi *in pract. §. Pace n. 31.*

Contrarium quòd imò occidens amicum reconciliatum gaudeat immunitate vigore Bullæ, dum non ob id ſimpliciter dicatur proditor, & amicus reconciliatus æquiparetur inimico, ac inter inimicos non detur homicidium proditorium, latè Raynal. *Syntax. rer. criminal. cap. 8. §. 3. n. 112. & ſeqq.* Corrad. *dec. 96. n. 34.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 2. c. 3. n. 92.* Cutel. *de immunitat. Eccleſ. lib. pr. quæſt. 35.* Thoro *Compend. dec. part. 3. ſect. 1. verb. Delictum Homicidii, & verb. Homicidium proditorium,* qui omnes videntur amplecti opinionem contra immunitatem, Ricc. *part. pr. dec. 168.* Dian. *reſolut moral. part. pr. tract. pr. reſol. 35.* facit quòd dixi *in §. Inimicitia num. 4. in fine*, idem Dian. *part. 4. tract. pr. reſolut. 34.* ubi idem firmat in occidente inimicum, cui dederat cautionem de non offendendo, vide Thom. del Bene *tract. de Immunit. part. 2. cap. 16. dubit. 20. ſect. 3. per tot. fol. 55.* ubi relata utraque opinione, videtur primam amplecti contra immunitatem, niſi nova cauſa inimicitiæ ſupervenerit poſt pacem, vel cautionem de non offendendo quam debuerit ſibi præcavere.

17 Pax, & remiſſio partis offenſæ, an ſit neceſſaria, ut Princeps poſſit facere gratiam de delicto, Cabal. *reſolut. criminal. caſ. 58.* Theſaur. *dec. 21.* Farinac. *qu. 6.* vide *in §. Princeps n. 3.* latè Sanfelic. *dec. 53. per tot.*

An poſſit fieri ſub conditione exilii à loco, dixi *in §. Conditio n. 76. §. Gratia nu.* vide Gizzarel. *deciſ. 11. per tot. cum Addent.* Poſſent. *ſing. 370.* Altimar. *de Nullit. rub. 2. & 3. quæſt. pr. ſect. pr. n. 605. verſ. non poteſt fieri fol. 268. tom. 8.*

Alia vide *§. Cautio de non offendendo, & in pract. §. Offeſe, et §. Pace.*

18 Pax, quando, & quare detur in Miſſis, quid ſignificet, & cur non detur in Miſſis mortuorum, nec inter Monachos, & alia, Gratian. *diſcept. for. cap. 538. n. 21. etc.* Nicoli. Elucubrat. *Utriuſq. Jur. Inſtit. Canonic. libr. 3. tit. 41. n. 19. pag. 133.* ubi, quòd non poteſt dari cum Patena.

19 Pax eſt optima rerum, & procuranda per Principes, & Civitatum Decuriones, & ideò in Civitatibus benè compoſitis ſolent deputari Pacerii, quorum officium ſatis pium, & laudabile poteſt exerceri etiam diebus feriatis in honorem Dei. Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. pr. Rub. 38. per tot.*

20 An autem ad probationem pacis requiratur publicum inſtrumentum, vel poſſit aliis modis probari, vide Cabal. *reſolut. 141. nn. 10.* Clar. *quæſt. 58. verſ. Scias, etiam*, Farinac. *conſ. 81. et conſ. 150.* Guaz. *de pace quæſt. 32. n. 12.* Maſſin. *de confiſcat. quæſt. 14. n. 4.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Pax reſol. 11. nn. 3.* & alios citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 8. §. pr. n. 14. et ſeqq.* In Statu Florentino vigore legis Municipalis, de qua in mea praxi *§. Pace*, debet pax probari per publicum inſtrumentum. Spad. *conſ. 118. tom. pr.*

21 Pax eſt relativè oppoſita bello, ab initio fuit incognita, & poſt bellum tantùm æſtimata, & nil aliud eſt quàm multitudinis unitas, in qua modus, & ſalus populi conſiſtit, cum bonorum artium mater decora, mortalium genus multiplicet, facultates protendat, & mores extollat; vel eſt diſcordiæ finis, hominum ordinata concordia, & in hac vita nil pace jucundius, & nil glorioſius, delectabilius, & utilius, Principum publicam reſpicit utilitatem, & ideò ab eis omninò appetenda, ita ut etiam pax injuſta bello juſtiſſimo ſit præferenda, maximè inter Chriſtianos, ad imitationem Salvatoris noſtri, qui Princeps pacis dicitur Iſaiæ *cap. 9.* prout hæc, & alia encomia pacis ex ſacris paginis, poetis, & aliis ſcriptoribus, loquendo maximè de pace publica inter Status, Reges, & Principes colligit, & probat Antunez Portug. *de don. Reg. lib. 2. cap. 28. per tot.*

Verùm quia in hujuſmodi pace inter Reges, & 22
Principes ob bonum publicum fieri ſolent diverſa capitula, quæ fœdera pacis dicuntur, conſiſtentia, ut plurimum in abolitione delictorum occaſione belli hinc indè per eorum ſubditos, & vaſſallos commiſſorum cum reſtitutione bonorum, quæ penes fiſcum exiſterent exceptis fructibus perceptis ante pacem, & hujuſmodi, quorum occaſione multæ oriri poſſunt, & ſolent lites, & controverſiæ, maximè circa bona in alios interim tranſlata, ſive per alienationem, ſive per ſucceſſionem, & ideò de omnibus videndus plenè idem Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 29. per tot.* cum multis ab eo citatis, qui conveniunt cum notatis per me *in §. Reſtitutio num. 28.* & alibi opportunè.

Qualiter etiam pro obſervantia pactorum, ſoleant 23
aliquando dari obſides, ita ut Princeps poſſit ſubditos ſuos etiam invitos dare pro obſidibus, quæ amittant, vel non obſides, an poſſint offendi, an fugere, an inter privatos, & pro cauſa privata, vel pecuniaria poſſint obſides dari, & alia de obſidibus, idem Antunez Portugal. *de don. Reg. lib. 2. cap. 30. per tot.*

De pace, & ejus bono, & quòd etſi bona, otium 24
pariat, ex quo plura mala, Bobadil. *lib. 4. politic. cap. 2. n. 3. & 4.* P. Marquez. *de gubernat. lib. 2. c. 20. & cap. 31.* Cancer. *lib. 2. var. cap. 11.* aliique plures citati à Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Pax*, & eruditè ſatis ex Biblia, Patrum ſententiis, Poetarum dictis, Philoſophorum aſſertionibus, Hiſtoriis, exemplis, & fabulis, Nova Polianthea *in verb. pax*, & de pace tractantes noviſſimè refert Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. leg. part. 5. verb. pax fol. 261. &c.* Altimar. *dict. rubr. 2. & 3. quæſt. 1. ſect. 1. nu. 602. per tot.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. metbod.*

Pax potius locum habet in criminalibus, tranſa- 25
ctio in civilibus Bellegrand. *in compend. rer. crimin. metbod. tract. pr. quæſt. 11. n. 2.*

Pax eſt finis diſcordiæ Fagnan. *in cap. treugas* 26
n. 15. de Treug. & Pac. lib. pr. Decret., Et eſt animorum reconciliatio Spad. *conſ. 118. n. pr. tom. pr.*

Pacis bonum eſt urgens neceſſitas diſpenſandi Fa- 27
gnan. *in cap. ubi non eſt num. 12. de Deſp. Impuber. libr. 4. Decret.*

Oſculum, & apprehenſio manuum non ſunt de 28
ſubſtantia Pacis Spad. *conſ. 118. n. 14. tom. pr.*

Mutua pax dici non poteſt, quando unus tantùm 29
fuit offenſus, ſed eſt ſimplex remiſſio inferenti a paſſo Spad *conſ. 118. n. 16. lib. pr.* Et ad eſſentiam pacis requiritur duorum, vel plurium conſenſus Caſtald. *conſut. 265. n. 16. tom. 2.*

Pax, & concordia differunt tamquam genus, & 30
ſpecies Spad. *dict. conſ. 118. n. 9.*

Concordia perpetua facta ſuper injuriis dicitur Pax 31
Spad. *conſ. 118. n. 10. et 12.*, Et probata ſimili concordia intelligitur probata Pax *ibid. n. 11.*

Amicitia plus continet, quàm pax Spad. *conſ. 118.* 32
n. 13. libr. pr.

Pax per quemcumq; actum hoſtilem rumpitur Bel- 33
legrand. *in compend. rer. crimin. metbod. tract. 10. quæſt. 6. n. 2.*, ubi hoc explicatur.

Pax an rumpatur furto, vel læſione in bonis, quæſtio eſt hinc, inde, & recurritur ad conjecturas Bellegrand. *loc. cit. n. 4.*

Pax rumpitur ex quavis injuria ſive perſonæ, ſive in perſonam, ſive perſonali, cautione de omnibus, vel reſpective præſtita, & quia ad ſolvendum

te-

teneatur Bellegrand. *ibidem*. Quando Pax non dicatur rupta istè Palm. nep. *decis.* 134. *et* 154. *tom.* 2.

34 Pacem non fuisse factam in dubio pronunciandum venit Palm. nep. *decis.* 154. *n.* 32. *tom.* 2.

35 Pax Constantiæ declaratur per Spad. *cons.* 5. *num.* 43. & 44. *tom. pr.*

36 Pacis traditio incipit a parte Chori, quæ dicitur Episcopi, uti in parte nobiliori; & deindè devenitur ad alteram partem Rot. coram Caprar. *decis.* 675. *n.* 15. *part.* 2.

Pacis traditio secundum formam Missalis incipere debet prius a Canonicis uti dignioribus, Rot. *ibid. num.* 16.

Pacis osculum defertur per duos Ministros distinctos ad utramque partem chori in Missis, & Festivitatibus solemnioribus, non autèm in Festis minus solemnibus, in quibus defertur ab unico Ministro, illiusque traditio incipit a latere chori, quod vocatur Episcopi, & Decani Rot. coram Caprar. *dict. decis.* 675. n. 17. *part.* 2.

Beneficiati, tamquam inferiores Canonicis, & sedentes post ipsos in Choro, osculum pacis non directè à Diacono, vel Subdiacono celebrante, sed ab ipsis Canonicis, quibus uti dignioribus, & in superiori loco sedentibus traditum est, recipere debent Caprar. *loc. cit.* n. *pr.*

§. PECCATUM XI.

1 PEccatum juxta sententiam Divi Augustini, est dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei æternam, vel secundum Divum Ambrosium, est transgressio divinæ legis, & inobedientia cœlestium mandatorum, ut latè explicat Azor. *Institut. moral. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *fol. mihi* 294. & *cap.* 2. *fol.* 199. Baldel. *Theolog. moral. lib.* 2. *disp.* 8. & *seqq. tom.* . Tamburin. super præcept. Decalog. *lib.* 2. *c.* 1. *per tot. part. pr.* Bossembao *in medull. Theol. mor. lib.* 5. *cap. pr. dub. pr. in princ. tom. pr. part. pr.* Fagnan. *in cap. cum pridem n.* 58. *de Pact.* & *in cap. cum esses* n. 126. *de Testam.* Layman. *in Theol. mor. lib. pr. tract.* 3. *cap. pr.* n. 2.

Quis dicatur verè peccator, vel Sanctus, vide *in* §. *Ignorantia* n. 10. *in fine*.

Quòd non sit peccatum, nisi voluntarium, & quale voluntarium requiratur ad inducendum peccatum mortale, sive veniale, ac plura de voluntario, & involuntario, ex quibus inducatur, vel excludatur, & quomodo cognoscatur plenè Baldell. *Theol. moral. tom. pr. lib. pr. disput.* 8. *cum pluribus seqq.* Tamburin. *loc. cit. cap.* 2. *per tot.* Bussemb. *loc. cit.* ubi plura de *seqq. conclus.* Vide Layman. *loc. cit. lib. pr. tract.* 2.

Quid sit peccatum, & alia plura moralia de peccatis, Marcellin. de Pise *in Encycl. mor. tom.* 4. *fol. mihi* 53. & *alibi prout in repert. verb. peccatum.* De voluntario, & involuntario, latè Gibal. *de scient. can. tom.* 3. *lib.* 8. *cap.* 2. *per tot. fol.* 7. &c. Quid, & quotuplex sit peccatum, & alia plura moralia de peccatis Layman. *dict. lib. pr. tract.* 3. *c. pr.* & *seqq.*

2 Peccatum aliud dicitur omissionis, aliud commissionis, & an inter se differant specie, idem Azor. *loc. citat. cap.* 3. *fol.* 306. Layman. *loc. adduct. cap.* 4. *a n. pr.*

Aliud cordis, aliud oris, & aliud operis; cordis dicitur illud, quod in ipsa voluntate, sive ratione completur, ut odium, invidia, ira, & similia; oris, quod in sermone consistat, & in eo consumatur, ut detractio, mendacium, & hujusmodi; operis, quod opere in ipso perficitur, ut furtum, homicidium, & hujusmodi; an, & quomodo talia peccata inter se differant, & alia, tradit idem Azor. *loc. cit. cap.* 4. *fol.* 310. Baldel. *tom.* 1. *Theol. moral.* 2. *cap.* 14. ubi quomodo inter se differant peccata cordis, oris, & operis. Layman. *ubi supra n.* 7.

3 Peccata cordis, vel cogitationis multiplicantur specie, vel numero; specie ex diversitate objectorum, vel materiæ specie distinctæ, licèt unus tantùm sit voluntatis actus, ut si quis simul velit Cajum occidere, & ejus bona furari, ut habeat quid donet meretrici, vel furari rem Sacram, & sic quando in objecto, & materia peccati adsunt simul duæ contra rectam rationem pravitates specie diversæ; numero itidem multiplicantur etiam ex parte objecti, vel materiæ, licèt unus tantùm sit voluntatis actus, ut est voluntas mala habens respectum, & ordinem ad duo, vel plura objecta numero distincta, veluti si quis eodem actu vellet occidere plures homines, plura furta, adulteria, vel similia committere; dummodò illa objecta sint per se integra, & distincta, ut bene declarat Azor. *d. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *qu.* 3. *fol. mihi* 11. latè Baldel. *Theolog. moral. lib.* 2. *disput.* 21. *per tot. tom. pr.* Fagundez *de præcept. Eccl. lib.* 3. *cap.* 4. & 5. *per tot. fol. mihi* 333. &c. ubi plura de integritate confessionis, & multiplicatione peccatorum. Vide Layman. *loc. cit. cap.* 3.

Ardua tamen est quæstio habens hinc indè suos fautores, utrùm ex eodem, ac unico voluntatis actu possint considerari plures malitiæ numero distinctæ necessario in confessione explicandæ, ut colligitur ex traditis per Dian. *resolut. moral. part.* 2. *tract.* 7. *resolut.* 27. 28. & 29. *per tot.* ubi dicit unitatem, & multiplicitatem peccatorum desumi ex unitate, & multiplicitate personarum, & subjectorum, quando actio fit successivè circa plures personas, non quandoquando fit tota simul circa plures personas, quia quando quis fert injuriam erga decem homines, illa injuria respicit illos decem homines per modum unius subjecti, & ideò unica habitudine transcendentali ad eos tendit; sed his non obstantibus contrariam sententiam tenendam putat, quam etiam postea reassumit, & comprobat inferendo ad plura, idem Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 164. *per tot.* & *part.* 7. *tract.* 11. *resol.* 32. ubi videtur probare esse unicum peccatum velle unico voluntatis actu plures homines interficere, juxta opinionem Caramuel. *in Reg. D. Benedicti disput.* 69. *n.* 910. vide eumdem Dian. *part.* 11. *tract.* 8. *resolut.* 64. *per tot.* Bald. *Theolog. moral. lib.* 2. *disput.* 21. n. 9. & *seqq. tom.* 1. Gibalin. *de scient. canon. tom.* 3. *lib.* 8. *princip.* 8. *corrolar.* 3. *fol.* 88. ubi qualiter non multiplicatur peccatum quamdiu idem actus internus moraliter perseverat, & alia plura ad rem, Crespin. à Borgia *Quæst. moral. select.* 6. *per tot.* ubi benè examinat doctrinam Caramuelis, & Dianæ in hoc proposito.

An autem dicta peccata cordis interruptione temporis multiplicentur, dic secundùm unam opinionem multiplicari, secundùm aliam non, nisi per contrariam voluntatem fuerint interrupta, & postea renovata, vel replicata; distinguit Azor. *d. cap.* 4. *quæst.* 4. *vers. Ego tamen*, ubi in effectu videtur sequi primam opinionem, subdendo tamen propter difficultatem retinendi in memoria tot voluntates repetitas, sufficere pœnitentem declarare moram, & diuturnitatem temporis, quæ intercessit, adiiciendo se voluntatis affectum toto eo temporis spatio sæpius iterasse, Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 55. ubi videtur tenere quòd sufficiat exprimere tempus, quo quis stetit in peccato, adde Fagundez *de præcept. Eccles. lib.* 3. *c.* 4. & 5. *per tot. fol. mihi* 333. &c. Gabr. Vasquez *in S. Thom.* 1. 2. *tom.* 1. *disp.* 71. *per tot. fol. mihi* 349. Tamburin. *in method. confess. lib.* 2. *c.* 2. §. 4. Layman. *dict. cap.* 3.

Item an longo tempore retinens rem alienã, unum tantùm, vel plura peccata committat, cùm sępe, ac sæpius ex variis causis interrumpatur animus non restituendi, & sic ex hujusmodi interruptione videntur peccata multiplicari juxta multorum opinionem; sed in duobus tantùm casibus multiplicari peccatum in omissione restitutionis, veluti quando directè, & expressè renovatur propositum non restituendi per specialem actum, vel quando fit propositum restituendi, & postea data opportunitate non fit restitutio; & idem in similibus casibus, nam per simplicem continuationem, & dictam temporis interruptionem non fit novum peccatum, nisi per expressam renovationem mali propositi, vel contrariam voluntatem ut supra, sed tantùm aggravatur illud, quæ circumstantia aggravans non est necessariò in confessione exprimenda juxta inferiùs dicenda, & probat Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *resolut.* 27. & *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 95. ubi videtur tenere multiplicari peccata etiam ex in-

interruptione naturali, licèt plures alii contrarium sentiant, & ipse Dian. *dict. resolut.* 27. de quo latiùs Gabr. Vasquez in D. Thom. 1. 2. *disput.* 75. *cap.* 3. *num.* 14. *& in Opusc. moral. tract. de restitut. cap.* 3. *§. pr. dub.* 3. *per tot. fol. mibi* 69.

4 Peccata cordis, vel cogitationis absque aliquo facto extrinseco non puniuntur in foro exteriori aliqua pœna, nisi agatur de hæresi, cujus sola cogitatio, voluntate confirmata, si innotascat judici punitur; puniontur tamen quoad Deum pœna æterna, si voluntas hominis plenè, ac perfectè assentiat, si verò leviter assentiat, est tantùm peccatum veniale, & si nullo modo assantiat, nullum peccatum etiam veniale committitur, Felin. *tract. quando puniatur conatus*, Manoch. *de arbitr. cas.* 260. *n.* 2. *& seqq. ad* 23. Magon. *decis. Florent.* 88. *num.* 10. *& seqq.* Leosard. *de usur. quæst.* 100. *num.* 63. *&c.* Bonifac. *de furt.* §. 3. *num.* 50. & meliùs declarat Azor. *Instit. moral. part. pr. lib.* 4. *cap.* 5. *fol. mibi* 315. ubi quòd res primò in corporis sensus incurrunt, sentibus perceptæ appetitum animalem excitant, mox transvolat à sensibus ad imaginativam, tandem in mentem veniunt, atque ejus intelligentia conceptæ in appetitu rationis, quæ est voluntas, sui desiderium excitant, vel sua jucunditate delectant, & hoc modo peccata interno voluntatis affectu committuntur, si liber accedat consensus, vel delectatio; referuntur enim peccata voluntatis, vel ad desideria, vel ad delectationes; subditi autem voluntatis motus, qui omnem rationis usum præcurrunt culpa vacant, tamquam motus primò primi; motus verò secundò primi, qui scilicet plenam mentis deliberationem antevertunt, ut plurimum sunt venialia tantùm ratione deliberationis imperfectæ, & negligentiæ in repellendo, ut latiùs ibi per eum, & Gabr. Vasquez in S. Thom. 1. 2. *tom. pr. disput.* 106. *per tot. fol. mibi* 504. *& seqq. & disput.* 107. *&* 108.

An, & quando ignorantia excuset à peccato, vide in §. *Ignorantia num.* 10. Bonacin. *oper. moral. tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 8. ubi etiam de aliis caussis excusantibus, nempè dispensatione, impotentia, vi, metu, & ignorantia invincibili. Vide Layman. *dict. tract.* 3. *cap.* 7. *& lib. pr. tract.* 2. *cap.* 4. *& lib. pr. tract.* 4. *cap.* 20.

An autem in cogitationibus venereis sit peccatum mortale, si voluntas non consentit positivè, nec etiam positivè dissentit, sed tantùm permissivè se habet, pugnantes opiniones refert Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resolut.* 33. ubi ipse videtur negativam amplecti, & Gabr. Vasquez *loc. citat. disput.* 108. *per tot. fol.* 509. affirmativam probat.

Et plura de delectatione morosa, de aliqua re turpi, vel illicita, an, & quando sit peccatum mortale, vel non, idem Gabriel. Gasquez. *loc. citat. disput.* 109. *et seqq. ubi in disput.* 113. *et* 114. de delectatione conjugatorum extra coitum in præsentia, vel absentia ex cogitatione coitus præteriti, vel futuri, quam dicit non esse peccatum mortale, cessante pollutione, vel ejus periculo, vel nisi tactibus in se ipso irritetur libido; in viduis verò esse peccatum mortale juxta veriorem sententiam, ut latè ibidem declarat, adde Michael Ferro Manriquez *Quæst. Vicar.* 45. *part.* 2. ubi docet delectationem veram non dari inter conjuges absentes sine periculo pollutionis, &c. Bussemba. *in medull. Theol. moral. tom. pr. lib.* 5. *cap. pr. art.* 2. *per tot.* Vide Layman. *lib. pr. tract.* 3. *cap.* 6.

Qualiter autem peccata dubia ut dubia, & certa ut certa, sint in confessione aperienda, quidquid tenuerit Caramuel. latè Crespin. à Borgia *quæst. moral. select.* 12. *per tot.*

5 Peccata oris, vel sermonis multiplicantur specie, vel numero, quando verba sunt directa, & relata ad plura objecta specie diversa, veluti si quis per contumeliam appellet aliquem hæreticum, latronem, & adulterum tria peccata committit, & idem in similibus, vel etiam si verba terminentur in uno objecto duplici pravitate corrupto, ut appellando aliquem rerum Sanctarum furem; quòd si quis plures eodem impetu, & continuato sermone alterum latronem appellet, unum tantùm peccatum committit, & idem in similibus, cùm versetur circa idem objectum, secus autem si multiplicentur objecta, ut si plures uno sermone contumelia afficias, sicuti si plures uno ictu vulneraret, vel occideret plura peccata committeret, ad tradita per Azor. *dict. lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 5. vide Dian. *resolut. moral. part. pr. tract.* 7. *resolut.* 28. *&* 29. *& part.* 9. *tract.* 9. *resolut.* 55. *per tot.* ubi an ratione distinctionis numericæ objectorum, peccata multiplicentur, & refert contrarias opiniones, *& part.* 11. *tract.* 8. *resolut.* 64. *per tot.* latè Baldel. *Theol. moral. libr.* 2. *disput.* 22. *per tot. tom. pr.* Fagundes *de præcept. Eccles. lib.* 3. *cap.* 4. *et* 5. *per tot. fol.* 333. *&c.* Crespin. à Borgia *Quæst. mor. select. contra Caramuel. quæst.* 6. *per tot.* Layman. *in Theol. moral. lib pr. tract.* 3. *cap.* 3. *num.* 5.

Peccata operis multiplicantur specie, vel numero ratione objectorum specie diversorum, veluti adulterium, homicidium, furtum, & similia, sive ratione objecti plures in se pravitates specie distinctas habentis, ut furtum rei Sacræ, & hujusmodi, sive ex objecto, & fine specie diversis, ut si quis alium occidat, ut ejus bona surripiat; & plura etiam numero fiunt; licèt unus sit actus quando habet respectum, & ordinem ad objecta numero differentia contra rectam rationem, ut si aliquis uno teli jactu duos simul homines occidat. Item cùm dicta operis peccata facta consumentur tot semper erunt numero, quot sunt actus unus post alium. Qui tamen rem habet carnalem cum pluribus fœminis, non est necesse, ut id explicet in confessione, sed sufficit si dicat tot adulteria, vel tot fornicationes commisisse juxta statum, & qualitatem personarum, sive semper cum eadem fœmina coiverit, sive cum diversis, quia eodem modo peccat qui decies cum eadem fœmina coit, quàm qui id agit cum decem fœminis ejusdem conditionis, & status, cùm deformitas hujusmodi peccatorum non habeat diversam cum recta ratione repugnantiam ex hoc quòd sint cum eadem, vel diversis fœminis ejusdem tamen status, & conditionis, ut docet Azor. *Institut. moral. part. pr. lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 6. *fol. mibi* 314. Navar. *in Manual. cap.* 16. *num.* 5. Baldel. *Theolog. moral. lib.* 2. *disput.* 23. *per tot. tom. pr.* Fagundez. *loc. supra cit.* 6

Mihi tamen graviùs peccare videtur is, qui cum decem fœminis coit, quàm qui decies cum eadem fœmina, etiam cæteris paribus, quia primus secundùm tunc temporis præsentem justitiam inducit decem animas ad perditionem, si interim impœnitentes morerentur, alter autem unam tantùm; Item si ageretur de stupro, ut quia decem illæ feminæ somnes essent virgines, sicut & alia unica, cum qua decies coiretur, certum est quòd in primo casu essent decem defloratæ, in secundo una tantùm, licèt pluries cognita, & consule Summistas, & Theologus, inter quos videtur magis communis opinio, ut circumstantiæ tantùm mutantes speciem in confessione sint manifestandæ, non autem simpliciter solùm aggravantes, ad tradita per Gabr. Vasquez *in* 3. *part. S. Thom. tom.* 4. *quæst.* 91. *per tot. fol. mibi* 159. *& seqq.* Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 67. *part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 56. *& part. pr. tract.* 7. *resolut.* 28. *circa finem, & ibidem resolut.* 13. ubi quòd sufficit dicere se toties fornicatum fuisse, sive cum una, sive cum pluribus, nec etiam est aperienda qualitas virginitatis, quando puella liberè consensit, quia tunc stuprum in foro conscientiæ non differt à simplici fornicatione, *ut resolut.* 22. *per tot.* dictum tractatum septimum, in quo facit multas illationes particulares ex dicta regula, quòd circumstantiæ aggravantes, non sint necessariò explicandæ in confessione, sed tantùm illæ, quæ mutant speciem, per quam doctrinam benignè resolvuntur multi casus dubitables, ut ibi per eum.

An autem delectatio morosa sumat speciem ab objecto circa quod versatur, Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resolut.* 34. ubi refert contrarias opiniones, & benè declarat, vide Gabr. Vasquez in S. Thom. 1. 2. *tom. pr. disput.* 112. *cap. pr. et* 2. *per tot. fol. mibi* 518. *etc.*

Actus verò qui præcedunt, comitantur, vel sequuntur opus malum, si sint per se delicta distincta, & non de appendicibus ordinariis, & solitis

ipsius

ipsius principalis actus mali, debent in confessione tamquam peccata particularia explicari, ut si quis causa occidendi inimicum, aliena bona, vel segetes conculcaverit; At si sint de appendicibus actus principalis, ut verba luxuriosa, oscula, amplexus, tactus impudici, & similia obscœna in copula carnali illicita, & ipso quòd concubitus narratur in confessione, videntur satis explicata, nec est necessè de illis specialem facere mentionem, nisi aliundè specie differant ab ipso concubitu, ut quia (judicio meo) antecedant, vel sequantur separatim per intervalla temporis, & sic peccata exteriora non multiplicantur; licèt continuenter repetantur quotiescumque sunt initia, complementa, causæ, vel partes alicujus alterius peccati, in quo connectentur, vel terminentur, ut explicat Azor. *d. lib. 4. cap. 4. quæst. 6. vers. secundo quæres fol. 514. etc.* Dian. *resolut. moral. par. pr. tract. 7. resolut. 41. et par. 4. tract. 4. resolut.* 205. ubi quòd tactus, & oscula sive præcedant, sive subsequantur copulam non sunt peccata distincta ab ipsa copula, sed tamquam inchoatio, & complementum actus sub illo comprehenduntur, nisi tamen quis accederet ad meretricem animo, & intentione fruendi tantùm tactibus, & osculis, & non fornicandi, nam si postea etiam fornicetur, erunt peccata distincta, cum ab initio non fuerunt ad copulam ordinata, & iterùm idem Dian. *part. 9. tract. 9. resolut. 66. vers. quæro secundò*, ubi tamen refert alios contrarium tenere quoad limitationem, *et par. 11. tract. 3. resolut. 41. et 45. per tot.* adde Fagundez. *de præcept. Eccles. lib. 3. cap. 4. per tot. fol. 333. etc.*

Alia plura de peccatis tam internis, quàm externis, de differentia venialium, & mortalium, quibus modis venialia deleantur, de septem peccatis capitalibus, sive mortalibus, de magnitudine, & pravitate peccatorum, quanam in parte animæ peccata sedem habeant, de causis peccatorum, de peccato ex malitia, de peccati effectibus, de peccato originali, in quo sita sit ejus vis, ratio, & natura, confutatis hæreticorum erroribus, quos effectus pariat, de illis pœna, quomodo deleatur, latè disserit idem Azor. *dict. part. pr. lib. 4. cap. 9. cum pluribus seqq. per tot. libr.*, & plenè etiam Baldel. *Theolog. moral. tom. pr. per tot.* Gibalin. *de scient. canonic. tom. 3. lib. 8. princip. 7. fol.* 100. *&c.* ubi de malitia mortali, & veniali *fol.* 134. ubi de peccato actuali, *& fol.* 141. *&c.* ubi de peccato originali fusè, &c. Facit Bussemba. *in Medull. Theol. Moral. tom. pr. lib. 5. per tot.* Layman. *in Theol. moral. libr. pr. tract. 3. cap. pr. et seqq.*

An peccatum originale sit verè, & propriè peccatum, quid sit, quos effectus producat, de illius pœna, & alia, latè Gabr. Vasquez in S. Thom. 1. 2. *tom pr. disp.* 131. *& seqq. fol.* 588. *&c.* Et de peccato veniali, & mortali idem Vasq. *loc. cit. quæst.* 88. *disput.* 142. *& seqq. fol.* 633. *&c.* Xantes Mariales in *Amphyt. D. Thom. fol.* 889. *& seqq. ad* 1549. ubi plenè de peccato originali, veniali, mortali, & ejus speciebus. Mororand. *in tract. Theolog. tract. 3. de peccat. quæst.* 14. *& pluribus seq.* Vide Fagnan. *in cap. Majores a n. 54. & seqq. de Baptismo. cap. omnis n. 6. de Pœnit. & Remiss.*

An peccans cum fœmina teneatur in confessione exprimere si illam invitavit, & sollicitavit, & videtur dicendum quòd sic ratione scandali, cùm sit causa peccati alterius, maximè si intercesserint extraordinariæ preces, & æquivalentes violentiæ morali, & idem est in similibus peccatis in aliorum causalis, ad tradita per Dian. *par. 5. tract. 13. resol. 9. per tot.* & alios per eum citatos.

An quis successivè, & uno impetu pluries fornicando, plura committat peccata, vel unum tantùm, veluti si tota nocte cubetur, vel dormiat cum amasia, dic tota peccata committere, quot actus fornicationis distinctos agit, quidquid Caramuel unicum committere dicat, ad tradita per Dian. *part. 11. tract. pr. resol. 2. per tot.* vide istos auctores, & alios ab ipsis citatos.

Quid si plures unica explosione occidantur, Dian. *part. 11. tract. 3. resol. 3. et tract. 5. resol.* 43. Crespin. à Borgie *Quæst. select. contra Caramuelem quæst.* 6. *num. 2. et seqq.* ubi plura de actionibus, quæ unico impetu fiunt, an, & quomodo sint peccata distincta.

Peccator existens in continuo peccato mortali, puta concubinarius, adulter, & similis, non est idoneus testis in criminalibus, momentaneus verò peccator admittitur in foro civili, secus in Ecclesiastico, Clar. *§. fin. quæst. 24. vers. quæro numquid*, vide *in §. Testis num.* latè Gratian. *disceptat. forens. cap. 93. n. 16. etc. cap. 144. n. 16. etc. capit. 468. num. 19. etc.* Farinac. *quæst. 56. art. 7. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14 tit. 18. num. 360. etc. fol.* 312. Vivi. *commun. opin.* 971. ubi quòd existens in peccato mortali est infamis, & cæcus in intellectu practico, at ideò repellitur à testimonio, & alia plura mortalia contra peccatores, licet in praxi hujusmodi exceptiones parum attendantur. 7

Peccans ex contemptu formali, quot delicta committat, quas pœnas incurrat, quotuplex sit contemptus, an, & quando peccata venialia evadant mortalia ex contemptu, vel peccandi frequentia, latè Sperel. *decis. 113 per tot.* Azor. *Institut. moral. par. pr. lib. 4. cap. 9. quæst. 15.* D. Thom. 2. 2. *quæst. 186. art. 6.* ubi Cajetan. Alfons. de Castr. *de potest. leg. pœn. lib. pr. cap. 5. docum. 6.* Novar. *in Manual. cap. 23. num. 45.* Dian. *part. 3. tractat. 6. resolut. 75.* ubi an contemptus formalis in re levi sit peccatum mortale, vel tantùm veniale, & asserit esse veniale. Vide Layman. *in Theol. Moral. lib. pr. tract. 3. cap. 7. n. 2. 2.* 8

An qui transgreditur legem ex contemptu peccet mortaliter, latè Dian. *part. 10. tractat. 15. resolut. 33. per tot.* Gibalin. *de scient. canon. tom. 3 lib. 8. princip. 7. nu. 23. fol.* 106. ubi benè declarat quis sit contemptus formalis, & quando ex isto, vel aliis causis peccatum veniale transeat in mortale, & quando mortale in veniale per subtractionem deliberationis, vel ex defectu pleni consensus, vel ex parvitate materiæ, ut in furto, &c. Quando, & ex quibus causis peccatum veniale, efficiatur mortale, *glos. in can. tres sunt de pœni. distinct. pr. verb. et opprimet. et in can. serpens de pœnit. distinct. pr. verb. Venialis*, S. Bonavent. *in 4. sent. in 6. distinct.* Cala *tractat. de feriis quæst. 5. nu. 643. & seqq.* Bussemba. *in medull. Theol. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 2. dub. 2. et* 3. Vide Layman. *loc. prealleg.*

Peccator pœnitens in extremo vitæ exitu, an salvus fieri, & vitam æternam consequi præsumatur, Menoch. *lib. 6. præsumpt. 94. per tot.* ubi quòd sic juxta receptam, veram, & Catholicam Doctrinam, ac diluit contraria, Caveant tamen peccatores, quia doctrina ista licèt in se vera sit, si ipsi verè pœnitentes sint, prout esse possunt cum auxilio Dei efficace, tamen probabiliter non erunt, quia voluntariè non dimittunt peccata, sed ipsi dimittuntur à peccatis, vitiis, & occasionibus peccandi, ut igitur securi evadant, pœnitentiam agant, dum sani sunt, & tempore quo peccare possunt, juxta D. Augustini sententiam, *Homil. 41. relatam in can. Si quis positus de pœnit. distinct.* 7. aliàs dubitandum est de illorum salute, quia dubia est pœnitentia, ambigua est etiam salus, & non præsumuntur salvari, qui non Dei amore, sed formidine mortis, & inferni dant signa pœnitentiæ, prout de Antioco Rege scriptum est *lib. 2.* Machab. *cap. 9. Orabat scelestus Dominum, à quo non erat misericordiam consecuturus.* Sic etiam Judas moriturus pœnitentia ductus retulit triginta aureos in templum, & misericordiam non fuit consecutus, quia istorum non fuit vera pœnitentia, cum non processerit ex amore Dei, sed ex formidine pœnæ, ut explicant Dominic. Sot. *in 4. sent. distinct. 19. quæst. 2. art. 6. col.* 3. Nevar. *in dict. cap. si quis positus num.* 6. & Menoch. *loc. citat.* facit Fagundez *de præcept. Eccles. libr. 3. cap. 12. n. 17. fol.* 170. ubi etiam de anima Trajani, Sansonis, Salomonis, & hujusmodi, an sint salvæ, vel non. 9

Adde versus acutissimi Poetæ moderni sequentis tenoris videlicet.

SO-

SONETTO.

MI chiede il Tempo di mia vita il conto,
Rispondo, il conto mi richiede il Tempo,
Ne di tanto si puol perduto tempo
Senza tempo, & orror rendere il conto.
Non vuole il Tempo differire il conto,
Perch' il mio conto ha disprezzato il tempo;
E perche non contai quand' era tempo,
In van tempo dimando a render conto.
Qual conto conterà mai tanto tempo?
Qual Tempo basterà per sì gran conto?
A me, che senza conto ho perso il Tempo.
Mi preme il Tempo, e più m' opprime il conto,
E moro senza dar conto del tempo,
Perche il Tempo perduto è fuor del conto.

Segue la Risposta con altro Sonetto.

PEr render conto del perduto tempo.
Poco tempo volervi: ho fatto il conto.
Basta dolermi un punto sol di tempo.
Col cuor pentito, & è saldato il conto.
Un punto sol, che doni à Dio di Tempo.
D' ogn' altro tempo Dio più non tien conto;
Mi preme sol poter haver di tempo
Un punto, in cui dolente io renda conto.
Questo punto val più, che tutto il Tempo,
E di questo ne fo così gran conto,
Che darei per haverlo anni di Tempo.
Signor per render del mio tempo il conto,
Se mi nieghi tal punto, è perso il Tempo,
Se mi dai questo punto, è reso il conto.

Qui tamen laudabilem, & honestam vitam ducunt, abstinendo quantùm possunt à peccatis, lætentur in Domino, quia licèt ex fragilitate peccatum aliquod commiserint, & morte improvisa præveniri, veluti ex violentia inimicorum, naufragio, & similibus casibus inopinatis, non possint eorum peccata confiteri, & videatur quasi impossibile, in illo instante elicere actum contritionis perfectæ ad salutem necessariæ, piissima, & communis est opinio, ut quàm plures à Sacris Concionatoribus, & Theologis audivi, tunc Deum in extremo vitæ se illis in tanta Majestate, Bonitate, ac Beneficientia exhibere, ut eum ejus speciali gratia, & auxilio moveantur ad actum perfecti amoris erga tam excelsam Majestatem, Bonitatem, ac Magnificentiam Dei tunc cognitam, verè ob illam, amore, & timore filiali, & non servili de peccatis dolendo, salvi fiant ex infinita ejus Misericordiæ, & Bonitate, cum non simus sufficientes aliquid boni ex nobis cogitare, sed omnis sufficientia nostra sit ex Deo, qui igitur est assiduè rogandus, ut custodiat ab omni malo animam, introitum, ac exitum nostrum.

50 Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum, *cap. non remittitur de reg. jur. in* 6. ita ut retinens non possit excusari sub prætextu laudis, vel sententiæ scienter per dolum ad sui favorem obtentæ, Tuschus *litter. A. conclus.* 31. *litt. L. conclus.* 144. *& litt. M. conclus.* 23. ubi plura de privilegiis legati facti pro male ablatis, *& litt. B. conclus.* 303. *per tot.* late Carol. Marant. *contra part.* 4. *respons* 92. *n.* 15. *& seqq. per tot.* ubi de legato pro incertis male ablatis pro securitate conscientiæ, qualiter spectet ad fabricam S. Petri, & restitutio incertorum facienda sit in commodum animarum eorum, quibus illa debentur, aliaque plura ad rem, idem Marant. *controv. part.* 5. *respons.* 42 43. *et* 44. *per tot.* intellige data possibilitate, ut dixi *in §. Debitor n.* 81. *et* 83. Martha *vot. Pis.* 18. *per tot.* ubi quòd in foro conscientiæ potest differri restitutio quando fieri non potest absque maximo damno debitoris, si debitor non patiatur grave detrimentum, & cum proposito restituendi quamprimum; possit intelligendo etiam dummodò utatur parsimonia, & nisi res restituenda extet, nam si debitor non sit in extrema necessitate, debet statim illam restituere, etiam si statum mutare cogatur, imò etiam si sit in extrema necessitate tenetur rem alienam extantem restituere creditori in eadem necessitate constituto; & semper debitori debet verè abstinere ab animo detinendi aliena, & propositum verum restituendi cùm primùm possit habere, vel si tempus non supersit ita efficaciter disponere negotium, ut possit executionem habere, ad hoc ut sit excusabilis apud Deum, & possit à Confessario absolvi ad mentem D. Augustini *Epist.* 54. D. Antonini *in Sum. part.* 2. *tit.* 2. *c.* 8. *col.* 4. Navar. *in Manual. cap.* 18. *nu.* 56. *& seqq.* Sylvestr *in verb Restitutio in* 5. *nu.* 2. *& seqq. & aliorum*, quos ego citavi *in §. Restitutio nu.* 37. Adde Gibalin. *de univ. neg. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *art.* 5. *per tot. fol. mihi* 318. *&c.* ubi latè de causis excusantibus à solutione debiti, scilicet impotentia, quam ibidem declarat, quid de interitu rei debitæ, excommunicatione creditoris, & ingressu Religionis ipsius debitoris, Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de elemosyn. cap.* 1. *dub.* 7. *& seqq. tract. de restit.* ubi plenius, *& tract. de restit. cap.* 5. *§.* 4. *fol.* 30. ubi de debitis incertis, ac de inventis, & utrùm factis debitis diligentiis de inveniendo veros dominos, tenentur debitor illa pauperibus restituere, &c. vide Bussemba. *in medull. Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *per tot.* Fagnan. *in cap. tua nobis n.* 21. *de simon.*

Peccatum generat mortem, & propter peccata veniunt adversa, qualiter peccatum sit omninò vitandum, ita ut nulla dispositio, statutum, lex, vel consuetudo, sive privilegium valeat, si ex inde inducatur peccatum Tusch. *litt. P. conclus.* 193. *&* 198. *per tot.* 51

Peccatum scandali est duplex, activum scilicet, & passivum, & est dictum, vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ, multis modis contingere potest; peccantes tamen coram aliis excusantur, quandoque à peccato mortali scandali, veluti si videntes ita sint in bono stabiles, ut nullo modo censeantur ad peccatum moveri, vel adeò deperditi, ut peccata aliorum in nihilo illos immutent; Sed his cessantibus, vel quando timetur alios fuisse scandalizatos explicari debet in confessione numerus personarum scandalizatarum, & species peccati, sive peccatorum causatorum, Dian. *resolut. moral. part.* 5. *tractat.* 7. *resol.* 1. 2. *&* 3. *ac per tot. tractat.* ubi plures casus particulares, & notabiles de hac materia resolvit, *& part.* 11. *tractat.* 5. *resolut.* 48. *&* 49. latè Dominic. Banes *in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 43. *per tot. fol. mihi* 1021. *& seqq.* ubi plura de scandalo, quid, & quotuplex sit, quando sit peccatum, vel non, & quale, utrùm bona spiritualia, & temporalia sint propter scandalum dimittenda, & alia, de quibus etiam plenè Gabriel Vasquez *Opusc. moral. tractat. de scandalo per tot. fol. mihi* 22. *& seqq.* latè Bussemba. *in medull. Theolog. moral. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 2. *dub.* 5. *per tot. tom.* 1. Vide Layman. *in Theol. moral. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *a nu.* 1. 52

Quòd in confessione sit explicandus numerus personarum scandalizatarum, & species peccati causati iterùm probat Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 33. ubi se redimit ab impugnatione Patris Lugo contrarium nominatim contra eum sententis *tract. de Sacram. Pœnit. disput.* 16. *sect.* 3. *n.* 164. vide eumdem Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *resolut.* 29. *per tot.* ubi an qui suo exemplo est occasio alterius peccati, peccet eàdem specie peccati, & debeat hoc in confessione exprimere, & affert diversas opiniones, & rationes, vide Tamburin. *de Exped. conf. lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 9. Bussemba. *ubi supr. d. dub.* 5. *art.* 1. *vers. scandalizans committit.* Vide Layman. *dict. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *n.* 6.

An autem ille, qui proximum damnificavit in bonis spiritualibus animæ, teneatur ad aliquam restitutionem, & qualiter, latè Gabr. Vasq. *Opus. moral. tract. de restit. cap.* 8. *per tot. fol.* 136. *&c.*

De peccato scandali activo contra pictores, imagines obscænas pingentes, & alios illas retinentes, ac mulieres euntes denudato pectore, vel hujusmodi modis luxuriosis, Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 31. *per tot.* vide *in §. Vestes nu.* 6. Dian. *dict. part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 50. Frances *var. resol. cap.* 2. *per tot.* ubi plura de fuco mulieribus prohibito, & orna-

natu immodico, quando non ſit peccatum, quando veniale, & quando mortale, dixi *in §. Mulier nu.* 53. addc Vaſqu. *d. tract. de ſcand. dub.* 5. *per tot. fol.* 32. idem Buſſembau. *ubi ſupr. art.* 2.

An autem Confeſſario ſit aperienda peccandi conſuetudo, dic, quòd aliqui minus rectè, & probabiliter affirmarunt, non teneri Confeſſario etiam interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem, & pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Eccleſiæ etſi emendationis ſpes nulla appareat, non eſſe negandam, nec differendam abſolutionem, dummodò ore proferat, ſe dolere, & proponere emendationem. Item poſſe aliquando abſolvi eum, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult ommittere, quinimò directè; & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit. Item proximam peccandi occaſionem non eſſe fugiendam, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit. Imò licitum eſſe quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi. Sed omnes iſtæ propoſitiones tamquam ominis ſcandaloſæ, & in praxi pernitioſæ, pro ut jacent, ſunt omninò damnatæ, & reprobatæ, ſummo Sanctæ Matris Eccleſiæ judicio per Decretum Innocentii Papæ XI. Romæ editum 4. Martii 1679. *ſub num.* 58. *& ſeqq.* & hic ad impugnandum tantùm relatæ, facit quòd dixi *in §. Opinio n.* 6. *& §. Juramentum nu.* 57. reperendo ibi proteſtata. Et de occaſione proxima peccati tollenda, & vitanda, & an aliquo caſu tolerari poſſit, Graff. *deciſ. lib.* 1. *cap.* 28. Mich. Feno Manriq. *Quæſt. Vicar.* 119. *per tot. part.* 2. latè Lembier. *de propoſit. Damnat.*

14 Peccati periculo ſe exponere an ſit peccatum, dixi *in §. Periculum n.* 27. *& §. Oſculum n.* 3. *in fine.* late Fagnan. *in cap. ne innitaris nu.* 207. 208. 213. 291. 294. *de Conſtitut.*

15 Peccata parentum juſtè puniuntur à Deo in hac vita in filiis uſque ad tertiam, & quartam generationem, ut habetur *Exod.* 20. *&* 34. Joſve 7. ac alibi; Judices verò creati non poſſunt infligere pœnam ſenſus, aut tormentorum filiis pro peccatis parentum, ſicuti benè explicat Gabriel Vaſquez *in S.Th.* 1.2.*tom.* 1. *diſp.* 35. *per tot. fol.* 604. *&c. diſp.* 141. *artic.* 8. *fol.* 633. ubi generaliter an aliqui puniantur pro peccatis aliorum, vide *in §. Filius n.* 24.

Alia de peccatis remiſſivè Caſtejon. *in Alphab. jur. verb. Peccata.*

16 Peccata mortalia per juſtificationem ſemel dimiſſa, iterùm perſequens peccatum mortale non redire, neque imputari, latè demonſtrat Gabr. Vaſq. *in S. Thom.* 1. 2. *tom.* 2. *diſput.* 208. *per tot. fol.* 194. *& ſeqq. & in* 3. *part. tom.* 4. *quæſt.* 88. *per tot. fol.* 95. *& ſeqq.*

An verò merita vitæ æternæ, & gratia habitualis interrupta per peccatum mortale, imò iterùm reddeant per juſtificationem, idem Vaſquez *in D. Thom.* 2.2. *diſput.* 221. *per tot. fol.* 626. *&c.* ubi benè probat merita per peccatum mortificata, per juſtificationem reviviſcere, imò ex Divo Auguſtino, dium eſſe credere, opera bona etiam in ſtatu peccati facta à Deo remunerari; quòd mihi valde probatur ex infinita bonitate Dei, à quo ſicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum in re muneratum relinquitur, & maximè ſi opera bona in ſtatu peccati facta, iterùm in ſtatu gratiæ animo, & affectu repetantur; atque devotè ex corde Deo offerantur, ut ſæpè mecum cogitavi, & in quodam devoto libro legiſſe memini, ſalvo, &c. rurſus idem Vaſq. *in* 3. *part. S. Thomæ tom.* 4. *quæſt.* 89. *per tot. fol.* 112. *& ſeqq.* ubi latè qualiter per pœnitentiam virtutes reparentur, & præcipuè *art.* 6. *fol.* 123. ibi *Ego verò crediderim etiam aliud intendere Auguſtinum ſcilicet ipſa gratia remiſſionis peccatorum, quæ juſtificat impium, & deſtruit peccatum remunerare opus ſuum, quod in peccatore plantaverat, quia & bona opera ex auxilio Dei ipſo plantante facta eſſe meritoria de congruo, & impetratoria vitæ æternæ*, docuit ipſe 1. 2. *diſp.* 218. *tom.* 2. *fol.* 599. *&c.*

17 De peccatis, eorum gravitate, damnis, & effectibus, de peccato originali, de mortali, & veniali cogitationis, verbi, & operis, aliaque plura ultra Summiſtas, & Theologos morales indicat Caſtejon. *Alphab jurid verb. Peccata*, & Com. Auguſt. Font. *Biblioth. legal. part.* 5. *eadem verb. fol.* 296. & melius ex ſacris paginis, Patrum Sententiis, Poetarum dictis, Philoſophorum aſſertionibus *nova polianthea verb. Peccatum.* Latè Fagnan. *ſupr. Decr. in Indic. general. verb. Peccatum* Layman. *in Theol. Moral.*

Aliqua etiam de diverſis peccatis in foro conſcientiæ, quæ in foro exteriori non puniuntur, Valer. *de differ. utriuſque fori verb. Peccatum per tot.* 18

An peccet quis teſtando, & privando proximiores ab inteſtato ſucceſſuros, & extraneos inſtituendo, an nolens obedire ſuperiori, noles converſari, alloqui, vel tractare cum aliquo, & in ſimilibus caſibus, & ſi poſtea pœniteat an teneatur revocare teſtamentum, & aliquid relinquere illis, quos odio prætererat, & alia ad rem, Cyriac. *contr.* 405. *per tot.* faciunt notata *in §. Inimicitia n.* 8. *cum Addit. n.* 10. *& in §. Pax num.* 1. *cum Addit.* 19

Peccata ipſa an cadant ſub ſigillo confeſſionis Sacramentalis Fagnan. *in cap. officii n.* 26. *& ſeqq. de Pœnit. & Remiſſion.* 20

Revelatio peccati in confeſſione detecti an cadat ſub prohibitione poſitiva Eccleſiæ Fagnan. *loc. cit. n.* 33.

Peccatum an oporteat eſſe mortale ad hoc ut pænitentiæ Sacramentum ſit ad ſalutem neceſſarium Fagnan. *in cap. omnis nu.* 8. *cum ſeqq. de Pænit. & Remiſſ.* 21

Peccata venialia tantùm habens non tenetur confiteri jure divino ob obtinendum juſtificationis gratiam Fagnan. *in dict. cap. omnis n.* 9. 22

Peccata venialia tantum habens an teneatur jure poſitivo ſemel in anno confiteri, ut ſatiafaciat præcepto Eccleſiæ Fagnan. *in cap. omnis d. n.* 14. *de Pænit. & Remiſſ.*

Peccata venialia non tenetur quis confiteri ſemel in anno ſpecialiter, & numeraliter, ſed in generali Fagnan. *ibid. n.* 17. 23

Peccata venialia à gratia Dei non excludunt Fagnan. *ibid. n.* 11. Et quamvis utiliter in confeſſione dicantur, tamen citra culpam taceri, & multis aliis remediis expiari poſſunt Fagnan. *ibid. n.* 12. Fallit in duobus caſibus Fagnan. *ibid. n.* 13. 24

Peccatum mortale, & veniale, quaſi infinite diſtant: quare ex venialibus quantumvis multiplicatis non efficitur mortale Layman. *Theolog. Moral. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 5. *n.* 3. *pag.* 28., ſed vide infra. 25

Peccata venialia ſunt vel ex genere ſuo, vel ex materiæ levitate, vel ex imperfectione actus, ſeu humanæ deliberationis. Layman. *Teolog. Moral. ibid. num.* 6. 26

Et ſi peccata venialia ſint contra legem Dei, non tamen ſunt contra finem legis, quæ eſt caritas, & amicitia cum Deo Layman. *Teolog. Moral. ibid. n.* 2.

Cum aliquid per ſe malum non eſt, ſed indiferens, exceſſus in ejus appetitione, uſuſve eſt tantum peccatum veniale Layman. *Teolog. Moral. ibid. n.* 6.

In peccatis quibuſdam adverſus Deum qualia ſunt odium, infidelitas, perjurium aſſertorium non reperitur veniale ob materiæ levitatem Layman. *Theol. Moral. d. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 5. *n.* 6. *& dict. pag.* 28. 27

Peccatum nullum eſt adeo veniale, quod non fiat mortale, dum placet Fagnan. *in cap. A crapula nu.* 25. *de vit. & honeſt. Cler.* Declaratur Fagnan. *loc. cit. num.* 31. 28

Peccatum veniale an, & quando poſſit fieri mortale Fagnan. *ubi ſup. n.* 27. *&* 32.

Peccata minima, ſi negligantur, occidunt Fagnan. *loc. adduct. n.* 28. 29

Peccata propria dumtaxat ſunt in confeſſione aperienda, non autem aliena Fagnan. *in cap. Omnis n.* 27. *de pænit. & remiſſ.* 30

Peccato mortali non conſentiendum, ſed potius omnia mundi mala toleranda Fagnan. *in cap. Sacris n.* 28. *de his, quæ met. cauſ.* 31

Peccata Deus non dimittit ex parte, ſed ex toto Fagnan. *in cap. Majores n.* 61. *de baptiſm.* 32

Peccatum grave, & mortale idem ſunt Fagnan. 33

in

in cap. Falsidicus n. 146. de crim. fals.

34 Peccatum non est, quod est præter legem Divinam Fagnan. in cap. Cum esses n. 151. de testam.

35 Peccati iteratio transit in consuetudinem peccandi Fagnan. in cap. Cum non ab homine num. 59. de Judic.

36 Peccata in Spiritum Sanctum quot numerantur Layman. Theol. Moral. lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 3. pag. 165. Peccata in Spiritum Sanctum, quare sic appellantur Layman. ibid. n. 3. §. Eademque. Tanto liberius, & frequentius peccare quia facilis ejus remissio obtinetur per confessionis Sacramentum est circumstantia aggravans, quæ reduci potest ad peccatum in Spiritum Sanctum Layman. Theol. Moral. lib. 5. tract. 6. cap. 2. n. 8. in fin. pag. 265. tom. 2.

Peccatum in Spiritum Sanctum est peccatum obstinationis Fagnan. in cap. Immunitatem num. 22. de Immun. Eccles.

37 Peccatum eadem qualitate purgatur, qua originatur Fagnan. in cap. Manifesta num. 16. de Pænit. & remiss.

38 In occasione proxima Peccati ex sententia cujusdam Teologi licitum est perseverare ob sui, vel alterius comodum spirituale, vel temporale Fagnan. in cap. Ne Innitaris, n. 322. de constit.

39 Ex peccato unius, etiam alii ad peccandum provocantur Bellegrand. in compend. rer. Crim. Method. tract. 1. quæst. 24. n. 15.

40 Peccata comittens in una diæcesi potest illa confiteri in alia Guazz. defens. 25. cap. 1. n. 26. Altimar. de Nullit. rub. 9. quæst. 26. n. 8. tom. 1.

41 Peccata non confitentur per procuratorem Altim. de Nullit. rub. 11. quæst. 27. n. 20. tom. 2.

42 Qui gravius peccat, graviori etiam pœna plecti debet Antoncll. de temp. legal. lib. 2. cap. 34. n. 20. & 21. Rot. dec. 413. n. 37. tom. 2. part. 19. rec.

43 Peccantes publicè, palam sunt corrigendi Fagnan. in cap. manifesta n. 17. & seqq. de Pænit. & Remiss. Et vide eumd. in Indic. gener. verb. pænit. public.

44 Peccare nemo debet sub spe veniæ Fagnan. in cap. immunitatem n. 21. de Immunit.

45 Peccator quilibet occultus potest, peracta pænitentia, promoveri, & ministrare, nisi sint crimina, quæ post pænitentiam impediant ordinis executionem Fagnan. in cap. quæris num. 43. de Ætat. & qualit.

46 Peccata quandoque simili nomine censentur, quæ simili pœna puniuntur Fagnan. in cap cum pridem n. 23. de Pact.

47 Peccatum non comittitur nisi inobedientiæ, in his, quæ non sunt in se mala, nisi quia prohibita Fagnan. in cap. Cùm pridem n. 4. de pactis tom. 1. Contrarium Fagnan. ibid. n. 12. & 22. & seq.

48 Illa peccata specie differunt, quæ diversis virtutibus adversantur Layman. Theol. Moral. lib. 1. tract. 3. cap. 2. n. 2. corol. 1. pag. 25.

49 Plures sunt peccatorum, quam virtutum species Layman. Theol. Moral. loc. sup. cit. n. 3.

50 Peccatum aliud specialiter contra Deum est, aliud contra ipsum peccantem, & aliud contra proximum Layman. Theol. Moral. lib. 1. tract. 3. cap. 4. num. 5. pag. 27.

51 Peccata alia spiritualia, & alia carnalia dicuntur Layman. Theol. Moral. loc. prox. cit. n. 6.

§. PECULIUM. XI.

1 PEculium aliud est adventitium, & profectitium, aliud castrense, aliud quasi castrense, & dicitur parva quædam pecunia, quam servus, vel filius familias per parsimoniam acquisivit, & separata est à rationibus paternis, & dominicis, glos. Bart. & alii in Rub. ff. de pecul. Oinot. in §. actiones n. 1. &c. Institut. de act. fol. 399. Paul. Christin. dec. Belgic. 34. vol. 3. ubi alia plura de actione de peculio, & de in rem verso, quando, quibus, & contra quos competat, adde Zamoran. tract. de compensat. disp. 4. cap. 25. per tot. ubi de dicto quadruplici peculio, & qualiter procedere possit occulta compensatio inter patrem, & filium propter acceptationem rei ad alterum ipsorum spectantis, Jo. Dominic. Pansut. controv. forens. 6. per tot. ubi de quo peculio filius famil. possit testari, vel non, Nicoli. Elucubr. utriusque jur. Instit. Imper. tit. de patr. potest. nu. 8. & tit. per quas personas &c. in princ. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. subsect. 3. interject. 15. nu. 4. pag. 222. Brunnemann. supra Cod. libr. 3. tit. 28. leg. 37. n. 1. pag. 218.

Peculium adventitium est omne id, quod filius acquirit non ex bonis patris, sed aliundè ex propriis laboribus, ex prospera fortuna, à matre, vel ex linea materna, l. cum oportet, ubi glos. & scribentes, Cod. de bon. quæ lib. Oinot. Institut. per quas pers. cuique dom. acq. n. 12. cum Addit. in dict. §. Actiones n. 1. Institut. de act. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 3. in princ. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 20. n. 6. &c. ubi de lucro facto à filio ex fructibus fundi sibi à patre pro alimentis assignati, an sit adventitium, vel profectitium. Pellegrin. loc. cit. Palm. nep. alleg. 45. n. 24. tom. 1. & dec. 15. n. 20. tom. 1. De Luc. de Donat. disc. 8. n. 5. Ansald. dec. 49. n. 27. 2

Est proprium ipsius filii, nec eum fratribus est communicandum, neque in legitimam imputandum, Merlio. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 27. n. 1. Michalor. loc. citat. cap. 5. nu. 2. &c. Pellegrin. loc. cit. num. 8.

Quid verò sit dicendum de melioramentis per patrem factis in hujusmodi bonis, vide in §. Melioramenta n.

Quòd hodie dictum peculium quoad proprietatem spectet in totum filio, quo verò ad usumfructum patri, d. l. cum oportet, ubi DD. & in eo dicatur filius habere hæredem, Corn. cons. 27. num. 9. cons. 130. n. 2. & cons. 179. n. 3. lib. 2. Boer. qu. 67. n. 1. Michalor. de fratr part. 1. cap. 3. n. 3. Paul. Christin. dec. 75. n. 1. &c. dec. 76 volum. 4. ubi plura de hac materia, & ad quæ teneatur pater usufructuarius. Vide Brunnemann. in d. l. cum opportet. Pellegrin. d. n. 8.

Quòd pater sit legitimus administrator dicti peculii, l. 1. Cod. de bon. mater. & d. l. cum oportet, & ideò possit illud alienare, etiam sine decreto judicis quamvis filius esset minor, tam ob necessitates proprias, quàm ipsius filii, Gratian. disceptat. for. cap. 107. n. 11. &c. vide tamen Paul. Christin. dec. 73. n. 3. &c. vol. 4. ubi quando filius etiam vivo patre possit rescindere alienationem. Latè Brunnemann. in d. l. 1. ubi pro utraque parte. Pellegrin. d. n. 8.

Et si ususfructus fuerit per patrem remissus, tunc dictum peculium spectat in totum filio, ita ut licet aliàs fructus percepti in vita patris sint cum fratribus communicandi, tamen stante dicta remissione cessat collatio, & communicatio, Boer dec. 196. Michalor. de fratribus part. 1. cap. 5. num. 5. &c. Gratian. discept. forens. cap. 713. n. 25.

An autem simplex permissio patris operetur donationem à principio validam, vel morte confirmandam, Franch. dec. 585. Roit. & De Luc. in add. ad eundem. 3

Peculium adventitium, quoad usumfructum acquiritur pater, etiam si filios, vel filia sint conjugati, cùm adhuc duret patria potestas, nisi vigore statuti, vel consuetudinis salvatur patria potestas, per matrimonium, vel alia de causa, nam tunc in quæsitis post hujusmodi dissolutionem cessaret ususfructus ad favorem patris, non autem in quæsita durante patria potestate, Boer. qu. 195. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 3. n. 11. &c.

Quòd in quæsitis per filium post sequtam emancipationem pater habeat usumfructum pro medietate quasi in præmium emancipationis, l. si vivo, C. de bon. mater. Roman. sing. 547. Michalor. ubi supra, Gratian. discept. for. cap. 713. n. 46. &c. Rot. part. 13. recent. dec. 382. n. 1. & seqq. ubi quod pater ob filii emancipationem spontè peractam amittit dimidiam partem ususfructus bonorum dotalium, altera vero in præmium liberationis filio concessa, penes ipsum remanet juxta text. in l. cum oportet, §. cum autem, ubi Bartol. & alii C. de bon. quæ lib. & in §. hoc quoque, Instit. per quas person. nob. acquir. Castil. de usufr. cap. 64. num. 7. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 7. part. 3. n. 42. intelligendo

do in terminis juris communis, cujus vigore ususfructus debetur patri ratione patriæ potestatis, secus autem in usufructu illi debito vigore alicujus statuti, vel consuetudinis, quia tunc non, obstante emancipatione deberet integer remanere penes patrem, uti maritum matris prædefunctæ, & ex propria persona, ab onera matrimonii, quæ sustinuit juxta decisionem Cavaler. 442. num 6. ut declarat Rot. *d. part.* 13. *dec.* 382. *n.* 4. & *seqq.*

Hujusmodi acquisitio ususfructus quoad patrem fit ipso jure, Aret. *in §. Item nobis Instit. per quas pers. nob. acquir.* Gratian. *discept. for. cap.* 519. *nu.* 17. &c.

Et durat toto tempore vitæ ipsius patris, etiam si filius præmoriatur, *l.* 1. *Cod. de bon. Matcr.* Boer. *decis.* 172. *n.* 33. Michalor. *de fratrib. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 15. Gratian. *discept. forens. cap.* 781. *n.* 49. *c.* 820. *n.* 12. &c. Cavaler. *dec.* 442. *n.* 4. *etc.* vide *in §. Ususfructus n.* 28.

4 Peculium adventitium non quæritur patri quoad usumfructum in pluribus casibus.

Primò si consistat in dote, cum servire debeat pro oneribus matrimonii, licèt secus sit in lucro dotali, cùm tunc cesset ista ratio, Bart. *in l. contra, §. quoties num.* 2. *ff. rer. amot.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 22. &c. Vide Em. De Luc. *de servit. disc.* 62. *n.* 8.

Secundò si pater neget filio alimenta, *l. pen. Cod. de patr. pot.* Michalor. *loc. cit. num.* 24. Vide Brunnemann. *in dict. l. cum opportet n.* 3.

Tertiò si relictum fuerit filio cum hac conditione, quòd pater non habeat usumfructum, *Auth. excipitur, Cod. de bon. quælib.* Boer. *decis.* 193. Michalor. *loc. citat. num.* 25. &c. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 989. *num.* 20. &c. Paul. Christin. *decis.* 207. *volum.* 5. Merlin. *dec.* 308. *n.* 7. &c. ubi limitat quando ususfructus esset patri debitus vigore statuti, nam tunc non potest illi præjudicari, ut dixi *in §. Uxor num.* 16. Brunnemann. *dict. auth. excipitur.* Em. De Luc. *De servit. disc.* 60. 61. 64. 106. *De Fideicomm. disc.* 242. Berlich. *decis.* 136. *part.* 1. ubi quod hæc prohibitio potest etiam fieri tacitè.

An autem possit per matrem prohiberi ususfructus patris etiam in legitima, & an sit necessaria expressa prohibitio, vel sufficiat tacita per conjecturas, Gratian. *discept. forens. cap.* 713. *num.* 18. &c. & *num.* 70. & *seqq. ad* 86. *cap.* 939. *num.* 18. &c. Franch. *decis.* 161. Altograd. *cons.* 50. *n.* 239. &c. *lib.* 1. Paul. Christin. *decis.* 207. *num.* 8. &c. *vol.* 5. ubi quòd fuit decisum ad favorem patris juxta opinionem Bart. *in Auth. excipitur, C. de bon. quælib.* Quòd ususfructus possit prohiberi patri tam expressè, quàm tacitè in bonis filio delatis, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 119. *num.* 11. & *seqq.* & *part.* 18. *decis.* 140. *per tot.* ubi ex multis arguitur dicta tacita prohibitio, & denegatur ususfructus patri in bonis filiæ à marito relictis. Brunnemann. *in dict. Auth. excipitur num.* 5. Berlich. *dict. decis.* 136. & *decis.* 137. *part.* 5.

Quartò non quæritur patri ususfructus in bonis, in quibus unà cum filio succedit sive ab intestato, sive ex testamento, attenta maxime testatoris voluntate, Franch. *decis.* 561. Ang. *in §. Igitur num.* 5. *Institut. per quas person. vol. acquir.* Surd. *cons.* 116. *n.* 40. Gratian. *discept. forens. cap.* 685. *num.* 4. *cap.* 713. *num.* 30. *cap.* 781. *n.* 44. &c. Pascal. *de patr. potest. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 33. Christin. *decis.* 207. *num.* 15. &c. *vol.* 5. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 366. ubi quòd idem est in legato, & latiùs *decis.* 445. ubi quòd idem est in quolibet relicto, & attenta testatoris voluntate etiam ex conjecturis resultante, quæ duæ decisiones sunt in eadem causa, & *part.* 16. *decis.* 41. Altograd. *cons.* 48. *num.* 10. *lib.* 2. ubi limitat non procedere si ex dispositione statuti esset patri reservatus ususfructus, quia tunc illum non amittit, non obstante simultanea successione, & allegat Gratian. *d. cap.* 781. *num.* 44. &c. adde Alb. *cons.* 110. Andreol. *controv.* 224. Curel. *de donat. disc.* 3. *part.* 1. Rot. *part* 13 *recent. decis.* 547. & De Luca *de servit. discurs.* 61. & 62. Brunnemann. *in auth. Item hæreditas C. de bon. quæ liber.*

Quòd propter simultaneam successionem non quæratur patri ususfructus, jam verò quæsitus in bonis unius ex filiis prædefuncti semper retineatur non obstante simultanea successione cum aliis filiis, Cavaler. *dec.* 442. *num.* 4. &c. vide Michalor. *de fratribus part.* 1. *cap.* 3. *num.* 27. &c. ac alios supracitatos.

An autem si pater transeat ad secunda vota, per quem transitum amittit proprietatem suæ portionis, quam tenetur reservare filiis, recuperet, & reacquirat usumfructum in portione obventa dotis filiis ex hæreditate fratris prædefuncti, cùm tunc videatur cessare effectus simultaneæ successionis, Franch. *decis.* 573. ubi fuit in favorem filii contra patrem per rationes, & jura ibi allegata. Ubi etiam latè modern. add.

Quintò non quæritur patri ususfructus in donatis à Principe, vel alio habente jura Imperii, hujusmodi enim donata retinentur in totum per filium ad instar peculii castrensis, *l. cum multa, Cod de bon. quæ lib.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *num.* 29. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 993. *num.* 10. &c. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 54. *num.* 3. & 4. ubi quòd effectus patriæ potestatis cessat in concessionibus factis à Principe, vel à Camera, quæ idem reputantur. De Luc. *de servit. disc.* 60. *n.* 10. Brunnemann. *in l. cum multa C. de bon. quæ liber.*

Sextò peculium adventitium desinit pertinere ad patrem, quoad usumfructum si efficiatur monachus, Boer. *decis.* 197. *num.* 10. Michalor. *d. cap.* 3. *nu.* 31. Vide Brunnemann. *in auth. idem est n.* 3. *C. de bon. quæ liber.*

Contrarium autem, & quoad ususfructus transeat ad monasterium durante vita naturali ipsius patris professi, Gratian. *disceptat forens. cap.* 519. *num.* 20. &c. *cap.* 713. *num.* 45. &c. *cap.* 825. *nu.* 1. &c. & dixi *in §. Ususfructus num.*

Septimò non quæritur patri ususfructus in bonis feudalibus, vel aliis ad hæredes non transmissibilibus, Boer. *decis.* 199. *nu.* 2. &c. Duen. *reg.* 363. Surd. *cons.* 316. *n.* 31. Michalor. *d. cap.* 3. *num.* 32. Sanfelic. *decis.* 83. *num.* 5. & *seqq.* ubi quòd nec quoad commoditatem, vel alimenta, ut filius possit præstare servitia domino. Idem De Luc. *dict. disc.* 60., & *de Feud. disc.* 86.

Octavò quando pater noluit adire hæreditatem filio delatam, quàm postea filius per se adivit, Boer. *decis.* 196. *num.* 5. Michalor. *d. cap.* 3. *n.* 33. Gratian. *discept. forens. cap* 713. *n.* 39. &c. Vide Brunnemann. *in l. cum non solum n.* 3. *C. de bon. quæ liber.*

Nonò in acquisitis à filio per usuram, & illicitos modos DD. *in l. quod sursur, ff. de acquir. poss.* Michalor. *loc. cit. num.* 34. Gratian. *d. cap.* 213. *n.* 33.

Decimò si ipse pater remittat usumfructum, *l. cum oportet, §. sin autem, Cod. de bon. quæ lib.* Gratian. *discept. forens. cap.* 741. *nu.* 4. &c. Brunnemann. *in auth. idem est §. non autem* 2. *C. de bon. quæ liber.*

Undecimò si pater contrahat incestuosas nuptias *§.* 1. *col.* 2. *Auth. de incest. nupt.* Michalor. *d. cap.* 3. *num.* 35. Gratian. *cap.* 713. *num.* 24. & *num.* 43. &c.

Duodecimò si filio relictus fuerit tantum ususfructus, cùm servitus servitutis esse non possit, *l.* 1. *ff. de usufr. leg.* Michalor. *d. cap.* 3. *num.* 39. Gratian. *d. cap.* 713. *n.* 44. Altograd. *cons.* 50. *n.* 234. *lib.* 1.

Decimotertiò si peculium quæsitum fuerit filio ob culpam, vel contraventionem patris, *l. Imperator, ff. ad Trebellian.* & exemplificat Michalor. *d. cap.* 3. *num.* 40. &c. Gratian. *dict. cap.* 713. *num.* 23. &c. ubi etiam plures alios casus refert, in quibus patri non quæritur ususfructus Boer. *decis.* 193. Surd. *cons.* 116. Gabriel. *cons.* 118. *lib.* 1. Curel. *de donat. part.* 1. *disc.* 3. qui etiam generaliter concludunt, quòd pater gravatus restituere filio in aliquo casu, illo adveniente hæreditatem tenetur restituere filio, nullo sibi retento usufructu.

An autem in prædictis, & aliis casibus, in quibus pater non habeat usumfructum, habeat saltem illius commoditatem, affirmativè tenet Angel. *in §. Igitur, Institut. per quas person. nob. acquir.* Roman. *cons.* 112. Alexand. *in l. pen. Cod. qui test. fac. poss.* vide Michalor. *dict. capit.* 3. *num.* 52. &c. Gratian. *d. cap.* 713. *num.* 23. latè Pellegrin. *decis.* 120. *per tot.*

Quòd

Quòd hoc autem esse possit solùm quando prohibetur patri usufructus ea ratione, quod super alios usufructus concedi non possit propter juris subtilitatem, aliàs secus in aliis casibus, reprobato Angel. & aliis de veriori, & receptiori opinione testatur pluribus relatis, Altograd. *cons.* 50. *num.* 247. *lib.* 1. vide Franch. *decis.* 10. *num.* 9. *& decis.* 161. *num.* 8. Peregrin. *d. decis.* 105. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 83. *num.* 7. *& seqq.* ubi loquitur in feudalibus, in quibus nec commoditas, nec alimenta patri competunt

An autem in primogenitura nepoti ab avo constituta, queratur patri usufructus, latè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 41. *per tot.* Quòd in bonis majoratus filii, habeat pater usumfructum, quidquid secus sit in feudalibus, & quare, Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 18.

5 Peculium non profectitium dicitur omne id, quòd filius acquirit ea bonis paternis, vel contemplatione patris, & istud in totum acquiritur ipsi patri tam in usufructu, quàm in proprietate, & est cum fratribus communicandum, DD. *in l. cum oportet*, *Cod. de bon. quæ lib.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 4. *et* 5. *n.* 16. Merlin. *de legit. libr.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 26. Gratian. *discept. forens. cap.* 781. *n.* 24. *etc. cap.* 663. *per tot. c.* 405. *n.* 4. 28. *etc.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 20. ubi an lucrum factum à filio ex fructibus fundi sibi à patre pro alimentis assignati reputetur profectitium, vel adventitium, Vivi. *comm. opin.* 314. ubi limitat non procedere in illicitè quæsitis, quæ patri non acquiruntur, nec sunt fratribus communicanda, & exemplo demonstrat esse abstinendum, ac valdè timendum ab hujusmodi turpium, & illicitorum lucrorum participatione, & possessione. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 15. *n.* 7. De Luc. *de Donat. disc.* 1. *n.* 12. *de Credit. disc.* 80. *n.* 3. *de Fideicom. disc.* 145. *num.* 4. *de Jurepatr. disc.* 16. *n.* 8.

Si tamen in acquisitione ea bonis patris intervenerit etiam opera, & industria filii proprio nomine agentis, reputabuntur quæsita pro medietate peculium adventitium, & pro alia medietate profectitium, nisi industria filii appareret major, & pretiosior pecunia patris, quia tunc pro majori parte esset adventitia; vel è contra; si verò filius nomine patris egerit, potest tantùm prætendere salarium, Merlin. *de legit. d. quæst.* 26. *num.* 10. *etc.* Menoch. *de arbitr. cas.* 126. Michalor. *d. cap.* 4. *num.* 2. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 401. *num.* 22. *etc. cap.* 543. *num.* 16. *etc.* vide *in §. Frater num.* 8. *et §. Salarium num.* 11. *infra num.* 8. Vivi. *comm. opin.* 314. ubi quòd ideò pars profectitia est cum fratribus communicanda, adventitia verò secus. Vide Em. De Luc. *De Credit. disc.* 80.

Quando concessio bonorum facta filiis à patre importet peculium, vel donationem inter vivos, & quid inde resultet, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 30. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 3. 87. *per tot.* vide *in §. Divisio n.* 21. *&* 12. *& §. Pater num.* 34.

6 Peculium castrense est illud, quod verè, & realiter occasione militiæ acquiritur per filium, & tale dicitur omne id, quod patre consentiente filius defert ad castra, sicut donationes, legata, & hæreditates relictæ filio occasione militiæ, & omnia ex illo acquisita, vel in servitio, & palatio Regis, *l. castrense*, *ff. de castr. pecul.* Gratian. *discept. forens. cap.* 993. *num.* 10. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *quæst.* 1. *per tot. & cap.* 22. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 138. *volum.* 5. Pellegrin. *loc. cit. n.* 5. Brunnemann. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 28. *leg.* 37. *n.* 3.

Quænam salaria veniant sub nomine peculii castrensis, vel quasi, latè Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæst.* 26. *per tot.*

7 Peculium quasi castrense est illud, quòd filius acquirit ea aliqua scientia, dummodò secundùm aliquos proveniat ex publico officio, licèt secundùm veriorem opinionem sufficiat provenire etiam à privatis, & tale dicuntur quæsita per Advocatos, Procuratores, Notarios, Medicos, Lectores, Magistros, Clericos, & similes; efficitur illorum proprium, non venit conferendum cum fratribus, potest illius respectu oriri obligatio inter patrem, & filium, qui potest de eo ad libitum disponere, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, licèt non possit patrem præterire, vel exhæredare, Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 2. *per tot. & cap.* 23. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 56. *num.* 33. *&c. cap.* 576. *num.* 4. *&c. cap.* 706. *num.* 54. *&c. cap.* 995. *n.* 18. *&c.* Paul. Christin. *decis.* 138. *vol.* 5. Vivi. *comm. opin.* 610. Constantin. *ad Statut. Urb. lib.* 3. *annot.* 63. *art.* 2. *tom.* 2. Pellegrin. *ubi supra n.* 6. Brunnemann. *loc. cit.*

Quòd omnia quæsita per filium familias Clericum dicantur peculium quasi castrense, & patri non quæratur usumfructus, Altograd. *cons.* 50. *num.* 236. *&c. lib.* 1. Gratian. *discept.* 49. *num.* 4. *cum addit. num.* 9. *&c.* vide *in §. Clericus num.* 41. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 533. ubi qualiter filiusfamilias Clericus possit testari de bonis undequaque quæsitis, excepta tamen provenientibus ab Ecclesia. Intelligendo dummodò habeat tria requisita pro privilegio fori, quæ sunt necessaria etiam ad effectum testandi, et recedendo à prius decisis, latè firmat eadem Rota *part.* 16. *decis.* 304. ubi plura pro exclusione dictorum requisitorum ad annullandum testamentum à prætenso Clerico factum, *& dec.* 392. *dict. part.* 17. *& part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 19. *per tot.* Vide Brunnemann. *in C. lib.* 1. *tit.* 3. *leg.* 34.

Item omnia donata à Principe, etiam intuitu meritorum patris, ita ut non sint conferenda, nec imputanda, neque possit filium in eis molestari ab aliquo creditore patris, latè Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *vol.* 57. *&* 128. *per tot.* vide *in §. Donatio num.* 18. Brunnemann. *in l. cum mult. C. de bon. quæ liber.*

Peculium castrense, vel quasi castrense dicuntur 8
omnes fructus, & redditus provenientes merè, & immediatè ea istis peculiis; si verò proveniant hujusmodi redditus mediante opera, pro medietate dicuntur castrense, vel quasi, pro alia medietate adventitium, cùm regulariter in negotiationibus medietas soleat tribui pecuniæ, & alia medietas operibus, Bart. *in tract. de duobus fratr. num.* 13. Michalor. *eodem tract. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. *&c.* Lanfranc. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 32. *n.* 9. *&c. supra num.* 5.

Peculium castrense, vel quasi est proprium ipsius 9
filii, in eo reputatur paterfamilias, ac potest utiliter de eo disponere, nec venit conferendum, neque in legitimam imputandum, Michalor. *de fratr. part.* 1. *quæst.* 1. *& cap.* 5. *num.* 1. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 21. *nu.* 1. *& quæst.* 27. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 993. *num.* 10. Pellegrin. *loc. cit. num.* 5.

Peculium adventitium non venit in confiscatio- 10
ne bonorum, nec quoad proprietatem, nec quoad usumfructum sed patri conceditur, & idem est de castrensi, vel quasi, nisi ageretur de crimine læsæ majestatis, quo casu confiscatur proprietas, reservato patri usufructu ejus vita durante, Osasch. *decis.* 94. Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 3. *num.* *&c. & cap.* 4. *num.* 6. ubi quòd nullum peculium potest confiscari, limitat tamen quatuor modis, ut ibi in fine, & vide Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 1. *nu.* 124. *&c.* Clar. & Addent. *quæst.* 78. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 264. *num.* 4. *&c.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1158. *per tot.* Cardin. Tuschus *litt. C. conclus.* 719. *num.* 75. *et* Farinac. *quæst.* 24. ubi pluribus modis limitat, dixi *in Pract. §. Confiscatione n.* 17. Merlin. *decis.* 68. *n.* 13. *& seqq.* ubi quòd nullum peculium etiam castrense potest confiscari ea delicto filii, sed servatur patri in solatium patriæ potestatis, latè Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 13. *limit.* 27. 28. *&* 29. *per tot.* Conciol. *resol. crimin. verb. Confiscatio resol.* 8. 9. 10. 11. 12. *&* 13. ubi quòd nullum peculium confiscatur neque ea delicto filii, neque ex delicto patris, excepta læsa majestate humana, & Divina; & novissimè reperit Fulv. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 41. *et seqq. fol.* 55. quibus adde benè declarationem Gutierez *in Prax. quæst.* 41. *per tot.* facit quod dixi *in §. Usufructus num.* 28. *in fine*, Alvarez. Pegas. *resolut. forens. cap.* 17. *per tot.* ubi de peculio castrensi non confiscando præterquam in crimine læsæ Majestatis, vel quando ultra confiscationem esset imposita pœna mortis, vel si

aufe-

euferantur per sententiam sola bona, non mutato statu, & allegat Guaz. Peregr. & Farinac, *loc. cit.* ac ita tenere etiam Maslin. *de confiscat. quæst.* 27. *num.* 4. & 5. vide Alfar. *de offic. fisc. glos.* 20. §. 10. *n.* 199. & *seqq.* Fermosin. *de confisc. alleg.* 35. Antunez. Portugall. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 9. & & *seqq. per tot.* ubi de peculio adventitio, & profectitio, & *cap.* 24. *per tot.* ubi de peculio castrensi, & quasi castrensi, an, & quando possint confiscari, vel non, & benè totam materiam peculiorum declarat.

De peculiis alia etiam indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Peculium*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 207. Mendo *tract. de jur. Academ. lib.* 3. *quæst.* 40. *n.* 437. & *seqq. fol. mihi* 359. De Luc. *in Indice generali verb. peculium*, & *verb. usufructus*. Brunnemann. *sup. ff.* & *Cod.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. loc. cit.*

21 De differentia inter jus antiquum, & novum circa peculium, & bona filiorum familias. Card. De Luc. *de Donat. disc.* 39. *n.* 4. *disc.* 35. *num.* 18. *de Cred. disc.* 80. *n.* 10. *disc.* 86. *n.* 18. Et de introductione hujusmodi peculiorum. Card. De Luc. *de alien. disc.* 37. *n.* 30.

22 Peculium adventitium antiquo juri erat ignotum Card. De Luc. *de Cred. disc.* 80. *n.* 10. *disc.* 86. *nu.* 18. Et introductum est per jus novissimum. Card. De Luc. *de Success. disc.* 13. *n.* 4.

23 Peculium adventitium evadunt bona per patrem valide Filio donata Card. De Luc. *de Donat. disc.* 8. *n.* 5

24 Peculium adventitium in filio familias Clerico habet speciem profectitiorum Card. De Luc. *de Cred. disc.* 86. *n.* 19.

25 Peculium adventitium esse ex quibus probetur. Emerix Jun. *dec.* 429. *n.* 7 *tom.* 1.

26 Triplex bonorum adventitiorum Jus Brunnemann. *sup. C. lib.* 6. *tit.* 61. *leg. ultim.*

27 In peculio adventitio, in quo Pater habet usumfructum, an Fiscus succedat in usufructu vivente Patre Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 9. *tit.* 49. *l.* 1. & 3. *n.* 8.

28 Peculii assignatio an detur in Filio emancipato. Palm. Nepos *alleg.* 231. *n* 16. *tom.* 3.

29 Peculium profectitium evadit donatio sine causa facta per patrem Filio. Mendez. *in l. cum oportet C. de bonis quæ liberis part.* 1. *effect.* 3. *n.* 58. Rovit. *cons.* 15. & 16. *lib.* 1. Card. De Luc. *de Donat disc.* 8. *n.* 13. *disc.* 40. *n.* 5.

30 Bona assignata Filiis in vita Patris an peculii profectitii naturam sortiantur. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 232. *n.* 2.

§. PECUNIA. XIII.

1 PEcunia si mutetur in valore, vel bonitate intrinseca, an damnum spectet ad creditorem, vel ad debitorem, Pract. Pap. *act. hypoth. glos. relaxandum n.* 2. *cum addit.* Bart. & alii *in l. Paulus*, *ff. de solut.* Afflict. *decis.* 94. Everard. *loc. à rat. cas. controvers. nu.* 3. Thes. jun. *tract. de augm.* & *diminut. monet. per tot.* Guid. Panciroi. *thes. var. lect. lib.* 1. *cap.* 75. *per tot.* vide *in* §. *Moneta num.* 1. & §. *Mutatio n.* 1. & 2. ubi etiam an ad Dominum, vel Administratorem.

2 Pecunia de sui natura est res sterilis, nec pecuniam parere potest extra labem usurarum, Cenc. *de cens. quæst.* 34. *n.* 21. Sperel. *dec.* 91. *nu.* 25. &c. De Luc. *de Feud. disc.* 57. *n.* 14. *ubi declar.*

Addita personæ industria efficitur fructifera, Gratian. *disceptation forens. cap.* 387. *n.* 15. &c. *capit.* 688. *n.* 23. &c.

Item subrogata loco legitimæ, vel stabilium, parit fructus juxta æquitatem, *l. Curabit*, *C. de empt.* quasi tunc resultet quidam contractus permutationis, sive emptionis, & venditionis, Gratian. *discept. for. cap.* 759. *n.* 2. *cap.* 688. *nu.* 11. &c. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 275. ubi quòd idem est in pecunia destinata ad traficandum, & comparandum merces, nam & ista reputatur ut species, etiam non sequuto trafico ex culpa debitoris, ut dixi in §. *Fructus*. De Luc. *De Legitim. disc.* 26. *num.* 13. & 14. Emerix jun. *dec.* 69. *n.* 5. *dec.* 70. *n.* 2. & 3. & *dec.* 146. *sub n.* 22.

Item pecunia reinvestienda reputatur ut species, & ex ea debentur fructus, Gratian. *discept. forens. cap.* 932. *n.* 30. &c. *cap.* 941. *n.* 22. ubi etiam quòd non sit necessaria interpellatio, *cap.* 943. *n.* 15. &c. ubi quòd habetur pro re immobili, nec potest dici consumpta, vide *in* §. *Interesse n.* 14. & 16.

Quòd pecunia proveniens ex pretio bonorum stabilium (quidquid sit de proveniente ex redditibus) depositata ad effectum investiendi in utilitatem Ecclesiæ, sit tamquam res immobilis, & non possit alienari, & in emptionem census investiri absque debitis solemnitatibus, & alia ad hoc propositum, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 297. *n.* 1. & *seqq. infra n.* 5. &c.

Pecunia deposita à venditore rem venditam redimere volente, an spectet ad ipsum quoad periculum, vel ad emptorem recipere recusantem, vide *in* §. *Periculum num.* 3

Pecunia soluta per manum alterius, an præsumatur propria solventis, vel tamquam ministri illius pro quo solvitur, Gratian. *discept. forens. cap.* 590. *num.* 44. &c. *cap.* 113. *nu.* 58. &c. vide *in* §. *Solutio num.* 46. Rota *part.* 17. *recent. decis.* 194. *per tot.* & *par.* 18. *decis.* 579. *per tot.* Emerix *decis.* 156. *num.* 3. & 4. *tom. pr.* 4

Quòd quando creditor fatetur recepisse à debitore per manus Titii, Titius dicatur nudum ministerium præstitisse, & solvisse non de propriis, sed de ipsius debitoris pecuniis, Magon. *decis. Florent.* 43. *nu.* 14. vide Rot. *dict. decis.* 194. & 579.

Quòd pecunia in dubio præsumatur solventis, nisi aliter appareat ex conjecturis, Mascard. *de prob. vol.* 3. *conclus.* 1159. *per tot.* ubi quatuor modis limitat, vide Rot. *dict. decis.* 194. *per tot.* & *decis.* 579. Emerix. *dict. decis.* 156. *n.* 3. Vide Capar. *decis.* 753. *nu.* 6. & 7. *part.* 2.

Pecunia in emptionem stabilium destinata non reputatur inter immobilia, nisi in minorum, nam tunc illorum favore diceretur immobilis, & non posset alienari sine solemnitatibus, Boer. *decis.* 209. Felic. *de societat. cap.* 4. *num.* 32. Roland. *de dot. quæst.* 91. vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 222. *num.* 5. &c. *vol. pr.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 138. Thes. *decis.* 260. *num.* 6. & alios ab ipsis citatos. 5

Quòd pensio reservata, non facta mentione alterius pensionis sit nulla, & quid si fuerit facta mentio antiquæ pensionis, sed in minori summa, & alia, Merlin. *decis.* 722. *et* 770. ubi quòd facta mentione, sed in minori quantitate, fit reductio secundæ pensionis pro rata, *et decision.* 804. Rot. *par.* 9. *recen. decis.* 263. *num.* 8. *part.* 10. *decis.* 107. *n.* 15. *et seqq. et part.* 16. *decis.* 152. *per tot.* Si tamen extaret publica vox, & fama extinctionis primæ pensionis, licèt postea erronea detecta, vel stylus reservandi pensiones sine expressione antecedentium, posset sustineri forsan nova pensio absque mentione primæ, ad tradita per Rot. *dict. part.* 16. *decis.* 164. *et part.* 17. *dec.* 279. ubi plura pro nullitate secundæ pensionis, non facta mentione primæ, non obstantibus pluribus pro ejus sustentatione adductis *et part.* 18. *dec.* 323. ubi quòd stante nullitate primæ pensionis de illa non est facienda mentio in impetratione secundæ. Latè infra *in novissimis additionibus* Crescin. *num.* 45.

Quòd pensionarius non teneatur justificare dictam conditionem, quando non ipsi reservationi pensionis, sed postea fuit adjecta, quia tunc reddit pensionem conditionalem, Cavaler. *dec.* 184. *n.* 4. *etc.*

Nec etiam quando pensio fuit per transactionem ex causa litis reducta ad minorem summam, ut dixi in §. *Transactio num.* 28. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 507.

Quòd pensionarius debeat justificare dictam conditionem, etiam contra eum, qui reservationi consensit, cùm præsumatur sub alia conditione consensisse, etiam si fuerit plenè informatus de valore beneficii, prout contingit in Episcopatibus, quorum valor notus est Pontifici, & ideò tunc pensionarius non teneatur verificare dictam conditionem, cùm præsumatur Papam voluisse gravare, & derogare Concilio, vide Cavaler. *dec.* 181. *per tot. decis.* 83. *per tot. et decis.* 227. & alibi sæpe penes eumdem Cavaler. *in eadem causa*, recedendo à decisis pluries atque iterum confirmando, nempe *dec.* 951. 365. 404. 462. & 468. & alia causa *decis.* 262. & 383. *per tot.* latè etiam Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 57. ubi benè plures casus distinguuntur, & *decision.* 245. Bich. *decision.* 222. ubi quando gratia est conditionalis debet justificari etiam in Episcopatibus, & quare.

Quòd teneatur probare narrata in gratia, etiam si sit in quasi possessione exigendi, quando causa agitatur in petitorio, & maximè contra successorem, cui non obstat consensus ab antecessore præstitus, Merlin. *decis.* 343. *per tot.* latè Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 306. *per tot.* ubi concordat plures alias decisiones, quæ in contrarium allegari solent, & *par.* 11. *decis.* 11. *per tot.* ubi plura qualiter annulletur pensio propter falsam narrativam, & alia, & *p.* 11. *decis.* 187. *num.* 9. & *seqq. per tot.* & *part.* 12. *decis.* 178. *n.* 10. & *seqq.* benè Bich. *decis.* 255. ubi plenè pro nullitate pensionis in totum, non justificata supradicta conditione in petitorio, qui introitus non sint computandi, & quæ onera detrahenda.

Quòd pensionario existenti in quasi possessione exigendi, non possit retardari solutio, pendente judicio nullitatis, etiam commissa causa arbitrio Rotæ, latè Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 21. *per tot.* & *par.* 17. *decis.* 41. ubi plura de probatione valoris beneficii, quæ non attenditur in possessorio, ut sit plenè, & concludenter facienda in petitorio, & *dec.* 120. in eadem causa, & *dec.* 245. ubi fuerunt confirmatæ primæ decisiones. Vide Pen. *decis.* 214. *decis.* 666. *decis.* 749. & *decis.* 766. Crescin. ad eumd. Pen. *dict. decis.* 214.

De congrua Episcopo debita super fructibus suæ Ecclesiæ, non obstante præjudicio pensionariorum, etiam si Episcopus habeat aliundè, dummodò pensionibus non consenserit, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 351. *per tot.* & *dec.* 389. *in eadem causa*.

Pensio potest retardari nedum à successore in beneficio, sed etiam ab ipso, qui reservationi consensit, si pensionarius non probet implementum conditionis appositæ in reservatione, quòd scilicet remaneant centum pro Rectore, vel mille pro Episcopo, nisi esset in quasi possessione exigendi, in qua deberet manuteneri, etiam contra successorem, Burat. *dec.* 156. *per tot.* Ludovis. *decis.* 57. cum Beltramin. Gratian. *discept. forens. cap.* 426. *num.* & *per tot.* latè Barbos. *de Claus. claus.* 47. 48. & 49. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad dec.* 1. *par.* 9. *rec. tom. pr. n.* 95. & *seqq.* Rot. *par.* 16. *dec.* 120.

Plures alios casus, in quibus per titularem non est solvenda pensio, vide per Ricc. *Collect.* 1234.

Quando pensionarius teneatur justificare gratiam, quòd remaneant centum libera pro Rectore, vel mille pro Episcopo, juxta Concil. Trid. *de reform. sess.* 24. *cap.* 13. *c. extirpandæ*, & *c. cum secundum Apostolum de præbend.* Ludovis. *dec.* 245. *nu.* 11. &c. *dec.* 57. *n.* 2. & *per tot.* cum Beltramin. Cavaler. *dec.* 11. *per tot* & *decis.* 227. ac alibi sæpe ut supra Gratian. *discept. forens. cap.* 365. *num.* 40. &c. *cap.* 454. *in fine*, Rot. *divers. par.* 2. *dec.* 221. *num.* 4. vide Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 342. *per tot.* ubi plura de congrua Episcopo debita, ut etiam taxari possit à Papa in minori summa, prout in illo casu taxata fuit tantùm in scutis 700. & qualiter pensio reservata motu proprio Papæ, & cum consensu, & obligatione Episcopi, sit per ipsum solvenda, etiam habito respectu ad ejus bona propria, quæ onera sint deducenda, & alia ad hoc propositum. Rocc. Episc. *cap.* 191. *a n.* 59. *cum seqq. tom.* 2.

Interim tamen, dum disputatur de valore beneficii, debet pensionarius manuteneri in exactione pensionis, Gratian. *discept. forens. cap.* 948. *num.* 3. &c. cum aliis supracitatis, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 245. & 275. Rot. *part.* 55. *recent. decis.* 21. & *part.* 18. *decis.* 374. ubi quando denegetur congrua Rectori, non probata diminutione fructuum beneficii allegata.

Et commissio nullitatis pensionis, vel appellationis semper fit non retardata solutione pensionis, Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 266. Gigas *de pens. qu.* 85. ubi novem modis limitat, latè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *nu.* 177. & *seqq. per tot.* vide 20. modis limitat, & declarat, quando in causa pensionis sit licita appellatio, vel non ad utrumque effectum.

Quòd pensionarius debeat justificare omnia contenta in supplicatione, & concessione, cùm semper subintelligatur conditio, *si preces veritate nitantur*, nisi adesset consensus expressus Rectoris, latè Gratian. *discept. for. cap.* 535. *num.* 5. 20. *etc.* Ricc. *Collect.* 1604. Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 108. *et seqq. ad* 118. ubi adducit octo limitationes, in quibus non est opus justificare gratiam, & Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 6. *per tot.* ubi plura de valore beneficii probando à pensionario, vide in §. *Valor*.

Quòd quando litteræ fuerunt concessæ motu proprio, non egeant justificatione, nec quando fuerunt diu observatæ, Duran. *decis.* 448. *n.* 2. &c. ubi etiam *n.* 44. quòd pensionis materia est adeò executiva, & favorabilis, ut de stylo non retardetur solutio, quantumcumque gravatus fructus non perceperit, licèt deindè indebitè soluta possit repeti: Quæ exceptiones admittantur, vel non in hac materia, Ridolphin. *dict. cap.* 9. *n.* 230. & *seqq.*

Qualiter super fructibus reservata non debeatur, vel sit reducenda, si fructus non recolligantur, vel sint adeò diminuti, ut Rector deducta pensione non possit vivere ex beneficio, Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 271. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 120. ubi qualiter consensus præstitus à Rectore relevet, vel non pensionarium ab onere probandi conditionem reservationi appositam, maximè pro tempore futuro.

Pensio inter personas suspectas, veluti inter con- 6
sanguineos, & affines, solet reservari, & concedi cum clausula, *quod si realiter, & cum effectu soluta non fuerit sit ipso jure nulla*, quo casu debet apparere de vera numeratione, ità ut non sufficiat confessio de recepto in præjudicium successoris, Seraphin. *decis.* 292. *n.* 2. & 436. *n.* 6. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 244. *num.* 2. Burat. *dec.* 156. *per tot.* Cavaler. *dec.* 569. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 426. *n.* 18. &c. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 367. *num.* Merlin. *decis.* 123. *per tot.* ubi latè pro nullitate ob non probatum valorem beneficii narratum, & quòd pensio fuerit verà, & realiter soluta à prædecessore, qui reserva-
sioni

tioni conſenſit, quæ duo requiſita in dictis terminis ſunt concludcatei à penſionario probanda in petitorio, nec ſufficiunt confeſſiones de recepto in damnum ſucceſſoris, idem Merlin. *dec.* 211. *per tot.* ubi limitat niſi hujuſmodi confeſſiones eſſent adminiculatæ; quia tunc ſufficerent; de prædictis, latè Marant. *contr. p.* 4. *reſponſ.* 55. *per tot.* ubi etiam an vacet ceſſante cauſa, ob quam fuit reſervata. Tondut. *de Penſion. dec.* 43. *num.* 10. *pag. m.* 72. Vide Bertachin. *vol.* 93. *n. pr.* & 2. Mantiſs. ad De Luc. *libr.* 13. *deciſ.* 78. *vol.* 4. Emesix jun. *deciſ.* 770.

Idem dicta nullitas non obſtat, quando conſentiens non poſſedit beneficium gravatum, Merlin. *deciſ.* 478. *num.* 4.

Quænam ſint juſtificanda, ut ſuſtineatur penſio, ut ſupra reſervata, & ex quibus dicantur juſtificata, nempè valor beneficii, & vera ſolutio penſionis, Bich. *deciſ.* 556. *per tot.* Bertachin. & Mantiſs. *loc. cit.*

Quid autem ſi ante primum terminum maturatum, decedat beneficiatus; an tunc annulletur penſio reſervata cum dicta clauſula, Franc. *var. reſol. cap.* 23. *per tot.* ubi pro validitate, & *cap.* 24. ubi quid ſi ſolutio ſit facta à moribundo, & concludit non conſtituere in quaſi poſſeſſione exigendi in præjudicium ſucceſſoris.

7 Penſionarius ut dicatur in quaſi poſſeſſione exigendi contra ſucceſſorem in beneficio, tenetur docere de vera, & reali ſolutione ſibi facta ab anteceſſore, itaut non ſufficiant quiatationes, & confeſſiones de recepto; ſufficerent tamen ſi notarius dicat, & atteſtetur in inſtrumento quòd coram ſe, & teſtibus facta ſit ſolutio, licèt non utatur verbo *numeravit*, Annot. ad Borat. *dec.* 156. *n.* 4. Multa pro manutentione, Ludoviſ. *dec.* 257. Gratian. *diſcept. for. cap.* 122. *per tot. cap.* 365. ubi plura pro excluſione manutentionis, & *c.* 310. *n.* 19. & *c.* latè Rot. *part.* 9. *rec. deciſ.* 344. *per tot.* ubi contra penſionatium, & etiam intervenerit pecunia pro monſtra, ſi verè, & realiter non fuit ſoluta, & reſpondet pluribus objectis numerationē indicantibus, Bich. *dec.* 19. 34. 40. & 214. Bertachin. *vol.* 93. *n.* 3. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 780.

Quòd confeſſiones de recepto non probent in præjudicium tertii, in his terminis Cavaler *dec.* 429. *num.* 4. vide in §. *Quaſi poſſeſſio nu.* 23. Rot. *d. deciſ.* 344. *per tot. d. part.* 9. & *part.* 22. *in Append. deciſ.* 431. *num.* 2. ubi quòd concurrente veriſimilitudine, & adminiculis, confeſſio de recepto probat ſufficienter veram numerationem, ad Merlin. *deciſ.* 275. *nu.* 4. Tondut. *de Penſion. deciſ.* 43. *num.* 13. *pag. m.* 72.

An autem ſufficiat ſolutio partis, ut dicatur in poſſeſſione exigendi totam, dic quod ſic, niſi aliter conſtet de animo ſolventis, qui voluerit agnoſcere totum debitum, ſed tantùm pro parte, Gratian. *diſcept. for. cap.* 426. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 81. *fol.* 170. Cavaler. *deciſ.* 379. *num.* 4. Rot. *par.* 10. *recent. deciſion.* 45. *num.* 5. & *c. deciſ.* 255. *nu.* 3. & *c.* ubi quòd ex ſolutione partis acquiſitur quaſi poſſeſſio totius propter titulum univerſalem, & alia plura, ex quibus acquiritur hujuſmodi poſſeſſio Creſcin. ad Pen. *dict.* 780.

Debet tamen conſtare de reſervatione ad effectum manutentionis, nec ſufficit quaſi poſſeſſio exigendi cùm competat jure ſpeciali, Gratian. *cap.* 508. *n.* 36. & *c.* vide Rot. *d. deciſ.* 45. & 215.

Quòd exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi ſit manutenendus, ſecus autem ſi per plures annos non exegerit, cùm tunc præſumatur penſio extincta, vel ſaltem ex negligentia retardetur ſolutio, Cavaler. *deciſion.* 249. *per tot.* Merlin. *deciſion.* 725. ubi plura pro manutentione, Rot. *part.* 10. *recent. deciſion.* 45. ubi plura pro manutenſione, non obſtante quod per plures annos non fuerit exacta, vide in §. *Quaſi Poſſeſſio num.* 5. ubi qualiter amittatur Barb. *de Penſion. part.* 1. *quæſt.* 2. *et in cap.* 24. *num.* 4. *de election.* Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 749. Vide infra *in noviſſim. addit.* ejuſdem Creſcin. *n.* 38.

Quòd penſionarius habet etiam remedium Salviani contra fructus, & bona beneficii gravati, & multa de manutentione, etiam adverſus ſucceſſorem, qui numquam ſolvit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 921. *num.* 6. & *c. cap.* 981. *num.* 30. & *c.* Tuſch. *litt. P. concl.* 263. & 264. ubi an, & quando penſio dicatur realis, & penſionariis habeat hypothecam ſuper fructibus, Ludoviſ. *deciſ.* 275. *nu.* 1. & *ſeqq.* ubi quòd exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi à prædeceſſore debet manuteneri, etiam contra ſucceſſorem, qui numquam ſolvit, quia jus metimur à poſſeſſione, quòd non mutatur, nec variatur ex mutatione perſonarum, Carol. Marant. *contr. par.* 4. *reſponſ.* 68. *per tot.* ubi plura de manutentione penſionarii, de hypotheca, & aliis remediis illi competentibus. Vide Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 214. & *deciſ.* 717.

Habet etiam remedium, *cap. reintegrandæ*, docto tamen de titulo, Magon. *deciſ. Luc.* 4. *per tot.* Tuſch. *lit. P. concl.* 265. vide Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 134. & *ſeqq.*

An autem ſolutio penſionis facta à moribundo, conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi penſionarium in præjudicium ſucceſſoris, Poſt. *de manutent. obſerv.* 35. *num.* 8. & Rot. *poſt d. tract. dec.* 318. *nu.* 10. latè Farinac. *var. reſol. cap.* 24. *per tot.* ubi quòd non.

Plura alia de manutentione concedenda penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi, & quomodo, & quando dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi Capr. *r. deciſ.* 356. *à n.* 2. *deciſ.* 390. *num.* 2. *deciſ.* 496. *à n.* 1. *deciſ.* 538. *à n.* 1. *deciſ.* 540. *à nu.* 2. *deciſ.* 657. *à n.* 2. Et infra *n.* 38. *in noviſſ. addit.* Creſcin. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 13. *deciſ.* 79. *vol.* 4.

Penſionarius habens regreſſum ad beneficium reſignatum propter non ſolutam penſionem, videtur continuare jus ſuum, & adveniente caſu regreſſus, poteſt propria auctoritate ingredi poſſeſſionem, & eſt manutenendus, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 921. *per tot.* ubi etiam an ſit licita purgatio moræ in hac materia; teſtatur tamen in fine fuiſſe per Rotam contrarium deciſum, & manutentionem conceſſam adverſario reſignatario, vide Rot. *p.* 14. *rec. dec.* 310. ubi qualiter debeatur penſio quoties apparet de valida reſignatione, & reſervatione ejuſdem, an vitietur ex falſo valore beneficii expreſſo, an reſignatarius poſſit dicere de nullitate penſionis, retento beneficio, ſive teneatur illam ſolvere, vel beneficium dimittere, an tranſlatarius penſionis poſſit juvari exceptione reſervationis regreſſus, & alia dixi in §. *Reſignatio num.* 9. & Rot. *d. p.* 14. *deciſ.* 419. *per tot.* Tondut. *lib. pr. quæſt.* 26. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 13. *deciſ.* 16. *n.* 7. *vol.* 4. Et quid ſtante nullitate penſionis Rocc. *cap.* 189. *n.* 30. *lib.* 2. 9

Quòd penſiones decurſæ non debeantur penſionario, ſi vigore regreſſus ſibi reſervati in reſignatione beneficii ob non ſolutionem penſionis, obtinuerit reſignatarium privari beneficio, Gratian. *cap.* 617. *num.* 34. & *c.* ubi quod talis regreſſus dicitur præjudicialis, & ante omnia per ſententiam canonizandus, facit quod dixi in §. *Dominus num.* & §. *Reſignatio num.* 9. Mareſcot. *lib.* 2. *var. cap.* 2. & *ad quem pertineat*, vide Tondut. *lib. pr. quæſt.* 22.

Et an præcedere debeat declaratoria, quòd tempus ſolutionis ſit lapſum, & ideò ſit factus locus regreſſui, idem Gratian. *cap.* 921. *num.* 9. & *c.* Bich. *deciſ.* 53. *num.* 9. & *ſeqq.* ubi quòd non quando in litteris Apoſtolicis fuit ſpecialiter diſpoſitum, quòd non ſoluta penſione in termino præfixo, poſſit reſignans ad ſuam poſſeſſionem redire.

Quando hujuſmodi penſio poſſit dici ſimoniacè reſervata, & non ſolvi, vide in §. *Simonia numer.* 10.

Penſio eſt ſolvenda pro rata fructuum, & non temporis ab eo, qui fructus percepit; ad faciendam autem hujuſmodi diſtributionem debet attendi, an fuerit reſervata anticipatè, vel poſt anticipatè, & qualiter hoc cognoſcatur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 548. *numer.* 43. & *c.* Cavaler. *dec.* 229. *per tot.* ubi quòd Rota ſolet ſe regulare juxta terminos *l. defuncta ff. de uſufr.* Cardin. Tuſch. *in Verb. Penſio concluſ.* 267. & 272. vide in §. *Succeſſio num.* 16. Ridolphin. *in prax. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 99. & *ſeqq.* Coccin. *dec.* 307. Buratt. *deciſ.* 670. Rot. in Perulina penſionis 13. Januarii 1614. cor. Sacrato, Pacific. de Salvian. *inſpect.* 4. *cap. pr. num.* 192. & *ſeqq.* Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 343. & *par.* 15. *deciſ.* 356. *per tot.* facit latè Pacion. *de locat.* & *conduct. cap.* 36. *numer.* 49. & *ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 646. *per tot.* 10

ubi

ubi quòd tenetur successor solvere, licèt dies cesserit ante captam possessionem, si fructus percipiat totius anni, quia cùm pensio debeatur ratione fructuum, ille tenetur solvere, qui eosdem percepit.

11 Pensio solvenda pensionario, passivè dividitur inter antecessorem, & successorem in beneficio pro rata fructuum ab unoquoque ex illis perceptorum, non habita ratione temporis, quo erat solvenda, nec an fuerit maturata solutio, Mohæd. *decis.* 6. *de locat.* Duran. *decis.* 448. *num.* 32. vide Coccin. *decis.* 327. ubi quando etiam teneatur Camera pro rata fructuum perceptorum, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 343. *per tot.* & *par.* 15. *dec.* 356. *per tot. par.* 56. *decis.* 221. Pacion. *loc. cit.*

Quòd sit in electione pensionarii agere pro pensione præterita contra prædecessorem, vel ejus hæredes, sive contra successorem in beneficio, qui tamen si solverit, potest repetere ab hæredibus prædecessoris, Gigas *de pens. quæstion.* 39. Franc. *decis.* 107. *num.* 13. *et* 16. Coccin *dict. decision.* 327. Ridolphin. *dict. cap.* 9. *numer.* 102. *etc.* ubi quòd si successor solverit non potest retinere terminos sequentes, Merlin. *decis.* 380. ubi quòd imò successor non tenetur, nisi prius facta diligenti excussione contra bona, & hæredes antecessoris, Rot. *par.* 56. *rec. dec.* 531. ubi plura ad excusationem successoris, & dixi *in §. Successio n.* 16.

Quòd contra hæredes beneficiati non possit procedi via executiva, sed agendum sit via ordinaria, Salust. Tiber. *in prax. lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 24. Ridolphin. *loc. cit. n.* 175.

12 Pensiones maturatæ in vita pensionarii, licèt ab eo non fuerint exactæ, transmittuntur ad illius hæredes, Gigas *de pens. q.* 52. quem refert, & sequitur Thesa. *dec.* 143. *in fine cum Addit.* Duran. *dec.* 448. *nu.* 12. Tuschus *lit. P. conclus.* 267. *per tot.* Covar. *var. resol. lib. pr. c.* 15. *et in c. cum officii num.* 4. *de testam.* facit Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 233. *num.* 2. *et per tot.* ubi de distributionibus quotidianis certo tempore dividendis, ut debeantur hæredibus Canonicorum defunctorum ante diem divisionis, ad instar pensionum, & eadem *p.* 13. *decis.* 329. in eàdem causa, ubi fuit confirmata prima decisio Card. de Luc. *de benef. disc.* 81. *num.* 23. *disc.* 137. *num.* 10. *de Pens. disc.* 28. *num.* 3. *et* 4. Vide Rotam coram Emerix jun. *decis.* 76[illegible]. *n.* 7.

Quinimmò mortuo pensionario etiam ante diem solutioni pensionis præfixum, & sic nondum maturata pensione, debetur nihilominus pensio illius hæredibus, non pro rata temporis, quo vixit, sed pro rata fructuum perceptorum per Titularem ipso pensionario vivente, ita ut si omnes fructus illius anni fuerint percepti, integrè debeantur, sicuti articulo plenè discusso, & hincindè relatis opinionibus firmat Duran. *dict. decis.* 448. *numer.* 26. & *seqq. per tot.* juxta terminos *leg. defuncta ff. de usufructu, infr. num.* 14. & 24. vide Covar. & Tusch. loc. sup. cit. qui idem videntur concludere, sequitur Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 169. *et seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 295. *volum.* 1. adde Cabal *consil.* 160. *per tot. lib.* 1. ubi refert quatuor diversas opiniones, & tenet veriorem, ac substentabiliorem de jure esse illam, quæ in totum excludit hæredes pensionarii defuncti ante adventum diei solutioni præfixi.

Quòd pensiones, & affictus regulentur secundùm naturam fructuum, Tusch. *lit. P. conclus.* 272. vide in *§. Fructus n.* 38. *et §. Successor n.* 16. *etc.* latè Pacion. *de locat. et conduct. c.* 36. *n.* 49. *et seq. per tot.*

13 Pensio cùm sit onus reale, & fructus sequatur, non debetur à Titulari pro tempore, quo non ipse, sed alius Intrusus etiam nullum habens titulum fructus percepit sine culpa Titularis, & in omnem casum liberaretur cedendo actionē pro hujusmodi tēpore contra intrusum; intelligendo quādo Titularis nūquā habuit possessionem beneficii, nec aliquos fructus percepit, vel quando essemus in successore, qui non sit obligatus in forma Cameræ, nam ubi adest obligatio Cameralis, vel Titularis, percepit postea multos fructus sufficientes, potest præcisè compelli ad solvendum, etiam terminos decursos tempore, quo intrusus percepit fructus, ità ut sit in electione pensionarii agere contra quem voluerit; nec admittatur dicta cessio stante obligatione Camerali, Duran. *dec.* 369. *per tot.* vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 467. *et part.* 16. *decision.* 231. *num.* 15. *et seqq.* ubi dicta decisio Durandi impertinens cum sua obligatione Camerali appellatur, & successor non tenetur, nisi quatenus possideat, & alia concurrant, de quibus ibidem, & dixi in §. *Successor num.* 16. Quod verbum, impertinens debet intelligi juxta ejus proprietatem, idest non faciens ad casum, de quo ibi agebatur. Card. de Luc. *de Pens. dis.* 17. *num.* 12. *disc.* 26. *sub num.* 2. ubi declaratur.

Quòd sit onus reale, & sequatur quemcumque fructuum perceptorem, ac detentorem, & ab illis sit solvenda, ut videmus in Œconomo, Camera, Capitulo, & aliis, qui percipiendo fructus tenentur solvere pensionem, latè pluribus aliis citatis probat Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 94. *et seqq.* Coccin. *decision.* 327. Burat. *decis.* 361. *et* 699. Gigas *de pens. quæst.* 65. Rot. *par.* 11. *decis.* 209. Et quoad Oeconomum latè Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 64. *et* 65. *vol.* 4.

Quòd pro pensione competat actio realis, & etiam personalis, licèt contra successorem, & quare, Merlin. *decis.* 478. Rot. *par.* 16. *recent. decis.* 231. *nu.* 8. *et seqq.* ubi quòd contra successorem datur actio realis, vel in rem scripta quatenus possideat beneficium gravatum, & non aliter, ut benè declarat. Vida Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 56. *n.* 41. *tom.* 2.

Pensio cujus dies non venerat, sed venit post translationem ipsius pensionis in alium factam, non spectat ad transferentem, etiam si debitor ante translationem fructus percepisset, sed ad translatarium, in quem videtur unà cum pensione translatum omne jus non exactum, cùm versemur in actu voluntario, & meræ liberalitatis, secus autem in actu necessario, Put. *dec.* 14. *lib.* 3. Duran. *decis.* 448. *num.* 45. *etc.* Rot. *p.* 3. *divers. dec.* 118. Cavaler. *decis.* 104. *num.* 4. vide *in §. Fructus num.* 38. *sup. num.* 13. 14

Pensio est solvenda in loco ubi fructus beneficii percipiuntur, nisi aliter sit expressum de loco solutionis, & in qua moneta debeatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 94. *num.* 60. *etc.* 15

Pensio an sit solvenda, si non fuit capta possessio beneficii, vel probitæ diligentiæ de capiendo, & plura de pensione translata, Gratian. *discept. forens. cap.* 454. *per tot.* Burat. *dec.* 9015. *num.* 6. Rot. *part.* 4. *recent. to.* 2. *dec.* 196. *num.* 2. *et p.* 13. *decis.* 467. ubi etiam quid stante clausula in promissione apposita, *ancorche non fosse dato il possesso*, maximè contra fidejussorem. 16

Qualitèr pensio in alium translata possit per translatarium exigi, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 139. & *seqq.*

Quod commoditas, & fructus pensionis possint cedi etiam potentiori, Ludovis. *dec.* 440. *num.* 7. Vida Rocc. Episc. *cap.* 49. *a n.* 99. *libr.* 1. Emerix jun. *decis.* 197. *n.* 8.

Pensio reservata Conclavistis, & aliis habentibus privilegium transferendi, qualiter possit transferri, & quid servandum, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 551. & 877. *per tot.* Rot. *p.* 14. *rec. dec.* 369. ubi quid si transferens sit uxoratus, & *par.* 17. *dec.* 83. ubi etiam an possit transferri in juniorem ipso transferente. Plura de translatione pensionis vide infra *in noviss. addit.* Crescin. *n.* 51. 17

Si tamen pensionarius habens facultatem transferendi vigore indulti Conclavistarum, jam pensionem, sive commoditatem illam percipiendi alteri irrevocabiliter cesserit (prout facere potest) non potest amplius uti dicta facultate, & pensionem in alium transferre vigore dicti indulti, & quare, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 397. *per tot.* quæ fuit confirmata respondendo objectis *par.* 15. *recent. dec.* 8. *per tot.*

Quòd pensionarius non possit transferre pensionem nisi cum Indulto Apostolico, & eo etiam concesso non suffragari si aliàs fuerit translata, & de hoc non sit facta mentio, ne inducatur novum gravamen, & protogetur servitus beneficii, quid stante consensu Titularis, & alia, latè Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 442. *per tot.* & *decis.* 499. ubi fuit confirmata prima decisio,

sio, etiam si processum fuerit per cassationem antiquæ pensionis, & reservationem novæ. Et quòd non possit pensio transferri in personam unius ad commodum, & beneficium alterius, etiam vigore amplissimi indulti, nisi in specie hanc facultatem contineat, Rot. *p.* 19. *rec. dec.* 351. *per tot.* Card. de Luc. *de Pens. disc.* 30. *n.* 11.

An, & quando possit transferri in filium illegitimum, & quando obstet Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. idem Grat. *cap.* 297. *per tot.* vide *in §. Filius num.* 22. Farinell. *de Translat. pens. cap.* 2. *num.* 30. *& seqq.* Vide Fagnan. *in cap. ad extirpandas n.* 26. *de fil. Præsbyt.*

Quòd cum licentia Papæ possit transferri, etiam absque ullo consensu, vel intimatione beneficiati gravati, ità ut nec sit necesse exprimere litis pendentiam, idem Grat. *cap* 535. *num.* 24. *& per tot.* latè Merlin. *dec.* 443. ubi quòd dicta translatio etiam in articulo mortis facta, non est novum gravamen, sed mutatio personæ, cujus mors sit attendenda, & non transferentis, quod non reputatur præjudicium considerabile, sed eventuale.

Concessa tamen facultate à Papa transferendi pensiones, non intelligitur concessa facultas transferendi fructus reservatos loco pensionis, & facta translatio non sustinetur, quia talis reservatio fructuum non est propriè pensio, Rot. in Romana pensionis 28. Jan. 1641. cor. Verospio *p.* 9. *rec. vol.* 1. *dec. pr. per tot. & p.* 15. *dec.* 61. ubi quòd neque transferri potest pensio reservata super distributionibus quotidianis, vigore indulti generalis Conclavistarum, & iterum *d. p.* 15. *dec.* 88. *per tot. & par.* 13. *dec.* 165. ubi latè an, & quando Indultum transferendi comprehendat, vel non pensiones reservatas super distributionibus quotidianis, & pro non comprehensione resolvitur.

Quando autem possit sustineri translatio pensionis impositæ simul super fructibus, & distributionibus quotidianis, & alia ad rem, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 325. *per tot.*

Quòd non possint transferri pensiones, quæ sunt ultra medietatem fructuum beneficii, etiam si non in totum, sed pro parte tantùm transferantur, & probato dicto excessu de tempore translationis, annulletur translatio vigore Bullæ Urbani VIII. In 20. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 129. *per tot. & decis.* 343. *per tot. eadem par.* 9. ubi etiam quòd talis excessus debet probari per Titularem, quomodo probetur, & quæ expensæ non deducantur, *& decis.* 480. *per tot. dict. part.* 9. *& part.* 10. *decis.* 32. *per tot. part.* 12. *decision.* 201. *& decis.* 282.

Quòd facultates transferendi pensiones in alios sint sublatæ à Pio V. Azor. *Instit moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 11. *quæst* 2. & non concedantur nisi Cardinalibus, & magnis ex meritis, ac translatio sit facienda in seniorem non autem in juniorem, Paul. Christin. *decision. Belgic.* 63. *per tot. volum. pr.*

Et facultas concessa à Papa non comprehendit pensionem sub expresso decreto, & pacto in illius constitutione transferri prohibitam, quia talis facultas est subreptitia, si dictum decretum, & pactum non fuit Papæ narratum, etiam si contineret clausulas amplissimas, Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 247. *per tot.*

An autem pensio translata vigore facultatis transferendi, dicatur nova pensio, vel antiqua, & an conditionalis per clausulam, *dummodò remaneant centum pro Rectore*, in prima pensionis reservatione appositam, & quis debeat hujusmodi conditionem probare, Rot. in selectis per Farinac. *par. pr tom. pr. dec.* 357. *per tot.* facit Card. de Luc. *de Pension. disc.* 4. *n.* 2. *disc.* 80. *n.* 2. Mantiss. ad eumd. De Luc. *libr.* 13. *decis.* 74. *n.* 20. *vol.* 4.

Quòd stante legitima translatione sit concedenda immissio in quasi possessionem translatario ad effectum exigendi prout exigebat transferens, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 294. *per tot.*

18 Pensio non potest per nutus in alium transferri, etiam stante facultate transferendi, nisi essent omninò certi, & indubitati, & facti abeo, qui etiam loqui possit, sicuti stante illorum dubietate fuit iteratò resolutum pro nullitate translationis, per Rot. in Perusina Pensionis 28. Maji 1649. & 9. Decembris 1650. coram Peutingero apud Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decision.* 92. *&* 95. *per tot.* facit quod dixi in *§. Legatum num.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 307. *per tot.* ubi quòd translatio pensionis nutu facta ab eo, qui loqui non poterat, est nulla, quidquid sit si loqui possit, & constet de ejus voluntate, quo casu nec habet locum regula de infirmis resignantibus requirens superviventiam 20. dierum, Rot. *par.* 15. *recent. decision.* 211. *per tot.* ubi de nullitate translationis pensionis factæ ad interrogationem alterius, etiam subsequta responsione muribundi, *Signor sì*, quidquid sit in testamento.

Non etiam est valida translatio, cessante discursu, & usu rationis ob apoplexiam supervenientem, Paul. Zacch. *dict. tract. tom.* 2. *cons.* 21. *per tot.* facit latè Rot. *par.* 15 *recent. dec.* 211. *per tot.*

Et idem est ob letargum, vel simili sensus occupantia, Paul. Zacch. *loc. cit. cons.* 29. *per tot.*

Quòd etiam reservatio pensionis facta ab infirmo, & morti proximo non sit valida, & litteræ Apostolicæ expeditæ non facta de hoc mentione sint subreptitiæ, Rot. in Firmana pensionis 11. Februarii 1636. cor. Merlino *inter impressas ejusdem dec.* 701.

Pensio vacat per promotionem pensionarii ad Episcopatum, nisi sit cum facultate retinendi etiam in hujusmodi casu, quo adveniente translatio facta de illa esset nulla, nisi in facultate transferendi adsit talis qualitas, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 551. *num.* 32. *&c.* Cavaler. *dec.* 148. *nu.* 6. *& seqq.* Lotter. *de re benef. lib. pr. quæst.* 41. *per tot.* ubi benè declarat, & an, & quando per auspicationem ad Papatum. Vide Rocc. Episc. *cap.* 192. *a num. pr. lib.* 2. Emerix jun. *decis.* 671. *n.* 3. 19

Qualiter autem extinguatur pensio per professionem emissam in Religione approbata, veluti Hierosolymitana; nisi præcedat gratia, vel dispensatio Apostolica illam retinendi, & an sufficiat ad hunc effectum obtinuisse gratiæ signaturam ante professionem, vel etiam sit necesse illius expeditionem fecisse, plenè Rot. *part.* 12. *recent. decision.* 121. *per tot.* ubi fuit tantùm gratiam esse perfectam à die signaturæ, vide *in §. Gratia num.* 10. *§. Rescriptum num.* 20. Bich. *decision.* 657 *&* 658. *per tot. in eadem causa*, ubi etiam qualiter sit danda manutentio pensionario in quasi possessione exigendi pensionem. De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 13. *nu.* 11 Episc. Rocc. *cap.* 49. *n.* 89. *libr. pr.*, Vide Spad *cons.* 71. *a n.* 2. *vol. pr.*

Pensio, sicut beneficium statim vacat per contractum matrimonii, etiam non sequta copula, ac etiam si matrimonium esset nullum alio defectu, quàm consensus contrahentis, Cavaler. *decis.* 166. *per tot.* à quo tamen fuit recessum, ut per eumdem Cavaler. *decis.* 180. *per tot.* ubi quod prædicta sunt vera, sed intelligi debent quando indubitanter constat de matrimonio, quod dici non potest lite pendente super matrimonio, licèt pro eo esset lata sententia, vide Beltramin. ad Ludovis. *decision.* 18. Ricc. *Collect.* 4148. ubi plura notabilia de hac materia, Rot. *part.* 17. *divers. decis.* 165. *per tot.* Rocc. Episc. *cap.* 49. *n.* 89. *libr. pr.* Emerix jun. *decis.* 671. *n.* 3. 20

Quòd pensio extinguatur per dimissionem habitus clericalis, absque judicis declaratione, etiam si postea susceperit habitum militiæ alicujus Religionis, quæ habeat privilegium retinendi pensiones, nisi id fiat ante dimissum habitum clericalem, Merlin. *dec.* 382. Rot. *part.* 16. *recent. decision.* 279. ubi latè, & distinctè, an, quando, & quomodo per susceptionem, & exercitium munerum, sive officiorum sæcularium dicatur clericatui renunciatum, & amittatur pensio ipso jure, vel sit necessaria præcedens monitio, sive interdictio sui superioris, prout regulariter requiritur, cùm non inducatur privatio nisi in casibus à jure expressis, de qua re plura Caren. *res.* 21. Vide Spad. *cons.* 71. *vol. pr. et cons.* 203. *n.* 9. *vol.* 2. Emerix jun. *decis.* 1129.

Quòd pensio possit retineri per Clericum etiam conjugatum cum indulto Apostolico, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 215. *n.* 5. *etc. et part.* 13. *decis.* 512. ubi etiam non obstat bigamia, quando fuit dictum, & cum vidua, vel generaliter cum quacumque muliere, latè Ludovis. *decision.* 316. *et part. pr. recent.* de-

decision. 352. *et* 367. *et part.* 17. *decision.* 165. *per tot.* ubi intelligit, nisi sit reservata super distributionibus quotidianis, ad quam indultum regulariter non extenditur, & quando possit etiam ad illam extendi; *& par.* 18. *decision.* 126. ubi quòd indultum transferendi concessum alicui tamquam Clerico, etiam per verba ampla, tamquam odiosum non suffragatur in casu contracti matrimonii, *et decis.* 387. *in eadem causa*, ubi fuit præcedens decisio confirmata.

Quòd pensio finiatur pluribus modis; primò, morte naturali, vel civili pensionarii, ut post professionem in Religione emissam; secundò, per promotionem ad Episcopatum ipsius pensionarii, nisi pro servitio fuerit reservata; tertiò, per militiam exceptis aliquibus casibus; quartò, per illius extinctionem; quintò, per contractum matrimonii, etiam non secuta copula, vel etiam si fuerit nullum alio defectu, quàm consensus pensionarii, quod tamen non procedit in sponsalibus de futuro, nec quando fuisset reservata non uti Clerico, sed ob benemerita, vel pro commodo temporali, nec obtenta dispensatione Apostolica, nec in Equitibus SS. Stephani, Mauritii, & Lazari, vel Lauretanis, qui etiam uxorati possunt retinere pensiones usque ad certam summam, nempè primi ducatorum 400. & ultimi 200. sextò, per translationem, per quam extinguitur antiqua, & creatur nova pensio; septimò, morte Titularis consentientis, quando fuit reservata per Episcopum, vel alium inferiorem à Papa, ut latè explicat Ridolphin. *in prax. p.* 2. c. 9 *n.* 143. *& seqq. ad* 169. *& n.* 68. *&c.* ubi etiam de Equitibus Hierosolymitanis, & aliis prædictis, Rot. *par.* 19. *recent. decis.* 172. *per tot.* ubi plura an, & quando extinguatur pensio, vel non ob assumptionem ad officium Consiliarii Principis ob admixtam in eo criminalitatem, vide in §. *Irregularitas*, Rot. *d. par.* 19. *decis.* 253. *per tot.* ubi quando non extinguatur per gubernia sæcularia, nec per contractum matrimonii, & bigamiam in Equitibus Lauretanis. Tondur. *lib. pr. var. cap.* 35. Rocc. Episc. *cap.* 49. *n.* 89. *libr. pr.*

Quòd pensio, sicut & beneficium non amittatur ipso jure propter homicidium, etiam qualificatum, vide Diaz. *in Pract. crim. canon. cap.* 90. *circa finem*, Gabriel. *consil.* 187. *lib.* 2. Paul. Rub. *in Annot. ad dec.* 1. *p.* 9. *recent. vol. pr. num.* 5. *& seqq.*

Qualiter pensionarius possit extinguere pensionem, etiam in præjudicium sui creditoris, quem fecerat procuratorem in rem suam ad exigendam pensionem, Rot. in selectis per Farinac. *p.* 2. *tom.* 1. *dec.* 129. *per tot.*

An, & quando vacet pensio reservata ex causa, puta studiorum, si causa ipsa deficiat, maximè si fuerit finalis, & quæ talis dicatur, & alia ad rem, latè Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 55. *per tot. et respons.* 60. *per tot.* ubi etiam de pensione reservata ad vitam alterius dumtaxat, an, & qualiter vacet si gravatus renunciet Ecclesiæ, quasi tunc habeatur pro mortuo, & mors civilis æquiparetur naturali, & alia ad ornatum hujus materiæ.

An, & quando Canonicus præbendarius pensione gravatus, dimittendo præbendam per optionem alterius, possit etiam dimittere onus pensionis, & sic an, & quando pensio tamquam onus reale, & non personale sequatur, ipsum beneficium, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 391. *per tot.* ubi distinguit. Piton. *discept. Eccles.* 10. *n.* 9. *pag.* 222.

Quòd pensio extinguatur si pensionarius acquirat titulum beneficii pensione gravati, ita ut non reviviscat, etiam si postea illud dimiserit, & fuerit alteri collatum, nec ideò sit gravandus in concursu creditorum per novum possessorem beneficii peracto, Gigas *tract. de pens. quæst.* 49. Vivian. *de jurepatron. lib.* 13. *cap.* 9. *num.* 59. Gambar. *de auctor. Legat. à Latere lib.* 6. *tit. de pens. num.* 480. *& seqq.* Ferentil. ad Burat. *decis.* 528. *num.* 4. *&* 5. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 16. *n.* 62. August. Barbos. *tract. de pens. par. pr. quæst.* 9. *num.* 18. & plenè Salgad. *Labyrint. cred. par.* 4. *cap.* 6. *per tot.*

An autem hypotheca super pensione Ecclesiastica, vel potius super illius emolumentis, & commoditate extinguatur, acquisito per pensionarium debitorem titulo beneficii pensione gravati, dic quòd non, cùm ipsemet debitor sit, quid potitur fructibus hypothecatis, & plenius, nec illos attingat consolidatio, quæ non operatur in damnum tertii creditoris, qui hypothecam habebat etiam in eo jure, quod alioquin per acquisitionem proprietatis consolidari solet, ut latè, ac subtiliter de more ostendit ad similitudinem hypothecæ ususfructus, cum quo regulatur pensio, Salgad. *Labyrint. cred. par.* 4. *cap.* 7. & faciunt notata in §. *Hypotheca num.* 47. *&* §. *Ususfructus num.* 19. Si tamen hypotheca sit super pensione nulliter imposita ex consensu non habentis jus ad beneficium nullo modo convalescit per novam tituli ad ipsummet beneficium acquisitionem, ut comprobat idem Salgad. *d. cap.* 7. *num.* 8. *et seqq. per tot.*

Quod pensio translata in alium per pensionarium habentem facultatem Apostolicam illam transferendi, sit eadem omninò in substantia cum prima, & non nova pensio (pluries tamen Rota Romana ad diversos effectus in hoc variavit) ac ideò transeat in translatarium cum onere hypothecæ illi per transferentem imposito ad favorem suorum creditorum, quibus per supervenientem translationem, & renunciationem in alium mere voluntariam, & facultativam non potuit præjudicare, sed pensio transire debet cum onere hypothecæ, quæ erat gravata ex præcedente facto transferentis, latè articulo ad partes disputato concludit Salgad. *dict. Labyrint. par.* 4. *cap.* 8. *per tot.* Vide Emerix jun. *decis.* 516. *n.* 8.

An extinctio pensionis fieri possit in præjudicium creditorum pensionarii, & an dicti creditores obtinere possint inhibitionem de extinguendo, & alia ad rem, Tondur. *quæst. canon.* 46 *lib. pr. et tract. de pens. c.* 21. *per tot.* Latè Rocc. Episc. *cap.* 49. *a num.* 82. *lib. pr.*

An pensio veniat in confiscatione bonorum Clerici pensionarii, vel beneficium gravatum remaneat liberum, idem Tondur. *de pens. cap.* 35. *per tot.* Vide Spad. *cons.* 71. *n.* 10. *vol. pr.*

Quibus modis possit extingui pensio, & quibus casibus ad minorem summam reduci, idem Tondur. *d. tract. cap.* 57. *et* 58. *per tot.*

Qualiter extinguatur per professionem in Religione, idem Tondur. *cap.* 69. *et seqq.*

Pensionarii ex motu proprio Pii V. tenentur singulis diebus recitare officium Beatissimæ Virginis, 21
Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 5. *num.* 13. Duran. *dec.* 448. *num.* 21. Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 142. & ex Constitutione Sixti V. incedere in habitu, & tonsura, vestesque talares deferre, prout refert Cabal. *res. crim. cas.* 224. *num.* 21. *etc.* Ludovis. *dec.* 20. *num.* 3. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 365. *n.* 30. *etc.* Sperel. *decis.* 66. *num.* 37. ubi quoad habitum, & tonsuram, dummodò pensio excedat summam ducatorum sexaginta auri de camera, aliàs illam, & fori privilegium amittunt, secùs autem si dictam summam non excedat, nam tunc possunt illam retinere, & privilegium fori, etiam si incedant in habitu sæculari ex eadem Constitutione Sixti V. 92. idem Sperel. *dec.* 133. *num.* 11. *et* 24. vide supra *num. pr. &* in §. *Clericus num.* 69. Fagnan. *in cap. cum in cunctis n.* 96. *& seq. de Elect.*

Quòd pensionarii teneantur sub peccato mortali recitare dictum officium, quid si pensio fuerit redempta, vel extincta, accepta nonnullorum annorum anticipata solutione, quid si sit reservata in capite unius ad commodum alterius; quid si pensionarius efficiatur ordinis militaris, cum facultate retinendi pensionem; quid si pensio sit tenuis; an omissio obliget ad aliquam restitutionem, & alia, Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resolut.* 94. *&* 95. *per tot.*

Pensionarius regulariter tenetur contribuere pro 22
rata pensionis ad solutionem oneris impositi super fructibus beneficii, super quibus est reservata pensio, nec potest repetere à Titulari, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 161. *num.* 3. *&c.* Gigas *de pens. q.* 59. *num. pr. etc.* Gratian. *decis.* 20. *n.* 10. latè Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. q.* 8. *per tot.* ubi pluribus modis ampliat, & postea limitat non procedere, primò, pro expensis Visitatorum, secundò, quando pensio es-

esset ex causa onerosa, tertiò, si aliàs pensionario pstum, aut nihil remaneret, quartò, ubi esset pensio reservata libera, & exempta ab omnibus oneribus, & quintò, si ea causa resignationis, vel Cosdiutoriæ, & latè Catol. Marant. *contr. par. 5. respons. 18. per tot.*

23 Pensiones, & affictus rei alienatæ ante tempus solutionis tamquam fructus pendentes, qui censentur pars fuodi pertinent ad emptorem, Prsct. Papp. *caus. Vendit. glos. Fructus num.* 2. vide Gratian. *discept. for. cap.* 20. *num.* 43. *&c.* ubi distinguit, & subtiliter Duran. *dec.* 448. *num* 47. *&c.* vide in *§. Fructus num.* 35. *§. Venditio num.* benè Peregrin. *decis.* 83. *per tot.*

An autem dicantur fructus civiles, vel industriales, sive miati, vel loco fructuum, Gratian. *discept. forens. cap.* 649. *num. pr. &c.*

An computentur inter mobilia, vel inter immobilia, idem Gratian. *cap.* 811. *num* 21. *&c.*

24 Pensiones, sive usuræ non exactæ, licèt maturatæ in vita hæredis gravati, spectant unà cum sorte, vel fundo ad fideicommissarium, & non ad hæredes gravati, quidquid contrarium prima facie videretur, ut fuit decisum apud Franch. *decision.* 13. *per tot.* vide *num.* 12. *& num.* 14.

25 Pensio domus est æstimanda non quanti condemnatus, qui inhabitavit fuisset conducturus, sed quanti potuisset per dominum locari, Surd. *decis.* 370. *per tot.*

26 Pensio sicuti propter sterilitatem remittitur juxta ea, quæ dixi in *§. Remissio*, ita etiam ob insolitum augmentum, & ubertatem fructuum, augetur favore locatoris, ut dixi in *§. Locatio num.*

27 Pensiones, & affictus regulariter de jure debentur tantùm in fine anni non anticipatè, nec de semestre in semestre, nisi aliter sit conventum, vel nisi obstet consuetudo, vel nisi agatur de alimentis, Tusch. *litt. P. concl* 273. vide in *§. Solutio num.* De Luc. *de Pens. disc.* 88. *ex n.* 2.

28 Pensio si fuerit reducta de consensu partium ad minorem summam, animadvertendum est an talis reductio sit realis, vel personalis, nam si sit realis, prodest etiam successori in beneficio, & ex quibus ista realitas cognoscatur, latè Bellon. jun. *cons.* 27. *per tot.* si verò sit personalis finitur cum persona, ad cujus favorem fuit facta, & non suffragatur successori, sed contra eum debet pensionarius manuteneri in quasi possessione exigendi, non solùm pro summa reducta, & ultimò exacta, sed etiam pro tota summa, in cujus quasi possessione exigendi reperiebatur ante reductionem, quia civiliter, semper animo illam retinuit, & defuncto Titulari, cum quo personaliter transegit, est manutenendus in exactione integræ pensionis, ad instar domini directi, locatoris, & similium, qui finita emphyteusi, vel locatione, debent ratione civilis eorum possessionis manuteneri contra successores, prout latè explicat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 345. *per tot.* ubi etiam quando reductio dicatur personalis, & alia.

29 Pensiones exactæ sine titulo legitimo, vel nullo, & discolorato qualiter sint restituendæ, vel à die litis motæ, vel ab initio, Rot. in Mediolanen. pensionis 27. Junii 1646. coram Bichio *part.* 9. *recent. decis.* 418. *per tot. & part.* 11. *decis.* 252. 260. 368. *&* 384. *per tot.* vide in *§. Fructus num.* 10. *&c.*

Et qualiter pensio exacta ante expeditionem litterarum sit nulla (si verè constet de dicta exactione litteris non expeditis) vigore clausulæ apponi solitæ, Garz. *de benef. part.* 2. *n.* 42. *& seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 440 *per totum* Spad. *cons.* 103. *n.* 5. *vol.* 2. Vide *infra n.* 57. *in noviss. addit.* Crescin.

30 Pensio reservata post mortem alicujus, & tamquam continens votum captandæ mortis alienæ reddatur nulla, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 512. *nu.* 8. *& seqq.* ubi videtur affirmare, nisi saltem generaliter fuerit derogatum dispositioni text. *in cap. nulla de concess. præbend. in* 6. vel accesserit consensus illius de cujus morte agitur, prout utrumque in casu decisionis concurrebat, facit quod dixi in *§. Pactum num.* 3. *& §. Votum num. pr.*

Alia de pensionibus tradit remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Pensio per tot.*

De pensionibus, & earum materia tractantes plures indicat Castejon. novissimè Com. August. Font. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Pensio fol.* 300. *&c.* Tondut. *tract. de pens.* & alii plures, qui similes tractatus ediderunt. Fagnan. *sup. Decret. in Indic. verb. Pensio* Card. De Luc. Mantiss. ad eumdem Rocc. Pignatell. Ursaya Panimol. Emerix Caprar. Ansald. Bertachin. Mans. Palm. & alii moderni. 31

Pensionem ecclesiasticam non solventes statutis temporibus, vel terminis, qualiter excommunicationem incurrant, & pensionariis detur regressus ad beneficium cum pensione resignatum, intelligendo tamen quoad utramque pœnam, si pensionarius declaraverit velle debitorem incurrere, & Aud. C. declaraverit pœnas prædictas incursas judicialiter procedendo, & alia ad rem; notat Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Pensio fol.* 280. vide Tondut. *tractat. de pens. cap.* 45. *et seqq.* ubi plura de dicto regressu, & ejus effectibus. Et quæ remedia prodita sint adversùs non solventes pensionem, tam per viam mandati executivi, quàm per viam declaratoriæ censurarum, qui termini sint servandi, & alia ad rem, idem Tondut. *dict. tractat. cap.* 49. *et* 50. *per tot.* Quæ autem exceptiones opponi possint contra pensionarium agentem, tam in summarissimo, quàm executivo judicio, & quæ ad aliud judicium sint remittendæ, nisi sint omninò claræ, nempè nullitatis, non expressi veri valoris beneficii, extinctionis pensionis non juris pensionarii, non sit clericus, excusationis propter paupertatem titularis, consolidationis cum titulo beneficii, incompatibilitatis beneficiorum, & hujusmodi, idem Tondut. *eodem tract. cap.* 51. *cum plurib. seqq.* 32

De exigentibus autem, & solventibus pensionem irritam, & nullam, quas pœnas incurrant, Thesaur. *dict. tract. verb. Valor, cap. pr. fol.* 353. *et Verb. Usurpat. cap. pr. fol.* 363. 33

Quando pensiones sint licitæ, vel non in foro conscientiæ, Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Pensio per tot.* 34

Pensionarii an teneantur pro rata contribuere ad solutionem charitativi subsidii, & aliorum onerum beneficii, reparationum Ecclesiæ, & hujusmodi, latè Tondut. *tract. de pens. cap.* 6. *per tot.* 35

De Translatione pensionis latè D. meus de Fatinellis in suo celebri, & novo tractatu de translatione pens. ubi per sexdecim capita breviter, & dilucidè omnia resolvit, quæ circa hanc materiam desiderari possunt. Vide infra *in novissimis addit.* Crescin. *n.* 51. 36

Ad reconvalidationem pensionis non sufficit consensus partium, sed requiritur nova authoritas Papæ. Salgad *in labyrint. Credit. part.* 2. *cap.* 10. *nu.* 63. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 1. *lib.* 13. *n.* 13. *vol* 2. 37

Manutentio in quasi possessione exigend. pensionem non datur quando clarè constat de nullitate, seu extinctione tituli Rot. *dec.* 56. *nu. pr. part.* 8. *rec.* & cor. Priol. *dec.* 41. *n.* 14. cor. Cerr. *dec.* 757. *n.* 10. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 2. *lib.* 13. *n.* 1. *vol.* 2. *et dec.* 4. *n. pr. lib. eod.* 38

Et maximè postquam quis per aliquod tempus cessavit ab exactione, nam ex hoc aut dicitur amissa quasi possessio, aut saltem mitius agendum est contra titularem. Gratian. *discept.* 365. *n.* 42. Rot. *dec.* 45. *n.* 12. *part.* 10. *rec.* & cor. Bich. *decis.* 589. *n.* 6. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 2. *lib.* 13. *n.* 3.

Pensio non potest dici pro dote Ecclesiæ, vel loci pii reservata quando id in reservatione expressum nō fuit, & quando jam antecedenter Ecclesia, seu locus pius dotati reperiantur. Rot. *dec.* 599. *n.* 9. *part.* 18. *rec.* & cor. Danoz. Jun. *dec.* 632. *nu.* 10. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 3. *lib.* 13. *n.* 2. *vol.* 2. 39

Licèt consensus præstitus in reservatione pensionis liberet pensionarium ab onere verificandi valorem, nihilominus quoties pensio eondit qualiter fuerit reservata cum clausula, *dummodò remaneant centum pro Rectore* consensus quamvis simplex, & estimatus nihil operatur juxta ea, quæ distinguendo utrumque casum notavit Card. De Luc. *in disc.* 2. *de pens.* & latè Mantiss. ad eund. De Luc. *dec.* 49. *&* 50. *lib.* 13. *vol.* 4. Vide Bertachin. *vol.* 93. 40

41 Si pensio reservata fuerit ad supplicationem titularis, nullam pentionarius facere tenetur probationem super valore beneficii, pro sublentanda pensione. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 48. *d. lib.* 13. *vol.* 4. Caprar. *dec.* 333. *n.* 5. *&* 19.

42 Pensionarius, qui semel verificavit valorem, amplius hanc probationem reiterare non debet, sed titularis illiusque successor negativam sententur concludere, si pensionis nullitatem prætendant. Mantiss. *dec.* 31. *eod. lib. et vol.*

43 Exactissimè debent esse probationes, quæ pro annullanda pensione proponuntur, quę autem inefficaces de jure soleant reputari, notantur *in dec.* 32. *lib. et vol. eod.* Mantiss. ad De Luc.

44 Pensio pure reservata, si Papa solvendam esse demandaverit post extinctas pensiones prævenivè reservatas, quoties una extinguatur, pensio est pro rata solvenda. Et dicto casu extinctio antiquioris cedit commodo pensionarii. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 53. *lib.* 13. *vol.* 4.

45 Plenè habetur apud Card. De Luc. *de pens. disc.* 4. *disc.* 5. *et disc.* 80. & Emeria Jun. *dec.* 1085. *n.* 15. *et* 17. quod secunda pensio reservata absque expressione primæ corruat, hæc autem regula nedum in præsenti decisione amplectitur, sed quoque ampliatur, etiam si prima deinde extincta remaneat, secunda motu proprio extiterit reservata, illaque per plures annos exsoluta, quoties agatur in Judicio petitorio, non vero in possessorio. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 54. *lib.* 13. *vol.* 4.

In *disc.* 4. *de pens.* affirmat Card. De Luc. quod secunda pensio reservata absque expressione primæ possit substineri, si id non ex malitia pensionarii processerit; in hac vero decisione firmatur, quod opinio Card. De Luc. possit admitti, vel quando fuit reservata secunda cum expressione primæ, in minori summa, vel quando cum falsa expressione valoris concurrat bona fides impetrantis, & verisimilis mens Pontificis concedentis. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 55. *lib. et vol. eod.*

Secunda pensio absque expressione primæ est nulla, licet illius mentio omissa fuerit non ex dolo, & malitia, sed ex probabili, & justa ignorantia, ac beneficium capax sit utriusque pensionis, adeo ut Papa si primam scivisset adhuc secundam reservavisset & declaratur Card. De Luc. *in disc.* 4. *de pens.* Mantiss. ad eumdem De Luc. *dec.* 56. *eod. lib. et vol.*

Nullitas secundæ pensionis ob non factam mentionem primæ existimavit Card. De Luc. *de pens. disc.* 4. quod obesse non posset, si probaretur, quod titularis scientiam habeat de prima, & adhuc in secunda consenserit; minus tamen veram esse hanc doctrinam, in illa decisione affirmatur. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 57. *lib. et vol. eod.*

46 Expressio antecedentis pensionis facta in nova provisione utpotè emissa, vel ob regulandam solutionem annatæ, vel ut nova pensio tanquam subreptitia non corruerit non inducit ejusdem antiquæ pensionis approbationem, itaut impugnari per novum titularem non possit. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 7. *lib.* 13. *n.* 8. *vol.* 2.

47 An valor extrinsecus monetæ habendus sit in considerationem pro regulando valore beneficii in ordine ad pensionem, quæque expensæ, & onera ad hunc effectum soleant ex fructibus detrahi ad materiam *disc.* 8. *disc.* 35. Card. De Luc. Mantiss. ad eundem De Luc. *dec.* 58. 59. 60. *et* 61. *lib.* 13. *vol.* 4. Vide Bertachin. *vol.* 93.

48 An reservatio pensionis, non docto de titulo probata dicatur per longævam solutionem juxta terminos text. *in cap. pervenit de censibus, et l. cum de in rem vers. ff. de usuris*; Et aliqua de pensionis cassatione. Card. De Luc. *de pens. disc.* 22. & Vide Mantiss. ad eumdem De Luc. *lib.* 13. *dec.* 1. *et seqq. vol.* 2. *et lib.* 13. *decis.* 66. *et* 67. *vol.* 4. Emerix jun. *dec.* 1204.

49 An concordia super pensione observari debeat per successorem titularis concordantis. De Luc. *de Pens. disc.* 36. Mantiss. ad eumdem *decis.* 5. *et* 6. *lib.* 13. *vol.* 2.

Pensionarius in Judicio petitorio contra titularem, qui pensioni non consensit, tenetur plenè, & concludenter justificare valorem beneficii *per ascensum* alias pensio non sustinetur. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 38. *n.* 72. Rot. *dec.* 306. *num.* 1. *part.* 10. *dec.* 41. *n.* 1. *part.* 17. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 5. *n.* 1. *lib.* 13. *vol.* 2. 50

Præsertim stante clausula, *ut asseris*, quæ præsefert Papam fuisse de beneficii valore dubium, de quo eo voluisse à pensionario doceri. Rot. *decis.* 265. *n.* 3. *part.* 15. *dec.* 130. *nu.* 3. *et seq. part.* 18. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 5. *n.* 2. *lib. vol. eod.* Emeria jun. *dec.* 207. *dec.* 1085. *dec.* 1246. *et decis.* 1133.

Pensio reservata sub narrativa certi valoris *per ascensum*, & cum clausula, *ut asseris*, in totum corruit ex defectu justificationis. Fagnan. *in cap. Ad hoc, num* 19. *de solut.* Garz. *de benef. part. pr. cap.* 5. *n.* 447. Tondut. *de pens. cap.* 15. *nu.* 5. *et* 6. Mantiss. *ibid. n.* 11. *et lib.* 13. *dec.* 63. *vol.* 4. Sed vide Caprar. *dec.* 311. *a n.* 10.

Pensionarius tenetur concludentissimè probare valorem expressum, ut pensio substineatur, licèt pensio ante fuerit reservata, per multum tempus soluta, & nulla de jure exoptaretur necessitas exprimendi valorem in illius reservatione Mantiss. *dec.* 70. *lib.* 13. *vol.* 4. Sed vide *dec. seq. ibid.*

51 Quando pensio transfertur, licèt translatarius possit prædecedere transferenti, tamen quia additur nova persona, inducit novum onus, reputaturque materia odiosa, nec facit simplicem prorogationem Mantiss. ad De Luc. *lib.* 2. *dec.* 2. *n.* 16. *vol.* 1.

Indultum transferendi pensiones concessum Conclavistis, & Dapiferis extenditur etiam ad uxoratos, & pensiones reservatas super distributionibus quotidianis Bertachin. *vol.* 175. *per tot.*

In translatione pensionis non requiritur consensus patroni Episc. Rocc. *cap.* 192. *n.* 16. *lib.* 2.

Translatio pensionis fieri nequit favore Capituli, Collegii, aut universitatis. Emeria Jun. *decis.* 197. *num.* 3.

Indultū pensiones transferendi est odiosum, & exorbitans, Emerix Jun. *dec.* 85. *n.* 3. *& dec.* 197. *n.* 2. *a. decis.* 516. *nu.* 3. *dec.* 671. *nu.* 4 Nec debet extendi, sed strictè interpretari. Emerix. Jun. *d decis.* 85. *nu.* 3.

Etiam ex identitate, vel majoritate rationis Emerix. Jun. *dec.* 671. *n.* 6. Et quidquid in eo non legitur concessum censetur consulto omissum. Emerix Jun. *d. dec.* 516. *n.* 4. *& dec.* 671. *n.* 5. Non attenta qualitate personarum. Emeria. Jun. *d. dec.* 85. *num.* 4. Nec comprehendere dicitur facultatem transferendi pensionem favore unius ad comodum alterius. Emerix. Jun. *d. dec.* 85. *n.* 4.

Translatio pensionis regulatur eisdem Regulis, quibus regulantur resignationes favore certæ Personæ. Emeria Jun. *dec.* 543. *n.* 2.

Translatio pensionis requirit pro forma verba de præsenti. Emerix Jun. *dec.* 64. *n.* 3.

Plura alia de translatione Pensionis tradunt Rocc. Episc. *cap.* 192. Emerix Jun. *in Indic. general.* Card. De Luc. pariter *in Indic.* Episc. Piton. Fatinell. & alii moderni.

Pensionis nullitas non potest opponi nisi ab ipso Resignante, non autem à tertio. Caprar. *dec.* 120. *n.* 8. *part.* 1. Declara, ut per eumd. Caprar. *ibid. n.* 10. *&* 11. 52

Gratia reservationis Pensionis est à principio perfecta, quamvis quoad initium exactionis dilata, & dependens ab eventualitate cessationis pensionum antiquarum, utpote conditionatè requisitæ Caprar. *dec.* 496. *n.* 4. *part.* 2. 53

Pensio per quindicim annos duratura reservata, & exigenda postquam antiquæ Pensiones, vel unaquæque earum cessaverit, ut dicatur extincta per exactionem, quid debeat probari. Captat. *dict. dec.* 496. *n.* 6. *part.* 2. *& dec.* 540. *n.* 4. *part.* 2. 54

Pensionis extinctio opposita in judicio summarissimo manutentionis in quo sufficit Pensionario ostendere se esse in quasi possessione exigendi, debet justificari per probationes luce meridiana clariores. Captat. *d. dec.* 496. *n.* 10. *et d. dec.* 540. *n.* 5. *part.* 2.

Pen-

Pensionem fuisse extinctam arguitur ex longa acquiescientia Pensionarii, qui spatio pluriorum annorum illam non exegit, nec petiit. Caprar. *dec.* 389. *num.* 2. *part. pr.*

Exceptio extinctionis pensionis, utpote respiciens invaliditatem tituli, in Judicio manutentionis discuti non debet. Caprar. *dicl. dec.* 386. *n.* 3.

Limita quoties extinctio incontinenti ostenditur, & apparet ex ipsis Litteris Apostolicis reservationis pensionis: tunc opponi potest, & admittitur ad retardandam manutentionem. Caprar. *loc. sup. cit. n.* 4.

In Judicio possessorio licèt tantùm nudum factum sit respiciendum, nihilominus quando in eo petitur solutio pensionis, exigitur coloratio tituli, adeò ut si excipiatur extinctam esse pensionem, ex quo pensionarius statum mutaverit, non sufficiat pro impetranda manutentione possibilitas indulti pro illius retentione, minusque ipsius indulti exibitio, si claré constet suffragare non posse; & ad hunc effectum declarantur ea quæ notavit Card. De Luc. *in disc.* 45. *de pens.* Mantiss. ad eund. *dec.* 74. *&* 75. *lib.* 13. *vol.* 4.

55 Jurisdictionem temporalem exercentes incapaces reputantur retinendi pensiones; an autem hæc traditio procedat in Faudetariis Sanctæ Sedis, & in iis, qui Equites sunt Lauretani, licet signum Crucis non deferant juxta casum *disc.* 46. *de pens.* Card. de Luc. Mantiss. ad eund. *dec.* 76. *lib.* 13. *vol.* 4. vide Bertachin. *vot.* 93.

56 Et si pensio amittatur, quoties pensionarius guberniis sæcularibus incumbat, adhuc antequam ab illo jus valeat abdicari, opus est ut trina monitione moneatur ad effectum, ut à gubernio se abstineat, & Ecclesiastica tantum exerceat. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 77. *lib.* 13. *vol.* 4. vide Bertachin. *vot.* 93. *n.* 39.

57 Pensio nulla est si fuerit exacta ante expeditionem litterarum. Emerix Jun. *dec.* 119. *n.* 4. Exactio tamen plenè, & concludentèr probari debet Emerix Jun. *dec.* 167. *n.* 5. Et non probatur ad hunc effectum ex unica receputa privata. Emerix Jun. *d. dec.* 119. *n.* 5. *& d. dec.* 167. *n.* 6. Præsertim si appareat simulata ad aliam effectum Emerix Jun. *d. dec.* 119. *n.* 6. Vide supra sub *num.* 29.

58 Pensio reservata Beneficio pleno paulo ante resignationem Beneficii dicitur reservata ad supplantandum successorem Emerix Jun. *dec.* 819. *nu.* 4. Vide Palm. nep. *alleg.* 36. *tom. pr. & alleg.* 111. *tom.* 2.

59 Solutio pensionis repartiri debet pro rata fructuum quolibet anno à titulari perceptorum. Emerix Jun. *dec.* 23. *num.* 2. Et annus in hac materia sumit initium à die reservationis, & terminat ipsa die recurrentis anni, in quod temporis spatium integra recollectio fructuum est obnoxia annuali Pensioni, licet procomodiori solutione in duos terminos distributæ. Emerix Jun. *dict. dec.* 23. *n. pr.* Quomodo sit repartienda inter Subcollectorem, & titularem successorem. Emerix Jun. *ibid. n.* 3. Fieri non debet per Titularem pro tempore, quo fructus non exegit. Emerix Jun. *dec.* 1351. *n.* 5.

60 Tot dicuntur esse pensiones, quot sunt anni. Lotter. *de re benef. lib. pr. quæst.* 39. *num.* 90. Barbos. *in prax. exigen. pensiones part. pr. quæst.* 2. *n.* 15. Emerix Jun. *dec.* 1351. *n.* 7.

61 Pensio debetur resignanti, non autem resignatario, quoties fructus resignationis tempore reperiebantur à solo separati. Rocc. Episc. *cap.* 124. *n.* 6. Idque etiam si bona essent locata, diesque solutionis non adhuc cesserit; quia satis est, quòd fructus, quorum causa erat facienda solutio, tempore resignationis essent collecti per conductorem. Rocc. Episc. *ibid. tom.* 2.

62 Pensio in quo differat ab usufructu. Rocc. Episc. *cap.* 49. *n.* 85. *tom. pr.* In quo conveniat Idem Rocc. Episc. *d. cap.* 49. *num.* 97. *cum seqq.*

63 Jesuitæ quando sint capaces pensionum Bertachin. *vot.* 52. *n.* 6. Add. ad Burat. *decis.* 39 *n.* 10. *& seq.*

64 Pensio imposita per Papam super beneficio patronato laicali quando sustineatur absque consensu Patroni Episc. Piton. *alleg.* 56. *n. pr. tom.* 2. *de Jurap.* Et an illam possit reservare Legatus *ibid. n.* 20.

65 Patronus an possit reservare pensionem in actu præsentationis. Idem *dict. alleg.* 56. *n.* 6.

Concordia in beneficialibus est, quod uni detur beneficium & alteri reservetur Pensio Episc. Piton. *alleg.* 81. *n.* 36. *& alleg.* 90. *n.* 154. 66

Pensio cum clausula, *Ut melius, & commodius sustentari valeat &c.* censetur reservata ex causa alimentorum. Fagnan. *in cap. Ad hoc n.* 13. *&* 15. *de solut. tom.* 3. 67

Pensio, census, collecta, & decima sunt debitum reale, & obligant possessorem etiam pro terminis præteritis Fagnan. *loc. prox. adduct. n.* 16. *&* 19. 68

Et an sit in optione creditoris, vel agere contra successorem, vel contra antiquum possessorem, seu ejus hæredem. Fagnan. *loc. cit. n.* 17. *& seqq.*

Pensionarius etiam ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ cogi non potest ad sacros ordines suscipiendos. Fagn. *in cap. Quæris nu.* 28. *de ætat. & qualit. tom. pr.* 69

Pensionarius quamvis Ecclesiæ non inserviat, tamen gaudet fori privilegio instar obtinentis beneficium. Fagnan. *in cap. Cum in cunctis num.* 103. *de elect. tom. pr.* vide infra *num.* 76. 70

Pensionarii tenentur ad collectam per Clericos solvendam, sicut cæteri Beneficiati. Fagnan. *in cap. ad Audientiam il secondo n.* 87 *de rescript. tom. pr.* 71

Pensionarius sine beneplacito Apostolico non potest constituere pro pecunia procuratorem irrevocabiliter ad fructus pensionis exigendos. Fagnan. *ubi prox. n.* 96. 72

Cancellaria habet pensionarios pro beneficiatis & vult in litteris fieri mentionem de pensionibus, sicut de Beneficiis. Fagnan. *ibid. n.* 97. *&* 132. 73

Pensionarius non dicitur sponsus Ecclesiæ, nec ullum spirituale conjugium, vel quasi cum Ecclesia contrahit. Fagnan. *ibid. n.* 102. 74

Pensionarius non intitulatur, nec ad residentiam tenetur. Fagnan. *ibid. n* 105. 75

Pensionarius ex declaratione Gregorii XIII. censetur beneficiatus ad effectum gaudendi privilegio fori Ecclesiastici. Fagnan. *ibid. n.* 131. 76

Pensionarius habet hypothecam specialem super fructibus Beneficii, nisi pensio sit personalis. Fagnan. *in cap. Nisi essent, num.* 58. *de præbend. tom.* 3. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 65. *n.* 8. *&* 9. *vol.* 4. Caprar. *decis* 459. *n.* 18. 77

Pensionarius antequam agat contra successores pro pensionibus decursis debet priùs ostendere fecisse diligentias contra antecessores, & agere non actione directa, sed subsidiaria Caprar. *decis.* 389. *n.* 5. *&* 6. 78

Ministri Ecclesiæ non possunt efformare observantiam Ecclesiæ præjudicialem, recipiendo minorem pensionem, quàm debetur Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 38. *n.* 6. *vol.* 4. 79

Utrum colonus per præscriptionem a pensione annua se liberare possit, & quomodo Layman. *Theol. Moral. libr.* 3 *tract. pr. cap.* 8. *n.* 9. 80

Pensiones domus exactæ præsumuntur si fuerunt conventæ. Emerix Jun. *dec.* 1107. *n.* 6. 81

Liquidatio pensionum domus fieri debet detractis quinque pro centenario pro necessariis reaptationibus. Emerix Jun. *dec.* 251. *n.* 3. *& dec.* 386. *n.* 4. 82

Quantitas pensionum probatur ex Instrumentis locationum. Emerix Jun. *dec.* 1107. *n.* 4. Item ex attestationibus Conductoris, & Exactoris. Emerix. *ibid. n.* 5. 83

Pensiones refici non debent, nisi constet Domum fuisse locatam. Emerix Jun. *dec.* 905. *n.* 10. 84

Pensiones Domus taxantur ad rationem quinque pro centenario detractis necessariis reaptationibus. Emerix Jun. *dec.* 680. *n.* 2. 85

Pensiones solvere tenetur, si quis interpellatur, & conventus ad conducendam fabricam furni ad formam ejus privilegii coactivi, recusaverit conducere, perinde ac si furno usus fuisset. Caprar. *dec.* 309. *n.* 9. *part. pr.* 86

Pensiones domus quoties quis bona fide exegit, easque consumpsit, conveniri non potest ejus hæreditas ad illarum restitutionem Rot. cor. Coccin. *dec.* 1866. *n. pr.* & cor. Dunoz. *dec.* 672. *num.* 5. Caprar. *dec.* 746. *n.* 3. *part.* 2. 87

Pensiones domus sunt restituendæ à die motæ litis Rot. cor. Caprar. *dec.* 615. *n.* 8. *part.* 2. 88

89 Pensionum annua quantitas percepta ex domo annis antecedentibus præsumitur percepta annis subsequentibus, data possessione. Rot. cor. Merlin. *dec.* 291. *n.* 6. & cor. Alex. VIII. *dec.* 30. *nu.* 10. *et seq.* & *dec.* 193. *n.* 19. & 20. Caprar. *dec.* 514. *n.* 2. *par.* 2.

90 Pensiones domorum perceptæ per creditorem inhabitantem domum pignoratam an excomputandæ sint ad favorem debitoris. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 133. *nu.* 2. Et quid ubi Domus esset solita locari. Card. De Luc. *ibid. nu.* 5. Et quid in casu converso. Card. De Luc. *ibid. n.* 6. & 7.

91 Pensiones Domorum viam executivam an habeant. Card. De Luc. *de Judic. disc. pr. num.* 16. *disc.* 42. *sub num.* 27.

92 Facta disdicta per locatorem cum protestatione non recusandi personam conductoris, sed pro consequenda majori pensione, si conductor continuet, quæ pensio debeatur. Card. De Luc. *de locat. disc.* 16. *per tot.*

93 Pensio domus non debetur, quando habitatio prætendi potest jure familiaritatis Palm. nep. *alleg.* 282. *nu.* 8. *et* 10. *tom.* 3. Item pensio domus non debetur, quando alter non solebat locare, & alter non solebat conducere Palm. nep. *alleg.* 287. *n.* 9. *cod. tom.* 3.

§. PERICULUM. XVII.

1 PEriculi appellatione non venit casus fortuitus, & ideo suscipiens in se omne risicum, & periculum, non tenetur de casu fortuito, sed tantùm de lata, & levi culpa, nisi culpa saltem levissima præcedat casum, *l. opus quod ubi glos. ff. locat.* Roman. *sing.* 437. Castr. *cons.* 472. *n. pr. lib. pr.* cum aliis quos refert, & sequitur Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 199. *per tot.* vide *in* §. *Conductor n.* 36 Duen. *regul.* 380. latè Pacion. *de locat.* & *conduct. cap.* 49. *nu.* 49. & *seqq.* Altimar. *de nullit. rub. pr. quæst.* 9. *sect.* 6. *n.* 92. *tom.* 3. Hermosil. *al. 3. tit.* 2. *p.* 5. *gloss.* 8. Gallerat. *de renunc. cent.* 2. *renunc.* 101. *n.* 45. Donad. *cap.* 15. *n.* 51.

Contrarium quod imò suscipiens in se periculum alicujus rei teneatur etiam ad casum fortuitum, latè probat Dian. *part.* 18. *tract.* 7. *resol.* 32. *per tot.* ubi tamen postea relinquit cogitandum, & vide Pacion. *loc. citat.* ubi benè declarat, & firmat de communi, assumptionem periculi simpliciter factam non sufficere ad hoc, ut veniant casus fortuiti, sed benè satis esse illos exprimi specialiter absque alia expressione in individuo, qui casus veniant, vel non sub illorum mentione, & alia ad rem, vide Altimar. *loc. cit. n. seqq.* ubi declarat. Gallerat. *loc. adduct.* Donad. *n.* 49. & 50.

Quòd periculi omnis susceptio sit illicita, & usuraria, ac contra jus, quod dans pecunias habeat caput salvum, & recipiens caput fractum perdendo oleum, & operam, nisi adsit juxta recompensatio periculi suscepti, benè probat Bich. *dec.* 191. *n.* 22. & *seqq.* vide *in* §. *Assecuratio*, §. *Casus* & §. *Societas n.* 19. Pacion. *de locat. cap.* 49. *n.* 60. & *seqq.*

2 Periculum rei regulariter spectat ad dominum, *leg. creditor*, & *leg. pignus ff. de pig. act.* Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 86. *n.* 4. facit De Luc. *de locat. disc.* 21. *n. pr. versic. resolutionis*. Spad. *cons.* 230. *n.* 6. & 7. *vol* 2.

Quòd verum est, si res de qua agitur non sit alteri debita, nam ubi est alteri debita ex contractu perfecto, perit periculo creditoris, licèt illius dominium adhuc non habeat, *leg. Sticbus*, & *leg. si certi ff. de verb oblig.* Rot. in Ravennaten. Pecuniaria Ven. 30. Junii 1653. *vers. Nec refert.* penes Urceul. *Consult. forens. cap.* 5. *n.* 104. vide *in* §. *Debitor n.* 9. &c. Paul. Christin. *dec.* 213. *n.* 27. & *seqq. vol.* 4. Facundez. *de just.* & *contract. lib.* 3. *cap.* 9 *per tot.* ubi benè distinguit an pereat casu, dolo, vel culpa, sive post mortem promissoris.

Quando periculum spectet ad debitorem, vel ad creditorem, Tusch. *litt. P. conclus.* 280 & 283.

Quòd in contractibus gratia utriusque contrahentis celebratis, veluti emptione, locatione pignore, societate, & hujusmodi, si aliquod damnum contingat, vel res pereat sine culpa alicujus ex contrahentibus, licèt in foro externo spectet ad dominum ut supra, tamen in foro conscientiæ sit dividendum inter ambos contrahantes, Valer. *in differ. utriusque fori verb. Damnum diff.* 4. Dian. *part.* 3. *tractat.* 6. *resolut.* 10. ubi exemplificant in equo locato damnificato, & mortuo sine culpa conductoris, ut damnum sit comune in foro conscientiæ, licèt secùs sit in foro fori, Cabal. *cons. dec.* 56. *lib.* 2. ubi de conductore equorum, vel asellorum, ut non teneatur ad æstimationem, si casu fortuito, ut puta vi fluminis, vel alio modo sine ejus culpa perierint.

Periculum, sicut & commodum rei venditæ spectat ad emptorem quando contractus est perfectus, & non expectat post se degustationem, ponderationem, vel mensuram, nam his casibus licèt esse perfectus, quoad indissolubilitatem, & pœnitentiam, non dicitur perfectus quoad periculum rei, nisi facta degustatione, ponderatione, vel mensura, Afflict. *dec.* 280. & *dec.* 399. ubi etiam Util Gratian. *disceptat. forens. cap.* 549. *n.* 13. &c. ubi loquitur in vino, cujus periculum ante mensurationem spectat ad venditorem, licet prius fuerit degustatum, vel datum in assaggio, & dolium signatum, vide in §. *Venditio num.* 16. & §. *Vinum*, latè Dian. *part.* 11. *tractat.* 7. *resol.* 32. *Per tot.* Dicastil. *de just. lib.* 2. *tractat.* 9. *disputat. pr. dub.* 2. *per tot.* Joseph de Rosa *Consultat.* 68. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 74. *per tot. volum.* 3. ubi plura de periculo, & commodo rei venditæ, & *decis.* 213. *volum.* 4. Riec. *Collect.* 1068. Cabal. *cons. dec.* 18. *per tot. lib* 2. ubi benè distinguit de vino vendito in specie, vel corpore, seu in genere, vel quantitate, ad quem singulis casibus spectet periculum ante degustationem, mensurationem, & exportationem, & *cons.* 179. *lib. pr.* ubi de animali vendito, & intra triduum mortuo, ut periculum, & damnum sit venditoris, quia præsumitur mortuum ex morbo antea genito, nisi probetur culpa emptoris, vide in §. *Venditio n.* 39. latè Petr. de Onnate *de contract. tom pr. tract.* 3. *disput.* 7. *sect.* 8. *per tot. fol.* 252. &c. Faguad. *de just.* & *contract. lib.* 5. *c.* 47. *per tot.* ubi plura, cui pereat, vel deterior fiat res, an emptori, vel venditori, Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *Confect.* 3. & 4. *fol.* 123. &c. ubi de rei incrementis, & meliorationibus, ac de peremptione, vel deterioratione, Hermosil. *ad leg. par. it. tom.* 2. *glos. pr.* &c. *leg.* 23. *fol.* 531. &c. *ad* 547. ubi plura de periculo rei venditæ quando spectet ad emptorem, vel ad venditorem. Em. De Luc. *De Regal. disc.* 118. & *disc.* 125. *De Credit. disc.* 23. *De Empt. disc.* 8. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *à n.* 474. *tom.* 4. Bonden. *collect. leg.* 49. *n.* 32. Rot. post eumd. *decis.* 26. Brunnemann. *in l. pr. C. de peric.* & *comm. rei vend.* 3

Quòd generaliter quando contractus est conditionalis ante purificatam conditionem, & intimatam emptori, periculum spectet ad venditorem, probat idem Gratian. *dict. cap.* 549. *n.* 13. &c. Dian. *dict. resol.* 32. *vers. notandum*, vide Gibalin. *loc. citat. Confect.* 4. *n.* 8. ubi videtur distinguere inter totalem peremptionem, & deteriorationem, ad quem spectent fructus medii temporis, an possit emptor repetere si quid nomine pretii solverit tamquam indebitum, & alia: Altimar. *de nullitat. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 39. *à n.* 107. *tom.* 6.

Quod periculum interitus, & totalis peremptionis in venditione conditionali ante purificatam conditionem spectet ad venditorem; periculum verò deteriorationis, & diminutionis, sicut commodum augmenti pertineat ad emptorem, quale benè explicat Altograd. *cons.* 13. *per tot. lib.* 1. & Gibalin. *loc. cit.* Em. De Luc. *de Empt. disc.* 52. Olea *de cess. jur.* *in ad d. tit.* 7. *quæst.* 3 *post n.* 27. *n.* 34.

Quod periculum rei in solutum acceptæ spectet ad recipientem ratione dominii in eum translati, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 86. *n.* 3. & *seqq.* Altimar. *de nullitat. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *num* 778. *tom.* 4. Staiban. *resol.* 190. *n.* 86. & 104.

In permutatione autem ad quem spectet periculum rei post illam refectam, Paul. Christin. *dec.* 107. *n.* 9. *vol.* 3. ubi videtur idem concludere quod in emptione, & venditione, cui assimilatur permutatio.

Pe-

4 Periculum rei venditæ habita fide de pretio, sed cum pacto, quòd interim dominium remaneat penes venditorem donec sit satisfactus de pretio, licèt dicatur venditio perfecta, spectat ad ipsum venditorem, penes quem adhuc residet dominium, Dec. *conf.* 179. Ang. & Castr. *in leg.* 2. *C. de pericul. & commod. rei vend.* latè probat Cyriac. *controv.* 164. *per tot. lib. pr.* alios pro hac parte allegat Urceol. *Consult. for. cap.* 5. *num.* 17. facit quod dixi in §. *Dominium num.*

Contrarium tamen uti verius, & receptius firmant alii, Boss. *de remiss. merced. n.* 101. Grat. *discept. forens. cap.* 206. *n* 11. *&c. cap.* 354. *n.* 48. *cap.* 523. *n.* 17. *cap.* 730. *n.* 24. *cap.* 772. *n.* 7. Mangil. *tract. de evict. quæst.* 148. *n. pr. & seqq.* Altograd. *cons.* 9. *n.* 26. *&c. lib. pr.* Urceol. *dict. cap.* 5. *nu.* 60. *&c.* ubi inserit decisionem Rotæ Romanæ de die 30. Junii 1653. Surd. *dec.* 198. *n.* 28. *&c.* ubi loquitur etiam si res interim esset locata emptori pro certa pensione loco pretii non soluti, vide in §. *Venditio n.* 16. *&c.* Urceol. *in Append. ad dict. cap.* 5. *nu.* 60. *in fin.* 2. *vol. fol.* 9. ubi dicit idem esse etiam non facta traditione, nam adhuc si sine culpa venditoris res pereat, ipsi emptori perit, & non venditori, cui emptor pretium solvere tenebitur, quia sicut emptoris est commodum etiam ante traditionem, ita & incommodum ejusdem esse debet, ad tradita per Cover. *var. resol. cap.* 15. *nu.* 2. Anton. Faber. *de conject. lib.* 2. *cap.* 4. & alios per eum citatos, Ror. post Urceol. *de transact. dec.* 17. *nu.* 4. ubi etiam an teneatur ad fructus re perempta, Amat. *dec. Ferrariens.* 63. ubi quòd licèt periculum rei venditæ regulariter spectet ad emptorem, tamen secùs est si venditor sit in mora tradendi, nam interim tenetur ad custodiam, & diligentiam, & si sequatur damnum etiam ex levissima culpa ad illius emendationem, Petr. de Onnate *de contract. tom. pr. tract.* 3. *Disp.* 8. *sect.* 5. *fol.* 275. ubi qualiter mora transferat omne periculum in morosum debitorem, non autem ullum commodum, ex quo notat quatuor specialia, & mirabilia, facit latè Cresp. de Valdaur. *observ.* 102. 103. & 104. *per tot.* ubi de pericolo mutationis monetæ, cujus damno cedat, an creditoris, vel debitoris post moram, si æquè apud utrumque erat peritura, Larrea *Allegat. fisc.* 83. *per tot.* ubi de periculo diminutionis pecuniæ, an spectet ad thesaurarios Principum, vel ad ipsos Principes, vide in §. *Administrator nu.* 26. Plures modernos refert Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 7. *sect.* 2. *nu.* 34. *tom.* 3. Bonden. *collect. leg* 49. *nu.* 32. *& seqq.* Carl. Ant. De Luc. ad De Franch. *dec.* 506. *n.* 9. Idem Altimar. *loc. cit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 493. *tom.* 4.

5 Periculum contingens in mensura, ut quia dictum fuerit prædium esse tornaturarum centum, & reperiatur tantùm septuaginta, si venditio facta fuit ad corpus spectat ad emptorem, sicut, & commodum si esset plurium tornaturarum, quàm fuit dictum, si verò sit facta ad mensuram spectat ad venditorem, nec dicitur perfecta nisi sequuta mensuratione, Paul. de Castr. *in leg.* 2. *C. de pericul. & commod. rei vend.* Gratian. *discept. for. cap.* 256. *nu* 44. *&c.* Surd. *decis.* 64. & 257. *per tot.* vide *in* §. *Venditio n.* 16. vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect. pr. per tot. tom.* 3. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

6 Periculum rei venditæ, non obstante nullitate contractus ob non servatas solemnitates à jure requisitas in alienatione rerum minoris, spectat ad emptorem, Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 97. & 98. Altimar. *d. quæst.* 15. *n.* 494. *tom.* 4.

7 Periculum rei venditæ salvo consensu domini directi an spectet ad emptorem, vel ad venditorem interim donec hujusmodi consensus accedit, vide in §. *Alienatio n.*

8 Periculum rei æstimatæ in dotem traditæ tali æstimatione, quæ non faciat venditionem, vel addito pacto quòd soluto matrimonio restituatur pro eodem pretio spectet ad uxorem, nisi culpa mariti etiam levissima facta fuerit deterior, vel perierit, nam tunc debetur æstimatio, Castr. *in leg. si æstimatis n.* 3. *ff. solut. matrim.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 74. *nu.* 17. Merlin. *dec.* 791. *n.* 19. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 83. *n.* 11. & 12. Palme *consult.* 22. Altimar. *de null. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *à n.* 535. *tom.* 5. Palm. *nep. alleg.* 41. *n.* 4. *tom. pr.*

Si verò fuerit translatum dominium per dationem insolutum, tunc periculum spectat ad maritum, *leg. æstimatæ ff. de solut. matrimon. leg. cum dotem C. de jur. dot.* Afflict. *dec.* 270. *nu.* 4. Seraphin. *decis.* 1480. *nu.* Buret. *dec.* 41. *n. pr.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 86. *n.* 3. *& seqq.* latè Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 12. *per tot.* ubi de periculo nominum debitorum in dotem datorum, ad quem spectet, si facta fuerit non solvendo, infra *n.* 14.

Quòd periculum consumptionis rerum consistentium in pondere, numero, vel mensura, spectet ad maritum, etiam culpa carentem, & alia æstimatione non facta, idem Menoch. *dict. præsumpt.* 74. *n.* 11. sed vide quæ dixi in §. *Bona n.* 10. & §. *Æstimatio nu.* 9. *in fine*, & §. *Mobilia n.* 5. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 15. *num.* 781. *tom.* 4. Scopp. ad Grat. *dec.* 191. Ros. *consult.* 68.

9 Periculum rei in emphyteusim concessæ, spectat ad emphyteutam, & ideo combusta domo non liberatur à canone, latè Surd. *dec.* 198. *per tot.* de quo tamen vide in §. *Emphyteusis num.* Vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

10 Periculum diminutionis, vel commodum augmenti hæreditaris, an spectet hæredi, vel legatario, & similibus, vide in §. *Augmentum n.*

Quòd periculum rei legatæ cessante dolo, culpa, & non mora hæredis spectet ad legatarium, concurrente verò dolo, culpa, vel mora hæredis spectet ad ipsum hæredem; sed quid si eodem modo res legata fuisset peritura apud legatarium, variæ sunt opiniones, ad tradita per Dian. *part.* 11. *tract.* 7. *resolut.* 45. vide *in* §. *Debitor n.* 10. Paul. Cristin. *decis.* 213. *n.* 27. *& seqq. vol.* 4. Em. De Luc. *de De Legat. disc.* 27. *ex n.* 7. *de fideicom. disc.* 167. *num.* 3 & 9.

11 Periculum mercium consignatarum Mulioni, vel Proccacio per mercatorem, qui illas emit de ordine alterius, ut ei mitteret, spectat ad illum, de cujus ordine fuerunt emptæ statim facta consignatione portitori approbato, & ille ad quem sunt directæ non obstante amissione tenetur solvere pretium, de quo fuit creatus debitor à mittente, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 503. *num.* 17. *&c. per tot.* facit Em. De Luc. *de Credit. disc.* 23. *n.* 10.

Quia dominium rei acquiritur ei, cujus nomine fuit empta, & consequenter ad eundem spectat omne periculum damni, & lucri, Duran. *dec.* 16. *per tot.* facit in §. *Emptio n.* §. *Locatio n.* §. *Vecturales n.* 2. & §. *Venditio n.*

12 Periculum pecuniæ consignatæ ab eo, qui vendidit cum pacto redimendi, pro facienda redemptione, spectat ad emptorem recusantem revendere, & illam recipere, nisi tamen recusaret ex aliqua justa causa, Tiraquel. *de retract. convent.* §. 4. *gl.* 6. *num.* 34.

Ad quem autem spectet periculum pecuniæ depositatæ, vide in §. *Depositum nu.* vide Em. De Luc. *de Tutor. disc.* 16. *n.* 13. *de Credit. disc.* 144. *nu.* 3. & 4. Noguerol. *allegat.* 7. *n.* 37. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 21. *à nu.* 57. *tom.* 4. Salgad. *Labyr. credit.* 3. *part. cap.* 11. *a n.* 28. & 43. Barbos. *vot.* 13.

Ad quem periculum pecuniæ administratori concessæ, vide in §. *Administrator n.* 26.

Ad quem periculum diminutionis monetæ, vide in §. *Moneta num. pr.* & §. *Mutatio n. pr.* & 2. An ad creditores anteriores, vel posteriores, Noguerol. *alleg.* 7. *n.* 47.

13 Periculum nominum debitorum effectorum non solvendo, an spectet ad tutorem, vel ad pupillum, & quid de repertis in hæreditate, vel contractis ab ipso tutore, & quid ab utroque sit probandum, Gret. *disceptat. forens. cap.* 125. *per tot.* vide *in* §. *Nomen num.* 10. & §. *Tutela n.* 25.

De periculo pecuniarum pupillarium an spectet ad tutorem, vel ad pupillum, vide *in* §. *Pecunia n.* 9. Vide Rube *de Confuss. Jur. cap.* 3. *n.* 450.

14 Periculum nominum debitorum fallitorum, an,

& quando spectet ad cedentem, vel cessionarium, latè Gratian. *discept. forens. c.* 527. *per tot.* Franch. *dec.* 108. *per tot.* ubi de nomine debitoris in dotem dato, vide in §. *Cessio n.* 30. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic. n.* 7. *&c. vol.* 3. ubi concludit spectare ad cessionarium, late Thomat. *dec.* 61. *per tot.* Guzman. *de evict. quæst.* 35. Olea *de cess. jur. tit.* 7. *quæst.* 3. *per totum*, ubi plures casus distinguit, & bene declarat. Vide Balduc. *tit.* 4. *dec.* 22. *a n.* 9.

Quòd periculum nominis debitoris cessi spectet ad cedentem; dati verò in solutum, vel delegati pertineat ad recipientem. Rot. in Bonon. litterarum Cambii 27. Novembris 1648. coram Celso post Oleam *de cess. jur. dec. pr. per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 224. ubi quòd cedens censum in permutatione bonorum fructiferorum, si census postea detegatur nullus, tenetur ad restitutionem pecuniarum unà cum interesse. Vide Altimar. *d. quæst.* 15. *n.* 788. *in fin. tom.* 4.

15 Periculum pignoris an spectet ad debitorem, vel creditorem, vide in §. *Pignus num....*

16 Periculum ubi majus est, ibi cautius agendum, & quando periculum non est separabile, multa admittuntur pro illo evitando, quæ aliàs non admitterentur, quòd nemo præsumatur se velle periculo exponere, & alia, Tusch. *litt. P. conclus.* 281. *& seqq.*

17 Periculo peccati se exponere non est semper peccatum sed tantùm quando fit sine aliqua causa, Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *res.* 269. *vers. Igitur ex his*, de quo tamen melius idem Dian. *d. part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 3. *per tot. & part.* 7. *tract.* 11. *res.* 29. ubi iterùm dicit se adhærere affirmativæ sententiæ, ut supra, quamvis referat Caramuel. *in Regul. D. Benedicti disput.* 70. *n.* 3058. negativam ingeniosè, sed nimis laxè probantem facit Michael Ferro Manriq. *Quæst. Vicar.* 119. *part.* 2. ubi plura de occasione proxima peccati tollenda, atque vitanda, & an aliquo casu possit excusari, de qua materia Sylvestr. *in Sum. verb. Occasio*, Angel. *in Sum. eodem verb.* Tolet. *in Sum. lib.* 3. *c.* 18. Graff. *decis. lib.* 1. *cap.* 28. Sanch. *lib.* 1. *Sum. c.* 8. *& cap.* 9. Navar. *in Manual. c.* 14. *n.* 26. *&c.*

18 De periculo decoctionis debitoris, cui directæ erant litteræ cambii, an sit scribentis, vel recipientis litterarum; de periculo rei venditæ cum pacto reservationis dominii, donec pretium fuerit solutum, cui cedere debeat; de periculo nominum debitorum assignatorum creditori; ac de periculo naufragii navis onustæ si contingat in porto, dum iter cœpisset, an cedat in damnum domini navis, vel mercium, vel assecuratorum, vide Thoro *comp. decis. Neap. part.* 2. *verb. Periculum.*

19 De periculis vitandis, an peccet se exponens periculo peccandi, & alia de diversis periculis, Castejon. *Alphab. jurid. verb. Periculum*, Com. August. Font. *eodem verb. fol.* 305. & erudita Nova Polyanthea *verb. Periculum.* Fagnan. *sup. Decret.* Brunnemann. *sup. ff. & C.* Card. De Luc. *in Indic.* latè Altimar. *de nullit.*

20 Periculum interitus rei post moram à debitore commissam, cedit damno morosi, etiã si eodẽ modo fuisset peritura apud dominũ, quod est verum in foro exteriori, sed in foro conscientiæ si res, eodem modo erat peritura apud dominum, non tenetur detentor ad illius æstimationem, ut utrumque casum juribus, & auctoritatibus comprobat Valer. *de different. utriusque fori, verb. Obligatio differ.* 11. *per tot.* vide quæ notavi in §. *Debitor num.* 9. *&* 10. *& in hoc*, §. *num.* 2. *&c.* Castald. *Consult.* 204. *per tot.*

21 De periculo, sive evictione nominis debitoris cessi, cujus damno cedat, cedentis, an cessionarii, Mans. *Consult.* 19. *lib. pr.* ubi distinguit inter simplicem cessionem, delegationem, aut dationem in solutum, & ex quibus utraque cognoscatur, vide in §. *Cessio num.* 30. *& seqq. &* §. *Nomen num.* 15. Em. De Luc. *De Regul. disc.* 22. *n.* 2. & vide supra *n.* 14.

Periculum litis inhærens contractui diminuit valorem bonorum juxta existimationem periculi non tamen illud adimit in totum. Joann. Emeria *dec.* 73. *num.* 7.

22 Periculum pecuniæ solutæ cum cautione de restituendo spectat ad accipientem Fontanell. *de pactis clauf.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. *n.* 35. *& seq.* Franch. *dec.* 75. *n.* 9. *& dec.* 200. *n.* 4. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 2. *num.* 8.

23 Ubi periculum est in mora permittuntur plura de quibus Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 56. *num.* 9. Caprar. *dec.* 525. *n.* 2 *part.* 2.

24 Periculum est unica causa salvandi contractum cambii Rot. cor. Mantic. *dec.* 283. *nu. pr.* De Luc. *de usur. disc.* 8. *n.* 7. Palma Nep. *all.* 267. *n.* 20. *tom.* 3.

25 Periculum rei mutuatæ quod in se suscipit creditor, cur eum non excuset ab usura, si aliquid ultra sortem recipiat Fagnan. *in cap. Naviganti n.* 10. *& seq. de Usur.*

26 Periculum amissionis sortis in societate officiorum est pecunia æstimabile ad rationem duodecim pro centenario Sot. *lib.* 6. *de just. & Jur. quæst.* 6. *art.* 2. *ad fin.* Fagnan. *ind. cap. Naviganti n.* 5. *de Usur.*

27 Periculum litis coram Judice suspecto Rub. *de Conf. Jur. cap.* 3. *n.* 245.

28 Periculum animæ non facit transire sententiam in rem judicatam Jason. *in l. admonendi ff. de Jurejur.* Pellegrin. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 2. *nu.* 56. *pag.* 194.

29 Periculum contractus mandati spectat ad mandantem Spad. *Conf.* 42. *n.* 2. *tom. pr.*

30 Periculum amissionis pecuniarum non justificat contractum de sui natura usurarium Spad. *conf.* 124. *num.* 17. *tom. pr.*

31 Periculum contrahendi Infirmitatem ob aeris insalubritatem sufficit pro justa causa recedendi à loco convento Sanchez *de Matrim. disp.* 40. *n.* 3. Farinac. *de delict. carn. quæst.* 143. *n.* 181. Cels. *dec.* 9. *n.* 7.

32 Periculum animæ ubi est, potest dici de nullitate sententiæ etiam post 30. annos Altimar. *de Nullit. rub. pr. quæst.* 4. *n.* 38. *& rub.* 8. *quæst.* 3. *tom. pr.*

33 Periculum quando est in mora, an appelletur Salgad. *de reg. protec. part.* 3. *cap. pr. n.* 76. *& part.* 3. *cap.* 7. *n.* 37. Altimar. *de Nullit. rub.* 5. *quæst.* 34. *nu.* 20. *tom. pr.*

34 Periculum excrescentiæ rivuli fluentis prope Ecclesiam Parochialem est justa causa erectionis novæ Parochiæ, si per eam tollitur periculum Spad. *conf.* 96. *n.* 5. *tom.* 2. Non procedit tamen in rivulo admodum exiguo, qui de raro infert periculum Spad. *ibid. n.* 6.

35 Periculis humanis obviandum est per res humanas Fagnan. *in cap. Cum ad Monasterium nu.* 50. *de statu Monach.*

36 De locatione bestiarum & cujus periculo deteriorentur, vel pereant Gomez. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 22. ubi Add. Molin. *disp.* 503. Valenz. *conf.* 108. Barbos. *vot.* 126. *n.* 60. Cyriac. *contr.* 459.

37 Periculum equi commodati ad quem spectet Medic. *de castb. fort.* 3. *part. q.* 10. *n.* 52. Mozz. *de Commod.* §. *fin. n. pr.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 2. *à n.* 86. *& seqq. tom.* 3.

38 Periculum, pecuniæ immissæ in societate, si amittatur, est immittentis, si adest pactum Less. *de Justit. lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 2. Scacc. §. 3. *glos.* 3. *nu.* 33. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 25. *nu.* 413. *tom.* 4.

Periculum contractus assecurationis, & sponsionis ad quem spectet Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 11. *nu.* 4. Duard. *de societ. lib.* 2. *cap.* 4. *quæst.* 24. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 26. *n.* 63. *tom.* 4.

Periculum, in assecuratione cambii maritimi, totum est capitanei debitoris Altimar. *de Nullit. d. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 26. *n.* 129.

Periculum rei fiscalis venditæ post extinctionem candelæ, vel virgam deosculatam, an pertineat ad Regiam Curiam, vel ad emptorem sive oblatorem Tusc. *lit. E. concl.* 124. *n.* 7. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 4. *quæst.* 39. *n.* 908. *tom.* 6.

§. PERIURIUM. XVIII.

1 PEriurus, & inducens alios ad periurium magis peccat quàm homicida, adulter, & fur, nam similes corpus, & res offendere curant, hic autem animas perdit, Felin. *in cap. Apostolicæ de except.*

Boss.

Boss. de inquisit. num. 133. Menoch. de arbitr. cas. 319. num. pr. vide Farinac. qu. 160. num. 6. &c. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. libr 4. tit. 22. nu. 189. Tusch. litter. P. conclus. 291. Suarez de Relig. tom. 2. tract. de jurum. lib. 3. cap. 3. & 4. per tot. fol. mihi 462. etc.

2 Periurus efficitur infamis utroque jure, privatur omnibus beneficiis, non tamen ipso jure, sed per sententiam, & quando ad decisionem causæ juramento sibi oblato falsum juravit, potest fisco instante inquiri, & puniri pœna extraordinaria Judicis arbitrio, nisi juraverit non sedato animo, sed calore iracundiæ, nam tunc mitius punitur, quidquid alii permulti senserint periurum nullo modo temporaliter puniri, sed solum Deum ultorem habere, quibus benè satisfacit Menoch. de arbitr. cas. 319. per tot. Merlin. decis. 46. num. 16.

Multa de periurio, & illius pœnis, & qualiter pœnæ possint evitari ex defectu doli, culpæ, vel ex ignorantia, & similibus causis, Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 169. & seqq. ad 212. fol. 449. Tusch. litt. P. concl. 287. & seqq. Ridolphin. in prax. part. pr. cap. 8. num. 89. &c. Merlin. decis. 46. nu. 6. & seqq. Ricc. Collect. 265. 2239. 2240. 1316. & 3083. Surd. decis. 58. num. 4. Rot. part. 4. recent. dec. 367. num. 7. & part. 12. decis. 198. num. 15. & seqq. Suarez loc. sup. cit. per tot. Bellegrand. in comp. rer. crim. meth. tract. 3. quæst. 9. Layman. Theol. Moral. libr. 4. tract. 3. cap. 4.

An, & quando periurus incurrat pœnam infamiæ, latè Farinac. quæst. 160. nu. 147. & seqq. & quæst. 67. num. 22. & seqq. Clar. §. Periurium, Cardin. Tusch. litt. P. concl. 289. & 290. Seraphin. de jurum. privil. 174. Pac. Jordan. d. tit 22. num. 281. & seqq. ad 299. fol. 457. ubi plura summatim de more Anton. Pichard. cum pluribus ab eo citatis Pract. Instit. part. 3. tit. de pœn. omn. delict. num. 96. & seqq. fol. ·04. & remissivè Castejon. in Alphabet jurid. verb. Periurium. Vide Bellegrand. in comp. rer. crim. method. tract. 3. quæst. 9. num. undec.

3 Periurus potest criminaliter puniri non solùm per accusationem, sed etiam per inquisitionem, & ex Judicis officio pœna extraordinaria, & arbitraria pro gravitate, & qualitate criminis, & insuper condemnari ad damna, & interesse passa per eum contra quem pejeravit, liquidanda per illius juramentum in litem; & in foro conscientiæ peccat mortaliter, ac ulteriùs privatur omni actione, jure, & commodo ex contractu jurato, cui contravenit, aliasque patitur pœnas civiles, de quibus in l. si quis major C. transact. Farinac. qu. 160. num. 28. & seqq. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 12. & 13. cum aliis per Jordan. dict. tit. 42. num. 238. & seqq. ad 330. fol. 454. ubi ampliat, & limitat, ac plures alias periurii pœnas recenset, vide in §. Dispositio num.... Ricc. Collect. 1316. Conciol. resolut. crim. verb. Periurium resol. unic. per tot.

Minor tamen, qui juravit se majorem in contractu, in quo sunt omissæ solemnitates, non potest ratione periurii criminaliter puniri, Bald. cons. 15. lib. pr. Farinac. qu. 160. num. 147. etc. Merlin. decis. 155. num. 6.

Plura de periurio criminaliter puniendo, etiam in juramento litis mixti fori, Caren. resol. 247. per tot. De Luc. De Judic. disc. 25. n. 2. ubi de pœna amputationis manus dexteræ, & disc. 23. num. 14., & disc. 34. num. 17., ubi quòd pœna periurii recessit ab Aula.

4 Periurus repellitur ab agendo, & à limine judicii in causa, in qua fuit periurus, & in tangentibus ipsam causam, nisi absolutionem obtinuerit à Papa, non autem in aliis causis diversis, nec quando pars non opponeret, licèt etiam Judex possit ex officio illum repellere si velit, quamvis non teneatur, non etiam repellitur si suam, vel suorum injuriam prosequatur, vel si sit periurus extra contractum, vel si de periurio non constet in continenti, sed altiorem requirat indaginem, quia tunc procedi potest reservata cognitione periurii in meritis causæ, Farinac. qu. 160. num. 176. & seqq. Pac. Jordan. d. tit. 22. nu. 299. & seqq. ad 310. fol. 458. vide in §. Absolutio num.... Tusch. litt. P. conclus. 296. per tot. Ridolphin. in Prax. part. pr. capit. 8. num. 54. & seqq. ad 95. Rot. part. 10. recent. decis. 24. num. 11. &c. part. 12. decis. 198. num. 8. & seqq. Addit. ad Sanfelic. decis. 370. Ludovis. dec. 64. ubi quòd repellitur à limine judicii etiam in manutentione. Latè Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 17. per tot. tom. 2. Jacob. Emerix decis. 10. num. 4. Vide Bellegrand. loc. cit. tract. 3. quæst. 9. num. 3. & 7. Carol. Ant. De Luc. in Pract. civil. cap. 23. & infra n. 35.

Quòd periurus possit agere ex alio contractu, licèt non ex eo, ex quo incidit in periurium, Rota part. 2. divers. decis. 97. in fine.

Quòd parte non opponente audiatur periurus, & teneat judicium, Cravet. consil. 199. num. 15. Seraphin. de privileg. jurum. privil. ult. n. 18. Ludovis. d. decis. 64. num. 10.

Et exceptio periurii est opponenda in principio litis, aliàs censetur remissa, Cravet. cons. 199. nu. 12. Possent. singul. 317. per tot.

Periurus semel in judicio non amplius admittitur ad ferendum testimonium, cap. parvuli 22. quæst. 5. cap. testimonium de test. vide Mascard. de probat. conclus. 1568. per tot. Clar. §. Periurium num. 7. &c. Ricc. decis. Neapol. 18. part. 2. Farinac. quæst. 56. art. 5. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. n. 383. & seqq. fol. 323. ubi plura paucis perstringit, et tit. 22. n. 326. etc. fol. 459. De Luc. De Judic. disc. 25. n. 10. in fin. 5

Periurus efficitur, qui petit absolutionem à juramento, quando juravit illam non petere, & obtinere non debet, nisi prius obtenta de juramento non petendo Rom. cons. 326. Afflict. disc. 30. num. 6. vide in §. Absolutio num... 6

Periurus non efficitur qui juramentum non servat ex aliqua justa causa à jure permissa, etiam antiqua, vel de novo superveniente, cùm semper in juramento intelligatur clausula rebus sic stantibus, Jas. in l. fin. ff. qui satisd. cog. Addit. ad Pract. Papp. libel. ut pact. servan. glos. ult. verb. periuras, vide in §. Absolutio num...... Sanfelic. decis. 370. cum Addit. ubi quòd stante impotentia, vel impedimento ex facto superioris, debitor non efficitur periurus, nec potest contra eum liquidari instrumentum ad formam ritus Regni. 7

Non etiam incurritur periurium ex lapsu temporis, quando debitor paratus est executionem subire, Possent. singul. 319.

Periurus non efficitur hæres contraveniendo juramento per defunctum, cùm juramentū sit personale ex parte jurantis, cap. veritatis de jurejur. Everard. loc. à vi, et energ. jurum. num. 38. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 22. nu. 197. et seqq. fol. 451. vide in §. Juramentum num..... 8

Periurus dicitur quicumque jurejurando mendacium pro veritate affirmat, quando autem possit excusari, ut non dicatur periurus etiam si veritas probetur in contrarium, quæ sint pœnæ periurii, quando locum habeant, vel non, & alia, Tusch. litt. P. conclus. 287. et seqq. Conciol. resol. criminal. verb. Periur. resol. unic. per tot. latè Suarez de Relig. tom. 2. tract. de jurum. lib. 3. per tot. fol. 458. et seqq. ubi plura de præcepto non pejerandi, quàm grave peccatum sit periurium, an semper sit mortale, quid si juramentum fuerit incautum, vel inconsideratum, vel amphibologicè præstitum, vel sine judicio, & justitia, vel circa materiam ineptam, vel de peccato committendo, de pœnis Ecclesiasticis pro periurio impositis, & hujusmodi. Quid sit periurium vide infra in novissim. addit. Crescin. 9

De periurio, & ejus pœna aliqua decisa refert Thoro Compend. decis. Neapolitan. par. pr. verb. Periurium, quid sit periurium, & alia satis docta, & erudita de periurio habentur in Nova Polyanthea verb. Periurium, & per Velam. tract de Episcop. par. pr. num. 101. et seqq. fol. mihi 342. Bellegrand. in comp. rer. crim. method. tract. 3. quæst. 9. Fagnan. sup. Decret. De Luc. in Indic. gener. Alter De Luc. in Pract. civil. cap. 23. 10

Quòd periurium sit crimen mixti fori, Vela d. tract. de Episcop. num. 101. et in Dissert. 10. num. 36. An, & quando solum Deum ultorem habeat, ut quia nemini nocuit, & alia vide per DD. citatos à Com. 11

Au-

August. Fontan. *Bibliothec. leg. part. 5. verb. Periurium fol. 307.* nempè Cost. *tract. aut sciebat, aut ignorabat Distin. fol. 73. fol. mihi 320. tom. pr. suor. Oper.* Covar. *in cap. Quamvis pactum part. pr. §. 1. 6. 7. etc. de pact. in 6.* & alios plures citatos à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Periurium.* Pignatell. *consult. 47. num. 2. tom. 1.* Et esse crimen mixti fori dicunt etiam Ansald. *de Jurisdict. part. 2 tit. 9. cap. 12. n. 31.* Altimar. *de nullit. rubr. 9. quæst. 17. n. 5. tom. pr.*

12 Periuri infamiam juris, & consequenter irregularitatem incurrunt, (à qua tamen potest Episcopus dispensare) intelligendo sequta sententia declaratoria super perjurio, vel condemnatione de calumnia, vel de testimonio falso à se facto, vel producto; incurrunt etiam alias pœnas, nempè ut repellantur à testimonio perhibendo, non admittantur ad juramentum in litem, amittant jus, & actionem, ac reiiciantur à limine judicii, teneantur accepta restituere, & observare promissa, nisi priùs obtinuerint absolutionem ad effectum agendi, & hujusmodi, ut latè declarat Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part. 2. verb. Periurium fol. 281.*

An periurii pęna intret in partito cum juramento jurato Constant. *ad Stat. Urb. annot. 26. art. 3. num. 158. et seq.* Et an in responsione ad positiones. Idem *annot. 8. artic. 4. tom. pr.*

13 Sicut falsum ponens incidit in perjurium ita etiā falsum respondens; Et tam ponens, quàm respondens contraria post juramentum in causa præstitum, perjurus dicitur, nec distinguitur, an responsio sit de credulitate, vel veritate. Sic respondens positionibus in facto proprio per verbum *credo*, si convincatur de mendatio est perjurus; Et an negans positiones in facto alieno efficiatur perjurus Abeccles & Crescin. *obser. 67. à n. 10. part. 1.*

14 Exceptio perjurii quando obstes, & de differentia in hoc proposito inter tempora antiqua, & moderna. Et hæc exceptio deservire solet pro fomento calumniarum De Luc. *de Fideicom. disc. 201. ex n. 16. de Judic. disc. 23. n. 14. & alibi.*

15 Perjurus subiacebat pænæ amputationis manus dexteræ De Luc. *de Judic. disc. 25. sub n. 2.* Sed reatus perjurii videtur recessisse ab Aula. Idem De Luc. *loc. cit. disc. 23. n. 14. disc. 34. sub n. 17.*

16 Perjurus, & falsus pro eodem accipitur Farin. *quæst. 56. n. 197.* Bellegrand. *in Compend. rer. Crim. Method. tract. 3. quæst. 9. n. 1.*

17 Perjurus strictè à juramento violato dicitur Ubert. *in prax. Judic. tit. Testes §. sexto* Bellegrand. *ubi sup.*

18 Perjurium multipliciter accidit Farin. *cit. quæst. 56. n. 198.* Bellegrand. *ubi sup. n. 2.*

19 Perjurus semel semper talis præsumitur Bellegr. *ibid. n. 4.*

20 Violans juramentum evidentèr illicitum, & temerarium à perjurio excusatur Bellegrand. *loc. sup. cit. n. 5.*

21 Perjurus non aperit viam ad inquirendum, nec facit ad capturam, aut torturam, aut judicium quamvis tortus Lanthfranc. de Oriano *tract. de Testibus n. 77.* Bellegrand. *ibid.*

22 An perjurus emendatus, & cum tortura probet in civilibus controvertitur Bellegrand. *dict. tract. 3. quæst. 9. n. 6.* & negativa resolvitur Bellegrand. *ibid. n. 7.*

23 Perjurus ex privilegio Bonif. VIII. non potest universalitèr in criminalibus admitti Bellegrand. *loc. ad. duct. n. 10.* Multo minus si infamis fiat infamia juris civilis Bellegrand. *ibid. n. 11.*

24 Perjurus, & falsus admittitur in rebus fidei, quamvis consanguineus, item læsæ Majestatis facti, non verbi, non tamen ut sit integer. Bellegrand. *in Compend. rer. Crim. Method. tract. 3. quæst. 17. num. 10. 11. & 14.*

25 Nomine perjuri venit varius, & sibi ipsi contrarius, & per torturam non afficit nominatum, nisi inditia urgeant, & preterquam in rebus fidei Bellegrand. *in Compend. rer. Crim. Method. tract. 3. qu. 25. n. 6.*

26 Testis pejerans an semper mortalitèr peccet D. Thom. *2. 2. quæst. 70. art. 4.* Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. tract. 3. quæst. 15. num. 7. 8. 10. & 11.*

Perjurium inter casus reservatos à Clem. VIII. connumeratur Clar. *quæst. 12. vers. Mendacium* Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. tract. 7. qu. 4. n. 6.* 27

Perjurium sine dolo, vel nomine præjudicans non punitur, sicut nec in Reo. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. tract. 10. quæst. 19. n. 6.* 28

Perjurium est mendatium juramento firmatum Fagnan. *in cap. Falsidicus n. 60. de Crim. fals. tom. 5.* Perjurium omne, quantumcunque mendatium sit leve, ex sui ratione est mortale *ibid. n. 61.* Est grave scelus, & in lege, & in Prophetis, & in Evangelio prohibitum Fagnan. *ibid. n. 62.* A quo nec metus mortis excusat *ibid. n. 63.* Per illud infertur veritati Dei atrocissima injuria, quæ sine mortali esse non potest Fagnan. *ibid. n. 64.* 29

Perjurium est non quod quis ore, linguasque protulit, sed mente jurata concepit, & anima Fagnan. *in d. cap. Falsidicus n. 72. de Crim. fals.* Declaratur *ibid. n. 76.*

Perjurium est aliquid juramento promittere, sub audiendo in mente conditionem ostura impossibilem Fagnan. *loc. sup. cit. n. 99.* 30

Perjurus est qui apparenter jurat, sed intentionem habet, aut non jurandi, aut se juramento non obligandi, aut promissionem juratam non adimplendi Fagnan. *in d. cap. Falsidicus n. 102. de crim. Falsi.*

Perjurium est nequiter decipere credentem D. Thom. *in 2. 2. quæst. 69. art. 1.* Fagnan. *ibid. n. 122.* 31

Perjurus repellitur à testimonio, etiam post peractam pænitentiam Fagnan. *in cap. Intimavit nu. 5. de test., & attest. tom. 2.* 32

Quod procedit in perjuro strictè sumpto, non autem in eo, qui temerè juravit, qui largè tantum perjurus dicitur Fagnan. *in d. cap. Intimavit n. 6. de test. & attest.*

Perjotus est, antequam juret, qui perjurare paratus est Cajetanus *in 2. 2. quæst. 89. art. 7. in respons. ad quartum col. 6. vers. Quo circa* Fagnan. *in supradict. cap. Falsidicus n. 105. de Crim. fals. d. tom. 5.* 33

Perjurium quid Bald. *in l. fin. C. de reb. credit. & jureiuran.* Pellegrin. *in prax. Vic. part. 2. sect. 1. subsect. 7. n. 3. pag. 109.* Item quid, & quotuplex sit Layman. *in Teol. Moral. lib. 4. tract. 3. cap. 14. num. 1. tom. 2.* 34

Perjurus reppellitur à limine Judicii, ubi multæ limitationes Rot. *dec. 97. n. 8. part. 2. divers.* & post Zacch. *de obligat. camer. dec. 14. n. 2.* Pellegrin. *in prax. Vic. loc. sup. cit. vers. Ista exceptio.* Vide supra *num. 4.* 35

Perjurii exceptio non transmittitur ad hæredes criminaliter Pellegrin. *in prax. Vic. loc. cit. num. 6. pag. 110.* 36

Secundo præcepto Decalogi, *Non assumes nomen Dei in vanum*, prohibetur omne perjurium Layman. *in Teol. Moral. lib. 4. tract. 3. cap. 14. n. 1. in Corollar.* 37

Omne perjurium assertorium est peccatum mortale si cum plena deliberatione fiat Layman. *in Teol. Moral. loc. cit. n. 2.* 38

Juramentum incautum, idest prolatum sine debita consideratione verum ne sit, quod juratur, est peccatum grave, vel leve secundum proportionem defectus debitæ considerationis Laym. *in Theol. Moral. dict. lib. 4. tract. 3. cap. 14. n. 3. & 4. tom. 2.* In Juramento assertorio major, vel minor certitudo requiritur pro diversitate rerum juramento assertarum Layman. *ibid. n. 5.* Si testis de ipso facto alterius in judicio juratus deponat, requiritur certa cognitio, quæ habetur per visum, secus si solum testetur de fama Layman. *loc. sup. cit. eod. n. 5.* 39

Non omne promissorium perjurium est peccatum mortale: sed ob levitatem materiæ veniale fieri potest. Layman. *ibid. n. 6.* 40

Juramentum de re indifferente, aut repugnante Evangelicis Consiliis, ut si jures te Religiosum non futurum, non jejunaturum per se loquendo, est peccatum veniale ob justitiæ defectum Layman. *ibid. n. 10.*

Mala consuetudo facilè ad quodvis dictum jurandi collocat hominem in probabili periculo multorum 41

torum falsorum juramentorum Layman. *ibid. n.* 11.

42 Homines aliqui plebei non satis distinguunt inter juramentum falsum, blasphemiam, & maledictionem Layman *ibid. n.* 13.

43 Periculum, & occasio perjurii semper est fugienda Crescin. ad Abecclas. *obser.* 69. *n.* 7. *part.* 1.

§. PERITIA. XIX.

1 PEriti ad hoc ut probent, debet constare illos verè peritos, & uti tales, non uti testes deponere, & licèt aliàs magis credatur testibus peritis, quàm imperitis hoc intelligitur, ubi referuntur signa, ex quibus tamquam ex rebus sic cognitis, eorum depositio justificatur, nec sufficit peritos deponere de sua credulitate, & judicio, ubi agitur de re, cujus vera notitia occulata fide haberi potest, se tunc jurare, & deponere debent præcisè de veritate, sicut cæteri testes, Sperel. *decis.* 178. *nu.* 6. *et seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *nu.* 83. *fol.* 443. Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 34. § 5. *per tot.* ubi plura ad rem, Mascard. *de probat. conclus.* 1169. *num.* 48. *et seqq.* Angel. *de melioram. art.* 6. *nu.* 16, *et* 17. Jovi. *gloss.* 22. §. 18. *num.* 110., *et seq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 37. *n.* 533. *vers. debent esse tales pagin.* 88. *tom.* 6.

Quod secluso interesse proprio credatur perito attestanti de commissione sibi facta, donec de contrario plenè doceatur, Alex. *cons.* 88. *n.* 32. *lib.* 5. Rot. *par.* 24. *recent. dec.* 289. *et part.* 12. *decis.* 219. *n.* 6. *decis.* 295. *num.* 5.

An periti in arte dicantur, & sint testes, vel judices, Tusch. *litt. P. conclus.* 285.

Quòd loco arbitrorum habeantur, & ubi duo sunt electi, non possit unus sine alio facere, quia quòd duobus mandatur non potest per unum expleri, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 461. *num pr. etc. et decis.* 477. *n.* 2. *& sequentib.* Altimar. *loc. cit. vers. ubi duo.*

Quòd ubi agitur de re, cujus cognitio pendat ab intellectu, & capacitate dignoscendi qualitates minuentes, aut augentes valorem rei, requiratur in teste tunc temporis saltem ætas annorum trigінta, ad hoc ut illi tamquam experto, & versato credi possit, Farinac. *de test. quæst.* 70. *n.* 62. *&* 63. Gratian. *discept.* 228. *n.* 25. *& disceptat.* 263. *n.* 20. Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 343. *n.* 2. Altimar. *supra vers. debent periti.*

2 Periti, veluti medici, obstetrices, & similes de eorum peritia deponentes, non est necesse secundùm unam communem opinionem ut deponant cum juramento, sed quòd secundùm aliam magis communem opinionem, & usu Tribunalium receptam teneantur jurare saltem de credulitate, ubi agitur de re non sensu corporeo, sed intellectus judicio perceptibili, ac etiam de veritate si de re sensu corporeo perceptibili agatur, Farinac. *quæst.* 74. *num.* 95. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *libr.* 14. *tit.* 18. *num.* 666. *& seqq. fol.* 338. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1169. ubi plura de diversis peritis, quando standum sit illorum dicto, vel non. Altimar. ad Rovit. *cons.* 51. *n.* 14. *lib.* 3., *& de nullit. rubr. pr. part.* 4. *qu.* 37. *nu.* 533. *vers. non debent pag.* 88. *tom.* 6., ubi conciliat. Vide Pacion. *de Locat.* Hermosill. *gloss.* 6. *leg.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *n.* 39. *& seq.*

Quantùm autem sit fallax, & periculosum illorum judicium, vide in §. *Corpus delicti*, §. *Stuprum*, §. *Venenum*, & alibi.

3 Periti electi à partibus extra judicium non tenentur jurare in eorum relationibus, nec pariter in dictis relationibus est necessaria citatio partis, sed benè pro certa die, & hora ad interessendum in loco super discussione negocii illis commissi, aliàs omnia per eos gesta sunt nulla, etiam si sint extrajudicialiter electi, cum sine partium præsentia non possit haberi cognitio necessaria, Altograd. *consil.* 16. *num.* 20. *&c. lib. pr. & consil.* 21. *n.* 28. *libr. pr.* Covar. *var. resolut. cap* 13. *lib.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 83. *fol.* 443. Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 5. ubi plura de peritorum electione, Merlin. *decis.* 39. Addit. ad Buratt. *dec.* 70. *num.* 13. Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 320. *n.* 6. *& seqq.* ubi plura de nullitate relationis ob defectum citationis partis, maximè quando electio non processit concorditer à partibus, sed ab una tantùm, vel à Judice, *& part.* 15. *decis.* 390. *n.* 2. *&c.* Altimar. *de nullit. dict. nu.* 533. Vide Crescin. ad Abecclef. *obser.* 141. *par. pr. a n.* 16.

Quòd relatio facta parte citata, & monita ad informandum, & videndum mandati referri sit valida, Merlin. *decis.* 468. *num.* 2. Gregor. *dec.* 536. *num pr.* & quando secùs Rot. *part.* 25. *recent. decis.* 390. *num.* 2. *& seqq.*

Qualiter relatio peritorum ex nimia temporis brevitate duorum, vel trium dierum sit nulla, Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 389. *num.* 2. ubi tamen agebatur de calculatione, & recognitione bonorum in diversis partibus existentium, & sic intellige juxta qualitatem negotii.

Periti sunt eligendi per Judicem pro habenda relatione valoris rei, & si prætendatur læsio assumuntur peritores pro revisione, Gratian. *disceptat. foren. cap.* 600. *num.* 5. 21. *&c. cap.* 989. *n.* 10. *etc.* Sanfelic. *decis* 389. *cum Addit.* ubi qualiter revisio possit peti, & fieri usque ad 30. annos. 4

Quòd Judex in electione peritorum intervenire debeat tamquam compulsor partium ad eligendum, & non tamquam elector, nisi partes discordarent in electione, Sperel. *decis.* 54. *nu.* 43. *et seqq.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 389. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34 §. 5. *num.* 9. *& seqq.* Frances *var. resol. cap.* 18. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 632. *num.* 6. *&c.* ubi plura de peritia. Vide Crescin. ad Abecclef. *dict. obser.* 141. *n. pr. part. pr.*

Peritorum relationi juratæ standum est, & juxta illorum votum, quamvis partes contradicant debet Judex sententiam proferre, Gratian. *disceptat. for. capit.* 572. *n.* 48. *&c. cap.* 752. *n.* 49. *&c.* Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 8. *num.* 113. *& seqq.* ubi plura, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 260. *num. pr. vol. pr.* ubi quòd æstimatores à Judice assumpti debent jurare, Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1169. *per tot.* ubi latè in quibus casibus standum sit dicto peritorum in arte, vel non, inferendo ad plures casus particulares. Jovius *gloss.* 22. §. 18. *n.* 114. Angel. *de melior. art.* 6. *n.* 7. Rot. post Salgad. *dec.* 32. *num.* 15. Vide Crescin. ad Abecclef. *obser.* 142. *n.* 18. *part. pr.* Altimar. *loc. cit. pag.* 89. *vers. peritorum relationi.* 5

Quando Judex non teneatur sequi relationem peritorum, Sperel. *decis.* 54. *n.* 22. *& seqq.* ubi quod si sint plures discordantes, potest sequi relationem, quã magis juridicam arbitratur, etiam si fuerit electus tertius, vel alios eligere si velit, & expediat, & dixi in meis resolut. *cap.* 15. *in fine*, vide latè Ridolph. *loc. cit. à num.* 913. *& seqq. ad* 142. Sanfelic. *decis.* 389. *cum Addit.* Pacion. *loc. sup cit. nu* 94. *& seqq.* Frances *var. resol. cap.* 18. Vide Abecclef. & Crescin. *obser.* 142. *part. pr.* Altimar. *ubi supra vers. Judex non tenetur.*

Quòd à relatione peritorum possit appellari, imò sententia de peritorum consilio lata non transeat in judicatum, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 263 *num.* 16. *&c.* vide in §. *Sententia num.* 53. Ridolphin. *loc. cit. num.* 122. *&c.* Paul Christin. *decis. Belgic.* 260. *volum. pr. infra n.* 6. *in fine*, Sanfelic. *decis.* 389. *cum Addit.* ubi qualiter possit peti revisio, & executio usque ad 30. annos, Rot. *part.* 17 *recent. decis.* 302. *nu.* 10. ubi quòd relationes peritorum non transeunt in judicatum, donec fuerint per sententiam confirmatæ Fontanel. *dec.* 600. *nu.* 14. Casar. *quæst.* 17. *n.* 14. Ursil. ad Afflict. *dec.* 35. *n.* 4. Mans. *consult.* 673. *n.* 17. 768. *n.* 16. Schetrin. *de jur. offer. part. pr. cap. pr. sect.* 2. *n.* 41. *& alii, quos cumulat.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 37. *vers. quod a relatione.*

Quòd quando periti fuerunt electi, & approbati à partibus, non requiratur juramentum in eorum relationibus, & an relationes fieri debeant intra tempus præfixum, vel etiam admittantur post lapsum temporis stante aliquo impedimento, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 929. *n.* 17. *& per tot.*

Et stante dicto consensu, illorum relationi omninò standum esse, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 113. *n.* .... *&c. & part.* 10. *dec.* 324. *n.* 4. ubi donec de errore plenè, & concludenter doceatur, *& part.* 11. *dec.*

14.

54. *in fine*, & *par.* 12. *dec.* 295. *n.* 4. ubi de stando relationi Architecti.

Quòd regulariter debeant referre cum juramento, Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 58. *n.* 4. &c. Mascard. *d. concl.* 1169. *n.* 50. &c.

Quòd imò pro forma debeant ab initio jurare de fideliter, & legaliter judicando, vel æstimando, & postea in relatione non requiratur aliud juramentum, Sperel. *dec.* 54. *n.* 45. &c. ubi etiam *n.* 47. quòd est necessaria citatio partis ad interessendum ipso certa die, & hora, Merlin. *dec.* 748. *n.* 17. & 18. Sanfel. cum Addit. *dec.* 389. Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 390. *n.* 2. ubi de citatione necessaria, & *par.* 17. *decis.* 339. ubi quòd juxta communem praxim sufficit juramentum in relatione, & quando periti sint examinandi, vel non. Vide Abecclef. & Crescin. *dict. obser.* 141. *part.* 1.

Multa de electione peritorum, Gratian. *discept. forens. cap.* 235. *n.* 20. &c. *per tot.* ubi etiam an credatur uni, vel requirantur plures, & Sperel. *decis.* 54. *n.* 32. & *seqq.* Ridolph. *ubi supra*, Sanfelic. *decis.* 389. *cum Addit.* Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 5. Abecclef. & Crescin. *d. obser.* 141. & 142. *part.* 1.

Quòd debeant esse plures si reperiantur in loco, aliàs sufficiat unus, Bart. *in proœm. ff. n.* 9. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 85. *fol.* 443. Sanfelic. cum Addit. *loc. cit.* Pacion. *loc. cit.* Novar. *in l. instar. numer.* 6. & *seqq.* *C. de Jur. Fisc.* Nepit. *ad consuetud.* Cathan. *tit.* 49. *n.* 12. Scayn. *dec.* 27. *n.* 7. Altimar. *ubi supra vers. quot periti* Crescin. ad Abecclef. *obser.* 141. *a n.* 20. *part. pr.*

De stando peritis, & alios præferendo testibus, quamvis non reddant rationem, Gratian. *discept. forens. cap.* 926. *n.* 16. &c. *cap.* 961. *num.* 11. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 819. *n.* 5. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 142. *part.* 1.

Quòd si referant quid juris, non sit standum illorum relationi, cùm relatio debeat versari circa factum, non autem circa jus, maximè si in illo errarent, Sperel. *d. decis.* 54. *nu.* 48. facit quod dixi in §. *Testes num.* .... Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 320. *n.* 52. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 37. *n.* 533. *pag.* 88. *vers. sed si referunt tom.* 6.

Multa de stando peritis in arte, & quando secùs sunt, & quomodo eligendi, latè Tusch. *lit. P. concl.* 286. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1169. *per tot.* Ridolfin. *in prax part.* 1. *cap.* 8. *num.* 113. & *seqq.* Merlin. *dec.* 246. ubi de calculatione, & *decis.* 468. vide in §. *Homicidium n.* 21. *vers.* & *de prædictis*, Ricc. *Collect.* 136. & 1144. *infra n.* 7. Abecclef. & Crescin. *loc. cit.* Altimar. *loc. pariter citat.*

Quòd standum sit perito, licèt unico de consensu partium electo, maximè contra eum, cujus facto, & culpa pleniores probationes fieri non potuerunt, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 323. *n.* 6. & *seqq.* Novar. *ubi supra n.* 7. Rube. *de confuss. jur. cap.* 3. *n.* 409. & *seqq.*

6 Periti discordantes circa æstimationem alicujus rei possunt reduci ad concordiam per coacervationem, & calculationem omnium summarum simul eligendo postea mediam, tertiam, vel quartam partem, si duo, tres, vel quatuor respectivè sint qui discordant, & illa pars censebitur vera æstimatio, ad tradita per Cabal. *resol. crim. cas.* 119. *nu.* 17. &c. Gratian. *discept. forens. cap.* 187. *cap.* 228. *n.* 28. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 112. *n.* 15. & *seqq.* ubi plura Addit. ad Sanfelic. *dec.* 389. vide in §. *Æstimatio nu.* 2. §. *Melioramenta num.* §. *Sententia n.* 51. & §. *Valor n.* 9. Novar. *loc. cit. n.* 3. Nepitu. *loc. cit. nu.* 13. Jovius *gloss.* 22. §. 18. *n.* 128. sed contra tenet Palm. *consult.* 31. *n.* 17. Vide Constant. ad Stat. Urb. *annot.* 29. *art. pr. tom. pr.* Crescin. ad Abecclef. *observ.* 142. *part. pr.* Altimar. *pag.* 89. *vers. periti discordantes.*

Dictum modum calculandi in liquidatione lucrorum alicujus negotii, sumendo ab annis antecedentibus, & subsequentibus, & deinde medium eligendo, approbat Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 54. *nu.* 5. & *seqq.* ubi quòd passim servatur etiam in liquidatione fructuum per doctrinam Bald. *in l. si fundum in fine, C. de rei vindic.* Nat. *cons.* 610. *n.* 7. 536. *n.* 6. Rot. *part.* 3. *recent. dec.* 370. *n.* 4.

Quòd attendatur minor summa, cùm in ea omnes periti conveniant, text. *in l. diem proferre*, §. *Si plures, ff. de arbitr.* & loquitur in arbitris, Merlin. *dec.* 246. *n.* 2. ubi de calculatione, & *decis.* 314. ubi de testibus, Ricc. *Collect.* 3905. Gregor. *decis.* 558. *n.* 2. *cum Addit.* Burat. *decis.* 865. *nu.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 126. *n.* 14. & *part.* 10. *dec.* 26. *n.* 19. ubi de peritis, vel æstimatoribus, & *dec.* 247. *n.* 7. ubi de testibus, sed vide Rot. *part.* 14. & *seqq.* ubi quando non minor summa, sed media sit eligenda ut supra, & late Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 5. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 33. *n.* 62. Crescin. *loc. cit. nu.* 13. Altimar. *ubi supra vers. quod attendatur.*

Quòd de stylo Rotæ Romanæ in concursu probationum, attendatur minor quantitas, vel media via, si probationes tendant ad diversas summas, Duran. *dec.* 348. *n.* 1. & *per tot.* vide Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 1142. & *seqq. fol.* 365. ubi septem modis declarat, adde Pacion. *loc. cit.* ubi plura. De Angel. *de melior. art.* 6. *num.* 8. Uberr. de Citat. *cap.* 15. *n.* 106. Crescin. *ibidem n.* 15. Altimar. *supra vers. de stylo Rotæ.*

Quòd facta æstimatione possit pars gravata per viam revisionis recurrere ad aliam manum, sive electionem peritorum, Peregr. *decis. Pat.* 30. *per tot.* & *decis.* 152. *n.* 11. &c. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 379. *n.* 7. &c. ubi quòd constito de gravamine datur appellatio à relatione, & æstimatione peritorum, & à sententia in vim hujusmodi relationis prolata facit quod dixi in §. *Sententia*, *nu.* 53. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 317. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 389. *cum Addit.* ubi qualiter dicta revisio possit peti usque ad triginta annos, & sententia non transeat in judicatum

7 Peritorum relationi non est standum circa qualitatem armorum prohibitorum, an scilicet sint de prohibitis à lege, vel non, & idem in similibus, cùm non à privatis personis, sed à Principe, & ejus Magistratibus pendere debeat hujusmodi declaratio, aliàs periti haberent potestatem supra legem, & jus illam interpretandi, quòd absurdum, & contra publicam quietem, & utilitatem reputatur, & licèt ut plurimum etiam in hujusmodi casibus adhibeantur, & examinentur periti, fit tantùm simpliciter ad instructionem judicii, & relationi standum; imò si nimis animosè, vel temerè deponant contra id, quòd ipsa ocularis inspectio, & experientia demonstrat, possunt de temeraria depositione, & attestatione argui, processari, & arbitrio Judicis puniri, prout in terminis legis generalis armorum status Florentini num. 18. fuit decisum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ sub die.... Septembris 166.. in causa Laurentii Viviani Pisani Giornal. 617. facit quod dixi supra *n.* 1. & in §. *Homicidium n.* 21. *versic.* & *de prædictis*, in §. *Mercator n.* 20. & §. *Corpus delicti n.* 4.

Et peritis discordantibus esse in arbitrio judicis adhærere magis verisimilia deponentibus, ac contra temerè deponentes ad exclusionem delicti resultantis ex signis manifestis veneni esse procedendum ad inquisitionem de temerario, & falsa depositione contra evidentiam facti, cùm intersit Reipublicæ sciri, ac notum fieri, etiam peritos, & medicos teneri deponere veritatem, fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Florentiæ sub die 18. Novembris 1679. in causa Vici Pisani contra Franciscum Matthæi de Thaddæis, & alios, licèt postea fuerit pro nunc suspensa resolutio, ut constat in filcia negotiorum Magistratus dicti temporis sub n. 5004.

Quòd si Judici constet relationem peritorum esse erroneam, non teneatur illam sequi, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. ubi alia plura de hac materia Merlin. *dec.* 468. ubi standum est peritorum relationi, dum de errore non apparet, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 53. *n.* 11. ubi quòd relatio erronea non debet attendi, Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 5. *nu.* 95. & 96. Farinac. *quæst.* 127. *n.* 124. ubi quòd non statur judicio medicorum, quando contrarium est notorium, &c. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 10. §. 1. & 2. *num.*

num. 20. ubi quod à relatione medicorum non solùm potest pars appellare, sed etiam Judex recedere, quamvis illos elegerit per text. ubi Bart. & alii in *l. arbitria n. 8. ff. qui satisd. cog.* Fontanell. *decis.* 600. *num.* 15. Angel. *de melioram. art. 6. num.* 27. Crescin. ad Abeccles. *d. obser.* 142. *nu.* 16. *part. pr.* Altimar. *loc. cit. vers. verum si.*

Quòd si periti excedant fines mandati, vel deputationis, illorum relatio sit nulla, & non attendenda, Buratt. *dec.* 155. *n.* 5. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 11. *n.* 17.

8 Positis discordantibus Judex debet mandare eligi tertium, & non ipse suum judicium interponere inter duos discordantes, aliàs nulliter agit, licèt enim possit ad componendas emergentes discordias modò uti compulsor, modò uti elector procedere ad electionem tertii, vel circa illorum restificationem aliquid supplere, vel etiam relationem non admittere, sive ex officio corrigere si improbam, vel injustam esse cognoverit, numquam tamen potest ipse fungi officio periti tertii, sed tantùm formare dubia, & illa tradere tertio electo, vel si rationes essent adeò involutæ, & difficiles, ut distingui non possent, cogere partes ad concordiam, non autem prætermissa electione tertii causam ipse tamquam tertius peritus expedire, Merlin. *dec.* 678. quæ est in Bononien. peculatia 4. Maii 1635. vide Rot. *part.* 14. *recc. dec.* 212. *n.* 21. *& seqq. per tot.* ubi plura, an, & quando standum sit tertio perito electo ab aliis discordanti, vel cum uno concordanti, & de modo tertium eligendi, & an à Judice, vel à partibus sit eligendus, de quo plura Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. §. 5. *num.* 70. *& seqq. per tot.* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 142. *a n.* 6. *part.* 2.

Quòd si tertius non concordet cum aliquo primorum electorum, sed ab utroque discordet, an debeat attendi relatio ipsius tertii, vel coacervari summæ juxta notata supra n. 6. vel minor summa attendi, quia minor inest majori, secundùm varias opiniones, quas refert Addit. ad Sanfelic. *dec.* 339. *vers. sed quid &c.* vide Pacion. *loc. cit.* Card. de Luc. *de Judic. disc.* 33. *nu.* 25. Schettin. *de jur. offer. part. pr. cap. pr. sect.* 2. *n.* 43. De Angel. *de melioram. art.* 6. *n.* 28. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 37. *n.* 533. *pag.* 90. *vers. an exequi possit tom.* 6.

Quòd primi electi possint post electionem tertii concordare, & valeat illorum relatio, spreto judicio tertii Cabal. *cons. dec.* 20. *per tot. lib.* 2. Pacion. *loc. cit. n.* 78. *& seqq.*

Quòd tertius peritus ex officio Judicis electus, etiam si cum uno ex primis concordaverit possit recusari cum legitima causa, etiam si esset à publico deputatus, veluti si esset ignarus qualitatis rei æstimatæ, vel de alieno judicio deponeret; possitque etiam appellari à relatione tertii periti ad suspendendam illius relationem, quæ potest retractari per alios peritos, vel per ipsummet Judicem, & superiorem, si sit improba, & corrigere, & ad arbitrium boni viri, reduci, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 290. *per tot.* Pacion. *dict. cap.* 34. §. 5. *n.* 78. *& seqq. per tot*

9 Periti primi electi si sint inter se discordantes, debent eligere tertium, qui tertius non potest compelli suam proferre sententiam, nec uni ex primis adhærere; sed suam relationem prout sibi justum videbitur facere, quæ tamen uti singularis non erit attendenda, nisi sit conformis alteri ex primis æstimatoribus secundùm aliquos, licèt etiam alii teneant standum esse omninò relationi tertii, etiam si ab aliis discordet, glos. in *l. item si unus*, *§. fin. ff. de arbitr.* Ang. *cons.* 152. Gratian. *discept. for. cap.* 228. *nu.* 20. & alii relati per Rot. in Perusina rescissionis contractus 20. Junii 1636. coram Merlino inter impressas ejusdem *decis.* 719. latè Amon. Nigr. *de subhast. part.* 1. *cap.* 15. §. 13. *& seqq. fol.* 107. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 212. *nu.* 22. *& seqq.* ubi an, & quando standum sit tertio perito, vel media via eligenda, facit quod dixi in §. *Laudum n.* 59. latè Pacion. *loc. supra cit.* Vide Altimar. *loc. cit. vers. & iste tertius.*

10 Periti non sunt eligendi nisi in subsidium, & quando alio remedio consultum esse non potest, & sic quando possunt aliundè probationes haberi non est recurrendum ad electionem peritorum, sed tantùm quando pars petens est aliis probationibus destituta, nec tenetur Judex eos eligere in his, quæ judicio, & scientia sua terminare potest, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 32. *n.* 11. *& seqq. per tot.* ubi etiam quòd ad peritos non semper spectat materia calculorum, sed potiùs ad judices, cum debeat prius firmari certitudo summarum calculandarum, *& part.* 14. *dec.* 112. *n.* 31. *& seqq.* Vide Pen. & Crescin. *dec.* 292.

Periti possunt cogi ad declarandum singula cor- 11
pora existimata, & particulare pretium unicuique corpori, vel rei assignare, & sic distinctam relationem facere, etiam si agatur de statu à Principe vendito, quando non uti quid juris universale, sed uti quid facti, & consistens in corporibus distinctis venditus fuit, ut latè probat Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 328. *per tot.* quæ est in Sabinen. status Montis Liberti 11. Januarii 1654. coram Dunozetto.

Quæ peritorum relationes circa æstimationem meliotamentorum sint attendendæ, & alia de melioramentis, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 363. *per tot. in Append.* vide in §. *Melioramenta*, Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. §. 5. *per tot.* Vide Balduc. *tit.* 2. *dec.* 8. *n.* 8.

Periti pro habendo justo rei valore solent dum- 12
taxat admitti, quando agitur de subjacenda re æstimanda illorū oculari inspectioni de tempore peragendæ æstimationis, quia ex prædii inspectione possunt præsentem tantùm illius æstimationem, non autem præteritam agnoscere; & si de valore præterito sint informati, & deponere velint, debent uti testes adduci, & tamquam tales legitimè examinari, non autem tamquam periti, & deponendo tamquam testes, debent concludere de communi æstimatione, nam deponendo tantùm judicio, inefficax depositio reputatur, ut benè ratiocinatur, & probat Rot. *part.* 14. *recen. dec.* 270. *num.* 2. *& seqq.* facit quod dixi in §. *Testes n.* 19. Rot. *d. part.* 14. *dec.* 468. *n.* 21. Vide Crescin. ad Abeccles. *obser.* 142. *num.* 1. *&* 2. *part. pr.* & infra *in novissimis addition.* ejusdem Crescin. Altimar. *loc. cit. vers. periti possunt.*

Et debent esse saltem ætatis triginta annorum, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 343. *nu.* 2. ut dixi supra *n. pr. in fine.*

Alia de peritis remissivè Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb. Periti.*

Alia plura de peritis, & DD. de illis tractantes 13
ultra Castejon. indicat Com. August. Fontan. *Bibl. legal. part.* 5. *verb. Periti fol.* 306. Cyriac. *controv.* 558. ubi an, & quando æstimationes per peritos factæ possint revideri, vel non; & alia alibi, *ut in indice verb. Periti*, plura do Angel. *de melioram. d. art.* 6. Jovius *de solemn. gloss.* 22. §. 18. Constant. *ad statut. Urb. annot.* 46. *à n.* 75. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *qu.* 37. *nu.* 533. *circ. med. tract.* 6. Card. De Luc. *in Indic. gener.* Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

Periti inventarii defectus supplere possunt, & li- 14
brorum tutelarium aliundè etiam extrajudicialibus probationibus. Rot. *dec.* 166. *nu.* 15. *& seqq. part.* 11. *& dec.* 150. *nu.* 4. *part.* 24. *rec.* & cor. Merlin. *dec.* 569. *n.* 5. Balduc. *de dot. tit.* 4. *dec.* 40. *nu.* 18.

Periti qui fabricati sunt rem, illius qualitatem, 15
seu valorem non probant. Arretin. *cons.* 83. *circ. fin.* Rot. cor. Cels. *dec.* 246. *n.* 9. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 8. *n.* 15.

Relatio peritorum, à qua non fuit reclamatum 16
Interim exequi debet. Rot. cor. Buratt. *dec.* 913. *n.* 3. Balduc. *de dot. tit.* 4. *d. dec.* 40. *n.* 20.

Relatio peritorum super dispunctione rationis in 17
idem conferentium præbet veritatis adminiculum. text. in *l. Item si unus* 17. *§. fin. ff. de recept. arbitr.* Balduc. *de Dot. tit.* 4. *sup. d. dec.* 40. *n.* 17.

Deficiente perito admittitur imperitus in arte ad 18
testificandum de arte factis. Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. tract.* 3. *quæst.* 6. *n.* 7.

Quomodo ædificia, aliaque prædia Urbana æsti- 19
manda veniant à Perito. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 57. *nu.* 9. Præsertim ad effectum videndi, an sit læsio nec ne. Card. De Luc. *de Jud. disc.* 33. *n.* 33. *et disc. sup. cit.*

Vi-

20 Vineas, & arboreta, quomodo Periti debeant æstimare. Card. De Luc. *de Judic. d. disc.* 33. *n.* 33.

21 Periti bona stabilia æstimaodo debent reddere rationem. Rot. *dec.* 421. *part.* 9. *recent.* Card. De Luc. *de Regal. disc.* 125. *n.* 5. *de Judic. disc.* 33. *ex n.* 33. Secus in æstimatione victualium. Card. De Luc. *de Regal. d. disc.* 125. *n.* 6.

22 In concernentibus tantùm peritorum peritiam eis defertur. Card De Luc. *de Jurep. disc.* 54. *n.* 11. *de Judic. d. disc.* 33. *n.* 31.

23 Peritus est attendendus in declaratione alicujus idiomatis. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 49. *n.* 3. Et an insignia fuerint antiquitus sculpta. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 57. *n.* 14.

24 Peritus eternare solet causas. Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 9. *sub n.* 2. *de Judic. disc.* 33. *nu.* 28.

25 Distinguuntur peritorum species in peritos testes, & peritos arbitros. Card. De Luc *de Judiciis dict. disc.* 33. *n.* 20.

26 Peritus bona consumpta, vel non extantia, an æstimare valeat. Card. De Luc. *de Judic. sup. dict. disc.* 33. *nu.* 36. ubi de Mobilibus. Et quod valeat æstimare res cum omnibus suis qualitatibus descriptas, quamvis ejus oculis non subiiciantur. Emerix Jun. *dec.* 487. *n.* 7.

27 Peritus extrajudicialiter quando eligatur ad solam informationem animi judicantis. Card. De Luc. *loc. sup. cit. n.* 29.

28 Peritus in arte, vel aliquo ministerio extrajudicialiter, & summarie solet causas cognoscere. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 1. *nu.* 25. ubi de Judicibus pectoralibus.

29 Peritos electus per Judicem ex officio dicitur ejus assessor, seu consiliarius. Card. De Luc. *de Jud. in allegato disc.* 33. *n.* 20. *vers. Quemadmodum*.

30 Peritus quis dicatur. Gratian. *discept. for. cap.* 235. *n.* 53. Rub *de Conf. Jur. cap.* 3. *n.* 404.

31 Peritus quod salarium habeat Ferentill in add. ad Buratt. *dec.* 921. *n.* 15. Rub. *de Confus. Jur. d. cap.* 3. *n.* 395.

32 Peritus an habeat Jurisdictionem. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 35. *nu.* 2. *et seqq.* Rub. *de Confus. Jur. ibid. n.* 402.

33 Peritia necessaria est in æstimatione bonorum. Rot. *dec.* 548. *n.* 35. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

34 Peritia in uno erronea, in nullo alio attendi meretur. Rot. *dec.* 584. *n.* 13. ubi plures declarationes, limitationes, & ampliationes. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Vide Infra *n.* 44.

Peritorum erronea relatio immutare non potest substantiam veritatis. Rot. *dec.* 530. *n.* 5. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

35 Peritus æstimare debet omnia singillatim in recensendo valorem hæreditatis. Rot. *dec.* 591. *num.* 4. *part.* 19. *tom.* 2. *recen.* Et quando secus. Rot. *loc. sup. cit. n.* 5.

36 Depositio peritorum inverisimilis, & extrajudicialis nihil probat. Rot. *dec.* 602. *nu.* 12. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 40. *n.* 10. *et dec.* 1362. *n.* 12. Ansald. *dec.* 91. *n.* 12.

37 Relatione periti electi de ordine Rotæ, & de communi partium consensu deferendum de jure venit. Rot. *dec.* 595. *n.* 1. *et dec.* 625. *n.* 9. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

38 Relationi periti, acquievisse censetur, qui ab ea non appellarit. Rot. *dec.* 658. *n.* 6. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

39 Peritorum relatio donec pendet, officium Judicis conquiescere debet; præcipuè stante protestatione. Episc. Rocc. *cap.* 143. *nu.* 3. Vel saltem præcedere debet peritorum compulsio ad æstimandum. Episc. Rocc. *ibid. n.* 14.

40 Peritus contra inducentem probat. Bertachin. *Vot.* 87. *n.* 16 Emerix Jun. *dec.* 186. *n.* 11.

41 Peritus æstimando melioramenta præsumitur respexisse ad omnes expensas, aliasque circumstantias necessarias. Emerix Jun. *dec.* 586. *n.* 10.

42 Peritia nulla, vel modica æquiparantur. Fagnan. *in cap. Extirpandæ nu.* 14 *de præben.* Competens tamen toleratur. Fagnan. *loc. cit.*

43 Electus ad recognitionem manus per comparationem debet referre cum juramento. Emerix Jun. *dec.* 1321. *n.* 3. Declara, id procedere in perito electo à partibus, vel à Judice ipsis scientibus, non in electo à Judice secreto pro instructione animi sui. Emerix Jun. *d. dec.* 1321. *n.* 4.

Relatio periti erronea venit corrigenda. Rot. *dec.* 44
54. *n. pr. & dec.* 496. *n.* 6. *&* 7. *part.* 9. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 104. *n.* 12. Vide supra *n.* 34.

Relatio periti concepta generaliter super Creditis, 45
& Debitis Partium præsumitur continere omnes partitas illorum, nisi contrarium ab allegante probetur. Emerix Jun. *dec.* 155. *nu.* 8. Maxime si partes relationem acceptarunt. Emerix Jun. *ibid.*

Periti malè æstimantes tenentur de proprio; Intel- 46
lige in subsidium, sed recta via conveniri possunt si sint convicti de lata culpa, vel dolo; Maxime si jurassent benè æstimare; Cum dolo tenentur pœna falsi. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 142. *nu.* 19. *&* 20. *cum seqq. par.* 1.

Periti, & similes semel approbati, non possunt 47
sine nova causa allegari suspecti. Ridolph. *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 130. Crescin. ad Abecclef. *observ.* 142. *nu.* 57. *part. pr.*

Peritis consulendum in ratione computorum Rot. 48
coram Pen. *dec.* 132.

§. PERMUTATIO. XX.

PErmutatio, an venditio dicatur contracta, quan- 1
do unà cum pretio datur aliqua species, & quid importet æstimatio, vel nomen pretii in permutatione, vide in *§. Venditio n.* 18. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 384. *num.* 9. *& seqq.* ubi quòd est permutatio, quando valor bonorum superat pecuniam numeratam pro æquandis partitis, Fagund. *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 7. *per tot.* ubi etiam an una tantùm, vel duplex debeatur gabella, & dixi in *§. Gabella nu.* 18. vide De Luca *de Servit. disc.* 73. *nu.* 9. *& disc.* 76. *ex n.* 7. Rube. *de confus. jurium cap.* 18. *à num.* 230. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 16. *num. pr. et alibi tom.* 4.

Quid sit permutatio, & alia, Tusch. *litt. P. conclus.* 302. *et seqq.* Paul. Christin. *decis.* 107. *et* 108. *volum.* 3. Gibalin. *de univers. negot. tom.* 4. *lib.* 4. *c.* 3. *per tot. fol.* 53. ubi etiam de permutationis natura, & quomodo differat ab aliis contractibus. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 16. *per tot. tom.* 4. ubi latè. Vide Rubeum *dict. cap.* 18. Orat. *de Contract. tom.* 3. *tract.* 25. *disp.* 90. *sect.* 1. Roffig. *in Prax. Theol. leg. contr.* 6. *tit. de permut. fol.* 439.

Quòd permutatio numeretur inter contractus innominatos, & ideò in ea sit locus pœnitentiæ, etiam post traditionem, quando ab una parte non adimpletur, vide Bertrand. *consil.* 392. *lib.* 2. Becc. *cons.* 83. *n.* 4. *et seqq.* Surd. *dec.* 173. *n.* 6. Bich. *dec.* 240. *n.* 28. Cabal. *cons.* 55. *lib.* 1. Testay *alleg.* 23. *n.* 83. Baron. *de contract. minor. effect.* 7. *n.* 17. Vide Caburun. *lucubrat.* 17. *n.* 4. Altimar. *loc. cit. n.* 2.

Plura an in dubio dicatur facta permutatio, vel venditio, de differentia inter dictos contractus, & illorum commixtione, Albert. Alderis. *tract. de symbol. contr. tit. pr. cap.* 11. *cum pluribus seqq. per tot. tit.*

Permutatio est ejus naturæ, ut sequta evictione 2
detur permutanti regressus contra rem suam, etiam penes tertium existentem, & etiam absque alio assensu domini si agatur de re emphyteutica, Surd. *decis.* 173. *et* 182. *per tot.* Franch. *decis.* 34. vide *in §. Evictio n.* 20. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 109. *nu.* 1. *etc.* Mangil. *de evict. quæst.* 140. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 142. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 107. *n.* 6. *vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3724. ubi tamen quòd non datur rei vendicatio, sed tantùm assistentia vigore obligationis, & tertio possessori competit jus offerendi. Altimar. *loc. cit. à n.* 51. ubi plura. De Luc. *de Empt. disc.* 20. *n.* 2. Gusman. *de Evict. q.* 29. *n.* 10. *et seqq.*

Quòd regressus ad rem permutatam in casu evictionis, non veniat ex natura contractus propter stipulationem interpositam, & juramentum, cùm tunc versemur in contractu nominato, sicuti quando à con-

contrahentibus fuit nuncupatus pro parte venditio, & pro parte permutatio, ac ideo cum bona evicta potuerint esse vendita, non est locus regressui, & pœnitentiæ, sed tantùm actioni ex empto ad interesse, & pretium rei evictæ, Mangil. *de evict. quæst.* 165. cum aliis per Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 91. *per tot.* Altimar. *loc. cit. n.* 53.

Non etiam datur regressus ad bona permutata, nisi restituto eo, quod in permutatione fuit receptum, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 432.

Quòd vigore pacti reversivi detur manutentio, ac etiam associatio ad rem permutatam secuta evictione, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 674. *per tot.* Rot. cor. Emer. sen. *dec.* 586. *n.* 3. Imò hoc pactum licèt non sit expressum adhuc tacitè intelligitur Rot. coram Emerix jun. *decis.* 566. *n.* 3.

3 Permutatio beneficiorum Ecclesiasticorum est regulariter prohibita, maximè si interveniat dolus, vel magna læsio, valet tamen accedente auctoritate Papæ, vel Episcopi, & patronorum consensu, si agatur de jurepatronatu, vide Cardin. Tusch. *litt. P. conclus.* 303. *& seqq.* ubi plura Merlin. *decis.* 329. Paul. Christin. *decis.* 208. *volum.* 3. ubi an agi possit de evictione, & alia, *& decis.* 121. *num.* 14. *& seqq. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 926. 1562. 2367. *&* 2373. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 249. ubi quando detur regressus ad beneficium permutatum, si permutatio sit nulla, mediante tamen nova gratia, vel collatione. Vide Ansald. *decis.* 35. *n.* 9. 14. *&* 15.

Quòd permutatio beneficii Ecclesiastici de jure patronatu laicali facta insciis, & non vocatis patronis non sit ipso jure nulla, sed valeat, licèt possit per sententiam annullari agentibus patronis laicis super contemptu infra quatuor menses; quamvis, & alii teneant quòd sit ipso jure nulla, Vivi. *comm. opin.* 614. Vide Paul. Cittad. *tract. de jur. patron. part.* 6. *art.* 9. *quæst.* 52. Lambertin. *cod. tract. lib.* 2. *art.* 6. *quæst.* 6. *part.* 2. *num.* 6. *& seqq.* Lap. *allegat.* 96. *cum addit. Mendos.* conducit De Luc. *de Jurepatr. disc.* 44. *& disc.* 566. *num.* 1. Vide infra *in novissim. addition.* Crescin.

Qualiter, & ex quibus permutatio beneficii præsumatur facta in fraudem expectantis, latè Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1170. *per tot.*

Quòd permutatio bonorum Ecclesiæ regulariter non valeat sine beneplacito Apostolico, tamen secùs est si Ecclesia velit stare contractui, quia claudicat ad ejus favorem, & ideo si sit utilis potest illum approbare, *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. Innocen. Hostiens. & alii *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælat. &c.* Rot. in selectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 2. *decis.* 70. *nu.* 1. *& seqq.* Reliqua vide in §. *Alienatio, &* §. *Beneplacitum.* Fagnan. *in c. nulli de rebus Eccles. non alienand.*

De permutatione beneficii facta à Rectore injustè carcerato ad illam extorquendam, qualiter sit meticulosa, & nulla, nec privet illum sua primeva possessione, in qua sit manutenendus, etiam adversùs eum, qui carcerationem non affectavit, & possessionem de consensu Episcopi permutationem approbantis acquisivit, latè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 172. *&* 212. *per tot.* vide in §. *Resignatio num.* 5.

4 Permutatione agrorum facta, si unus agrum sibi obventum alteri vendat, & alter permutans agrum receptum judicialiter amittat, non potest iste, qui amisit agere contra dictum tertium emptorem ad recuperationem agri venditi, qui antea suus erat, sed alia via sibi consultum est contra venditorem, à quo debet indemnis conservari, quia per traditionem rerum hinc indè permutatarum fuit dominiũ in accipientes translatum, & à vendente in emptorem, contra quem nec realis, nec personalis competit actio, *l. cum precibus, C. de rer. permut.* ubi Bald. & alii, *& l. si permutationis, C. de evict.* Cabal. *cons. decis.* 5. *per tot. lib.* 1. Intelligendo tamen prout loquitur Caballus quando de permutatione nullum fuit confectum instrumentum, nec constituta hypotheca in casu evictionis, aliàs secùs, & vide in §. *Evictio, &* §. *Reservatio.*

5 Permutatio bonorum pupilli, vel minoris, cùm sit alienatio, & ex illa possit sequi læsio, subjacet solemnitatibus statutariis, quibus non servatis est nulla, & præcipuè ex defectu causæ, quæ etsi in parte tantum deficiat, annullatur contractus in totum ob individuitatem decreti, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 60. *per tot.* Jovius *De Solemnit. gloss.* 25. §. 2. *num.* 108. *& seq. part.* 2.

Alia de permutatione remissivè Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb. Permutatio.*

6 De permutatione plura decisivè, qualis sit contractus, quæ actiones, & effectus ex permutatione consurgant, an, & quando, ac pro qua summa debeatur gabella; de permutatione rerum Ecclesiasticarum, & beneficiorum, quando in ea committatur simonia, & alia ad rem, notat D. Greg. Rossign. *in Noviss. sua Prax. Theolog. legal. contract.* 6. *tit. de permut. fol.* 439. *& seqq. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 16. *per tot. tom.* 4.

7 Alia de permutatione tradunt Alvarez Pegas. *resol.* 9. *nu.* 87. *& seqq.* Gobb. *Consult.* 109. 135. 140. Arias de Mesa, cæterique plures citati à Castejon. & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Permutatio fol.* 309. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 16. *per tot. tom.* 4. Card. De Luc. *in Indic. gener.* Nicoli. *in Elucubr. utriusq. Jur.*

8 Ex permutatione ortum habuit emptio, & venditio, differentiæ inter permutationem, & emptionem, parùm differt ab emptione, & venditione, alienatio est, & venit appellatione alienationis, & ab prohibita alienatione censeatur prohibita permutatio, & quid si sit prohibita distractio, & an statutum loquens de venditione habeat locum in permutatione Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 16. *à n.* 3. *tom.* 4.

9 Permutatio est cambium unius rei cum alia, & deducitur ex verbo *in excambium*. Leotar. *de usur. quæst.* 25. *n.* 2. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 62. *nu.* 11. *vers. Potissime.*

10 Permutatio cum pacto francandi pro certo pretio dicitur contractus emptionis, & venditionis. Franch. *dec.* 392. *n.* 2. *& seqq.* Merlin. *dec.* 210. *nu.* 7. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 49. *n.* 2.

11 Quando dicatur contractus venditionis, vel permutationis ad effectum gabellæ Card. De Luc. *de Regal. disc.* 49. *n.* 3.

12 Permutatio bonorum fideicommissariorum quando sit concedenda Card. De Luc. *de Fideicom. disc.* 273. *n.* 18. *vers. solet.*

13 Permutatio de jure est permissa, ubi non fuerit expressè prohibita Card. De Luc. *de Fideicom. d. disc.* 273. *n.* 18. *vers. Ista autem disc.* 157. *n.* 7. *disc.* 168. *n.* 2. *& disc.* 174. *n.* 6.

14 Permutatio Feudi an sit permissa Card. De Luc. *de Feud. in Sum. n.* 169.

15 Permutatio non admittit jus prælationis, seu protomiseos Rosenthal. *de Feud. cap.* 9. *concl.* 90. *nu.* 4. *& seq.* Card. De Luc. *de Feud. disc.* 120. *nu.* 7. Vide Altimar *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 16. *à n.* 12. *tom.* 6.

16 Permutatio comprehendit divisionem Peregrin. *de Fideic. art.* 52. *nu.* 53. *circ. fin.* Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 175. *n.* 10.

17 Permutatio cadit sub prohibita alienatione bonorum Ecclesiæ Card. De Luc. *de Alien. disc.* 1. *nu.* 30. Altimar. *supra n.* 8., & vide *supra n.* 8.

18 Permutatio stabilium cum locis Montium est vera permutatio, quamvis bona sint æstimata, idque ad effectum etiam excludendi retractum Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 12. *n.* 22.

19 In contractu Permutationis debetur de sui natura evictio Peregr. *de Fideic. art.* 55. *n.* 53. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 21. *lib.* 7. *n.* 4. *vol.* 4.

20 Permutatio licitè fieri potest ab hæredibus gravatis, eaque observari debet ab illis successive vocatis Rot. *dec.* 807. *n.* 29. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 37. *n.* 27. *& dec.* 38. *n.* 19. *lib.* 10. *vol.* 3. Licet causam non habeant à permutante Mantiss. ad de Luc. *loc. sup. cit. n.* 20. Caprar. *decis.* 232. *n.* 19. *&* 20.

Permutatio tamen non secum fert subrogationem, nisi volente substituto, & concurrente utilitate fideicommissi Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 157. *nu.* 7. Rot. cor. Bich. *dec.* 62. *à n.* 9. *usque ad n.* 16. Caprar. *d. dec.* 711. *num.* 2. *dict. part.* 2.

Bona permutata censentur à gravato electa pro suis detractionibus, non secus ac alienata Fusar. *de Substit. quæst.* 543. *n.* 25. Gratian. *discept.* 265. *n.* 57. Caprar. *loc. sup. cit. n.* 3. & 9.

21 Permutatio rei alienæ non valet Connan. *Com. Jur. lib.* 7. *cap.* 5. Rub. *de Confus. Jur. cap.* 18. *n.* 25.

Permutatio habet conditionem reciprocæ donationis Rub. *de Confus. Jur. d. cap.* 18. *n.* 26.

22 Permutatio exposcit contracambium, sine quo non transfertur dominium ab altero implente Rot. *dec.* 96. *n.* 2. *part.* 2. *tom.* 1. *rec.* Rub. *de Conf. Jur. ibid. n.* 215. & 226. Altimar. *supra n.* 45.

23 Permutatio requirit translationem dominii Rub. *de Conf. Jur loc. cit. n.* 83. & 170. Altimar. *n.* 46.

24 Permutatio bonorum fideicommissariorum cum bonis liberis operatur, ut utraque species sibi invicem subrogetur Emerix Jun. *dec.* 1283. *n.* 23. & 24. Vide infra *n.* 26.

25 Permutatio duorum Censuum facta cum promissione, quod essent veri, & reales non sustinetur si unus detegatur extinctus Emerix Jun. *dec.* 1161. *nu.* 2. & *seq.* Amplia etiam si extinctio fuerit nulla, & secuta tantum de facto Emerix Jun. *ibid. n.* 4. & 5.

Qualiter, & quando dubitanti de veritate positionum possint dari dilatio ad respondendum, & procuratori ad consulendum dominum, imò quandoque etiam copia prout servatum in Curia Romana arbitrio Judicis, Vestr. *in Prax. lib.* 5. *cap.* 24. *nu.* 9. & ibi Gravat. *num.* 33. Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 10. *num.* 53. & *seqq.* Michalor. *dict. tract. cap.* 34. vide in §. *Copia num.* 4. *infr. num.* 21. Constant. *loc cit. à num.* 183. ubi an, & quando soleant dari copiæ positionum Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. nu.* 8. vide Crescin. *ubi supra*.

13 Positio partim vera, & partim falsa, potest tote negari, etiam in foro conscientiæ, secundum magis communem opinionem, Addit. ad Pract. Papp. *for. posit. glos.* 5. latè Surd. *dec.* 58 ubi plura hincindè cum nonnullis conciliationibus, Ricc. *Collect.* 3466. latè Michalor. *de posit. cap.* 53. *per tot.* & *cap.* 54. Et sic cum negantea noo committunt perjurium Constantin. *loc. cit. n.* 396.

Quamvis adesset clausula, *quòd si non credit de tanto, dicat de quanto*, licèt hoc non sit tutum in conscientia, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 109. *n.* 20. &c. vide in §. *Debitor n.* 12. §. *Negativa n.* 2. Ridolph. *in prax. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 48. & *seqq.* Fenzon. *ad stat. Urb. cap.* 68. *n.* 97. & *seqq.* Michalor. *loc. cit. n.* 20. & *seqq.* & *cap.* 54. *n.* 11. &c.

Quod positio non debeat tota negari, sed admitti pars vera, quia petens totum, non videtur excludere partem, Diaz. *reg.* 564. & hanc opinionem, quód nulla positio partim vera, & partim falsa in totum negari debeat, tanquam veriorem, Christiano diguiorem laudat, & sequitur Mysing. *obser.* 55. *cent.* 2. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 266. *in fine vol. pr.* vide Michalor. *de position. dict. cap.* 53. *per tot.* & *cap.* 54. Novac. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 180. *num.* 7.

Positio de decem purè debitis, quæ re vera sint debita, sed sub conditione, potest in totum negari, Bart. & Ang. *in l. si stipulanti*, *ff. de verb. oblig.* Pract. Papp. *for. except. contr. posit. glos. ult.* 14

Et si detur responsio qualificata debet in totum à ponente acceptari, vel in totum reiici, Soc. sen. *cons.* 208. *col. pr. lib.* 2. Bellon. *cons.* 46. *n.* 13. Menoch. *de arbitr. cas.* 93. *n.* 24. &c. ubi alia similia adducit, vide in §. *Confessio num.* 61. Michalor. *de posit. cap.* 59. *per tot.* ubi refert diversas opiniones, casus, & distinctiones. Bertachlo. *vol.* 40. *nu.* 2. Abecclesf. & Crescin. *obser.* 63. *part.* 1.

Qualiter autem possit tutè responderi positionibus de mutuo recepto, si verum sit quód fuerit receptum, sed secretò restitutum, ita ut respondens sit tutus in conscientia, nec se involvat, vel gravet onere probandi restitutionem, & an bona sit responsio, nego habuisse, & si aliter appareat, dico restituisse, vel in tuis negotiis expendisse, & alia ad propositum, latè Michalor. *d. tract. cap.* 44. & 45. *per tot.* Vide Carol. Ant. De Luc. *loc. supra cit.*

Positionibus est respondendum simpliciter, & non qualificatè, nisi ex æquitate judicis arbitrio pro qualitate personarum aliter videatur, vel nisi qualificata etiam fuerit positio, vel nisi qualitas, & conditio insit à natura actus, nam his casibus qualificate admittitur responsio, & quando positio, vel responsio dicatur simplex, *DD. in l. pr.* §. *si quis simpliciter*, *ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. cas.* 251. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 31. & *seqq.* ubi qualiter sit simpliciter respondendum, per verbum *credit*, *vel non credit*, & alia, latè Michalor. *de posit. cap.* 42. *per tot.* & *cap.* 39. & 40. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 40. *n.* 1. & *seqq. per tot.* ubi quando dicatur sufficienter responsum positionibus, vel non, & quod quando est respondendum ab aliqua universitate, vel societate, pro interesse communi, sufficeret unius ministri responsio ad Serapn. *dec.* 415. *n.* 6. Constant. *loc. supr. cit. d. art.* 1. *n.* & *n.* 138. & *à n.* 176. Vide Carl. Ant. De Luc. *ubi supra* Crescin. ad Abecclesf. *obser.* 56. *n.* 5. *part. pr.* 15

Plura qualiter sit simpliciter respondendum positionibus, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 245. *per tot.* Sanfelic. *in Prax. sect.* 48. *ubi n.* 13. quòd si agatur de facto antiquo, vel alieno admittitur responsio per verbum, *ignoro*. Pellegrin. *Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 4. *n.* 6. late Abecclesf. & Crascin. *obser.* 67. *part.* 1.

Quod responsio non credit, ut ponitur ad effectum, ad quem ponitur, non sit sufficiens, nisi addatur copula &, vel *neque*, & *quare*, Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 182. *n.* 10.

Positionibus respondens, si dicat confiteri, vel credere prout continetur in tali instrumento, habetur pro negante si in instrumento aliter contineatur, quàm sit dictum in positionibus, quia confessio relativa ad aliud, de quo apparet, attenditur prout in relato, etiam in his, de quibus potuisset referens disponere, & generaliter quomodo sit interpretanda responsio data positionibus, latè Surd. *dec.* 291. *nu.* 16. & *seqq. per tot.* ubi quòd respondens in parte videtur in aliis negare, & responsio ità debet interpretari in favorem respondentis, ne incidat in contrarietatem, & alia; de responsione relativa ad acta, instrumenta, vel alias scripturas quando admittatur, vel non, & quid operetur, latè Michalor. *de posit. cap.* 55. *per tot.* ubi plures casus distinguit, & declarat, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 40. *n.* 9. &c. & *part.* 14. *dec.* 245. *per tot.* Constantin. *d. art.* 1. *à n.* 119. Vide Carl. Ant. De Luc. *ubi supr.* Abecclesf. & Crescin. *loc. cit.* 16

Quód admittatur relativa responsio facta positionibus videlicet prout in tali instrumento, Mynsing. *observat.* 86. *cent.* 1. Tusch. *lit. P. conf.* 390. *per tot.* Ridolph. *part.* 1. *cap.* 10. *n.* 49. & *seqq.* Michalor. *d. cap.* 55. *n.* 11. & *seqq.* ubi intelligit quando instrumentum existit in actis, vel saltem enunciatur

in

in positione; aliàs autem secùs, nisi agatur de facto antiquo, vel intricato, vel nisi respondens ipsam scripturam, vel instrumentum relatum producat, ad quod etiam à parte cogi potest, ut incerta responsio certa reddatur, sequitur Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 40. *n.* 12. *&c.* vide *part.* 4. *dec.* 245. *per tot.* & *part.* 18. *dec.* 803. ubi quando non sit sufficiens responsio relativa ad instrumentum, sed clarius sit respondendum.

Et si instrumento nihil contineatur ea defecta solemnitatis, confessio non nocet, quia veritas sine solemnitate stare non potest, veluti si sit nulla apocha, ad quam fit relatio, Magon. *decis. Luc.* 13. *n.* 33. & *dec.* 25. *n.* 52. vide in §. *Decretum n.* Tusch. *d. concl.* 390. *per tot.* Ridolph. *loc. citat.* Ridolph *loc. citat.* Fenzon. *ad stat. Urb. cap* 68. *n.* 71. *&c.* Michalor. *d. cap.* 55. *n.* 18. & *seqq.* ubi quòd non magis nocet ista responsio, quam ipsum instrumentum, ad quod fit relatio.

Non etiam admittitur responsio per verbum, *non recordor*, in facto proprio, & notabili;, de quo non est probabilis oblivio, sed potest sic respondens compelli ad magis præcisè respondendum, Rot. *part.* 18. *recent dec.* 803. *per tot.* sicut etiam non admittitur responsio per verbum nescire Constan. *d. art.* 1. *nu.* 135. Crescin. *d. obser.* 67. *n.* 21. *part. pr.*

17 Positiones negans non incidit in pœnam statuti, si absolvatur à petitione in causa principali, nisi talia essent verba statuti, ut ex illis competeret condictio, & non merum Judicis officium, & plura stante statuto quod respondeatur simpliciter per verbum *credit*, vel *non credit*, vel aliis similibus statutis, Asin. *in prax.* §. 19. *cap* 13. & 14. & *seqq. ad cap.* 27.

Quando contra convictum de mendacio super una positione negata, præsumatur super aliis negatis; ità ut ratione mendacii habeatur pro confesso, & convicto in aliis, & pars relevetur ab onere probandi, quid si negatio non fuerit simplex, sed prout ponitur, & quomodo servetur in praxi, Gratian. *dec.* 227. *per tot.* & *discept. for. cap.* 109. *per tot.* ubi plura de pœnis contra mendaces, & quando habeant locum, vel non, & ex quibus causis quis possit excusari. Scopp. & Carol. Ant. De Luc. ad Grat. *loc. cit.*

An autem, & quando falsum respondens positionibus efficiatur perjurus, & possit de perjurio puniri, Farinac. *quæst.* 160. *n.* 125. & *seqq.* Menoch *de arbitr. cas.* 319. *n.* 20. *&c.* Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 287. & 288. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 203. & *seqq. fol.* 451. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 33. & *seqq.* Michalor. *de posit. cap.* 41. *per tot.* ubi refert quatuor opiniones, & amplectitur illam tenentium puniri posse, & debere, quam in casu occurrenti sequutus fuit Judex Terræ Solis, & approbavit Magistratus DD. Octo baliæ Civitatis Florentiæ (articulo tamen non particulariter discusso) de mense Septembris 1677. in causa contra Andream Manum, qui inquisitus de negatione positionis super probitate adversarii fuit absolutus, ut constat ex filcia Processuum dicti Magistratus 650. *num.* 139. vide in §. *Negativa*. Vide Crescin. *loc. cit. n.* 15. & 16.

Sed positionibus respondendo pejerantem, solum Deum ultorem habere, concludit Possent. *singul.* 227. *per tot.* Vide Crescin. *loc. cit.*

18 Positiones ut habeantur pro confessis, & inducant confessionem probatoriam, debet præcisè servari forma tradita *in c.* 2. ubi Franch. *de confess. in* 6. nempè quòd sint lectæ principali, sit monitus in faciem respondere, non habeat legitimam causam recusandi, in termino fuerit accusata contumacia, & sequatur Judicis interloquutoria, ut sæpè fuit dictum à Rot. & signanter in Romana dotis 21. Maii 1625. coram Coccin. apud Fenzon. *ad statut. Urb. decis.* 38. 39. & 40. & ipse Fenzon. *in cap.* 68. *num.* 76. & Diaz. *reg.* 565. *per tot.* dixi in *resol. cap.* 78. *nu.* 14. *&c.* ubi etiam quòd est necessaria citatio partis in hujusmodi declaratione. Late Passerin. *in dict. cap.* 2. *Confess.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 4. *n.* 21. & 53. Abecceles. & Crescin. *obser.* 59. *part.* 1.

An verò detur appellatio ab ista declaratione, dic quòd non regulariter, exceptis quibusdam casibus, & nisi adsit stylus contrarius, ut per Ridolphin. *in Praxi part. pr. cap.* 10. *nu.* 101. & *seqq.* ubi quòd Rota concurrentibus prædictis tenet contumacem haberi pro confesso, quando positiones fuerunt pronunciatæ pro confessis extrà Rotam, nam Rota ipsa non pronunciat positiones pro confessis, sed monet, & compellit sub pœnis ad respondendum, Merlin. *dec.* 92. Michalor. *de posit. cap.* 32. *num.* 13. & *seqq. per tot.* ubi plura quomodo Judex possit compellere ad respondendum positionibus, vel illas declarare pro confessis; Et quod requiratur pronuncia Judicis, idem Michalor. *cap.* 46. *per tot.* Pellegrin. *loc. cit.* Abecceles. & Crescin. *ubi supra*.

Posset tamen per statutum induci alia forma, quæ esset servanda, & tunc probare hujusmodi confessio ficta circa dispositivè contenta in positionibus, non autem circa enunciativa Gratian. *discept. forens. c.* 639. *n.* 25. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 10. *n.* 40. dixi in *supra citat. cap.* 78. *n.* 16. *&c.* vide Tusch. *litt. S. conclus.* 623. *per tot.* Michalor. *d. tract. cap.* 60. & 61. Crescin. *ubi supra*.

Quando positiones habeantur pro confessatis, vel non, & qualiter præjudicent, Tusch. *litt. P. conclus.* 397. & 398. *per tot.* vide in §. *Contumacia n.* 8. latè Michalor. *dict. tract. cap.* 61. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 48. Trivis. *decis.* 38. *lib. pr.* Crescin. *loc. adduct.*

Ad hoc tamen, ut quis habeatur pro confesso non respondendo positionibus juxtà formam statuti, alia septem requisita ponit Gratian. *dec.* 171. *per tot.* habetur post Michalor. *tract. de posit. dec.* 79. & latiùs Michalor. *cap.* 61. *per tot.*

Plura de hac materia an, & quando positiones possint haberi pro confessatis, & quæ requirantur, ut hujusmodi ficta confessio præjudicet contumaci in respondendo juxtà prædicta, & alia addendo Ridolph. *in praxi part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 88. & *seqq. per tot.* Michalor. *de posit. cap.* 61. *per tot.* vide in §. *Actor nu.* 23. Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib* 3. *quæst.* 1. *nu.* 23. & *seqq.* Balduc. *tit* 3. *dec. pr. n.* 42. & 43. Abecceles. & Crescin. *loc. cit.*

Positiones habitæ, vel declaratæ pro confessis admittunt probationem veritatis in contrarium, & illam maximè, quæ fieret per adversarii confessionem, & hoc favore, & privilegio veritatis, cui omnia cedere debent, Magon. *decis. Luc.* 25. *n.* 25. *&c.* Jas. *in l. si bis, qui, n.* 6. *Cod. qui test fac. post* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 4. *gloss. pr. nu.* 12. & *seqq.* ubi aliquibus modis limitat, & Ridolphin. *d. cap.* 10. *n.* 115. *&c.* Joseph. Ludovis. *dec. Luc.* 5. *n.* 37. *&c.* ubi plura, & Michalor. *de posit. cap.* 49. *per tot.* Constant. *ad Statut. Urb. dict. annot.* 8. *art.* 3. *nu.* 360. & 374. 19

Quòd positio habita pro confessata dicatur ficta probatio, & pereat perempta instantia, ita ut in alia instantia producta nullam fidem faciat Addit. ad Magon. *d. dec.* 25. *nu.* 25. *litt. H.* vide in §. *Instantia n.* sequitur Ridolphin. *d. cap.* 10. *nu.* 95. Abecceles. *obser.* 59. *n.* 36. *part. pr.*

Positio confessata non potest revocari stante partis acceptatione, nisi docto de errore, habita verò pro confessata potest quandocumque revocari, Rimin. jun. *cons.* 473. *nu.* 23. Addit. ad Magon. *decis. Luc.* 17. *in princ.* & facit benè *dec.* 25. *n.* 28. vide latè Tusch. *litt. P. conclus.* 391. & 392. *per tot.* Michalor. *de posit. quæst.* 64. *per tot.* ubi reprobat Ruginel. *pract. quæst. cap.* 16. contrarium tenentem. Crescin. ad Abecceles. *obser.* 73. *part. pr.* 20

Quòd quandocumque ante conclusum in causa, & ante sententiam possit mora, & contumacia in respondendo positionibus purgari, & pars ad respondendum positionibus pronunciatis pro confessis de jure admitti, Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 14. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 13. *nu* 14. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 73. Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 10. *n.* 107. *&c.* ubi etiam qualiter respondens possit incontinenti (idest inf à triduum, & antequam fuerit confessio à parte acceptata) suam re-

revocare confessionem, etiam non docto de errore', nisi confessio emanaverit post datum terminum ad deliberate respondendum. Crescin. ad Abecclef. *obser. 73. part. pr.*

Contrarium quòd imò post monitiones, accusatam contumaciam, & factam pronunciam haberi pro confessis, non possit mora purgari, ne jus partis efficiatur deteriùs in gravamine probationis, latè tuetur Michalor. *de posit. cap. 47. per tot.* & idem videtur tenere Salust. Tiber. *loc. sup. cit.*

21 Positionum non est danda copia de jure communi, & ita etiam de consuetudine semper servatum vidi in statibus Serenissimi Magni Ducis Hetruriæ, licèt contrarium servari in Curia Romana, & in aliis locis, ita ut non sit eadem omnium Tribunalium consuetudo plures testantur, & ideò attendendum esse stylum, vel statutum cujuslibet loci, & alia ad rem, tradit Michalor. *de posit. cap. 33. & 34. per tot.* ubi etiam an sit dandus terminus ad deliberatè respondendum, & dixi *supra n. 12. in fine.* Vide Card. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap. 34. n. 8.*

Quodnam autem forum debeat attendi circa positiones, quando diversa vigent statuta, vel consuetudines, idem Michalor. *tract. cap. 35. per tot.* ubi concludit attendendum esse statutum fori, in quo fit judicium, & pronuncia, licèt posteà Judices alibi se conferant cum Principe.

Et si opus sit mittere Commissarium ad recipiendum responsiones, cujus sumptibus accedere debeat, Afflict. *in Const. Reg. Const. partes in judicie nu. 5. in ritu 153.* etiam Caravit. *in fine*, quos refert Sanfelic. *in Praxi sect. 48. nu. 18.* ubi videtur firmare sumptibus principalis examinandi. Card. Ant. De Luca *loc. cit.* Abecclef. & Crescin. *obser. 66. part. pr.*

22 Positionibus, quibus semel fuit responsum, non est amplius respondendum, ne quis in contrarietatem, vel perjurium incidat, & sic non sunt admittendæ positiones, quæ sint eædam cum primis datis, in verbis, vel substantia, vel ex necessitate probationis, vel facti, vel ex qualitata, vel ex dependentia, ut declarat Michalor. *de posit. quæst. 51. per tot. & quæst. 52.* ubi quòd positionibus, ob quas in perjurium, vel contrarietatem quis incidere posset, non est respondendum, Rot. *part. 14. recent. decis. 346. nu. 7.* latè Passerin. *in cap. 2. de Confess. in 6.* Constant. *ad statut. Urb. annot. 8. art. 3. n. 362. & seqq.* Pellegrin. *loc. cit. n. 7.* Abecclef. & Crescin. *observ. 57. part. 1.*

Nec etiam qui respondit positioni generali, tenetur postea respondere speciali, quia destructo genere destruitur quælibet ejus species; licèt è contra, qui negavit positionem specialem, possit cogi ad respondendum generali, quia remota specie non removetur genus, intelligendo in genere, & specie propriè sumptis, non autem in positione generali, seu universali continente plures res, seu individua, quæ sublata generalitate non tolluntur, & ideò de pluribus generaliter interrugatus, potest etiam in specie interrogari de qualibet re, nisi negando dixerit se nihil debere, ut latè per plura exempla declarat Michalor. *d. tract. cap. 54. per tot.*

23 De positionibus multa notabilia ex variis auctoribus indicat Com. August. Font na *Biblioth. legal. part. 5. verb. Positio fol. 350. &c.* Fagnan. Pellegr. Card. Ant. De Luc. Abecclef. & Crescin. Mans. Palm. & alii moderni.

24 Positiones negans, si in aliquibus fuerit convictus de Mendacio, an etiam quoad alias idem dici possit, Andreol. *contr. 104.* ubi quòd non in dividuis, sed benè in individuis.

25 Positiones in quibus casibus essent admittendæ. Card. De Luc. *de Judic. disc. 23. nu. 13.* ubi quod debent aboleri Idem De Luc. *eod. tract. disc. 34. n. 17.*

26 Responderi non debet positionibus datis contra Creditum liquidum, & resultans ex instrumento publico. Gemin. *cons. 103. n. 4.* Caval. *dec. 71. nu. 1.* Emerix Jun. *dec. 61. n. 3.*

27 Responsiones datæ ad positiones probant contra respondentem. Text. *in cap. per tuas 10. in fin. de probat.* Rot. *dec. 367. n. 2. part. 18. rec.* Emer. Jun. *dec. 948. n. 3.*

28 Responsiones datæ ad positiones continentes duo facta diversa, possunt pro parte acceptari, & pro parte rejici Rot. *dec. 391. n. 10. part. 17. dec. 168. n. 14. & dec. 614. n. 23. part. 18. rec.* & cor. Card. Cerr. *dec. 623. n. 12.*

29 Positioni responsiones quando possint scindi, & acceptari in parte. Marescott. *variar. resolut. lib. 2. cap. 45. num. 7.* Bertachin. *vol. 40. n. 5. & per tot.*

30 An confessio ficta transeat in hæredem, si per Judicem facta fuerit pronunciatio, quod positiones habeantur pro confessis. Ridolphin. *in Prax. part. pr. cap. 10. n. 96.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 59. nu. 8. part. 1.*

31 Qui juravit, non tenetur respondere positionibus, aut interrogationibus. Crescin. ad Abecclef. *obser. 64. n. 6. part. pr.*

32 Positionum usus admittitur etiam in spiritualibus Fagnan. *in c. Dudum il secondo n. 12. de elect. tom. 1.*

33 Positiones super matrimonio an fieri possint cor. Judice sæculari. Anchar. *in c. Eaquæ in 4. qu. vers. Etsi hæc opinio de regul. jur. lib. 6.* Fagnan. *in cap. Tuam n. 36. de ordin. cogn. tom. 2.*

34 Positio universalis nunquam inducit contestationem litis, nisi petitionem habeat admixtam. Fagnan. *in cap. olim. n. 50. de lit. contest. tom. 2.*

35 Positioni duplici, vel multiplex factum continenti non est respondendum, nisi dividatur, vel declaretur. Gloss. *in cap. 2. vers. Absque rationabili causa de confess. lib. 6.* Fagnan. *in dict. cap. olim n. 76. de lit. contest.*

36 Positionem multiplicem negans, an videatur singula negare. Fagnan. *ibid. n. 77.*

37 Positiones juratæ faciunt inter alios adminiculum. Alex. *in l. 2. n. 11. Cod. de edend.* Fagnan. *in cap. Lator n. 34. qui filii sint legitimi tom. 4.*

38 Positiones plenè probant contra ipsum ponentem Rot. coram Cerr. *dec. 304. n. 11. part. 18. rec. tom. 1.* Palm. nep. *alleg. 272. n. 83. tom. 3.*

§. POSITUS IN CONDITIONE. XXVII.

1 POsiti in conditione regulariter non veniunt in dispositionem, & ideò non censentur vocati, nec substituti in hæreditate, nisi aliter ex conjecturis appareat de mente disponentis *glos. in l. Lucius 2. ff. de hered. instit.* Oldrad. *consil. 21.* Rot. in selectis per Farinac. *part. 2. tom. 1. decis. 266. per tot.* ubi pro vocatione ex conjecturis arbitrio judicis æstimandis, Curt. jun. *cons. 87.* Rot. *part. 2. divers. decis. 212.* Cravet. *cons. 109. n. 2. cons. 62. nn. 4. 15. & 73. &c. cons. 130. n. 2. &c.* Cyriac. *contr. jur. cap. 96. lib. 1.* ubi pro vocatione perpendit duodecim conjecturas. Cabal. *cons. 105. lib. pr.* ubi ponit novem conjecturas, *& cons. 136. per tot. d. lib. 1. & cons. 181. n. 29. & seqq. cod. libr. 1.* Clar. *§. Testamentum quæst. 77. 78. & 79.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 76.* Gratian. *discept. forens. cap. 332. cap. 747. cap. 254. n. 40. &c. cap. 536. n. 46. cap. 776. cap. 848. n. 30. cap. 928. cap. 963. nn. 25. &c.* Magon. *dec. Flor. 27. per tot.* ubi pro vocatione, *& decis. 73. per tot.* ubi pro exclusione plenissimè Joseph Rustic. *in tract. ad l. cum avus, ff. de condit. & demonstr.* Peregr. *de fideicomm. art. 28.* Fusar. *de substit. qu. 437. per tot. cum pluribus seqq.* Mant. *de conject. lib. 11. tit. 2.* Galvan. *contr. 43.* Rot. *part. 2. recent. dec. 667. & part. 5. dec. 221. per tot. & part. 13. decis. 169.* ubi pro vocatione ex conjecturis, *& decis. 526. per tot. in eadem causa*, ubi sex conjecturas adducit, Martha *de success. legal. part. 1. quæst. 9. per tot.* Surd. *dec. 162.* ubi pro vocatione Cavaler. *dec. 454. per tot. & decis. 496. n. 12. &c.* Mart. Medic. *dec. 8. num. 33. & seqq. per tot.* Sperel. *dec. 151. per tot.* ubi pro vocatione ex conjecturis, *& decis. 152. per tot.* ubi an quando sunt activè vocati, possint dici etiam passivè gravati onere fideicommissi reciproci; Ludovis. *decis. 315. per tot. & decis. 329.* Bich. *dec. 342.* latè Tusch. *litt. F. conclus. 369. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 307. per tot. vol. 2.* ubi an, & quando censeantur vocati, vel gravati, Fachin. *contr. libr. 4. capit. 51.* Thes. *dec. 96.* Gabriel. *comm. concl. lib.*

4.

4. lib. de fideicomm. concl. 4. idem Christin. decis. 13. n. 3. vol. 4. dec. 46. num. 7. &c. vol. 4. & decis. 515. vol. 6. Merlin. dec. 83. & decis. 350. ubi pro vocatione ex conjecturis, sed licet vocati, non ob id censeatur gravati, idem Merlin. dec. 447. per tot. ubi pro vocatione ex conjecturis, et decis. 686. ubi ponderat sex conjecturas, et decis. 699. nu. 26. etc. dec. 384. per tot. ubi quando dicantur vocati, & etiam ad invicem reciprocè gravati, Rot. part. 14. recent. dec. 16. per tot. ubi pro vocatione ex conjecturis, etiam ad favorem fœminarum, non obstante statuto exclusivo, si masculi non extent, & dec. 326. n. 5. & seqq. & decis. 494. d. part. 14. Fontanel. dec. 146. & seqq. ubi plura de materia hic contenta, & an ex conjecturis vocati, censeantur etiam gravati restituere illis, quibus eorum pater per fideicommissum sub conditione si sine liberis, &c. & decis. 159. & 160. & dec. 597. & 598. per tot. ac de pact. nup. tom. 2. claus. 5. glos. 10. part. 2. fol. 226. Conciol. & Romaguer ad Statut. Eugub. lib. 2. Rub. 63. per tot. ubi plura de materia, & quòd vigore Statuti Eugubini, filii positi in conditione censentur vocati; non tamen gravati, nec inter se reciprocè substituti; de qua materia plenè etiam Castill. contr. tom. 2. cap. 15. per tot. Ramon. cum novissimis Annot. Jacob. Balduc. cons. 9. 15. & seqq. Jo. Torre de success. in Majorat. & Primogen. Ital. part. 2. quæst. 32. & 42. per tot. & quæst. 55. & part. 3. dec. 61. per tot. Tondut. quæst. civil. c. 19. 120. & 121. per tot. part. 2. Andreol. contr. 240. ubi de positis in conditione in contractibus an censeantur vocati, & alii citati à moderno Com. Aug. Fontan. Bibliotb. leg. part. 4. verb. Filii in condit. & fol. 591. & part. 5. verb. Positi fol. 349. Addo Rot. dec. 645. part. 19. rec. tom. 2. Constant. ad statut. Urb. in disc. de Luc. Morot. art. 2. à nu. 13. tom. 1., & tom. 2. annot. 36. art. 2. à n. 87., ubi latè De Luc. Conflict. observ. 91. de Fideicomm. disc. 21. sub n. 6. disc. 73. n. 3. disc. 120. & seqq. in summ. ex nu. 91. Emerix jun. decis. 599. n. 8. Caprat. dec. 623. a 13. part. 2.

Quòd dicta opinio, ut positi in conditione non censeantur vocati, sit Florentiæ canonizata, quicquid aliàs quæstio Imperiali decisione indigeret, Magon. decis. Flor. 70. n 14. &c. dec. 73. num. 4. &c. Cabal. cons. 136. n. 1. & seqq. lib. 1. Tusch. d. conclus. 369. per tot.

Item in Rota Romana, nisi ex conjecturis aliter constet de mente testatoris, Merlin. d. dec. 447. n. 2. & alibi, Rot. part. 9. rec. dec. 327. n. 3. &c. & alibi, part. 11. dec. 244. & part. 15. dec. 383. per tot. ubi rejicit plures conjecturas pro vocatione adductas, & part. 18. dec. 79. Moder. Constant. ad statut. annot. 36. art. 2. n. 87. tom. 2.

Quòd extantibus conjecturis positi in conditione censeantur vocati, ut si fuerint in conditione positi sub qualitate masculinitatis, vel legitimitatis, si testator processerit ad plures gradus substitutionum, si alii erant priùs instituti, & expressè vocati, & si propria filia testatoris fuerit exclusa, & hanc ultimam esse tutissimam conjecturam, Altograd. cons. 75. nu. 40. & seqq. lib. 2. Galvan. cons. 33. nu. 47. & seqq. Ludovis. dec. 25. per tot. & dec. 329. Merlin. decis. 686. per tot. & alibi in locis supracitatis, Rot. part. 9. rec. decis. 484. dec. 327. per tot. ubi de prædictis, & aliis conjecturis, nempè ex qualitate fideicommissi super re certa instituti ex verbis denotantibus tractum successivum temporis, si conditio sit adjecta in contractu donationis, ex quibus, & aliis conjunctim consideratis resolvit pro vocatione, sed posteà in eadem causa part. 10. rec. dec. 160. recessit à decisis, & part. 9. dec. 401. ubi latè pro non vocatione ex aliis efficacioribus conjecturis, & omnibus prædictis particulariter respondit, latè Cresp. de Valdaur. observ. 19. & 20. per tot. Card. De Luc. de Fideicom. disc. 73. n. 9. & 10. Emerix jun. dec. 252. 336. 385. 599. 976. Caprat. dec. 649. n. 2. & 3. part. 2. dec. 550. n. 6. part. 1.

Pro vocatione autem in alia causa sex conjecturas ponderat eadem Rot. part. 11. recent. dec. 42. per tot. & part. 13. dec. 169. ubi etiam quòd in statu Veneto prævalet opinio, quòd filii in conditione positi censeantur vocati, Bich. decis. 605. ubi ponderat quinque efficaces conjecturas pro vocatione, & plenè Rot. part. 18. recent. dec. 276. per tot. decis. 481. per tot. ubi pro vocatione habentur sex conjecturæ, & dec. 500. per tot. decis. 617. per tot. dec. 690. per tot. &, decis. 724. n. 2. ubi summatim referuntur. Quas conjecturas ad satietatem refert Constant. ad Statut. Urb. loc. cit. sicut etiam Em. De Luc. de Fidcicom. disc. 120., & 121. Vide Emerix jun. loc. supra & infra cit. Caprat. loc. cit.

Quòd remittatur arbitrio judicis, quæ sint conjecturæ legitimæ, quibus filii positi in conditione possint dici dispositivè revocati, Rot. per Farinac. part. 1. dec. 266. nu. 3. Menoch. de arbitr. cas. 148. per tot. Surd. dec. 162. n. 11. Ludovis. dec. 329. nu. 10. Sperel. dec. 151. nu. 29. Rot. part. 11. recent. decis. 244. n. 41. & 42. ubi quòd materia est merè conjecturalis, & quando adsunt hincindè conjecturæ, pro exclusione fideicommissi pronunciandum est in dubio, prout fecit Rot. in dict. causa, respondendo singillatim conjecturis pro vocatione adductis, & latè part. 15. recent. dec. 383. per tot. ubi quòd faciunt deficere conditionem ad exclusionem substitutorum, & censetur illis reservatum jus legitimæ successionis ab intestato, non autem dicuntur dispositivè vocati, nisi ex urgentibus conjecturis. Constant. ad Stat. Urb. annot. 36. art. 2. n. 112. ubi latissimè de istis conjecturis. Emerix jun. dec. 251. & 279.

Positi in conditione admittuntur saltem jure transmissionis, & censentur dilecti magis quam Substituti, præcipuè si agatur de excludendis prorsus extraneis substitutis, & illorum existentia substitutos excludit, cùm in conditionibus merum factum attendatur, Altograd. cons. 85. n. 18. & seqq. ad 51. lib. 2. vide in §. Fideicommissum n. 27. & §. Transmissio n. 60. Rot. part. 18. recent. dec. 111. n. 6. &c.

Quòd positi in conditione faciant per suam existentiam deficere conditionem, l. Lucius 85. ff. de hæred. instit. Paul. Christin. dec. 115. nu. 4. vol. 6. Rot. part. 9. rec. dec. 402. n. 1. &c.

Quod qui non possunt succedere ex propria vocatione, vel per repræsentationem, multò minus jure transmissionis, si conditio non fuit purificata, vivente patre, quia fideicommissum conditionale nec ad filius transmittitur, quando pater pendente conditione decessit, Rot. part. 9. recent. decis. 241. nu. 20. &c. Cabal. cons. dec. 136. n. 6. & seqq. libr. 1.

Quòd stante clausula, omni meliori modo, positi in conditione, censeantur dispositivè vocati, Honded. cons. 54. n. 47. tom. 2. Barbos. de Claus. claus. 95. n. 41. & n. 50. Merlin. dec. 680. n. 11. &c. ubi quòd hujusmodi conjecturæ non divisim, sed conjunctim sunt ponderandæ. Vide Constant. loc. cit. à n. 253. ubi de dicta clausula.

Statutum quod positi in conditione censeantur vocati procedit non solum in filiis, sed etiam in transversalibus positis in conditione, Gratian. disceptat. forens. cap. 571. n. 49. &c.

Plura de intelligentia statuti Urbis lib. 1. c. 142. in hac materia, Rot. part. 13. recent. dec. 181. & 442. per tot. 17. dec. 168. ubi quòd procedit etiam in transversalibus, & part. 18. dec. 176. idem Constant. dict. art. 2. per tot.

Quòd vigore statuti Urbis lib. 1. cap 142. filii positi in conditione censeantur vocati, Rot. part. 11. rec. dec. 366. nu. 1. &c. in Append. & part. 12. decis. 338. ubi quando censeantur etiam gravati, ac etiam quoad bona sita extra territorium statuentium, vide Rot. part. 13. decis. 79. decis. 124. 135. 281. & 442. part. 17. dec. 168. per tot. & part. 18. dec. 176. & dec. 472. Ad Rot. rec. part. 19. tom. 2. dec. 520. 570. 609. nu. 2., & dec. 645. De Luc. de fideicomm. disc. 19. n. 7., disc. 21. n. 6., disc. 74. nu. 5. Emerix jun. dec. 546. n. 5. et dec. 585. nu. 14. Caprat. dec. 234. n. 1. part. 1.

Sed non procedit in favorem nepotum, quia in fideicommissis appellatione filiorum non veniunt nepotes tam in passiva, quam in activa vocatione, Rot. part. 2. rec. dec. 507. n. 4. et part. 9. dec. 34. n. 5. etc. vide in §. Appellativa n. 1. etc. Rot. part. 9. recent. dec. 139. n. 24. ubi quòd licet censeantur vo-

vocati, non tamen censeantur gravati, & quando censeantur etiam gravari ratione perpetui, & absoluti fideicommissi, eadem Rot. *d. part.* 9. *dec.* 385. *per tot.* & *dec.* 415. *per tot.* & *decis.* 425. ubi quòd procedit etiam in testamentis transversalium, & *part.* 10. *dec.* 7. *n.* 12. ubi quòd licèt locatur de filiis, procedit etiam in aliis, & *dec.* 142. *n.* 2. &c. adde Cabal. *cons* 181. *per tot. lib.* 1. Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 168. *per tot.*

3 Positi in conditione in omnem casum quod essent vocati, vel vigore statuti, vel ex conjecturis, dicuntur tantùm vocati ad portionem patris, non autem ad portionem patrui unà cum eo instituti, nisi patruos prædecessisset, & sic bona devenerint in totum ad patrem, vel nisi aliter appareat ex conjecturis, benè Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 337. *per tot.* Cabal. *cons. dec.* 105. *num.* 28. & *seqq. per tot. lib.* 1. Rot. per Farinac. *part.* 1. *dec.* 266. *nu.* 4. ubi etiam pro vocatione ad portionem cohæredis, Grat. *discept. forens. cap.* 371. *in princ. cap.* 664. *n.* 2. &c. *cap.* 487. *num.* 35. *cap.* 965. *n.* 32. vide Peregr. *de fideicom. art.* 13. *n.* 36. & *seqq.* Fusar. *de substit. qu.* 440. Seraph. *dec.* 1281. Ludovic. Bell. *cons.* 167. *per tot.* ubi pro vocatione ad portionem patrui, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 241. *n.* 3. &c. ubi concordantes allegat, & *decis.* 415. *n.* 33. &c. *d. part.* 9. *dec.* 425. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 366. *num.* 2. &c. *part.* 13 *dec.* 124. *part.* 14. *dec.* 68. *per tot.* & *part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 29. *n.* 4. ubi quòd ad inducendam vocationem, conjecturæ debent esse urgentes, & efficaces, & nisi concurrant illæ duæ, nempè vorum agnationis conservandæ, & disgressio ad plures substitutionum gradus, aliæ frigescere solent, & *dec.* 79. *per tot. dict. part.* 18. & *decis.* 112. & 276. ubi plenè de tota materia, & *dec.* 481. *per tot.* ubi quando admittantur etiam ad portiones patruorum, & *dec.* 617. ubi pro admissione, licèt non concurrerent dictæ duæ conjecturæ agnationis, & disgressionis ad plures gradus, cum non sint omninò necessariæ quando aliæ sunt in se perfectæ, de qua materia latè etiam Bartel. *de ult. volunt. dec.* 2. *nu.* 730. & *seqq.* & dixi in §. *Substitutio n.* 24. idem Bartel. *decis.* 50. 76. 77. &c. Rot. *dec.* 645. *num.* 20., & 21. *part.* 19. *rec. tom.* 2. vide Constant. *ad statut. Urb. annot.* 36. *art.* 1. *n.* 128. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 21. *n.* 6. & 9. *disc.* 77. *n.* 4. *disc.* 78. *n.* 3. & 4.

Item intelliguntur vocati per vulgarem tantùm, quæ per additionem capiat, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 401. *n.* 7. &c. Merlin. *dec.* 250. n. 2. *etc. dec.* 269 *in eadem causa*, ubi qualiter censeantur vocati per compendiosam continentem in se non solum vulgarem, sed etiam fideicommissariam, & quando possint etiam dici gravati, *et dec.* 359. ubi quòd licèt sint vocati ex conjecturis, quas ibidem refert, non ob id censentur gravati, cum ex vocatione activa non benè inferatur ad passivum gravamen, vide eumdem Merlin. *dec.* 864. ubi quando censeantur etiam reciprocè gravati. Ad Rot. *rec. part.* 17. *dec.* 360., *et par.* 19. *dec.* 417., ubi quod regula, quod descendentis positi in conditione censeantur tantùm vocati per vulgarem non procedit, quando alitèr desumitur ex conjecturis.

Quando censeantur vocati etiam ad portionem patrui, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 366. *num.* 2. &c. & *part.* 13. *dec.* 78. *dec.* 124. *n.* 4. & *dec.* 135. *dec.* 281. & *dec.* 474. *per tot.* Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 487. *n.* 28., & *dec.* 521. *n.* 30. De Luc. *de fideicom. disc.* 77. 78., & 79. Emerix jun. *dec.* 251. *dec.* 339. & *dec.* 976.

4 Positi in conditione in particularibus fideicommissis, & legatis dicuntur dispositivè vocari, Magon. *decis. Flor.* 16. *n.* 20. & *n.* 51. Galvan. *cons.* 33. *nu.* 48. &c.

Intellige concurrentibus aliis conjecturis, aliàs secus, Fusar. *de substit. qu.* 437. *n.* 104 & *seqq.* Peregrin. *de fideicomm. art* 28. n. 16. Menoch. *præsumpt.* 76. *n.* 62. *lib.* 4. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 401. *n.* 24. & *seqq.* & *part.* 10. *dec.* 160. *n.* 24. Bich. *dec.* 610. *n.* 15. *et seqq. per tot.* ubi latè quando positi in conditione censeantur vocati vigore statuti Urbis *lib.* 2. *cap.* 46. procedentis etiam in contractibus, & donatione, & vigore pacti reversivi, & concludit pro non vocatione ex pluribus conjecturis.

Idem est in contractibus maximè stantibus conjecturis, ut censeantur, vocati, Ger. Spin. *cons.* 14. *nu.* 19. *etc.* Rot. *part.* 4. *rec. dec.* 142. *nu.* 3. & *part.* 9. *decision.* 327. *n.* 13. & *dec.* 401. *nu.* 28. ubi contra, nisi concurrant aliæ conjecturæ, prout in ultimis voluntatibus, *part.* 13. *dec.* 464. *n.* 10. ubi quòd statutum Urbis, ut positi in conditione censeantur vocati, procedit etiam in contractibus. Constantin. *ad Statut. Urb. annot.* 36. *art.* 2. *n.* 93., & *seq.*

5 Positi in conditione quatenus non essent vocati, tamen censetur illis præservatum jus legitimæ successionis ab intestato, *glos. in l. Lucius* 83. *ff. de hæred. instit.* Cabal. *cons.* 181. *nu.* 35. *lib.* 1. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 352 *in princ.* Surd. *dec.* 162. *n.* 1. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 370. *n.* 10. & *dec.* 526. *num.* 2. ubi pro vocatione lex ponderat conjecturas, quæ licèt singulæ non sufficerent, simul tamen junctæ probant fideicommittentis voluntatem, & aliàs, Ludovis. *dec.* 315. *per tot.* & *decision.* 329. In fideicommisso cattanei non censentur vocati, nisi concurrentibus urgentissimis conjecturis, & quænam istæ sint Rot. *rec. par.* 19. *dec.* 487. *n.* 28.

6 Positi in conditione, & vocati ex conjecturis censentur etiam gravati aliis successivè restituere, stantibus conjecturis, quæ ad hunc effectum sufficiunt leviores Emerix jun. *dec.* 471. *n.* 9. & 10. ubi hoc declaratur.

Et an dicantur ad invicem gravati Caprat. *decis.* 43. *n.* 3. *part.* 1. *decis.* 649. *a n.* 11. *part.* 2.

7 Positi in conditione ut censeantur dispositivè vocari, leviores sufficiunt conjecturæ in fideicommisso ascendentis Emerix jun. *decis.* 251. *nu.* 2. *decis.* 279. n. 5. *dec.* 336. *n.* 9. *decis.* 599. *num.* 1. Caprat. *dec.* 649. *n.* 4. *part.* 2.

Secus in fideicommisso transversalis, ubi requiruntur valdè fortes, & concludentes Emerix jun. *decis.* 381. *n.* 2.

Sic etiam leviores sufficiunt conjecturæ quando agitur de illorum vocatione ad solam portionem proprii parentis Idem Emerix jun. *dec.* 251. & 279.

8 Filii positi in conditione in Statu Veneto regulariter censentur vocati. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 73. *n.* 6. *disc.* 74. *sub num.* 6. *vers. quarto disc.* 221. *n.* 2. *et seq. et nu.* 9. Quando locum habeat in Civitate Brixiensi. De Luc. *dict. disc.* 221. *n.* 6. *et seqq.* In quibus reicitur distinctio inter Judicium Vocium, & legale.

Bononiæ quarè præsumptio sit pro vocatione Filiorum in conditione positorum Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 220. *n.* 13. Et è converso Januæ pro exclusione. Card. De Luc. *ibid. dict. n.* 13.

9 De diversis effectibus, ad quos solet considerari quæstio an filii positi in conditione censeantur vocati. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 230. *n.* 10. *et seq.*

10 Filii positi in conditione an veniant dependenter à personis parentum ad effectum succedendi in capita, vel in stirpes Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 19. *n.* 8.

11 Filii positi in conditione vocati quando censentur in substitutione reciproca facta inter duos. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 81. *nu.* 3. & 6. Et an ratio inæqualitatis inter gravatos faciat cessare dictam vocationem. Card. De Luc. *d. disc.* 81. *n.* 5.

12 Positus in conditione facit deficere subsequentem substitutionem, non vero inducit vocationem. Rot. cor. Caril. *dec.* 266. *n.* 21., & 22. Palm. Nep. *alleg.* 226 *n.* 6.

13 Statutum mandans quod filii in conditione positi censeantur vocati intelligitur de filiis expressè in conditione positis, non autem tacitè, & per subauditum juris intellectum vigore *l. cum Avus* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 53. *num.* 2. & *seqq. vol.* 2. Contrarium quod procedat etiam in tacitè vocatis *ibidem n.* 14. *et* 15.

14 Plura de filiis in conditione positis Card. De Luc. *in Indic. general. verb. filii* Mantiss. ad eumdem Emerix Caprat. Constantin. Mans. Palm. & alii moderni.

§. POS-

§. POSSESSIO. XXVIII.

1 POssessio dicitur quasi pedum positio, & est facultas insistendi rei corporali non prohibitæ possideri, vel jus insistendi alicui rei tamquam suæ non prohibitæ possideri, vel corporalis rei detentio, corporis, animo, & juris adminiculo concurrente, Azor. *in Summ. Cod. de acquir. poss.* Bart. & alii *in l. 1. ff. eod.* Covar. *in reg. possessor. part. 2. n. 3.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 11. n. 2. fol. 164.* ubi etiam *num. seqq.* quod alia est naturalis, alia civilis, alia civilissima, alia plena, semiplena, vel vacua, & alia vera, alia colorata, latè Tusch. *litt. P. concl. 400. et seqq.* vide Nicol. *Instit. tit. de Interdic. n. 79.* Unde dicatur & alia Abeccles. & Crescin. *obser. 148. part. 1.*

Quòd possessio saltè civilis possit per legem, ac per Principē tamquam legem animatā transferri, & acquisi, sine alio hominis facto, vel ministerio, & sit manutenibilis, Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 58. et 59.* Rot. *part. 9. recent. dec. 345. num. 12. etc. part. 13. decis. 214. num. 7.* Gratian. *discept. forens. cap. 732. nu. 6.* Fenzon. *ad stat. Urb. cap. 147. num. pr. lib. pr.*

De possessione civili qualiter, & per quem sit probanda, & per quos actus probetur, Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1778. & seqq.* Et alia Rube. *de Confuss. Jur. cap. 2. a n. 274.*

Plura de possessione quid sit, an juris, vel facti, de illius origine, quotuplex sit, & alia ad rem utilia, Peregrin. *tract. var. lib. 3. tit. de poss. & propriet. per tot.* Castejon. *in verb. Possessio per tot.*

2 Possessio operatur plura commoda, & privilegia, nam inducit præsumptionem anterioritatis actus, & melioris juris, ita ut actore non probante de sua proprietate, & dominio, possessor sit tuendus in sua possessione; sublevat ab onere probandi titulum, quia regulariter nemo tenetur ostendere titulum suæ possessionis, operatur quòd possessor licèt injustus non sit privandus sine citatione, item quilibet possit sibi mutare titulum ex pinguiori causa superveniente absque alia animi declaratione, nisi interim alius acquisivisset possessionem, præsumitur ex titulo, & causa utiliori præcedente; operatur quòd agens ex una causa possit obtinere probando de alia; item quòd pendente lite possessor legitimus, vel coloratus non sit privandus sua possessione, & quòd spoliatus ante omnia sit restituendus. Commoda possessoris refert Pichard. *Instit. tit. de Interdict. libr. 4. tit. 15. art. 5. à nu. 109. usque ad num. 115.* Abeccles. *obser. 597. n. 2. part. 1.*

Quandoque tamen producit etiam incommoda, nam possessio junior, constito de anteriori præsumitur clandestina, & turbativa; item injustè capta in odium capientis habetur pro bona, & operatur suos effectus in præjudicium ipsius capientis, & possessor negans possidere convictus perdit commodum possessionis, ut benè declarat. Pac. Jorden. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. d. tit. 11. n. 182. & seqq. ad 226. fol. 177.* Tusch. *litt. P. conclus. 427. & 428. per tot.* Ricc. *Collect. 603.* Peregrin. *tract. var. lib. 3. tit. de poss. & propriet. num. 31. & seqq.* ubi plures alios effectus adducit.

Qualiter possessor licèt injustus debeat manuteneri, vel non, idem Tusch. *litt. P. conclus. 441. per tot.* vide *in §. Manutentia.* Rub. *de confuss. Jur. cap. 2. num. 263.*

Quòd possessio capta contra formam statuti non sit manutenibilis, nisi docto de legitimo titulo, Rot. in Bonon. manutentionis 26. Junii 1648. coram Bich. *par. 10. recent. decis. 230. per tot.*

Item capta per procuratorem sine speciali mandato, non est manutenibilis, nisi fuerit ratificata ante jus alteri quæsitum, Rot. *part. 13. recent. decis. 433. per tot.* sufficeret tamen mandatum præsumptum ex solutione non modicæ quantitatis pretii, vel ratificatio, Bich. *decis. 113. num. 4. &c.*

3 Possessio quandoque potest acquiri etiam per solam ocularem inspectionem à longè rei, cujus sit capienda possessio, & sic per solum aspectum, pluribus tamen copulativè concurrentibus, alias secus, nempè si constet de impedimento, & non tuto accessu ad ipsam rem, adsit decretum judicis, ut sic possessio tradatur, & interveniat nuncius publicus, Jas. *in l. pr. in princ. num. 96. & seqq. & in §. si jusserim num. 12. ff. de acquir. possess.* Cavaler. *decis. 169. per tot.* Pac. Jurdan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 11. num. 23. & 24. fol. 166.* Bich. *decis. 392. per tot.* ubi quòd possessio potest acquiri per solum aspectum, & est manutenibilis, dummodò si apprehendatur absque facto judicis, vel executoris concurrat animus acquirentis, & tradentis simul; si verò de mandato judicis, constet de impedimento, & non tuto accessu ad rem, nisi decretum judicis, etiam si non explicet modum tradendi per aspectum, & interveniat nuncius publicus habens facultatem tradendi possessionem, idem Bich. *decis. 90. n. 4. & decision. 318. per tot.* ubi quòd possessio Ecclesiæ, ejusque membrorum dicitur capta per solum contractum ostii, illiusque aspectum, quod nullus reperitur in possessione, licèt adsit custos recusans aperire, & claves tradere. De acquirenda possessione per oculorum aspectum ultra cit. agit Salgad. *part. 4. de Protect. cap. 8. num. 108.* Emeria jun. *decis. 151. n. 2.*

Qualiter acquiratur possessio, & quæ requirantur, latè Tusch. *lit. P. concl. 406. & seqq.*

Quòd capta nomine alterius non suffragetur, nisi docto de speciali mandato, nec prosit ratificatio post jus alteri quæsitum Rot. *par. 9. recent. decis. 225. per tot. & dec. 486. nu. 3. & seqq.* ubi etiam quòd ex sola sententia, & jussu judicis non acquiritur, sed opus est apprehensione, quæ si fiat à procuratore debet constare de mandato speciali, & supra. An possessio possit acquiri per procuratorem Gulin. *de Procurat. part. 2. cap. 5. n. 52.* ubi de speciali mandato Sperell. *dec. 171. num. 30.* Vide Pen. *decis. 137.* Crescin. ad Pen. *decis. 64.*

An, & quando ad acquirendam possessionem, vel quasi ad effectum præscribendi sit necessaria scientia adversarii, ac quomodo probetur, Beltramin. ad Ludovis. *decision. 249.* dixi *in §. Præscriptioni, & §. Quasi possessio.*

Possessio capi non potest propria auctoritate, sed per executores, & publica auctoritate, licèt præcesserit sententia, & mandatum judicis de immittendo, aliàs committitur spolium, etiam si ex pacto, vel aliàs adesset facultas capiendi propria auctoritate, cui videtur renunciatum adeundo judicem, nisi fiat cum protestatione, vel reservatione, vel nisi adsit clausula, *quòd una via electa possit variari*, Duran. *decis. 255. per tot.* facit istè Gratian. *discept. forens. cap. 545. n. 32. & seqq.* Card. Tusch. *litt. P. conclus. 409. per tot.* ubi quando possit capi propria auctoritate, vel non ex licentia data, infr. num. 43. facit quòd dixi *in §. Datio insolutum n. 5.* Rot. *par. 9. recent. decision. 270. n. 11 &c. dec. 439. nu. 8. & seqq. per tot. & p. 10. dec. 342. num. 7. &c.* 4

Quod habens facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, cautius, & pinguius agat, si judicis ministerio illam adipiscatur, Duran. *decis. 441. num. 67.* vide in *§. Facultas num. 4. & §. Licentia num. pr. &c.* latè Rot. *part. 9. recent. decision. 439. num. 8. & seqq.* ubi quando habens potestatem ex pacto aliquid faciendi de facto, sibi præjudicet, vel non si judicem adeat, *& pag. 13. dec. 490. n. pr.* ubi quod habenti facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, non potest denegari associatio, & quando incertitudo non obstet, vide Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *dec. 12.*

Quòd possessio capta propria auctoritate sit vitiosa, & non manutenibilis, Post. *de manuten. observat. 47. n. pr. &c.*

Item faciat capientem cadere ab omni jure suo, Altograd. *cons. 78. n. 42. lib. pr.*

Et possessor vitiosus quoad juris effectum habeatur tamquam si non possideret, idem Altograd. *cons. 2. n. 76. lib. 2.* Vide Crescin. ad Pen. *decis. 209.*

Quò petens immissionem videatur recedere à prima possessione, nisi petat cum clausula, *omni meliori modo, & citrà animum, &c.* quia tunc videretur petita, & capta ad cautelam, & ad magis corroborandam, & confovendam primam possessionem, Duran.

rae. *decis.* 318. n. 6. *&c.* vide *in §. Immissio num.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *nu.* 95. *& num.* 128. *& seqq. fol.* 173. Vide Emerix jun. *decis.* 1017. *n.* 2. *decis.* 1137. *n.* 7.

Potest etiam Judex dare licentiam capiendi possessionem propria auctoritate, sed hujusmodi licentia intelligitur, dummodò resistentem non inveniat, Gratian. *dec.* 21. *n.* 8. *&c.* vide *§. Creditor num.* 68.

Quòd ubi possessio est vacans possit apprehendi propria auctoritate, etiam stante edicto id prohibente, quis debet intelligi de plena, & non de vacua, Gratian. *discept. for. cap.* 542. *nu.* 1. 13. *&c. cap.* 571. *n.* 19. *&c.* Tusch. *lit. P. conclus.* 408.

Item injustè dejectus à possessione potest illam propria auctoritate recuperare sive statim, sive ex intervallo quàm primum sibi facultas offeratur, nec dicitur committere Spolium, *l.* 3. *§. eum igitur de vi, & vi armat.* Capye. *decis.* 69. *n.* 31. *&c.* ubi ampliat procedere etiam contra tertium habentem causam à spoliante, vel injustè dejiciente.

5 Possessio capta vigore mandati Judicis sæcularis super bonis Ecclesiasticis, etiam si agatur de utili dominio, & inter laicos, est nulla, & non manutenibilis, Gratian. *discept. for. cap.* 732. *n.* 16. *&c.* Merlin. *decis.* 763. *n.* 10. *& decis.* 904. ubi quòd Clericus recurrens ad Judices laicos pro acquirenda possessione efficitur excommunicatus, repellitur à limine judicii, nec talis possessio est manutenibilis, vide *in §. Judex num.* 30. latiùs Merlin. *decis.* 905. *et* 906. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 276. *per tot.* facit *in §. Electio n.* 6. Rot. *part.* 10. *divers. decis.* 287. *n.* 8. *etc.* ubi quòd recursus debet esse consumatus, nam si nihil sit actum in præjudicium jurisdictionis Ecclesiasticæ non intrat dicta Censura, & quando intrat censura, & opus sit absolutione, quæ non debet esse subreptitia, & ex quibus arguatur talis, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 212. *per tot. par.* 18. *tom. pr. decis.* 65. *per tot.* Nonnulla de hoc recursu vide apud Abeccles. & Crescin. *obser.* 193. *part. pr.*

Quòd talis recurrens efficiatur incapax beneficii, Rot. *d. par.* 12. *dec.* 302. *num.* 12.

An, & quando dictus recursus ad Judices laicos habitus à procuratore dicatur ratificatus, vel non à principali, ita ut faciat incidere ipsum principalem in censuram, Bich. *dec.* 174. *et* 195. *per tot. et decis.* 282. ubi ex quibus probetur dictus recursus, & qualiter recurrenti ultra excommunicationis pœnam denegetur audientia, Rot. *par.* 18. *recent. decis.* 65. *per tot.*

810 Possessio rei particularis potest esse penès unum, & universalis penès alium. Emerix Jun. *dec.* 698. *num.* 7.

Declara non procedere, quando possessio rei particularis fuit apprehensa ex titulo universali penes alium existente. Emerix Jun. *dict. dec.* 698. *n.* 7.

811 Possessio residere potest penès filium respectu substantiæ Patris defuncti, & simul penès uxorem relictam Creditricem ratione hypothecæ dotalis. Surd. *cons.* 305. *n.* 56. Rot. *dec.* 48. *n.* 16. *et* 17. *part.* 7. *dec.* 568. *n.* 2. *et dec.* 215. *num.* 24. *part. undec. rec.* Emerix Jun. *dec.* 98. *n.* 6.

812 Possessio renunciata si fuerit voluntariè non potest amplius renuncians ad illam redire. Emerix Jun. *dec.* 980. *n.* 8. *et* 9.

813 Possessio usufructuarii expirat finito usufructu. Emerix Jun. *dec.* 517. *n.* 4. *et dec.* 670. *nu.* 4. Fallit quando ususfructus consolidatur cum proprietate in Usufructuario. Emerix Jun. *dict. dec.* 517. *n.* 5.

814 Plura de avocatione possessionis facta per Principem vel Judicem Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 107. *n.* 14. *decis.* 113. *a nu.* 3. *nu.* 19. *decis.* 514. *num.* 25. *vol.* 2.

815 Possessor bonæ fidei potest incidere Arbores vetustiores, & fructiferas subrogando alias. Fulgin. *de Jur. Emphyt. tit. de var. caducit. quæst.* 2. *num.* 59. *et* 23. Cavalcan. *dec.* 32. *sub n.* 6. *part.* 2. Emerix Jun. *dec.* 1235. *n.* 3.

Possessor ex causa onerosa est melioris conditionis, quam Adversarius agens ex causa lucrativa, quando cessat hypotheca utriusque collitigantis. Emerix Jun. *dec.* 524. *n.* 5. 816

Possessor solvens Creditori anteriori habet retentionem ex anterioritate crediti dimissi. Emerix Jun. *dec.* 476. *n. pr.* Amplia etiam si non reportaverit cessionem Jurium. Emerix Jun. *d. dec.* 476. *n.* 2. 817

Possessor tenetur ex culpa Colonorum etiam levissima in committendo, non tamen præstat casum fortuitum. Eugen. *cons.* 60. *nu.* 15. *et* 16. *lib.* 2. Joseph. Ludov. *dec.* 25. *n.* 18. *part pr.* Emerix Jun. *dec.* 19. *n.* 5. *et* 6. 818

Possessor tertius non dicitur qui possidet rem cum obligatione restituendi prioribus, & potioribus. Emerix Jun. *dec.* 1148. *n.* 12. 819

Possessionis amissio, seu acquisitio pendet à voluntate. Posth. *de manut. obser.* 50. *n.* 40. Rot. post eund. *dec.* 57. *n.* 9. Caprar. *dec.* 187. *n.* 4. *part. pr.* 820

Possessio in materia Jurium incorporalium non acquiritur absque scientia, & patientia jus habentis. Caprar. *dec.* 17. *n.* 8. *par. pr.* 821

Possessio dimissa sub spe, & credulitate, quod per alteram partem esset acceptanda concordia, ea non acceptata ex illius facto, non dicitur amissa. Caprar. *dict. dec.* 187. *n.* 3. *part. pr.* 822

Possessio tradita sub certa conditione, resoluta remanet per illius non adimplementum. Seraph. *dec.* 403. *num.* 1. *et* 2. Caprar. *dec.* 732. *n.* 10. *par.* 2. 823

Possessio non censetur dimissa, quoties fuit interposita appellatio, obtenta sententia cum prosecutione Causæ, & continuatis reclamationibus. Caprar. *dec.* 508. *n.* 3. *part.* 2. 824

Possessio, contra quam fuit semper reclamatum, dicitur turbativa, nec est habenda in consideratione Giovagn. *cons.* 28. *num.* 38. *lib.* 2. Rot. cor. Bich. *dec.* 522. *n.* 20. Caprar. *dec.* 541. *n.* 22. *part.* 2. 825

Ex violenta occupatione possessionis oritur probatio super non anteriori possessione occupantis, & super antecedenti possessione adversarii. Rot. apud Posth. *de manut. dec.* 467. *n.* 3. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 5. *n.* 16. *lib.* 3. *vol. pr.* 826

Intermedia possessio præsumitur, quando fuerunt probata extrema. Rot. cor. Ubald. *dec.* 20. *n.* 5. cor. Cels. *dec.* 193. *num.* 5. & cor. Bich. *dec.* 295. *nu.* 20. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 27. *lib.* 3. *n.* 25. *vol. pr.* 827

Licèt bona dotalia mortuo viro debeantur uxori, attamen eorum possessio remanet in hæreditate viri, donec uxor illam actualiter apprehendat, & proinde hæredes viri capiendo possessionem hæreditatis dicuntur, etiam bona dotalia possidere. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 113. *lib.* 10. *n.* 14. *et dec.* 114. *nu.* 5. *lib. eadem vol.* 2. 828

Dimittens possessionem ad tempus cum clausula resolutiva lapso tempore, statim possessionem recuperat absque nova apprehensione. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 114. *n.* 6. *et seq. lib.* 10. *dict. vol.* 4. 829

Maximè si possessor ad tempus constituit se possidere nomine dimittentis. Rot. *dec.* 335. *nu.* 9. *dec.* 356. *n.* 11. *et* 12. *par.* 9. *rec.* & cor. Dunoz. Jun. *dec.* 993. *n. pr.* Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 114. *nu.* 10. *lib. et vol. eod.*

Possessio quoties non fuit pacifica, ex quo altera pars pluries se opposuit, sufficit ut inducta dicatur mala fides, & interrupta præscriptio, seu consuetudo. Rot. cor. Coccin. *dec.* 362. *num.* 2. & cor. Bich. *dec.* 563. *n.* 13. Caprar. *dec.* 741 *n.* 7. *part.* 2. 830

Possessio bonorum Ecclesiæ est penès Ecclesiam, non penes Rectorem. Verall. *dec.* 170. *n.* 4. *part.* 3. Posth. *de Manut. dec.* 518. *n.* 5. Caprar. *dec.* 356. *nu.* 18. *part. pr.* 831

Possessio bonorum penes Filium hæredem, ex quibus dicatur probata. Caprar. *dec.* 4. *n.* 2. *tom. pr.* 832

Possessio per creditorem immissum, & ipso jam satisfacto alteri tradita nullo præcedente mandato Judicis, dicitur collusivè tradita, quod operatur ac si tradita non fuisset. Rot. cor. Merlin. *dec.* 13. *n.* 2. *et* 3. Caprar. *dec.* 303. *n.* 3. *part. pr.* 833

Ex actibus facultativis privativa possessio Induci non potest, nisi probetur possessio, & acquiescentia. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 3. *n.* 15. *lib.* 2. *vol.* 3. 834

Longæva possessio axclodit quamlibet facultatis præsumptionem. Boer. dec. 125. n. 5. Thesaur. dec. 16. n. 7. vers. Limitatur nunc, et melius. Mantiss. ad De Luc. dict. dec. 3. n. 12. lib. 2. d. vol. 3.

535 Declaratio possessoris, ex quo titulo possidere intendat, est omnino attendenda. Rot. dec. 97. n. 4. et 5. par. 5. rec. & cor. Otthobon. dec. 104. nu. 12. et 15. Mantiss. ad De Luc. dec. 113. lib. 10. n. 16. vol. 2.

536 Administrator non passidet sibi, sed Domino. Rot. post Posth. de Mann. dec. 190. num. 6. Mantiss. ad De Luc. dec. 24. lib. 11. n. 17. vol. 2.

§. POSTHUMUS. XXIX.

1 POsthumus dicitur tribus modis, primò qui post mortem patris nascitur, quasi posthumum, vel postquam humi datus est pater natus, l. 3. §. Posthumus, ff. de injust. rup. &c. Secundò, qui vivo quidem patre nascitur, sed post testamentum ab eo conditum, dict. §. Posthumos. Tertiò, qui nascitur ex uxore filii vivo adhuc avo, Oinot. in §. posthumi, & §. seqq. Institut. de exhæred. liber. fol. 168. Tusch. lit. P. conclus. 454. num. 6. &c. Paul. Christin. decis. 20. nu. 3. &c. vol. 4. Nicolius Instit. tit. de exeredat. liber. §. Posthumi num. 7. Altimar. de nullit. quæst. 1. num. 40. vers. posthumus tam. 8.

2 Posthumus, qui natus est vivus, & perfectus, etiam si secto matris ventre extractus fuerit, licèt postea illicò decessarit, dummodò totus ex utero matris eductus fuerit, ac etiam licèt esset imperfectus, dommodò tamen sit vitalis, & non abortivus, & possit secundùm tempus matrimonii legitimus judicari, nec monstri formam habeat, rumpit testamentum sive patris, siva matris, si in eo fuerit præteritus, latè Menoch. de arbitr. cas. 491. per tot. ubi etiam ex quibus signis cognoscatur partum fuisse vivum, quando dicatur illicò decessisse, & quando monstrum præseferre, vide in §. Præteritio num. 6. Oinot. loc. cit. ubi quod etiam nepotes ex filio debent institui, vel exhæredari ad cautelam, ne si contingat filium prædecedere rumpant avi testamentum, tamquam posthumi tertio modo, ut supra considerati. De prædictis vide Paul. Christin. decis. 20. & 21. per tot. volum. 4. & dixi in §. Filius num. 5. & benè plura Sanfelic. decis. 344. cum plena Addit. facit etiam deficare conditionem, si sine liberis, quando est vitalis, aliàs secùs, ut latè declarat Fusar de substitut. quæst. 418. per tot. & alii per eum citati, Rot. part. 13. recent. decis. 39. nu. 1. &c. & decision. 309. ubi intelligit, nisi aliàs sit expressè exclusus, & part. 16. decis. 17. num. 24. ubi quòd de jure partus præsumitur vitalis, ita ut asserenti contrarium incumbat onus probandi, & tantò magis quia constabat de supravivencia decem horarum, facit quod dixi in §. Parricidium num. Nicolius loc. cit.

Qualiter posthumi admittantur ad successionem patris, & faciant partem cum aliis filiis antea natis, dummodò nascantur intra legitima tempora, & alia ad rem, à Caranza de part. legit. & natural. cap. 10. & seqq. Tiraquel. in leg. si unquam, verb. susceperit libros, C. de revoc. don. Giurb. ad Consuetud. Messan. cap. 1. glos. 4. & alii plures relati ab Antun. Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 18. num. 23. & seqq. & Com. August. Fontan. Bibliotb. leg. part. 5. verb. Posthumus fol. 361. Altimar. de nullit. dict. quæst. 1. n. 20. Cyriac. contr. 548.

Plura autem curiosa de abortu, sive effluxione seminis faciliter contingente in primis septem diebus prægnantiæ, vel intra primos quadraginta dies absque eo, quod mulier cognoscat an fuerit gravida, & ob id quando conjuges probabiliter suspicari possunt semen fuisse retentum, non debere debitum exigere, nec reddere per aliquos dies propter periculum corruptionis, & effluxionis seminis jam recepti, Altograd. cons. 52. num. 39. & seqq. ad 52. lib. 1. & melius Paul. Zacch. Quæst. Medic. leg. lib. tit.

3 Posthumus scienter præteritus non rumpit testamentum, quando in eo adest clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis, nam tunc sustinetur in vim fideicommissi, & est restituenda hæreditas hæredi scripto, Addit. ad Pract. Pap. pro leg. rei sing. glas. Valere debeat, Menoch. lib. 4. præsumpt. 32. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 391. num. 16. & seqq. Sanfelic. decis. 344. Bich. decis. 413. & 451. per tot. vide in §. Præteritio num. 6. & 8. latè Fachin. contr. jur. lib. 4. cap. 12. Thes. decis. 141. Borgnin. decis. 29. lib. 4. Vivi. decis. 422. Cevall. spec. opin. quæst. 180. & seqq. Baitel. de ultim. vol. decis. 53. per tot. ubi plenè, etiam si posthumus fuerit ignoranter prætetitos, Paul Christin. decis. 20. num. 6. & 7. vol. 4. ex quibus colligitur esse quæstionem satis altam, & quæ habet hincindè suos fautores, Rot. par. 16. recent. decis. 27. num. 24. &c. ubi tamen intelligit salva legitima posthumi, quam etiam non agnitam transmittit in quoscumqua hæredes, etiam extraneos, sive jura suitatis, sive potius ex privilegio legitimæ. Rocca disp. 41. à num. 6. ubi num. 15. quid dicendum institutis extraneis. Altimar. loc. cit. dict. num. 20. 21. & 51. Rot. rec. part. 19. dec. 597. tom. 2. Rocc. Episc. cap. 41. lib. pr. Cyriac. contr. 412. n. 30. contr. 443. et contr. 673. Andreol. contr. 25. Hodiern. contr. 8. a n. 11.

Posthumo instituto, quis posthumus intelligatur institutus, an quicumque nasciturus, etiam ex alia 4
uxore ducenda, & an naturalis tantùm, vel primus nasciturus, sive alii etiam deindè nascituri, Menoch. lib. 4. præsumpt. 21. per tot. Altograd. cons. 52. nu. 18. & seqq. ubi latè probat institutionem posthumi ad omnes trahi, Tiraquel. in l. bovee, §. boc sermone, ff. de verb. signif. limit. 3. inter reg. divers. fol. mihi 567. Tusch. lit. P. conclus. 454. per tot. Mantica de conject. ultim. vol. lib. 4. tit. 9 nu. 6. &c. Fachin. controv. jur. lib. 4. cap. 90. Paul. Christin. dec. 20. & 21. per tot. vol. 4. latè benè Sanfelic. decis. 344. per tot. cum Addit. ubi disputat in utramque partem an legatum factum posthumæ nasciture ex prima uxore, illa non nata debeatur posthumæ ex alia uxore natæ, non mutato à patre testamento, & tandem concludit, & decisum testatur ad favorem posthumæ ex alia uxore natæ Bottilier. diff. 12. num. 14. De Luc. de Fideicomm. disc. 116. Antonell. de Temp. leg. lib. 2. cap. 12. num. 14. Altimar. loc. cit. nu. 22.

Quòd substitutio facta posthumo masculo non habeat locum nata posthuma fœmina, cui ideò succedat mater, Cavaler. dec. 177. n. 1. &c. facit Sanfelic. decis. 344. cum Addit. per tot. ubi quòd substituto facta ad favorem posthumæ nasciture ex præsenti uxore, locum habet (illa non nata) ad favorem posthumæ ex alia uxore postea ducta natæ, & non mutato à patre testamento.

Posthomo rectè dari potest tutor in testamento, quia 5
agitur de ejus commodo, quo casu existens in utero semper habetur pro nato, sicut etiam admittitur ad legatum relictum cuilibet nepoti, qui tempore mortis suæ vivet, Montan. de tut. cap. 8. num. 29. & seqq. obi confirmat multis exemplis, & num. 26. &c. aliqua adducit in contrarium fol. 32. latiùs idem Montan. d. tract. cap. 12. num. 2. & seqq. fol. 43. ubi quando posthumis veniat appellatione filiorum, cap. 29. num. 12. fol. 83. facit Sanfelic. dec. 344. cum Addit. Nicolius Instit. tit. de tut. num. 6. Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 37. à num. 6. tom. 1. & dict. rub. 2. & 3. quæst. 1. n. 23. tom. 8. Rosa in Prax. Decr. cap. 7. num. 55.

Quòd posthumus habeatur pro nato ad sui favorem, & commodum, & quando dicatur præteritus, vel institutus, Tusch. lit. P. conclus. 453. & 454. per tot. Rot. par. 13. rec. decis. 39. num. 1. & seqq. facit Sanfelic. d. decis. 344. cum Addit. ubi plura de posthumis. Altimar. quæst. 1. num. 4. tam. 8.

Quando posthumus fuit præteritus, si vivo adhuc testatore decedat, sustinetur testamentum, ut benè probat Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 9. dixi in §. Præterito Card. De Luc. de Testam. disc. 60. num. 4. de Fideicom. disc. 115. num. 9. Altimar. de nullit. loc. cit. dict. quæst. 1. num. 51. vers. sed substinetur & nu. 24. ibidem Tonut. q. q. civil. quæst. 92.

Alia de posthumis remissivè Castejon. Alphab. jurid. verb. Posthumus.

De posthumis plura tradit Alphons. à Caranza 6
tract.

tract. de part. legit. & naturnl. cap. 2. & præcipuè illat. 12. & 13. per tot. fol. mihi 89. & seqq. ubi plura notabilia; an posthumo suo, vel alieno possit legatum reliaqui, & an hæres institui, & subtiliter, ac doctè perpensis pluribus juribus contrariis, illisque sublatis, & resolutis, tandem omnia ad favorem posthumorum resolvit de jure prætorio, & civili, secundùm quæ jura existentes in utero ad eorum commodum pro natis habentur, & finguntur, imò in aliquibus magis privilegiati reputantur, quæ omnia pluribus adductis ab eodem Auctore perbellè illustrantur à pag. 65. & seqq. ad paginam 220. & alia de posthumis tradit. Christophor. de Paz tract. de Tenuta cap. 68. ferè per tot. Tondut. q. civil. 93. per tot. ubi plura, ac & quando posthumis præteritus rumpat testamentum, vel non, & omnium latiss. agit. Altimar. de nullit. rubr. 1. & 2. quæst. 1. tom. 8. omniaò videndus; Rocc. Episc. Cyriac.

7 Posthumus venit appellatione hominis ad faciendos contractus, quasi contractus, & distractus. Altimar. loc. cit. rubr. 2. et 3. quæst. pr. n. 4. et 5. tom. 8.

Posthumus non venit appellatione pupilli, sed ad sui favorem interpretatur pupillus. Altimar. loc. cit. vers. sic pupilli appellatione fol. 7.

Posthumus venit appellatione filiorum, ac patri succedit, quando est in utero pro nato habetur, & gaudet privilegiis nati Altimat. loc. cit. a nu. 19. Item appellatione posterorum Ibid. fol. 17. vers. posthumi.

8 Posthumus non potest valide contrahere, quasi contrahere, & distrahere absque tutoribus, aut curatoribus. Altimar. ibid. n. 5.

Posthumus habet curatorem, non tutorem etiam in vita patris, & quando Altimar. ibid. nu. 5. 8. et seqq., Et ei non competit privilegium in bonis tutoris, sicuti competit pupillo ibid. n. 16.

9 Posthumus debet habere alimenta a Patre, & quando a Republica Altimar. loc. cit. nu. 4. vers. sic pater fol. 7.

10 Posthumo substituto, si vivo testatore nascatur, non adimpletur conditio, si eo mortuo natus fuesit. Castill. dec. 151. n. 100. Altograd. Jun. contr. 55. n. 45. Balduc. de Legat. tit. 3. dec. pr. n. 22.

11 Posthumum minus dilectum, utpotè non cognitum, dicendum est Testatorem voluisse gravare, dum filios natos gravavit. Menoch. lib. 4. præsumpt. 132. n. 10. vers. si enim voluit. Rot. dec. 391. n. 24. part. 9. tom. 2. rec. Episc. Rocc. cap. 41. n. 14. Vide Altimar. loc. cit. vers. censetur fol. 8.

12 Posthumus quando obiit in pupillari ætate, tunc vigore clausulæ codicillaris, censetur saltem moriens transmittere hæreditatem in Amitam à Patre institutum: adeout, casu mortis eveniente, censeatur rogatos institutis à Patre hæreditatem restituere. Thesaut. dec. 141. n. 17. Rocc. Episc. d. cap. 41. num. 16. Vide Altimat. loc. cit. n. 20. vers. posthumus quando fol. 8.

Posthumum, quando verisimiliter pater fuisset gravaturus ad commodum institutorum, utpotè, quando instituti essent Agnati, tunc per clausulam codicillarem censebitur gravatus restituere saltem post mortem. Gabr. de clausul. concl. 8. nu. 20. Menoch. loc. sup. cit. n. 11. Rocc. Episc. loc. sup. cit. n. 17.

13 Posthumo instituto, si ille non nascatur, ceteræ substitutiones caducantur. Castrens. cons. 394. in fin. lib. 2. Marcian. Jun. disput. 68. nu. 22. lib. 2. Rocc. Episc. cap. 13. n. 17.

14 Posthumi instituti, vel vocati an veniant in unam personam & quid si vocetur posthumus Carl. Ant. De Luc. de plural. homin. leg. cap. 24. n. 7. Posthumi quam partem faciant, & antequam nascantur, pro qua parte declarari possit hæres ille, quo est institutus Idem loc. cit. cap. 132. n. 7. Censentur instituti conditionaliter ibidem n. 6.

15 Posthumus existens in utero quoad legitimas hæreditates habetur pro nato Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. q. pr. n. 16. vers. in utero fol. 7. tom. 8. Et debet honorari titulo institutionis ibid. vers. et debet.

16 Posthumus non est in Patris potestate, & an revocet donationem factam per patrem, & an habeat jus retractus Altimar. ibid. n. 17. an faciat deficere conditionem si sine literis ibid. n. 19. an debeat mitti in possessionem existens in utero, & quid in feudo ibid. n. n. 19. an faciat partem cum natis, & quam partem faciat ibid. n. 20. fol. 8.

Posthumus potest habere donationem, & legatum 17
Altimar. dict. quæst. pr. n. 46., Pro nato habetur ad sui commodum, secus ad sui damnum loc. cit. nu. 41. De jure communi quocumque tempore nascatur etiamsi scisso ventre matris natus sit, succedit ibidem num. 38. vers. jure communi; Impedit immissionem ad majoratum sequenti in gradu n. 39., qui non erat conceptus tempore mortis illius, de cujus hæreditate agitur, admittendus non est ad successionem n. 39. vers. sed posthumus.

Posthumus conservat omnia Jura, quæ competerant, si jam esset tempore, quo erat in utero Altimar. dict. quæst. pr. vers. posthumo fol. 17., ubi alia plurima de hac materia. 18

§. POTESTAS. XXX.

Potestas arbitrorum de prorogando terminum compromissi toties, quoties voluerint, non durat ultra binam propagationem, Addit. ad Pract. Pap. n. 1 pæn. ex compromisso gl. per infrà duos menses, vide in §. Arbiter num. §. Compromissum, & §. Prorogatio. 1

Potestas agendi ad dotem propter adulterium mulieris non transit ad hæredem illius, cui debebat applicari, Roman. cons. 286. vide in §. Adulterium num. & §. Mulier num. 2

Reliqua dixi in §. Fenlus.

Potestates nostri temporis possunt interdum in judicando recedere à statutis juxta concorrente causa, & ex actis apparente, cùm juramentum præstitum intelligatur rebus sic stantibus, & quæ de novo eveniunt novo indigent auxilio, Dec. Barbat. Cagnol. Bolognet. & alii in Rub. C. qui admitti, vide in §. Judex num. & §. Pœna num. & §. Statutum num. 3

Potestss patria quid sit, quibus competat, quomodo amittatur, & alia de hac materia plene Pasc. tr. de patr. potestate, & nonnulla tetigit in §. Pater n. 51. præter citatos latissimè de his tractat Boss. in ejus tract. de patr. potestate, & Em. De Luc. in Indic. gener. 4

Patria potestas in his, quæ publici Juris sunt non expectatur l. nam quod 14. ff ad S. C. Trebell. Rocc. Episc. cap 28. n. 21. lib. 1. Item in Spiritualibus De Luc. de Jurepatr. disc. 60. n. 20. de Pens. disc. 84. n. 12.

Patria potestas operatur, ut mater non possit relinquere hæreditatem filio sub patria potestate constituto, quin patri acquiratur l. placet ff. de acq. hæred. Rocc. Episc. cap. 49. n. 49. lib. pr.

Patria potestas an cesset per matrimonium De Luc. de Donat. disc. 41. n. 7. an per professionem in religione De Luc. de Regul. disc 62. n. 5. an per furorem, vel amentiam Idem De Luc. Con. ic. obser. 302.

De potestata liquidsndi Instrumenta juxta Praxim Neapolitanam, an possit concedi curatori hæreditatis, latè Thoro Compend. dec. Neap. par. 3. sect. 2. verb. Potestas. 5

De potestate nominandi delinquentes, & hujusmodi, idem Thoro p. pr. verb. Potestas, & ego dixi in §. Bannitus, & §. Præmium. 6

Varis de diversis potestatibus, facultatibus, & potentiis Principum, & aliorum indicant Castejon. Alphab. jurid. verb. Potentia, Potens, & Potestas, Com. August. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. verb. Potestas fol. 263. &c. Joao Torre de success. in Majorat. & Primog. Ital. in Indic. verb. Potestas. Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 11. n. 9. rubr. 5. qu. 50. à n. 35. rubr. 10. quæst. 6. n. 37. ubi quando illa possint uti, & rubr. 12. quæst. 2. n. 8. & seqq. & n. 30. tom. 1. & 2. Card. De Luc. in Indic. generał. Fagnan. sup. Decret. pariter in Indic. Piton. Mans. Palm. & alii moderni. 7

De verbo, potest, quando importet necessitatem, Castil. contr. tom. 6. part. 2. cap. 14. n. 14. & seqq. dixi ego in §. Verbum n. 30. & 31.

De Potestate spirituali, Ecclesiastica, civili, & po-

politica. Pignatell. *conſult.* 7. *tom.* 1. & *conſult.* 56. *tom.* 2. *conſult.* 6. *à n.* 15. *tom* 3.

An Sæcularis magiſtratus ſuper Eccleſiaſticis habeat Æconomicam poteſtatem. Vela *diſſer.* 44. *n.* 19. & 46. Fraſſo. *tom. pr. de Regim. Patr. cap.* 36. & *ſeqq.* Capon. *diſcept.* 50. *tom.* 1.

8 Poteſtas, & Voluntas requirantur copulativè in quocunque actu. Torre *de Majorat. part.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 31. Palm. nep. *all.* 397. *n.* 1. Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 35. *nu.* 46. Fagnan. *in cap. ſuper inordinata nu.* 2. *de præbend.*

9 Nemo præſumitur velle quod non poteſt. Duran. *de mod. & condit. impoſſibil. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 106. *verſ. Et ſic ſumitur Conjectura*. Piton. *de Jurep. alleg.* 31. *n.* 37. *tom. pr.*

De Regula arguendi voluntatem à poteſtate. Buratt. *dec.* 24. *n.* 12. Rot. *dec.* 6. *n.* 13. *part.* 18. *rec.* Piton. *de Jurep. all.* 91. *n.* 38. *tom.* 2.

Argumentum de poteſtate ad voluntatem admittitur. Surd. *conſ.* 431. *n.* 42. *lib.* 3. Rot. *dec.* 146. *n.* 21. & *dec.* 418. *n. pr. part.* 9. & *dec.* 229. *num.* 4. *part.* 15. *rec.* Piton. *de Jurep. all.* 53. *n.* 6. *tom.* 2.

Poteſtas regulat voluntatem, eamque interpretatur. Card. De Luc. *de Feud. diſc.* 9. *ſub num.* 10. *diſc.* 42. *ſub n.* 7.

Et ubi deficit poteſtas, inutilis, eſt voluntatis diſputatio Palm. nep. *alleg.* 384. *n.* 1. *vol.* 4.

Qui non poteſt diſponere contra legem nihil agit, etiamſi apponat verba enixa, & effrænata. Duran. *loc. ſup. cit. nu.* 109. *verſ. nam qui non poteſt diſponere* Piton. *de Jurep. d. all.* 31. *n.* 38. *d. tom. pr.*

10 Poteſtas Œconomica alicui data non eſt incompatibilis cum Juriſdictione Ordinarii. Piton. *de Jurep. all.* 23. *n.* 4. *tom.* 1.

11 Judex fori laicalis dici ſolet Poteſtas. Card. De Luc. *de Judic. diſc.* 3. *n.* 4.

12 Poteſtas eccleſiaſtica, & temporalis uniri deberet pro bono regimine Reipublicæ. Card. De Luc. *in Annot. ad Conc. diſc.* 43. *n.* 17.

13 Poteſtatis ſupremæ ratio, cum quæritur, quarè quid non dederit, alia non eſt, niſi quia dare noluerit, neque aliam habet decidendi rationem Conan. *lib.* 9. *cap.* 4. *nu.* 4. *in fin.* Epiſc. Rocc. *c.* 28. *n.* 16.

14 Poteſtas nominandi, acceptandi, optandi ac conſumatur per actum nulliter factum Altimar. *de Nullit. rubr.* 8. *quæſt.* 14. *nu.* 21. *lib.* 1. Maſtrill. *de magiſt. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 41. & *ſeq.* Merlin. *controv.* 50. *n.* 3. & *ſeqq. lib.* 1.

15 Poteſt ſua ſi ignoretur, vel Judex de illa dubitet, an validè judicet. Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *quæſt.* 49. *per tot. tom. pr.*

16 Poteſtas delegati ante omnia videnda eſt. Abbas *in cap. poſtquam n.* 2. *de Elect.* Dec. *conſ.* 522. *à n.* 16. Altimar. *de Nullit. rubr.* 10. *quæſt. pr. num.* 3. *tom.* 2.

17 Poteſtas quando cenſeatur data privativè, vel cumulativè. Altimar. *de Nullit. rubr.* 10. *quæſt.* 3. *tom.* 2.

18 Poteſtas delegatorum dependet à poteſtate delegantis. Molin. *de Juſtit. & Jur. tract.* 5. *cap.* 16. *n.* 3. Altimar. *de Nullit. rubr.* 10. *quæſt.* 14. *nu. pr.* & *ſeqq. tom.* 2.

19 Poteſtas Ordinis eſt indelebilis, poteſtas Juriſdictionis ſecus. Fagnan. *in cap. Præsbyter nu.* 24. *de Sacram. non iteran. tom. pr.* Poteſtas ordinis neque ex intervallo neque in actu conceſſionis recipit diviſionem, ſeu limitationem Fagnan. *in cap. Statuimus num.* 38. & *ſeq. de ſuppl. negl. Prælat. tom. pr.* Poteſtas Ordinis non recipit limitationem, ſive competat de jure comuni, ſive ex Privilegio Papæ. Fagnan. *ibid. n.* 40. & 46. Poteſtas Ordinis ad uſum, Juriſdictio ad uſumfructum proximiùs accedit Fagnan. *ibid. n.* 48. Poteſtas duplex requiritur ad Ordines conferendos. Fagnan. *in cap. Aqua nu.* 10. *de Conſecr. Eccleſ. vel Altar. tom.* 3.

20 Poteſtas ſpiritualis duplex, Sacramentalis, & Juriſdictionalis. S. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 39. *art.* 3. Fagnan. *in cap. Quod à prædeceſſore n.* 31. *de ſchiſmat. tom.* 5.

21 Poteſtas Sacramentalis, & juriſdictionalis, quæ ſit, & in quibus differant. D. Thom. *loc. ſup. cit.* Fagnan. *in cap. Statuimus nu.* 16. *de ſupplen. negl. Prælat. tom. pr.*

Poteſtas Juriſdictionis, cujuſmodi eſt abſolutio Sacramentalis reſtringitur ad ſubditos tantum Fagnan. *in dict. cap. Statuimus n.* 44. *de ſupplen. negl. Prælat.* 22

Poteſtas Eccleſiæ ad peccatum ſe non extendit. S. Thom. *in pr. part. quæſt.* 25. *art.* 3. Fagnan. *in c. Conſultationibus n.* 46. & 50. *de Cler. Ægrot. tom.* 3. 23

Poteſtatis defectus in agente ſemper reddit actum ipſo jure nullum. Fagnan. *in cap. Accepimus n.* 44. *de pactis tom. pr.* 24

Poteſtas extraordinaria magis eſt reſtringenda, quàm ordinaria. Fagnan. *in cap. Litteras n.* 25. *de conceſſ. præben.* 25

Poteſtatem duplicem habens in dubio cenſetur ea uſus, per quem actus ſuſtinetur. Roman. *conſ.* 143. *Ex propoſita n.* 9. & *conſ.* 446. *Primus n.* 3. & *ſeq.* Fagnan. *in cap. Ex parte nu.* 35. *de Arbitris tom.* 1. 26

Poteſtatis defectus nunquam ſuppletur ex cauſa quantumcumque urgenti. Bald. *in l. Cunctos populos, n.* 15. *verſ. iſta ratio non valet Cod. de Summa Trinit. & Fid. Cathol.* Fagnan. *in cap. Nimis n.* 22. *de Filiis Præsbyt. tom. pr.* 27

Poteſtas duplex in Papa. Bald. *in l.* 2. *n.* 45. *C. de ſervit.*, & *aqua*. Fagnan. *in c. Conſultationibus n.* 72. *de Cler. ægrot. tom.* 3. 28

Poteſtatis plenitudo quid ſit, & qualiter definiatur. Fagnan. *in ſup. dict. cap. Conſultationibus ibid.* 29

Conceſſio liberæ poteſtatis cenſetur reſtricta ad limites juris. Fagnan. *in cap. Pernicioſam n.* 35. *de off. ordin. tom. pr.* 30

§. PRECARIUM. XXXI.

PRecarium, ſive precaria conceſſio quid ſit, quid operetur, an poſſit revocari, & alia tradit Tuſch. *lit. P. concl.* 472. &c. Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Precarium*, ubi remiſſivè. Precarium ad libitum poteſt revocari etiam abſque cauſa, maximè ſi intercedit aliquod temporis ſpatium Altimar. *de nullit. quæſt.* 39. *nu.* 38. *tom.* 6. De Luc. *de ſervit. diſc.* 34. *num.* 3. ubi *nu.* 6. dat limitationem. Pignatell. *conſult.* 75. *n.* 10. *tom.* 10. Layman. *in Theolog. Moral. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 14. *n.* 4. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 11. *n.* 66. 1

Precarium operatur etiam contra tertios poſſeſſores, nam per illud fuit translata civilis poſſeſſio, quæ cùm poſtea non amplius reperiatur penes alienantem, non potuit transferri in ſequentem, Bald. *in l. Creditor, C. de pignor.* Afflict. *dec.* 40. *n.* 15. 2

Quòd extendatur etiam ad bona futura, & alia vide *in* §. *Conſtitutum num.*

De precario an, & quando differat à commodato, Covar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 15. *nu.* 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 23. & 24. Hermoſil. *in l. pr. gloſſ. pr. n.* 5. & *l.* 9. *gloſ. pr. tit.* 2. *part.* 5. Navar. *tom.* 3. *in manual. confeſſ. cap.* 17. *ex n.* 182. 3

Quòd precario poſſeſſio ſit juſta durante domini voluntate, ſed illa finita efficiatur injuſta, Poſthu. *de manut. obſerv.* 42. *nu.* 12. Ac ideò precario poſſidens non acquirat poſſeſſionem manutenibilem adversùs eum, à quo precario poſſidet, Rot. poſt eundem Poſth. *d. tract. dec.* 214. *n.* 6.

An precarium extendatur ad bona futura, Thoro *Compend. dec. Neap. part.* 1. *verb. Precarium*, & alia plura notat Barbachin. *in Repert. verb. Precarium*, cæterique relati à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 393. Layman. *loc. cit.* De Luc. *in Indic. general.* 4

An pro precario competat manutentio, & contra quos. Dian. *tom.* 6. *tract. pr. regol.* 527. *n.* 10.

Ejus pactum inducit reſervationem Dominii. De Luc. *de Cred. diſc.* 10. *n.* 12. & 13. ubi declaratur.

Conceſſio precaria eſt quandocumque revocabilis. Card. De Luc. *de Serv. diſc.* 34. *n.* 3. Fallit ubi conceſſio reſpiciat magnam conceſſionarii utilitatem, revocanti autem nihil, vel parum prodeſt. Card. De Luc. *d. diſc.* 34. *nu.* 6. Et quando adverſus precariam conceſſionem detur præſcriptio. Card. De Luc. *ibid. n.* 9. 5

De-

6 Declarationi quam faciat concedens super precario, an debeat consentire concessionarius. Card. De Luc. *d. disc.* 34. *n.* 8.

7 Concessio aquæ quando dicatur precaria, & revocabilis Card. De Luc. *d. disc.* 34. *per tot.*

8 Precarium quomodo differat à constituto Pellegr. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 11. *nu.* 65. *pag.* 262.

9 Pactum precarii juxta extensionem Clausularii Bononiæ compræhendit etiam filios, & hæredes. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 15. *nu.* 24. Castald. *consult.* 259. *n.* 6. *pag.* 393. *& consult.* 260. *nu.* 14. *pag.* 401.

10 In precario non præstatur culpa, nisi lata sit, quæ dolo æquiparatur. Layman. *Teol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 14. *n.* 5. *tom.* 1. *pag.* 316.

11 Precarium etiam in rebus incorporalibus, seu juribus locum habet: veluti si me precario rogaveris, ut per fundum meum tibi ite liceat. Layman. *loc. cit. eod. n.* 5. *§. Precariam.*

12 Precarium solvitur morte ejus, cui concessum est, cum sit gratia personalis non item solvitur morte concedentis; nisi ia concesserit, usque ad beneplacitum suum. Layman. *loc. sup. adduct. eod. n.* 5. §. *Solvitur Precarium.*

13 Precarii contractus, de quo *libr.* 3. *decretal. tit. de precariis*, non ita revocari potest, sicuti alia precario concessa. Layman. *Teol. Moral. dict. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 14. *n.* 6.

§. PRÆCEDENTIA. XXXII.

1 PRæcedentia competit ex pluribus causis, veluti ratione majoris administrationis ratione finis ad majus bonum, ratione majoris aptitudinis, ratione majoris dignitatis non solùm propriæ, sed etiam concedentis, vel ordinantis, ratione ætatis cæteris paribus, ratione ordinis majoris, ratione majoris utilitatis exercitii, ratione prioris institutionis, & approbationis Religionis, & similibus, ut per Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 477. *per tot.* Ricc. *Collect.* 347. 470. 674. 1064. 1446 *&* 1803. ubi plura de variis præcedentiis, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 320. *per tot. par.* 13. *dec.* 425. *n.* 14. *& seqq.* ubi ratione majoris jurisdictionis, Doctoratus, Clericatus, ac duplicis dignitatis, vide Sanfelic. *dec.* 140. *per tot. dec.* 223. *dec.* 369. & latiùs *dec.* 333. *cum plena addit. per tot.* ubi etiam de præcedentia ex causa editionis librorum, & hujusmodi, Merlin. *dec.* 70. *per tot.* ubi de præcedentia ratione alios convocandi, jurisdictionis, ex prepositione nominis in scripturis, ex prima subscriptione, ex sede in loco digniori, ex duplicata portione, ex processionibus in ultimo loco, & hujusmodi, in quibus maximè consvetudo debet attendi, de quibus fusiùs, & uberiùs tractat. Pignatell. *consult.* 12. *tom.* 5.

2 Quòd consuetudo etiam juri repugnans in his materiis totum efficiat, & alia, idem Merlin. *dec.* 593. *dec.* 779. ubi etiam de quasi possessione, vide Addit. ad Sanfelic. *dec.* 333. ubi nonnulla in contrarium circa consuetudinem juri contrariam, quæ potius dicitur corruptela; & ideò intellige quando consuetudo est aliqua rationabili causa fulcita, aliàs non est attendenda, Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 212. *n.* 10. *& seqq part.* 16. *dec.* 168. *n.* 6. Carl. Marant. *contr. par.* 14. *resp.* 38. ubi plura num consuetudine possit præcedentia acquiri, *& par.* 5. *respons.* 76. *infra n.* 14. *in fine*, Hermosil. *ad leg. Partit. tom. pr. glos.* 2. *Prol. n.* 101. *&c. fol.* 13. vide Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 469. *&* 560. *tom.* 2. De Luc. *de Præem. disc.* 23. *in fin. De Regal. disc.* 1. *sub nu.* 83., *disc.* 59. *n.* 7. & alibi Rot. coram Jacob. Emerix *dec.* 66. *n.* 5., *&* 6. *tom.* 1. Pignat. *consult* 8. *n.* 17. *consult.* 105. *n.* 45., *&* 51., *consult.* 138. *à nu.* 8 *tom. pr.*, & alibi. Abecclef. & Crescin. *obscr.* 3. *part. pr.* Otthab. *dec.* 4. *a n.* 35. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 3. *dec.* 27. *n.* 3. *&* 4. *vol. pr. & dict. libr.* 3. *dec.* 28. *eod. vol.* 1. Ansald. *dec.* 25.

De aliis præcedentiis, vide *in §. Canonicatus nu.* 3. *&* §. *Doctor n.* 10. *& §. Vicarius n.* Rot. in selectis per Farinac. *p.* 1. *tom.* 5. *dec.* 288. *per tot.* ubi inter Canonicos, & dignitates, Ansald. *cons.* 137. *per tot.* ubi plura de præcedentiis inter Equites Divi Stephani ad interpretationem *cap.* 5. *tit.* 3. statutorum dicti Ordinis.

Quòd Officialis Criminalis præcedat Civilem, quia Criminalis major est, Fr soch. *dec.* 388. *&* 131. Mastril. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 6. *cap.* 4. *n.* 65. *&* 66. Paul. Christin. *dec.* 122. *n.* 19. *&c. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 147. qui tamen videntur fundare in consuetudine, Carol. Ant. De Luca in Addit. ad Franch. *dec.* 388. Capiblanch. *de Baron. pragm.* 8. *part.* 2. *n.* 260. *lib.* 1. Raynald. *Syntax. rer. crimin. c.* 2. §. 6. *&* 7. *n.* 22. ubi quòd omnes concludunt pro Judice criminali, quia habet merum imperium, & quod ita servatur Bononiæ; ego dicerem servandam consuetudinem, nam Florentiæ ex jussu Serenissimi præcedit Rota civilis criminali ratione antiquioritatis, ut puto, vel quia sic placuit Principi Supremo, ad quem uti de Regalibus spectat præcedentias officialibus assignare, ita ut præcedant etiam aliis majorem dignitatem habentibus, Franc. Marc. *dec.* 806. *&* 807. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 73. Casti. *de tertiis cap.* 41. *n.* 47. Alphar. *de Offic. fiscal. gloss* 7. *n.* 1. & alii citati per Antunez. Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 17. *& seqq.* ubi plura de præcedentiarum materia. Et generaliter de præcedentiis Officialium, Otter. *de Official. Reipub. cap.* 14. *par.* 1.

Qualiter beneficiati Ecclesiæ Cathedralis constituant unum corpus cum Canonicis & post illos præcedant Curati aliarum Ecclesiarum, quantùm possit consuetudo in hac materia, & alia, Gratian. *discept. forens. cap.* 298. Barbos. *in summ. decis. Apost. Collectan.* 60. *verb. Beneficiati*, & alii citati per Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 254. *per tot.* facit latè Rot. in Burgen. Præeminentiarum 1. Junii 1676. cor. Bourlemont, & 8. Februar. 1677. coram eodem, post Urceol. *de transact. dec.* 85. *&* 86. *per tot.* 3

Quòd sit concedenda manutentio existenti in quasi possessione præcedendi, & illa probata quoad aliquos actus suffragetur etiam quoad alios, licet diversæ speciei, cùm habeat causam universalem, Rot. *par.* 11 *recent. dec.* 60. *per tot.* facit quòd dixi *in §. Possessio n.* 13. eadem Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 320. *per tot.* ubi ex quibus probetur dicta quasi possessio, & alia de ratione præcedendi inter duas Confraternitates, & facit *par.* 14. *decis.* 226. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 269. *n.* 2. ubi quòd in materia præcedentiæ dantur remedia possessoria, *& decis.* 331. *per tot.* ubi plura de præcedentia in sedendo in Ecclesiis, in processionibus, in dextera, & hujusmodi, cum plena additione, Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 168. ubi quòd præcedentia, tuta à possessione dependet, qualiter probetur, pro ea detur manutentio, & alia, Rot. *d. par.* 16. *dec.* 242. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, *dec.* 303. *n.* 25. *& par.* 18. *dec.* 460. *n.* 23. ubi qualiter probetur per testes de illa deponentes, etiam cum qualitate usurpationis, & per scripturas, licèt non authenticas, sed ex pluribus conjecturis fidem merentes. 4

Qualiter Canonici Ecclesiæ Cathedralis præcedere debeant Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, in qualibet functione, etiam in ipsa Ecclesia Collegiata, quando adest Episcopus, cum quo unum corpus constituunt, ne membra separentur à corpore, Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 120. *per tot* Ludovis. *dec.* 284. *per tot.* facit Rot. in supracit. post Urceol. *decis.* 85. *&* 86. ubi plura de præeminentia Collegiatæ, & ordine processionum, ac aliarum publicarum functionum, Lotter. *de re benef. lib. pr. quæst.* 16. vide Pignatell. *consult.* 4., *&* 18. *tom.* 3., *& consult.* 197. *num.* 1. *tom.* 4. Vide Mantiss. ad ornatum Card. De Luc. *lib.* 3. *dec.* 27. *vol. pr.* 5

De præcedentia inter Capitulum, sive Canonicos, & Rectores, sive Parochos, aliosque Beneficiatos in processionibus, latè Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 87. *per tot. & part.* 18. *dec.* 305. ubi quòd attenditur observantia. Vide Pignatell. *consult.* 121. *num.* 19., *& consult.* 74. *n.* 1. *tom.* 6.

Quòd præcedentia inter Congregationes debeatur illi, quæ prius approbata fuit, & si una alteri uniatur 6

tur

tur sive accessivè, & subjectivè, sive æquè princi-paliter, efficiatur unum corpus, & quæ alteri prius præcedentiam dabat, ipsa sit præferenda ratione dictæ unionis, cùm membrum capiti annexum, iisdem privilegiis, & muneribus, quibus caput gaudet, frui debeat, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 148. *per tot.* ubi de Congregatione Vallis Umbrosæ, & Silvestrinorum simul unitis, ratione cujus unionis præcedit Congregationem Cisterciensium, Addit. ad Sanfel. *dec.* 33. ubi plura de præcedentia inter confraternitates laicorum servata forma Constitutionis Gregorii XIII. & inter Regulares, Tambur. *de jur. Abbat. disp.* 25. *quæst.* 8.

7 Qualiter Prior Confraternitatis institutæ ad associandum cadavera defunctorum, tanquam Caput, & Rector in hujusmodi actibus suis propriis, cæteris omnibus præferatur, etiam si aliis respectibus digniores essent, & quare, latè Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 126. *per tot.*

De præcedentia inter duas Confraternitates, latè Caren. *res.* 77. *per tot.* Pignatell. *consult.* 80. *nu. pr.* & 193. *abinitio tom.* 4., *consult.* 86., & 196. *eodem tom.* Tranchedin. *consult.* 14. Novar. *decis. Regn. Neap.* 123. Ansald. *dec.* 25.

8 Quadraginta novem considerationes in materia præcedentiarum, ex quibus potest competere præcedentia, vide per Cassan. *in Catal. gloriæ Mundi par.* 7. *considerat.* 43. & *in part.* 10. alias triginta quinque, quarum nonnullas refert Sanfelic. *dec.* 223. *per tot. dec.* 269. *per tot.* & *dec.* 333. *cum plena Addit. per tot.* Rovit. *dec.* 65. ubi de præcedentia inter plures officiales simul promotos ad simile officium, plenè Hermosil. *ad leg. Partit. tom. pr. gloss.* 2. *fol.* 4. & *seqq.* ubi quòd est habenda ratio dignitatis virtutis, scientiæ, nobilitatis, honoris, potentiæ, & divitiarum; si verò plures sint, qui eàdem fulgeant dignitate, & inter eos paritas sit ille præcedit, qui prius ad dignitatem ascendit, ampliando, & limitando pluribus modis, ac ad ferè omnes dignitates particulariter inferendo, & confert Cebed. *decis.* 3. & *seqq.* & latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *n.* 18. & *seqq.*

9 Præcedentia sedendi in eminentiori loco Ecclesiæ, vel genuflectendi cum pulvinaribus, & tapeto, vel standi sub baldachino, an, & quomodo, ac per quos possit acquiri, ita ut sint juxta solitum in sua possessione manutenendi, etiam reluctantibus nobilibus Civitatis, & in terminis Castellani, & alia plura ad rem, ac de auctoritate, jurisdictione, & officio Castellanorum in suis Arcibus, vel Fortilisiis, latè Sanfelic. *dec.* 331. *cum plena additione per tot.* vide *in* §. *Arma, sive Insignia n.* 6.

Quòd præcedentia sedendi in Ecclesia, non sit ab Episcopo permittenda, sed scamna debeant esse communia, benè probat Martha *vot. Pis.* 89. *per tot.*

10 Præcedentia in merè gratiosis, quæ non habent administrationem annexam, debet attendi à tempore dati privilegii, in habentibus verò administrationem consideratur electio, acceptatio, & administratio, & præcedentia attenditur à die præstiti juramenti, à quo incipit administratio, non attenta data privilegii, Franch. *decis* 62. Sanfelic. *decis.* 269. & 333. *cum pluribus addit.* ubi tamen adducit plures alias causas præcedendi, & quòd stante legitimo impedimento primi electi, cui non possit negligentia imputari in capienda administratione officii, illi non præjudicat possessio interim ab alio capta, sed sua licèt posterior retrotrahitur, sicut etiam si prior possessio, vel administratio ab alio capta sit nulla, nam licèt confirmetur, accipit robur tantùm à die confirmationis, & non præjudicat alteri, qui interim possessionem, & administrationem officii legitime adeptus fuit; vel si prima provisio fuit conditionalis, & conditione nondum impleta fuerit capta possessio, & alia plura ad rem, vide *in* §. *Gratia n.* 10. latè Hermosil. *ad leg. Partit. lib.* 1. *gloss.* 2. *prol. nu.* 9. & *seqq. fol.* 5. & Cabed. *decis.* 3. *cum pluribus seqq.* ubi de præcedentia inter Senatores, & similes Officiales, quis ordo servandus in votis, quomodo reducantur ad concordiam, & alia. Et plura de privilegiis Senatorum idem Cabed. *dec.* 213. *per*

tot. part. 1.

11 Quòd laici in functionibus Ecclesiasticis non debeant se cum clericis immiscere, & maximè in digniori loco stare, qui dicitur ultimò proprius, & dari debeat secundùm dignitatem, & honorem; ita ut nec valeat consuetudo contraria, nec possit induci tanquam irrationabilis; licèt non sit omninò incongruum in aliquo casu ex particulari causa minus dignum præcedere magis dignum, Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 310. ubi de Portighetio laico, ut non possit se immiscere cum clericis.

12 Præcedentia, quæ competit viro, competit etiam uxori, quoad uxores eorum, quibus ejus vir præcedit, quia uxor illustratur, & corrosecat radiis viri, Chassan. *in Cathal. glor. Mund. part.* 8. *considerat.* 21. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 18. *nu.* 1. &c. Cyriac. *controv.* 273. *n.* 23. Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 210. *n.* 4. & *seqq.* vide *in* §. *Uxor n.* 2.

13 Præcedentia qualiter competat Præsidi Provinciæ, & judici adversus Thesaurarium, quia Præsidentis, & judicis officium majus est officio Thesaurarii, Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 303. *n.* 18. & *seqq.* ubi etiam de præcedentia Doctoris cum milite, ut invicem præcedant secundùm quod proprium munus, & professionem exercent, nisi tamen Doctor habeat jurisdictionem in militem, nam tunc absque dubio Doctor præcedit omnes milites, & eorum Tribunos, vide *in* §. *Doctor n.* 9.

14 Præcedentia inter Canonicos ejusdem Ecclesiæ datur antiquiori adversùs juniorem attento tempore receptionis in Canonicum, non autem suscepti majoris ordinis, & tantò magis stante etiam consuetudine Ecclesiæ, cùm inter canonicos, aut alios ministros Ecclesiæ attendatur tempus servitii, & non susceptionis ordinis, & datur manutentio existenti in quasi possessione præcedendi, Cavalet. *dec.* 109. cum aliis per Rot *part.* 17. *rec. decis.* 156. *per tot.* Carol. Marant. *contr. par.* 5. *respons.* 76. ubi plura de præcedentia inter canonicos, ac inter Archidiaconum, & Archipresbyterum, & similes.

Quòd Canonicus coadjutor in absentia coadjuti præcedere debeat, sicut præcedunt veri Canonici, maximè stante observantia, & consuetudine, quæ inducitur spatio decem annorum, & est attendenda, etiam si esset juri repugnans, Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 99. *per tot.* vide supra num. 1. Et eadem debet esse in locum tenente, ac principali Pignatell. *consult.* 26. *n.* 2., ubi quomodo id procedat, vide Pignatell. *supr. cit. consult.* 21. *n.* 12. *tom.* 6. Pen. & Crescin. *dec.* 314. Abeceles. & idem Crescin. *obser.* 3. *part.* 1.

De aliis variis præcedentiis, & causis illarum, remissivè Ægid. de Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb. Præcedentia*. De præcedentiis fusè, latèque agunt De Luc., & Pignatell. Mantiss. ad eumdem De Luc.

15 De præcedentia inter Inquisitorem hæreticæ pravitatis, & Vicarium Generalem Episcopi, & alia, Caren. *de offic. S. Inquis. part.* 1. *tit.* 5. §. 7. &c. *fol. mihi* 19. & de pluribus, ac diversis præcedentiis inter plures plenè Hermosil. *ad l. Partit. gloss.* 2. *Prol. fol. mihi* 4. & *seqq.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *nu.* 19. & *seqq.* Mastril. *de Magistr. lib.* 5. *cap.* 4. Cyriac. *contr.* 201. & 202. Capyc. Latr. *dec.* 154. Latrea *alleg.* 51. & 52. aliique plures ab illis citati, qui materiam præcedentiarum in pluribus casibus benè satis explicant. Pignatell. *consult.* 52. *n.* 85. *tom.* 5.

16 De præcedentia librariorum, sive mercatorum librorum, cum cæteris mercatoribus dixi *in* §. *Libri in fine*, &c.

17 Multos alios Auctores de diversis præcedentiis in genere, & in specie tractantes (ultra Castejon.) indicat Com. Aug. Font. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Præcedentia fol.* 367. *etc.* Plures casus in materia præcedentiarum decisos refert Thoro *Compend. dec. Neap. par.* 1. 2. et 3. *sect.* 2. *verb. Præcedentia*. Fagnan. *supra Decretal.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Mantiss. ad eund. Emerix Caprar. Pignatell. Ursaya Palm. Maur. & alii moderni.

18 Præcedentia inter Canonicos diversæ erectionis, vel fundationis, sive institutionis, an competat illis,

ul-

ultimæ fundationis, vel institutionis, an competat illis ultimæ fundationis, si prius recepti fuerint, vel illis antiquioris fundationis posteriori loco receptis, Tondut. *quæst. canon.* 111. *per tot. lib. pr.* ubi causam antiquioris receptionis, quamvis fundationc posterioris meliorem esse dicit, & comprobat.

19 De præcedentia inter duas cohortes Militares pro custodia, sive guardia Principis, una scilicet ex nobilioribus, & divitioribus militibus gratis serviente, non tamen, continuò, sed tantùm in notabilioribus occasionibus, altera verò stipendiata, gregaria, & quæ continuò servit, cui competat, & hac occasione quales milites, & eorum duces reputentur digniores, an sit habenda ratio nobilitatis, & divitiarum, an dignior locus sit Vanguardia, vel Retroguardia, quem deceat in præcedentiis ordinem servare, & alia plura ad tam curiosa latè tradit Cyriac. *controv.* 101. *per tot.*

De præcedentiis inter plaustra, vel carocias, & hujusmodi obviantes in via arcta, inter equestres, & pedestres, inter currus, & carocias onustas, vel vacuas, egredientes à Civitate, & intrantes, vel versùs Civitatem venientes, an obviantes debeant tenere manum dexteram, vel sinistram, quid servetur Romæ, & quare, in transeundo flumine, an dignior sit murus, vel manus dextera, si plures non possint incedere pares ob viam arctam, quid agendum, & alia, Cyriac. *contr.* 274.

20 De Præcedentia in subscribendo De Luc. *de Præem. disc.* 47. *De feud. disc.* 8. *in annot.*

21 De præcedentia inter regulares mendicantes Nicol. *de Offic. Ordinar. in Inst. canonic.* De præcedentia inter regulares, & Parochos idem Nicol. *loc. cit.* vide etiam Pignatell. *consult.* 19., *et* 195. *tom. pr. et consult.* 198. *tom.* 4.

Præcedentiæ controversias in processionibus Ordinarius dirimit Nicol. *Instit. de offic. Ordin. n.* 14. *tom.* 2., facit Rot. *rec. par.* 19. *dec.* 469. *n.* 68. *tom.* 2.

In causa præcedentiæ in processionibus an appelletur Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *qu.* 19. n. 3. *tom. pr.*

22 Præcedentia alternativè debetur inter pares; Et actus primi adscribuntur gratificationi, & non præjudicant alternativæ successivè debitæ Emerix jun. *decis.* 765.

23 Debetur pollenti duplici dignitate in concursu pollentis una tantum; Et inter nobiles debetur non solum antiquiori in origine nobilitatis, sed etiam illi, qui per longius tempus in illa perduravit Emerix jun. *decis.* 1025. n. 30. *et* 31. Sed vide *decis.* 1094. *n.* 12.

24 Præcedentia ita debet regulari ut evitentur confusiones in ecclesiasticis functionibus Emerix Jun. *decis.* 1014. *n.* 5.

25 Præcedentia Vicariis foraneis non detur ratione foraneitatis. Pellegr. *in prax. Vic. part. pr. sect.* 7. *subsect. unic. n.* 7. *pag.* 61. Præcedentia Vicario Capitulari competit, & quomodo. Pellegr. *in prax. Vic. part pr. sect.* 4. *subsect. pr. nu.* 34. *pag.* 39. Præcedentiam habet in Choro, Vicarius Apostolicus, si non sit Canonicus. Pellegr. *in part. pr. sect.* 6. *n.* 31. *pag.* 58. Plura de præcedentis Vicariorum Card. De Luc *in Indic. general.*

26 Præcedentia inter Canonicos Collegiatæ, quomodo servanda. Pellegrin. *in prax Vic. part. pr. sect.* 5. *n.* 16. *pag.* 54. Præcedentia inter Canonicos, & Regulares quomodo procedat. Pellegrin. *ibid. nu.* 17. Præcedentia inter Canonicos, & Parochos in associandis cadaveribus mortuorum, quæ. Pellegrin. *loc. sup. cit.* n. 18. Præcedentia inter Canonicos, & alios in Synodalibus functionibus, & processionibus, quibus danda. Pellegrin. *ibid. n.* 10. De præcedentia inter Canonicos tàm inter se, quàm inter alios De Luc. *loc. cit.* & vide Emerix jun. *decis.* 66.

27 Præcedentia in omnibus occasionibus servari debet. Card. De Luc. *de Fideic. disc. pr. nu.* 12. Rot. cor. Gregor. *dec.* 310. *n.* 3. Ansald. *in Præfat. n.* 15.

28 Præcedentiæ causa est gravissima, quia concernit honorem. Lotter. *de re benef. lib. pr. quæst.* 16. *n.* 29. Castald. *consult.* 133. n. *pr. fol.* 302.

29 Præcedentia, & præeminentia debetur dignioribus. Castald. *dict. consult.* 131. n. 4. Et antiquioribus. Castald. *ibid. n.* 5. Et senioribus Castald. *ibid. n.* 6. Et Nobilioribus Castald. *ibid. n.* 7. Et habentibus nobiliorem Dominum. Castald. *ibid. n.* 8. Et quibus debeatur præcedentia latè Card. De Luc. *in Indic. gen.*

Præcedentia debita Patribus de observantia, debetur etiam aliis de strictiori observantia S. Francisci late Bertachin. *vot.* 124. *n.* 10. *et* 12. 30

Præcedentia in Concilio Provinciali quomodo sit regulanda. Bertachin. *Vot.* 157. n. 9. Fagnan. *in cap. certum n.* 15. *de major. et obed.* ubi loquitur de præcedentia inter Episcopos in Concilio. 31

Præcedentia, qua totus Ordo gaudet, ea præfulgere debet illius pars, & membra. Rot. cor. Seraph. *dec.* 1223. *n.* 1. *et* 2. *in fin. vers. et hanc præcedentiam.* Caprar. *dec.* 104. *n.* 4. *part. pr.* 32

Præcedentia debetur, vel ex possessione præcedendi, vel ex antiquioritate Conventus in loco. Caprar. *dict. dec.* 104. n. 5. *d. part. pr.* 33

Præcedentia debetur Clero Sæculari à Regularibus in eorum Ecclesiis occasione processionum. Caprar. *dec.* 256. n. 3. *part. pr.* 34

Præcedentia debetur gestanti Stolam. Gratian. *discept.* 298. *n.* 54. *et* 57. Caprar. *dict. dec.* 256. *n.* 11. *part. pr.* Quæ deservit loco Pluvialis. Gavant. *part. pr. tit.* 19. *sub n.* 4. Caprar. *loc. sup. cit. n.* 10. 35

In Materia præcedentiæ consuetudo non est extendenda. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 3. *n.* 20. *part. pr.* 36

Rituale antiquum probat in materia præcedentiæ, & attendi debet, prout de Rituali Coloniorum habetur. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 27. *lib.* 3. *num.* 11. *vol. pr.* 37

Rituale in materia præcedentiæ præsumitur observatum. Gabr. *cons.* 84. *num.* 6. *et seqq. lib.* 2. Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec.* 855. n. 13. Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 27. *n.* 24. *et dec.* 28. *n.* 12. *lib.* 3. *vol. pr.*

Ritualia Ecclesiarum, quæ in materia præcedentiæ sunt in viridi observantia, non dicuntur abrogata per Ceremoniale Episcoporum editum jussu Clementis VIII. Rot. *dec.* 102. *n.* 15. *part.* 10. *rec.* & cor. Dunoz. Jun. *dec.* 855. *n.* 21. *cum seqq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 27. *n.* 33. *lib.* 3. *d. vol. pr.*

Verisimilitudo in materia præcedentiæ multum attenditur. Spad. *cons.* 243. n. *pr. lib. pr.* Rot. *dec.* 620. *num.* 7. *part.* 8. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *loc. sup. cit num.* 14. 38

Notandum in materia Præcedentiæ, licèt regulariter extranei non debeant misceri, & admitti cum corpore Capituli, tamen limitatur, quoties adest consuetudo legitimè præscripta. Mantiss. *dict. dec.* 27 *lib.* 3. n. 37. *et* 38. *vol. pr.* 39

Consuetudo, ut non habens dignitatem præferatur illa habenti, irrationabilis est. Fagnan. *in cap. Cum certum*; *nu.* 12. *de major. et obed. tom. pr.* Consuetudo, ut minor præferatur majori, vel posterior antiquiori est irrationabilis, & imprescriptibilis. Fagnan. *in d. cap. Cum certum* n. 17. *de major. et obed.* Nisi contingat ratione dignitatis, vel officii. Fagnan. *ibid. n.* 18. Et vide Card. De Luc. *de Præem. disc.* 16. *nu.* 11. *disc.* 18. *n.* 5. *disc.* 24. *n.* 5. *disc.* 30. *n.* 14. *et disc.* 20. *n.* 9. 40

In præeminentiis non habetur ratio de qualitate personali, sed de officio, vel munere. Card. De Luc. *de præem. disc.* 12. *nu.* 3. Unde persona ordinis magnatitii cedere debet locum inferiori ratione muneris, quod exercet. Card. De Luc. *d. disc.* 12. n. 3. 41

An dignitas Archiepiscopalis non obstante muneris diversitate causet præcedentiam supra Episcopum. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 16. *per tot.* 42

Nobiles Magnatum Civitatum præcedunt illos Civitatis inferioris ordinis. Capyc. Latr. *dec.* 181. *n.* 17. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 35. n. 19. 43

Clerici præcedunt Monachos. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 24. *n.* 2. *et sub num.* 4. *et disc.* 52. *nu.* 10. ubi declaratur, Idem De Luc. *de Regul. disc. pr. n.* 62. *disc.* 19. n. 9. 44

Regulares quando præcedant sæculares Clericos. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 52. *n.* 10.

Regulariter sæculares illos præcedunt. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 43. *n.* 7. *et in Miscell. disc.* 40. *num.* 4.

Subsellium, vel sedes honorifica debita magistratui, vel dignitati Ecclesiasticæ, aut sæculari an debes- 45

beatur etiam ejus Vicario, Procuratori, vel Substituto. Card. De Luc. *de Praem. disc.* 44. *nu* 6. 8. *& seqq.* Crescin. ad Abecclef. *obser.* 3. *n.* 14. *part. pr.*

Subditi non debent præcedere superiores. Abb. *cons.* 21. *lib. pr.* Card. De Luc. *de Regul. disc.* 16. *n.* 8. *et disc.* 70. *n.* 2.

46 Decanus in collegio præcedit omnes etiam digniores. Card. De Luc. *de Regul. dict. disc.* 70. *n.* 3.

Nullus ex membris Collegii præcedit Decanum, seu primum, quamvis majori dignitate fulgeret. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 41. *n.* 16.

Occupans primum locum dicitur dignitas. Card. De Luc. *dict. disc.* 41. *n.* 13.

47 Præcedentia officialium regulatur à majori proximitate Principis. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 26. *n.* 5. Quando non inducatur ea sessione prope superiorem, vel alios digniores. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 17. *n.* 4.

48 Judex præcedit assessorem, vel consultorem, quamvis alias digniorem. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 47. *num.* 7.

49 Officialis manualis sine titulo non præcedit habentem titulum. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 43. *num.* 8.

50 Universitas, & corpora universalia præcedunt singulos, licet digniores Card. De Luc. *de Præem. disc.* 27. *n.* 5. *disc.* 21. *n.* 9. ubi declaratur Idem De Luc. *de Canon. disc.* 30. *n.* 6.

51 Sinistrum latus quandoque dignius reputatur. Gratian. *discept.* 106. *n.* 43. Burats. & Adden. *dec.* 488. *n.* 7. *&* 8. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 29. *n.* 8.

52 Non implicat quandoque minus dignum occupare locum digniorem. Card. De Luc. *dict. disc.* 20. *n.* 9.

53 De præcedentia inter Capitulum Cathedralis, & magistratum sæcularem Civitatis quando utrumque corpus intervenit collegialiter. Et quid inter singulos Canonicos, & Decuriones. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 23. *per tot.*

Concionatoria salutatio cui prius dirigi debeat, an Capitulo Cathedralis, vel potius magistratui sæculari. Card. De Luc. *dict. disc.* 23. *sub n. pr. et seqq.*

Dignitas Ecclesiastica comparata Soli præcedit, & præfertur temporali comparata Lunæ. Teat. *in cap. Solitæ de Majorit. & obed.* Card. De Luc. *dict. disc.* 23. *n.* 5.

54 Præcedentia Officialis incipit à die admissionis ad Collegium. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 18. *n.* 7.

55 Celebranti debetur primus locus in Choro. Card. De Luc. *Miscell. disc.* 39. *n.* 2.

56 Ultimus de majori Hierarchia præcedit primum de minori. Card. De Luc. *Miscell. disc.* 40. *n.* 5.

§. PRÆCEPTUM. XXXIII.

1 PRæcepta pœnalia, licèt de jure sint reprobata, solent in aliquibus locis, & maximè in statu Ecclesiastico, aut alibi etiam quandoque fieri ex justa causa, & præcedente monitorio cum termino ad se defendendum, & postea facta citatione ad allegandum causam quare non debeat condemnari, & postremò peremptoriè citari ad sententiam, & ad videndum se condemnari in pœnam minatam, à qua deberet excusari si ex justa causa, vel saltem colorata non potuit comparere, Clar. *§. fin. qu.* 31. *num.* 6. Guaz. *def.* 7. *cap.* 1. *&* 2. Tusch *lit. P. concl.* 428 *per tot.* dixi in Pract. §. *Præcepti n.* 4. ubi etiam n. 3. qualiter præcepta cum clausula salutari, si quis, &c. parte comparente resolvantur in simplices citationes ad tradita per Magon. *decis. Flor.* 128. *nu.* 4. *& Luc.* 29. *in Addit.* & benè declarat videndus Sperel. *decis.* 53. *per tot.* ubi limitat non procedere in præcepto nunciationis novi operis, Ricc. *Collect.* 4095. Vivi. *comm. opin.* 678. ubi plura qualiter dicta præcepta cum clausula justificativa resolvantur per comparitionem in simplicem citationem. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 1. *nu.* 11. *&* 12. Abeccles. & Crescin. *obser.* 115. *part.* 1.

Quòd à præceptis non sint inchoanda judicia, Magon. *decis. Luc.* 15. *num.* 1. Caroc. *dec.* 19. Sperel. *d. dec.* 53. *n.* 3. *&c.* Tusch. *d. concl.* 402. Ridolph. *in prax. p.* 2. *c.* 4. *num.* 45. *& seqq.* ubi limitat quando continetur dictam clausulam salutarem, & de stylo Tribunalis A. C. Ricc. *Collect.* 3751. ubi quòd nec minùs ab executione. Sicut etiam in novi operis nunciatione licitum est incipere à præcepto Paulut. *discept.* 22. *art.* 1. *nu.* 1. *tom.* 1. Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 115. *part. pr.*

Præcepta à judice, sive de ejus mandato facta litigantibus de se invicem non offendendo, quæ volgò dicuntur, *levar l'offese*, quando dicantur contempta, ita ut pœna cominata locum habeat, vide Cabal. *resolut. crimin. cas.* 231. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Præceptum resolut. unic.* ubi quòd solent fieri cum clausula quòd interim cautiones habeantur pro præstitis, & sunt valida ad removenda scandala, ita ut in casu contraventionis pœna exigi possit, ac ita servari in statu Urbini, & in statu Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, ad Cabal. *cas.* 119. *in fine*, & alios. 2

Quòd dicta præcepta de se non offendendo sub pœna, non remaneant revocata, neque passata per pacem extrajudicialiter inter ipsas partes secutam, cùm ex illis sit jam fisco jus quæsitum, quod sine facto ejusdem judicis non potest tolli, alias possent de facili partes colludere; hujusmodi tamen pax extrajudicialis induceret præsumptionem novæ causæ, quæ valet excusare à pœna, idem Cabal *cas.* 272. *per tot.* vide *in §. Cautio num.* *& §. pax. nu.*

Præcepto Superioris non obediens, qua pœna sit plectendus, quid operetur præceptum judicis, qualiter excuset obedientem, & alia, Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 478. *& seqq.* 3

Quòd non omnis vox judicis habeat vim sententiæ, sed tantùm ea, quæ profertur in judicio causa cognita, & servatis servandis, & adeò non possit fieri executio juxta comminationem, Paul. Christ. *decis.* 207. *vol.* 4. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 102. *part.* 1.

Præcepto Superioris obedire recusans, dicitur esse in dolo, quando præceptum est justum, aliàs autem secùs, *l. non potest* 159. ubi glos. Dec. *ff. de regul. jur.* cum aliis per Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 219. *nu.* 11. *& seqq.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 72. *num.* 18. *&c.* ubi quòd præceptum superioris injustum non obligat ad observantiam. 4

Præcepta testatorum qualiter sint observanda, itaut illi contravenientes possint tanquam indigni privari omni commodo testamenti, & alia plura ad rem, Cabal. cum multis ab eo citatis *cons. decis.* 147. *num.* 6. *& seqq. per tot. lib.* 2. vide in §. *prohibitio*, vide tamen De Luc. *De Testam. disc.* 82. *n.* 2. *& disc.* 83. *n.* 10. Vide infra *in novissim. addit.* Crescin. 5

Præcepta, sive jussus, & ordinationes judicum, ut obligent ad observantiam, & incursum pœnæ non sufficit esse facta verbaliter, sed debent apparere per scripturam authenticam, ac rem possibilem moraliter continere, aliàs non dicitur constare de corpore delicti, quod nec per confessionem rei suppleri potest; saltem ad effectum procedendi criminaliter per processum, & inquisitionem, quidquid etiam præcepta verbalia ratione irreverentiæ possint aliqua levi coarctatione, vel mulcta sustineri, & puniri, ad latè tradita per Laurent. Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. contr.* 18. *num.* 21. *& seqq. per tot.* ubi in terminis quorundam ordinum ore tenus commentariensis datorum circa carceratorum custodiam. 6

De præceptorum Divinorum, & Ecclesiæ obligatione, quando quis possit excusari, vel non, & alia ad rem, licèt remissivè nimis Ægid. da Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb. Præceptum.* Fagnan. *sup. Decr. in Indic.* Pignatell. *in consult. canon.* 7

Quòd præceptum Judicis factum possidenti aliquam rem, illum sequestrando, nulla præcedenter capta informatione, de jure non subsistat, sed manuteneri debeat possessor, Thoro *Compend. decis. Neap. part. pr. verb. Præceptum.* 8

Quando autem hujusmodi præcepta sunt facienda, & subsistant, dixi *in §. Turbatio possessionis n.* 2. Alia de diversis præceptis indicat Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. par* 5. *verb. Præceptum fol.* 371. & plura Bertachin. *Repert. verb. Præceptum.* 9

De præceptis deferendi nomen, & arma testatoris,

de non molestando, & hujusmodi, quid importent, plura tradit Jo: Torra *de success. in Majorat. & Primog. Ital. in pluribus locis indicatis in Repert. general. in fine par. 3. verb. Præceptum.*

10 De præcepto testatoris nubendi uni de familia sub pœna privationis hæreditatis, ut sit validum, & servandum, nisi ex causa dispenseiur à Principe, Andreol. *controv.* 222. & 413. *per tot.* vide *in §. Matrimonium, &c. §. Conditio num.* 29. *et seqq.*

De Præcepto de non fidejubendo, de non dividenda, de simùl habitando, de assumendo clericatum, de nubendo, vel condigno, vel uni de familia, vel cum consensu de solvendis debitis, de supponenda legitima, de non transeundo ad secunda vota, de eligendo, de tractando, de non transigendo, & hujusmodi latè Em. de Luc. *in Indic. verb. præceptum.*

Præceptum in quo æquiparetur mandato, & quando expiret Pignatell. *tom.* 8. *consult.* 39. *num.* 4. De differentia inter remotionem præcepti, & concessionem licentiæ idem Pignatell. *consult.* 8. *nu.* 3. *tom.* 10.

De variis præceptis statutariis agit Pigant. *ad statut. Ferr.*

11 Præceptum non administrandi nisi completo *anno* trigesimo cessat superveniente ætate majori 25. annorum De Luc. *de Tutor. disc.* 14. *n.* 2. & 4., ubi præsertim nulla causa accedente; Fallit, ubi adiectum non esset in gratiam, seu odium prohibiti, sed favore Tertii *ibid. n.* 5. & 6.

12 Præceptum de non transigendo non est obligatorium De Luc. *de Testam. disc.* 71. *n.* 6. & 7.

13 Præceptum, quod Fabrica non se ingerat in legatis piis, an valeat De Luc. *de Testam. disc.* 45. *n.* 7.

14 Præceptum non obligat, si qualitas non verificetur. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 109. *numer.* 14. *vol.* 2.

15 Præceptum reinvestiendi ad evitandum absurdum debet interpretari, ut non importet conditionem suspensivam. Rot. *dec.* 530. *nu.* 6. *part.* 14. *rec.* Palm. Nep. *all.* 331. *n.* 14. *tom.* 4.

16 Præceptum Testatoris quando tutor non adimplevit, incidit in dolum. Menoch. *de præsumpt. præs.* 3. *n.* 66. *lib.* 3. Farinacc. *quæst.* 89. *n.* 95. Palm. Nep. *all.* 336. *n.* 30. *tom.* 4.

17 Præceptum ex quibus verbis resultare dicatur. Palm. nep. *all.* 367. *n.* 19. & *all.* 370. *n.* 70. *tom.* 4.

18 Præceptum Testatoris præcedere debet pænam. Castill. *lib.* 5. *controv. cap.* 94. *n.* 18. Palm. nep. *alleg.* 368. *n.* 2. *tom.* 4.

19 Præceptum non molestandi uxorem non importat eam non esse usufructuariam. Rot. *dec.* 75. *n. pr. & seq. part.* 16. Ansald. *dec.* 7. *n.* 7. *lib. pr.* Et de præcepto de non molestando vide De Luc. *de Dot. disc.* 104. *de Testam. disc.* 71. & 85.

20 Præceptum secundum Speculatorem *lib.* 2. *tit. de sent.* §. 1. *in prin.* est tertia sententiæ species. Crescin. ad Abecceles. *obser* 105. *n. pr. part. pr.* Affertur definitio, seu descriptio præcepti. Pellegr. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 3. *subsect. pr. n.* 11. Crescin. ad Abecceles. *d. obser.* 105. *n.* 2.

21 An præceptum de solvendo contra confessum sit interlocutorium, vel definitivum. Borell. *in summ. dec. lib.* 2. *tit.* 29. *n.* 8. 10. *et seq.* Crescin. ad Abecceles. *loc. sup. cit. n.* 3. Præceptum istud non transit in rem judicatam. Altimar. *de Nullit. rub.* 3. *quæst.* 2. *n.* 30. *tom. pr.* Crescin. *loc. cit. n.* 4. Ab istis præceptis potest appellari etiam post decem dies. Crescin. *loc. sup. adduct. n.* 5. A tali præcepto facto contra confessum non potest appellari, nisi appellans probaverit per errorem confessum fuisse. Text. *in cap. Romana §. sin autem de appellat. in* 6. Crescin. *loc. cit. n.* 6.

22 Præceptum sine clausola *justificativa comparendi* est nullum. Rot. *dec.* 30. *n.* 3. *part* 4. *rec.* Crescin. *ibid. n.* 8. Judicis præceptum cum clausula *Justificativa* per comparationem, resolvitur in simplicem citationem. Rot. *dec.* 520. *n.* 10. *part.* 2. *dec.* 30. *nu.* 3. *part.* 4. *dec.* 295. *num.* 18. *part.* 7. *rec.* Crescin. ad Abecceles. *sup. dict. observ.* 105. *n.* 9 *part. pr.*

23 Præceptum testatoris, ut sit obligatorium; non autem simplex consilium, est semper capienda interpretatio. Episc. Rocc. *cap.* 52. *n.* 59. Præcepto testatoris obtemperans, in quo casu expiat Jure fideicommissi portionem contravenientis. Episc. Rocc. *cap.* 22. *n.* 20. Præceptum Testatoris regulariter in dubio censeri debet factum favore substitutorum, quando adsunt substituti in casu mortis. Rocc. Episc. *cap.* 52. *nu.* 58. *part. pr.*, Alia de Præcepto testatoris De Luc. *in Indic. general.*

Ubi facta sunt duo præcepta quando pæna adiecta ultimo non trahatur ad primum. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 84. *n.* 3. 24

Præceptum testatoris de solvendis debitis de quibus intelligatur. Card. De Luc. *de Empt. disc.* 40. *n.* 3. *et* 5. *de Alien. disc.* 33. *nu.* 29. Et quatenus essent invalida, an præceptum diceretur illa sanasse. Card. De Luc. *de Empt. d. disc.* 40. *n.* 5. 25

Præceptum, ut pupilla educetur penes aliquam sperni potest per Judicem. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 4. *n.* 3. 26

Præcepta affirmativa in quo differant à negativis. Fagnan. *in cap. Ex parte n.* 69. *de Cler. non resident.* Præcepta negativa magis præcisè obligant, quàm affirmativa. Fagnan. *in cap. Si quis n.* 64. *de Regul. tom.* 3. 27

Præcepta moralia legis veteris immutabilia sunt. Fagnan. *in cap. Canonum statuta n.* 2. *de Constit. tom. pr.* Præcepta cærimonialia fuerunt viva usque ad passionem Christi mortua deinceps, & mortifera post divulgationem Evangelii: Fagnan. *loc. cit. n.* 3. Præcepta Judicialia evacuata sunt per adventum Christi, & quamvia non sint mortifera, sunt tamen mortua Fagnan. *ibid. n.* 4. Præcepta Judicialia legis veteris etsi non obligent tempore gratiæ, tamen servari possunt, ac etiam debent, si ab Ecclesia statuantur. Fagnan. *in cap. In aliquibus n.* 9. *de decimis tom.* 3. 28

Præceptum nullum in lege Evangelica continetur, quod non sit Juris naturalis, præter præcepta de Sacramentis, & de Fide. Fagnan. *in cap. Vir qui n.* 21. *de consang. & affinit. tom.* 4. Præcepta moralia per legem humanam alterari non possunt. Fagnan. *in cap. Cum esses n.* 120. *de Testam. tom.* 3. Præcepti Divini transgressio semper est mortalis. Fagnan. *ibid. n.* 125. 29

Præceptum, vel licentia an expiret morte concedentis, vel præcipientis. Fagnan. *in cap. A nobis, il primo n.* 50. *de sent. excomm.* Præceptum per modum sententiæ, vel interdicti, expirat per mortem præcipientis. Fagnan. *ibid. n.* 52. *tom.* 5. 30

Præceptum *in virtute* obedientiæ, vel sub pæna suspensionis absque dubio obligat transgressores ad culpam mortalem. Fagnan. *in cap. Dolentes n.* 37. *de celebr. Missar. tom.* 3. 31

Præceptum quid referat esse inductivum pænæ, vel invitativum lucri. Cyriac. *controv.* 451. *n.* 83. & *seq.* Capyc. Latr. *consult.* 72. *n.* 16. *cum seq.* Rot. *dec.* 493. *nu.* 30. & *seq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Card. De Luc. *de Legit. disc.* 17. *n.* 10. 32

Præceptum Judicis, ut liberet debitorem solventem, quomodo debeat esse conceptum. Menoch. *de Arbitr. cas.* 137. Card. De Luc. *de Legit. disc.* 23. *num.* 9. 33

§. PRECES. XXXIV.

PReces tyrannorum metum inducunt, & æquiparantur jussui, cùm tales soleant minas ad effectum perducere, & dici solent: *Est rogare Ducum species violenta jubendi, & quasi nudato supplicat ense potens.* Afflict. *dec.* 69. *num.* 5. Tusch. *litter. P. concl.* 484. Fagundez *de just. et contract. lib. pr. cap.* 5. *num.* 24. *etc.* De Luc. *de Camb. disc.* 24. *num.* 9. *de Legit. disc.* 23. *nu.* 4. Piton. *discept. eccles.* 32. *nu.* 26. *et discept.* 52. *num.* 52. 1

Quòd blanditiæ vehementes Principum inducant vim, & metum, & quando secùs, Mascard. *de probat. conclus.* 193. *verb. Blanditiæ*, vide Piton. *loc. cit.*

Preces an inducant simoniam, & alia notat Bertachin. *in Repert. verb. Preces*, vide Fagnan. *in c. nobis num.* 109. *de simon.* 2

De precibus importunis quod metum inducant, Carol. Rot. *in Floril. concl.* 28. *num.* 12. 3

Quòd preces habeant vim petitionis, & interpellationis ubi agitur cum debitore in magna digni- 4

-ta-

tate constituto, Rota coram Bieb. impressa per Scapucc. *in Praxi jud. tom. 2. decis. 18. num. 7.* Pigant. *ad statut. Ferrar. rubr. pr. lib. 2. num. 30. fol. 25. tom. pr.* & de diver. a precibus tractantes refert Com. Aug. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Preces fol. 394.* & ego dixi *in tract. de probib. muner. & prec. &c. in princ. primi tomi.*

Reliqua vide *in §. Metus.*

An præsumantur porrectæ per eum, sub cujus nomine cantant. De Luc. *De Donat. disc. 68. num. 8.* Crescin. ad Abeccles. *obser. 4. n. 6. & 7. part. 1.*

5 Preces declarationem recipiunt à rescripto Gluth. *decis. 41. n. 8. in fin.* Palm. nep. *alleg. 291. n. 4. vol. 3.*

6 Supplicans censetur approbasse omnia in precibus contenta Crescin. ad Abeccles. *obser. 4. n. 5. part. 1.* Et plura de confessione emanata in precibus, seu supplicatione. Idem Crescin. *loc. cit.* Balduc. *tit. 3. dec. 5. n. 38. & 39.*

7 Conclusio precum attenditur, non quid narratum fuit in eisdem Balduc. *tit. 3. decis. 21. n. 38.*

8 Expressa in precibus præsumuntur justificata, attenta exequutione, & observatione gratiæ, quæ idcircò nequit impugnari Balduc. *tit. 3. decis. 22. n. 28. & 29.*

9 Precibus præsumendum rescriptum Principis conforme. Gloss. *in l. 1. verb. interrogatus ff. de verbor. oblig. l. 1. C. de divers. rescrip.* Episc. Rocc. *cap. 72. n. 23. part. 2.*

10 Preces à Principe pluries rejectæ non merentur amplius attendi. Sim. de Petr. *cons. 84. n. 4.* Episc. Rocc. *cap. 185. n. 1. part. 2.*

11 Preces humiles à digno oblatæ pro beneficio obtinendo, simoniæ, aut ambitionis vitium non inducunt. Fagnan. *in cap. Tua nos n. 31. de Simon. tom. 5.* Secus si ab indigno Fagnan. *ibid. n. 32.* Preces, quas pro se quis porrigit, ut in Prælatum eligatur ambitiosæ sunt, & illicitæ *ibid. n. 33.*

12 Preces porrigere alicui defuncto, quem quis credebat virum probum, eumque secreto venerari non est prohibitum. Fagnan. *in cap. Audivimus n. 18. de relig. & vener. Sanctor. tom. 3.*

§. PRÆDIUM. XXXV.

1 PRædium inferius tenetur juxta naturalem loci situm recipere aquam de cœlo cadentem in fundo superiori, secundùm consuetudinem, vel pacta, *l. 1. & 2. ff. de aquis plu. arcen.* Pract. Pap. *Act. confess. glos. servitus num. 19.* vide *in §. Aqua numer.*

2 Prædium licèt divisum in plures petias dicitur unum, & idem ex destinatione Domini, ut benè declarat Cavaler. *decis. 146. num. 3. &c. & dec. 160. per tot.* vide *in §. Fundus num. 1.* laté Rot. *part. 11. recent. decis. 249. per tot.* ubi an, & quando fideicommissum certæ rei, contineat etiam alia bona separata, ex destinatione tamen testatoris alteri rei fideicommisso subjectæ unita. Itèm constitui potest ex pluribus aliis inter se separatis ex distinctione patris familias. De Luc. *De Legat. disc. 7. de Fideicom. disc. 270. ex num. 4. et alibi.* Caprar. *dec. 515. nu. 2. part. 2. pag. 159.*

Quid veniat appellatione prædii, vel poderis, Tusch. *litt. P. conclus. 374.* vide *in §. Fundus num. 1.* Quid veniat appellatione prædii Rustici, vel Urbani in legato De Luc. *De Empt. disc. 34. n. 5. remiss.*

3 De prædiis multa notat Bertachin. *in Repert. verb. verb. fundus, & verb. Prædium,* & alia de diversis prædiis indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. fundus, & verb. Prædium,* Com. Augustin. Fontan. *Biblioth. leg. par. 5. verb. Prædium fol. 373.* De Luc. *in Indic. generul.* Caprar. *in decis. Sacr. Rot. Rom.*

4 Prædium, quòd non patitur divisionem potest totum alienari pro solvendis debitis fideicommittentis, dummodò residuum implicetur favore fideicommissi, aliàs revocatur alienatio, & alia ad rem Joan. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. p. 2. q. 65. num. 5. & seqq.*

Quòd sub nomine prædii non veniant bona separata, nisi ex destinatione domini sint illi ad perpetuum usum unita, & aggregata, sicut sub legato, vel alienatione prædii veniunt omnia ædificia solo cohærentia ad usum coloni, atque alia ad commodum, & usum domini destinata, ut ex Merlin. *dec. 449.* & aliis benè comprobat Jacob. Balduc. in observat. ad Ramon. *cons. 19. num. 26. & seqq.*

An eo vendito veniant fodinæ aliaque mineralia De Luc. *De Emption. disc. 44.*

Prædiis instructis legatis non venit frumentum, nec oleum ex iis recollectum. Paulut. *dissert. 98. art. pr. a n. 68.* ubi nonnulla de legato prædii *tom. 2.*

Coloni specificatio, tunc solum arguit comprehensionem omnium bonorum sub ejus cultura existentium, quando illa fuerunt expressa per modum universitatis Caprar. *dec. 515. n. 4. part. 2.* Declarat oe *ibid. n. 5.* 5

Prædium ubi concordat quoad denominationem, & confines, cum illo possesso à Collitigante diversitas quantitatis rubrorum nihil obstat Caprar. *dec. 551. n. 1. part. 2.* 6

Prædiorum diversitas arguitur, dum non conveniunt in loco loci Caprar. *dec. 718. n. pr. part. 2. pag. 491.* Item ex diversitate valoris, junctis aliis discordantiis Caprar. *ibid. n. 5.* 7

Prædium unum quandoque scinditur in plura gratia comodioris exactionis Emerix Jun. *dec. 1238. num. 8.* 8

Prædia rustica circumadientia Castro dicuntur quid omnino separatum ab ipso Castro Surd. *cons. 151. n. 23. 65. & seq. cons. 135. n. 24. & seqq. & cons. 310. n. 6. 7. & 27.* Card. De Luc. *de Feud. disc. 2. num. 11.* Episc. Rocc. *cap. 57. n. 10. tom. pr.* Idque, etiam si Castrum fuerit concessum cum Terris, Pratis, & Nemoribus Ubald. *dec. 67. nu. 4. in fin.* Rocc. Episc. *dict. cap. 57. n. 12. tom. pr.* 9

Prædium Urbanum de sua natura non est fructiferum Card. De Luc. *de Cred. disc. 134. num. 10. de Alien. disc. 11. n. 12.* 10

Et quomodo illorum fructus regulentur Card. De Luc. *de Cred. disc. 133. n. 4* Dicitur tamen Fructiferum ad effectum imponendi censum Card. De Luc. *de Alien. disc. 11. n. 13.*

Prædium distinctum in plures petias minus valet, quem consistens in uno corpore Rot. post Zuff. *de legit. processf. dec. 44. & 49.* Card. De Luc. *de Empt. disc. 24. n. 6.* 11

Prædium possessum in confuso à Domino non habet distinctionem membrorum Card. De Luc. *de Empt. disc. 34. n. 3.* 12

Plurima alia de prædiis scribit Brunnemannus.

§. PRÆLATUS. XXXVI.

PRælatus tenetur ex officio in visitatione Ecclesiæ inquirere etiam de vita, & moribus Rectoris, Marant. *in prax. part. 6. verb. Inquisitio n. 14.* vide *in §. Episcopus num.* 1

Prælatus non potest transigere, nec compromittere de rebus Ecclesiæ sine consensu superioris, vel Capituli, *cap contingit extr. de transact.* Roman. *cons. 348.* nec aliquid aliud in Ecclesiæ præjudicium facere, vide Cabal. *consil. decis. 72. lib. pr.* Gratian. *discept. forens. cap. 476. nu. 16. etc. cap. 674.* Fagnan. *in c. cum tempore n. 5. De Arbitr.* 2

Si tamen transactio fuerit confirmata à Summo Pontifice, ligat etiam successores, *c. veniens de transact.* Rot. *par. 7. recent. decis. 222. nu. 9. & p. 9. dec. 221. num. 12.* dixi *in §. Transactio n. 3.* & plenè Urceol. *in noviss. tract. de trans. q. 23. cum plurib. seqq.*

Quòd prælatus non possit præjudicare Ecclesiæ per suam spontaneam confessionem sine consensu Capituli, Gratian. *discept. forens. cap. 796. n. 5. &c. cap. 870. num. 2. 20. &c. cap. 803. nu. 10. & 36.* ubi plura ad rem facientia, idem Gratian. *decis. 139. in Addit.* vide *in §. Confessio num.* Tusch. *litt. P. conclus. 306. per tot.* Rot. *par. 10. recent. decis. 24. num. 18. & seqq.* ubi quando Prælatus ipse possit nomine Ecclesiæ à transactione damnosa recedere.

Quòd non possit renunciare beneficio restitutionis in integrum competenti suæ Ecclesiæ, Ang. *cons. 244. lib.*

Quòd tamen possit facere omnia, quæ pertinent ad Ecclesiam, & bonorum administrationem, etiam

si sint ardua cum consensu Capituli, nisi alia forma sit præscripta, ut in alienationa rerum immobilium, Altograd. cons. 28. n. 72. lib pr.

3 Prælatus in acquirandis, potest etiam sine ullis solemnitatibus per renunciationem præjudicare Ecclesiæ, & idem est in Abbatissa respectu sui Monasterii, Gratian. discept. forens. cap. 568. n. 51. &c. ubi exemplificat in hæreditare, legato, ac fideicommisso, Rot. part. 2. divers. decis. 67. & decis. 209. d. par. 3. lib. 2. ubi quòd potest repudiare legatum. De Luc. de Donat. disc. 23. n. 16. de Alien. disc. 20. nu. 2. De Hæred. disc. 24. n. 5. vide Fagnan. in c. sicut nobis n. 21. de Regul.

Quòd imò etiam in quærendis non possit absque causa, vel consensu Capituli præjudicare Ecclesiæ, Gratian. discept. forens. cap. 715. num. 21. &c. cap. 218. nu. 32. &c. benè probat contrarius respondendo Martha vot. Pis. 224. per tot. De Luc. dict. disc. 20. num. 3.

Quòd teneatur solvere de suo, si Ecclesia propter ejus negligentiam passa fuerit damnum, etiam lucri cessantis, & licèt essemus in quærendis, idem Gratian. discept. forens. cap. 601. n. 12. & cap. 674. n. 20. &c. ubi quòd etiam in quærendis non præjudicat Ecclesiæ quoad nullitatem intrinsecam contractus, sed potest semper Ecclesia agere ad acquisitionam, non obstante repudiatione, remissione, aut non incorporatione facta in damnum Ecclesiæ, cùm Rectores Ecclesiarum possint tantùm utilia facere, prætermissis inutilibus.

Plura quando Prælatus solus possit sine Capitulo, vel Conventu præjudicare Ecclesiæ, vel non, Card. Tusch. lit. P. conclus. 948. cum pluribus seqq. ad 510. Rot. part. 9. recent. decis. 301. nu. 26. &c. ubi quòd non, sine justa causa, & loquitur in quasi possessione exigendi decimas, & p. 10. decis. 24. n. 16. & seqq. ubi circa jurisdictionem, vide in §. Abbas n. 19. Bich. dec. 599. ubi in receptione mutui, de quo in §. Mutuum num. 6.

4 Prælatus non potest præjudicare successori concedendo alteri emphyteusim vivo adhuc primo investito, quamvis concederet sub conditione finitæ primæ emphyteusis, nisi hujusmodi casus eveniret vivo adhuc ipso concedente, Gratian. disceptat. for. cap. 818. per tot. vide in §. Successio num. De Luc. de Emphyt. disc. pr. de Jurisdict. disc. 23. n. 5. & 6.

Non potest etiam præjudicare successori declarando expressè, vel tacitè bona emphyteutica devoluta velle pro se, & Ecclesia retinere, ita ut successor non possit amplius in emphyteusim juxta solitum illa concedere, ut videtur sentire Menoch. de arbitr. cas. 433. num. 32. &c. vide in §. Emphyteusis n.

Alia de Prælatis, eorum potestate, & obligatione circa plura tradit remissivè Ægid. de Castejon. in suo Alphab. jurid. verb. Prælati. De his, quæ fieri possunt à Prælatis sive, vel cum consensu capituli Nicolius in Instit. canon. lib. 3. tit. 10. Fagnan. sup. Decret.

5 Prælatus an possit disponere in ultima voluntate de fructibus beneficii, vel eos ad hæredes transmittat, sive potius ad successorem in Episcopatu, ad quæ debita solvenda teneatur successor, & alia ad rem, Caldas Pereyra cons. 48. per tot. vide in §. Successor n. 16. §. Clericus num. 40. & §. Episcopus num. 55. 62. &c.

6 Alia plura de Prælatis circa diversa notat Bertachin. in Repert. verb. Prælatus, & alia indicat Com. August. Fontan. Biblioth. legal. par. 5. verb. Prælati fol. 376. Latissimè Fagnan. sup. Decret. De Luc. in Indic. Mantiss. ad eumd. Ansald. Emeria, Capiat. Ursay. Piton. Mans. Palm. & alii moderni.

Citandus est in causa spectante ad ejus Ecclesiam De Luc. de judic. disc. 9. n. 37.

Prælatus inferior quam jurisdictionem habeat in Territorio separato Rot. rec. part. 19. dec. 498. tom. 2. Vide Emeria jun. dec. 1308. n. 14.

7 Actus per capitulum gesti, sede vacante, non præjudicant Prælato in sede plena. Rot. penes Posth. de Mant. dec. 563. per tot. & post Viv. de Jurep. dec. 88. in fin. Mantiss. ad De Luc. dec. 32. nu. 14. lib. 13. tom. 4.

Prælatus quicunque potest territorium separatum, & jurisdictionem quasi Episcopalem sibi acquirere ex præscriptione immemorabili, imò ex simplici quadragenaria. Rot. dec. 324. n. 8. part. 1. dec. 458. n. 73. par. 5. tom. 2. dec. 320. nu. 18. & 19. part. 10. & dec. 21. n. 12. part. 14. rec. Mantiss. ad De Luc. dec. 9. lib. 3. n. 84. tom. 3. 8

Prælatus non prohibens delicta eum possit in iisdem communicat. Maraviglia de leg. prud. Episcop. leg. 332. pag. 287. col. pr. 9

Prælatus simplex neque cum causa, neque sine potest derogare legi Fundationis. Piton. de Jurep. alleg. 47. n. 22. tom. 1. 10

Magnus Magister in Ordine Militari S. Stefani gerit figuram Prælati Generalis, qui habet potestatem Ordinariam, sicut Episcopus habet Ordinariam. Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 20. n. 18. & disc. 80. n. 11. Ansald. cons. 33. nu. 46. & 47. Piton. de Jurep. dict. all. 47. n. 47. & 55. tom. 1. 11

Compatibilis est concursus duorum Prælatorum, sive superiorum Ecclesiasticorum in eodem loco, vel diversis respectibus vel per cumulativam. Card. De Luc. de Jurisd. disc. pr. nu. 27. & seq. disc. 20. n. 23. & 24. & disc. 34. n. 19. & n. 27. 12

An, & quando procedat conclusio de non dandis duobus capitibus in uno eodemque corpore. Card. De Luc. de Jurisd. dict. disc. 1. n. 28. & 29. disc. 52. n. 20. disc. 34. sub n. 22. & in Ann. disc. 50. sub n. 248.

Prælatus non est citandus ab executore beneplaciti vigore clausulæ vocatis vocandis, sed sufficit citare Promotorem Fiscalem. Duran. dec. 365. n. 13. Card. De Luc. de Alien. disc. 1. n. 67. & 68. 13

Prælatus quando dicatur noluisse contrahere nomine proprio. Card. De Luc. de Alien. disc. 12. n. 11. 14

Prælatus plurium Ecclesiarum dari potest in vim unionis. Card. De Luc. in Miscell. disc. 1. nu. 38. 15

Prælati, & qui alios tenentur regere, non debent esse sub potestate alterius. Fagnan. in cap. Indecorum n. 21. de ætat. & qualit. tom. 1. Contrarium ibid. n. 53. 16

Prælatos hodie, & maximè Papam adoramus, & genuflectimus Fagnan. in cap. His quæ num. 10. de major. & obed. tom. pr. 17

Prælati tenentur sibi mutuum præstare auxilium. Fagnan. in cap. Veniens nu. 15. de transactionibus. tom. pr. 18

Prælatus suscipiendo Prælaturam videtur eum ea quasi contrahere. Fagnan. in cap. Nisi cum pridem n. 24. de renunc. tom. pr. 19

Prælatus negligens non præjudicat Ecclesiæ & successori Rot. cor. Emeria Jun. dec. 1021. n. 5. 20

Prælatus tutori, & Curatori æquiparatur Fagnan. in cap. Sicut nobis n. 19. de Regular. tom. 3. 21

Prælatus in quibus differat à tutore. Fagnan. in cap. Qualiter, & Quando il secondo n. 4. de Accusat. tom. 5.

Prælatorum affectus erga nepotes, & propinquos pervertit judicium rationis. Fagnan. in cap. Grave n. 7. de præben. tom. 3. 22

Prælatus ab hostibus captus non est ipso jure privatus sua dignitate, nec privandus per sententiam. Fagnan. in cap. Per tuas il primo n. 22. de Simon. Prælatus non debet privari jure suo propter captivitatem. Fagnan. ibid. n. 26. tom. 5. 23

Prælati sunt positi tanquam signum ad sagitam. Concil. Trid. cap. pr. sess. 25. de reformat. Fagnan. in sup. dict. cap. Qualiter, & quando il secondo nu. 20. de accusat. tom 5. 24

Prælatus malus timet bonum subditum. Text. in l. Prisco in verb. Debitis Cod. de Palat. sacr. largition. lib. 12. Fagan. loc. cit. n. 21. 25

Prælati qua ratione dicantur Ecclesiæ sponsi. Fagnan in cap. Quanto n. 115. de translat. tom. pr. 26

Prælatus etiam in casibus à jure permissis sine justa causa non dispensat contra jus. Fagnan. in cap. Relatum n. 11. de Cler. non resid. tom. 3. 27

Prælatus excomunicatus, vel suspensus pro mortuo reputatur gloss. in cap. si Episcopus in verb. Sed capitulum de supl. neglig. Prælat. lib. 6. Fagnan. in cap. 28

cap. Quia diverſitatem num. 22. de conceſſ. preben. tom. 3.

Prælato excomunicato, vel ſuſpenſo, an juriſdictio tranſeat in Capitulum. Fagnan. *in dict. c. Quia diverſitatem n. 16. & ſeqq. uſque in fin. de conceſſ. preben. tom. 3.*

29 Prælatus eligendus eſt melior non ſimpliciter, ſed quoad regimen Eccleſiæ. Fagnan. *in cap. Eam te, n. 11. & 22. de ætat. & qual. tum pr. & in cap. Conſtitutis, il ſecondo, n. 14. & ſeq. de Appell. tom. 2.*

30 Prælati proviſio in Collegiata potuit pertinere ad alium, quàm ad Capitulum, ex fundatione, vel conſuetudine. Fagnan. *in cap. Nullus num. 16. de elect. tum. pr.*

31 An Prælatus dives, & potens, pauperi, & litterato ſit præferendus; vel è converſo. Fagnan. *in allegat. cap. Conſtitutis il ſecondo n. 16. de appell. d. tom. pr.*

32 Plura de Prælato quoad alienationem, & adminiſtrationem bonorum Eccleſ. Fagnan. *ſup. decretal. in Indic. in verb. Prælatus.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 5. q. 48. n. 61. & 297. tom. 7.*

Plura de Prælato quoad beneficii collationem, & privationem. Fagnan. *ſup. decretal. in Indic. in verb. Prælatus.*

Plura de Prælato quoad Capitulum, & ejus conſenſum. Fagnan. *ſup. decretal. in Indic. in verb. Prælatus.*

Plura de Prælato quoad Confeſſorem Fagnan. *ſup. decretal. in Indic. in verb. Prælatus.*

Plura de Prælato quoad correctionem ſubditorum Fagnan. *ſup. decretal. in Indic. verb. Prælatus.*

Plura de Prælato quoad depoſitionem. Fagnan. *ſup. decretal. in Indic. in verb. Prælatus.*

33 Pro admiſſione ad Prælaturam Conſtitutio 88. San. Mem. Alexandri VII. requirit ætatem vigintiquinque annorum, & Doctoratum publicæ Univerſitatis. Caprar. *dec. 631. n. 2. part. 2. & dec. 660. n. 2. part 2.*

34 Prælatura ubi eſt cum verbis de futuro deſignata, & concurrit veriſimilis mens teſtatoris, ſufficit quòd ſuperveniat. Rot. cor. Rembold. *dec. 20. nu. 7. & ſeq.* Caprar. *dict. dec. 631. num. 8. part. 2. & dec. 660. n. 6. part. 2.*

35 Annexio prælaturæ ad hæreditatem, in dubio intelligitur per modum aptitudinis, & non actualiter, niſi contrarium appareat ex voluntate, & verbis teſtatoris. Spinus *de Teſtam. gloſſ. 4. principal. ſub n. 67. verſ. in dubio tamen.* Caprar. *d. dec. 631. n. 9. part. 2.*

36 Dos Prælaturæ debet eſſe in annuis ſcut. 1500. ex Conſtitutione Alexandri Papæ VII. Emerix jun. *deciſ. 1177. n. 1. & dec. 1178. n. 1.*

§. PRÆMIUM, XXXVII.

1 Præmium conceſſum primo equo, ſive barbaro pervenienti ad locum deſtinatum, vel primo militi ingredienti Civitatem inimicorum, an debeatur quando duo, vel plures ſimul pervenerunt, vel ſit iterùm currendum, & an omnes admittantur iterùm ad curſum, vel illi tantùm qui ſimul pervenerunt, & tam dubiam reddiderunt, Cabal. *reſ. crim. caſ. 294. n. 298. & ſeqq.* Cevall. *com. contr. com. quæſt. 348. per tot.* Rot. *par. 9. recent. dec. 210. nu. 47. & 48.* ubi idem in ſimilibus, & concludit ſi præmium ſit diviſibile, inter eos eſſe æqualiter dividendum, ſi indiviſibile, inter ipſum tantum, aliis excluſis, iterùm curſum peragendum, ratione majoris laboris, & meriti ex illorum parte intervenientis; Niſi tamen aliter ſervetur de conſuetudine in aliquo caſu, vel loco.

2 Præmium conceſſum revelanti malefactorem alicujus delicti, non debetur ſocio, participi, ſive complici ejuſdem delicti, qui alios revelaret, niſi aliter ſit expreſſè promiſſum, vel niſi agatur de crimine, læſæ majeſtatis, in quo etiam complices revelantes & probantes gaudent præmio Clar. & Bajard. *in §. fin. quæſt. 27. verſ. in multis*, Card. Tuſch. *lit. S. concluſ. 632. n. 2.* Conciol. *reſol. crim. verb. Impunitas reſol. 2. per tot.* ubi loquitur de impunitate, ut nec iſta proſit prædictis, nec auctori criminis, niſi aliter ſit expreſſum, & quis dicatur principalis delinquens ad hunc effectum, an inſtigans, vel conſulens, & alia, Guaz. *deff. 18. cap. 2.* ubi etiam n. 33. quòd quando deberetur sociis, & complicibus eſſet neceſſarium, quod revelaſſent dictum ante ſequtam capturam. Latè Giurb. *conſ. 22. à n. 4.*

Et ſi bannum exciperet, vel exceptuaret tantùm principalem delinquentem à conſecutione impunitatis, vel præmii, ut communiter fieri ſolet, quis dicatur principalis an mandans, vel mandatarius, Bertaz. *conſil. 143. & 190. lib. 1.* Menoch. *de arbit. caſ. 352. n. 7.* Coſta *remed. ſubſid. an. num. 10. &c.* Farinac. *quæſt. 135. num. 4. & ſeqq.* Conciol. *reſ. crim. verb. Impunitas reſol. 2. n. 6.* ubi quòd mandatarius qui propriis manibus occidit dicitur principalis delinquens, & mandans acceſſorius, licèt alii contrarium ſentiant, imò mandantem eſſe principalem, quos refert Farinac. *loc. cit.* Idem Giurb. *conſ. 22. n. 9.*

Præmium, ut debeatur revelanti malefactorem, 3 requiritur, quòd etiam probet delictum ab eo commiſſum, ita ut cùm agatur de delatore voluntario, requiratur perfecta probatio, & non ſufficiat ſubminiſtraſſe indicia ad torturam, etiam ſi ex ea ſequatur confeſſio rei, niſi aliter ſit expreſſum, quia dicta confeſſio eſſet potius attribuenda inquiſitioni judicis, & vi torturæ, quam revelanti juxta doctrinam Bald. & Brun. relatam uti memoria dignam per Boſſ. *tract. crim. tit. de confeſſ. per tot. num. 28.* Menoch. *de arbitr. caſ. 198. nu. 10. &c.* Clar. *§ fin. quæſt. 27. in fine*, Guaz. 18. *cap. 2.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Impunitas reſolut. pr. num. 5. & ſeqq.* ubi idem quoad impunitatem, Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 48. per tot.* quò etiam quòd de jure non debetur illis, qui accuſare prohibentur, ut pueri, mulieres, ſervi, liberti, ſubditi, clerici, milites, filii, tutores, curatores, & ſimiles, prout declarant DD. prædicti, vide *in §. Indulgentia, vel Indultum nu. 2.* Et quòd relevans delictum ob impunitatem dicatur illud probaſſe, ſi ſubminiſtret inditia ad torturam, firmat Merlin. Pignarel. *contr. forenſ. cent. 1. contr. 64. n. 12.*

Plura notabilia de præmiis, quæ antiquitùs per leges concedebantur, vel arbitrio judicis, & etiam hodie dantur delatoribus ſecretis, & voluntariis revelantibus, & probantibus delicta occulta, Menoch. *de arbitr. caſ. 198. num. 1. & ſeqq.* Lanfranch. Zach. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 84. per tot.* Giurb. *conſil. crimin. 22.* Ricc. *Collect. 2617.* Ambroſin *deciſ. Peraſ. 23. per tot.* & alii relati per Joſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ. 15. n. 15. &c.* dixi in Pract. *§. Premio per tot.* ubi de ſtylo, & bannimenti ſtatus Florentini in hac materia, Tuſch. *litt. P. concluſ. 514. cum duabus ſeqq.* Anton. de Bellis *tract. var. lib. pr. q. 26. n. 76. & ſeqq.* ubi quòd bannum promittens præmium probanti delictum non prodeſt ei, qui ſola exhibet indicia, & ideò quidam Fornarolus indicando delinquentes, cum quibus ipſe fuerat particeps, ſperando præmium, fuit licitè ſuſpenſus, & alia ad rem, ſequitur Conciol. *reſ. crim. verb. Impunitas reſ. pr. num. 7.*

Præmium, ſive participatio condemnationis, vel capturæ debetur toties quoties facta fuerit captura delinquentis, cùm agatur de materia favorabili; 4 Cuman. *conſ. 14.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 632. n. 2.* Bajard. ad Clar. *quæſt. 29. n. 26.*

Quòd proclamata concedentia præmium pro occidendis bannitis ſint pro quiete publica, & ob id reputentur favorabilia, & ſint latè interpretanda, nec abſurdo intellectu coarctanda, Theſ. *qu. for. 52. lib. 2.* Cabal. *reſ. crim. caſ. 179.* Ricc. *Collect. 2617.* Conciol. *verb. Bannitus reſol. . num. 8.*

Quapropter deberi præmium capienti delinquentem, etiam ſi poſtea de carceribus aufugerit, vel per ſtandem ſub ficto nomine alterius impunis per errorem relaxatus fuerit, pro pœna illi poſtea citato tanquam contumaci impoſita, fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Florentiæ me proponente ſub die 23. Junii 1679. ad favorem Capitanei Joannis de Centiva, ut conſtat in Giornali Partitarum 655. à 57.

Præ

5 Præmium concessum revelanti, sive capienti malefactorem de jure non debetur Baroncellis, vel aliis executoribus, qui ad id tenetur ex debito officii, Clar. §. *fin. quæst.* 29. *versic. cæterum*, Menoch. *de arbitr. cas.* 198. *n.* 35. Farinac. *quæst.* 103. *nu.* 355. Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 516. Scaglion. *in Prag. Reg. Alleg. decis.* 4. *n.* 9. *fol. mihi* 371. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 35. *n.* 7. Ricc. *Collect.* 2617. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 380. *vers. unde licet*, Conciol. *resol. crimin. verb. Bannitus resol.* 8. *per tot.* Quod etiam procedit respectu Perfecti triumium capientis Piratas Carleval. *de Judic. tom.* 1. *disp.* 4. *n.* 3.

Quòd etiam in statu Ecclesiastico de consuetudine passim debeatur præmium Executoribus, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 6. *ad* 8. *nu.* 14.

Contrarium tamen de consuetudine servatur in multis locis, & præcipuè in statu Florentino, Cabal. *res. crim. cas.* 279. *num.* 11. *&c.* Guaz. *deff.* 5. *c. pr. n.* 19. *& deff.* 10. *c.* 2. *nu.* 10. *in fine*, Bojard. ad Clar. loc. cit. & dixi in Pract. §. *Premia n.* 14. Borg. Cavalcan. *dec.* 23. *per tot. part.* 5. ubi etiam quod debetur Capitaneo, & non birruariis, qui ejus nomine capiunt, & idem in similibus, qui de mandato alterius exequuntur, *infra n.* 14.

6 Præmium prædictum non potest concedi nisi à Supremis Magistratibus, vel cum licentia Superioris, & Principis, Menoch. *de arbitr. lib. pr quæst.* 46. *n.* 2. Clar. §. *fin. quæst.* 29. Guaz. *deff.* 18. *cap.* 2. *n.* 9. ubi tamen quòd saltem essent reficiendæ expensæ factæ pro captura rei, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 8. §. 4. *nu* 80. *& seqq. & cap.* 7. §. 9. *&* 10. *n.* 2. *& seqq.* vide *in* §. *Indultum n.* 2.

An autem sit licitum in conscientia proponere præmium pro occisione banniti, aliquid dubitant, & non approbant hujusmodi morem, alii verò dicunt esse omninò permissum propter bonum publicum, ut testatur Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 24. ubi tamen quòd non est facilè hæc facultas concedenda.

Quòd licitum esse concludit etiam Marcell. Megall. *var. tom. pr. res.* 59 quem refert, & sequitur Raynald. *loc. cit. n.* 95. ubi tamen *num.* 96. *& seqq.* valdè dubitat, & disputat per rationes, & auctoritates hinc indè relatas, an validè, & justè possit dari facultas occidendi delinquentes nondum condemnatos, concludens num. 121. pro negativa, exceptis aliquibus casibus, ut si ageretur de enormissimis delictis, ac contra notorios delinquentes de proximo banniendos; secùs autem contra occultos delinquentes, quia in judicando de occultis Deus pro se reservavit, & ideò in istis homo misericorditer corripiat quod potest, quod non potest patienter ferat, & cum dilectione gemat, atque lugeat, donec Deus, aut desuper emendet, & corrigat, aut usque ad messem differat eradicare zizaniam, & paleam ventilare, juxta sententiam D. Augustini contra Epistolam Parmeniani *lib.* 3. *cap.* 2. Si enim omnia in hoc sæculo vendicata essent, locum divina judicia non haberent, & ut credamus post præsentem peregrinationem aliud adesse magis tremendum Tribunal, vide *in* §. *Princeps n.* 1.

7 Præmium prædictum non debetur uxori occidenti virum bannitum, nec è contra marito occidenti uxorem bannitam, nec filiis occidentibus patrem pariter bannitum, vel è contra, sed potiùs pœna arbitraria ratione parricidii, nisi essent proditores patriæ, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 356. *nu.* 20. *& n.* 87. Caball. *resol. crim. cas.* 278. Guaz. *deff.* 18. *c.* 2. *n.* 8. Farinac. *quæst.* 103. *n.* 175. *&c.*

Item non debetur præmium, sed pœna occidenti mulierem bannitam prægnantem, etiam paucis diebus, & ex illicito concubitu, ne fœtus innocens cum illa pereat, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 55. P. Manar. *Noct. Malcucol. interrogat.* 94. Farinac. *quæst.* 103. *n.* 61. *& seqq.*

Quid autem in cæteris mulieribus bannitis non prægnantibus, vide Farinac. *loc. cit.* Cabal. *resol. crim. cas.* 276. *per tot.* ubi quòd de jure non debetur præmium, imò vix impunitos dimitteret hujusmodi occisores mulierum bannitarum, cùm in illis cesset prorsus ratio bannimentorum præmium concedentium; testatur tamen contrarium vidisse servari, & ego dixi in Pract. §. *Premio n.* 20. Caballum sequitur, & comendat Laurent. Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* 30. *nu.* 63. quatenus firmavit impium esse hujusmodi facinus, cùm in fœminis cesset ratio bannimentalis, &c

Præmium, & impunitas debetur saltem de consuetudine, etiamsi capiens, vel occidens bannitum ignoranter id egerit, ut quia nesciverit esse bannitum, vel adesse præmium, Guaz. *deff.* 18. *cap.* 2. *n.* 17. Cabal. *cas.* 274. *n.* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 185. *n.* 44. *n.* 50. Farinac. *quæst.* 103. *num.* 30. *&c.* idem Cabal. *cas.* 287. *n.* 50. 8

Facit quia existens in gratia, & faciens opera ordinata pro lucranda indulgentia concessa, illam lucratur, licèt ignoret esse concessam, sicuti de salutatione Angelica cum tribus versiculis recitari solita de sero ad sonum campanæ, pro qua est concessa indulgentia plenaria ab Adriano VI. firmat Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 24. ubi tamen refert alios tenentes ad lucrandam indulgentiam, requiri intentionem actualem, vel saltem virtualem, quæ deficit in ignorante, facit idem Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 133. *& tract.* 12. *resol.* 6. *&c.*

Præmium non debetur, sed pœna occidenti bannitum, quem sciebat esse nulliter condemnatum, 9
Gratian. *discept. forens. cap.* 638. *nu* 3. *&c.* Vant. *de nullitat. tit. quoties, & intra quod temp. &c. n.* 44. planè Farinac. *d. quæst.* 103. *n.* 32. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *n.* 7. *& cas.* 283. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 88. *n.* 9. dixi in Pract. §. *Banditi n.* 40. *&* §. *Premio n.* 19.

Item est in occidente bannitum gratiatum, sed nondum cancellatum. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 297. *per tot.* dixi in §. *Bannitus nu.* 4. *in Addit.* ubi quando puniatur pœna ordinaria, vel extraordinaria, Costa *de facti scient. & ignoran. Distinct.* 23. *per tot.*

Præmium intelligitur concessum solùm respectu 10
personarum jurisdictioni concedentis subjectarum, & ideò non debetur occidenti Clericum bannitum, ne per indirectum exerceatur jurisdictio in exemptos, nisi propter illorum enormitates se indignos reddiderint privilegio, Franc. *dec.* 463 Cabal. *resol. crim. cas.* 60. *per tot.* Farinac. *quæst.* 103. *num.* 318. facit quod dixi in Pract. §. *Banditi num.* 60. *&* 70. Francesc. *consult. moral.* 17. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 4. *n.* 196.

Præmium debetur occidenti bannitum etiam ex- 11
tra statum, & jurisdictionem Principis bannientis, quamvis occidens possit puniri in loco homicidii commissi, Bald. *cons.* 428. *in fine lib.* 5. Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 516. *n.* 10. Cabal. *resol. crim. cas.* 61. *in fine*, Farinac. *quæst.* 103. *nu.* 208. *& seqq.*

De conclusione ibi contenta Raynald. *loc. cit. nu.* 197. *& seqq. per tot.* ubi dubitat an Princeps possit tuta conscientia facere occidere bannitum extra statum suum, & dicit fuisse per Theologos affirmativè resolutum, quoties bannitus continuet esse molestus subditis suis, licèt ipse non totaliter acquiescat dictæ resolutioni.

Quòd procedit sine difficultate, si bannito occiso amputetur caput, & deferatur in loco banni pro legitima recognitione facienda; quamvis non ignorem, sed an justè dubitem fuisse Florentiæ de anno 1468. sub die 6. Junii concessum præmium Gregorio Bernardini de Rubertis Aretino pro occisione banniti facta in alieno territorio, etiam capite non præsentato, sed sola sententia capitali contra eundem in loco delicti juridicè promulgata, prout in filcia supplicationum dicti anni sub c. 250. Cancellariæ DD. Octo Baliæ Virorum, vide in Pract. in addit. §. *Præmio* ubi plura notabilia ad rem.

Præmium debetur etiam occidenti delinquentem notorium, quamvis nondum condemnatum, neque bannitum, quando pœna est ipso jure imposita, cùm de proximo banniendus habeatur pro bannito, si lapsi sint termini deffensionales, Cabal. *resol. crim. cas.* 275. *n.* 14. Bajard. ad Clar. §. *Homicidium nu.* 897. Farinac. *quæst.* 103. *n.* 123. *& n.* 325. *& seqq. limit.* 22. *per tot.* dixi in *resol. cap.* 93. *num.* 23. & in Pract.

Pract. in addit. *§. Præmio* ubi plura notabilia ad rem.

12 Præmium debetur etiam occidenti delinquentem notorium, quamvis nondum condemnatum, neque bannitum, quando pœna est ipso jure imposita, cùm de proximo banniendus habeatur pro bannito, si lapsi sint termini diffensionales, Cabal. *resol. crim. cas.* 275. *n.* 14. Bajard. ad Clar. *§. Homicidium num.* 197. Farinac. *quæst.* 103. *n.* 123. *& nu.* 325. *& seqq. limit.* 22. *per tot.* dixi in *resol. cap.* 93. *n.* 23. & in Pract. *§. Banditi n.* 55. *& §. Premio n.* 23. vide §. *Bannitus n.* 5.

Contrarium vide per Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 6. *in fine*, Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 83. Fulvi. Majoran. *in Opopraux. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 60. *& seqq.* ubi quòd imò talis occisor debet puniri, etiamsi pœna esset ipso jure imposita, cùm saltem semper opus sit declaratione, ac aliis rationibus, & auctoritatibus ibi per eum relatis.

13 Præmium concessum capienti lupum, vel aliud animal, debetur pro una summa tantùm capienti lupam prægnantem, vel etiam lactantem cum lupis natis, quia tam lupi existentes in utero, quàm nati, dum adhuc nutriuntur ex lacte matris reputantur pars viscerum illius, & habentur pro uno tantùm cum matre, sicque unicum debetur præmium Oinot. *in §. Permissum num.* 15. *Instit. de tot. fol.* 12. Lanfranc. Zacch. *tractat. de salar. & merced. quæst.* 89. *n.* 6. *& seqq.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 43. dixi in *§. Statutum dans præmium.*

Sicuti etiam quando plures intervenerunt ad capturam banditi, unicum tantùm debetur præmium inter eos dividendum, Farinac. *quæst.* 103. *n.* 359. sequitur Conciol. *resol. crim. verb. Stat. resol.* 5. *in fine.*

14 Præmium concessum ei, qui dederit vivum, vel mortuum delinquentem in manibus, vel posse Curiæ, intelligitur concessum pro laboribus, & periculo, ac debetur ei, qui fuit causa formalis capturationis delinquentis, & qui consignavit, non autem ei, qui consuluit, vel fortè mandavit fieri, vel tractavit, vel fuit inventor modi capiendi, vel occidendi bannitum, sed ei, qui ut supra fecit factum, & cum quo lex promittens transivit in contractum, etiamsi esset Clericus, vel Religiosus, maximè si fecerit de ordine, & licentia suorum Superiorum, ut probat Marthe *vot. Pis.* 555. *per tot.* vide supra *n.* 5. *in fine.*

Quod præmium debeatur etiam clericis, & aliis personis Ecclesiasticis bannitum occidentibus, quia active comprehenduntur in edictis etiam sæcularibus, & possunt illis uti tanquam privilegio; benè verùm est, quod incurrunt in irregularitatem, ob quam, & aliis rationibus possunt processari, & puniri à Curia Ecclesiastica, ut latè pluribus citatis, aliquos casus distinguendo probat Reynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. *§.* 4. *n.* 167. *& seqq. per tot.* licèt *nu.* 186. *& seqq.* intelligat posse puniri si id omninò voluntariè, vel ex odio, & inimicitia, absque causa agant, secùs autem si necessitate urgente, pro defensione propria, aut proximi innocentis, vel boni publici.

Alia plura notabilia de dictis præmiis, quandò, & quidem debeantur, vel non, dixi in Pract. *§. Præmio per tot.* &. præcipuè in Additionibus ibi factis pro nova impressione.

15 Præmium an, & quando debeatur, vel non licitatoribus, vel conductoribus redituum fiscalium pro augmento illorum, Larrea *Alleg. fisc.* 29. *per tot.* Gutierez *de Gabellis quæst.* 152. *&c.* Cosis *tract. de ratione ratæ quæst.* 167. dixi in *§. Subhastatio n.* 10. *&c.*

16 Præmium non debetur, sed pœna falsò asserenti occidisse bannitum, qui fuit ab alio occisus, ut dixi in *§. Stat. dans præmium sub n.* 1.

17 Præmia dare benefacientibus, legis esse, invente esse in excitationem boni, & ut facilius homines Reipublicæ inserviant, quantùm virtutem augeant, moveant, & expediant ad labores, & studia, in negotiis detineant, & alia remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Præmia.*

De Præmiis aliqua notat Bertachin. *in repert. verb. Præmium*, & alia indicat Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg. part.* 5. *verb. Præmium fol.* 377. Vide etiã Tusc. *pract. concl. lit. p.* Daoya *in Indic.* Beyerlinck. *in theatr. vit. human.*

Præmium magnum pro modico oportuno servitio de condigno per Principem dari solet. Rovit. *pragm.* 25. *de feud. nu.* 45. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 4. *n.* 14. 18

In Gratia Coadiutoriæ conceditur futura successio in premium præteriti servitii Rot. *dec.* 112. *nu.* 25. *& seqq. part.* 16. *rec.* & cor. Merl. *dec.* 768. *sub nu.* 3. *vers. alterum* Pitoo. *de Jurep. all.* 30. *sub n.* 22. 19

Præmia quomodo conferenda Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. 20

Præmii ad consequutionem aliquid faciens an, 21 ultra illud habeat expensas in faciendo erogatas Cabal. *cas.* 179.

§. PRÆSCRIPTIO. XXXVIII.

PRæscriptio dicitur acquisitio, sive adjectio dominii per continuationem possessionis tempore à lege definito, *l.* 3. *ff. de præscript.* Hostien. *in sum. ejusd. tit.* §. 1. *num.* 3. & alias descriptiones ponit Oinot. *Instit. de usucap. & long. temp. præscript. num.* 4. *& seqq. fol.* 120. Bald. *tract. de præscript. part.* 1. *prin. quæst.* 3. *per tot. &c.* ubi plura ad intelligentiam terminorum, Paul. Christin. *decis.* 81. *num.* 2. *&c. vol.* 4. ubi quomodo differat ab usucapione, & alia, *& decis.* 82. 83. 84. *&* 85. *dict. volum.* 4. ubi multa de hac materie, *& ad leg. municip. tit.* 20. *per tot.* Fagundez *de just. & contract. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. *et seqq.* Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *art.* 1. *etc. fol.* 429. Plura de nomine, origine, æquitate, definitione, divisione, requisitis, & hujusmodi in materia præscriptionis, & usucapionis, Mella *tract. sive Disput. de usucap. et præscript. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 43. *in princ. tom.* 7. Ansald. *de Commerc. disc.* 95. *n.* 32. Passarell. *de Donat. lib.* 5. *quæst.* 5. *n.* 88. 1

Præscriptio autem non præsumitur, sed est probanda ab allegante cum omnibus qualitatibus, & requisitis ad illam inducendam necessariis, quæ qualia sint in præscriptione rerum corporalium, qualia in præscriptione rerum incorporalium, quomodo articuli concipi debeant, & testes deponere, plenè Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1212. 1213. 1214. *&* 1215. *per tot.* Cabal. *cons.* 178. *lib.* 1. Valcaz. *cons.* 178. *num.* 50. *&* 51. *lib.* 2 Bonden. *de præscript. docum.* 5. *num.* 2. Rot. coram Ubald. *dec.* 206. *nu.* 1. Tranchedin. *consult.* 75. *nu.* 9. Gob. *de Acquis. quæst.* 10. *num.* 35. Monald. *dec.* 206. *num.* 1. Altimar. *dict. quæst.* 43. *per tot.*, ubi latissimè.

Præscriptio fuit ob bonum publicum inducta, ne dominia rerum semper sint in incerto, & ut aliquis sit litium finis, Oinot. & Bald. *loc. cit.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *n.* 9. *fol.* 476. vide Tusc. *lit. P. conclus.* 520. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 626. ubi an possit per pactum tolli, Mellia *dict. tract. part. pr. Disput. pr.* ubi de usucapione, *& part.* 2. *cap.* 3. *per tot.* ubi de præscriptione, Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 97. *nu. pr. et seqq.* Pigant. *ad Statut. Ferr. tom.* 2. *rubr.* 128. *num. pr.* Andreol. *controv.* 59. *num. pr.* Marcian. *disp.* 98. *n.* 7. Passarell. *de donat. libr.* 3. *quæst. pr. num.* 18. *&* 51. Francesc. *de Iurus. quæst.* 84. *n.* 6. *& quæst.* 105. *nu.* 17. Altimar. *loc. cit. n.* 47. Gobb. *consult.* 52. *n.* 136. *&* 137. Ansald. *dict. disc.* 95. *n.* 37. 2

Effectus præcipuus præscriptionis est transferre dominium de uno in alium, Jordan. *d. tit.* 24. *num.* 485. *&c. fol.* 506. Oinot. *ubi supra num.* 69. *et seqq. fol.* 132. Licet alii dicant non transferri dominium, sed solam securitatem perpetuæ possessionis Pigant. *loc. citat. num.* 2. ex Calvin. *de usufruct. cap.* 11. *n.* 13. Altimar. *loc. cit. n.* 49.

Quòd præscriptio sit odiosa, impium præsidium, & contra naturalem æquitatem, Gravett. *cons.* 202. *num.* 37. Roland. *cons.* 21. *n.* 38. *&* 46. *libr.* 2. *& cons.* 68. *num.* 11. *& seqq. n.* 35. *lib.* 3. Cabal. *cons.* 178. *nu.* 23.

23. *lib. pr.* Larrea *allegat.* 18. *num.* 25. Noguerol. *allegat.* 31. *num.* 43. Palma *allegat. pr. num.* 45. Pacion. *de Loc. cap.* 52. *à num.* 5. Utet. & Benden. *de Jur. pasc. cap.* 45. *num.* 44. Merlin. *dec.* 811. *num.* 4. Balduce. *tr. de Dot.* 4. *decis. pr. n.* 47. Torr. *de Pact. libr.* 3. *cap. pr. n.* 363. *&* 364. Rocce *disput.* 149. *n. n.* 55. Roccus *resp.* 65. *n.* 26. *libr. pr.*

Imò præscriptionem, & usucapionem esse fundatam in æquitate, publica salute, & utilitate, ac tota aberresse via Doctores, qui illam distinxerunt in odiosam, favorabilem, & mixtam, probat Mella *d. tract. part. pr. cap. pr. & part.* 2. *cap.* 3. *per tot.* Macent. *d. respons.* 97. *num. pr. &c.* P. Afflict. *controv.* 49. *num.* 9. Camill. *de Curt. in diversf. feud. part. pr. §. declarata, nu.* 33. *fol.* 69. Altimar. *ubi supra n.* 60.

3 Præscriptio dividitur in plures species, nam alia dicitur favorabilis, alia odiosa, alia mixta, alie anomala, & alia sua natura currens. Vide Altimar. *de nullit. rub. pr. p.* 5. *q.* 43. *n.* 83. *n.* 92. *et n.* 100. *tom.* 7.

Item alia est triennalis, quæ procedit in mobilibus, alia longis temporis decem scilicet annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, alia longissimi temporis, triginta scilicet, vel quadraginta annorum, alia quadragenaria, quæ etiam canonica, sive Ecclesiastica nuncupatur, alia centenaria, alia tanti temporis, cujus initii memoria non extat, alia quadriennalis, alia viginti annorum, & similes tam horarum, quàm dierum, mensium, & annorum, quas refert Hostien. *in summ. de præscript.* Dm. Roger. & Bald. *in tract. de præscript.* Oinot. *Instit. de usucap. & longi temp. præscript. cap. de speciebus præscript. num. pr. &c. fol.* 126. *&c.* & singillatim incipiendo ab hora, & gradatim prosequendo usque ad immemorabilem, hujusmodi præscriptiones recenset Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 238. *& seqq. ad* 473. *fol.* 492. *&c.* plenè etiam Tusch. *litt. P. conclus.* 520. *cum pluribus seqq. ad* 590. *per tot.* Antonell. *de Tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 67. *à num. pr.* De Luc. *de Judic. disc.* 21. *à num.* 22. *de Jurisdict. disc.* 114. *n.* 3. Phæb. *dec.* 133. *nu.* 45. *tom.* 2. Altimar. *loc. cit.*

De præscriptione quadriennali favore fisci, vide in §. *Emptio n.* 26. Tusch. *litt. P. conclus.* 574. *per tot.*

De multiplici præscriptione contra fiscum, Tusch. *litt. P. conclus.* 569. *& seqq.* vide alios citatos *infrà num.* 12.

4 Præscriptio in genere plura requirit pro sui substantia, ut possit currere, & habere locum, nempe bonam fidem, justum titulum, & continuatam possessionem, & secundùm alios personam præscribentem, rem præscriptam, vel præscriptibilem, & personam contra quam præscribitur, sed hæc tria postrema præsupponuntur pro indubitatis, vel dic melius prout in sequentibus versibus.

Non usucapiens, nisi sint tibi talia quinque:
Bona Fides, justus titulus, res non vitiosa,
Quòd res tradatur, & tempus continuetur.

De quibus omnibus vide Plat, Porc. & alios, ac præcipuè Oinot. *Instit. de usucap. & long. temp. præscript.* Bald. *in notissimo suo tract. de præscript.* Paul. Christin. *decis.* 81. *n.* 4. *&c. vol.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 20. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1213. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num. pr. et seqq. per tot. fol.* 476. *&c.* ubi multa summatim colligit de more pro declaratione hujusmodi requisitorum, & dixi plures alios citando in Pract. §. *Prescrizione nu.* 12. Tusch. *litt. P. conclus.* 521. *&* 522. *per tot.* ubi quòd non procedit sine bona fide, quis dicatur bonæ, vel malæ fidei, & alia plura *in seqq. concl. usque ad conclus.* 591. Ricc. *Collect. in repert. verb. Præscriptio*, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 391. *num.* 32 *& seqq.* Thom. Trivil. *decis.* 24. *per tot.* ubi plura de bona, vel mala fide præsumenda, vel probanda, Fagundez *de just. & contract. lib.* 2. *cap.* 15. *per tot.* ubi benè explicat omnia prædicta requisita, & alia de materia acquisitionis per usucapionem, vel præscriptionem, & maximè pro foro conscientiæ, Gibalio. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *per tot. fol.* 429. *&c.* ubi late de dictis requisitis. Vela *dissert.* 8. *à num.* 11. *dissert.* 38. *num.* 97. *dissert.* 48. *num.* 15. *& à nu.* 45. Cyriac. *controv.* 321. *&* 532. Castill. *de Tertiis cap.* 26. Carleval. *de Judic. tit.* 3. *disp.* 4. *num.* 2. Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 48. *art. pr. nu.* 4. Fontanell. *dec.* 151. *& seqq.* De Franc. & Add. *dec.* 56. Altimar. *ubi supra num.* 92. Gobb. *de Monet. quæst.* 8. *n.* 2. 36. *&* 47. Ansald. *disc.* 95. *n.* 8. Scopp. ad Merlin. *contr.* 44. *n.* 25. *lib. pr.*

Quoad titulum ad effectum præscribendi, non requiri quod sit justus, sed sufficiat aliqualis, & putativus ex justo errore, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 520. *num.* 18. *et* 19. *part.* 14. *decis.* 21. *n.* 12. *&c.* vide in §. *Titulus num.* 13. & Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 289. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 43. *sect. pr. num.* 34. *tom.* 7. Salgad. *p.* 3. *de protect. cap.* 10. *n.* 283. Pareja *de Instr. Edit. tit.* 10. *resol. n.*

Quod si post completam præscriptionem superveniat mala fides, sit tutus præscribens in utroque foro, Vivi. *comm. opin.* 629. vide in §. *Mala fides.* Cyriac. *discept.* 67. *num.* 18. Passarin. *problem. legal.* 7. §. 3. *num.* 472. De Luc. *de Alienat. dis.* 2. *num.* 12. *disc.* 26. *num.* 11. Del Ben. *tract. moral.* 5. *de radic. rest. à num.* 37. Layman. *libr.* 3. *tit. pr. cap.* 8. *nu.* 4. Ansald. *de Commerc. disc.* 95. *nu.* 26. Fraoces *de Intrus. quæst.* 72. *num.* 22. Vide infra *n.* 11. & pariter infra *in novissimis additionibus* Crescen.

Præscriptio currit etiam de jure canonico sine bona fide, quando agitur de jure quærendo, & non de jure jam quæsito amittendo, Anchar. *in cap. sine possessione num.* 7. *in fine de reg. jur. in* 6. Bald. *de præscr.* 2. *part.* 3. *part. quæst.* 13. *num.* 9. Put. *decis.* 128. *lib.* 2. *n.* 2. *part.* 2. Noviss. refert & Rot. *decis.* 180. *num. pr. part.* 2. *divers. decis.* 181. sequitur indubitatum, ac notandum asserens Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 306. *fol.* 251. ubi loquitur in terminis jurispatronatus, & legati, de quo dixi in §. *Hæres num.* idem Jordan. *volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 26. *fol.* 477. *& num.* 427. *fol.* 503. ubi quòd non sit necessaria bona fides in præscribenda libertate, sed sufficiat creditoris cessatio, quando debitor non tenebatur creditorem adire. Altimar. *dict. q.* 43. *sect. pr. n.* 169. *vers. & quod semper.* 5

Quòd in præscribenda, & inducenda consuetudine non etiam requiratur bona fides, & quare, Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 37. *per tot.*

Multa autem, an, & quando possessor malæ fidei possit tuta conscientia præscribere, & retinere, Thom. Hurtad. *resol. moral. part.* 2. *tract.* 8. *per tot. fol. mihi* 54. *& seqq.* vide in §. *Mala fides nu.* 8. Less. *de justit. & jur. lib.* 2. *cap.* 6. *disput.* 6. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 43. *sect. pr. à num.* 29. *tom.* 7.

Præscriptio statutaria requirit bonam fidem, & alia requisita, de quibus Mohed. *decis.* 4. *de præscript. cum Addit.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 402. *nu.* 59. *&c. cap.* 994. *num.* 5. *&c.* ubi etiam quòd non procederet contra forenses, Peregrin. *decis.* 131. *n.* 7. *& seqq.* ubi plura de præscriptione statutaria, ut requirat bonam fidem, &c. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 43. *sect. pr. n.* 95. *tom.* 7. 6

Quòd cum mala fide nulla currat præscriptio de jure canonico, ita ut actoris noceat successori universali, Magon. *decis. Flor.* 95. *num.* 3. *&c.* Cabal. *cons. decis.* 105. *per tot. lib.* 2. vide in §. *Mala fides nu.* Fontanel. *decis.* 152. *& seqq.* ubi plura de præscriptione statutaria, an, & quando currat non obstante mala fide, intelligendo quoad forum externum, secùs autem in foro conscientiæ, de quo vide Less. *loc. sup. cit.* & alia multa de præscriptione statutaria, tradit Conciol. cum Romaguer. *Stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 30. *per tot.* vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. par.* 5. *quæst.* 43. *sect. pr. à num.* 100. *tom.* 7. Jo. de Balvoa *in c. sacrorum & in c. de quarta de Præscript. q.* 2. *n.* 36.

Quòd statutaria præscriptio tamquam subrogata in locum præscriptionis 30. vel 40. annorum currat etiam contra ignorantes, licèt possint in integrum restitui, Marcha vot. *Pis.* 151 *num. pr. etc.* Rot. post Urceol. *de transact. decis.* 95. *& part.* 17. *recent. dec.* 575. *num.* 3. *& seqq.* ubi in terminis statuti Urbis, non procedat contra ignorantes, quando ignorantia est justa, secùs verò si sit supina, & improbabilis,

cùm

cùm habeatur pro sciente qui non vult scire, & part. 18. decis. 392. per tot. in eadem causa. Vide Constant. ad sta. ut. Urb. annot. 48. à nu. 156. tom. 2. Altimar. dict. q. 43. n. 533. tom. 7.

Quòd hujusmodi statuta præscriptionem inducentia sint valida, & quomodo intelligenda, latè Card. Tusch. litt. S. concl. 631. & 634. per tot. Gabriel. comm. concl. tit. de præscript. concl. 4. Ricc. Collect. 2381. Peregrin. decis. 131. per tot. Altimar. loc. cit. n. 532. Urceol. consult. 23. n. 15.

Ut præscriptio statutaria currat etiam cum mala fide, & de jure canonico, tres cautelas docet Ferret. caut. 38. & Cæpol. caut. 46. veluti si transacto tempore à statuto ordinaro, disponeret idem statutum, instrumentum debiti præsumi nullum, fictitium, vel simulatum, sive amplius probationem non facere, quia tunc per illud non probaretur debitum, Bart. in l. omnes populi, ff. de just. & jur. Rot. part. 2. div. decis. 104. num. 2. & decis. 8. part. 3. Altograd. cons. 53. num. 32. lib. 2. Leoncil. decis. Fer. 76. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 52. per tot. Merlin. decision. 124 num. 12. &c. ubi in terminis statuti Urbis firmat non obstare malam fidem; cùm idem statutum non tollat directè, & immediatè jus creditoris, sed stante illius negligentia, & taciturnitate per 26. annos, inducat præsumptionem solutionis, qua stante non potest amplius mala fides considerari, ut latiùs ibidem declarat, & opiniones concordat, sequitur Rot. part. 17. recent. decis. 379. nu. 2. & seqq. Pacion. de locat. & conduct. cap. 52. num. 38. & seqq. latè Thom. Hurtad. resol. moral. part. 2. tract. 8. §. 8. fol. 61. &c. Constant. ad statut. Urb. annot. 48. art. pr. à num. 22. tom. 2. Altimar. dict. sect. pr. n. 127. & 169. & dict. q. 43. n. 538. eod. tom. 7.

Quòd præscriptio statutaria fundata in præsumptione solutionis non afficiat existentes sub patria potestate, & tollatur per contrarias præsumptiones, Rot. part. 10. rec. decis. 302. nu. 12. et 13. Bich. decis. 603. num. 18. et seqq. ubi quòd non currit stante mala fide, quæ nocent etiam hæredi, neque stante aliqua contraria præponderante præsumptione. Constant. ubi supra n. 245.

Prædictas cautelas refert, sed subtiles, & periculosas dicit, cogitandum relinquens, Pac. Jordan. Lucubr. 3. lib. 14. tit. 24. num. 47. fol. 479.

Et quòd imò semper requiratur bona fides, etiamsi statutum mandaret creditores non audiri post certum tempus, Surd. decis. 158 per tot. Card. Tusch. litt. P. conclus. 521. nu. 25. 74. etc. ubi de veriori, & communiori opinione testatur, non obstantibus quibuscumque verbis, & cautelis statuti, quia cùm agatur de peccato prævalet jus canonicum; vide tamen Gabriel. comm. conclus. tit. de præscript. conclus. 4. per tot. Leoncil. Merlin. Gratian. & alios supracitatos, Altograd. cons. 53. num. 2. &c. & num. 24. lib. 2. ubi quòd statutum inducens præscriptionem debet intelligi stante bona fide, & ignorantia debiti, cùm aliàs tanquam nutritivum peccati non subsisteret, Cabal. cons. decis. 105. lib. 2. Paul. Christin. dec. 84. num. 2. &c. volum. 4. Fachin. contr. jur. lib. pr. cap. 63. idem Christie. ad leg. Municip. tit. 20. in princ. num. 13. ubi limitat in jure quærendo, & in pœna, quæ potest præscribi etiam cum male fide, & de jure canonico. Sicut etiam limitari potest si statutum, prout Urbis inducat ex lapsu temporis præsumptionem solutionis, quia tunc sicuti si debitor opponeret, & duceret de solutione esset absolvendus, ita etiam fieri debet allegando præsumptam solutionem, Rot. part. 17. rec. dec. 379. num. 5. Pacion. de locat. cap. 52. num. 38. & seqq. Altimar. ubi supra n. 169.

7 Præscriptio statutaria non comprehendit actiones reales, ut in terminis Salviani probat Scapuc. de Salvian. lib. 2. qu. 23. per tot. Surd. dec. 174. num. 4. & per tot. Seraph. decision. 692. nu. 9. Martha vot. Pis. 251. num. 4. & seqq. ubi contra Bich. decis. 311. nu. 32. & seqq. Afflict. decis. 139. Card. Tusch. litt. P. conclus. 559. & 560. per tot. Urceol. Consultat. for. cap. 34. per tot ubi respondet contrariis, vide in §. Hypotheca num. Ridolph. in prax. par. 2. cap. 15. num. 116. & 117. &c. ubi quòd præscriptio statutaria Urbis Romæ non comprehendit actiones reales, nec census, nec contractus juratos, & interrumpitur per citationem, petitionem, & interpellationem judicialem, imò etiam extrajudicialem, adde latè Merlin. dec. 124. per tot. Ludovis. cum Beltramin. decis. 489. num. 15. & seqq. ubi quòd non comprehendit actiones mixtas, dotem, legitimam, & hujusmodi, Urceol. tract. de transact. qu. 79. num. 3. Rot. par. 17. rec. dec. 340. num. 18. ubi quòd non habet locum in fructibus census. Constantin. ubi suprà num. 127. Altimar. dict. quæst. 43. n. 576.

Item non comprehendit debita jurata, quia juramentum perpetuat actionem usque ad quadraginta annos, Everard. loc. à vi, & energ. juram. num. 49. Cabal. cons. dec. 101. n. 13. lib. 2. de quo tamen vide Rot. part. 3. divers. dec. 8. & post Cenc. de Cens. dec. 55. num. 4. Rot. rec. par. 9. dec. 179. nu. 63. &c. dec. 331. num. 18. ubi in terminis Statuti Bononiensis, Gratian. discept. forens. cap. 52. num. 13. capit. 490. num. 6. & 15. Gabriel. comm. concl. tit. de stat. concl. 11. Surd. dec. 3. & 5. Ferentil. ad Buratt. dec. 98. n. 5. Leoncil. dec. Ferr. 76. nu. 3. &c. ubi etiam an liget forenses, & alios non subditos, infrà num. 26. Merlin. decis. 124. ubi in terminis Statuti Urbis firmat procedere in quocumque contractu etiam jurato, & quasi contractu, ac etiam contra forenses, Ricc. Collect. 2381. ubi contrarium quoad forenses, Rot. part. 17. rec. dec. 127. nu. 24. & seqq. ubi quòd non comprehendit contractus juratos, si proveniat à statuto laicali absque confirmatione Apostolica in forma specifica cum speciali mentione casus jurati, quidquid sit si non facta mentione juramenti, statutum etiam laicale fidem adimeret instrumento, vel scripturæ, ut dixi in §. Statutum circa generalia nu. 4. vide Constantin. ad Statut. Urb. annot. 48. art. pr. n. 10. & seqq. tom. 2. Altimar. dict. sect. pr. sub n. 98. & dict. q. 43. n. 581.

Item non procederet contra mulieres creditrices, quia hoc casu masculinum non concipit fœmininum, Gratian. d. cap. 52. num. 10. quod ego intelligo, nisi statutum uteretur verbis impersonalibus, sive communibus utrique sexui.

Quòd præscriptio 26. annorum inducta à Statuto Urbis Romæ lib. 1. cap. 158. comprehendat etiam forenses, si petitio fiat in Urbe, & quando secùs latè Rot. post Fenzon. ad Stat. Urb. decis. 145. & part. 4. divers. decis. 674. Ridolph. n. in prax. part. 1. cap. 8. n. 205. & seqq. vide Rot. in Urbevetana relevationis indemnitatis 16. Jun. 1677. coram Taja, post Urceol. de transact. dec. 95. num. pr. & num. 10. & part. 17. rec. dec. 63. num. 9. ubi quòd comprehendit forenses in iis, quæ oriuntur ex post facto propter moram, vel negligentiam, & dec. 175. n. 9. & seqq. ubi bene declarat quando comprahendat forenses, vel non, & alia ad rem, & par. 18. dec. 392. per tot. ubi quòd suffragatur etiam favore debitoris forensis, maximè clerici, qui per modum privilegii uti potest dicto statuto, etiamsi ab initio de hoc non se declaraverit, prout regulariter requiritur, cùm huic casui talis non sit adaptabilis declaratio de qua dixi in §. Clericus num. 62. Constantin. loc. cit. à num. 57. De Luc. de Credit. disc. 129. n. 21. disc. 130. num. 7. 548. n. 12. Altimar. dict. q. 43. à n. 553.

Quòd dicta præscriptio statutaria non habeat locum inter forenses, Rot. part. 18. rec. decis. 771. n. 3.

Præscriptio à statuto laicorum inducta non obstat 8
Clericis, Ecclesiis, aliisque locis piis ex defectu potestatis etiam respectu bonorum patrimonialium, ac etiamsi Clericus esset hæres laicus, contra quem viventem esset inchoata, sed non finita præscriptio, nisi tamen Clericus agendo sumeret vires, & fundamentum à statuto laicali, quia tunc posset sibi objici præscriptio ab eodem statuto inducta, vel nisi essemus in statuto Papali, latè Sperel. dec. 135. per tot. Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rub. 30. nu. 2. & seqq. ubi sequitur Sperellum, & quòd clerici activè gaudent privilegio dicti statuti Constantin. loc. cit. à n. 57. Vide Altimar. dict. quæst. 43. n. 556.

Quòd statutum Urbis lib. 1. cap. 158. non comprehendat personas Ecclesiasticas ibidem non expressas ex defectu voluntatis, neque dotes, Rot. pluribus citatis par. 11. rec. dec. 39. num. 14. & 15.

Si tamen statutum inducens præscriptionem tolleret fidem instrumento, vel scripturæ post certum tempus, videretur procedere etiam contra Clericos, & Ecclesias per ea, quæ in simili notat Bich. decis. 23. num. 11. & seqq. intelligendo nisi aliundè doceatur de credito, ut ibidem num. 5. & dixi in §. Statutum generale num. 4. vide supra num. 6. Bich. dec. 91. num. 3. & seqq. ubi fuit confirmata prima decisio, Rot. part 17. rec. decis. 175. num. 12. & seqq. ubi in terminis dicti statuti Urbis, quòd licèt personæ Ecclesiasticæ ab eo non comprehendantur, tamen possunt illo uti per modum privilegii ad earum favorem.

9 Præscriptio statutaria, quòd creditor non petendo intra certum tempus ampliùs non audiatur, non habet locum contra fidejussorem solventem pro suo principali, & cessionem reportantem, sicut nec contra alium quemcumque solventem nomine alieno, Marchesan. de Commiss. part. 1. tit. de oblig. Camer. §. 1. num. 188. & seqq. Gabriel. conclus. 4. de præscript. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 47. vers. obiter fol. 479. & num. 201. fol. 489. Constantin. ad Statut. Urb. annot. 48. art. 2. à n. 134.

Item dicta præscriptio non procedit quando quis debitum constanter negat, quia cum statutum debitum supponat, ac illius solutionem præsumat, cessat ubi debitum adesse negatur, sicuti in terminis statuti Urbis, pluribus concordantibus adductis firmat Rot. par. 9. rec. decis. 284. num. 43. &c. part. 13. decis. 509. num. 16. Constant. loc. cit. nu. 95. Altimar. dict. q. 43. n. 569.

Quod fundetur in solutione præsumpta, qua cessante non procedit dictum statutum Urbis, Rot. par. 16. rec. dec. 417. num. 13. & par. 17. dec. 175. ubi etiam quòd non procedit contra ignorantes, & alia plura ad rem Constant. ad Stat. Urb. loc. cit. num. 77.

10 Præscriptio currit etiam cum mala fide circa modum agendi executivè vigore statuti concedentis executionem paratam instrumento, vel sententiæ, nam post triginta annos non potest amplius agi via executiva, sed agendum est via ordinaria, Magon. decis. Florent. 121. num. 1. &c. Alex. cons. 115. lib. 3. Covar. in cap. possessor 2. par. prælect. §. 9. num. 4. Tusch. litt. P. conclus. 547. Gratian. discept. forens. cap. 52. num. 22. &c. dixi in resol. cap. 7. n. 13. vide in §. Executio num. 22. Crescin. ad Pen. decis. 145. & decis. 222. De Luc. de Credit. disc. 117. num. 4. Altimar. dict. quæst. 43. à n. 289.

An autem dicta præscriptio viæ executivæ currat à die confectæ scripturæ privatæ, vel à die recognitionis ejus; magna est quæstio habens suos hinc inde fautores relatos ab Olea tractat. de cess. jur. tit. 2. quæst. 1. num. 66. & seqq. Vide Vela dissert. 26. Lasca decis. 49. n. 18. Urceol. consult. 1. nu. 59. libr. 1. Altimar. dict. q. 43. n. 190.

11 Præscriptio est approbata non tantùm de jure civili, sed etiam de jure Pontificio, & in foro conscientiæ, ita ut possidens bona fide, & præscribens sit tutus in conscientia, etiamsi deindè mala fides supervenisset, Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 49. nu. 2. & seqq.

Quod præscriptio jam perfecta, & consumata cum bona fide, & aliis requisitis necessariis, non revocetur ob supervenientiam malæ fidei, & scientiæ rei alienæ, ita ut etiam in foro conscientiæ possit securè res legitimè præscripta retineri, licèt post completam præscriptionem supervenisset mala fides, glos. & Innoc. in cap. ult. de præscript. Bart. in extravag. ad reprimendum verb. videbitur in fine, Jason. in l. post divisionem col. 2. Cod. de jur. & fact. ignor. Corn. cons. 177. col. 2. lib. 2. cum aliis pluribus Canonistis, Legistis, atque Theologis relatis per Tiraquel. tract. cessant. causa limit. 12. num. 16. & 17. inter reg. divers. fol. mihi 179. Covar. reg. possessor part. 3. §. 2. per tot. fol. mihi 635. tom. 1. Oinot. de usucap. & long. temp. præscript. in prin. num. 18. Leoncill. decis. Ferrar. 76. num. 9. Paul. Christin. dec. 84. num. 3. vol. 4. Merlin. decis. 124. num. 16. ubi limitat non procedere in præscriptione statuti Urbis Romæ, Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 44. fol. 478. Dian. part. 6. tract. 7. resol. 12. ubi nonnullos adducit in contrarium, sed malè olere dicit, & illorum rationibus satisfacit. Vide supra n. 4. in fin. & infra in novissim. addit. Crescin.

Quid si nondum completa præscriptione possessor bonæ fidei incipiat dubitare rem esse alienam, & in eam partem magis inclinet, an teneatur ad aliquam restitutionem, Dian. par. 2. tract. 15. resolut. 10. & 11. ubi refert contrarias opiniones, & negativam semper sibi visam probabiliorem.

An in aliquibus casibus procedat præscriptio ad favorem possessoris malæ fidei in foro conscientiæ, vide latè Thom. Hurtad. resol. Moral. part. 2. tract. 8. per tot. fol. 54. &c. tetigi in §. Mala fides num. 8.

12 Præscriptio quando procedat in actionibus personalibus, in causa fiscali, mutuo, vel deposito, & an ex sola scientia rei alienæ inducatur mala fides, & quid stante statuto quod certo tempore præscribatur, an requiratur tunc bona fides, & quid si statutum annullaret instrumentum, latè Gratian. disceptat. forens. capit. 52. per tot. cap. 173. num. 2. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 14. nu. 17. & seqq. fol. 477. Gabriel. comm. concl. tit. de præscrips. concl. 3. per tot. ubi plura qualiter sit necessaria bona fides, vel non Gottier. pract. lib. 1. q. 90. Vella dissert. 8. 9. 26. à n. 45. & 60. dissert. 34. à n. 70. dissert. 48. n. 8. 9. Altimar. dict. sect. 1. n. 170.

Qualiter procedat in actione familiæ erciscundæ, sive divisoria spacio 30. annorum contra non possidentem, & petentem divisionem, maximè si ultrà dicti temporis lapsum concurrat titulus saltem coloratus ad favorem possessoris, latè Bich. decis. 6. num. 25. & seqq. & dec. 30. per tot. ubi fuit confirmata prima decisio. Vide Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 109. n. 1. Altimar. dict. quæst. 43. n. 3. & tom. 7.

Qualiter præscriptio procedat in fideicommissis, vide in §. Fideicom. n. 51. & 54. vide plures DD. modern. adductos per Altimar. qu. 43. rubr. 1. par. 5. n. 948. tom. 7. De Luc. de Fideicom. disc. 269. Palm. alleg. 1. à n. 47.

Quando præscriptio locum habeat contra fiscum tam Sæcularem, quàm Ecclesiasticum, & tam respectu bonorum, & jurium ipsi fisco incorporatorum, quàm aliorum simpliciter delatorum, & nondum incorporatorum, plenè Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 8. per tot. Farinac. qu. 190. §. 9. per tot. & qu. 10. per tot. de inquisit. Cardin. Tusch. litt. P. conclus. 569. & 570. Covar. reg. possessor, §. 2. num. 7. fol. mihi 575. Balb. de præscript. for. capit. 52. nu. 2. & seqq. Mella de præscript. par. 1. cap. 7. & ult. per tot.

De præscriptione delictorum dixi in §. Delictum n. 7. & §. Fiscus num. 4. & in Pract. §. Malefizi per tot. Tusch. litt. P. conclus. 571. per tot. Ricc. Collect. 208. Sanfelic. dec. 387. per tot. cum Addit. Zuff. de legit. process. lib. 2. quæst. 93. per tot.

Quæ autem res præscribi, vel usucapi possint, vel non, latè Mella tract. sive Disput. de usucap. & præscrip. part. 1. cap. 3. cum pluribus seqq. Altimar. dict. quæst. 43. & dict. sect. 1.

13 Præscriptio debet allegari, aliàs per judicem non suppletur, Magon. decis. Luc. 31. num. 18. ubi Addit. & decis. 62. num. 25. Surd. dec. 24. nu. 1. & 4. Giurb. decis. 13. num. 4. & seqq. Bich. dec. 173. num. 2. & seqq. ubi etiam qualiter non opposita in prima instantia possit opponi in secunda, & quid tunc operetur ad effectum confirmandi, vel infirmandi primam sententiam, vel exequendi Balduc. tit. de Dote 4. dec. 3. n. 19. Bonden. collect. 10. nu. 19. & de præscript. docum. 5. in princ. Constant. ad Statut. Urb. tom. 2. fol. 320. num. 51. Novar. Super pragm. tit. de præscript. num. 13. Altimar. dict. quæst. 43. n. 102. & seqq. tom. 7. Cyriac. contr. 337. n. 70. & contr. 388. nu. 22. Rosit obser. 11. n. 81. part. 1.

In criminalibus tamen etiamsi non allegetur ipso jure cessat accusatio, & inquisitio, Martil. cons. 46. num. 20. &c. Thes. decis. 208. num. 4. Bucciron. de differ. inter crim. & civil. caus. differ. 73. n. 7. Conciol. in verb. delictum num. 10.

14 Præscriptio qualiter tollat omnem obligationem tam civilem, quàm naturalem saltem quoad effectum, Bart. in l. fin. §. 1. ff. rem rat. hab. Balb. tract. de præscript. part. 5. princ. qu. 6. Magon. dec. Florent.

95. num. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 860. num. 8. & cap. 881. num. 18. etc. latè Tusch. litt. P. conclus. 563. cum pluribus seqq. Bich. decis. 173. num. 1. ubi quòd non ipso jure, sed ope exceptionis, Cævall. qu. 397. Pacion. allegat. 27. nu. 39. Tranchedin. consult. 47. n. 7. consult. 85. n. 5. Altimar. dict. quæst. 43. à n. 95. Dondad. de renunc. cap. 43. n. 6.

Quando impediat litis ingressum, vel reservari debeat ad merita, & quomodo, Sanfelic. decis. 88. vide Prat. obser. 45. n. 40. Altimar. ad Rovit. cons. 91. n. 4. lib. 1. Scopp. ad Merlin. contr. 44. nu. 24. libr. 1. Novar. super pragmat. tit. de præscript. in rubr. nu. 2. qui omnes dicunt, quod non impediat. Sed contra dicit Posth. dec. Bonon. 26. n. 67. et 68., et 47. n. 9., et seq. Vide Altimar. loc. cit. n. 98.

15 Præscriptio qualiter procedat in annuis præstationibus, & censibus debitis ex contractu, vel in legatis debitis ex testamento, Cenc. de cens. qu. 117. & 118. Gratian. disceptat. forens. cap. 131. per tot. cap. 399. num. 29. &c. cap. 490. in princ. cap. 807. nu. 9. &c. cap. 883. n. 14. &c. Mobed. decision. 4. de præscript. Pacif. de Salvian. Inspect. 2. cap. 2. num. 245. &c. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. n. 421. & seqq. fol. 502. dixi in §. Obligatio nu. 8. & §. Census n. 29. Rot. par. 9. rec. dec. 373. nu. 7. & seqq. & part. 13. decis. 47. per tot. benè Bich. dec. 33. nu. 15. & seqq. per tot. Rot. par. 16. rec. dec. 417. & part. 17. dec. 330. n. 19. & seqq. plenè Gaspar. Roderic. tract. de ann. redit. libr. 1. qu 17. per tot. Card. De Luc. De Camb. disc. 20. n. 7. Ansald. de comm. disp. 95. n. 13., & 14. Zitzell. de monet. cl. 4. qu. 2. n. 40. Peutinger. decis. 295. n. 26. Roxas decis. 387. à n. 6. Altimar. dict. q. 43. n. 308.

16 Præscriptio potest opponi in Salviano, quod tollitur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, cùm tanto tempore præscribatur hypotheca, ex qua oritur Salvianum, nisi subsit aliqua causa restitutionis, vel nisi nondum nata fuerit actio, Afflict. dec. 139. Scapuc. de Salvian. lib. 2. quæst. 21. Pacif. eod. tract. Inspect. 5. cap. unic. num. 107. &c. Inspect. 2. cap. 2. n. 264. Thomat. dec. 26. nu. 25. & dec. 44. n. 20. Gratian. discept. forens. cap. 691. num. 34. &c. cap. 881. per tot. Cenc. de Cens. qu. 118. num. 20. &c. vide in §. Hypotheca n. 53. & §. Obligatio n. 8. in fine, latè Ridolph. in prax. par. 1. cap. 6. num. 210. & seqq. Merlin. dec. 811. per tot. Rot. par. 9. rec. vol. 1. dec 4. per tot. & par. 10. dec. 30. & dec. 204. ubi plura ad evitandam præscriptionem, & part. 14. dec. 108. ubi pariter contra præscriptionem. Rot. dec. 26. & 231. part. 19. rec. tom. 1.

Amplia quamvis in instrumento adesset clausula, constituti, cujus vigore requiruntur triginta anni, quando ageretur remedio l. fin. Cod. de aquir. poss. secùs si agatur Salviano, Scap. d. tract. lib. 2. qu. 21. per tot. Afflict. dec. 139. num. 6. &c.

Quòd imò stante constituto requirantur triginta anni, etiam in Salviano, Rot. apud Pacif. de Salvian. decis. 300. apud Cenc. de Cens. decis. 303. nu. 11. &c. & decis. 75. num. 3. vide Urceol. Consult. forens. cap. 34. per tot.

Non incipit currere nisi à die, quo debitor census cessat solvere, Duran. decis. 401. num. 13. nec stante mala fide ibidem num. 14. Rot. part. 9. recent. vol. 1. decis. 4. per tot. ubi plura ad excludendam præscriptionem allegatam à tertio possessore, Rot. part. 9. recent. decis. 179. num. 5. &c. ubi quòd non incipit à tempore, quo tertius possidet, etiam cum titulo, & bona fide, sed à tempore, quo creditor potest agere, & est negligens.

Quando incipiat currere, & alia, vide per Gratian. dec. 15. cum Add. per tot. quem sequitur Rot. part. 5. recent. decis. 407. n. 17. &c. & part. 9. d. decis. 179. nu. 6. & decis. 284. nu. 39. & seqq. Gama decis. 29. 99.

Oportet etiam probare præsentiam, & domicilium utriusque in loco moti judicii per totum tempus, quo currit præscriptio, Migon. decis. Flor. 26. num. 35. Seraphin. decis. 916. num. 7. Merlin. decis. 811.

A quo autem sit probanda absentia, vel præsentia, & quid si pro parte temporis quis fuerit absens, & pro parte præsens, an debeat duplicari tempus absentiæ, vel sit facienda computatio prout inter præsentes, Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 338. &c. fol. 497.

Qualiter probetur præscriptio, Tusch. litt. P. conclus. 579. & 580.

Non tamen procedit dicta præscriptio in Salviano stante scientia debiti, & sic mala fide possessoria, Rot. part. 19. recent. decis. 231. per tot.

Præscriptio qualiter procedat in incorporalibus, juribus, & servitutibus, & quando interrumpatur per prohibitionem, Gratian. disceptat. forens. cap. 8n. num. 21. &c. de servitutibus negativis in cap. 89. per tot. plura de præscribendo itinere, vel via, cap. 681. num. 34. & per tot. Tàm de affirmativis, quàm de negativis, Oinot. in §. fin. Instit. de servit. rustic. & urb. præd. num. 6. & per tot. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 403. & seqq. fol. 501. vide in §. Servitus num. 7. Tuschus litt. P. concl. 529. per tot. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1214. per tot. ubi quæ sint deducenda, & probanda ab allegante præscriptionem rerum incorporalium, Mella tractat. sive Disput. de usucap. & præscript. part. 1. cap. 6. per tot. ubi plura 20, & quomodo res incorporales, & præcipuè servitutes præscribi possint, vel non, ostendendo inauditam esse prudentibus distinctionem inter continuas, & discontinuas servitutes, quam tamen fatetur communiter per omnes ferè Doctores amplecti, vide Constant. ad Statut. Urb. annotat. 32. la 2. num. 132. tom. pr. Altimar. dict. sect. pr. à num. 640. cum seqq. 17

Quòd in negativis requiratur prohibitio, & acquiescentia, Cavaler. decis. 91. num. 12. &c. ubi etiam de obstaculo malæ fidei, Pac. Jordan. loc. cit. num. 406.

Ut autem præscribatur libertas quæ sint necessaria, Rot. part. 2. divers. decis. 109. per tot. Jordan. ubi supra num. 408. &c.

Præscriptio quomodo procedat in jurisdictionalibus, regalibus, & similibus Principi reservatis, quod debeat constare de vero titulo, nisi adsit tantùm tempus, cujus initii memoria non existat, Gratian. disceptat. forens. cap. 441. per tot. cap. 918. num. 46. Covar. reg. possessor. part. 2. §. 2. num. 7. & seqq. Pac. Jordan. d. tit. 24. nu. 451. & seqq. fol. 504. Rot. part. 14. recent. decis. 21. per tot. ubi de quadragenaria, Cabed. dec. 165. part. 2. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 5. quæst. 43. sect. 1. a num. 421. tom. 7. Constant. ad Statut. Urb. annot. la 2. num. 130. tom. 1. Vida Philipp. dissert. fisc. 1. dissert. 33. & 34. Tranched. consult. 13. 18

Facilius tamen præscribitur, libertatio, quam servitus, & subjectio, Jordan. d. tit. 24. num. 426. fol. 503.

Quòd subditus non possit allegare præscriptionem contra superiorem se in jure communi fundantem, & multò minùs possessionem, Paul. Christin. decis. Belgic. 68. nu. 7. volum. 1.

Præscriptio non currit in facultativis, Thes. decis. 16. num. 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 399. num. 33. cap. 564. num. 44. cap. 745. num. 83. de hac conclusione plura summatim, Jordan. d. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 204. & seqq. ad 220. fol. 489. ubi duobus modis ampliat, & duodecim limitat, vide Tusch. littera P. conclus. 537. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 294. num. 19. &c. volum. 1. Covar. var. resol. lib. 1. cap. 9. Merlin. decis. 101. ubi quòd ideò facultas visitandi non præscribitur contra Episcopum, & decis. 841. num. 4. Rot. part. 14. recent. decis. nu. 21. & seqq. ubi quòd potest dari, etiam in facultativis concurrente prohibitione, vel contradictione, cum acquiescentia, Rocca disp. 86. num. 14. disp. 84. num. 11. & disp. 167. Jovi. de solemn. gloss. 2. §. 1. nu. 190. glos. 16. §. 15. num. 72. Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 10. nu. 1. Rosa consult. 66. num. 10. & alibi De Luc. de servit. disc. 2. n. 10. disc. 13. n. 2. de regul. disc. 2. n. 20. disc. 7. n. 6. & alibi Capon. discept. 262. tom 4. Altimar. dict. sect. 1. à n. 639. 19

Facultativa autem dicuntur ea, quæ naturaliter competunt sine aliquo facto nostro, prout ire per viam publicam, & similia, non autem quando ortum habent ex contractu, & facto nostro, quia tunc benè currit præscriptio, Duran. decis. 426. num. 1. 2. & 3. Beltram. ad Ludovis. decis. 162. num. 16. & dixi in §. Facultas num. 15. & §. Manutentio n. 22. Lagun.

de fruct. cap. 25. §. 4. *à num.* 64. De Luc. *de Regal. disc.* 2. *num.* 22. *disc.* 77. *num.* 7. Altimar. *loc. cit. nu.* 644.

20 Præscriptio, etiam centum annorum non cadit in jurepatronatu gentilitio, cùm non possit præjudicari successoribus, ad quorum favorem nondum nata erat actio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 577. *numer.* 43. *&c.* adde Urceol. *cum pluribus ab eo citatis tractat. de transact. quæst.* 79. *nu.* 16. *& seqq.* ubi plura qualiter præscriptio in primogenituris, majoratibus, feudis, & fideicommissis præjudicet tantùm possessoribus, non autem cæteris vocatis, & successoribus, quorum dies nondum venerat, & tantò minus nascituris, quid in centenaria, vel immemorabili, &c. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 43. *sect.* 1. *à n.* 264. *tom.* 7. Tranchedin. *consult.* 43. *nu.* 44. Torr. *de Primog. p.* 1. *cap* 39. §. 1. *n.* 63. Bonden. *de Præscript. docum.* 19. De Luc. *de Jurep. dist.* 35. *n.* 8. *disc.* 51. *n.* 16. *disc.* 56. *nu.* 21. sed vide eumd. *disc.* 55. *n.* 21.

Quòd vocatis post mortem alterius jure proprio, non incipiat currere præscriptio ante mortem illius, & sic nisi facto loco successioni, Duran. *decis.* 426. *n.* 7. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 241. *nu.* 22. *&c.* ubi etiam quòd in omnem casum illis succurrendum esset ope restitutionis in integrum ex capite probabilis ignorantiæ, quæ semper in hæredibus præsumitur, maximè concurrente etiam absentia, *& part.* 10. *dec.* 193. *n.* 17. *& seqq.* ubi plura quando non currat contra hæredes, Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 366. ubi quòd præscriptio decursa contra unum ex fideicommissariis, non nocet aliis sequentibus in gradu ex propria persona vocatis. Altimar. *d. quæst.* 43. *n.* 948. *& seqq. & dict. sect.* 1. *n n.* 265.

Item non currit præscriptio contra impeditos, non valentes agere, contra eos, ad quorum favorem nondum sit nata actio, exemplificando in multis, Cavaler. *dec.* 213. *n.* 7. *&c. infra n.* 27. plenè Tusch. *litt. P. concl.* 525. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 85. *n.* 3. vol. 4. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 193. *nu.* 10. *&c. part.* 17. *dec.* 256. *n.* 5. ubi in terminis fideicommissi. Altimar. *d. quæst.* 43. *a n.* 948. De Luc. *de Fideicom. disc.* 264. Ciarlin. *controv.* 219. *n n.* 87. *lib.* 2. Cyriac. *controv.* 531. *n.* 62.

De præscriptione centenaria, sive centum annorum quando sit necessaria, Tusch. *litt. P. conclus.* 553. *per tot.* Dian. *part.* 6. *tract.* 7. *resol.* 8. ubi quòd privilegium dictæ præscriptionis centenariæ adhuc hodie competit Ecclesiæ Romanæ, aliisque Principibus supremis, vide in §. *Princeps n.* 38.

Quòd submota omni præscriptione, non censeatur sublata ista centum annorum, vel immemorabilis, Paul. Christin. *dec.* 83. *vol.* 4. *infrà n.* 24. *&* 25. Altimar. *d. sect.* 1. *n nu.* 317. Jovi. *de solemnit. gloss.* 16. §. 15. *n.* 4. *& gloss.* 22. §. 29. *n.* 49. Vide Bonden. *collect.* 47. *a n.* 9. *vol.* 2. Rocc. *disp.* 59. *n.* 8. *lib.* 1.

21 Præscriptio non currit contra possessorem, *l. cum notissimi, Cod. de præscript.* 30. *ann.* Grat. *discept. forens. cap.* 602. *per tot. & cap.* 912. *n.* 41. *&c.* ubi qualiter illud procedat. Altimar. *d. sect. pr. n.* 440. *tom.* 7.

Quia possessio, vel quasi requiritur in præscribente, ad latè tradita per Tuschum *litt. P. conclus.* 523. *per tot.*

Item non currit contra habentem assistentiam juris communis, nisi sit immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, idem Gratian. *cap.* 620. *nu.* 8. *&c.*

Quæ requirantur ad inducendam præscriptionem contra jus commune, Tusch. *litt. P. concl.* 532. *per tot.*

22 Præscriptio quadragenaria licèt non requirat titulum, tamen ubi tractatur de præscribendo contra dispositionem juris communis, est necessarius titulus, una cum scientia, & patientia eorum, quibus præjudicatur, & bona fide, Gratian. *discept. forens. cap.* 870. *n.* 23. *&c. cap.* 912. *n.* 40. *&c. cap.* 918. *n.* 43. *&c.* Cavaler. *dec.* 93. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *nu.* 431. *& seqq. ad* 443. *fol.* 503. in quibus locis habentur plura de quadragenaria præscriptione, de qua latè etiam Tusch. *litt. P. conclus.* 556. *cum pluribus seqq.* Paul. Christin. *decis.* 84. *vol.* 4. Rot. *part.* 23. *recent. dec.* 221. *n.* 19. *& seqq. per tot.* ubi probantur omnia dicta requisita, *& dec.* 440. *& part.* 14. *decis.* 21. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 43. *n.* 730. *tom.* 7.

An autem adversùs possessorem longissimi temporis possit mala fides allegari, dixi in §. *Mala fides num.* 5.

De præscriptione 40. annorum contra alias Ecclesias (Romana excepta, quæ gaudet privilegio centenariæ) quod non currat durante vita Prælati, qui malè alienavit, Paul. Christin. *dec.* 173. *nu.* 43. *& seqq. vol.* 5. Merlin. *dec.* 702. *num.* 13. *& seqq.* Mella *tract. sive Disput. de præscript. & usucap. part.* 2. *cap.* 4. *per tot.* ubi plura de præscriptione 30. & 40. annorum, & suis requisitis, in quibus procedat, vel non, & qualiter in istis sit superfluus titulus, & bona fides, intelligendo de jure civili, quoad bonam fidem, secùs autem de jure canonico, cui standum est in hac materia. Sed vide Altimar. *d. sect.* 1. *a n.* 206. *& n n.* 231.

Præscriptio non currit, nisi data scientia, & patientia partis, intelligendo ubi constat de ipsius partis dominio, vel anteriori possessione, aliàs non est necessaria illius scientia, & patientia, prout nec est necessaria, si faciens actus possessorios ad præscribendum habet etiam titulum; & in omnem casum præsumatur ex actuum multiplicitate, continuatione, diuturnitate temporis, & vicinitate, quę quidem pręsumptio sufficiens est ad dictum effectum Sperel. *dec.* 17. *n.* 50. *&c.* Tusch. *litt. P. conclus.* 529. *per tot.* ubi loquitur in incorporalibus, vide in §. *Quasi possessio n.* 6. 23

Requiritur etiam scientia illius, cui acquiritur, Tusch. *litt. P. concl.* 530.

Quid verò sit dicendum de filiis adoptivis, an, & isti admittantur ad jus primogenituræ, videtur quòd non, cùm sit nomen naturæ, quod adoptivis non convenit, quia non sunt à patre adoptivo geniti; sed majus est dubium si statutum, vel consuetudo, sive alia dispositio loquatur non de primogenito, sed simpliciter de primo, vel majore, sive seniore filio præferendo, quod potest adaptari etiam filiis adoptivis, contra quos nihilominus concludit Tiraquel. *de jur. Primogenit. quæst. 84. per tot.*

24 Primogenituræ successio solet quatuor observationibus adhibitis deferri, primò namque consideranda est linea, ut illi, qui ex linea ultimi possessoris procedunt aliis præferantur, nec fiat transitus ad alias lineas, donec ex ea aliqui supersunt; secundò considerandus est gradus, ut qui sunt possessori magis conjuncti præferantur remotioribus; tertiò considerandus est sexus, ut inter eos, qui sunt ejusdem lineæ, & gradus præferatur masculus; quartò consideranda est ætas; ut inter pares, linea, gradu, & sexu, major nata præferatur minori, adeo ut non sit curandum de gradu nisi in linea, nec de ætate nisi in gradu, sicuti notandum docet Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 4. nu. 13. & 14.* Becc. *consil. 538. n. 46.* Surd. *cons. 403. n. 16.* Peregr. *dec. 42. num. 6. lib. 3. & de fideicommiss. art. 27. nu. 14.* Fusar. *de substit. quæst. 379. n. 50. & qu. 484. n. 29. & sequentib.* & dixi in *resol. cap. 40. nu. 19. 20. & 21.* benè Rot. *part. 18. rec. tom. 1. decis. 18. per tot. & dec. 26. & tom. 2. dec. 414.* Fontanel. *dec. 14. 34. 35. & 36.* Tiraquel. *de jur primogen. quæst. 10. n. 21.* Giurb. *de success. feud. §. 2. glos. 10. n. 46. & ad Consuet. Messan. cap. 12. glos. 3. p. 1.* Rot. *par. 11. rec. dec. 346. per tot.* ubi *nu. 7. & seqq.* declarat, nisi aliter constet de voluntate testatoris, quia tunc posset proximitas considerari etiam respectu gradus extra lineam, ad tradita per Gam. *dec. 7. n. 4.* Martha *de success. legal. par. 4. quæst. 22. art. 1. nu. 21.* Buratt. *decis. 801.* Rot. *par. 2. recent. decis. 627.* & alios Rot. *part. 12. decis. 297. per tot.* ubi quando proximitas testatoris sit attendenda, & possit primogenitura de una linea ad aliam transire, nempè si constet de mente testatoris, *infrà numer. 18.* Bich. *dec. 622.* quæ est supracitata *part. 11. dec. 346.* Hermenegild. Roxas *tract. de incompatib. Regnor. & Majorat. part. 1. cap. 6. per tot. ad n. 370.* ubi copiosè explicantur regulæ omnes linearum inter se incompatibilium ad dignoscendum circa Majoratuum successiones verum successorem. Baldne. *decis. 39. n. 61. tit. 3. De Legat.* De Luc. *de Fideicom. disc. 203. n. 14. disc. 208. n. 3.* Maus. *consult. 95. n. 10. tom. 1.*

25 Primogenitus dicitur filius, sive nepos natus ex primogenito præmortuo, & talis nepos, sive filius primogeniti admittitur ad primogenituræ successionem excluso patruo, sive alio filio secundogenito, licèt ætate majore, cùm ipse filius, vel nepos primogeniti repræsentent personam sui patris, Marant. *in l. is potest n. 258. ff. de acq. hæred.* Menoch. *cons. 211. lib. 3. & de præsumpt. lib. 4. præsump. 92. nu. 4.* Gratian. *disceptat. for. c. 456. per tot. & c. 695.* Rot. *par. 2. divers. decis. 209.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 6. per tot.* Tiraquel. *eodem tract. quæst. 40.* ubi hanc partem sequitur, & contrariis respondet Joan. Lecerier. *eod. tract. lib. 1. quæst. 25. & 26.* Jacob. à Sara *tract. de ead. mater. per tot.* Dec. *cons. 443.* Grammat. *decis. pr.* Covar. *pract. quæst. c. 38. num. 6.* Gabr. *de success. ab intest. conclus. 2.* Card. Tusch. *litt. P. concl. 656. & 658. per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Collect. 100.* Ceval. *comm. contr. comm. quæst. 157.* Michalor *de fratr. par. 3. q. 27. num. 9.* Marcian. *disp. for. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. per tot.* Fusar. *de substit. quæst. 387.* ex quorum omnium dictis videtur colligi quæstionem, licèt apud antiquos, & modernos valdè agitatam, & decisione Cæsarea indigentem, sive, ut alii minus piè dixerunt armis potius, & duello, quam legibus definiendam, tamen hodiè apud ferè omnia subsellia, contra patruum, & ad favorem nepotis ex primogenito nati esse decisam, maximè in linea descendente, ità ut in legem jam transivisse non sine ratione affirmari posse videatur, cum aliquibus tamen declarationibus, & modificationibus, de quibus Fusar. *d. quæst. 387. n. 33. & seqq.* & alii supracitati, quibus adde plenè Mangil. *de imput. quæst. 77. per tot.* Viv. *comm. opin. 539.* Bich. *decision. 390. n. 12.* ubi tangit difficultatem ad effectum, ut non possit dici deceptus, qui unum, vel alteram amplexus fuerit opinionem, latè Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 203. per tot.* Ludovic. Bell. *consil. 124. nu. 1. & seqq. per tot.* Ansald. *cons. 27. n. 27. & seqq.* De Luc. *Conflict. obser. 84. de Fideicom. disc. 203. n. 17.* Dec. Sicil. *4. n. 174. impress. inter oper.* Em. De Luc. Gait. *cons. 7. nu. 10.* Vide Episc. Rocc. *cap. 3. a n. 7. cum seqq. lib. 1.*

Quòd primogenitus, & omnes illius descendentes excludant secundogenitum, & totam ejus lineam, ità ut donec superest aliquis de linea primogeniti, non admittatur secundogenitus, nec aliquis ab eo descendens, est intelligendum ubi dictus primogenitus supervixit patri communi, & in ejus persona fuit confirmata primogenitura; secùs autem si primogenitus instituentis, vel ordinantis majoratum, sive primogenituram prædecesserit patri communi, nulla unquam dum viveret, adepta possessione, vel successione majoris, quia isto casu secundogenitus reperiens se majorem natu tempore, quo pater communi moritur, & fit locus majoratui, excludit filium primogeniti nepotem suum, Surd *consil. 403. n. 16. 68. 71. & 134.* Menoch. *consil. 981. nu. 10. & seqq.* Bardellon. *consil. 60. n. 23.* Galvan. *consil. 1. n. 80. &c.* Capreol. *tract. de success. ab intest. lib. 1. n. 628. & seqq.* Intrigliol. *de feud. art. 37. centur. 2. n. 193.* Spin. *de testament. glos. 19. num 64. &c.* Gramat. *dec. 354. n. 6.* Cras. *de success. §. successio ab intest. quæst. 2. n. 11.* Sperel. *dec. 72. nn. 12.* latè Tusch. contrarias referens opiniones *litt. P. conclus. 658. n. 3. & seqq. per totum*, Paul. Christ. *dec. 34. n. 11. & dec. 41. n. 37. & seqq. volum. 6.* Vide Rocc. Episc. *dict. cap. 3. n. 66. & 70.*

Mihi autem non videtur tuta hujusmodi distinctio, sive declaratio, quia prima illius pars, quando scilicet primogenitus supervixit patri, & primogenituram adeptus est, caret dubitatione, cùm tunc non solùm in primogenitura, sed in aliis quoque successionibus, nepos, tamquam ultimi possessoris filius, cujus proximitas, & non primi institutoris attenditur excludit patruum, sicque dicti ultimi possessoris fratrem secundogenitum, qui uti transversalis reputatur, ut benè advertit Molin. *de primog. lib. 3. cap. 6. in princ.* Tiraquel. *eod. tract. quæst. 40. n. 1.* Fusar. *de substit. q. 387. n. 36.* vide plenè Mangil. *de imput. quæst. 77.*

Tota igitur difficultas versatur in secundo capite, quando scilicet filius primogenitus moritur vivo adhuc patre, an transmittat jus primogenituræ ad filium suum primogenitum, excluso fratre suo secundogenito, quæ ut superiùs dixi juxta magis communem opinionem videtur decisa ad favorem nepotis ex filio primogenito contra patruum secundogenitum, quia jus primogenituræ competens vigore statuti, vel consuetudinis est transmissibile ad filium ipsius primogeniti, etiam decedentis, vivente adhuc eo, de cujus successione, ageretur, cùm debitum ex beneficio legis non possit auferri, ut benè probat Bellamer. *dec. 717. n. 6. & 7. & decis 723. n. 16.* Martha *de jurisd. part. 4. cas. 22. n. 27. &c.* Sperel. *dec. 11. n. 25. & dec. 72. n. 12.* cum aliis supracitatis, quibus adde Novar. *in Pragm. Regn. Collect. 100.*

per

per tot. ubi plures decisiones refert Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 203. *per tot.* Vivl. *comm. opin.* 539. ubi refert contrarias opiniones, & se remittit distinctioni Augustini Betoi *in cap. dilectis filii n.* 52. *& seqq. de arbitr.* & benè Roxas *tract. de incompatib. Regu. & Majorat. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 153. *& sequentib.* Tiraqnel. *de primogenitur. qu.* 40. *per tot.* ubi plenè sustinet partes nepotis contra patruum, *& quæst.* 41. ubi idem probat procedere etiam in successione fratrum, ut filius fratris primogeniti alium fratrem excludat vigore repræsentationis, & quoq; illa procedit in successione transversali, nempè inter fratres, & filios fratrum, & non ultrà, ut dixi in §. *Repræsentatio*, Rovit. *dec.* 51. *per tot.* Tondut. *qu. civil.* 89. *per tot.* Caldas Pereyra *consil.* 15. *per tot. & facit in consil.* 27. novissimè, ac plenè Barthol. Gattus *consil.* 7. *&* 8. *per tot.* ubi plurimos allegat, ac dissidentium opiniones conciliare, & declarare satagit, & post eum plenius Joan. Torre *d. tract. part. pr. c.* 41. §. 8. *fol.* 771. *cum duobus capitibus, & pluribus* §§. *antecedentibus*, ubi in conflictu lineæ, & ætatis occasione successionis in amplissimo Palatio DD. de Grimaldis Nobilium Januensium, multorum doctissimorum Virorum Consultationes inserit, qui super hoc puncto hinc indè scripserunt, *& part.* 2. ubi pariter pluries hunc tetigit articulum, ac denique *par.* 3. ubi multas super eodem Illustrium Tribunalium Italiæ, decisiones proditas anneait, & præcipuè *dec.* 3. *& seqq. dec.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. *&* 33. cum multis aliis sequentibus, & D. Aloys. Mans. *Consultat.* 92. *cum pluribus seqq. lib.* 1. *& Consult.* 197. *lib.* 2. & latiùs *Consult.* 201. *cum septem seqq. lib.* 3. Gatt. *cons.* 7. *à n.* 10. ubi loquitur non solùm in casu primogenituræ, sed etiam in majoratu.

Animadvertendum tamen existimo hujusmodi Doctores loqui in primogenitura inducta à consuetudine, vel statuto, sive ab aliquo ascendente inter suos descendentes, cum Principis licentia, & auctoritate, prout in partibus Hispaniæ, & Galliæ, ac alibi inter Principes, & Nobiles ob bonum publicum, vel conservationem familiarum; nam ubi ageretur de aliquo majoratu particulari facto per viam legati, vel fideicommissi, & sic quando fuit vocatus major natu de aliqua familia sine expressione proprii nominis ipsius primi vocati, videtur posse sustineri altera opinio prædictorum tenentium esse admittendum secundogenitum, qui tempore majoratus delati reperitur ætate major, excluso Filio primogeniti defuncti ante delatam ipsius majoratus successionem; quia quando vocatur major natu, sive senior de aliqua familia in genere, censetur testator habuisse respectum ad illam qualitatem majoris ætatis, & voluisse, quòd qui habet hujusmodi qualitatem succedat, & non alius illa destitutus, etiamsi (in fortioribus terminis) majoratus sic per saltum transire debeat de una linea ad aliam, quasi dicta qualitas majoris ætatis à testatore requisita, uti personalis non sit transmissibilis in filios ultimi possessoris majoratus, sed illis post habitis transeat ad majorem natu familiæ, seu descendentiæ contemplatæ, & honoratæ, in quo dicta qualitas reperitur, ut latè probant in puncto Alexand. *consil.* 4. *lib.* 4. *consil.* 123. *lib.* 1. Rom. *consil.* 438. *n.* 13. *&c.* Surd. *consil.* 403. *n.* 39. *& consil.* 468. Mandel. *consil.* 60. Thess. *quæst. forens. lib.* 1. *cap.* 35. Mangil. *de imput. quæst.* 77. *n.* 169. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 695. *per tot. cap.* 456. *n.* 83. *&* 84. *& cap.* 834. *n.* 6. Redenasc. *consil.* 17. *lib.* 1. Altograd. *consil.* 46. *n.* 20. *&c. consil.* 47. *n.* 46. *lib.* 2. Martha *de success. legal. part.* 3. *quæst.* 8. *a.* 1. Palma penes Altograd. *consil.* 95. *num.* 241. *lib.* 2. Merlin. & Jacob. Federig. apud eumdem Altograd. *d. consil.* 95. *nu.* 113. *& nu.* 156. Merlin. *dec.* 9. *n.* 45. *& seqq. lib.* 1. Gamm. *dec.* 307. Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 66. *per tot. & decis.* 344. ubi fuit confirmata prima decisio, Fosar. *de substitut. qu.* 358. *n.* 24. *&c. quæst.* 383. *n.* 5. *& quæst.* 387. *n.* 38. *& seqq.* latè Capyc. Galeott. *controv.* 48. *per tot. lib.* 1. cum aliis pluribus, quos consulendo retuli, & secutus sum in meis resol. *cap.* 40. *per tot.* vide in §. *Linea n.* 5. latè Calvin. *de æquitat. lib.* 3. *cap.* 103. Caren. *resolut.* 5. Ricc. *Collect.* 1837. Paul. Christ. *dec.* 34. *n.* 11. *& dec.* 41. *nu.* 37. *& seqq. vol.* 6. *& dec.* 43. *d. vol.* 6. ubi an jus primogenituræ habeat locum in feudis titulo oneroso acquisitis, & de prærogativa gradus, sexus, & ætatis, facit Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 1. *n.* 10. *& seqq.* Ludovic. Bell. *cons.* 524. ubi pro patruo si major sit ætate, Olea *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 4. *per tot.* latè Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Majorat. part.* 8. *cap.* 5. *n.* 26. *& seqq. per tot.* ubi post plura ad favorem nepotis natu majoris ex patre minore, concludit judicandum pro nepote minore ex patre majore, qui major reputatur per repræsentationem, quando tamen vocatio majoris facta fuit habito respectu ad patrem, vel avum, secùs autem si institutor Majoratus indapendenter desideravit tantùm qualitatem majoritatis, ut ibidem n. 59. & seqq. subtiliter distinguit, declarat, atque exemplificat.

16 Primogenitus si vigore statuti, vel consuetudinis præferatur in Regno, vel feudo, an sit admittendus, si sit natura mutus, demens, vel aliàs inhabilis, vel potiùs tunc admittatur secundogenitus habilis, & idoneus ad gubernium, & administrationem; vide latè Paul. Christin. *dec. Belgic.* 151. *per tot.* ubi concludit ad favorem secundogeniti per doctrinam Alvalor. Præposit. & aliorum *in* §. *Mutus tit. Episcopum, vel Abbatem, & in cap. Mutus tit. an mutus, & surdus, vel aliàs imperf. feud. retin. leg. ut gradatim* §. 1. *ff. de mun. & honor.* Roxas *de incompatibil. Regn. & Majorat. part.* 2. *cap.* 6. *per tot.* ubi idem firmat in similibus.

Intelligendo, ut dixi quando est inhabilis à natura, secùs si ex accidenti, quamvis utroque casu contrarium videatur tenere Jas. *in repet. l. nemo potest in* 1. *notab. ff. de leg.* 1. nempè dimittendum esse Regnum primogenito, licèt inhabili, & gubernari per curatores, nisi pater aliter disposuerit, vide Roxas *loc. cit.*

An autem abstinente, vel repudiente primogenito admittantur omnes alii æqualiter, vel secundogenitus tantùm, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 366. *nu.* 56. *&c. vol.* 1. ubi concludit pro secundogenito tantùm, vide *supra num.* 10. & latè Tiraquel. *de jure Primogen. quæst.* 3. *per tot.*

17 Primogenitus licèt vigore primogenituræ plus aliis consequatur, non tenetur ad debita hæreditaria nisi pro rata, pro qua est hæres extra primogenituram, etiam si agatur de debito causa feudi acquirendi, in quo primogenitura consistit contracto, ad tradita per Paul. Christin. *dec. Belgic.* 4. *n.* 5. *& seqq. vol.* 2. vide tamen quæ dixi in. §. *Hæres n.* 25. & latè Tiraquel. *de jur. primogen. quæst.* 35. *per tot.* ubi *n.* 67. videtur contrarium concludere.

Qualiter primogenitura, & majoratus possit fundari in rebus emphyteuticis, etiam non consentiente, & reluctante domino directo, Tiraquel. *de Primogen. quæst.* 6. *n.* 10. Gamm. *dec.* 214. *&* 218. cum aliis per Cresp. de Valdaur. *observ.* 106. ubi tamen refert alios contrarium tenentes.

18 Primogenitura semel unam lineam ingressa, semper in ea debet remanere donec totaliter fuerit consumpta, & finita, licèt extent proximiores alterius lineæ constituentis, Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 14. Fontanel. *dec.* 34. *n.* 4. *&c. dec.* 76. *n.* 13. Rovit. *decis.* 51. plenè Roxas *de incompatib. Regn. & Majorat. part.* 1. *cap.* 7. Rot. *par.* 18. *recent. tom.* 1. *decis.* 18. *& dec.* 26. *per tot.* De Luc. *De Fideicom. disc.* 1. *n.* 12. *disc.* 2. *n.* 2. *&* 4. *disc.* 3. *num.* 6. *disc.* 5. *n.* 4. *disc.* 15. *n.* 7. *In sum ex nu.* 60. Balduc. *dec.* 12. *n.* 2. *tit.* 3. *De Legat.* Gatt. *cons.* 8. *n.* 8.

Intelligendo prout loquuntur isti Doctores quando linea est indeficienter vocata, & agitur de continuando in ea successione, vel quia extent personæ verè comprehensæ, vel intret fictio repræsentationis, secùs autem quando linea fuit restricta ad certas personas tantùm, quibus extinctis, voluit testator ad aliam transire, ut benè declarat Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 297. *n.* 2. *& seqq.*

Et cùm primogenitura ad descendentes defertur, an debeat respici ad stippum agnationis, vel ad ramos; & inter fœminas, quænam præferatur, si ab istis ad masculos fiat transitus; quid si ad fœminam al-

alterius familiæ, sed ejusdem stipitis, & alia, Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 244. & *part.* 13. *dec.* 1. *per tot.* facit Martha *vot. Pis.* 106. *per tot.* ubi de primogenito ultimi morientis præferendo alteri, qui priùs ex alio natus sit, & ideò qui priùs natus sit, non possit statim agere, nisi priùs verificetur casus suæ vocationis, & alia ad rem, facit quod dixi in §. *Conditio*, & Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 269. copiosè Roxas *d. tract. part.* 1. *cap.* 6.

19 Primogenitura certo modo à testatore instituta, non potest ab hærede alterari, maximè in substantialibus, & data facultate nominandi aliquem ex certis personis in morte, vel in ultima voluntate, non potest electio, sive nominatio, fieri anticipata in vita, propter præjudicium, quod posset inferri ex præventione existentibus de tempore obitus, ut benè explicat Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 419. *per tot.* facit quod dixi in §. *Legatum n.* 43. *per tot.* vide Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 519. *per tot.* Balduc. *tit.* 3. *dec.* 46. *num.* 38.

20 Primogenitura uti divisioni, ac separationi non subjecta, etiam si fuerit ex bonis paternis constituta, non est cum aliis fratribus conferenda, neque imputanda, etiam quoad pretium, & valorem bonorum, sed illa detracta omnes in aliis bonis paternis unà cum primogenito æqualiter succedunt, Cephal. *cons.* 3. *num.* 54. & *seqq.* & *consil.* 154. *per tot.* Tiraquel. *de primog. q.* 5. *num.* 1. & *c.* Michalor. *de Fratrib. part.* 1. *cap.* 32. *n.* 1. Mangil. *de imput. q.* 37. *n.* 12. & *c.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 207. & 208. cum aliis per Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 457. *num.* 4. & *seqq. per tot.* & *par.* 15. *dec.* 87. *in eàdem causa*, ubi ex noviter in facto deductis fuit recessum à prima decisione, & hæc ultima fuit iterùm confirmata sub die 14. Junii 1669. ut ibidem in fine, licèt illam suo loco non invenerim; vide eamdem Rot. *part.* 15. *dec.* 253. *per tot.* ubi nisi constet de contraria voluntate testatoris per conjecturas de necessitate concludentes, & *decis.* 377. ubi plura pro exclusione collationis, & imputationis, maximè quando provenit ab extraneo, & *decis.* 378. *in eàdem causa d. par.* 15. *decis.* 379. ibidem pariter in eàdem causa, & *par.* 18. *dec.* 239. *n.* 2. & *seqq.* ubi quòd primogenitura constituta à patre filio inter vivos, & non imputatur ei in legitimam, ne aliàs in ejusmet principio destruatur, & *decis.* 317. *per tot.* ubi plenè ad exclusionem collationis, & imputationis, nisi constet de contraria patris voluntate; licèt postea in eàdem causa cessante supposito primogenituræ ex facto melius considerato, fuerit recessum à prædictis decisionibus, collationem admittendo, *dict. part.* 18. *dec.* 471. *per tot.* & *dec.* 620. *per tot.* Emerix jun. *dec.* 1145. *n.* 8.

Primogenitus an possit ante mortem institutoris primogenituræ, vel majoratus agere pro declaratione majoratus, & bonorum illi subjectorum, ac etiam administrationem petere stante dementia, vel fatuitate dicti institutoris, vel possessoris, vide Sansel. cum aliis ab eo citatis *dec.* 165. *per tot.* facit quod dixi *supr. n.* 16. & *in* §. *Fideicommissum n.* 29. & *in* §. *Possessor n.* 52. Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 76. ubi etiam an possit petere cautionem.

An primogenituræ, vel majoratus possessore adhuc vivente possit alius, qui post eum successurus est agere, ut declaretur successor post illius mortem, dic quod non nisi possessor dilapidet, vel alium eligat, vel prætendat bona esse libera, Antunez. Portugal. *de dona. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *n.* 30. & *seqq.* Gamm. *decis.* 6. Gabriel. Pereyr. *dec.* 103. & 129. Castil. Sotomajor. *lib.* 5. *controv. cap.* 93. §. 14. Lartea *decis.* 38. Tondut. *resol. civil. c.* 139. Capyc. Latt. *dec.* 151. Valasc. *consult.* 184. Ginth. *ad Stat. Messan. cap.* 7. *glos.* 9.

Quòd bona Primogenituræ supposita non possint à gravato transferri in tertium in præjudicium eorum, qui succedere debent ordine graduali, cùm durior sit conditio recuperandi bona de manu alterius, quam gravati, & ideò possit statim agi ad retractionem actus, & alia, Rota Romana Primogenituræ de Cæsarinis 7. Februarii 1681. cor. Pauluccio, apud Jo. Torre *de success. in Majorat.* & *Primog. Ital. p.* 3. *dec.* 43. *per tot.*

Primogenitura instituta etiam ex causa onerosa pro 21
matrimonio filii de bonis, vel patre bonorum parentum, quæ extarent tempore mortis, non impedit interim ante mortem, bona fisco, vel aliis creditoribus obligari, ita ut possit Primogenitus præferri, quidquid plura videantur suadere contrarium, quibus satisfaciat pro fisco concludendo, Lartea *Alleg. fisc.* 76. *per tot.* & facit *in Alleg.* 75. ut dixi *in* §. *Facultas n.* 6.

Primo, vel secundogenito à testatore instituto favore lineæ alicujus, & in ejus defectum vocato primo, vel secundogenito alterius lineæ, mortuo primo, vel secundogenito primæ lineæ vocatæ sine filiis, non admittitur sequens genitus ejusdem lineæ tamquam subintrans in locum, & gradum defuncti, sed primo, vel secundo genitus, alterius lineæ in locum, & casum deficientiæ primæ lineæ vocatus, cùm appareat testatorem intellexisse de primo, vel secundogenito naturaliter, non autem civiliter considerato, & alia ad rem, Rot. *part.* 16. *rec. decis.* 360. *per tot.* vide supra n. 4.

Sed postea recessum fuit ex dicta decisione, & in eàdem causa ex multis in facto consistentibus resolutum dispositionem prædictam intelligi de primo, vel secundogenito civiliter, & non naturaliter considerato, & sic admitti debere sequentem genitum primæ lineæ vocatæ tanquam subingredientem in locum, & gradum præcedentis defuncti, & non primum, vel secundum genitum alterius lineæ in locum, & casum deficientiæ primæ lineæ vocatum, ut constat ex eàdem Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 301. *per tot.* & *dec.* 365. ubi fuit confirmata ultima decisio ad favorem secundogeniti civiliter considerati ex prima linea vocata, facit eadem Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 544. *per tot.*

An autem inducta secundogenitura, illa deficiente per extinctionem lineæ, tunc majoratus retrocedere debeat ad lineam superiorem, vel anteriorem primogeniti, quæ fuerat omissa, sive potius progredi ad lineam sequentem tertio, vel quarto geniti suo ordine, egregiè per distinctionem plurium casuum, illos omnes subiiciendo voluntati institutoris eo modo, quo divinæ Potentiæ voluntas facit ordinem in astris resolvit Roxas *de incompatib. Regn.* & *Major. p.* 1. *c.* 8. *per tot.* ubi etiam de astrologia naturali an admittat incompatibilitatem, à qua dictam disputationem desumit, & juxta illius regulas doctè definit.

Plura alia notabilia in materia Primogeniturarum, & majoratuū, ultra alios tractatus particulares, tradit, atque doctè resolvit post suprascripta visus Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. Regn. et Majorat. ut in Repert. verb. Majoratus*, *et verb. Primogenitura*, *ac alibi per tot.* latè etiam, licèt remissivè Ægid. de Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb Majoratus per tot.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Mantiss. ad eumdem Altimar. Rocc. Balduc. Emerix. Caprar. Maus. Palm. & alii moderni.

Primogenitura, sive majoratus qualiter ammittatur 24
per contraventionem conditionum appositarum, sive modorum cum differentia quoad fructus; an per contraventionem patris excludantur etiam ejus filii, & descendentes, & quando sententia ob contraventionem sit realis, ac linealis, sive potius personalis, & alia plura circa modum procedendi, desumendo omnia à majoratu Paradisi Terrestris incompatibili cum peccato, ob quod Adam incidit in pœnam privationis ordine judiciario servato, pulchrè de Roxas *d. tract. p.* 3. *c. pr. per tot.* Card. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 7. *n.* 12.

Item qualiter ammittatur propter hæresim, etiam quo ad filios, & descendentes cum distinctione casuum; quid si devenerit ad monasterium, & Monachus per quem devenit efficiatur hæreticus, numquid durante saltem vita Monachi possit retinere, vel statim transferatur ad sequentem in gradu, doctè idem Roxas *d. p.* 3. *c.* 2. *per tot.*

Item ob matrimonium contractum inter eos, qui sunt disparis cultus, veluti inter Catholicum, Hæreticum, fidelem, & infidelem, & alia ad rem, idem de Roxas *d. par.* 3. *cap.* 3. *per tot.*

Pri-

25 Primogenituræ plures, sive majoratus, an, & quando sint inter se incompatibiles ex dispositione legis, vel hominis, sive ratione perplexæ conditionis, & gravaminis, sive ex inclusione unius ad exclusionem alterius, aliisque plurimis ex causis, videndus semper idem de Roxas *dict. tract. de incompatibil. Reg. et Majorat. part. 3. cap. 5. et par. 4. 5. 6. 7. et 8. per tot.* ubi copiosè, & doctissimè de omnibus scripsit. De Luc. *de Fideicom. disc. 13. n. 17. et 19. disc. 536. num. 8. disc. 262. num. 6. et in Sum. ex n. 75.* Mans. *consult. 76. tom. pr.*

26 De incapacibus succedendi in Majoratibus, & Primogenituris, & præcipuè de fatuis, dementibus, cæcis, surdis, & mutis, de illegitimis, vel legitimis ex illegitimis, de legitimatis, & hujusmodi quando admittantur, vel non, latè Jo: Torre *d. tract. de success. in Majorat. et Primogen. p. 1. cap. 28. et seqq. et part. 2. quæst. 19. et seqq.* De fœminis vide *in §. Fœmina num. 29.*

27 Primogeniti qualiter sint manutenendi in bonis primogenituræ, cùm illorum possessio transeat de uno in alium, vide DD. citatos *in §. Manutentio n. 25.*

De Majoratibus, & eorum successione multa tradit etiam Vela *Dissert. 48. et 49. per tot. vol. 2.*

28 Beneficio continuationis possessionis de primogenito in primogenitum ut Primogenitus juvari possit debet docere se esse Primogenitum habilem ad succedendum ad normam primogenituræ. Emerix Jun. *dec. 726. n. pr.* Præsertim concurrente alio legitimo successore. Emerix Jun. *ibid. n. 2.* Sufficit tamen habilitas de tempore delatæ successionis. *ibid. n. 8.*

29 Primogenitura in feudis, quid operetur. Peregrin. *cons. 12. n. 52. et 14. lib. pr.* Giurb. *de Success. Feud. cap. 118. §. pr. gloss. 12. n. pr.* Ansald. *dec. 26. n. 38. part. pr.* Plura alia de Primogenitura in Feudis Card. De Luc. *tit. de Feud.* Decisio sicul. inter oper. ejusdem De Luc. Boscol. Parmens. inter oper. ejusd. De Luc., *ut in Indic. gener.*

30 Primogenituræ sola institutio, seu præordinatio, importat perpetuum, & absolutum Fideicommissum. Caprar. *dec. 13. n. 9. part. pr.* Primogenituræ qualitas de sui natura perpetuitatem, & durationem denotat. Caprar. *dec. 193. n. 13. part. pr.* Primogenialis Fideicommissi de natura est, ut sit successivum, & perpetuum Idem *dec. 524. n. 15. part. 2.* Primogenium esse non potest, & expirare in primo vocato. Idem *dec. 13. n. 10. part. pr. et d. dec. 524. n. 6.*

31 Primogenitura ordinata potius censetur quàm Fideicommissum, quoties successores fuerunt vocati ordine supra expresso, & supra fuerat ordinata Primogenitura super aliis bonis. Emerix Jun. *dec. 1144. num. pr. et dec. 1229. num. pr.* ubi plura circa hanc materiam.

32 An autem filii nati post purificatam conditionem in Primogenitura adiecta per voluntariam contraventionem Patris acceptantis aliam Primogenituram incompatibilem, admitti debeant *in* præjudicium substituti jam admissi, ita ut possint bona ab illis avocare. Emerix Jun. *dec. 403. et dec. 413. per tot.* & vide *in Indice in verbo Filius Substitutus.*

33 Primogenituræ Hispaniæ juxta particulares leges, licet non possint stare in suspenso, secus tamen est in Italia. Emerix Jun. *dec. 902. n. 8. et 9.* Et pendente conditione custodia bonorum committi debet hæredi hæredis gravati, non autem fideicommissario. *d. dec. 902. n. 10.* Præsertim quando est mater futurorum vocatorum *ibid. n. 11.* & circa hanc materiam latè Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *lib. 10. dec. 7. à n. 14. et seq. et dec. 8. n. 5. dec. 39. num. 11. et 21. vol. 3.*

34 Primogenituræ, seu majoratui bona aggregata, illius legibus, & conditionibus omnino subiacent. Text. *in l. 1. §. Præterea ff. de separat. bonorum*, Mierez. *de majorat. part. pr. quæst. 10. n. 21. et quæst. 5. n. 51. vers. quæ doctrina, et nu. 26.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 87. n. 14. lib. 10. vol. 3.*

35 Vocatio majoris natæ de familia aut primogeniti, reputatur tantum vulgaris, adeo ut primo admisso fieri non debeat testitorio aliis primogenitis Mantiss. ad De Luc. *dec. 21. n. 5. lib. 16. vol. 4.* Et contrarium solum recipitur, quando adsunt verba perpetuitatem importantia, & tractum futuri temporis præseferentia. Mantiss. *ibid. n. 6.*

Bona primogenituræ quando dicantur irrevocabiliter vel potius revocabiliter acquiri. Rot. *dec. 346. n. 21. et dec. 394. n. 25. et seq. part. 5. rec.* & cor. Bich. *dec. 52. n. 77.* & cor. Merlin. *dec. 404. nu. 27. et seq.* Balduc. *de Legat. tit. 3. dec. 22. n. 50.* 36

Exclusus semel in primogenituris, an, & quando denuo succedat. Balduc. *tit. 3. decis. 22. sup. cit. nu. 58. usq. ad n. 60.* 37

Modo non impleto in primogenituris, & majoratibus perpetuis non resolvitur primogenitura, aut majoratus. Episc. Rocc. *disp. select. cap. 105. n. 26.* Rot. *dec. 11. n. 3. part. 13. rec.* Balduc. *de Legat. tit. 3. dec. 18. n. 24.* 38

Ordo Primogenituræ est magis aptus ad conservandum bona in familia, quàm majoratus saltuarius. Palm. Nep. *all. 394. n. 31. et 32. et seqq. vers. & profecto bonorum, & honoris desiderata conservatio &c.* Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. lib. 2. art. 19. sub nu. 6. vers. ego nequaquam.* Balduc. *dict. tit. de Legat. 3. dec. 33. n. 20.* 39

Primogenitus quilibet in primogenitura censetur vocatus, & substitutus ex persona propria. Mans. *cons. 97. num. 11. & 12. et seq.* Palm. *all. 100 sub §. Secus autem quando.* Balduc. *loc. sup. cit. nu. 26.* 40

Primogenitus ad primogenituram invitatus potest petere alimenta super bonis primogenialibus, etiam vivente genitore, & ad exclusionem creditorum illius. Peregr. *de Fideic. art. 22. nu. 86.* Rot. *dec. 265. n. 12. part. 12. & dec. 87. part. 14. rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 40. nu. 14. lib. 7. vol. pr.* 41

Ordo Primogenituræ volitus in antecedenti dispositione, censetur volitus, & in subsequenti, attenta dictione repetitiva, ut supra. Rot. cor. Ptol. *dec. 283. n. 6.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 7. nu. pr. & 16. lib. 10. vol. 2.* 42

Vocatio primogeniti indicat testatorem voluisse facere primogenituram. Giurb *de success. Feud. §. pr. gloss. 8. n. 31. vers. fatetur tamen.* Mantiss. ad De Luc. *loc. sup. cit. n. 3.* Idque procedit; licet non fuerit habitus respectus nec ad lineam, nec ad descendentiam, quoties primogenitus in alia parte testamenti fuit vocatus jure primogenituræ. Mantiss. *ibid. n. 4.* 43

Qualitas primogenialis eruitur etiam ab observantia. Text. *in l. un. §. sin autem ad deficientis C. de caduc. toll.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec. 7. lib. 10. n. 10. vol. 2.* 44

Pro exclusione descendentium à primogenito non sufficit; quod testator respexerit ad incompatibilitatem personalem plurium majoratuum; secus autem si respexerit ad incompatibilitatem realem, & linealem. Mantiss. ad De Luc. *dec. 59. lib. 10. nu. 25. & 26. vol. 2.* 45

In primogenituris attenditur capacitas de tempore apertæ successionis, nec curatur de antecedenti incapacitate. Mantiss. ad De Luc. *dec. 108. lib. 10. n. 2. & dec. 109. n. 6. & 7. dec. 110. num. 2. & 3. dec. 111. n. 6. dec. 112. n. 5. lib. eod. vol. 2.* 46

Primogenito venienti ex propria persona non obstat renunciatio facta à matre. Olea *de cess. Jur. tit. 3. quæst. 4 n. 31. & seqq.* Rot. *dec. 26. nu. 16. & 17. part. 8. & dec. 265. nu. 15. & seq. part. 13. recen.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 108. lib. 10. post n. 7. vers. Non suffragante replicatione vol. 2.* 47

Primogenitus etsi incapax ad generandum, postquam fuit admissus non potest amplius repelli à primogenitura, in qua conditores voluerunt, & exoptaverunt matrimonium, & propagationem sobolis, quia incapacitas superveniens non inducit privationem Mantiss. ad De Luc. *dec. 109. lib. 10. n. 5. d. vol. 2.* 48

Primogenitus dicitur ille, qui talis reperitur de tempore evenientis conditionis, & maximè si ad tale tempus testator respexit Mantiss. ad De Luc. *dec. 109. lib. 10. n. 12. dec. 110. nu. 4. dec. 111. num. 7. lib. eod. vol. 2.* 49

Jus primogenituræ non defertur ad eum, qui tempore apertæ successionis non habet qualitates volitas à testatore. Rot. cor. Card. Cerr. *dec. 344. num. 14.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 109. n. 20. lib. 10. vol. 2.* 50

De-

51 Declaratio emissa à primogenito vivendi in statu cælibatus, ei non præjudicat, si expleta fuerit ante apertam successionem, & si hoc tempore jam matrimonium contraxerit, declaratio, & jus quod ex ea desumi poterat resolvitur. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 100. *lib.* 10. *n.* 7. *et seq. & dec.* 111. *n.* 4. *& 8. lib. eod. dict. vol.* 2.

52 In primogenitura præmorientibus substitutis bona remanent libera penes institutum, & ad quoscumque hæredes transmittuntur. Pellegrin. *de Fideic. art.* 51. *n.* 2. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 115. *lib.* 10. *num.* 8. *vol. eod.*

53 Possessio primogenituræ de primogenito in primogenitum absque ulla apprehensione continuata ipso jure censetur, si Princeps eam confirmans, ita expressè declaravit. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 107. *lib.* 10. *n.* 1. *et* 2. *vol. eod.*

54 Ad Fideicommissum ordinatum pro secundogenito, & ejus descendentibus, primogenitus aspirare non potest. Altograd. *cons.* 48. *n. pr. lib. pr.* Cyriac. *controv.* 281. *n.* 47. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 59. *num.* 19. *lib.* 10. *vol.* 2.

Deficiente linea vocata secundogeniti fit retrogradatio ad lineam primogeniti. Text. *in l. Cum ita* 32. *§. in fideicommisso ff. de leg.* 2. Mantiss. ad De Luc. *loc. cit. n.* 35.

Ut descendentes ex secundogenito jus irrevocabiliter acquirant, sufficit, ut eorum pater per temporis momentum secundogenitus extiterit, adeo ut per successivum illius assensum ad gradum primogeniti non remaneant præjudicati. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 60. *lib.* 10. *n.* 3. *& dec.* 61. *n.* 4. *lib. eod. & d. vol.* 2.

55 De Primogenituris interpretandis, quoties agitur, attendi non debet simplex verborum cortex, & figura; sed potius substantia voluntatis ipsius disponentis, & finis, ob quem fuerit motus ad ita decernendum. Cravett. *cons.* 869. *nu.* 5. Episc. Rocc. *cap.* 194. *n.* 136.

56 In primogenituris, nedum verbum, sed neque etiam syllaba remanere debet otiosa. Socin. Jun. *cons. undec. n.* 13. *lib. pr.* Rot. *dec.* 687. *n. undec. dec.* 702. *n.* 3. *in fin. part.* 2., *et dec.* 354. *nu.* 35. *par.* 11. *rec.* Episc. Rocc. *loc. cit. n.* 84.

57 Ad Primogenituræ successionem si vocantur à Testatore filii nascituri post ejus obitum ex sua nepte, quæ tunc temporis reperiatur innupta, eveniente casu, quod, eodem Testatore adhuc supervivente, eadem neptis nuberet, filiosque procrearet, illis successio primogenituræ debetur, quia Testatoris voluntas pinguius impleta dici debet. Rocc. Episc. *d. cap.* 194. *n.* 152.

58 In primogenitura ratio expressa per viam regulæ universalis, ne successio diu stet in suspenso, & incerto, convenit omnibus vocatis, sive masculis, sive fæminis. Mierez *de major. at. part.* 2. *quæst.* 6. *nu.* 321. *et seq.* Episc. Rocc. *loc. sup. cit. n.* 100.

59 Primogenitis injunctum præceptum censeri debet in omnibus aliis repetitum. Dunozett. Jun. *dec.* 996. *n.* 4. Rocc. Episc. *ibid. n.* 99.

60 Primogeniti vocatio, etiam in numero singulari est referenda ad omnes Primogenitos in numero plurali in infinitum. Bich. *dec.* 624. *nu.* 22. Card. Cels. *dec.* 33. *n.* 16. Episc. Rocc. *cap.* 119. *nu.* 46.

61 Primogenitura non subjacet solemnitatibus. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 66. *n.* 5. *& 6. de Don. disc.* 60. *n.* 42., ubi quod non requiratur Insinuatio. *de Testam. disc.* 43. *n.* 2.

62 Primogenitura an committi valeat alienæ voluntati. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 212. *n.* 3. *cum seq.* Et sequuta nominatione cuinam successio sit debita, & in quibus bonis Idem Card. De Luc. *d. disc.* 212. *sub n.* 10. *& seqq.*

63 An, primogenitura semel erecta, recedi valeat. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 10. *nu.* 10. *& seq. disc.* 45. *nu.* 2. *& seq.* Bosc inter opera ejusd. *in contr. feud. art.* 3. *num.* 13. *et seq.* Accedente præsertim authoritate Principis. Card. De Luc. *d. disc.* 10. *n.* 14.

64 Primogenitura non transmittitur dec. Sicil. inter opera Card. De Luc. *n.* 175. Sed datur repræsentatio in infinitum. *ibid. n.* 176. *cum seq.* ubi declaratur, ut non intelligatur de repræsentatione, quæ de Jure communi concedebatur.

Primogenitura reservata majori natu, an intelligatur juxta ætatem vel juxta lineam. Gratian. *discept.* 645. *n.* 7. *et* 12. *cum seq. et discept.* 834. *n.* 6. *et per tot.* Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 20. *num.* 10. *disc.* 21. *n.* 8. 65

Primogenituræ non debent regulari cum terminis juris communis. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 201. *§.* 2. *n.* 23. *et disc.* 203. *n.* 23. 66

De differentia inter Fideicommissa, & primogenituras. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 50. *n.* 17. *de Fideic. disc.* 212. *sub n.* 4. A Feudis ad Primogenituras, vel econtra licet arguere. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 45. *sub n.* 3. Primogenitura exæquatur beneficiis. Card. De Luc. *de legit. disc.* 24. *nu.* 14., Et vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 67. *num.* 24. *tom.* 2. 67

Primogenitura conventionalis importat societatem pro conservatione & unione bonorum in Familia. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 214. *n.* 2. 68

Primogenitura constitui potest in exercitio jurispatronatus gentilitii. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 60. *n.* 27. 69

Primogenitura purificata non dicitur, donec adest spes existentiæ generis vocati. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 146. *n.* 8. *et* 9. Quod secus est in majoratibus Hispaniæ. Idem Card. De Luc. *loc. cit.* 70

Primogenitura in donatione contemplatione matrimonii, an erigi valeat spretis aliis filiis. Castill. *l.* 4. *cap.* 5. *num.* 16. *cum seq. et l.* 5. *cap.* 68. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 135. *n.* 52. *et* 13. 71

Primogenitura tolli potest per Principem contra aliquos. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 10. *num.* 14. *disc.* 50. *n.* 16. 72

§. PRINCEPS. XLV.

PRinceps etiam de plenitudine potestatis non potest contra suum subditum procedere sine citatione, quæ est pars defensionis, & de jure naturali, ac divino, Clar. *§. fin. quæst.* 31. *vers. pr. etc.* ubi Bajard. & quando secus, vide Asin. *in prax. §.* 17. *cap.* 5. *limit.* 11. *et limit.* 35. *et §.* 6. *cap.* 13. *num.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 673. *num.* 13. *et per tot.* Card. Tusch. *lit. P. conclus.* 689. vide in *§. Citatio num.* Dian. *part.* 3. *in Addit. resol.* 29. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *nu.* 284. *et seqq. part.* 9. *rec.* ubi probat non dari plenitudinem potestatis, nisi ad bona, & justa, & rationabilia, cùm nulla sit potestas ad malum; & sicuti Deus Omnipotens, cujus imaginem in terris Principes referunt, non potest velle, quod est malum, & injustum, quia posse malum non est posse, sed deficere à potentia, ità nec illi majorem debent affectare potentiam aliàs habebunt Deum ultorem, idem Rub. *loc. cit. num.* 66. *et seqq.* Franc. de Amaya *observ. lib. pr. cap. pr. nu.* 46. *et seqq.* vide *in §. Arbitrium n.* 17. & plenè, ac doctè Francisc. de Angelis *in Astræal. Patrocin. post tract. de confess. Opuscul.* 2. *n.* 75. *et seqq. ad* 176. Cresp. de Valdaur. *Observat.* 2. *per tot.* ubi tamen multis modis limitat, *et Observat.* 3. ubi quòd multa, quæ non potest de jurisdictione contentiosa, sunt permissa de œconomica, & politica potestate. Latissime Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst. pr. a n.* 52. *cum seqq. et quæst.* 2. *per tot. tom.* 2. 1

Quòd non possit etiam de plenaria potestate auferre reo defensiones, nec aliquem morti tradere sine processu, licèt ipse viderit committi delictum, aliàs dicatur homicida, & gravissimè peccet; aliqui tamen tenent in atrocioribus, & ex aliqua justa causa id per Principem fieri posse, quod non est improbabile in aliquibus casibus, Clar. *§. fin. q.* 49. *vers. et hoc adeò*, P. Manar. *in Noct. Malen. Inter.* 154. *fol.* 248. ubi citat. Navar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 9. Sot. *de just. et jur. lib.* 5. *quæst. pr. art.* 3. Less. *de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 29. *Dub.* 11. & alios vide Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 98. dixi in *§. Judex num.* 5. *in fine*, idem Dian. *dict. part.* 3. *in Addit. resolut.* 29. *et latiùs par.* 10. *tract.* 15. *resolut.* 34. *per tot.* ubi quando possit ex privata scientia morti tradere delinquentem absque processu, quod benè probat etiam pluribus aliis cita-

tis Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. contr.* 21. *nu.* 53. *et seqq.* latè Cresp. de Valdaur. *observ.* 2. *et* 3. *per tot.* ubi quòd multa sunt permissa de œconomica, & politica potestate, non ad punitionem, sed ad præservationem, imò æquissima, & necessaria in qualibet benè constituta Republica.

Quòd non licest Principi concedere facultatem interficiendi malefactores ante sententiam, quia jure naturæ, ut aliquis condemnetur debet prius audiri, undè facit contra justitiam qui talem facultatem concedit, & qui ea utitur, secùs autem post sententiam, Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de restitut. cap.* 2. *fol.* 39. ubi tamen ita subjungit loquendo de dicta facultate ante sententiam, *nisi judicio meo aliquando propter criminis evidentiam, et atrocitatem, periculumque jus ipsum, et ordo justitiæ postularet, ut statim malefactor periret, aut si esset publicus in Rempublicam invasor, aut Regis; tunc enim unicuique liceret hunc vim repellere*, Hier. Cala *de præemin. M.C.V. cap.* 4. *per tot.* ubi quando liceat Principi ea politica, & œconomica potestate privare vita nocentem juris ordine prætermisso non in pœnam illius, sed potius ad præservationem aliorum, *et cap.* 6. ubi de Judice supremo à latere Principis.

Qualiter obtemperandum sit Principum mandatis, & qua pœna puniantur inobedientes, vel excusari possint, Menoch. *de arbitr. cas.* 365. *per tot.* vide *in* §. *Judex. n.* 57. *infrà num.* 45. Francisc. de Angelis *loc. sup. cit. num.* 80. & *seqq.*

An autem verum sit quod in supremis Principibus reperiatur duplex potestas, una scilicet ordinaria, & altera absoluta, sive quæ plenitudo potestatis appellatur, latè videndus Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *num.* 132. *et seqq. per tot. part.* 9. *recent.* ubi adhibitis pluribus distinctionibus concludit ipsos Principes etiam supremos comprehendi sub legibus Poli, Naturæ, & Rationis, illisque potestatem regnandi esse tributam ob bonum publicum, & non proprium, cùm Regnum non debeat esse propter Regem, sed Rex propter Regnum, nihilque differre debere à bono patre, quæ debeant esse illorum principales virtutes, aliaque plurima moralia, & notabilia de Principibus, & illorum Consiliariis; & latè etiam Francisc. de Angelis *in Astræal. Patrocin. post tract. de confess. Opuscul.* 2. *num.* 82. *et seqq.* ubi citat meas resolut. *cap.* 63. *num.* 8. *et seqq. et num.* 159. *et seqq.* ostendit quòd plenitudo potestatis verè, & propriè, ac universaliter considerata non restricta, nec determinata, est in Dei sola potentia, nec illam ipse Deus alteri concedere potest, cùm non possit facere alium Deum sibi æqualem, quia Deus est infinitus, & duæ res infinitæ esse non possunt, &c. Amaya *Observat. lib. pr. cap. pr. num.* 47. *et seqq.* facit quod dixi in §. *Jurisdictio num.* 3. *in fine* Antunez Portugal. *de don. Reg. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 8. *et seqq. per tot.* ubi post plura concludit non posse Reges, & Principes uti absoluta potestate, quatenus illam habeant nisi pro bono publico, secundùm æquitatem, rectamque rationem, & alia ad rem, *et cap.* 3. *et seqq.* ubi etiam an absoluta Potestate possint Regnum, vel Statum, sive partem illius, vel alia bona, & vassallos invitos alienare, quo jure successio defertur in Regno &c. *infr. num.* 30. Vide Altimar. *dict. quæst.* 2. *n.* 8. *cum seqq. nu.* 28. *et seqq. et n.* 79. *et seqq. et rubr.* 5. *quæst.* 50. *n num.* 35. *tom. pr.*

Plura de Principis potestate circa ultimas voluntates defunctorum; & præcipuè Majoratus, & Primogenituras, an possit illas alterare, Joann. Torre *de success. in Majorat. et Primogen. part. pr. cap.* 32. *per tot.* Andreol. *controv.* 413. Vide Altimar. *dict. quæst.* 2. *n.* 87., ubi loquitur de Papa.

Quid possit Princeps circa contractus, legitimationes, primogenituras, & Majoratus, & alia plura, latè indicat idem Torre *in Repertor. general. d. Operis, verb. Princeps*, & resolvit in locis indicatis, & in *verb. Reges, etc.*

Princeps in iis, quæ sunt juris positivi omnia potest cum suis subditis, quidquid secùs sit in iis, quæ attingunt jus divinum, naturale, vel gentium, & ideò ubi constat de illius voluntate circa jus positivum, non est disputandum de potestate, ità ut quis hoc auderent faciant se superiores, & ponant sedem suam ab Aquilone tentando illi esse similes, & dicantur Sacrilegium committere, *l. disputare Cod. de crim. Sacrileg.* Cravet. *consil.* 241. *n.* 3. Magon. *decis. Flor.* 88. *num.* 18. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 10. *num.* 56. *et de arbitr. cas.* 389. *n.* 20. *et* 21. Gratian. *discept. forens. cap.* 724. *nu.* 8. *etc.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. pr. tit.* 3. *per tot.* Card. Tusch. *lit. P. conclus.* 668. *et seqq.* Leoncil. *decis. Ferr.* 26. *num.* 3. *et decis.* 194. *num.* 7. Cabal. *cons. decis.* 211. *num. pr. et seqq. per tot. lib.* 2. vide in §. *Sacrilegium num.* Paul. Christin. *decis.* 27. *per tot. vol.* 5. Francisc. de Angelis *in Astræal. Patrocin. post tract. de confess. Opuscul.* 2. *nu.* 144. *et seqq.* ubi quòd licèt Princeps possit dispensando sine justa causa malè facit, & peccat, quamvis actus sustineatur in foro fori, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. *dub. ult.* Michael. Salon. *de just. et jur. tom. pr. in* 2. 2. D. Thom. *quæst.* 60. *art* 5. *in* 2. *assert. post* 3. *conclus.* ubi dicit multa requiri pro dicta dispensatione, Cabed. *decis.* 78. *et* 79. *part.* 2. & Antunez. Portugal. *loc. supra citat. et cap.* 10. *et* 11. ubi plura de potestate Principis in condendo leges, & an possit disponere contra jus naturale, vel gentium, &c. Raynald. *rer. crim. Præm.* §. 7. *num.* 21. *et seqq. per tot. fol.* 13. *etc.* ubi *num.* 102. me citat in Praxi. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 2. *a nu. pr. tom.* 2. Piton. *de Jurep. alleg.* 47. *n.* 13. *et* 55. *tom. pr.*

Et quod justa causa non præsumatur, Francisc. de Angelis *loc. cit. nu.* 246. ubi declarat quomodo intelligatur.

Plura de Principis auctoritate Ricc. *Collect.* 2022. *et* 407. Amaya *Observat. lib. pr. cap. pr. per tot.* Sanfelic. *decis.* 386. *cum Addit.* ubi in materia impositionum, vide in §. *Assertia num.* 4. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 405. ubi etiam an idem sit in ejus Vicario, ut possit facere, quæ potest facere Princeps, & affirmat *num.* 6. adde Cresp. de Valdaur. *Observat.* 2. *et* 3. *per tot.* ubi ostendit multa esse Principi permissa de œconomica, & politica potestate, etiam contra Ecclesiasticos, & præcipuè ad obviandum delictis, & conservandam pacem, ac quietem in Republica, cujus ipse est caput, & pater, Hieron. Cala *loc. sup. cit.* Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Imperator*, ubi plura remissivè.

Princeps tamen uti justitia plenus, & cui nil tam proprium, antiquius, & naturale esse debet, quàm justitiæ, & rectitudinis lumine præfulgere, non præsumitur velle plus, quam velit lex, & justitia, & talis mens ejus præsumitur, qualis est lex, & justitia, & ideò dicitur velle omnes actus justitiæ fori, & poli, adeò ut sententia ab eo non benè informato lata, si adversetur legibus, & justitiæ corruat ex defectu intentionis, & voluntatis ipsiusmet Principis, Menoc. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 10. *n.* 8. *et* 9. Altograd. *cons.* 90. *num. pr. etc. cons.* 192. *n.* 5. *et* 6. *lib.* 2. Didac. Mari. in Addit. ad Giazarel. *decis.* 17. *nu.* 10. *et seqq.* Tuschus *litt. P. conclus.* 687. latissimè exornans videndus Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *per tot. par.* 9. *recent.* Rot. Rom. Gait. inter decis. Sanfelic. *decis.* 397. *num.* 14. *et seqq.* ubi etiam quòd decipiuntur affirmantes Principem de absoluta potestate posse aliquem sine justa causa rei suæ dominio privare, concurrente autem aliqua causa, maximè publica posse id facere probat Sanfelic. *decis.* 405. *cum Addit. et decis.* 407. *cum Addit.* Franc. de Angelis *loc. sup. cit. num.* 82. *et seqq. ferè per tot.*

Imò mandat ipse Princeps, non esse servanda illius rescripta, quando legibus repugnant, & alium lædant, cùm in dubio semper intelligatur rescribere, prout juri, & æquitati convenit, ac sine tertii præjudicio, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 9. *per tot.* Gait. inter decisiones Sanfelic. *decis.* 397. *nu.* 20. *et seqq. et decis.* 407. *cum Addit.* Gratian. *discept. for. cap.* 868. *n.* 18. *etc.* Peregr. *decis.* 98. *nu.* 6. plenè Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *par.* 9. *recent.* ubi etiam quòd potius rescriptum præsumendum est falsum, quàm quod Princeps in dubio voluerit tertio præjudicare. Vide *infra n.* 4. *vers. quod nunquam, et vers. quod semper.*

Quòd sub involucro verborum non censeatur Princeps tertio præjudicare, & nisi sit explicitè informatus,

tus, Rot. *part. undec. recent. decis.* 191. *n.* 5. ubi de Pontifice in beneficialibus.

Et si Princeps mandet aliquid præcipitanter, non vult ut sibi obediatur, sed Judicem debere expectare secundam jussionem, vel per 30. dies, *l. si vendicari Cod. de pœn. et cap. cùm apud Thessalonicam* 11. *quæstion.* 3. quòd notabili exemplo confirmat Paul. Christin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit. pr. art.* 2. *num. pr. in fine*, ex Livio *lib.* 4. *secundi belli Punici*.

Quòd Princeps magis, quàm alii teneatur pacta servare, ratione justitiæ, quæ in eo fulgere debet, ac debeat unam solam vocem, unicumque calamum habere, & tanquam mutuæ fidei vindex, Altograd. *cons.* 70. *nu.* 26. *et* 27. *lib.* 2. Azor. *Instit. moral. part. pr. lib.* 5. *cap.* 11. *fol. mihi* 494. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 332. Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 690. *per tot.* ubi latè qualiter teneatur ad observantiam contractus, *et conclus.* 691. ubi qualiter per contractum possit obligare successorem, Ricc. *Collect.* 3280. *et* 3491. Sanfelic. *in Praxi sect.* 29. ubi quod nec ipse, nec ejus successor sive per electionem, sive per successionem potest à contractu recedere, vel eum infringere, aliàs esset deterioris conditionis aliorum, qui est extra omne commercium, & Deus licèt subiecerit leges Principibus supremis, non tamen subiecit contractus, allegat Peregrin. *de jur. fisc. lib. pr. tit.* 3. *nu.* 45. Larrea *allegat. fiscal.* 3. & alios. Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 47. *n.* 6. 7. *et* 15. *tom. pr.* Caprar. *decis.* 586. *n.* 6. *part.* 2. Fagnan. *in cap. ex epistolæ a n.* 25. *de Probat.*

Quòd Principis contractus habeat multa specialia, & quæ idem Tusch. *loc. cit. concl.* 693.

Qualiter Deus Principi subiecerit leges, non autem contractus, & conventiones partium, ac ideò non possit Princeps conventionalia partium suo rescripto tollere, nisi partes ipse consentiant, latè Francisc. de Angelis *in Astræal. Patrocin. post tract. de confess. Opuscul.* 2. *num.* 75. *& seqq.* facit quod dixi in §. *Index num.* 24.

3 Princeps potest facere gratiam in omnibus delictis, & quandoque etiam pro bono pacis, & interesse publico remittere injurias, & damna versùs partem sine illius consensu, dummodò exprimat, aliàs nunquam censetur derogare juri privatorum, nec solet facere gratiam, nisi habita pace, vel remissione à parte offensa, Clar. & Bajard. *in* §. *fin. quæstion.* 59. *per tot.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 58. *per tot.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit. ultim. nu.* 15. Franch. *decision.* 213. *num.* 38. Thes. *decision.* 21. vide in §. *Pax num.* 17. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 16. *nu.* 9. *& seqq. vol.* 2. vide Farinac. *q.* 6. *num.* 21. *&c. quæst.* 103. *num.* 176. Anton. de Marin. *resol. quotid. cap.* 2. *n.* 33. *&c. lib.* 1. Paul. Christin. *dec.* 27. *volum.* 5. Ricc. *Collect.* 1773. *&* 2016. Sanfelic. *dec.* 53. *per tot. & dec.* 405. *per tot. Addit. ad eumdem decis.* 402. *observ.* 10. *&* 11. Conciol. *resol. crim. verb. Princeps resol. pr. per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 21. Grivel. *decis.* 75. *per tot.* & Raynald. *Syntax. rer. crim. Prœm.* §. 7. *n.* 56. *& seqq. fol.* 26. *&c. cap.* 8. §. 3. *num.* 169. *& seqq. fol.* 533. Vide Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 4. *quæst.* 17. *n.* 13.

Quòd Princeps remittendo pœnam partis læsæ applicandam peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem, cùm boni Principis non sit læsum non recompensare, ex quo jus divinum, naturale, gentium, & civili id suadet, Menoch. *de arbitr qu.* 96. *num.* 2. *et* 3. ubi citat Sot. *de just. et jur. q.* 5. *ar.* 4. *lib.* 4. vide Bardellon. *cons.* 36. *nu.* 46. P. Manar. *in Noct. Malencol. interrogat.* 105. *fol.* 163. ubi quòd probabilior est opinio, ut non possit facere gratiam sine partis satisfactione, Ricc. *Collect.* 1773. 2016. 3589. 3107. *et* 3366. ubi ampliat quòd aliàs gratia sit nulla ipso jure, & ab officialibus non approbanda, ac idem esse in commutatione pœnæ; limitat tamen stante justa causa, vel si offensus esset mortuus, exterus, vel incognitos, vel calumniosè nollet facere remissionem humiliter petitam ad tradita per Thes. *dec.* 21. ubi tamen quòd tunc solet imponi exilium à loco donec pax fuerit obtenta, vide Thess. *qu. for.* 26. *lib.* 4. Ricc. *Collect.* 3107. Sanfelic. *decis.* 53. *per tot. & decis.* 405. *per tot. cum Addit. & dec.* 407. *cum Addit.* Novar. *in Pragm. Collect.* 32. *num.* 12. Conciol. *loc. cit. per tot.* Vide Bellegrand. *loc. cit.*

An autem Princeps possit aliquo casu compellere partem offensam ad reddendam pacem, vide in §. *Pax nu.* 8. Vide Bellegrand. *tract.* 10. *quæst.* 6. *n. pr.*

Et quòd Princeps non nisi ex justa causa pœnæ remissionem facere possit, ut si quis deliquerit casu fortuito, vel ex humana quadam fragilitate, secùs autem in sceleratis, & facinorosis, ac solitis delinquere, quibus favere, & pœnam remittere impium est, & Respublica plurimum læditur, ac injuria afficitur, Sot. *dict. lib.* 4. *quæstion.* 5. *artic.* 4. *versic. posterior conclusio*, Menoch. *dict. quæst.* 96. *n.* 7. *et* 8. ubi respondet ad id, quòd dici solet, nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, ut vivat, intelligi quoad mortem æternam, & vivat, nempè vita spirituali, vide etiam alios supra citatos, & Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 1. *& seqq.* ubi latè probat hanc partem, ut non nisi ex justa causa possit gratias facere, adde Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part.* 2. *libr.* 2. *cap.* 21. *per tot. fol.* 444.

Quod imò Princeps possit facere gratiam criminis, & pœnæ corporalis, etiam irrogatæ invicem, & locum pecuniariæ, licèt pars contradicat, cùm sua non intersit, quia pœnæ corporalis persequtio ad vindictam publicam, & non privatam pertinet, Paul. Christin. *decis.* 206. *num.* 4. *volum.* 4. ubi citat Clar. *quæst.* 59. Anton. Faber *in suo Cod. tit. de pœ. definit.* 1. Sed non recedas à supra firmatis, vel intellige ex justa causa, & vide in §. *Judex num.* 76. *vers. Undecimo*.

Quòd Princeps non possit facere gratiam subdito suo pro delictis extra territorium commissis, sed spectet ad Principem loci delicti, à quo legitimè obtenta gratia, vel aliter concordato non possit etiam ampliùs inquiri, nec molestari in loco originis, vel domicilii, Ricc. *Collect.* 2946. vide in §. *Gratia num.* 3.

Qualiter Princeps supremus possit facere gratias in præjudicium Baronum de omnimoda juridictione investitorum, vide in §. *Dominus num.* 38.

Quòd Princeps non possit facere gratiam delinquenti, etiam justa ex causa, nisi faciat cum temperamento exilii à loco delicti, & à loco habitationis partis offensæ donec pacem obtinuerit sub pœna nullitatis gratiæ, ad tradita per Bajard. ad Clar. *quæst.* 59. *num.* 51. Sanfelic. *dec.* 142. *num.* 7. Prat. in Addit. ad Paschal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 7. Francisc. Vico *ad Pragmat. Sardin. libr.* 2. *tit.* 25. *cap.* 12. *n.* 19. Vidend. Basilic. *dec. crim.* 12. *n.* 23. *&* 24.

Vel dic quod non potest in delictis, & pœnis à jure divino, naturali, & gentium inductis, sed benè in delictis, & pœnis à solo jure civili inductis, licèt in istis etiam dubitari possit quando est quæsitum jus parti, vide Laurent. Matthæu. *de Regim. Regn. Valent. par.* 2. §. 1. *num.* 105. *& seqq.* Franc. Vico ubi sup. & alios citatos per Raynald. in locis supra relatis, qui benè totam materiam, quando Princeps possit, vel non tuta conscientia facere gratias delictorum sine remissione partis offensæ, vel eam cogere ad faciendam pacem, & alia ad rem explicat, & Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 18. *per tot.* cum pluribus ab eo citatis Basilic. *dec. crim.* 12. *num.* 2., *&* 18., *&* Pignatell. *consult.* 40. *n.* 31. *tom.* 8. De Luc. *De Regal. disc.* 148. *n.* 62., *& disc.* 177. *n.* 20.

Princeps non potest tollere jus alteri quæsitum 4
ex contractu jurisgentium, nisi utatur plenitudine potestatis ex justa causa publicam utilitatem respiciente, cum solutione pretii, & modica læsione, vel tollendo tantùm obstaculum, sive restituendo aliquem ad jus, quod antea habebat, Bellon. *cons.* 2. *per tot.* Curt. jun. *cons.* 1. *num.* 19. *&c. lib.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 48. *nu.* 7. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 891. *num.* 29. *& per tot.* ubi quòd numquam potest revocare, & tollere jus, quòd ipse concessit per contractum onerosum, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 161. *num.* 7. *&c.* Vivi. *comm. opin.* 635. *&* 636. Tusch. *litt. P. conclus.* 680. *& seqq. ad* 687. latè Dian. *p.* 11. *tract.* 7. *res.* 5. *per tot.* ubi refert diversis opiniones, & rationes Paul. Christin. *decis. Belgic.* 230. *vol.* 1. *& decis.* 75. *vol.* 2. *& decis.* 19. *nu.* 19. *&c. vol.* 5. *& decis.* 27. *per tot. d. vol.* 5. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *num.* 94. *& seqq. par.* 9. *recent.* Sanfelic.

decis. 407. num. 12. & seqq. ubi etiam quid si agatur de jure quæsito Ministerio juris civilis, & aliu plusa in Addit. quando possit facere gratiam du pœnis. Addit. De Luc. De Regal. disc. 148. 177., & 185. per tot. Vide Altimar. de nullit. rubr. 12. quæst. 1. n. 34. cum seqq. tom. 2 Fagnan. in Iudic. general.

Quòd Princeps possit jus immediatè quæsitum per modum juris civilis tollere etiam sine causa ante sei traditionem, & apprehensam possessionem, Paul. de Castr. in l. Gallus §. Et quid si tamum ff. de lib. & posth. Alex. cons. 87. volum. 2. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 29. num. 84. Altimar. dict. quæst. pr. num. 36. & 37.

An possis du potestate ordinaria concedere novas revisiones contra res judicatas, benè Mans. Consultat. 285. lib. 2.

Posset tamen sine causa donationem à se factam, vel aliam concessionem revocaru, quando nullum factum reciprocum intercessit, licèt non deceat, Menoch. de arbitr. d. q. 47. num. 11. vide in §. Contractus num. 45. Vide De Luc. de Regal. disc. 148. n. 34., & 35.

Item potest jus quæsitum ux re judicata tollere, mandando causam reviderі, idem Menoch. de arbitr. quæst. 52. per tot. dummodò utatur clausula, non obstaniu ru judicata, Genu. de script. privat. lib. 3. tit. de litt. judicial. vel morat. n. 33. & 34. fol. 171. Paul. Christin. decis. Belgic. 73. vol. 2. Jovius de Solemnis. in contr. min. gloss. 8. §. 4. n. 23. Altimar. de nullit. rubr. 5. q. 5. du n. 46. tom. 1. & dict. qu. 1. n. 37.

Quòd pro bono pacis possit in totum rem privatorum auferre, soluto tamen justo pretio, Gratian. disceptat. forens. cap. 997. num. 10. Altograd. cons. 102. num. 75. & 76. lib. 2. Paul. Christin. dec. Belgic. 230. num. 10. &c. vol. 1. & dec. 158. num. 2. & 11. d. vol. 1. Martha vot. Pis. 166. num. 23. & seqq. Facis De Luc. de Regal. dict. disc. 148. nu. 31., & seq. disc. 276 per tot., & disc. 177., ubi quænam causa publica requiratur.

Quando Princeps præsumatur justis de causis aliquid fecisse, vel concessisse, dilucidat Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. per tot. Tusch. litt. P. conclus. 681. & 682. per tot. Vidu Episc. Piton. de Jurepatr alleg. 47. n. 21. tom. 1. & discept. 22. nu. 6. p. 1.

Quòd numquam intelligatur præjudicare tertio, etiam si motu proprio rescribat, Gratian. discept. forens. cap. 730. num. 31. & num. 43. &c. cap. 854. num. 23. &c. cap. 421. nu. 38. cap. 634. num 20. cap. 580. num. 29. capit. 867. num. 16. &c. latè Rebuff. in Praxi benef. p. 1. tit. de nu toll. jus quæsit. gl. 6. per tot. ubi multis modis hanc regulam ampliat, & postea d. gl. 6. duodecim limitationus adducit, in quibus Principes præjudicat juri alterius, Paul. Christin. decis. Belgic. 75. vol. 2. plenè Paul. Rub. in Annot. ad dec. 217. p. 9. rec. Quod si gratiu facta fuesit motu proprio De Luc. de Regal. disc. 185. num. 11. Vide supra n. 2. vers. imo mandat Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 5. n. 42. & 44. tom. 1. Piton. de Jurep. alleg. 52. n. 70. tom. u. Caprar. decis. 344. n. 4. part. 1. Idem De Luc. de Feud. disc. 27. nu. 6. de Jurisdict. disc. 41. n. 6. de Præem. disc. 40. n. 3. & 4. & alibi.

Quòd semper intelligatur rescribere prout juri, & æquitati convenis, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9. per tot. Rot. par. 13. rec. dec. 126. num. 7. & 8. ubi quòd quamvis non dubiterur quin Pontifeu possit si velit creditoribus, & tertio præjudicare, numquam tamen præsumitur; quod per suas concessiones id ageru intendat, Sanfelic. dec. 407. n. 32. & seqq. Vide supra n. 2. vers. imo mandat. Balduc. de Legat. tit. 3. decis. 21. n. 47.

Quando apparet de Principis voluntate, veniunt omnia per eum expressa, quamvis essent alteri quæsita, etiam nulla uxpressa causa, quæ semper in Principe præsumitur, Gratian. discept. forens. cap. 845. num. 25. &c. capit. 959. nu. 4. &c. Card. Tusch. litt. P. conclus. 680. cum pluribus seqq. Rot. in Noviss. par. 6. dec. 332. num. 9. Vide Altimar. de nullit. rubr. 2. quæst. 5. n. 44. tom. 1.

Quòd imò, ubi agitur du tollendo jure quæsito non præsumatur causa nisi exprimatur, Magon. dec. Flor. 131. num. 12. Imò non sufficere causam esse expressam, sed esse probandum illam esse veram, Boss. tit. de Princ. & privil. ejus n. 189. Francisc. De Angelis loc. infrà cit. n. 146. Emeriu jun. decis. 435. num. 4.

Quòd ubi Princeps facit actum de sui natura præjudicialem, virtualiter afficiat omnes, quibus præjudicium infertur, etiam si jus eorum ignoret, Merlin. decis. 243. num. 2. & 3. Rot. par. 14. recent. decis. 488. num. 20. & 30. ubi intelligit de jure consequtivo, & incompatibili, ut ibidem declarat.

Multu de potestatu Principis rescribentis eu certa scientia, Gratian discept. forens. cap. 599. num. 2. &c. cap. 673. per tot. capit. 584. num. 32. &c. Rebuff. loc. supracit. Cardin. Tusch. litt. P. conclus. 683. et 684. per tot. Larrea Alleg. 114. et 115.

Quòd concessiones, & privilegia Principum intelligantur sine alterius damno, & injuriu, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 48. num. 1. Paul. Christin. dec. Belg. 158. per tot. vol. 1. latè videndus Paul. Rub. in Annot. ad decis. 217. part. 9. rec. ubi quòd ab eis jura, & non injuriæ proficisci debent aliaque plurima, & latè etiam Francisc. du Angelis in Astræal. Patrocin. post tract. de confess. Opuscul. 2. nu. 78. et seqq. ferè per tot.

Princeps potest dispensare, ut quis contrahat secundas nuptias absque incursu alicujus pœnæ, cùm 5
possit dispensare in præjudicium tertii, quòd venis in consequentiam, & quando agitur solùm de jure quærendo, & non quæsito, ita ut hoc jus quærendum possit tolleru etiam sine causa, maximè si proveniat à juru civili, ac etiam jus quæsitum quando suadet æquitas, & favor animæ, Altograd. consil. 49. num. 30. & seqq. lib. 2. Sanchez. de matrimon. lib. 7. disput. 89. qu. 2. num. 60. Ricc. Collect. 2022. Menoch. de arbitr. cas. 151. num. 4. Montan. de tut. cap. 15. num. 79. Boer. decis. 185. num. 25. Gabriel. comm. concl. tit. de secund. nupt. conclus. 2. num. 49. Mynsing. observat. 24. in fine centur. 5. plenè Rot. par. 18. rec. decis. 360. per tot. vidu in §. Pœna nu. 1. ubi qualiter fuerit revocata dicta decisio eadem par. 18. decis. 387. et dec. 479. Vide De Luc. de Regal. disc. 177. ex n. 30. cum seqq.

An autem, & quomodo possit legitimare, vidu in §. Legitimatio num. et §. Filius num. Vide Altimar. de nullit. rubr. 12. quæst. 2. nu. 80. tom. 2. Card De Luc. de Testam. disc. 12. n. 13.

Princeps potuit per legem generalem ubrogare fi- 6
deicommissa, & illorum vim tollere, cùm plures subsint justæ causæ; primò, namque quia liberam rerum administrationem impediunt; secundò, perturbant rerum liberas commutationes; tertiò, rebus de sui natura liberis servitutem quandam imponunt; quartò, invito hærede, vel legatario gravato successorem constituunt; quintò, votum quodam captandæ mortis alienæ inducunt, ubi post gravati mortem conferuntur; sextò, sæpissimè materiam delinquendi præbent, nam gravati vendunt multoties bona affecta pro liberis, & emptores postea spoliantur re, & pretio; septimò; quia sunt seminaria litium, ut experientia docet, dum quotidiè disputatur de puncto, de casu, de personis, de rebus, de voluntate, de verbis, de interpretationu, du detractionibus, du alienationibus, de imputationibus, du melioramentis, de fructibus, & similibus quæstionibus, quæ lites immortales reddunt, & quæ omnia sunt legibus uxosa, ut probat Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 114. facit Paul. Christin. decis. 41. nu. 1. &c. vol. 4. ubi qualiter in Galiis per statutum Regium debeuns fideicommissu infrà certum tempus insinuari in loco rei sitæ sub pœna nullitatis, vide in §. Fideicommissum num. 53.

Quod Princeps possit etiam alicui fideicommisso particulari derogare, maximè si alia bona subrogentur, Caval. dec. 430. num. 2. Rot. par. 9. rec. dec. 465. & p. 13. dec. 304. num. 6. & seqq. Larrea Alleg. 155. ubi plura de Principis potestate circa derogationes contractuum, ultimarum voluntatum, & majoratuū.

Quæ autem justus Princeps animadvertere debeat in hujusmodi concessionibus derogatoriis fideicommissi, vide Molin. de primog. lib. 4. c. 4. per tot. & servati Florentiæ testatur Mart. Medic. dec. Senen.

Exam.

Exam. 3. *num.* 116. facit Rot. *par* 9. *recent. dec.* 75. *per tot.* ubi gratia non debet esse subreptitia, non adsint alia bona libera, & creditores urgeant, aliàs licèt fuerit executioni demandata officere non potest fideicommissariis ad impediendam immissionem.

Et gratia derogationis non est derogatio, sed mandatum ad derogandum, & alteri commissa non producit effectum, nisi præcedat derogatio, nec alienatio antea facta potest per ratificationem sustineri, cùm interim fuerit jus quæsitum vocatis, Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 157. *num.* 4. *&c. & p.* 10. *decis.* 41. *num.* 1. *& seqq.* ubi etiam quòd debet præcisè servari forma præscripta, aliàs non suffragatur, *& dec.* 325. *d. p.* 10. *et decis.* 363. *per tot. eadem p.* 10. ubi pleoè, *et p.* 13. *dec.* 304.

Quòd Princeps non possit tollere claram testatoris dispositionem, *l. testamentum C. de test.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 79. *num.* 24. Vide Emerix jun. *decis.* 806. *n.* 8. ubi quod potest voluntatem testatoris ex justa causa supplere, quando illa expresse non resistit.

Quòd possit auferre jus futuri legati, & fideicommissi nondum agniti, ità ut non sit necessaria citatio partis, nec alia expressio, quando scienter derogat juri alterius, & alia circa regulam de jure quæsito non tollendo, Gratian. *discept. forens. cap.* 458. *num.* 4. *&* 25. *cap.* 765. *num.* 36. *&c. & cap.* 766. *n.* 1. *&c.* Larrea *Allegat. fiscal.* 115. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *qu.* 1., *&* 2. *tom.* 2.

Quòd ante aditam hæreditatem possit Princeps, & etiam post ex causa infringere, & mutare testamentum, etiam si testator dixerit, ne se intromittere possit, Duran. *tract. de condit. & mod. impos. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 116. *&c.*

Hujusmodi tamen derogatio fideicommissi intelligitur solùm facta in subsidium, aliis bonis liberis non extantibus, Gratian. *discept. forens. capit.* 996. *num.* 9. *&c.* vide *in §. Emptio num.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 75. *num.* 1. *&c.*

Ex quibus reddatur subreptitia, & nulla, Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 233. *per tot.* ubi etiam qualiter reddatur nulla ob non servatas qualitates, & conditiones, in ea appositas, ità ut non impediet immissionem fideicommissariis, *& p.* 13. *dec.* 304. *num.* 6. *&c. per tot.* Bouden. *De Jurepascend. cap.* 44. *num.* 45., *& per tot.*

Quando, & quomodo possit Princeps inter suos subditos derogare, vel non voluntatibus defunctorum circa legata, fideicommissa, majoratus, primogenituras, & alia, ultrà citatos, vide Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 64. *& seqq.* Hermosil. *ad l.* 53. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *num.* 14. *&c.* Castil. *lib.* 2 *cap.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 6. Covar. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. tit. de jur. quæsit. toll.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 28. *& seqq.* ac alibi sepè Bardellon. *cons.* 17. *num.* 14. 25. *&* 27. Monet. *tract. de commun. ultim. volunt. c.* 9. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *num.* 45. *& seqq. par.* 9. *rec.* ubi late probat Principem non posse sine justa causa non tantùm jus quæsitum tollere, sed nec etiam jus in spe probabili quærendum, sive ex contractu, sive ex ultima voluntate, cùm ambo proveniant ab initio ex jure gentium, cui non potest Princeps derogare, vide in §. *voluntas num.* 4. Bonden. *loc. cit. dict. cap.* 44. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *qu.* 2. *n.* 87. *tom.* 2. Vide Card. De Luc. *de Feud. disc.* 9. *in annot. sub n.* 9. *disc.* 10. *n.* 14. *disc.* 50. *n.* 16. *de Regal. disc.* 148. *n.* 49. *disc.* 177. *ex n.* 26. *Relat. Cur. disc.* 20. *n.* 14. *Annot. ad Concil. disc.* 21. *n.* 5. *de Decim. disc.* 20. *n.* 15. *de Fideicomm. in summ. à num.* 25. *et à num.* 295. Belduc. *tit.* 3. *de Legat. decis.* 57. *à n.* 9.

Quando, & ex quibus causis Princeps possit derogare vinculo primogenituræ, & fideicommissi particularis, vel generalis, Ant. Gob. *Cons.* 146. *per tot.* De Luc. *De Regal. disc.* 177. *ex num.* 26. *et de Fideicomm. in Sum. ex num.* 27. *et* 295.

Quòd Princeps possit de consensu testatoris reddere testamentum irrevocabile, ità ut non possit testator amplius illud mutare, Fagund. *de just. & contract. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 2. *& seqq.*

Princeps sæcularis potest, sicut & Papa supplere 7
omnes defectus processuum, quod tamen non potest facere Legatus de Latere, cùm nihil possit contra jus commune, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 859. *num.* 7. *&c.* facit latè Guaz. *def.* 1. *cap.* 19. *num.* 5. *& seqq.* ubi an, & quomodo possit committere causas appellatione, vel recusatione remota, & sic sanare nullitatem provenientem ex allegatione judicis suspecti, de quo dixi in §. *Judex num.* 66. *&* 67. Altimar. *de nullit. rubr.* 14. *quæstion. pr. à nu. pr. tomo* 2. *& rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 48. *n.* 549. *tom.* 7.

Princeps sæcularis sicuti non potest directè impo- 8
nere gabellam super fructibus, & bonis Clericorum, ità nec indirectè exigendo ab illis, qui emant ab ipsis Clericis, Gratian. *discept. for.* 390. *per tot.* facit *in cap.* 564. *num.* 48. *&c.* vide in §. *Gabella nu.* 4.

Sed an istud servetur in practica dicant alii, & vide quos allegavi in §. *Gabella num.* 4. & præcipuè Baldel. *Theolog. mor. tom. pr. lib.* 5. *disput.* 37.

Princeps sæcularis an possit in suo statu sine scru-
pulo conscientiæ concedere exercitium usurarum ju- 9
dæis cum privilegio expresso, aliquo annuo censu recepto, vel saltem illas tollerare, latè Thess. *decis.* 57. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 4. *num.* 56. *&c.* Azor. *Institut. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *fol.* 1015. *& dict. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 17. *litt. B. & C. fol.* 536. *& part.* 3. *lib.* 5. *capit.* 8. *in fine fol.* 451. Navar. *consil.* 3. *in Manual. cap.* 27. *num.* 143. Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 338. *per tot.* Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resolut.* 14. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 110. *per tot. lib.* 2. ubi pro negativa tanquam tutiori, Surd. *decision.* 80. Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 6. *&c.* vide in §. *Judæi n.* 15. & dixi in Pract. §. *Ebrei n.* 9. *&c.* ubi quid provisum per leges municipales Florentiæ, quæ tamen hodie non servantur ex corruptela cum magno scandalo, & damno Civium.

An autem Princeps sæcularis possit licitè disponere, ut tempore necessitatis fiant mutua cum interesse, & sic quodammodo usuras permittere ex causa necessitatis affirmat ex multis Anton. de Ballis *tract. variar. lib.* 5. *in Prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ n.* 58. vide *in §. Uxura num.*

Princeps Christianus an licitè possit pro se, & re- 10
bus suis tuendis inire fœdus, & amicitiam cum Infidelibus, ut sibi præstent auxilium, vide disputationem Ofasch. Pedemon. in fine suarum decisionum ubi contra Oldrad. *cons.* 71. negativam defendit opinionem, facit Dian. cum aliis ab eo relatis *par.* 2. *tract.* 16. *res.* 36. ubi an liceat emere, vel permutare victualia à Turcis, & tenet licitum esse comercium cum illis ex causa necessitatis.

An Christiani remigãtes in triremibus Turcarũ, vel alia faciẽtes contra Christianos dũ sunt captivi peccẽt mortaliter, & incidant in excommunicationem, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 36. ubi plures hinc indè allegat.

An Princeps Christianus possit in suis statibus concedere hæreticis libertatem conscientiæ inconsulto Papa, &c. Caren. *de offic. S. Inquisit. par.* 3. *quæst.* 10. *per tot. fol. mihi* 381. & est materia Cardinalis Fulcodii, vide in §. *Hæresis n.* 20.

An Principes Christiani possint in suis statibus ad sedandos rumores concedere hæreticis libertatem conscientiæ inconsulto summo Pontifice, affirmativam probat Benedict. Carpzovi (Auctor reprobatus *in leg. Reg. German. cap.* 3. *sect.* 6.

Sed negativam, & meliùs, nisi magnum sit periculum in mora multis tuetur respondendo contrariis, Dian. *p.* 10. *tract.* 3. *per tot.*

An autem Principes laici habeant jus aliquod circa bona hæreticorum confiscata, vide Dian. *part.* 13. *tract.* 3. *resol.* 2. *fol. mihi* 194. & alios citatos in §. *Hæresis n.* 5. *vers. Multa de confiscatione*, Card. Fulcod. apud Caren. *de S. Offic. quæst.* 15. *fol. mihi* 391. & ubi pro fisco sæculari circa bona hæreticorum confiscata.

Princeps supremus an possit dispensare, quod im- 12
pubes contra legum sanctionem possit testari, vide in §. *Testamentum n.* 15. Ricc. *Collect.* 407. ubi alia plura de Principis potestate, *& Collect.* 2202. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 405. *observ.* 2. ubi quòd potest si impubes sit pubertati proximus, nullumque præ-

judicium inferat venientibus ab intestato, ex Angel. Alex. Dec. & Jas. in l. fin. C. de testam. milit. Magdalen. tract. de num. test. in testum requisit. p. 2. c. 4. n. 73. & 76. Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. qu. 5. sect. 2. n. 104. vers. an princeps tom. 8. Merend. contr. libr. 15. cap. 29. Lara de Vit. Homin. cap. 20. n. 84. & 85.

52 Princeps non potest imponere legem successori, nec eum adstringere, ne deroget alicui Constitutioni, sub certa forma verborum, maximè in gratia motu proprio, Gratian. discept. forens. cap. 548. n. 6. &c. Tusch. lit. P. conclus. 962. per tot. Vide Fagnan. in cap. canonum statuta n. 57. de Const.

Qualiter autem possit per suum contractum obligare successorem, vel non, Tusch. lit. P. conclus. 691. per tot. Vermigliol. cons. 439. num. 1. & seqq. Urceol. tract. de transact. qu. 53. nu. 21. &c. vide in §. Transactio num. 10. in fine. De Luc. de Regal. disc. 201. num. 6.

53 Princeps non potest ad alterius Principis, vel status æmulationem, Castrum, vel Præsidium ædificare, Bald. cons. 188. lib. 2. Curt. jun. cons. 80. in fine, Angel. & Castr. in l. cum eo, ff. de servit. Urb. præd. Cæpol. eodem tract. cap. 39. vide Boer. decis. 320. per tot. Cabed. dec. 16. n. 6. part. 2.

In dubio tamen æmulatio non præsumitur, sed arbitrio judicis ex conjecturis colligitur, & non dicitur Princeps ad æmulationem facere, si Castra, & Oppida munitissima in confinibus suarum Regionum ædificet ad sui status conservationem, & defensionem, idem Bald. cons. 195. lib. 2. Gayl. obser. 69. n. 17. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 156. n. 6. & 20. Duen. reg. 31. per tot. Boer. dec. 320. per tot.

Qualiter autem, & ex quibus causis possit Princeps indicere bellum, quando, & in quibus peccet in ordine ad milites, etiam si bellum sit justum, & alia plura de bello, Dian. p. 6. tract. 4. per tot.

De jure indicandi bellum, & illius effectibus, latè pluribus citatis. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. c. 26. per tot. alios retuli in §. Captura n. 4.

Quòd Princeps possit prohibere subditis, & impedire, ne etiam in suo solo, & terris extruant Castra, fortalitia, turres, & propugnacula, maximè in finibus Regni, Castil. de tertiis cap. 41. nu. 95. Ripol. de Regal. cap. 33. n. 5. aliique plures citati per Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 42. n. 96.

An si duo Principes habeant jus probabile ad successionem alicujus Regni, vel status possint in conscientia, non expectata judicum sententia, illum armis occupare, vide Dian. p. 9. tract. 8. res. 69. per tot. ubi adducit varias opiniones, & rationes.

Quòd necessarium sit Regi, & cuilibet Domino in sua jurisdictione Arces, & munitiones habere fortissimas, & quare, Salzedo Politic. de Regim. Princip. lib. 2. cap. 11. per tot. fol. mihi 169. &c.

54 Princeps tam sæcularis, quàm Ecclesiasticus debet histriones, & mimos indicta pœna à Civitatibus suis expellere, ne impudica, & inhonesta populo exhibeant; qualiter autem, & quibus diebus, & horis possint isti Principes honestæ spectacula, & choreas permittere, vel non, & quid in ultima nocte ultrà dimidiam Carnisprivii, qualiter peccent tam ipsi saltantes, mimi, & histriones, quibus pœnis afficiantur, quam spectatores, & alia plura ad detestationem hujusmodi ludorum, latè Menoch. de arbitr. cas. 69. n. 13. & seqq. per tot. ubi ex professo reprobat Nevia. in Silva nupt. lib. 4. n. 66. & seqq. qui argumentis inconsulto Christiano certè indignis nixus est probare licere, dicere, & expedire ne prohibeantur choreæ, & larvæ ultrà dimidiam noctem Carnisprivi, & in fine adducit Historiam satis notabilem, vel miraculum intempestivæ cujusdam choreæ, & saltationis, vide in §. Episcopus nu. 4. Petr. Greg. in Syntag. jur. univers. lib. 39. cap. 5. Paul. Christin. dec. 82. vol. 5.

De circulatoribus, & Ciarlatanis expellendis propter fraudes, quas committunt in extorquendo pecunias à Civibus, & quod sint personæ infames, Conciol. & Romag. ad Stat. Eugub. lib. 5. Rub. 41.

Quòd autem possint permitti histriones sine peccato, dummodo non utantur verbis, aut factis illicitis, & inhonestis, probat Lanfranc. Zacch. tract. de Salar. & merced. q. 70. per tot. ubi etiam an illis debeatur salarium, vide Dian. resol. moral. par. 2. tract. 17. res. 35. & 81. & part. 5. tract. 13. resol. 81. ubi an peccent spectatores, & dixi in §. Episcopus n. 34.

An autem, & quando Princeps, vel Magistratus permittens turpes comœdias peccet mortaliter, vel non, idem Dian. d. part. 5. tract. 13. resol. 82.

Princeps concedens salvum conductum pro debito, 55
non videtur concedere pro debito jurato, nec pro debito fiscali, vel ex delicto, Afflict. decis. 5. cum Addit. Jas. in l. rescripta C. de prec. Imper. offer. Diaz. reg. 583. inf. n. 54. & 55. vers. Duodecimo.

Et qualiter possit Princeps concedere, vel non, salvumconductum, & dilationem pro debito, & ad quæ debita extendatur, vel non, vide in §. Salvus conductus num. 11. & seqq. Paul. Christin. dec. Belgic. 130. vol. 1. & dec. 70. et 71. vol. 2.

Princeps dicitur solutus legibus, nec censetur con- 56
tra se ipsum disponere, nisi expressè dicat, & ideò non ligatur statuto de lucro dotis exclusivo fœminarum, & similibus, nisi voluerit, ut dixi in §. Statutum num. vide Cabal. decis. 78. et 79. p. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 5. per tot. Altogr. cons. 1. nu. 45. etc. lib. 1. Roland. de lucr. dot. quæst. 82. Michalor. de fratr. p. 3. cap. 11. nu. 227. Marlia. de legib. lib. 3. tit. 1. quæst. 16. per tot. plenè Carbon. tract. de legibus lib. 7. Disput. 8. per tot. fol. mihi 287. Dian. part. 1. tract. 10. resol. 10. ubi quid in foro conscientiæ, & latiùs part. 11. tract. 7. resol. 6. per tot. ubi infert ad plures casus particulares, & latè etiam Alvarez. de Velasc. tract. de jur. perfect. Rubr. 1. Annot. 3. §. 3. n. 12. et seqq. Francisc. de Angelis in Astraal. Patrocin. post tract. de confess. Opuscul. 2. nu. 99. et seqq. Baldel. Theolog. mor. tom. 1. lib. 5. disput. 27. et seqq. Latè Basilic. dec. crim. 12. à n. 7.

Quòd ad solum Principem superiorem non recognoscentem spectet legum ferendarum potestas; prudentis autem Principis sit quàm paucissimas leges condere, quia quo pauciores sunt leges benè exarcitæ, & servatæ, eo magis morigeratæ Reipublicæ conveniunt, & tales, quibus ipse se subiiciat, cùm magnum robur recipiant si non tantùm jussu, & verbis, sed factis ab eo approbentur, unde licèt Princeps dicatur solutus legibus, digna vox est Majestasis imperantis legibus se alligatum profiteri, si non vi coactiva, saltem vi directiva, quæ ita Reges, & Principes, sicut privatos dirigit ad legum observantiam, intelligendo in iis, quæ statui, & dignitati Principis legislatoris conveniunt, aliàs eum nec vi directiva obligant ad tradita per Sot. de just. lib. 1. quæst. 6. art. 7. Less. de just. et jur. cap. 35. dub. 1. Larrea allegat. fiscal. 4. nu. 10. & latè de omnibus istis, & aliis ad rem facientibus Antunez. Portug. de donat. Reg. lib. 2. cap. 10. per tot.

An autem possit Princeps condere leges contra jus naturale, sive gentium, an possit contractus à se gestos rescindere, tam per legem generalem, quàm per rescriptum, an contractus, vel ultimas voluntates subditorum tollere, vel mutare, & aliis, plenè idem Antunez. Portugal. d. tract. lib. 2. cap. 11. per tot. Reliqua de legibus vide in §. Lex per tot. Addo Altimar. de nullit. rub. 12. quæst. 2. à num. 1. tom. 2. Vide Fagnan. in cap. cam esses nu. 138. de Testam.

Profitetur tamen se secundùm leges vivere, ac rationis, & æquitatis vinculo ligatur, l. digna vox, ubi Bald. & alii Cod. de leg. Azor. Institut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 11. per tot. fol. 494. Covar. in cap. alma mater de sent. excom. lib. 6. tom. 1. fol. mihi 444. nu. 4. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 23. n. 38. et 39. D. Thom. part. 2. quæst. 96. art. 6. Leoncil. decision. Ferr. 22. n. 22. vide in §. Papa n. 9. latè Paul. Christin. decision. Belgic. 9. vol. 5. et decis. 53. per tot. volum. 1. Ricc. Collect. 2566. Ludovis. decis. Perus. 72. Urceol. de transact. q. 52. plenè Paul. Rub. in Annot. ad decis. 217. part. 9. recent. et Discursu ad part. 11. dec. Rot. Roman n. 132. et seqq. ubi plurima de Principis potentia tam

bons,

bona, quàm mala, & de peste adulatorum, & Aulicorum, qui etiam optimos Principes incautos decipiunt, atque corrumpunt, Francisc. de Angelis *loc. cit. n. 103. et seqq.* ubi quòd licèt Princeps solutus sit legibus quoad vim coactivam, & pœnas fori exterioris, ligatur tamen ex jure, & æquitate naturali, ac divina quoad vim directivam, quia si non ligatur lege legis, ligatur lege rationis, & alia plura ad rem, Baldel. *loc. cit.* Gabr. Vasquez *in S. Thom. 1. 2. tom. 2. Disput. 167. per tot. fol. mihi 107.* etc. Addo De Luc. *De Regal. disc. 148. nu. 17. De Emphyt. disc. 21. nu. 4.* Fagnan. *in cap. ex epistolæ n. 30. de Probat.*

17 Princeps non subdito suo præjudicare non potest, & contrahendo cum non subdito, non gaudet privilegiis Principatus, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. n. 27. et 28.* Et ideò quæ dicta, & dicenda sunt de illius potestate, debent intelligi respectu subditorum, nam quoad alios non subditos habetur pro privato.

Plura qualiter Princeps ex contractu suo, sive cum extero, sive cum subdito obligetur naturaliter, & civiliter simul juxta veriorem opinionem, quidquid alii distinguant, Bart. *in l. Princeps ff. de legibus*, Trentacinq. *var. resol. tit. de pact. res. 1. n. 21. lib. 3.* Gabriel. *comm. concl. tit. de jur. quæsit. non toll. concl. 5. in fine*, Ricc. *Collect.* 3082. Bardellon. *cons. 75. n. 9.* sequitur Urceol. *tract. de transact. quæst. 53. n. 1. et seqq. per tot.* Cabed. *decision. 75. part. 2.* ubi plura an, & quando Rex obligetur, vel non ex contractu inito cum subdito, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. c. 11. per tot.* Latè Pignatel. *consult. 58. tom. 9.* De Luc. *De Regal. disc. 93. n. 3.* Fagnan. *in cap. Antigonus n. 7. de pact.*

18 Princeps quando præsumatur se conformare dispositioni juris communis, & statutorum, vel potiùs illi derogare, etiam non facta speciali mentione, Gratian. *discept. for. cap. 940. n. 3. per tot.*

An autem potiùs intelligatur se conformare juri communi, vel juri speciali, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 12. per tot.*

Licèt non possit tollere jus commune in totum, potest tamen in suo statu adeò illud offuscare, & impedire, ut nullum operetur effectum, Altogr. *cons. 98. n. 35. lib. pr.*

Qualiter possit tollere æquitatem, Rot. *part. 11. recent. dec. 357. n. 59. et seqq.*

Quæ, & qualis justitia Regibus in regimine sit necessaria, & quæ, ac qualis scientia, vel doctrina, Salzedo *Politic. de Regimine Principum lib. pr. cap. 52. Dissert. 14. fol. 93. et cap. 55. Dissert. 18. fol. 114.*

19 Princeps an, & quando possit contrahere cum subditis suis, vide in §. *Officia.*

Quòd possit esse Judex in causa propria cum subditis suis, sive sit actor, sive reus, vel saltem ille deputet judices, qui judicare possint, cùm aliàs judices ordinarii contra Principem non habeant jurisdictionem, Altograd. *cons. 2. num. 20. et seqq. lib. 1.* Cabed. *dec. 76. per tot. par. 2.* & Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 34. num 6. et seqq.* ubi etiam quòd si agatur cum Ecclesiasticis, Cortiad. *decis. 37. num. 2. etc.* De Luc. *De Judic. disc. pr. n. 28. et disc. 3. n. 58.* Sed vide Caprar. *decis. 367. n. 17. part. pr.*

20 Princeps sine ulla datione, vel acceptatione pecuniæ debet eligere, & mittere officiales ad officia, ut dixi in §. *Officia num.* 4. & meliùs in Pract. §. *Præsenti n.* 10. Princeps an, & quatenus peccet officia sæcularia vendens Pignatell. *tom. 9. consult. 125. à n. 10.*

Imò tenetur illis justa, & competentia salaria constituere, latè multis citatis Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 12. n. 45. et seqq.* ut dixi in §. *Judex n. 21. vers. Quod non tenentur.*

Quòd non debeant amovere officiales sine justa causa, Cabed. *dec. 20. per tot. p. 2.* De Luc. *de Regal. disc. 20. a n. 3. disc. 148. num. 21.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 39. a num. 310. & 319. tom. 6.*

Quæ sint per Principem animadvertenda in electione Magistratuum, latè multos allegans Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 12. per tot. & c. 13. n. 5. & seqq.* quando debeat officia parentum filiis eorum concedere.

Et qualiter non possit, nec debeat Princeps sine justa causa amovere officialem ab officio; justas autem causas esse quando Officialis reperitur admodum negligens, vel insufficiens, vel prævaricatus est in officio, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 55. per tot.* Ricc. *Collect.* 2011. vide in §. *Officialis n.* 13. Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. controv. 77. nu. 30. & seqq.* Vide De Luc. & Altimar. *loc. supra cit.*

An Princeps teneatur eligere digniores ad officia sæcularia sub pœna peccati mortalis, multi affirmant, alii vero magis communiter putant sufficere si eligat dignum, vide Dian. *par. 4. tract. 4. res. 172. & par. 6. tract. 6. res. 2. &c.* ubi an Proreges teneantur proponere digniores, & an possint vendere officia. Vide Pignatell. *tom. 9. consult. 125. à n. 38.* Jovium *de Solemnit. in contr. minor. gloss. 6. §. 3. n. 64.*

Princeps conferendo jurisdictionem inhabili, sive 21
aliàs inhabilem admittendo ad officium, vel actum, an dicatur illum dispensare ab inhabilitate, latè Menoch. *lib. 2. præsumpt. 20.* ubi distinguit plures casus, & benè Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1239. per tot.* Sperel. *dec. 115. per tot.* vide in §. *Episcopus n.* Paul. Chirst. *dec. 28. n. 4. &c. vol. 5.* ubi quòd si sciat defectum, & possit dispensare, intelligitur dispensasse, aliàs autem vitiatur electio.

In dubio tamen officialis præsumitur dignus, & idoneus, idem Menoch. *lib. 2. præsumpt. 8. per tot.*

Principis gratia debet probari per scripturam, cùm 22
scriptura sit necessaria ad probandum mandatum Principis, *l. 1. C. de mandat. Princip. l. in exercendis C. de fid. instr.* Afflict. *dec. 319. n. 10. & seqq.* latè Sanfelic. *dec. 403. cum Addit.* vide in §. *Gratia n. 8. §. Amissio n. 10. & §. Rescriptum nu.* 11.

Et si Princeps simpliciter rescribat supplicationem multa continentem omnia videtur concedere, nisi aliquam partem cancellaverit, vel limitaverit, vel nisi versemur in his, quæ specialem, & expressam mentionem requirant, Rom. *cons.* 80. Rebuff. *in Prax. benef. p. pr. tit. de 3. par. signat. vers. Datum apud n. 31. et seqq.*

De duobus petitis, unum concedendo, videtur alterum negare, Altograd. *cons. 2. n. 36. lib. pr.*

Quando tamen Princeps reperitur in Civitate præsens, vel ubi agitur de Tribunali ex pluribus consistente creditur assertioni Officialis, vel Magistratus dicentis aliquid fecisse de jussu, & mandato Principis vivæ vocis oraculo habito, vel per epistolas, Bonden. *Collect. legal. 32. nu. 3. & 4.* Farinac. *q. 97. nu. 56. & 58.* Cabal. *res. crim. 26. nu. 4.* Jo. Paul. Melii *obser.* 10.

Princeps non præsumitur plus voluisse concedere, 23
quàm fuerit supplicatus, & sicuti responsio intelligitur juxta præcedentem interrogationem, ita rescriptum declaratur ex precibus, & licèt concedat id, quod est plus, non videtur concedere id quod minus est, quia in mandato, & gratia Principis non procedit argumentum de majori ad minus, præcipuè si militet alia ratio, Surd. *decis. 268. n. 15. 22. &c.* Jas. *in l. justitia nu. 11. ff. de just. & jur.* Dec. *cons.* 33. Mandel. *cons. 4. n. 24.* Card. Tusch. *litt. R. conclus. 2011. n. 35. &c.* Ger. Spin. *cons. 11. num. 8. & 28.*

Princeps quamvis in suo statu sit dominus univer- 24
salis, particularium tamen rerum non habet dominium, nam intelligitur dominus quoad jurisdictionem, & protectionem, Bart. *in proœm. ff. num.* 3. Gabriel. *comm. concl. tit. de acquir. rer. dom. concl. fin.* latè Vasquez *contr. illustr. lib. 1. cap. 20.* Pac. Jord. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 11. n. 292. fol. 185.* & latè exornat Paul. Rub. *in Annot. ad decis. 217. 353. & seqq.* Cabal. *cons. decis. 95. nu. 20. lib. 2.* ubi de Imperatore, qui dicitur dominus totius mundi quoad jurisdictionem, & protectionem non autem quoad proprietatem, & dominium singularium rerum, quæ pertinent ad singulares, quibus non potest per ejus concessionem præjudicare.

Quòd in duobus tantùm casibus possit Princeps sub-

subditos suos gravare in bonis, & rebus eorum, nempè ratione delicti, & pro communi bono sui regiminis, & præter hos duos casus debere esse suis stipendiis contentus, D. Thom. *de regim. Princip. lib. 3. cap. 11.* Francisc. de Angelis *in Astræal. Patroc. post tract. de confess. Opusc. 2. nu. 2.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 24. nu. 108. & seqq. per tot.* ubi de causa urgentis necessitatis, *& lib. 3. cap. 43. nu. 70. &c.* Vide Caed. De Luc. *de Regal. disc. 148. n. 19. disc. 176. n. 5. & disc. 177. a n. 14.*

25 Princeps sæcularis potest statuere circa observationem Festorum ab Ecclesia inductorum, ut probat Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. pr. num. 59. fol. 489.* dixi *in §. Feriæ num. 6.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 203. vol. pr.* dixi *in §. Sententia num. 3.* Fagnandez *de præcept. Eccl. lib. pr. cap. 5. & 6.* ubi plura an potestas laica possit inducere dies festos obligantes ad culpam, vel pœnam sine auctoritate Ecclesiæ, & quod possit consuetudo laicorum quoad introductionem, & abrogationem festorum, Cabed. *dec. 87. par. pr.* ubi pro validitate statutorum laicalium circa observantiam festorum, vide latè Pignatel. *Consult. 8. lib. 1. per tot.* Capon. *disceptat. 208. tom. 3.* & alios citatos per Francisc. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib. 1. Rub. 1. num. 14. & seqq. per tot.* ubi plura ad rem, & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 9.* Vide Fagnan. *in cap. cumquestus num. 65. & seqq. de Fer. lib. 2. fol. 96.*

Et ita reperitur ordinatum Florentiæ, ut dixi in Pract. §. *Festæ.*

Si tamen Episcopus ex causa concesserit licentiam laborandi alicui, non potest à Curia sæculari molestari sub prætextu suæ prohibitionis, & ita fuisse declaratum à Sacra Congregatione refert Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 94.* vide *in §. Feriæ num. 6.* quod probat etiam Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccles. part. 2. cap. 20. Dubit. 2. sect. 3. fol. mihi 453.*

26 Princeps Christiani quamvis sæculares sint ipso jure Ecclesiæ protectores, & ideò possunt jure merito Salvaguardiam non solum pro personis, & bonis laicorum, sed etiam Ecclesiasticorum concedere, & violatores, etiam Clericos punire, *c. Princeps, c. Regnum, &c. administratores 23. quæst. 5.* Cagnol. *in proœm. ff. nu. 46.* Gigas *de crim. læs. Majest. lib. 1. quæst. 2. num. 3. & 4.* Menoch. *de arbitr. cas. 338. nu. 6. 7. & 14.* latè Costantin. Casar. *Specul. peregr. quæst. q. 50. per tot.* facit Hieron. Columb. *de Hierar. Angel. & hum. lib. 6. cap. 26. per tot.* ubi plura de Principum, & Regum potestate, cùm & ipsi, ut Pastores populi, ac Ministri Regni Dei sint ab ipso Deo instituti, ac ejus externo regimini præpositi, &c.

An, & quando Principes, & eorum Ministri laici possint cognoscere de causis Ecclesiasticis per viam violentiæ, & sic ad vim Ecclesiasticis illatam repellendam, Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 13. & 14.* vide *in §. Judex nu. 30.* Fontanel. *decis. 313. cum pluribus seqq.* Et quando Curia sæcularis possit procedere contra Curiam Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum, & alia juris remedia, latè Cortiad. *decis. 28. per tot.* Et è converso quando Curia Ecclesiastica possit procedere per censuras, & alia remedia spiritualia contra Curiam sæcularem, idem Cortiad. *decis. 27. per tot.*

Qualiter autem solus Princeps concedat hujusmodi salvaguardias propter usum armorum illi tantùm competentem, vide in *§. Salvusconductus nu.*

An Principes sæculares possint aliquando à suis statibus expellere aliquos Ecclesiasticos, etiam Episcopos suis justis mandatis inobedientes, vel pro aliis delictis Rempublicam infestantes, sive illos punire ratione officii, Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 17. & 18. part. 3. tract. 1. resol. 27. part. 4. tract. 2. resolut. 81. part. 5. tract. 1. resolut. 5.* ubi an saltem possint transmittere Episcopos ad Papam pro animadversione, & negat, vide in §. *Clerici num. 79.* Cresp. de Valdaur. *observ. 3. num. 17. & seqq.* ubi reprobando Dianam dicit urbanius, & decentius hæc fieri medio judicis Ecclesiastici, illo autem recusante, vel omittente manu Regia, vel militari, &c. benè etiam Thom. del Bene *de Immunit. part. pr. cap. 9. dub. 5. sect. pr. lect. 2. per tot. fol. 410.* ubi quòd non possunt illos quantumvis inobedientes justis mandatis, vel aliter delinquentes expellere; nisi Pontifex renuat providere, vel absit, & periculum sit in mora, nam isto casu possunt de jure naturæ, inobedientes, & rebelles Ecclesiasticos per modum defensionis expellere, & non per modum jurisdictionis, quia ubi naturalis ratio defensionis urget, omnis cessat immunitas, & fit reditus ad prima principia, ubi nulla reperitur exemptio, & in antecedentibus, & subsequentibus dubitationibus alia plura de laica potestate in Ecclesiasticos, & è contra Pignatell. *consult. 40. num. 3. & 8. tom. 2. & consult. 31. num. 26. tom. 6. & consult. 44. num. 15. tom. 9.*

Qualiter Reges possint ad se vocare Episcopos, qui jussui obedire tenentur, *cap. petimus 11. quæst. 1. cap. princeps, cap. Administratores, cap. Regnum 23. quæst. 5. cap. tributum,* ubi *glos. 23. 8. 9. cap. si Episcopus 18. distinct.* Belug. *in specul. Princip. Rub. 1.* Oliban. *de jur fisc. cap. 10. num. 6.* August. Barbos. *in cap. cum parati de appellat.* aliique plures relati per Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 34. num. 2. & seqq.* Pignatell. *consult. 6. num. 1. tom. 3.*

De Regia protectione in quibus consistat juxta hìc adnotata benè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 31. per tot.* ubi exemplificat in multis casibus, & latiùs Cevallos *tract. de cognit. per viam violent.* Pereyra *de manu Reg.* Salgad. *de Reg. Protect.* Oliva *de for. Eccles. part. 1. quæst. 15. & seqq.* & aliis ab istis citatis idem Portugal. *d. lib. 2. cap. 33. & 34. per tot.* ubi plura de jure cognoscendi de causis Ecclesiasticorum *& lib. 3. cap. 43. n. 46.* Pignatel. *consult. 30. num. 14. tom. 2.* Vide Fagnan. *in cap. conquestus n. 74. de Feriis.*

De protectione Regia in Ecclesias, & Conventus Regularium, quomodo acquiratur talis protectio; de jure patronatu formali, & honorifico, an possit per Principes acquiri, etiam dote non constituta, & alia ad rem, Casar. *Specul. Peregr. q. 50. per tot.*

Quòd Reges, & Principes Christiani, licet Sæculares tamquam Ecclesiæ Protectores possint, & debeant non tantùm in negotiis laicis, sed etiam in Ecclesiasticis, pro conservanda pace, ac vi repellenda, non juridica potestate utendo, sed de facto violentiam propulsando subvenire oppressis per vim, etiam contra Ecclesiasticos vim inferentes, & potestate sua abutentes, etiamsi judicialiter procedant, cum & in judiciis plerumque vis inferatur, quia violentiæ exclusio ad supremas pertinet potestates, latè ex sacris paginis, canonibus, Sanctorum Patruum, Rotæ Romanæ, ac Theologorum, Episcoporum, aliorumque religiosissimorum Virorum, & Scriptorum Ecclesiasticorum auctoritatibus, contra Dianam, & sequaces, illum in specie acriter mordendo, probat videndus cum allegatis Laurent. Matthæu. & Sarz. *tract. de re crim. controv. 78. per tot.* ubi in terminis prætensæ immunitatis Ecclesiasticæ, quando liquidè constat illi non esse locum, ut Ecclesiasticus procedendo per censuras, dicatur violenter agere, & possit ista vis repelli; intellige ut dixi, quando notorium est non competere, secus in dubio &c. vide *in §. Immunitas num. 13.* & faciunt plura notata per Cresp. de Valdaur. *d. observat. 3. per tot.* Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. part. 1. cap. 9. dubit. 4. 5. & 6. per tot. fol. 393. & seqq.* ubi plura in confirmationem prædictorum, qualiter Principes sæculares possint potestate extraordinaria arrepta in casu, quo Ecclesiastici Reipublicæ molestiam, & periculum inferant, nec aliud remedium adsit, exercere vim punitivam, & coactivam in eos, per modum justæ, & necessariæ naturalis defensionis suorum subditorum, cùm licitum sit vim vi repellere, etiam præveniendo, dummodò injuria sit manifesta, & non fiat per modum usurpatæ jurisdictionis, & alia, ut ibi plenè per eum, qui juribus, & rationibus benè omnia comprobat, & in *tract. de Comit. seu Parlament. Dubit. 22. & 23.* quibus addi potest Hieron. Cala *de præemin. M. C. V. cap. 4. num. 7. & 8. cum aliis pluribus ab eo citatis.*

Princeps qualiter, & in qua summa possit charitativum subsidium à subditis exigere, pro recuperatione alicujus Civitatis, vel Oppidi, si propriæ facul- 27

tates

tates non fufficiant, & qualiter poftea teneatur illud compenfara cum annuis cenfibus præftari folitis, Guid. Pap q. 551. *in fine* Menoch. *de arbitr. caf.* 178. *num.* 6. 7. & 15. latè videndus Sanfelic. *difcept. unic. de donativo tempore belli poft primum vol. fuarum decifionum, poft decif.* 150.

An pro dotanda filia primogenita poffit collectam fubditis imponere, Tiraquel. *de jur. Primog. q.* 69. *per to.*

Quod duæ conditiones præcipuè requirantur, ut Princeps poffit exigere impofitiones, gabellas, five donativa à fubditis fuis, nempè publica utilitas, five neceffitas, & quod proportionabiliter exigantur, aliaque plura notabilia in hac materia Dian. *refol. moral. part.* 1. *tractat.* 3. *per tot.* & *part.* 3. *tract.* 5. *refolut.* 78. Paul. Rub. *in Annot. ad decif.* 217. *nu.* 328. & *feqq. part.* 9. ubi invehit contra Principum peffimos Confiliarios illos adulantes, ut poffint ad libitum vectigalis imponere, vide Sanfelic. *d. difcept. unic. de donativo tempore belli*, & *decif.* 396. *per tot. cum Addit.* ubi plura de Principis poteftate, & juftitia præfumenda in hac materia, ut ftandum fit omninò illius affertioni de neceffitate imponendi, & exigendi donativa, & fimilia onera à fubditis, quicquid aliqui contra dicant, vide in §. *Gabella num.* 5. Intellige hoc ultimum nifi evidenter conftet de veritate in oppofitum contra Regem, vel Principem, quia veritati femper cedit præfumptio; An fi Rex, vel Princeps poffit aliunde neceffitati fuæ occurrere, veluti ftatum fuum reftringendo, &c. valeat donativum, five tributum exigere à fubditis, & alia plurima de hac materia plenè Th. del Bene *tract. de Comit.* & *Parlament. Dubit.* 2. 3. 4. 8. 9. & *per tot.* Cabed. *decif.* 49. *part.* 2. An autem poffit Princeps per fe folum indicere, & imponere nova tributa, vel in Comitibus generalibus tantùm, & de populi confenfu plures hincinde allegat Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 5. *cap.* 24. *nu.* 79. ubi tandem *num.* 107. & *feqq.* concludit non poffe, nifi de populi confenfu, vel in cafu urgentis neceffitatis, ac ubi periculum effet in mora, nam tunc pro defenfione Reipublicæ, & fublevanda publica neceffitate, poffet ea fe bona privatorum capere, ac fi effent propria, & compellere fubditos divites ad fibi mutuandum pecunias pro fua, & illorum defenfione, nec effent immunes etiam perfonæ Ecclefiafticæ; tributa autem impofita ex caufa neceffitatis, illa ceffante ceffare debere, & alia ad rem pluribus citatis.

An in dubio pofitivè fit præfumendum pro Principe, vel pro fubditis in materia impofitionum, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 2. *tr.* 17. *refol.* 59. ubi concludit quòd fi utrumque fit probabile, poteft Princeps juftè exigere, & populus juftè negare.

An autem poffit Rex five Princeps fæcularis aliquo modo gravare Ecclefiafticos faltem quoad bona patrimonialia, quoad ea, quæ negociantur, quoad fructus, quos alibi tranfmittunt, ut carius vendant, & quoad bona allibrata, vel gravata antequam ad illos pervenirent, latè Thom. del Bene *tract. de Comit.* & *Parlament. Dubit.* 25. 26. 27. & *feqq.* dixi in §. *Clericus*, & §. *Gabella*.

28 Princeps fæcularis an teneatur dare præcedentiam Epifcopo, Altograd. *conf.* 1. *per tot. lib.* 2. vide *in* §. *Epifcopus num.*

29 Princeps non femper punire debet de illo obloquentes, & maledicentes, nec femper eofdem impunes dimittere, & tollere, fed pro temporum, & perfonarum qualitatibus prudenter deliberare quid magis expediat, & qua pœna fint puniendi, ficuti pluribus exemplis hincinde demonftrat text. *in leg. unic. C. fi quis Imperat. maledix.* & noviffimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 5. *per tot.* ubi pluribus exemplis antiquis, & modernis exornat Menoch. *de arbitr. caf.* 377. *per tot.* ubi multas rationes adducit, propter quas Princeps debet potius tales maledicos arbitrio fuo punire, quam impunes dimittere, cùm grave fit crimen de Principe obloqui, & maledicere, præcipuè fi fiat ex propofito, & per injuriam, fecus fi ex levitate, & lapfu linguæ, vel ex juftitia, five ebrietate, vide Farinac. *quæft.* 105. *infpect.* 10. *num.* 389. & *feqq.* Scanarol. *de vifit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 1. *num.* 22. & *feqq. ad* 43. Paul. Rub. *in Annot. ad decif.* 217. *num.* 295. & *feqq. part.* 9. *reccnt.* ubi refert exempla tollerantiæ. Sæpè enim fatiùs eft omnia fcire, & non omnia profequi ex Taciti fententia. Maledicens Principi quomodò puniendus, Bafilic. *decif.* 26. *per tot.* ubi plura de Pafquillis, & argutis dictis. Vide Brunnemann. *in dict. l. unic.*

30 Princeps non poteft, nec debet alienare ea, quæ fibi, fuis fucceffforibus, & fubditis magnum afferre poffunt præjudicium, & detrimentum; quæ autem dicatur pars Principatus, vel res magna ad hunc effectum, Menoch. *de arbitr. caf.* 559. *per tot.* Tufch. *littera P. conclaf.* 694. *per tot.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *refolut.* 18. Cabed. *decif.* 17. & *feqq. part.* 12. ubi an poffit donare bona Civitatum, & an fucceffor teneatur ratas habere donationes à Prædeceffore factas, & alia ad rem, & *decif.* 40. *num.* 16. & *feqq. dict. part.* 2. Caftil. *de tert. cap.* 17. Cardof. *in prax. verb. Rex*, Crefp. de Valdaur. *obferv.* 14. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 152. Andreol. *contr.* 402. *per tot* Larrea *alleg.* 80. *num.* 40. & latè videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. & 4. *per tot. ac per tot. tract.* ubi plenè, quæ, & qualia poffit Princeps à fe abdicare, vel non, faciunt tradita per Ant. Gob. *Confult.* 142. *per tot.* ubi quæ poffint donare Reges, & Principes, vel non, idem Dian. *d. part.* 8. *tract.* 6. *refol.* 122. & 123. *per tot.* Rot. *part.* 11. *reccnt. decif.* 357. *num.* 76. & *feqq.* ubi tamen quòd ex caufa remunerationis, & meritorum poteft. Pignatell. *confult.* 46. *n.* 22. & 73. *tom.* 5. Vide De Luc. *Relat. Cur. difc.* 2. *n.* 15. & 16. & *de Feud. difc.* 64. *n.* 6. Rub. *de Confuff. Jur. cap.* 5. *n.* 52.

Quòd non poffit Princeps alienare vaffallos, Oppida, vel Caftra, five civitates invitis vaffallis, & fubditis, licet de facto, & de plenitudine poteftatis contrarium fervetur, imò de jure in cafu neceffitatis, vel cum univerfitate, Vivi. *comm. opin.* 637. Gabriel. *concl.* 21. *lib.* 5. Urfil. ad Afflict. *dec.* 165. *nu.* 36. Franch. *decif.* 17. *num.* 2.

31 Princeps tempore penuriæ poteft occupare, atque colligere frumentum, & alia victualia fui territorii, cogendo etiam particulares perfonas ad vendendum pro publica utilitate, Alex. *conf.* 190. *num.* 2. &c. *lib.* 2. Bart. *in lib.* 1. §. *Cura ff. de off. præfect. urb.* Altograd. *conf.* 45. *nu.* 37. *lib.* 2. Salon. *de juft.* & *jur. cont.* 9. *per tot.* Paul. Criftin. *decif.* 76. *nu.* 20. & *feqq. vol.* 5.

Et ad pretium taxatum, quamvis vile, quod Princeps taxare poteft, ad cujus obfervantiam poffunt compelli etiam Ecclefiaftici à fuis Ordinariis, Cabal. *refol. crimin. caf.* 9. Gratian. *difcept. forenf. cap.* 149. *num.* 43. latè Salon. *loc. cit. contr.* 10. *quæft.* 77. *art.* 1. *fol. mihi* 44. P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur.* & *juft. part. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 55. Joseph. Mele ad Gizzarel. *decif.* 71. *nu.* 8. Sperel. *decif.* 12. *num.* 57. & *dec.* 13. *num.* 10. Covar. *var. refol. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.* Dian. *refol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *refol.* 7. 8. & 9. ubi alia plura quæ Princeps fæcularis poteft contra perfonas Ecclefiafticas faltem per modum defenfionis fuæ jurifdictionis, & pro communi Reipublicæ bono regimine, vide *in* §. *Clerici num.* 54. &c.

32 Princeps poteft prorogare tempus ad redimendum rem venditam conceffum, quando non eft lapfum, cùm non fit jus emptori adhuc perfectè, & irrevocabiliter quæfitum, fecùs autem fi tempus jam fit effluxum, Altograd. *conf.* 68. *num.* 22. *lib.* 2.

Et idem eft in fimilibus cafibus, cùm Princeps poffit facere gratiam etiam in præjudicium alterius, dummodò non agatur de jure jam perfectè quæfito, fed acquirendo ex difpofitione juris civilis; idem Altograd. *conf.* 49. & *conf.* 68. *lib.* 2. Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *nu.* 151. Card. Tufch. *litt. P. concl.* 920. *num.* 5. & 7. Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 9.

33 Princeps qualiter poffit pro fua, & fubditorum utilitate mutare curfum aquarum, & fluminum tranfeuntium per illius ftatum, vide Peregr. *de jur. fifc. lib.* 8. *tit. de aquis nu.* 51. & *feqq.*

34 Princeps tenetur reftituere omnia damna Ambafciatori fuo in itinere derubato, quando motu pro-

prio

prio illum elegit, & misit, secus si ab ipso Ambasciatore rogatus, & requisitus, Bonifac. de furt. §. Furtum nu. 53. & 54. Franc. decis. 146. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 12. tit. 3. num. 57. &c. fol. 22. Et idem est in Communitate, sive Universitate.

33 Principes laici qualiter sint incapaces juris conferendi Episcopatus, vel alia beneficia Ecclesiastica, nisi ea concessione Papæ, vide in §. Laicus num. 9.

Item qualiter non possint aliquid statuere circa contractum matrimonii, cùm jam sit elevatus ad Sacramentum, vide quos allegavi in §. Matrimonium num. 1. Vide De Luc. Annot. ad Concil. disc. 26. à nu. 39.

Et generaliter quid possint, vel non possint Principes laici circa fidei dogmata sancienda, vel circa constituendam disciplinam Ecclesiasticam, vel in Sacros Canones, & leges Ecclesiasticas, latè Giballin. de jur. canon. & Eccles. tom. 2. lib. 5. cap. 9. per tot. fol. 262. &c. Vide De Luc. de Fideicomm. disc. 254. n. 13. de Regul. disc. 126. n. 6.

35 Princeps an, & quando possit concedere Repræsalias, & plura de Repræsaliis, quid sint, an, & quando, & sub quibus conditionibus sint licitæ, vel non, Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. clauf. 3. glos. 2. per tot. fol. 17. Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 22. & seqq. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 27. per tot. cæterique relati à Castejon. Alphab. jurid. verb. Repræsaliæ, & Com. August. Fouran. Bibliotb. legal. part. 5. eod. verb. fol. 525. & ex antiquis de repræsaliis multa notat Bertachin. Repertor. verb. Repræsaliæ, Dian. part. 4. tract. 4. resol. 72. ubi ponit sex conditiones necessarias ad justitiam Repræsaliarum, Layman. Theolog. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 13. Mynsinger. Cent. 6. obser. 1. Bart. in tract. Repræsal. Cardin. Tusch. litt. R. conclus. 193. & seqq. ad 202. ubi plura, & est materia Authent. Ut non fiant pignorat. collat. 5. & c. si pignorationes de injur. in 6. Bertachin. in Repert. verb. Repræsalia, Coller. de process. exe. ut. part. 1. cap. 2. nu. 269. & seqq. Paul. Christin. dec. 90. n. 23. & seqq. vol. 5. & decis. 183. n. 6. & seqq. per tot. d. vol. 5. ubi quòd non possunt concedi contra personas Ecclesiasticas, nec contra studiosos, & alia idem Christin. dec. 227. n. 11. &c. vol. 5. Ricc. Collect. 2229. Vivi. comm. opin. 687. ubi sunt odiosissimæ, ideò strictè intelligendæ, ut exemplificat; & alia plura de repræsaliis, & earum judice competente, Cresp. de Valdaur. observ. 75. per tot. fol. mihi 117. Thom. Hurtad. resol. moral. part. 2. tract. 8. resol. 36. fol. 97. Vide Card. De Luc. de Regul. disc. 170. & disc. 281. de Alien disc. 50. n. 5. in fin.

Quòd Repræsaliæ non possint concedi, nec exequi contra personas Ecclesiasticas, & illarum bona, nec contra alios sine præcedente monitione cum comminatione Repræsaliarum; & si injustè factæ sint, non potest ille, cujus bona capta sunt agere contra eum, cujus causa fuerunt concessæ, si ipse non sit culpabilis, licèt aliàs damnum passus agat contra eum, qui fuit causa repræsaliarum ad restitutionem rei, & damnorum, Seraphin. dec. 453. Rot. par. 1. divers. dec. 611. & alii citati per Carol. Ant. Thes. tract. de pæn. Eccles. par. 2. verb. Repræsaliæ cap. 1. & 2. fol. 300. Ant. Gob. Consult. 104. Vide De Luc. d. disc. 181.

An autem repræsaliæ sint licitæ in foro conscientiæ, videtur affirmare Valer. de diff. utriusq. fori, verb. Repræsaliæ, dummodò concurrant debita requisita, de quibus Anton. Gob. d. Consult. 104. per tot. ubi etiam unde originem, habuerint, & ad quid inventæ. De Repræsaliis agit etiam Mauson. de caus. excem. ampliat. 33. per tot. fol. 217.

37 Princeps an ad vitanda majora mala [sicuti ob similem causam lupanaria permittunt] possit quandoque permittere duellum absque incursu censurarum contra illos latarum in Concil. Trid. sess. 23. cap. 19. de reformat. & Constit. Gregor. XIII. Dian. resol. moral. part. 6. tract. 6. resol. 20. ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam probat; sed ne decipiaris vide exempla majorum malorum vitandorum, quæ ipse proponit, cùm causa levis non sufficiat ad illos excusandum. Sed quoad lupanaria non esse permittenda pluribus rationibus, & auctoritatibus probat Salcedo Politic. de Regim. Princip. lib. 4. c. 14. Dissert. 49. fol. 379. &c. ubi tamen n. 170. fatetur in oppositum stare gravissimos Auctores.

Qualiter ex causa boni publici possint Princeps quandoque permittere duella, & alia plura de duellis, quid sint, de illorum forma, de personis pugnantium, de duellorum prohibitione, an possint aliqualiter permitti, & alia plenè Lattea Alleg. fis. 116. & 117. per tot. quod non possint contra Sanch. & Hurtad. Sustinet Pignatell. tom. 9. consult. 88. à num. 173.

Alia plura de duellis tradit idem Dian. loc. cit. resol. 21 & alibi sæpius, ut notavi in §. Sepultura n. 3. in fine, diar in Pract. §. Duelli, Paul. Christ. dec. 82. n. 25. & seqq. vol. 5. Vivi. comm. opin. 231. 232. Gutierez. in Prax. ubi plenè de materia duellorum in qu. 103. 104. 105. & 106. per tot. Thom. Hurtad. resol. moral. part. 2. tract. ult. resol. 5. fol. 500. &c. ubi plura qualiter possit esse licitum duellum pro defensione propriæ innocentiæ, & alia multa de duellis. Latè Pignatell. consult. 88. per tot. tom. 9. Layman. Theol. Moral. lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 3. n. 3. & cap 5. per tot. & cap. 6. n. 5.

Principes supremi, & Respublicæ superiorem non recognoscentes adinstar Romanæ Ecclesiæ, habent privilegium ut contra eos non detur præscriptio, nisi centum annorum, quidquid aliqui quoad Ecclesiam Romanam dubitent, Fachin. lib. 8. contr. 3. Alex. cons. 84. nu. 2. lib. 1. cons. 24. nu. 14. lib. 5. Ofasch. dec. 69. n. 13. Surd. dec. 1. n. 2. 7. & seqq. Facundez de just. & contract. lib. 2. cap. 15. n. 68. & seqq. Dian. resol. moral. part. 6. tract. 7. resol. 8. vide io §. Præscriptio n. 20. et 25. 38

De præscriptione contra Principes supremos, & eorum Regalia, ac præcipuè jurisdictionem, an, & quanto tempore, ac cum quibus requisitis procedat, vel non Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 3. c. 45. per tot.

Princeps qualiter teneantur custodire loca suæ jurisdictionis, & maximè vias publicas tueri à latronibus, & malis hominibus pro mercatorum, & aliorum itinerantium securitate, cùm ad hunc effectum exigant vectigalia, & gabellas à transeuntibus, & subditis, ita ut si viatores aliquod damnum patiantur ex dicta causa, teneantur ipsi Principes illud ei resarcire juxta liquidationem per juramentum faciendam in defectum allatum probationum, vide Mynsing. cent. 5. observ. 70. & 71. Salzedo Polit. de Regim. Princip. cap. 12. n. 173. &c. Gayl. lib. 2. obser. 64. latè Paul. Christin. dec. Belgic. 269. nu. 30. & seqq. vol. 1. & dec. 147. n. 1. & seqq. vol. 5. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 22. Novar. in pragm. Regn. Neap. Collect. 71. Dian. part. 8. tract. 7. resol. 38. per tot. facitquod dixi in §. Universitas n. 2. §. Gabella n pr. idem Dian. part. 11. tr. 6. resol. 6. vers. Et notent, ubi etiam generaliter de omnibus aliis qui ex officio tenentur impedire damna aliorum, nam si ex gravi culpa negligant, obligantur ad restitutionem, & dict. part. 11. tract. 6. resol. 18. per tot. & hoc modo intellige etiam quoad Principes si sint in aliqua culpa in non faciendo custodire dicta loca. 39

Quòd Principes teneantur præstare securitatem in viis publicis, aliàs ad damna, nisi à damnific... fuerit deviatum à via publica, & alia ad rem, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 4. nu. 19. & seqq. Ripol. de Regal. cap. 40. n. 10. & seqq.

Qualiter Principes teneantur non minus armis imperium tueri, quam imperio illatam injuriam subditis vindicare, cùm absque justitia Respublica stare nequeat, & illa remota, Regna nil aliud sint quam latrocinia, exemplo Trajani Imperatoris, benè ostendit D. Fulu. Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 9. n. 126. & seqq. fol. 263.

Principes sæculares an possint suis legibus obligare subditos ad peccatum mortale, si ipsas leges transgrediantur, negativè respondent aliqui ex pluribus; sed contrarium verius esse, imò ipsas leges per se obligare transgressores ad mortale, probat Dian. resol. moral. part. 10. tract. 15. resol. 44. per tot. dixi in §. Lex n. 6. 40

Ex

Ex quibus autem dignosci possit an Principes voluerint per suam legem obligare in conscientia ad mortale, vel non, sed tantùm ad pœnam impositam, latè idem Dian. *d. part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 45. *&* 46. *per tot.* vide *in §. Gabella n.* 2.

41 Princeps qualiter, & sub quibus pœnis possit venationem suis subditis impedire, & prohibere, illam sibi reservando, licèt sit controversa opinio, vide Fachin. *contr. jur. lib. pr. cap. pr.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. *n.* 150. Covar. *in cap. peccatum de reg. jur. part.* 2. *§.* 8. Card. Tusch. *lit. V. conclus.* 41. Cabal. *cons. decis.* 111. *num.* 19. *& seqq. lib.* Rosental. *de feud. cap.* 5. *concl.* 23. *n.* 3. Fagundez *de just. & contract. lib.* 2. *cap.* 10. *per tot.* Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 5. *§.* 2. *Dub.* 1. *& seqq. fol.* 80. Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 5. *dubit.* 7. *per tot.* Cabed. *decis.* 89. *part.* 2. Ant. Gob. *Consult.* 128. *per tot.* ubi etiam de fide præstanda denunciatoribus, ubi etiam qualiter prohibita venatione teneatur Princeps resarcire damna ab animalium copia data, & alia plura ad rem, Paul. Christin. *dec.* 84. *nu.* 37. *& seqq. per tot. vol.* 5. vide *in §. Bannimenta n.* 9. *§. Clericus n.* 7. *& §. Dominus num.* 33. Ricc. *Collect.* 396. 1074. *&* 2096. Novar. *super Prag. Regn. Neap. Collect.* 27. ubi etiam an Barones possint illam prohibere suis vassallis, Vivi. *comm. opin.* 2010. ubi contra, adde latè Fajard. *Alleg. fisc.* 37. *&* 38. *per tot. fol.* 551. *& seqq.* Francisc. de Amaya *in l. un. Cod. de venat. Ferarum lib.* 10 *fol.* 366. *&c.* facit Salzedo *Polit. de Regim. princip. lib.* 2. *cap.* 6. *Dissert.* 23. ubi qualiter conveniens sit Reges, & Principes venationibus incumbere *fol.* 145. Caspens. *Curs. Theol. tract.* 18. *Disput.* 6. *per tot. fol. mihi* 215 Possens. *sing.* 272. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 2. *a n.* 3. *Miscell. disc.* 41. *de Regal. in summ. a n.* 125.

An, & in quibus locis Princeps possit prohibere piscationem, vel non, vide Conciol. & Romaguer. & alios ab ipsis citatos *ad Statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 68. *per tot.* dixi *in §. Flumen. num.* 1. latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 9. *per tot.* ubi plura de piscatione, & venatione, an sint de regalibus, & possint à Principe sibi reservari, & aliis prohiberi, concludens (quidquid sit de jure) de consuetudine ferè omnium gentium introductum esse, posse Principem supremum subditis venationem, etiam in agris propriis interdicere, nec non aucupium, & piscationem, & quod talia jura Principes non solùm consuetudine, sed etiam immemorabili præscriptione sibi acquirere potuerunt; intelligendo tamen non generaliter in omnibus locis, & temporibus, sed in aliquibus tantùm, ut ibidem benè explicat, Ant. Gob. *Consult.* 128. *per tot.* Vide De Luc. *locis supra citat.*

Quòd leges prohibentes piscationem, aut venationem sint pœnales, & non obligent in conscientia, nec ad restitutionem, & ideò etiam piscari, vel venari in alieno non inducit obligationem restituendi, nisi agatur de loco, vel nemore clauso, Dian. 1. *part. tract.* 10. *resolut.* 17. *&* 20. Sylvestr. & Summistæ *in verb. Venatio*, cæterique relati, & approbati à Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ disput.* 34. *n.* 188. *& seqq. fol. mihi* 418.

An autem possit facere auferre canes, aves, retia, arma, & similia instrumenta Clericis, negativè est resolvendum, nisi extaret vetustissima consuetudo de consensu Prælatorum id faciendi, Conciol. *resol. crim. verb. Judex resol.* 2. *per tot.* & dixi in *§. Clerici n.* 7. *& n.* 65. *& in §. Judex n.* 28.

Quòd imò leges prohibentes venationes, aucupationes, vel piscationes certis anni mensibus, & cum certis instrumentis sint licitæ, & tamquam favorem publicum respicientes comprehendant etiam personas Ecclesiasticas puniendas tamen per judices Ecclesiasticos; & possit illis per judices, & ministros sæculares auferri aves, canes, & alia instrumenta prohibita, quia sunt Reipublicæ nociva, Thom. Valasc. *allegat.* 32. *per tot.*

42 Princeps potest in contractibus minorum supplere defectum solemnitatum, non autem substantialia contractus, nempè potestatem alienandi, Rot. *part.* 5. *recent. dec.* 410. *n.* 5. *et part.* 9. *dec.* 470. *n.* 13. vide in *§. Mulier n.* 40. Vidend. Jovius *de Solemnit. in contr. minor. gloss.* 16. *§.* 7. *nu.* 152.

Princeps qualiter debeat curare, & sustinere auctoritatem suorum Magistratuum, Judicum, & Ministrorum, non facilè delatoribus contra illos credere, nam quo meliores majori subjacent calumniarum periculo, qualiter debeat hujusmodi calumniatores gravissima pœna corporali punire, & veluti in crimine læsæ majestatis numquam remittere, & demum quantum debeat de dictis suis ministris, & officialibus fidere, illorum defectus quousque potest occultare, ne aliter à subditis contemnantur, pulchrè ex præceptis politicis, legalibus, & exemplis demonstrat Larrea *Alleg. fisc* 100. *cum tribus seqq.* videndus cum Mastrillo *tract. de Magistratibus, & aliis ab ipsis citatis*, vide *in §. Officialis*. 43

Qualiter ad regimen cujuscumque Principatus, & Dominii necessarii sint Ministri, & de duplici Dominio politico, & dispotico, Salzedo *Politic. de Regim. Princip. lib.* 2. *cap* 8. *fol.* 155. *& seqq.*

An autem conveniens sit Regi, vel Principi familiarem sibi habere aliquem privatum, cum quo solo negotia expediat, Salzedo *d. tract. lib.* 4. *cap.* 11. *Dissert.* 47. *fol.* 360. *&c.*

Princeps, vel Respublica an possit licitè subditum suum, vassallum, vel divitem innocentem periculo mortis exponere pro publica utilitate, Larrea *Allegat. fisc.* 114. *per tot.* ubi post plura affirmat, non justè, sed permissivè ex causa publicæ utilitatis per rationes, & auctoritates ibidem latè deductas, vide Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 33. *& part.* 4. *tract.* 5. *resol.* 98. Bonac. *de contract. disp.* 2. *qu. ult. sect.* 1. *punct.* 7. Hieron. Cala *de præmin. M. C. V. cap.* 4. *n.* 2. 44

Principi injusta præcipienti qualiter non sit parendum per suos judices, & ministros, ne iram Dei (cujus magis sunt ministri, quam Principis terreni) incurrant, optimè probat Vivi. *comm. opin* 638. *per tot.* Cresp. de Valdaur. *obser.* 2. *n.* 4. *& seqq. & alios allegavi in §. Judex n.* 57. ubi videas, & Francisc. de Angelis *in Astræal. Patrocin. post tract. de confess. Opusc.* 2. *n.* 148. *& seqq.* Vide De Luc. *de Regal. disc.* 148. *nu.* 3. *&* 4. *de Feud. disc.* 99. *nu.* 5. *de Præem. disc.* 9. *n.* 18. *de Emphyt. disc.* 21. *n.* 5. *de Regul. disc.* 5. *n.* 7. *disc.* 27. *n.* 2. 45

Ad quod propositum non possum omninò subticere summam integritatem Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Cosmi III. cui servire gloriosum, secùm tantùm absit, ut unquam injusta velit, sive præcipiat, quòd potius abhorreat, & Ministros suos maxima benignitate ad justitiam perquirendam, & sequendam semper hortetur, ac jubeat.

Principis assertioni standum est etiam in probatione delicti, ad quem effectum, quomodo, & quando secùs, Vivi. *comm. opin.* 639. Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1227. *per tot.* ubi plenè vide quæ dixi in *§. Assertio n.* 4. cum ibi citatis, vide De Luc. *De Pens. disc.* 20. *n.* 9. 46

Princeps promittens impunitatem delinquenti, teneatur eam servare si adimpleantur conditiones in ea appositæ, aliàs secùs; quibus prosit, vel non dicta impunitas, & alia ad rem, Conciol. *resol crim. verb. Impunitas resol.* 1. 2. *&* 3. dixi *in §. Indultum, vel Indulgentia num.* 2. Item tenetur servare Salvum conductum, & fidem publicam Pignatell. *consult.* 67. *n.* 1. *tom.* 5. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst* 33. *à n.* 82. *tom.* 2. 47

An autem Judex possit impunitatem promittere, & promissam teneatur servare, dixi in §. *Judex n.* 48.

Princeps qualiter possit per edictum prohibere, ne illius subditi extra propriam Civitatem, Terram, Oppidum; vel locum jurisdictionis ipsius Principis moram trahant, vel habitent, atque illos alibi habitantes ad statum suum revocare, etiam sub gravissimis pœnis ultimi supplicii, & confiscationis bonorum, Roman. *cons.* 59. *per tot.* Abb. *cons.* 17. *lib.* 2. Cabal. *cons. dec.* 109. *per tot. lib.* 2. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 54. *& seqq.* Cyriac. *contr.* 78. *nu.* 1. *& seqq.* qui referunt alios contrarium tenentes, & hanc conclusionem aliqui- 48

bus

bus modis limitat, & declarat. Intellige in Principe superiorem non recognoscente, secùs autem in Marchione superiorem recognoscente, qui non potest statuere contra jus commune, ad latè tradita per Francisc. Ant. Tranchedin. *Consult.* 5. *per tot.*

Potest etiam Princeps facere legem, vel decretum, quod pro pari delicto majori afficiatur pena forensis; quàm subditus, vel civis, & idem Cabal. *cons. dec.* 108. *per tot. lib.* 2.

49 Princeps licèt habeat jura imperii in suo statu, vel territorio, non potest justè prohibere transitum salis exteri, vel alterius rei per suum dominium, vel territorium, quia hujusmodi res, & simplex transitus fuat de jure naturali cui non potest Princeps derogare, quidquid omnia possit circa jus positivum, etiam sine causa; potest tamen sibi præcavere ne sal, vel aliæ res forenses remaneant in suo statu, ad tradita per Cravett. *cons.* 983. *lib.* 6. Cephal. *cons.* 539. *lib.* 20. Surd. *cons.* 321. *lib.* 3. quos refert, & sequitur respondendo pluribus rationibus in contrarium adductis, Cabal. *cons. dec.* 121. *per tot. lib.* 2.

50 Principes qualiter debeant esse liberales, ac servitia sibi impensa persolvere, quia illis magis quam aliis convenit reddere semper plusquàm acceperint, Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 37. *nu.* 4. *&* 34. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 17. *n.* 7. Barbos. *in Collect. cap. prudentes* 1. *de donat. n.* 2. *& seqq. tom.* 2. quos refert, & sequitur Francisc. de Angelis *Astræal. Patrocin. post tract. de confess. Opusc.* 2. *num.* 140.

Plura de liberalitate Principum, & Regum tamquam, illorum proprio munere tradit, & exemplis confirmat videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *part. pr. cap. pr. per tot. fol. mihi* 101. *&c.* Vide Fagnan. *in cap. olim n.* 12. *de verb. signif.*

De modo autem per Principes servando in exercenda illorum liberalitate, quæ specialia contineant Principum donationes, & alia plura curiosa, & notatu digna tradit late pluribus citatis idem Antunez Portugal. *loc. cit. cap.* 2. *& seqq. fol.* 504. *& seqq. per tot.* vide *in §. Donatio n.* 18.

51 Principes qualiter possint statuendo inhibere Ecclesiasticis successionem in officiis publicis, sive considerentur tamquam bona libera, sive vinculata absque læsione libertatis Ecclesiasticæ, Pereyra *de manu Reg. part.* 2. *cap.* 67. Larrea *Allegat. Fiscal. tom.* 2. *alleg.* 86. *n.* 29. Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & majorat. par.* 7. *cap.* 5. *n.* 118. *&* 119. Sed vide Dian. *res. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. Eccles. resol.* 13. 14. *&* 15. ubi quòd est opinio reprobata, loquitur tamen ipse de successione bonorum, &c. facit quod dixi *in §. Monasterium §. Clericus*, & alibi.

An autem, & quando possint Principes sæculares statuere ne bona illorum subditorum transferantur in personas Ecclesiasticas, vel saltem transeant cum onere suo, vide quæ dixi *in §. Clericus n.* 45. *cum Addit. & §. Statutum probibens alienari in forenses n.* 8. *cum Addit.* Vide Fagnan. *in cap. non minus n.* 11. *de immun. Eccles.*

52 Princeps aliquid donans, vel concedens, an, & quando censeatur liberè concedere, vel cum oneribus tui donare, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 523. *n.* 9. *& seqq.* facit quod dixi *in §. Emptio n.* 26. *& in §. Donatio n.* 18. vide Modern. Gub. *in explication. l. benè à Zenone C. de quadr. præscript.*

53 Princeps tempore cõtagii subministrando alimenta, & alia necessaria (prout tenetur ad tuẽdam sanitatem, & repellandam pestem, & quidem promptè, atq; festinãter) pestilenti morbo infectis, qualiter non censeatur donare, sed possit illa repetere ab aliis, & ab aliis, qui eos alere tenebantur per actionem negotiorum gestorum, Palma *cons.* 60. *num.* 24. *& seqq.* vide *in §. Hospitalia num.* 8.

54 Princeps an, & quando pro conservatione status illustrium personarum possit tuta conscientia nedum concedere dilationes ad solvendum, sed quod possint paulatim solvere, etiam contra formam contractuum, latè Capyc. Latr. *decis.* 192. *per tot.* & dixi *in §. Salvusconductus num.* 11. *suprà num.* 15.

Qualiter pertineat ad Principis Regalia jus, & potestas concedendi debitoribus dilationes, & moratorias ad solvendum adversùs creditores, ut tuti, & securi sint à molestiis, durante tempore præfinito, quæ debita comprehendant, vel non, nisi fuerint expressa, aliaque plura ad rem, latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 35. *& seqq. per tot.* & dixi *in §. Salvusconductus.* Plura Abecclef. & Crescin. *observat.* 123. *per tot. part. prim.*

Principes, & Reges ultrà prædicta, & alia peccata 55
communia, habent, vel habere possunt plura alia peccata propria, peccant enim, vel peccare possunt in eorum gubernio, pluribus, & variis modis, ut infrà.

Primò, peccant mortaliter si aliena Regna, & dominia injustè quærunt, vel injustè quæsita non restituant, & venialiter si etiam justè possessa gubernent principaliter ob voluptates, divitias, gloriam, & honorem, cùm eorum finis primarius debeat esse Deus, cujus vices gerunt, & vera beatitudo.

Secundò, si injustè gubernent, non reddendo jus suum cuique, vel excitando factiones, vel illas non sedando, non providendo annonæ, præficiendo Rectores indignos, non ferendo leges necessarias, vel factas non exequendo, non muniendo armis, artibus; & hujusmodi necessariis.

Tertiò, si adeò negligant coacervare divitias artificiales, auri, argenti, & similium, ut se, & statum exponant probabili periculo famis, belli, & aliorum malorum, quæ ex defectu pecuniarum evenire possunt, vel cogi mutuari à subditis cum pudore, & periculo injustitiæ ad eorum favorem, vel à aumulariis sub usuris, ad quæ solvenda sint postea nimium gravaturi populum.

Quartò, è contra peccant si pecunias congerant notabiliter subditos gravando, ob avaritiam, nullo justo fine proposito.

Quintò, si prodigis largitionibus ita indulgeant, ut se probabili periculo usurpandi aliena exponant, vel tributa majora exigendi, aut debita non solvendi, aut se, utrumque statum in maximam paupertatem inducendi.

Sextò, si adeò negligant suas muaire sces, ut occasionem populo præbeant irreverentiæ, aut rebellionis, aut aliis inimicis occupandi Regni, vel partem illius.

Septimò, si per incuriam negligant imperare refectionem, & custodiam viarum publicarum, ita ut viatores notabilia ob id damna patiantur.

Octavò, si de eorum publicis redditibus à se petentibus non subveniunt pauperibus extremè egentibus.

Nonò, si habentes controversiam cum alio Rege, vel Principe Christiano, quæ de jure, nec bello possit extingui, nisi per strages facta copia Turcis invadendi partem Christiani Orbis, nolint in arbitros suspicione carentes convenire, nec petere, vel accipere conditiones honestas, quibus pax firma fiat.

Decimò, si aliquam legem pœnalem faciant principaliter ob suam privatam utilitatem, ut ejus transgressione, vel dispensatione multas cogant pecunias.

Undecimò, si dispensent in Legibus Divinis, aut naturalibus sine justa causa, vel etiam in propriis cum notabili damno, aut scandalo publico, vel privato, & si delicta, Divina, aut naturali lege damnata sine justa causa condonent, videntes, aut videre debentes, se ad alia similia occasionem præbere, vide *suprà num.* 2. *&* 3. *& in §. Judex num.* 76. *vers. Undecimo*, Cabed. *decis.* 78. *&* 79. *part.* 2.

Duodecimo, si lites, aut solutiones debitorum sine justa causa suspendant, vide *suprà num.* 15. *&* 54.

Decimotertiò, si non permittant populo suas teneri libertates ex jure Divino, aut humano debitas, aut si bona populi usurpent, & restituere teneatur.

Decimoquarto, si minis, aut precibus importunis inducant aliquem ad sibi donandum absque justa causa, cum obligatione restituendi.

Decimoquintò, si gerant bellum injustum defectu auctoritatis, vel justæ causæ cum obligatione restituendi, aut justum ex se, sed animo, & in fine injusto sine obligatione restitutionis.

De materia belli quando sit justum, vel non, &
quod

quod Reges, vel Principes servare debeant in iedicendo, vel suscipiendo bellum, plenè Antunex Portugal. *de donat. Reg. lib.* e. *cap.* 26. *per tot.* ubi *nu.* 14. *& seqq.* justitiam belli ad tria reducit, nempè ad Principis auctoritatem, causam justam, & rectam bellantium intentionem, juxta sensum D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 40. *art. pr.* Lips. *lib.* 5. *Polit. cap.* 4. & exornat Bonac. *de restit. in partic. disput.* 2. *q. ult. sect. pr. punct. ult.* §. 2.

Decimosextò, si visitationem monialium juridicam impediant.

Decimoseptimò, si exigant nova tributa absque necessitate publica, cum obligatione restituendi, & tantò magis si ad superfluum usum, pompas, convivia, & prodigalitates, quas vulgus liberalitates appellat: antiqua verò benè statuta etiamsi prodigant, non peccant, nisi aliqua circumstantia finis, formæ, materiæ, aut alia moralis interveniat, Cabed *decis.* 49. *part.* 2. & dixi *in* §. *Gabella n.* 1. *& sup. n.* 27.

Decimoctavò, si adigant subditos non obligatos ad laborandum pro illis sine mercede laboris.

Decimononò, si vendant officia (ubi adesset talis consuetudo) tam carè, & talibus personis, ut probabiliter credant, vel credere debeant eas malè illis usuras, aut subditos oppressuras.

Vigesimò, si cogant aliquem ad certum matrimonium contrahendum, vel à contrahendo impediant.

Vigesimoprimò, si eligant officiales indignos, imperitos, aut malæ conscientiæ, credentes aut credere debentes eos tales esse, aut per justam ignorantiam electos postquam id resciverint, non deponant cùm possiet, cum obligatione restituendi damna per eos facta, vide *in* §. *Electio n.* 5. *&c.*

Vigesimosecundò, si ad Sacerdotia, vel beneficia Ecclesiastica, quorum sint patroni præsentent personas non idoneas ætate, scientia, & moribus, aut inducant Prælatos ad conferendum talibus, aut patronos ad tales præsentandum.

Vigesimotertiò, si non cohibeant subditos ab usurpando alieno per furtum, rapinas, aut alios modos illicitos cum obligatione restituendi.

Vigesimoquartò, si negligant pravas abolere consuetudines, veluti usurarum, ludorum periculosorum, & hujusmodi.

Vigesimoquintò, si permittant falsas, vel injustas adhiberi mensuras, aut pretia injusta rerum venalium, & hujusmodi cum obligatione restitutionis.

Quando peccent Principes circa cussionem monetæ, vel ejus valorem, Cabed. *decis.* 45. *part.* 2.

Vigesimosextò, si per se, vel alios condemnent aliquem ob crimen, non concessa se defendendi facultate, aut sine scientia publica, per publicam probationem habita, sed ex sola scientia privata, de quo dixi *supra n.* 1. *& in* §. *Judex num.*

Vigesimoseptimò, si ut judices faciant aliquid, quod judicibus sit mortale, de quibus dixi *in* §. *Judex n.* 76. hæc omnia, & alia colliguntur ex D. Thom. *Opuscul. de Regim. Princip. lib.* 1. *cap.* 7. 8. 15. *& lib.* 2. *cap.* 3. 6. 7. 11. 12. 15. & alibi cum Comentar. P. Hier. Salzedo *in loc. cit. de Regim. Princip.* Navar. *in Manual. cap.* 25. *num. pr. & seqq. ad* 12. Bonac. *in Oper. moral. tom.* 3. *in repert. verb. Princeps*, ubi præcipuè de impedientibus executionem litterarum Apostolicarum, vel capi possessionem beneficii absque suo beneplacito, de quo dixi *in* §. *Judex num.* 30. de permittentibus extractiones ad partes Infidelium, vel aliter illis favorem præstantibus, & hujusmodi, Joseph. Gibalin. *de univers. negotiat. tom.* 6. ubi singulorum statuum officiorum, & munerum rationes, ac debita expedit, universamque œconomiam, & politiam tractat, & in aliis tomis, *ut in Repert. verb. Princeps, & verb. Rex*, ubi plura particularia de Regum, & Principum potestate, & præcipuè *tom.* 1. *lib.* e. *cap.* 2. ubi circa tributa, gabellas, vectigalia, & hujusmodi, *tom.* 2. ubi circa ludos scœnicos, & alios, circa remissionem criminum, pœnarum, ablationem juris tertii, & hujusmodi, *& in tract. de scient. canon. tom.* 2. ubi de obligatione providendi commodis subditorum, an possint consuetudinibus, legibus, & quibus derogare, vel non, qualiter sint Canonum, & Legum Ecclesiasticarum defensores, & alia, Gabriel. Vasquez *in* 1. 2. *D. Thom.* 2. *disput.* 152. *&* 153. ubi circa potestatem condendi leges, *& in* 3. *part. tom.* 3. *disput.* 244. *nu.* 43. ubi qualiter curare debeant, ut Pastor, vel Doctor falsam doctrinam tradens deponatur, vel emendetur, Baldel. *Theol. moral. tom. pr. lib.* 3. *disput.* 18. *n.* 12. ubi quomodo peccent non prohibendo comœdias turpes, *& lib.* 5. *Disput.* 27. 28. *&* 29. *per tot.* ubi an, & quomodo suis legibus obligentur, & an possint secum ab illis dispensare, sicut cum alio, Thom. Hurtad. *resol. moral. par. pr. tract. pr. resol.* 17. *per tot.* ubi an possint cogere publicas meretrices, ut se prostituent pro pretio, vel vadant ad loca, ubi est illatum inopia, vel aliter quòd aliquis sit in occasione proxima peccandi, qui semper in peccatum incidit, *& part.* 2. *tract.* 7. *resolut.* 8. ubi quòd in salvisconductis non possunt uti æquivocatione, vel mentis restrictione, sed debent illos servare prout verba sonant, *& tract.* 8. *cap. pr.* §. 8. ubi quòd possunt statuere, ut etiam possessor malæ fidei præscribat transacto certo tempore, & sit tutus in conscientia, de quo dixi *in* §. *Malæ fides, &* §. *Præscriptio*.

An possint vendere officia sæcularia, & ad quod teneantur in electione Ministrorum, Turrian. *de just. Disput.* 23. *&* 24. Salzedo *d. tract. de Regim. Princ. lib.* 4. *cap.* 13. *Dissert.* 48. *fol.* 373. ubi quòd Principes opus habent omninò consilio, & Consiliariis, nam magna negotia, magnis adjutoribus egent, & sæpè peccant in electione, non discernendo adulatores à viris probis, vaniloquos à prudentibus; tria igitur spectare debent, ætatem, doctrinam, & mores, ut ætas sit matura, nè facilè dolis capientur, & affectibus trahantur, doctrina circa jurisprudentiam exercita, nam per varios usus artem experientia fecit exemplo monstrante viam, & vitandi, vel cautè audiendi, qui singularem ostentantes doctrinam, consilia subtilibus verbis perturbant, mores circa pietatem, modestiam, & continentiam, consiliorum enim gubernaculum lex Divina esse debet, nihilque rectè, ac providenter homines sine Dei ope, & inspiratione auspicari possunt, & alia ad rem, quomodo se gerere debeant Consiliarii Principum bonorum, & malorum, ne illis aveniat, quod evenisse fertur Papiniano S. C. celeberrimo sub Imperatore Basiano Caracalla. Add. Jovium *de solemn. in contr. min. gloss.* 6. §. 2. *n.* 32.

An possint concedere facultatem, ut quilibet privatus possit occidere aliquem malefactorem, etiam ante sententiam, idem Turrian. *d. tract. Disput.* 26. *Dub.* e. dixi *supra num. pr.*

An possint prohibere venationem, & piscationem, & prohibendo teneantur resarcire damna ab animalibus, data idem Turrian. *disput.* 36. *Dub.* 2. *per tot.* Fagundez *de just. & contract. lib.* 2. *cap.* 10. *&* 11. Vide Nicol. *in Institut. Imper. tit. de rerum divis. n.* 5. *&* 51. Gatt. *cons.* 22. *num.* 18. Pignatell. *consult.* 59. *à n.* 15. *tom.* 3. De Luc. *de Feud. disc.* 2. *Miscell. disc.* 41. *de Regal. in summ. à n.* 125.

An teneantur servare fidem hæreticis in negotio libertatis religionis, in salvoconductu, bello, & hujusmodi, idem Turrian. *disput.* 72. *per tot.*

An possint augere pretium vini, carnium, & hujusmodi promiscuè pro Laicis, & Ecclesiasticis, Fagundez *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 25. *&* 26. dixi *in* §. *Gabella*, & alia plura, ne sim longior, videri possunt penes Dian. *resol. moral. in repert verb. Princeps, & verb. Rex*, & alios Theologos morales, & scolasticos, quibus me remitto, ne videar ponere falcem in messem alienam.

Princeps sæcularis an possit circa juramenta dis- 56
ponere, & statuere, illa remittendo per modum dispensationis, vel justæ interpretationis, vel statuendo ne interponantur, & alia ad rem, latè Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *c.* 30. 31. 32. 33. *&* 34. *per tot.* vide in §. *Jurament. nu.* 24. §. *Salvusconductus num.* 14. Vide Nicol. *in Instit. Imper. tit. de fidejussor. num.* 16. Pignatell. *consult.* 154. *nu.* 9. *&* 24. *tom. pr.* De Luc. *de Regal. disc.* 128. *n.* 6.

Item an possit condere leges de rebus spiritali- 57
bus, & Ecclesiasticis, idem Arias de Mesa *lib.* 5. *cap.* 35. affirmativè probando ad adjuvandum canones, ac

ut Principis authoritate coerceantur, qui Ecclesiasticas sanctiones parvipendunt, & ut Ecclesiasticis decretis pœnale robur adiiciant.

58 Princeps qualiter possit monetas cudere, & an cum cuneo, vel effigie alterius Principis, vide *in §. Moneta num.* 9. Vide De Luc. *De Regal. in summ. ex nu.* 111. *& in Indic. verb. Moneta.* Ansald. *decis.* 41. *n.* 13. *&* 18. *cum seqq.*

59 Principes supremi, & Reges Mundi habent multa jura particularia, ita eorum propria, & ossibus affixa, ut ab illis nullatenus separari valeant, nec in alios transferri, quæ Regalia primæ classis nuncupantur, & sunt suprema potestas, sive Majestas legibus soluta in res, & personas illis subjectas, Insignia Regia, Collatio diginitatum, vel nova illarum creatio, sive erectio, suprema jurisdictio, Jus condendi leges, Potestas creandi Magistratus, & Tabelliones, sive Notarios, & cæteros justitiæ officiales, jus concedendi naturalem, & civilitatem exteris, jus legitimandi illegitimè natos, Jus conferendi nobilitatem, jus indulgendi delicta, & remittendi pœnas, Jus ætatis veniam minoribus concedendi, Jus instaurandi causas, sive instantias, Jus concedendi revisiones causarum, Jus erigendi Accademias, & Universitates studiorum, Jus concedendi publicas nundinas, & Mercatus, Jus convocandi comitia, sive Curias generales, Jus cudendi monetas, Jus indicendi bellum, Jus concedendi Repræsalias, Jus faciendi pacem publicam cum suis capitulis, & fœderibus, Jus dandi, & recipiendi obsides, Jus Regiæ protectionis suorum subditorum, quod extenditur ad multa, Jus concedendi cartas tuitivas, & conservatorias, atque appellantium, Jus cognoscendi de causis Ecclesiasticorum, & exemptorum in aliquibus casibus, Jus recipiendi, & mittendi Legatos, & hujusmodi, quæ omnia cum suis quæstionibus, & resolutionibus dubiorum occurrentium in unoquoque jure, & capite, latè, & doctè multis citatis explicat videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom. pr. lib.* 2. *per tot.* alio allegavi *in §. Feudum n.* 26.

Quoad jus erigendi Academias, & illas visitandi, Mendo *de Jur. Acad. lib. pr. n.* 231. *& seqq. fol.* 30. & alios citavi *in §. Episcopus num.* 60. *cum Addit.*

60 Habent etiam alia jura, & regalia inferioris ordinis quæ possunt etiam aliis donare, & concedere, nempè Jus exigendi tributa, gabellas, & vectigalia, angarias, & perangarias, idest jus compellendi subditos, & Vassallos ad illis inserviendum, ubi opus fuerit, vias publicas, & stratas, flumina, portus, Insulas, Mare, & ejus littora, jus piscandi, & venandi, salinas, mettallorum fodinas, Thesauros, bona vacantia, Jus confiscandi bona damnatorum, Jus auferendi bona ab indignis, & incapacibus succedendi, Jus capiendi res incidentes in commissum, Jus occupandi bona contrahentium incestas nuptias, Jus capiendi bona relicta incapaci per tacitum fideicommissum, bona procuratoria Regis, qui fuit prævaricator, res litigiosas contra prohibitionem legis alienatas, pœnam contra demolientes domos contra decorem Urbis, Jus procedendi contra reos absentes per annotationem bonorum, Jus capiendi bona eorum, qui sibi mortem intulerunt ex conscientia criminis patrati, Jus assignandi præcedentias inter Officiales, Jus concedendi debitoribus dilationes ad solvendum, assignandi, & tanandi mensuras, & pondera, terminos Civitatum, prohibendi subditis extruere Castra, Fortalitia, turres, & propugnacula, maximè in finibus Regni, & exigendi jura, & onera realia, vel personalia, aut mixta imposita à legibus, & Constitutionibus, seu consuetudinibus cujuslibet Principatus, & Regni, cùm quilibet Principatus habeat sua jura Regalia specialia, prout omnia cum pluribus quæstionibus, & resolutionibus in unoquoque jure, & capite incidentibus plenè multis singillatim citatis exponit idem Antun. Porugal. *d. tract. de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *per tot.* ad quem curiosum lectorem remitto, & multa annotavi in locis opportunis hujus Summæ. Sed vide Cepparell. *resol. fisc.* 26. *a nu.* 3. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 39. *n.* 301. *tom.* 6.

61 An autem Regalia (& præcipuè jurisdictio) possint, & quo tempore, ac cum quibus requisitis præscribi adversùs Principes supremos agit idem Antunez Portugal. *d. tract. lib.* 3. *cap.* 45. *per tot.* Cyriac. *controv.* 178. Solorzan. *lib.* 4. *Polit. cap.* 2. Castil. *de Tertiis cap.* 21. *per tot.*

Alios Auctores de Regalibus tractantes indicant Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Regalia*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 489. *&c.*

62 Principes habent duo patrimonia, unum scilicet privatum, & alterum publicum, & Regale, seu fiscale; privatum est substantia, quæ verè, & propriè ad eos spectat profecta ex bonis propriis, vel quæsita ex donatione, legato, vel alia causa, ut agri, saltus, armenta, greges, & hujusmodi; Publicum verò Patrimonium sunt res, quæ non ad privatum pertinent, sed revera sunt Reipublicæ, & imperantibus competunt, ut statum Reipublicæ defendant, & eodem modo dicuntur habere duplex Ærarium, privatum, & publicum; sed hodiè Principes non solent habere Æraria distincta, sed omnes redditus simul colligere, & ideò non constituitur differentia inter Ærarium publicum, & privatum, deletoque nomine Ærarii, fisci tantùm nomen superest, in quem omnia rediguntur, & sive pertineant ad publicum, sive ad privatum eorum patrimonium, eisdem gaudent privilegiis, quibus & fiscus, sive publicum ærarium, *l. fiscus* 6. *in fine*, *ff. de jur. fisc. l.* 2. *§. hoc interdictum*, *ff. ne quid in loc. public. l.* 1. *&* 2. *C. de off. Comit. rer. privat. lib.* 11. Ang. *in §. Edicto n.* 1. *Instit. de Usucap.* Amaya *ad tit. Cod. de jur. fisc. lib.* 10. *n.* 13. *& seqq.* Bobadill. *in Politic. lib.* 5. *cap.* 6. Alphar. *de offic. Fisc. glos.* 9. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 43. *n.* 2. *& seqq.* & ego latiùs probavi pluribus aliis citatis in motivo per Magona Ferri Florentiæ anno 1687. *num.* 3. *& seqq. & n.* 13. *& seqq.* quod erit impressum post meas resolutiones *cap.* quibus addi potest Ramon. *cons.* 37. *cum Annot.* Jacob. Balduc. & Altimat. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 356. *tom.* 6. *& q.* 39. *n.* 309. *vers. Princeps*, *& seqq.* Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 6. *a n.* 16.

63 Est tamen differentia quoad alienationem inter dicta patrimonia, nam Principes possunt ad libitum uti, & abuti rebus, quæ pertinent ad privatum patrimonium, & eas pro libito alienare, atque ad hæredes transmittere quamquis in Principatu non succedant, *l. apud Julianum §. Constat ff. de leg.* 1. *l.* 4. *C. de quadrien. præscript. l. quod Principi ff. de leg.* 2. Sixtin. *de Regal. cap.* 1. *num.* 34. Res autem quæ non sunt privati, sed publici patrimonii, hoc est Majestatis, sive Coronæ, & Reipublicæ non sic possunt alienare, nec ad suos hæredes transferre, sed remanere debent penes Imperium, & in Principatu applicandæ ei tantùm, qui in Regno succedit, *cap. ad Apostolicæ de donat. cap. Monemus* 12. *qu.* 2. *l. multi*, ubi DD. *C. de navib. non excus. lib.* 11. Roland. *cons.* 1. *nu.* 124. *& seqq. lib.* 2. Sixtin. *loc. cit. n.* 35. & alii relati per Antuoez Portugal. *de donat. Rege. lib.* 3. *cap.* 43. *n.* 7. *& seqq.* ubi se remittit ad ea, quæ dixit *lib.* 2. *c.* 4. prout & ego ad ea, quæ aliis citatis notavi *in hoc §. Princeps n.* 30.

64 Alia multa de Principibus, illorum auctoritate, & officio indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Imperator, Imperium*, & Com. August. Fontan. *Bibliot. leg. part.* 5. *verb. Princeps fol.* 400. *&c.* ubi multos refert Auctores de Principibus tractantes. Brunneman. Fagnan. Card. De Luc. Mantiss. ad eumdem Altimar. Rocc. Gobb. Pignatell Ursaya Piton. Castald. Ansal. Emerix Caprat. Constant. Mans. Palm. & alii moderni.

65 Principes, & Magistratus quid facere debeant tempore pestis, latè tradit videndus Card. Gastal. *tract. de avert. & profig. pest. Polit. legal. per tot.* & aliqua ego perstrinxi *in §. Medici num.* 21. Pignatell. *consult.* 40. *per tot. tom.* 2. *& consult.* 44. *tom.* 9. ubi quid possint contra clericos. De Luc. *de Regal. disc.* 45. *n.* 8.

66 Principes quid facere possint circa matrimonia, vide *in §. Matrimonium n.* 31. vide Nicol. *in Instit. Imper. tit. de nupt. n.* 30. Pignatell. *consult.* 7. *n.* 6. *tom.*

tom. 4. De Luc. *in Annot. ad Concil. disc.* 26. *ex n.* 39.

67 Principes ao habeant privilegium eaigendi usuras
semisses à suis debitoribus, etiam absqun mora, &
aliis tequisitis, Anton. Gob. *Consult.* 126. ubi quod
non, & dixi *in* §. *Fiscus n.* 31.

68 Principis sola præsentia in contractu pet minorem
celebrato facit, ut in eo non sint necessariæ statuti
solemnitates Jovius *de solemnit. in contract. minor.
gloss.* 22. §. 19. *n.* 2.

69 Princeps per quameumque facultatem datam al-
teri semper dicitur sopremam sibi reservasse Rot.
rec. dec. 337. *part.* 1. *& dec.* 61. *n.* 6. *part.* 2. Cap-
tar. *dec.* 154. *n.* 34. *part.* 1.

70 Principis præpotentia ea quibus remaneat exclu-
sa Rot. coram Captar. *dec.* 367. *n.* 21. *&* 22. *part.* 1.

71 Principes quandoque faciles secundum rerum con-
tingentias io concessionibus, seu declarationibus,
eas postmodum reducunt ad normam Justitiæ Cap-
tar. *dec.* 586. *n.* 8. *part.* 2.

72 Princeps procedeoa de plenitudine potestatis con-
tra ejus subditum potest jus a se concessum, vel pri-
vilegium, aut beneficium tollere non citato eo, cui
milium, prout etiam illæ, quæ dicuntur universales, & aliæ, quæ solvuntur Principi, vel ejus Magistratibus, & sic dictum privilegium prodest tantùm pro expensis, & oneribus Communitativis, & ordinariis, non autem pro cameralibus, & extraordinariis, & ita etiam solet in dictis privilegiis (pro quibus supplicatur Principi) exprimi tantùm de expensis, & oneribus ordinariis, & Communitativis, prout ego observavi in omnibus hujusmodi generis privilegiis, quæ vidi: Imò omnes proventus, ac redditus ipsarum Communitatum debent in primis applicari pro solutione expensarum, & onerum ordinariorum loci, & reliquum pro extraordinariis; ita ut si contingat dictos redditus sufficere ad integram solutionem expensarum ordinariarum loci, & nihil pro eis super æstimo imponi, sed tantùm pro extraordinariis, & Cameralibus, dictum privilegium in hujusmodi locis, & casibus ad nihilum redigatur, vel tantùm observetur pro rata, quæ imponeretur pro ipsis expensis ordinariis, & Communitativis dictis redditibus non sufficientibus, sicuti hæc omnia fuerunt plures, & in diversis casibus Florentiæ discussa, ac ut supra declarata, signanter autem plenè, & novissimè cum voto totius Rotæ per Illustrissimum, ac supremum L.T. & Consiliariorum S.C.S. in causa coram illis diu agitata inter Excellentissimum D. Petrum Siticum ab Altemps Ducem Gallesii, & nonnullas Communitates districtus Pisarum sub die 9. Decembris 1659.

Quæ decisio fuit in causa, ut dicti privilegiati, quibus antea in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ indifferenter servabatur privilegium pro omnibus oneribus tam ordinariis, quàm extraordinariis, quæ super Æstimo, vel Decima imponebantur, tenerentur juxta prædicta non solùm in futurum, sed etiam jam decursa, & non soluta solvere; Quòd tamen maximè respectu onerum præteritorum cùm essent in bona fide, & pacifica quasi possessione usus dicti privilegii, durum illis videbatur, præcipuè autem carissimo Domino meo Capitaneo Corbitio nobilis, & antiquissimæ familiæ de Corbicibus olim Patriciæ Florentinæ, & nunc partim Forolivii, ac partim Salsubii, sive Castricari in Romandiola comorantis; qui tale privilegium habebat, cùm redderetur illi penitus elusorium, ex quo Communitas sua pro redditibus sufficientes pro oneribus ordinariis, & ideò pro illis non imponuntur collectæ, sed tantùm pro extraordinariis; Propterea omnes dicti privilegiati habuerunt recursum ad eumdem supremum Magistratum prætendentes quòd dicta sententia tamquam res inter alios acta, illos non afficiat, & obtinuerunt inhiberi Magistratui Dominorum novem Conservatorum Jurisdictionis, & Dominii Florentini, qui tamquam Protector Communitatum jusserat fieri calculationes de eo, quod in præteritum non solverant ad effectum reintegrandi Communitates, & in futurum concurrendi ad dictas expensas extraordinarias, & sic adhuc lis pendet in dicto supremo Magistratu dum hæc scribo de anno 1668. & dicti privilegiati gaudent suo privilegio prout antea, & fortè non sine ratione, cùm hujusmodi privilegium excuset ab omnibus muneribus, & collectis absque ulla distinctione, per text. *in l. si quis Decurio*, *l. semper*, *§. Demonstratus*, *& §. Legem*, ubi Bart. *ff. de jur. immunit. l. fin.* ubi Bart. & alii *C. de his, qui lib.* 10. Guid. Pap. *dec.* 401. Alexandr. *cons.* 123. *vol.* 5. Ofasch. *dec.* 62. *n.* 2. *&* 3. Thesaur. *dec.* 267. nu. 4. Franch. *dec.* 358. Paschal. *de virib. patr. potest. part.* 4. *cap.* 4. Thor. *Compend. decis. part.* 3. *verb. Immunitas*, Gregor. Ganaver. *decis.* 41. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 391. *n.* 6. *& seqq. per tot.* ubi plenè de hac materia, & ut prosit etiam pro pedagiis, & gabellis, non tamen pro regio donativo ex causa belli, neque in aliquibus aliis casibus, de quibus etiam *Addit. ibidem per tot.* licèt postea audierim fuisse decisum, & servatum, ut supra jusserat Magistratus DD. Novem cum magno dictorum privilegiatorum detrimento. Circa hanc materiam vide Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *n.* 50. *vers. sic infans natus duodecimus fol.* 31. *tom.* 8. Novar. & Constant. *in l. si quis Decuria* la 2. *C. de Muner.*

Privilegium duodecim filiorum de jure reddit exemptum, & immunem partem ab oneribus tam personalibus, quàm patrimonialibus, & in hoc numero computantur tam masculi, quàm fœminæ, & etiam nepotes pariter masculi, vel fœminæ, item legitimati; sive per subsequens matrimonium, sive per rescriptum Principis, item mortui in bello, quia perpetuò vivere dicuntur, item filiæ nuptæ, vel monasterium ingressæ, & professæ, ut probat Thesaur. *dec.* 267. *per tot.* cum aliis per Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. quæst* 6. *per tot.* Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de jur. immunit. resol.* 1. Sanfelic. *dec.* 391. *cum Addit. per tot.* ubi qualiter computentur etiam in utero existentes, vel nati in octavo mense, adoptivi, & alii prædicti. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. n. 50. *vers. talis numerus fol.* 31. *tom.* 8. Novar. & Constanti. *loc. cit.* 22

Quòd exemptio ab oneribus propter numerum 12. filiorum sit de jure communi, quandiu duret, ad quæ extendatur, vel non, & alia est text. ubi glos. & DD. in *l. si quis Decurio*, *C. de Decurion. lib.* 10. Ricc. *Collect.* 42. *&* 1707. Ganaver. *dec.* 41. *per tot.* Tusch. *litt. E*, *conclus.* 563. *&* 564. *per tot.* latè Calvin. *de æquit. lib* 2. *cap.* 128. *per tot.* ubi quod dictum privilegium conceditur, etiam si ultimus natus statim decesserit, & dubitetur esse octimestrem. Altimar. *loc. cit. vers. seqq.* Novar. & Constanti. *loc. cit.*

Quòd dictum privilegium duodecim filiorum competat, & suffragetur etiam matri, non tamen computari nepotes, dum illorum Pater vivit, & eo mortuo, pro uno tantùm contra, Thes. *loc. cit.* probat Franch. *dec.* 259. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1707. ubi de matre, & ampliat, etiam filiis mortuis, ac inter eos adesset filia naturalis religionem ingressa, Sanfelic. *dec.* 391. *cum Addit.* ubi plura de hac materia. Altimar. *loc. cit. vers. vidua* Constant. *loc. cit. nu.* 27.

Quando dictum privilegium non prosit, maximè quoad gabellas, vel onera ex causa belli, subsidii, vel donativi versus Principem, vel aliis ex causis principaliter respicientibus publicam, & communem utilitatem, vide Thes. & Lanfranch. Zacch. *loc. cit.* Gizzarel. & Addent. *dec.* 38. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 391. *cum Addit. per tot.* vide in *§. Pater* n. 28. Altimar. *loc. cit. vers. an extendatur*, *& seqq.* ubi pro utraque sententia. Novar. & Constanti. *loc. cit.* Tondut. *lib.* 2. *q.* 7. *civil. cap.* 26. *n.* 6.

Quòd transeat in filios mortuo patre, Surd. *dec.* 123. vide Sanfelic. *d. dec.* 391. *cum Addit.* Caren. *resol.* 189. ubi dummodò retineant bona indivisa, etiam si filiæ sint nuptæ, ac etiam si unus instituat extraneum hæredem, qui non provocet ad divisionem, vel licèt unus ingrediatur religionem, quid si religio provocet ad divisionem, &c. Altimar. ubi supra *vers. etiam.* Hodier. & Censal. ad Surd. *loc. cit.* Constanti. *ubi supra n.* 27.

Non extendatur ad donativa, quæ fiunt Principi, & alia, Ricc. *Collect.* 42. Sanfelic. *dec.* 391. *cum Addit.* Altim. *loc. cit. vers. non fiunt.*

Qualiter dictum privilegium nullo modo possit infringi, aut diminui prætextu necessitatum Reipublicæ incumbentium, sed omninò sit servandum, latè, & doctè apud Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 128. *n.* 163. *& seqq. ad* 263.

Privilegium immunitatis à collectis, & oneribus non excusat ab illis, quæ imponuntur ob bellum superveniens, & ex causa publicæ necessitatis, maximè ad tuendam, & defendendam Civitatem, etiam si fuerit concessum verbis amplissimis, & geminatis, ac titulo oneroso, vel per viam contractus, cùm omnis dispositio intelligatur rebus sic stantibus, & ubi subest causa publicæ necessitatis, sileat talis immunitas, vel Princeps possit illam tollere, & revocare, Din. Albert. Jas. Alexand. Soccin. & alii *in l. si ex toto ff. de leg.* 1. Alexandr. *cons.* 216. *n.* 28. *lib.* 2. Roman. *cons.* 436. Curt. jun. *cons.* 61. *nu.* 14. Roland *cons.* 1. *n.* 62. *&c. lib.* 2. Paul. Christin. *dec.* 48. *volum.* 5. Ricc. *Collect.* 3681. Sanfelic. *dec.* 391. cum aliis pluribus antiquis, & modernis relatis per Altograd. *cons.* 70. *n.* 1. *& seqq. lib.* 2. ubi tamen in casu suo contrarium firmat ex pacto, & lege deditionis, ut quando aliquis non erat subditus, & se dedi- 23

dit

dit cum tali pacto, & conventione per verba negativa, nam quoad reservata non dicitur exemptus, sed potiùs non subditus, & ideò non tenetur ultra conventa, cùm Princeps magis, quàm alii teneatur pacta servare, & unam solam vocem, unicumque calamum habere etiam cum suis subditis, præcipuè si verisimiliter fuerit ab initio de hujusmodi oneribus saltem in genere cogitatum, ut per Altograd. *loc. cit. nu.* 9. *& seqq. per tot.* Gizzarel. & Addent. *dec.* 38. Festas. *de Collect. par.* 4. *cap.* 7. Sanfelic. *in. post primam partem suarum decisionum*, Pract. *discept. for. cap.* 16. Octav. Glorit. *cons.* 1. *part.* 3. Gioguan. *cons.* 27. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *cap.* 8. latè Fabric. Pontirol. *in Responso pro Medicinensibus contra Bononienses, Forolivii impresso de anno* 1664. *inter meas Allegationes diversas vol.* 1. *fol.* 172. *& seqq.*

Quòd tempore penuriæ teneantur concurrere etiam immunes, & privilegiati, Surd. *dec.* 275. *per tot.*

Quòd immunitas, & exemptio per Civitatem recognoscentem superiorem concessa alicui etiam verbis amplissimis, & titulo oneroso ab omnibus oneribus impositis, & imponendis, non comprehendat onera, & collectas à supremo Principe impositas, vel imponendas, tam ex defectu potestatis, quàm voluntatis, latè pro Illustrissimo Regimine Bononiæ contra Communitatem Medicinæ in materia datii salis, concludit Urceol. *Consult. forens. cap.* 64. *per tot. vol.* 2.

Rationes autem Medicinensium contra DD. Bononienses in dicta causa, latè deducit Pontirol. *in Responso supra citato*, & facit Menoch. *cons.* 156. Cæsar. Manent. *cons.* 84. *&* 85. *lib.* 1.

24 Privilegium fori, immunitatis ab oneribus, vel simile concessum alicui laico, & sæculari, vel de jure competens Clericis, & Ecclesiæ, an extendatur ad illorum servos, famulos, & colonos, & eos comprehendat, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *per tot.* Thes. *dec.* 22. *& dec.* 116. *per tot.* dixi *in §. Colonus num.* Sanfelic. *dec.* 336. *nu.* 27. ubi quòd privilegium fori competens patri extenditur etiam ad filios vivente patre, & ad uxorem vivente marito, & dixi *in §. Clericus n.* 73. ideo Sanfelic. *in Praxi sect.* 25. *n.* 28. *&c.* ubi repetit eadem scripta. Vide De Luc. *de Jurisdict. disc.* 67. *de Judic. disc.* 3. *n.* 83. *Relat. Cur. disc.* 45. *n.* 13. *de Regul. disc.* 1. *nu.* 1. *Miscell. disc.* 2. *n.* 24.

25 Privilegium fori motu proprio Principis superveniens pendente judicio, an trahatur ad causam pendentem, ita ut possit forum declinari, juxta *l. si quis postea de jud.* latè Gratian. *discept. forens. cap.* 421. *n.* 25. *&c.* ubi refert octo opiniones, vide Scaglion. *in Pragm. Regn. Allegat. dec.* 19. *n.* 4. Ricc. *Collect. dec.* 1634. Joseph. Mele ad Gizzarel. *dec.* 65. *n.* 9. Franch. *dec.* 554. *per tot.* ubi quòd privilegium superveniens non mutat forum, sive sit concessum motu proprio, sive ad postulationem, quod privilegium superveniens prosit etiam quoad lites jam prius cœptas, & pendentes, latè Cabed. *dec.* 24. *&* 25. *per tot. part.* 1.

26 Privilegium electionis fori competens viduis, pupillis, aliisque miserabilibus personis, an, & quando habeat locum, vel non, vide *in §. Persona n.* 9. *& seqq.*

27 Privilegium fori an, & quando competat Clericis, vel non, quæ requirantur ut illi locus sit, an possit allegari per tertium, ad quem spectet cognitio, & declaratio, in quibus carceribus sint interim pendente discussione retinendi, & alia ad propositum dixi *in §. Clericus n.* 69. *& seqq. & in Pract. §. Privilegia n.* 26. *&* 28. plenè Tho. Valasc *allegat.* 10. *cum pluribus seqq.* ubi etiam multa de Clericis conjugatis an, & quando gaudeant privilegio fori, & aliis, vel non.

An autem privilegiatus si fuerit citatus ab incompetenti judice, teneatur venire ad allegandum suum privilegium, ita ut non veniendo, vel illud non allegando incurrat in contumaciam, distinguendum est, ad tradita per Joan. de Imol. *in l. contumaria, ff. de re judic.* Mynsing. *singul. observ. centur.* 6. *observat.* 7. Gayl. *observ.* 48. *n.* 7. *& seqq. lib.* 1. quos refert, & sequitur Paul. Christin. *dec. Belgic.* 53. *n.* 12. *vol.* 1. Valasc. *allegat.* 21. *per tot.* ubi quando Clericus provocans ad ordines, ut remittatur ad suum ordinarium debeat solvere omnes expensas, *& allegat.* 24. ubi qualiter differens allegare exceptionem incompetentiæ sit condemnandus in expensis, qui adversarium fatigavit, & dixi *in §. Clericus sub n.* 58. *& sub nu.* 71.

Privilegium personale non egreditur personam privilegiati, nisi ratione accessionis, & familiaritatis, & mortuo principali, cui fuit concessum, extinguitur in aliis, quibus accessoriè competebat, quia quando ratio, propter quam fuit, etiam pluribus, sed uni principaliter, & aliis accessoriè concessum, non inest eodem modo cuilibet ipsorum, mortuo principali finitur privilegium quoad alios, ut benè probat Paul. Christin. *dec. Belgic.* 176. *per tot. vol.* 5. Sanfelic. *dec.* 21. *&* 336. *n.* 27. facit quod dixi supra *num.* 12. & ibi *in addit.* Rube. *de Consuss. Jur. cap.* 12. *n.* 6. *&* 20. Ansald. *dec.* 97. *n.* 40. 28

Quòd privilegium in dubio præsumatur personale, & personam, cui est concessum, non egrediatur, nec trahatur ad exemplum, Gayl. *observ.* 144. *lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3004.

Quòd imò concessio Principis in dubio præsumatur realis, & non personalis, etiam in materia jurisdictionis, nisi ex qualitate personæ, & rei aliter sit dicendum, Mascar. *de probat. concl.* 338. *per tot.* Latè Jovius *de solemn. gloss.* 22. *§.* 19. *num.* 44. Et quando sunt realia, sunt ad hæredes transitoria, sive sint universalia, sivè particularia Idem Jovius *gloss.* 22. *§.* 21. *n.* 36.

Privilegium posterius unius, non præjudicat privilegio alterius anteriori, cùm Princeps numquam censeatur juri tertiò quæsito præjudicare, nec possit, nisi ex legitima causa, quæ debet esse publica, & non sufficit privata, ut benè probat Sanfelic. *decis.* 68. *n.* 11. *& seqq.* 29

Privilegium alicui concessum cum clausula, *prout prædecessores tenuerunt, & possederunt*, retinet suam antiquitatem, & prioritatem temporis, propter dictam clausulam, quæ censetur apposita ad conservationem antiqui privilegii, Bald. *in l.* 1. *quæst.* 4. *ff. de rer. divis.* Alexand. *cons.* 30. *lib.* 1. Sanfelic. *dec.* 336. *n.* 41. *& in praxi sect.* 25. *n.* 40. *& seqq.* 30

Privilegium alicui, & suis descendentibus masculis, & fœminis concessum, non extenditur ad fœminas maritatas, qui mutant statum, & sequuntur forum viri, sed quoad fœminas prodest tantùm donec sunt virgines, & viduæ, Jas. *in l.* 1. *nu.* 18. *ff. de constitut. Princip.* Bart. *in l. quoties, Cod. de privileg. scolar. lib.* 12. Vivi. *commun. opin.* 640. *&* 643. facit quod, dixi *in §. Uxor n.* 2. *&* 3. 31

Privilegia Conclavistarum qualiter sint perpetua, & ad vitam illorum, ut quæ sint præcipuè circa illorum beneficia, facultatem testandi, transferendi pensiones, & hujusmodi, Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 303. *& per tot. & decis.* 382. *per tot. in eadem causa*, vide *in §. Pensio n.* 17. 32

Privilegium fori, de quo dixi *in §. Clericus nu.* 69. non suffragatur, neque prodest clerico ordinato ab alio, quàm suo Episcopo sine saltem ejus literis dimissoriis, cùm sit ipso jure, & perpetuò suspensus, & alia plura ad exclusionem dicti privilegii, ex quo litteræ primæ tonsuræ non erant formiter recognitæ cum citatione partis, nec emanatæ à suo Episcopo, vel cum ejus licentia extra diœcesim, non erat probata delatio habitus, & tonsuræ, nec supplere possit quasi possessio clericatus, officium Protonotariatus, & hujusmodi deducti, quæ fuerant rejecta ad effectum ne gauderet privilegio fori, & rejiciendi concesso clericis filiis famil. habentibus dicta requisita, Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 304. *&* 392. *per tot. & part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 10. *per tot. in eadem causa.* 33

Pro defensione jurisdictionis sæcularis, & ad exclusionem prætensi, & allegati Clericatus ex defectu probationis, & requisitorum necessariorum, plenè Bajard. *Allegat. fiscal.* 4. *&* 5. *per tot.* ubi omnibus oppositionibus Ordinarii pro Clericatu factis satisfacit, vide Carol. Maraot. *contr. part.* 5. *respons.* 69.

per

per tot. ubi de Clericatu probando, &c. Capyc. Latr. *dec.* 173. *n.* 23. *& seqq.*

Sed quoad ordinatos ab alieno Episcopo sine literis dimissoriis proprii Episcopi, ut remaneant quidem suspensi ab exercitio, & executione ordinis, non autem à privilegiis clericalibus ordinem ipsum collatum validè consequentibus, resolvit Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 579. *n.* 1. recedendo in hac parte à priùs decisis in eadem causa, ut supra, ac etiam à conclusione quòd ad effectum testandi sint necessaria requisita Concilii in filiosam. Clerico, de quo dixi *in §. Filius n.* 61. *& §. Clericus num.* 41. *& §. Episcopus n.* 23.

34 Privilegium fori competens cedenti competit etiam cessionario agenti ex persona, & ad commodum cedentis, secùs autem si ex persona sua, & ad proprium commodum, quia tunc tamquam personale non transit in cessionarium, sed extinguitur in ipso transitu, & mutatione personæ, ut colligitur ex traditis per Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 76. *n.* 13. *& seqq. & decis.* 371. *in eadem causa, & part.* 18. *decis.* 673. *num.* 3. *& seqq.* & dixi *in §. Cessio nu.* 42. *&* 46.

Competens autem cessionario, illi non suffragatur contra debitorem cessum, sed illum convenire debet ipsius debitoris cessi foro maximè in cessione ex titulo lucrativo ad evitandas fraudes, secùs autem in cessione ex titulo oneroso, in qua quia cessat præsumptio fraudis potest cessionarius uti suo privilegio, Hier. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. quæst.* 36. *n.* 11. *& seqq.* & dixi in *§. Cessio n.* 46.

35 De privilegiis diversis, illorum interpretatione, effectibus, duratione, amissione, & hujusmodi multa habētur penes Bertach. *in Repert. verb. Privilegiū*, Thoro *Compend. decis. Neapol. verb. Privilegium*, Castil. *de Tertiis decim. cap.* 36. *per tot.* Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 3. aliosque plures longa manu citatos à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Privilegium*, & Com. Augustin. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 415. *&c.* vide *in §. Rescriptum*, & Joan. Torre *de success. in Majorat. & Primogen. Ital. in Indice generali in fine part.* 3. *verb. Privilegium*. Em. De Luc. *in Indic. general.* & Altimar. *in tract. de nullit.* Layman. *in Theol. Moral.* Fagnan. Gonzal Passerin. & alii *sup. Decr.* Ansald. Emerix Caprar. Piton. Pignatell. Ursaya Mans. Palm & alii moderni.

36 Privilegium fori an competat hæredi privilegiato latè Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 3. *à n.* 54., ubi distinguit inter privilegium suum proprium, & privilegium commune aliis, ut privilegium ordinis.

37 Plura de renunciatione privilegii Clerici, Scholaris, militis, & viduæ Ruben. *de Confuss. Jur. cap.* 3. *à n.* 76. Latè Fagnan. *sup. Decr. in indic. gen verb. privilegii renunciatio.*

38 Privilegium extrahendi non habet locum tempore penuriæ. Vide Afflict. *decis.* 290. *n.* 9. Conciol. *ad statut. Eugubii lib.* 1. *rub.* 41. *n.* 3. Bertachin. *vot.* 195. *n.* 11.

39 Privilegium concessum Scholaribus à fortiori militat favore Doctorum legentium Card. Tusch. *pract. conclus. litt. S. conclus.* 705. *nu.* 5. Rebuff. *in tract. de nominat. quæst.* 11. *n.* 15. Ansald. *dec.* 62. *n.* 9. *part.* 1.

40 Privilegia plurima urgent favore Montistarum Card. De Luc. *in tract. de Loc. Mont. cap.* 5. *ex num.* 22. *usq. ad fin.* Ansald. *dec.* 26. *n.* 41. *part.* 1.

41 Privilegia propter absentiam Legati ab Urbe propria dependent ab usu. Card. De Luc. *de Jud. disc.* 20. *n.* 14. *lib.* 15. Ansald. *dec.* 71. *n.* 31. *part.* 1.

Privilegia Legatorum in quo consistant; & quæ comprehendant Gratian. *discep.* 421. *num.* 35. *ad* 47. Ansald. *dec.* 71. *n.* 33. *part.* 1

42 *Auth. res quæ C. comm. de legat.* Privilegium potest cedi, vel transferri favore alterius Fusar. *de substitut. quæst.* 531. *n.* 48. Ansald. *dec.* 90. *n.* 45. *part.* 2.

43 Privilegiata fiunt bona ratione personæ. Carlevall. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 5. *n.* 305. Rub. *de Confus. Jur. cap.* 5. *sub num.* 6.

44 Privilegium miserabilis litigantis an extendatur ad collitigantem divitem. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 19. *vers. nisi una ex partibus ad n.* 24. text. *in l. fin. C. de Fruct. & lit. expens.* Rub. *de Confus. Jur. cap.* 3. *n.* 266.

45 Privilegium exemptionis concessum certis Familiis absque expressione, quod transire valeat ad hæredes, reputatur personale, non autem reale, adeout exemplo restricta ad certas Familias illis deficientibus expiret. Caprar. *dec.* 725. *n.* 12. *part.* 2. Privilegium etsi concessum bonis propter personas, & sic mistum, adhuc non transit cum bonis in alias personas. Idem Caprar. *dict. dec.* 725. *n.* 13. Privilegium ubi agitur de re præjudiciali Ecclesiæ, nempe de Exemptione decimarum in dubio præsumitur personale. *ibid. n.* 14.

46 Privilegium exemptionis ut sit attendendum copulativè requiritur, quod Abbas sit in quasi possessione exemptionis. Caprar. *dec.* 400. *n.* 7. *part.* 1. Privilegium Pontificium eximens Ecclesiam Abbatialem à Jurisdictione Episcopi, non suffragatur Abbati si non comprehendit exemptionem à Visitatione, de qua ibi nulla fiat specialis, & expressa mentio. Idem Caprar. *d. dec.* 400. *n.* 6. *part.* 1.

47 Privilegium restrictum ad certum locum non potest extendi ad alium. Caprar. *dec.* 443. *n.* 11. *part.* 2. *& dec.* 665. *n.* 3. *part.* 2. Nec est trahendum ad locum, de quo non loquitur. Caprar. *dict. dec.* 665. *n.* 4. *dict. part.* 2. Vide supra sub *n.* 12.

48 Privilegiorum veritas, & legalitas, licèt non in forma probanti, ex quibus dicatur comprobata. Rot. *dec.* 566. *part.* 3. *rec.* Caprar. *dec.* 182. *n.* 3. *part.* 1.

Privilegii, & Litterarum Patentium veritati non præjudicat omissa adnotatio, si aliàs sunt Originales, & in forma authentica. Cravett. *cons.* 112. *n.* 7. Rot. cor. Duran. *dec.* 265. *n.* 36. *& dec.* 205. *n.* 7. Caprar. *dec.* 131. *n.* 6. *part.* 1.

49 Privilegia sunt magis favorabilia, quam præscriptio. Gloss. *in cap. cum personæ, de privileg. in* 6. Caprar. *dec.* 28. *n.* 2. *part.* 1. Et Privilegium & consuetudo æquiparantur Passerin. *in cap. Romana* 3. *§. ab Archidiaconis n.* 9. *de Appell.*

50 Privilegii allegatio quando dicatur compatibilis, vel incompatibilis cum immemorabili Caprar. *dec.* 495. *n.* 17. *part.* 2. De Luc. *de Regal. disc.* 47. *a n.* 8. *Annot. ad Concil. disc.* 11. *n.* 16. *de Jurepatr. disc.* 65. *n.* 3.

51 Privilegium abolitum censetur per non usum. Text. *in cap. si de terra* 6., *& cap. accedentibus* 15. *de privil.* Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 25. *n.* 4. Emerix Jun. *dec.* 1206. *n.* 7.

52 Privilegium caducatur ex defectu intentionis Papæ concedentis. Rot. *dec.* 525. *n.* 5. *part.* 7. *dec.* 205. *n.* 5. *&* 6. *part.* 13. *dec.* 535. *n.* 16. *part.* 15. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 1029. *n.* 6. *&* 7.

53 Privilegii causa finalis desumitur ex parte proemiali narrativa, & conclusiva. Gomez. *in Regul. de Annal. quæst.* 1. *n.* 1. *&* 2. Rot. cor. Card. Cert. *dec.* 668. *n.* 4. Emerix Jun. *dict. dec.* 1039. *n.* 19.

54 Privilegii verba in dubio attendenda, & inspicienda. Penia *dec.* 117. ubi Crescin. *in annot.*

55 Privilegium concessum Principibus laicis non potest diminuere Jurisdictionem Ecclesiasticam Ordinarii. Rot. *dec.* 220. *n.* 8. *part.* 9. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 14. *n.* 4.

56 Privilegium concessum motu proprio, & propter benemerita, est perpetuum, & per mortem concedentis non expirat. Emerix Jun. *dis.* 671. *n.* 9. Et non potest adversus illud dari de obreptione, vel subreptione ob non factam expressionem alicujus qualitatis de jure exprimendæ. Emerix Jun. *dict. dec.* 671. *n.* 9.

Non potest tamen extendi ad casum ommissum ultra voluntatem concedentis. Emerix Jun. *d. dec.* 671. *n.* 10.

57 Privilegium declaratur ex qualitate supplicantium cuinam generi personarum fuerit concessum. Rot. *dec.* 584. *n.* 11. *part.* 1. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 1126. *num.* 4.

58 Privilegium extinctum num remaneat per unionem. Emerix Jun. *dec.* 1025. *n.* 19.

59 Privilegium interpretari debet strictè, ubi agitur de præjudicio tertii, latè verò contra Principem concedentem Alex. *in cap. quia circa*, 21. *n.* 4. *de privil.* Felin. *in cap. Causam quæ* 18. *n.* 11. *&* 12. *de rescript.* Emerix Jun. *dec.* 260. *n.* 1.

Pri-

60 Privilegium inserpretationem præcipuam recipit ab observantia. Text. *in l. si de interpretatione, ff. de legib.* Emerix Jun. *dec.* 1126. *n.* 6. Et circa observantiam in materie privilegii vide Caprar. *decis.* 401. *n.* 4. *decis.* 695. *n.* 14. & *decis.* 131. *n.* 8.

61 Privilegium qualificatum non probata qualitate nihil operatur Rot. *dec.* 578. *n.* 4. *part.* 5. & *dec.* 229. *num.* 3. *part.* 2. *rec.* & cor. Seraphin. *dec.* 670. *num.* 1. Emerix Jun. *dec.* 260. *n.* 3.

62 Privilegium revocatum habetur, ac si non emanasset Rot. *dec.* 937. *n.* 3. & *dec.* 1919. *n.* 4. cor. Coccin. Emerix Jun. *dec.* 260. *n.* 2.

63 Privilegia, quæ non uni personæ, sed toti Communitati, V. G. Clericorum, aut Religiosorum concessa sunt, æquantur legibus communibus, ideoque latam interpretationem habent Layman. *Theol. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *n.* 5. §. *Dixi tom.* 1.

64 Interpretatio privilegii in dubio facienda est secundum communem, & usitaram, vel propriam verborum acceptionem: nam privilegia non plus operantur, quam verbis exprimuntur Layman. *Th. Moral. d. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *n.* 7. *d. tom.* 1.

65 Privilegium non debet privilegiato onerosum esse Henriq. *lib.* 7. *cap.* 25. *nu.* 2. & *lib.* 14. *cap. ult. in fin.* Layman. *loc. sup. cit. eod. n.* 7. §. *Denique.*

66 Privilegium, quod motu proprio confertur, favorabilius esse censetur, & excludens præsumptionem subreptionis; quod vero ad instantiam partis privilegium datur, magis odiosum est Layman. *ibid. n.* 8. In privilegiis, aut rescriptis motu proprio concessis opus non est ea exprimi, quorum expressio necessarie est in rescriptis ad instantiam V. G. si Papa motu proprio conferat alterum beneficium necesse non est mentionem fieri de prius obtento Layman. *ibid. n.* 10.

67 Privilegium indefinitè concessum, si aliter onerosum non sit sed merum beneficium Principis, latè interpretandum est, & ad futura etiam extenditur Layman. *Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *nu.* 20. & *d. lib.* 5. *tract.* 7. *cap.* 1. *n.* 1. *Tom.* 2.

68 Privilegium seu gratia Principis interpretanda est secundum naturam rei, quæ conceditur Layman. *Theolog. Moral. d. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *n.* 21.

69 Per privilegium generale non censetur derogari consuetudini, vel statuto particulari, nisi exprimatur Rodriq. *tom.* 1. *quæst.* 61. *art.* 5. Layman. *ibid. num.* 20.

70 Quicumque legem condere, is etiam privilegium dare potest, & viceversa Layman. *Theol. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *n.* 14. *tom.* 1.

71 Privilegia reversiva ad jus comune sunt favorabilia, & largè interpretanda Rot. *dec.* 505. *nu.* 10. & 11. *part.* 1. *divers.* Card. De Luc. *de Feud. disc.* 69. *num.* 10.

72 Privilegia sunt strictè interpretanda, & tantum dicitur concessum, quantum in eis reperitur scriptum Card. De Luc. *de Jurisd. disc.* 35. *n.* 10. *de servit. disc.* 61. *n.* 13. *de Jurep. disc.* 50. *n.* 8. Etiam concurrente identitate, vel majoritate rationis. Idem Card. De Luc. *de Feud. disc.* 92. *sub nu.* 7. *vers. Reflectendo.*

73 Privilegia inducta favore publico non possunt tolli pactis privatorum Card. De Luc. *de Emphyt. disc.* 7. *n.* 6.

74 Privilegia resultantia ex dignitate, vel officio retinentur etiam isto finito Card. De Luc. *de Feud. disc.* 84. *num.* 3. Cessat tamen illius jus, ac effectus Card. De Luc. *d. disc.* 84. *n.* 6.

Privilegium cessat ob immutationem status Card. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 10. *n.* 5.

75 Privilegium competens actori fit comune reo, & e contra. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 2. *n.* 30. Quid in auctore laudato Idem Card. De Luc. *d. disc.* 2. *ex num.* 5.

76 Privilegia non sunt attendenda in formalitate verborum. Card. De Luc. *de Decim. disc.* 9. *n.* 11. & 12. Majus tamen est, quo ampliora sint verba. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 10. *sub n.* 5. *disc.* 20. *num.* 21. *in fin.*

77 Privilegia declarativa legis quando dicantur Card. De Luc. *de Regal. disc.* 33. *n.* 14. Quando legem faciant Card. De Luc. *de Regal. disc.* 33. *n.* 14.

Privilegium utriusque artis retinet plures artes exercens Card. De Luc. *de Regul. disc.* 99. *n.* 5. 78

Privilegia socio concesse, an prosint aliis sociis finita societate Card. De Luc. *de Regal. disc.* 90. *n.* 10. 79

Privilegium dicitur novum, quoties eidem aliquid additur, vel diminuitur Capyc. Latr. *dec.* 67. *n.* 12. Franch. *dec.* 192. *n.* 13. Episc. Rocc. *cap.* 68 *n.* 53. *lib.* 1. 80

Privilegium favore alicujus concessum, catenus habet locum, quatenus privilegiatus eo uti velit. Episc. Rocc. *cap.* 70. *n.* 24. Ideòque tertius non potest de eo opponere Oldrad. *cons.* 39. *num.* 7. Socein. *cons.* 13. *n.* 24. *lib.* 1. Rocc. Episc. *d. cap.* 70. *n.* 25. 81

Qui non potest privilegium revocare, nec restringere illud valet Jovius *de solemn. in contract. minor. gloss.* 22. §. 19. *n.* 42. Piton. *de Jurep. all.* 47. *nu.* 18. *tom.* 1. 82

Nulla datur præscriptio etiam millenaria excessivè, & ultra limites potestatis restrictæ in privilegio alicui dato, & de ratione Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 20. *n.* 18. Piton. *de Jurep. dict. all.* 47. *num.* 65. 83

§. PROBATIO. XLVII.

PRobatio est rei dubiè per argumenta ostensio, sive fides veri legitimis modis, ac temporibus cognitori causæ facta; & est multiplex, nam alia evidens, alia minus evidens, alia vera, alia artificialis, de quibus, & similibus, latè Farinac. *quæst.* 36. Menoch. *de præsumpt. lib. pr. in præfat. et quæst. seqq. specul.* Mascard. & alii relati Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *numer.* 3. & *seqq. fol.* 266. Tuschus *litt. P. conclus.* 764. *per tot.* Donadeus *de renunciat. cap.* 41. *num. pr. et seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 24. *nu. pr.* &c. *volum.* 3. benè Sarmient. *select. lib. pr. cap. pr. num.* 9. Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 61. *nu.* 33. ubi quòd probatio, quæ per discursum colligitur, non est inferior ea, quæ sensibus percipitur, &c. Homo enim eruditus (ex Aristot. *lib. pr. Ethic. cap. pr. in princ.* & *cap. pr.* & *cap.* 7. *circa finem*, non quærit æqualem certitudinem in omni materia, & casu, sed eam tantùm, quæ proportionatur rei de qua agitur, & in rebus moralibus non est quærenda ea certitudo, quæ in mathematicis exigitur; & ideò ad judicium humanum sufficit probabilis certitudo, quæ ut in pluribus veritatem attingat, & in paucioribus ed ea deficiat, juxta D. Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 2. ut benè ratiocinatur Sousa *in quæst. un. de test. singul. in caus. fidei post Aphorism. Inquisit. num.* 6. *fol. mihi* 583. 1

Probatio fit variis modis, nempè per confessionem partis, per testes, per instrumenta, scripturas, libros, præsumptiones, per juramentum, per evidentiam facti, per famam, per antiqua monumenta, inscriptiones, sigillum, fides, sive attestationes, denunciationes, publicarum personarum, indicia indubitata, attestationem, sive assertionem Papæ, vel alterius Principis, Cardinalis, vel alterius magni viri, per varias probationes imperfectas simul junctas, vel per plures enunciativas, per proverbia, legendas Sanctorum, per peritos in arte, & similes modus, de quibus in locis congruentibus hujus operis plura diai, & singillatim prosequitur Pac Jordan. *dict. titul.* 17. *num.* 74. & *seqq. ad* 272. *fol.* 271. &c. cum Menoch. Mascard. Farinac. & aliis sparsim in locis ordinariis per eum citatis, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 24. *cum pluribus seqq. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3066. ubi latè de dictis modis probandi, de quibus, & aliis plenè etiam Gibalin. *de univers. negotiat. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 8. *per tot. fol. mihi* 589. &c. Donad. *tractat. de renunciat. cap.* 41. 2

Quòd probationes non sint angustandæ, sed illis favendum, nec possint per pactum restringi, & quando secùs, Tusch. *litter. P. concl.* 777. *et* 778. Rot. coram Ansald. 35. *n.* 5. *decis.* 58. *num.* 2. *decis.* 73. *nu.* 1. & 2.

Qualiter autem possint per statutum restringi, vel non, latè idem Tusch. *litt. S. conclus.* 636. & 637. *per tot.*

Probatio non semiplena licèt in civilibus conjungatur 3

gatur cum altera ad faciendam plenam probationem, non tamen ita eſt reguleriter in criminalibus, Clar. *§. fin. quæſt.* 63. *verſ. penult.* Menoch. *de præſumpt. lib. pr. quæſt.* 40. & 41. *per tot.* ubi quando plures præſumptiones, vel probationes imperfectæ poſſint jungi ad faciendam probationem perfectam, de quo latè Tuſchus *litt. P, concluſ.* 796. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 238. ubi in crimine aſſaſſinii conjunguntur. Carpezov. *in prax. crim. quæſt.* 116. *n.* 50. *part.* 3. Fagn. *in c. ne innitaris à num.* 102. *de Conſtitut.* Pegn. *in addit. ad director.* Eymeric. *lib.* 3. *Schol.* 127. *verſ. quod ſi*. De Luc. *de Judic. diſc.* 22. *n.* 14. *diſc.* 32. *n.* 52. *diſc.* 33. *n.* 13. *de Beneſ. diſc.* 90. *n.* 26.

Quòd in civilibus conjungantur etiam ſi ſint diverſi generis, ſi omnes tendant ad eumdem finem, Gemu. *de ſcript. privat. lib.* 2. *quæſt. pr. nu.* 82. *fol.* 84. Altograd. *conſ.* 72. *num.* 8. *lib. pr.* ubi quòd hoc maximè procedit in cauſis non arduis, & quæ dicantur cauſæ arduæ, vide Surd. *decis.* 12. *per tot.* ubi quando jungantur probationes, vel non, Mynſing. *cent.* 2. *obſer.* 100. & *cent.* 5. *obſervat.* 33. Paul. Chriſt. *decis. Belgic.* 24. *nu.* 12. &c. *volum.* 3. Ludoviſ. *decis.* 245. *num.* 2. & *ſeqq.* vide Balduc. *tit.* 4. *de Dot. decis.* 5. *per tot.* Bedich. *part. pr. concl.* 36. Fagnan. *loc. cit.* De Luc. *loc. cit.*

Quòd probationes imperfectæ, ut poſſint conjungi ad faciendam plenam probationem, debeant ſingulæ de per ſe eſſe perfectæ in propria ſpecie, alioquin non relevent, Rot. *decis.* 519. *num.* 7. *part.* 2. *Noviſſ.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 11. *fol.* 267. Vide Caprar. *decis.* 367. *n.* 14. De Luc. *de Judic. diſc.* 22. *n.* 14. *diſc.* 33. *n.* 13.

Idem eſt in conjecturis, & præſumptionibus, quæ non poſſunt conjungi; ut iorret regula, quæ non proſunt ſingula, ſimul juncta juvant, quando ſingulæ de per ſe ſunt imperfectæ Gabriel. *de probat. concluſ.* 1. *num.* 33. cum allis per Rot. *in Romana filiationis* 2. *Julii* 1639. coram Celſillo *num.* 16. penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 81. Maſcard. *de probation. vol.* 3. *concluſ.* 1223. *per tot.* ubi quòd poſſunt conjungi plures præſumptiones ad plenam probationem faciendam, etiam in criminalibus, non tamen pro imponenda pœna ordinaria, ſed tantùm extraordinaria mitiori, ac dummodò omnes tendant ad eumdem finem, & effectum, & ſint ſingulæ legitimè probatæ.

Quòd etiam in cauſis criminalibus, & capitalibus poſſint interdum arbitrio Judicis conjungi duæ probationes imperfectæ, ad faciendam unam perfectam, Menoch. *de arbitr. conſ.* 492. vide in §. *Judicium n.* 9. Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 30. ubi quid *in* cauſa hæreſis, Ricc. *Collect.* 758. & 1114. Peguer. *decis.* 27. *num.* 14. &c. Martha *vot. Piſ.* 238. *num.* 8. &c. ubi etiam ad imponendam pœnam ordinariam *in* crimine aſſaſſinii.

3 Non tamen conjunguntur ad finem condemnandi pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria mitiori, Franch. *decis.* 538. *num.* 16. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 280. & *ſeqq. fol.* 283. ubi plura qualis probatio, & ad quem effectum reſultet ex variis probationum ſpeciebus imperfectis ſimul junctis, vide in §. *Delinquens nu.* 18. Zuff. *de legit. proceſſ. lib. pr. quæſt.* 29. *per tot.* vidend. Baſilic. *dec. crimin. pr. à num.* 38.

Ubi de probationibus imperfectis an poſſint conjungi ad faciendam probationem perfectam, &c. Intellige notata hic, & *in* §. *Indicium nu.* 9. quoad pœnam extraordinariam imponendam, quando rei ſunt præſentes, & in iſtis terminis loquuntur DD. hic, & illic citati, nam ſi ſint contumaces habentur pro confeſſis vigore generalis conſuetudinis, & condemnantur pœna ordinaria delicti, de quo ſunt Inquiſiti, ſi legitima præcedant indicia ad inquiſitionem ſuſtinendam, & legitimæ proceſſerint citationes ad reddendos eos contumaces.

Nec valent adminicula ubi non præcedit aliquis gradus legitimus probationis, qui ſemper requiritur uti ſubſtantia, cui poſſint deſervire, Gabriel. *de probat. concl. pr. in princ.* Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 358. *num.* 3.

4 Probatio reſultans ex indiciis, & conjecturis poteſt dici manifeſtiſſima, maximè in antiquis, Afflict. *decis.* 13. *num.* 23. &c. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 31. *n.* 51.

Quòd in antiquis admittantur præſumptiones, & conjecturales probationes, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 115. *per tot.* Balduc. *tit.* 3. *de legat. decis.* 9. *num.* 21. & 22.

Quòd juris præſumptiones dicantur liquidiſſimæ probationes, & admittantur in caſibus, vel aliàs veræ probationes requiruntur, Magon. *decis. Luc.* 27. *num.* 33. &c. latè Menoch. *de præſumpt. lib. pr. quæſt.* 36. 37. & 38. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 780. *per tot.*

Et de probatione præſumptiva, an, & quando admittatur, qualis dicatur præſumptio juris, & an, & quando plenè probet Sperel. *dec.* 27. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.* 594. & 595. *per tot. infr. n.* 14. *et* 15.

Qualiter requiratur plena probatio in civilibus, & in criminalibus, latè Tuſch. *litt. P. concluſ.* 788. & 789. *per tot.* Conciol. *reſol. crimin. verbo Probatio reſol.* 3. *per tot.* ubi qualiter in criminalibus probationes debeant eſſe luce meridiana clariores, quando tales dicantur, & exceptis delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ſufficiunt præſumptiones, & conjecturæ, Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 61. *num.* 31. & *ſeqq.* ubi quòd ex violentiſſima præſumptione poteſt reus condemnari ad pœnam corporalem, & ordinariam.

Probatio indefinita tam per teſtes, quàm per inſtrumenta non æquipollet univerſali, nec relevat, cùm debeat eſſe neceſſariò concludens, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 337. *per tot. cap.* 650. *num.* 6. &c. Magon. *decis. Flor.* 55 *num.* 40. &c. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1199. *per tot.* Barboſ. *de Axiom. jur. Axiom.* 123. *nu.* 14. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1082. &c. *fol.* 361. Rotæ poſt Urceol. *de tranſact. decis.* 72. *num.* 8. vide in §. *Diſpoſitio num.* 28. & §. *Teſtis num.* Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 372. *num.* 53. & *decis.* 178. *num.* 2. ubi tamen quòd probatio per teſtes, licèt indefinita, ſi ſit reſtricta ad certum locum cum confinibus æquipollet univerſali, & infert ad totum, ac alia quando verificetur in toto, &c. Bich. *decis.* 124. *nu.* 2. & *ſeqq.* Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 452. *n.* 8. *tom.* 2. 5

Quòd probatio debeat eſſe certe, clara, & neceſſariò concludens ad effectum obtinendi per viam actionis, nec ſufficiat præſumptiva, quæ dicitur dubia, cùm habeat poſſibilem veritatem in contrarium, Altograd. *conſ.* 92. *num.* 49. &c. *lib.* 2.

Qualiter debeat de neceſſitate concludere, latè Tuſch. *litt. P. concl.* 765. *per tot.*

Quòd dubia, & quæ poteſt diverſimodè intelligi non relevet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 980. *n.* 14. &c. Barboſ. *de Axiom. jur. Axiom.* 191. *num.* 2. &c. Duran. *decis.* 402. *num.* 21. & *decis.* 337. *num.* 38. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 766. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3333.

Quòd incerta, & generalis non admittatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 705. *num. pr.*

Probatio facienda per ſcripturam, vel inſtrumentum, poteſt etiam fieri per teſtes, probata ammiſſione ſcripturæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 163. *num.* 14. &c. Caprar. *decis.* 491. *n.* 5. 6

An ſit fortior probatio per teſtes, vel per ſcripturam, an admittatur probatio per teſtes, quando poteſt fieri per ſcripturam, & alia quando non admittatur probatio per teſtes, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 771. *cum duobus ſeqq.* facit Rot. *decis.* 121. *n.* 19. poſt Urceol. *de Tranſact.* Rot. coram Anſald. *decis.* 30. *ſub num.* 71. De Luc. *de Juriſdict. diſc.* 37. *num.* 8. Caprar. *decis.* 412. *n.* 3.

Probatio fundata in publicis inſtrumentis eſt validior, & efficacior illa, quæ fundatur in teſtibus, Cavaler. *decis.* 375. *num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 516. *num.* 46 &c. Tuſchus *litt. P. concluſ.* 775. *per tot.* vide in §. *Inſtrumentum nu.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 18. *num.* 3. 7

Imò validiorem eſſe probationem, quæ fit per teſtes, quàm ea, quæ fit per inſtrumenta, communem dicit Menoch. *de arbitr. caſ.* 526. *num.* 18. & ſuadetur quia per teſtes videmus inſtrumenta reprobari, ut dixi in §. *Teſtis. nu.*

Qualis autem debeat eſſe probatio contra inſtrumentum, & per quos teſtes, Tuſch. *litt. P. concl.* 786.

8 Probatio una potentior, & magis verisimilis, excludit aliam, Gratian. *discept. forens. cap.* 873. *nu.* 10. *cap.* 948. *num.* 29. *cap.* 957. *num.* 56. Menoch. *de præsumpt. lib. pr. quæst.* 30. *per tot.* Fagnan. *in c. ne innitaris nu.* 181. *& seqq. de Constit.* Emeria jun. *decis.* 964. *n.* 14. Caprar. *decis.* 688. *nu.* 17. *& decis.* 367. *n.* 15.

Multa de verisimilitudine idem Gratian. *cap.* 878. *num.* 15. *cap.* 884. *num.* 32. *cap.* 973. *nu.* 56. *cap.* 980. *num.* 12. Montan. *de tut. cap.* 10. *num.* 27. Magon. *decis. Floren.* 17. *num.* 10. *&c.*

Quòd probatio concludent à communiter accidentibus sit attendenda, idem Gratian. *cap.* 967. *num.* 31. *etc.*

Incongrua, inverisimilis, & non conformis rationi, ac veritati non est attendenda, idem Gratian. *cap.* 909. *num.* 8. *&c.*

Quia quod verisimile non est, falsi speciem habet, pro falso reputatur, & nulla ratione debet attendi, Menoch. *de arbitr. cas.* 81. *per tot.*

Inter plures probationes, quæ validior, melior, & efficacior dicatur, benè explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 326. *per tot.* Tuschus *littera P. conclus.* 798. ubi quòd in concursu plenior prævalet, Conciol. *resol. crimin. verbo Probatio resol. pr. per tot.* ubi qualiter in criminalibus probationes rei confundant probationes actoris, accusatoris, vel fisci, cùm semper sit favorabilior defensio, tamquam exclusiva, vel diminutiva delicti.

Et ex duobus, pulcherrimè præsumptionibus, quæ sit validior, & posterior, vel debilior, ut sit alteri præferenda, vel non, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 472. *per tot.* Altograd. *cons.* 71. *num.* 17. *&c. lib. pr.* & subtiliter ex ratione naturali deducit acutissimus Pontinl. *in Respons. pro Mambellis n.* 561. *& seqq. Cæsenæ impresso de anno* 1645.

Quòd una probatio non excludat aliam probationem contrariam, quæ potest in contrarium probari, Tusch. *litt. P. concl.* 797. *per tot.*

Interdum tamen data paritate confunduntur, & conquassantur probationes, Ludovis. *decis.* 249. *nu.* 4. & dixi *in §. Testes n.* 36. *in fine.* Fagnan. *in c. in præsentia num.* 47. *de probat. & in cap. ne innitaris n.* 160. *de Constit.* Fagnan. *in cap. audivimus nu.* 61. *de Reliq. & Vener. Sanct.*

9 Probatio, quæ facta non relevat, non est admittenda, Gratian. *discept. forens. cap.* 559. *nu.* 34. *&c. cap.* 653. *num.* 30. *&c.* ubi quando articuli dicantur obiectivi, & irrelevantes, ac non admittendi, *& in cap.* 803. *numer.* 11. vide *in §. Articuli numer.* Tuschus *litter. P. conclus.* 782. Gob. *de Aquis quæst.* 10. *num.* 44.

10 Probationes quamvis dicantur Judici arbitrariæ, tamen in conflictu testium judex tenetur exprimere, quare magis istis, quàm illis adhæserit, Magon. *decis. Flor.* 17. *num.* 9. *&c.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 231. *n.* 23. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 51. *&c. fol.* 270. Quod sit materia arbitraria Balduc. *tit.* 4. *decis.* 4. *n.* 19. De Luc. *de Alien. disc.* 23. *n.* 6. *de Benef. disc.* 22. *n.* 5. *disc.* 26. *n.* 3. *disc.* 90. *n.* 53. *de Credit. disc.* 109. *n.* 2. *de Judic. disc.* 22. *n.* 9.

Et quando plures testes sunt hincindè examinati, quibus magis adhibenda sit fides, latè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 326. *num.* 19. *& seqq. ad* 42. vide *in §. Testis n.* 17. Cabal. *d. cas.* 232. *n.* 21. *& seqq.*

Quomodo sit intelligenda dicta propositio, quòd probationes judici sint arbitrariæ, Mich. Ferro Mansiquez *Quæst. Vicar.* 86. *part. pr.* ubi quòd arbitrium debet fundari super clara, & nuda veritate tamquam Deo inspiciente non in propria voluntate, proveniente ex actis, non attenta privata scientia Judicis, &c.

11 Probatis extremis, præsumuntur, & dicuntur probata media, Everard. *loc. ab extremis per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 392. Menoch. *lib.* 6. *præsumption.* 36. *per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 107. *n.* 25. *&c.* Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 143. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1292.

Non tamen concludenter, sed præsumptivè tantùm, nec hujusmodi probatio juvat habentem præsumptionem juris contra se, Magon. *decis. Luc.* 11. *num.* 29. *ubi Addit.* & vide alios supracitatos.

Probatio bonæ vocis, & famæ prodest in delictis, 12
& causis criminalibus ad tollendam contrariam probationem malæ vocis, & famæ, & indicia inde resultantia, Clar. *§. fin. quæst.* 60. *vers. frequens etiam*, vide *in §. Fama.*

Quia una præsumptio tollit aliam, plures destruunt unam, & fortior debiliorem, Gratian. *discept. for. cap.* 967. *num.* 34. *&c. supra in hoc tom. §. Præsumptio n. pr.*

Si tamen mala fama fuerit in specie delicti probata, non tollitur per probationem bonæ famæ in genere, Farinac. *quæst.* 47. *num.* 193. *& seqq.* ubi plura de hac materia.

Probatio resultans ex inspectione, & evidentia 13
loci, & rei, dicitur qualibet alia probatione validior, & præstantior, ac ideò privilegiata, ut exclusis aliis hæc recipi possit & debeat, & superet etiam confessionem adversarii, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 326. *num.* 5. *et seqq.* Magon. *decis. Flor.* 65. *nu.* 43. *in fine*, Altograd. *cons.* 100. *n.* 15. *lib.* 1. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 67. *fol.* 271. Tuschus *litt. P. conclus.* 776. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2812. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 76. *num.* 13. Sanfelic. *in Praxi sect.* 56. Posth. *de manutent. observ.* 101. *num. pr. &* 5. Rot. *in Romana fideicommissi de Caffarellis* 24. *Junii* 1676. *coram Bourlemont*, post Urceol. *de transact. decis.* 74. *num.* 20. *& part.* 18. *decis.* 819. Costa *de remed. subsid. remed.* 101. *per tot.* ubi plura quando locus sit dictæ probationi, vel non, & quæ requirantur, *et tract. de re integra dist.* 37. *per tot.* Donad. *tract. de renunciat. cap.* 41. *num.* 17. *et seqq.* Fontanell. *decis.* 381. *et* 382. *per tot.* ubi quod in actu visitæ possunt ministrari testes, non obstante publicatione aliorum, & dictis testificatis, ac alia observanda. De Luc. *de Servit. disc.* 20. *n.* 13. *de Judic. disc.* 24. *nu. pr. et* 7. Emerix jun. *decis.* 1103. *nu. undec.* Caprar. *decis.* 188. *n.* 3.

Quod autem si Judex accessit ad locum cum peritis ad cognoscendum an testes potuerint de loco asserto videre delinquentem, & periti referant non potuisse videre, Judex autem asserat, quòd poterant videre, quibus magis sit credendum, an peritis, vel Judici, Donad. *tractat. de renunciat. cap.* 41. *n.* 7. *et seqq.* Fontanell. *decis.* 600. *per tot.* ubi per Senatum fuit decisum potiùs Judici, quàm peritis standum, & condemnatus reus ad mortem, licèt ipse dubitet, nisi alia concurrant.

Probatio, quæ non percutit tempus, de quo agi- 14
tur, non relevat, quando tempus est de substantia probationis, Duran. *decis.* 337. *n.* 43. Rot. *part.* 2. *div. decis.* 77. *num.* 13. vide *in §. Tempus num.* 5. *et §. Testes num.* 74. Emeria jun. *decis.* 576. *n.* 5. *et decis.* 870. *nu.* 10.

Probatio est facienda ab eo, contra quem militat 15
naturalis status rei, & sic qui habet naturalem statum rei pro se, nihil probare tenetur, quia naturalis status rei transfert onus probandi contrarium in adversarium, Bart. *in l. si prius in tertia opposit. ff. de oper. nov. nunciat.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 1. *nu.* 3. Mascard. *de probation. vol.* 3. *concl.* 1219. *per tot.* ubi qualiter habens præsumptionem naturæ pro se transferat onus probandi in adversarium, quia naturalia sunt nobiliora, & propria aliis, quæ arte perficiuntur.

An autem, & quando præsumptio existens pro uno, reiiciat onus probandi in adversarium, Menoch. *lib.* 1. *quæst.* 33. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 26. *&c. fol.* 268. Mascard. *dict. concl.* 1219. *per tot. cum pluribus seqq.* ubi de præsumptione naturæ, hominis, juris, & juris, & de jure.

Qualiter probatio incumbat asserenti, & quando secùs, latè Tusch. *litt. P. concl.* 768. *per tot.* Emerix jun. *dec.* 1050. *n.* 6. De Luc. *de Credit. disc.* 68. *n.* 2. *&* 3.

Etiam si agatur de negativa, & quando secùs, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 769. *per tot.* vide *in §. Negativa.* Emeria jun. *dec.* 628. *n.* 9.

Probatio contraria non admittitur ubi adest præ- 16
sumptio juris, & de jure, nisi ex confessione ejus,

pro

pro quo stat ipsa præsumptio, & super his, quæ ab ejus potestate pendent, an autem sufficiat extrajudicialis confessio, latè Menoch. *lib. 1. qu. 60. 61. & 62. per tot.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1222. per tot.* Rot. *par. 2. divers. decis. 101. n. 6.* vide *in §. Positio num.* Ricc. *Collect.* 1563. Vide infra in *novissimis addit.* Crescin.

Quin probatio præsumptiva à lege inducta satis est efficax, & evidens, Tusch. *litt. P. conclus.* 780. *supra num.* 4. Mascard. *loc. cit.*

Sed contrarium de consuetudine passim servatur, & etiā in dictis casibus procurator nō admittitur, nisi prętensus reus sit in fortiis Curiæ constitutus, vel notoriè cōstet de banno, Conciol. *loc. cit.* Frāch. *dec.* 314. *per tot.* Cabal. *res. crim. cas.* 283. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 70. *n.* 12. ubi quòd etiam in casibus, in quibus de æquitate esset admittendus procurator, debet in primis reus, vel principalis se examini subiicere, hanc esse magis communem opinionem, & totum mundum illam servare, ad Clar. §. *fin. qu.* 32. *vers. hæc autem conclusio*, *& vers. in omnem casum*, & Capyc. *decis.* 143. *num.* 7. vide Conciol. *verb. Procurator resol. pr. & 2. per tot. ubi num.* 20. quòd Ferrariæ, Bononiæ, Florentiæ, in statu Mediolani, in Regno Franciæ, Neapolis, & in statu Ecclesiastico, procurator non admittitur, etiam in casibus à jure permissis, nisi reo in carceribus constituto vigore statutorum ita disponentium, ac ita verè servatur Florentiæ, & de consuetudine, sive statutis omnium dictorum locorum non admittendi procuratores; etiam in casibus aliàs de jure permissis, testatur etiam Farinac. *qu.* 99. *n.* 261.

Si autem procurator fuerit de facto admissus in dictis casibus prohibitis, valent gesta per eum Roman. *cons.* 215. *num.* 3. Addit. ad Pract. Pap. *for. Inquis. gloss. pr. verb. Admittitur.*

Contrarium, quòd imò totus processus reddatur nullus, Clar. §. *fin. qu.* 32. *in fine*, Guaz. *def.* 12. *cap. pr. n.* 53. ubi refert contrarias opiniones, Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 79. *per tot.* ubi latè pro nullitate processus, & sententiæ, cùm talis procurator admissus etiam tamquam conjunctæ personæ non potuerit absenti præjudicere. Vidend. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *qu.* 27. *nu.* 157., *&* 158. ubi pro utràque parte *tom.* 2.

Quòd procurator possit intervenire pro mortuo, ubi agitur de damnendo illius memoriem, ut in crimine læsæ majestatis, Clar. §. *fin. qu.* 32. *vers. debet scire*, *& qu.* 51. Guaz. Ferinac. & Tusch. *in loc. sup. cit.*

Quamvis procurator non possit intervenire pro bannito de aliis criminibus præter bannum impetato, solet tamen in dicto casu concedi salvusconductus, ut possit bannitus per se comparere ad se defendendum pro aliis imputationibus, Clar. §. *fin. quæst.* 32. *vers. tu scis quòd bannitus*, Guaz. *def.* 12. *cap. pr. n.* 44. 58. &c. Menoch. *de arbitr. quæst.* 80. *n.* 91. &c. *lib. pr.* Sanfelic. *decis.* 236. ubi quòd debet concedi si petatur, nec est necesse offerri, vide *in §. Salvusconductus*.

Quòd pro contumace admittatur quilibet de populo ad docendum de illius innocentia, intelligendo extrajudicialiter, & ad allegandum ea, quæ juris sunt, & non tangunt factum, veluti super excessivitate pœnæ, & hujusmodi, novissimè Francisc. de Angelis *tract. de confes. lib.* 2. *qu.* 32. *num.* 9. *& seqq.* ubi allegat Vermigl. *cons.* 68. 108. *&* 118. Vide Pellegrin. *dict. part.* 4. *sect.* 6. *sub nu.* 13. *et* 14.

10 Procurator fisci, vel piæ causæ non potest alienare, nec dominium transferre nisi præsente pecunia, & sic non potest habere fidem de pretio, *leg. si Procurator in fine*, *C. de jur. fisc. lib.* 10. Everard. *loc. à fisc. ad Eccl. vel piam causam num.* 4. Ludovis. *decis.* 113. ubi de administratore Ecclesiæ. Altimar. *dict. quæst.* 31. *n.* 851. *tom.* 5.

Sic etiam procurator ad vendendum rem minoris non potest vendere nisi præsente pecunia, & si vendat habita fide de pretio, docto interim, vel non solvendo effecto emptore, tenetur ipse, & ejus hæres de proprio solvere, ut probat, & decisum testatur Sanfelic. *decis.* 178. *per tot.* vide *in §. Administrator*. Altimar. *dict. n.* 851. *et seqq.*

11 Procurator fiscalis cùm nullam habeat jurisdictionem, nec facultatem deferendi juramentum, non potest recipere examen testium, & receptum erit nullum, licèt emanaverit confessio, quæ solùm habebit vim extrajudicialis, Guaz. *ad def. cap.* 66. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 2. *n.* 50. *tom. pr.*

Plura de officio Procuratoris Regiæ Coronæ, Cabed. *decis.* 119. *par.* 2.

An autem procurator, vel Advocatus fisci possit intervenire testium examinationi pro, vel contra fiscum, Benintend. *decis. Bonon.* 60. Paul. Christin. *decision. Belgic.* 109. *num.* 12. *vol.* 2.

Procurator ad lites post acceptatum mandatum, 12
non potest illud refutare altera parte dissentiente, Azor. *in Summ. num.* 31. *C. de procur.* Rot. *part. pr. divers. decis.* 145. Emerix jun. *decis.* 1255. *n.* 3.

Quòd post litem contestatam non possit revocari sine ejus consensu, & adversarii, *leg. post litem* 17. *C. de procur. leg. procuratoribus* 22. *C. eodem cap. quamvis* 2. *eodem tit lib.* 6. Martha *vot. Pis.* 194. Gratian. *discept. forens. cap.* 618. *num.* 21. &c. *cap.* 906. *nu.* 18. Ricc. *Collect.* 1132. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 108. *volum.* 2. ubi quando efficiatur dominus litis, itaut ipse, & non principalis citari debeat, Rot. *part.* 19. *recent. decision.* 78. ubi quòd ideò tenet sententia cum procuratore post litem contestatam sine consensu adversarii, vel legitima causa revocata lata, *& part. undec. dec.* 324. *num.* 5. vide Carol. Anton. De Luc. *in prax. judic. cap.* 47. *num.* 3. Altimar. *de nullit. rubr. undec. quæst.* 35. *tom.* 2. Pen. *decis.* 189. *decis.* 190. *et decis.* 937. *nu.* 4. Plura de procuratore facto Domino litis Rub. *de Confess. Jur. cap.* 3. *a num.* 126.

Ex causis tamen de novo supervenientibus potest revocari, & quæ sint hujusmodi causæ, Magon. *decis. Lucens.* 25. *num.* 71. *etc.* Paol. Christin. *dict. decis.* 108. *n.* 2. *& seqq.* Crescin. ad Pen. *dict. dec.* 190.

Et debet revocatio parti intimari, Cavaler. *dec.* 67. *num.* 5. Ricc. *Collect.* 1220. vide *in §. Actus n.* 29. Altimar. *de nullit. rubr. undec. quæst.* 35. *et num.* 8. *tom.* 2.

Sicut etiam potest revocari ubi non est factus dominus litis per contestationem, vel alios subsequentes actus, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 371. *num.* 4. *& seqq. in Append.*

Procurator constitutus ad certam causam contra ta- 13
lem, non habet mandatum contra alios, licèt adesset clausula generalis, ad omnes lites, & causas, cùm restringatur ad expressas, Altograd. *cons.* 85. *num.* 14. *lib. pr.* & latè Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. seu mand. nu.* 85. *& seqq.* ubi plura, ad quę extendatur mandatum, vel non.

An aliquid facere possit ante acceptationem, & visionem mandati, Gratian. *discept. forens. cap.* 877. *n.* 15. &c. Vant. *ubi supra num.* 115. *& seqq. fol.* 167. ubi quòd non de jure, sed secùs de stylo, maximè cum clausula rati, Tusch. *litt. P. conclus.* 835.

Qualiter constare debeat de acceptatione mandati, aliàs non dicatur procurator, nec possit domino præjudicare, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 371. *n.* 6. *&* 7. dixi *in §. Mandatum num.* 18. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *num.* 433. *tom.* 5.

Procurator ante litem contestatam potest liberè 14
revocari, & generaliter quando possit revocari tam ad lites, quàm ad negotia, & quibus notificanda hujusmodi revocatio, Pract. Pap. *respons. act. hypoth. gloss. mandatum revocatum cum Addit.* Gratian. *discept. forens. cap.* 618. *num.* 50. &c. Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. seu mandat. n.* 156. *& seqq.* Tusch. *litt. P. conclus.* 856. *& seqq. ad* 863. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 116. *num.* 4. *vol. pr. & decis.* 108. *vol.* 2. Altimar. *dict. quæst.* 31. *n.* 1036. *cum seqq. tom.* 5.

Ita ut non valeat pactum de non revocando, licèt juratum, Magon. *decis. Luc.* 25. *num.* 69. &c. vide *in §. Mandatum num.* Altimar. *dict. quæst.* 35. *a num.* 9. *tom.* 2.

Quòd per constitutionem novi procuratoris censeatur primus revocatus, Cardin. Tusch. *litt. M. conclus.* 64. Gratian. *discept. forens. cap.* 909. *nu.* 14. *etc.* Marcell. Marcian. *Oper. Legal. tract. de fiscal. exercit. cap.* 5. ubi quòd istud procedit re integra, & ante litem contestatam, ita ut legitimè actum dicatur cum procuratore, cum quo fuerat lis contestata, licèt alius novus procurator sit constitutus,

ma-

maximè in causis fiscalibus, in quibus peculiare est, ut primum mandatum per posterius non revocetur, & quando secùs, Rot. *part. 9. recent. decis.* 268. *nu.* 6. *et seqq. et dec.* 367. *num.* 15. *et seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 548. Plura de tacita revocatione Procuratoris Altimar. *dict. quæst.* 35. *a n.* 99. *tom.* 2. De Luc. *de Judic. disc.* 6. *de legat. disc.* 43.

De intimatione revocationis faciendæ, idem Grat. *cap.* 505. *n.* 38. *etc.* Vant. *ubi sup. num.* 159. *etc.* Ricc. *Collect.* 1120. Franch. *dec.* 490. Tusch. *litt. P. concl.* 861. *per tot.* ubi plura, *et concl.* 862. ubi quòd gesta post revocationem sunt nulla, tam activè, quàm passivè. Altimar. *dict. quæst.* 31. *a n.* 1036. *tom.* 5.

15 Procurator cum facultate substituendi, ante mandatum expressè, vel tacitè acceptatum non potest alium substituere, cùm adhuc non sit procurator; postquam verò alium substituit non remanet amplius ipse procurator, nisi ex forma mandati aliud appareat, nisi dictum fuit alio speciali mandato illum revocare, nisi dictum fuerit cum facultate substituendi, revocandi, ac toties quoties opus fuerit in se onus reassumendi, & cùm substitutus dicatur ab ipso principali constitutus, potest causam peragere etiam mortuo substituente, licèt etiam eo vivente adhuc onus non acceptasset, & post litem contestatam, vel pro contestata habitam tanquam dominus instantiæ, & litis factus alium substituere, Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. seu mand. nu.* 103. *et seqq.* Franch. *dec.* 465. ubi quando remaneat procurator etiam post substitutionem factam, & possit cum eo lis agitari.

Quòd debeat constare etiam de mandato, & facultate substituentis, illudque inseri, vel saltem exprimi in mandato substituti sub pœna expensarum, & interesse, Paul. Christin. *decis. Belg.* 116. *vol. pr.* Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 472. *n.* 7. *et per tot.* Bich. *dec.* 71.

Qualiter procurator substitutus possit omnia, quæ ipse principalis procurator constituturus potest, & obliget ipsum primum constituentem contrahendo, attenta maximè versione in ejus utilitatem, quæ ex actuum vicinitate, & aliis conjecturis, plenè probatur Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 438. *et part.* 15. *decision.* 73. *per tot. et part.* 16. *decision.* 9. ubi plura ad exclusionem versionis, & facultatis substituendi, quo cessante non obligatur principalis ex contractu procuratoris substituti, *et part.* 16. *decis.* 331. *n.* 9. *et* 10. ubi quòd substitutio facta de voluntate principalis, est ac si facta fuisset ab ipso principali, & talis substitutus tenetur reddere rationem ipsi principali, & non substituenti.

Quòd procurator substitutus lite contestata possit alium substituere, etiam in criminalibus, Thom. Trivis. *decis.* 6. *per tot.*

An mortuo substituto facultas revertatur ad dominum, vel ad substituentem, Tusch. *litter. P. concl.* 853. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 108. *num.* 10. *etc. vol.* 2. ubi etiam quòd substitutus postquam est factus dominus litis potest alium substituere.

Quando procurator substituit virtute potestatis sibi datæ ab homine, & sic à suo principali, non tenetur de facto substitui, nisi aliqua culpa ei possit imputari, Franch. *dec.* 212. vide Tusch. *litt. P. concl.* 852. ubi quando substituens teneatur pro substituto, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 73. *n.* 7. *et seqq.* ubi benè declarat. Episc. Rocc. *cap.* 102. *a n.* 4. *lib.* 2. Emerix jun. *decis.* 948. *n.* 5. *decis.* 869. *num.* 2. *et* 3. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 54. *n.* 5.

Quòd procurator ante litem contestatam non possit alium substituere, nisi habeat facultatem à mandante, post verò sic, cùm sit factus dominus litis, Maraot. *in repet. l. si uctor, ff. de procur. num.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 2. *nu.* 30. *fol.* 116. Socin. *reg.* 392. *per tot.* Tusch. *littera R. conclus.* 849. *per tot.* Ricc. *Collect.* 351. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 38. ubi etiam quòd non potest substituere quando fuit electa industria personæ, & quando dicatur electa, Istè Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 813. ubi plura an, & quando procurator, cujus industria fuit electa possit alium substituere, vel non, & concludit pro non facultate, & consequenter pro non obligatione principalis constituentis. vide De Luc. *in prax. judic. cap.* 47. *n.* 4. Pen. *decis.* 655. *n.* 2. ubi Addent.

Quæ possit facere procurator, vel non postquam fuit dominus litis effectus, Tusch. *litt. P. conclus.* 833. Novat. *In Pragm. Reg. Collect.* 196. ubi plura de procuratoribus.

Quòd procurator ad lites, & negotia simul constitutus, sed per capitula separata, non possit per facultatem substituendi in litibus datam, substituere quo ad negotia, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 9. *per tot. et latius in eadem causa par.* 18. *decis.* 813. *per tot.* ubi creditor qui contraxit cum dicto procuratore substituto excluditur ab actione mandati, ac etiam negotiorum gestorum ex defectu requisitorum contra principalem constituentem intentata.

Procurator ad emendum, si emat proprio nomine, tenetur ad interesse, & rem ipsam domino, à quo mandatum suscepit restituere, & etiam de crimine stellionatus, ita ut si susceperit mandatum de emendo ab aliis, teneatur etiam ipse partem suam vendere, Surd. 304. *per tot.* vide *in §. Emptio n.* 33. *sup. n.* 2. Hodiern. ad Surd *loc. cit.* 16

Quòd procurator ad emendum, si proprio nomine emat, & rem accipiat, illam sibi acquirat, & non constituenti, cui tamen datur actio mandati contra procuratorem, *l. res ex mandato, ff. de acquir. rer. dom. l.* 2. *C. si quis tibi non domino*, Anton. Fabr. *de error. Pragm. Decad.* 47. *err.* 3. *n.* 9. Noguerol. *alleg.* 20. *nu.* 33. *& seqq.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 116.

Sicut etiam procurator ad vendendum, sequuta venditione, & pretio recepto, illoque in locis mutuum implicato; tenetur ad restitutionem cum fructibus inde perceptis, vel ad pretium, & interesse, ut declarat Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 172. *decis.* 282. *et decis.* 375. *et part.* 12. *decis.* 167. ubi etiam si non sit factum investimentum, quando in mandato fuit procuratori injunctum onus investiendi, debentur fructus, ac si investimentum esset factum, etiam non probatis requisitis, Castr. *in l.* 3. *ff. de eo quod cert. loc.* vide *supra num.* 4.

An autem procurator, vel negotiorum gestor ad emendum, vel vendendum pro certo pretio, si pro minori emerit, vel pro majori vendiderit, possit illud lucrum pro se retinere, & quid in similibus, latè explicant Molin. *de just. tom.* 2. *disp.* 363. P. Zamor. *tract. de compens. disp.* 5. *cap.* 9. *per tot.* & aliis ab ipsis citati. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

Procuratores, & Advocati non possunt pro illorum mercede retinere scripturas, & instrumenta litigantium, Capyc. *decis.* 11. *n. pr.* Gratian. *discept. forens. cap.* 618. *per tot.* vide *in §. Advocati n.* 6. ubi contra ex Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit. pr. q.* 5. *n.* 4. *& seqq.* 17

Possent tamen retinere pro expensis factis in lite, idem Gratian. *cap.* 56. *nu.* 14. *&c.* Pacion. *de locat. cap.* 42. *n.* 10. *& seqq.* ubi etiam quòd possunt retinere scripturas à se factas. Altimar. *de nullit. rubr. pr. par.* 5. *quæst.* 45. *n.* 465. *tom.* 7.

Quòd repetant omnes expensas, Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 10. *per tot.*

Qualiter possint cogi præstare patrocinium, etiam in causa appellationis, quando promiserunt in causa principali, idem Gratian. *dict. cap.* 56. *n.* 23. *&c. cap.* 555. *n.* 46. *etc.* Rot. *par.* 3. *divers. decis.* 62. vide *in §. Mandatum num.*

Simpliciter datus ad causam potest appellare, licèt non teneatur prosequi, & quando secùs, Tuschus *litt. P. conclus.* 838.

Procuratores plures quando dicantur in solidum constituti, ita ut unus sine altero possit agere, vel conveniri, vel debeant simul concordare, & multa ad intellectum, *c. si duo de procur. in* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 201. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1444. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 280. Tuschus *litt. P. conclus.* 831. *et* 832. ubi etiam quando alter ab altero invito exigere possit, vel non, vide in *§. Mandatum n. et §. Sindicus num.* 5. Passerin. *de Elect. canon. cap.* 10. *n.* 46. *pag. mihi* 142. Ansald. *decis.* 68. *à num.* 38. ubi latissimè. Pen. *decis.* 189. Altimar. *de nullit. dict. quæst.* 31. *n.* 871. *tom.* 5. Emerix jun. *decis.* 355. *n.* 5. 18

An autem plures procuratores ab eodem in diversis instrumentis eadem die confectis constituti, admit-

mit

mittantur omnes ad agendum, vel invicem confundantur, ut neuter agere possit, idem Gratian. cap. 95. per tot. vide in §. Mandatum num. 8. Vide Altimar. loc. supra cit.

Quando procurator primus per constitutionem alterius procuratoris non censeatur revocatus, sed potius alter constitutus ad tempus, Rot. part. 9. recent. decis. 268. num 6. et seqq.

19 Procurator an possit per tutorem constitui in rebus pupilli, vide in §. Tutela n.

20 Procurator constitutus ad recipiendum solutionem, non potest transigere, liberare, aut debitum remittere, nec sibi fuisse solutum confiteri, leg. cui rectè, l. si debitorem, ff. de novat. l quod stipulatus, ff. de solut. Altograd. cons. 6. num. 10. lib. 1. Tosch. litt. P. conclus. 847. per tot. Rot. par. 10. recent. decis. 92. nu. 13. & seqq. ubi plura quando procurator generalis possit transigere, vel concordare, & part. 11. decis. 300. num. 20. & seqq. per tot. ubi quòd postquam transegerit non potest à conventis recedere in præjudicium sui principalis, absque alio novo speciali mandato, & alia. Altimar. de nullit. rubr. pr. par. 3. qu. 31. n. 404. P. Afflict. contr. 30. a nu. 28. & contr. 20. num. 36.

Et quamvis esset procurator ad transigendum etiam cum libera &c. non potest super jure claro transigere, quia esset donatio procuratori sine speciali mandato prohibita, quando non obstet ratificatio, & alia, Ludovis. cum Beltramin. decis. 311. Altimar. loc. cit. num. 405.

Quòd confessio procuratoris de recepto non præjudicet domino, sed tantùm ipsi confitenti, nisi sit procurator cum libera, &c. prout sunt Prælati Ecclesiarum, tutores, & similes, vel nisi in mandato adsit clausula, & ad confitendum se recepisse, Capyc. decis. 16. n. 7. etc. Staiban. de interesse lib. 2. tit. 11. q. pr. n. 89. et seqq. vide in §. Confessio n. 29. &c. §. Mandatum n. supra n. 6. versic. intelligenda.

Item licèt si procurator generalis, cum libera &c. non potest donare, nec jura domini remittere, Grat. discept. forens. cap. 699. num. 8. etc. cap. 750. num. 5. &c. Card. Tusch. litt. P. conclus. 837. ubi quid possit, vel non procurator, cum libera, etc. Rot. part. 11. recent. decis. 300 num. 20. et seqq. per tot. Ludovis. cum Beltramin. decis. 311. ubi tamen quòd si in mandato data esset facultas non solùm ad transigendum, sed etiam ad remittendum, tunc conferetur per hoc data facultas donandi, quia remittere est donare, quod tamen posset intelligi de remissione juris dubii, & non clari. Vide in hoc oper. & in hoc vol. §. Mandatum n. 23.

Sicut nec delinquere, vel facere dominum incidere in pœnam, idem Gratian. cap. 806. num. pr. &c. ita ut sibi debeat imputare omnia damna, & expensas, quas non repetit à domino in hujusmodi casibus, Gratian. ibidem nu. 6. &c. Montan. de tut. cap. 31. effect. 6. nu. 7. & 8. Menoch. de arbitr. cas. 315. n. 24. &c. Cavaler. decis. 233. nu. 5. Rot. part. 9. rec. decis. 278. num. 29. etc. facit Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. num. 335. tom. 5. Barbos. axiom. 144. n. 7. & 8. Hermosil. leg. 48. tit. 5. part. 5. num. 25. gloss. 5.

Item quantumvis amplum mandatum habeat, non potest ad proprium commodum obligare suum principalem, & illum facere suum fidejussorem, Rot. par. 9. recent. decis. 145. n. 8. & seqq.

Qualiter tamen procurator constitutus ad vendendum pro certo pretio, possit pro se ipso emere, & licèt postea pro pluri revendiderit nihil ex hac causa refundere teneatur, Rot. part. 10. recent. decis. 223. per tot. facit in §. Emptio n. 33. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 20. per tot. Hermosil. ad leg. Partit. gloss. 6. leg. 48. tit. 5. part. 5. fol. mihi 680. ubi quòd procurator cum mercede ad vendendum, quia non habet dominium rei venditæ, nec habere potest titulum pro retentione pretii, quod ex re venditoris exuberat, nam expressio certæ summæ facta à mandante operatur quidem, ut procurator non possit minus vendere, non verò ut non teneatur, si possit meliorem mandantis conditionem facere, nec dicitur stare taxativè, quia sicuti connaturale est emptoris minoris emere, ita venditoris votum est pluris vendere, Arumæus disput. jur. lib. 2. exerc. 14. n. 5. &c. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. n. 568. tom. 5.

Quòd procurator ad vendendum non possit sibi ipsi vendere, vel pro se emere, etiam per interpositam personam, l. si emptione 34. §. fin. ff. de contrahend. empt. leg. non licet 46. ff. eodem, ubi DD & præcipuè Gothisted. & Elbert. Leonin. emend. jur. lib. pr. cap. 10. Matthiens lib. 5. tit. 11. de empt. & vendit. Hermosil. ad Lopez. lib. 2. gloss. 5. lib. 48. tit. 5. part. 5. num. 27. Cabal. de usur. num. 348. & seqq. Arias de Mesa lib. pr. cap. 9. n. 17. De Marinis var. lib. pr. cap. 293. n. 2. et seqq. & in Addit. ad Reverter. decis. 78. num. pr. & seqq. ubi quòd non aliter posset sustineri venditio, quàm si essent constituti duo procuratores, quorum alter venderet comprocuratori, qui proprio nomine vellet acquirere, vel si publicè, & palam pro justo pretio, & cum approbatione Regii Collateralis Consilii, vel similis Magistratus emeret, & conferunt per me aliàs scripta in §. Cessio num. 25. & in §. Tutor nu. 31. & 64. Prædictorum autem multæ sunt rationes, nempè quia nemini licèt auctorari in causa propria, & alter debet esse emptor, alter venditor, sed quia lex suspicatur de secreta machinatione, vel de violatione fidei, & hujusmodi, ut considerant præcitati DD. & fuit Neapoli latè deductum in allegationibus pro Serenissimo Cosmo III. Magno Etruriæ Duce in causa ibi agitata cum hæredibus Sancti Mariæ Cella Florentini, & aliis consortibus, Reg. Cons. Jo. Francisc. Marcian. per S. C. M. Commissar. Deleg. cum Adiunctis, Actuar. Damian. scrib. quæ causa adhuc indecisa pendet anno 1689. vidend. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. q. 31. à num. 576. tom. 5. Crescin. ad Pen. decis. 130. & infra in novissim. addit. ejusd. Crescin.

Quòd excedendo fines mandati non obliget dominum ignorantem, secùs si sciat & patiatur, Rot. par. 2. divers. dec. 132. n. 9. & d. p. 9. rec. dec. 145. nu. 12. ubi quòd excedens fines mandati videtur aliud negotium agere sine mandato, Rot. par. 12. rec. dec. 247. Add. Jacob. de Comit. dec. Florent. 23., ubi latè Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. qu. 31. num. 324. tom. 5.

Quid possit extra mandatum, vel non, Tusch. litt. P. conclus. 841. per. tot.

Potest tamen procurator in contractu apponere clausulam, in solidum, ac alia pacta solita, licèt pœnalia, etiamsi in mandato non sit expressa facultas, Gratian. discept. forens. cap. 950. num. 13. etc.

Item potest præjudicare domino in omittendo, secùs in committendo, & quando procuratoris scientia nocet domino absenti, idem Gratian. cap. 957. n. 3. &c. capit. 853. n. 20. etc. Surd. dec. 181. per tot. Fontanell. decis. 199. a n. 10. Card. De Luc. de Judic. disc. 7. n. 7. Altimar. dict. quæst. 31. n. 573. tom. 5.

Quòd procurator generalis non possit præjudicare domino in multis, & quando secùs, Tusch. litt. P. concl. 844. per tot.

Item procurator constitutus ad vendendum non potest dare in solutum pro suo debito, licèt enim emptor illi solvendo pretium per numerationem liberetur, tamen secùs est si per compensationem, ita dominus inveniens pecuniam integram penes emptorem possit illam ab eo repetere non obstante compensatione inter emptorem, & procuratorem facta, ut plenè probat Paul. Christin. decis. Belgic. 177. vol. pr.

Procurator, an, & quando teneatur appellare à sententia, & non appellando præjudicet domino, vel non, Scacc de appell. quæst. 12. n. 118. et seqq. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 26. num. 608. & seqq. fol. 578. Paol. Christin. decis. Belgic. 107. num. 24. &c. vol. 2. Ricc. Collect. 2210. vide Altimar. de nullit. rubr. 4. qu. 28. à n. pr., & rubr. 8. quæst. 6. tom. pr. Abeccles. & Crescin. obser. 12. part. 2. 21

Procurator præsumitur intra tempus competens juxta locorum distantiam certiorasse suum principalem absentem, Rom. cons. 482. num. 7. quæ sequitur Rot. par. 2. divers. dec. 132. num. 7. Beltramin. ad Ludovis. decis. 127. num. 10. & 21. ubi declarat procedere 22

cedere in procuratore speciali, non in generali; item in facto gravi, & notabili, non in levibus: item dummodò intercesserit tempus competens, ac dummodò non agatur de inducenda pœna, vel privatione, vel mala fide, nam his casibus debet scientia esse certa, & non præsumpta, sequitur Bich. *decis.* 195. *nu.* 5. *et seqq.* ubi quod cessat dicta præsumptio quando agatur de incurrenda pœna, & alia ad rem. Rot. post Urceol. *de Transact. dec.* 101. *nu.* 12. *in ultim. impress. Venet.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 623. *n.* 7. *tom.* 2. Altimar. *dict. quæst.* 31. *nu.* 272. *tom.* 5.

Quando procuratori debet assignari terminus ad certiorandum principalem, & quando possit denegari, distinguit Gratian. *discept. forens. cap.* 853. *n.* 23. *& seq.* Addo Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *qu.* 20. *à n.* 24. *tom.* 2. *& dict. quæst.* 31. *n.* 272. *tom.* 5.

23 Procurator non potest præjudicare domino sine speciali mandato, Paris. *cons.* 86. *num.* 17. *& consil.* 108. *num.* 98. *lib.* 4. intelligendo in committendo, nam in omittendo præjudicat domino, etiã sine speciali mandato, Surd. *decis.* 181. *num.* 16. cum aliis per Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 75. *num.* 4. vide *in §. Confessio num.* 29. Bich. *decis.* 8. *num.* 20. *& seqq. & decis.* 259. *num.* 9. ubi quòd confessio procuratoris voluntaria, quamvis judicialis non nocet domino, secùs autem idest præcedente jussu, & mandato judicis emanata nocet, & idem in confessione Prælati, plenè de utroque Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst. pr. & 2. per tot.* Addo Jacob. Emer. *decis.* 594. *num.* 13., *&* 14. *decis.* 838. *n. pr. dec.* 1214. *n.* 7., *&* 8. Jacob. de Comit. *dec. Florent.* 11. *à nu.* 11. De Luc. *de Regul. disc.* 47. *n.* 5. *de Judic. disc.* 24. *n.* 8.

Quòd confessio procuratoris voluntaria possit revocari à principali, etiam non docto errore, Bich. *decision.* 169. *num.* 14.

Quòd informationes procuratorum sint actus extrajudiciales, & ideò sive oretenus, sive in scriptis sint, non noceant eorum clientibus, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 64. *n.* 29. Caprar. *decis.* 89. *n.* 14. *par. pr.*

24 Procuratores, & Advocati qualiter, & sub quibus pœnis non possint ex causa litis offendi Romæ, & in toto Statu Ecclesiastico, dixi in *§. Advocatus n.* 22. Conciol. *resolut. crimin. verb. Bulla resolut.* 5. *per tot.*

Et de homicidio patrato in personam Procuratoris partis adversæ, quæ in lite obtinuerat, ut ex tali æmulatione etiam de jure communi non possit à pœna ordinaria excusari, latè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 33. *per tot.*

De Constitutione Alexandri VI. prohibente ex causa litis offendi litigantes in Curia Romana, eorumve Procuratores, Advocatos, Judices, Testes, Notarios, etiam solis minis, Scortia *in select. Pontif. Constit. Epit.* 49. *& Theorem.* 134. *fol.* 194.

25 Idem procurator veniens de longinquo, vel remotis partibus cum mandato in forma probante præsumitur esse ille, idem descriptus, & nominatus in mandato, ac debet admitti ad recipiendam creditum sui principalis, licèt adversarius opponat de procuratore incognito, & non esse illum, de quo in mandato, nisi hoc probet, Vivi. *com. opin.* 646.

26 Procurator ad exigendum tantùm constitutus, & non ad lites, neque citari, neque comparere potest in judicio sub pœna nullitatis actorum, & sententiæ, & clausula, *ad agendum*, in mandato incidenter apposita, non operatur, quia hæc, & similes famulantur, & restringuntur ad exactionem, ac ad superius expressa, vel demandata, ne procurator mandati fines excedat, Pen. *dec.* 528. *n.* 2. *dec.* 374. *par.* 5. *recent. decis.* 370. *num.* 3. *& par.* 15. *decis.* 75. *num.* 6. *& seqq.*

27 Alia plura de procuratoribus remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Procurator.*

28 De procuratoribus quoad diversa plurima per 22. paginas adnotavit Bertachio. *in Repert. verb. Procurator*, non pauca Thoro *Compend. decis. Neap. par.* 1. 2. *&* 3. *sect.* 2. *verb. Procurator*, Cancer. *var. p.* 2. *c.* 14. & alia remissivè (ultra Castejon.) Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *ebd. verb. fol.* 424. *&c.* ubi indicat multos auctores de procuratoribus tractantes. Plura etiam Brunnemann. Fagnan. Passerin. Card. De Luc. Mantiss. ad eumd. Alter De Luc. Balduc. Castald. Pignatell. Piton. Ursay. Altimar. Constantin. Golin. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

Procuratores quando dicantur committere crimen prævaricationis, & committentes quomodo puniantur, Ant. Gob. *Consult.* 108. 29

Procurator producens sine speciali mandato scripturam, seu titulum non præjudicat principali alleganti immemorabilem De Luc. *de Regul. disc.* 47. *n.* 5., ubi declaratur, & vide eumdem *de Judic. disc.* 24. *n.* 8. Et procurator producens titulum infectum non præjudicat principali nisi habeat speciale mandatum, & non sufficit præsumptum Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 58. *n.* 4. *alleg.* 59. *n.* 34. *&* 35. 30

Procurator non potest explere ea, quæ latent in animo De Luc. *de Emphyteus. disc.* 36. *n.* 14. 31

Procurator constitui potest per Epistolam *l.* 1. *ff. de Procurat.* Rot. coram Caprat. *decis.* 325. *num.* 4. *part.* 2. 32

Quis sit procurator in rem propriam, qui impropriè procurator dicitur Golin. *de Procurat. p.* 2. *cap.* 5. *à nu.* 132. *part.* 4. *cap.* 1. *à nu.* 1. ubi Carl. Ant. De Luc. Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 79. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 1045. *tom.* 5., ubi etiam *n. seq.* quomodo procuratores in rem propriam constituantur, & an possint revocari; Et de hac materia vide Balduc. *tit.* 1. *decis.* 6. *num.* 5. *&* 6. *tit.* 4. *decis.* 15. *n.* 21. Rocc. Episc. *cap.* 134. *num.* 17. *&* 19. 33

Ut mandatum possit revocari, tres conditiones exiguntur, prima, ut principalis denunciet revocationem tempore debito mandatario, secunda ut res sit integra, non cœpta Tepat. *tit. de Procur. fol.* 108. Altimar. *ibid n.* 1044. Marcian. *disp.* 91. *n.* 18. Tertia, ne sit factum mandatum favore mandatarii Marcian. *loc. cit.* Altimar. *ubi supra* Jovius *de solemn. gloss.* 16. *§.* 9. *n.* 8. Et de revocatione mandati vide De Luc. *de Legat. disc.* 43. *de Tutor. disc.* 20. *de Judic. disc.* 6. Altimar. *loc. cit. à n.* 1180. *n.* 1206. *n.* 1220. 34

Procurator an, & quando possit causam prosequi post mortem mandantis, latè Rubeus *de Confus. Jur. cap.* 3. *à n.* 120. *cum plurib. seqq.* Carol. Ant. De Luc. in *Prax. judic. cap.* 47. *à n.* 7. Rocc. Episc. *cap.* 141. *à n.* 24. 35

Contractus factus inter Procuratorem, & Clientem quando substineatur De Luc. *Relat. Cur. disc.* 46. *n.* 47. *de Judic. disc.* 6. *n.* 24. Bertachin. *vot.* 76. *à num.* 3. *& vot.* 150. *per tot.* Emerix jun. *decis.* 288. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 39. *n.* 10. *vol.* 3. 36

Procuratori quando debeatur salarium Bertachin. *vot.* 76. *per tot.* Et quando præferatur pro suis patrociniis, omnibus aliis creditoribus Idem Bertachin. *vot.* 49. *à n.* 3. Et quanto tempore præscribantur ejus honoraria Idem Bertachin. *dict. vot.* 76. *n* 6. *&* 7. Et de salario Procuratoris vide De Luc. *de Judic. disc.* 72. *n.* 12. 37

Procurator debet adeo custodire diligenter fines mandati, ut excessus etiam in minimo, & in accidentalibus totum annullat contractum Bertachin. *vot.* 35. *per tot.* Pamphil. *decis.* 195. *per tot.* Et tenetur servare fines mandati circa omnes ejus qualitates, etiamsi fuerit dictum, ut faciat actum, sicut ille velit Altimar. *dict. q.* 31. *à num.* 291. *tom.* 5. Sed vide eumd. Altimar. *dict. quæst.* 31. *n.* 451. 38

Procurator alius specialis, & alius generalis, item alius est ad lites, sive ad judicia, & alius ad alia negotia tractanda, & de eorum differentiis Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 26. *§. Procurator n.* 7. *& seqq. pag.* 353. 39

Procurator exigens, rationem reddere tenetur de exactis, & si non exigat acceptato mandato ad quid teneatur Balduc. *tit.* 4. *decis.* 8. *n.* 21. *&* 22. Et quod Procurator teneatur reddere rationem, & alia Altimar. *dict. quæst.* 31. *à n.* 470. *tom.* 5. 40

Ratio reddita præsumitur à procuratore generali ex lapsu decennii attento statuto Lucensi Balduc. *dict. decis.* 8. *n.* 23. *&* 25.

Procurator specialis in causa semper debet citari Dunozet jun. *decis.* 794. *nu.* 5. *&* 6. Ansald. *decis.* 78. *num.* 17. 41

Re-

42 Rectè proceditur si in causa citatur procurator, qui à principio comparuit Mantiss. ad De Luc. *lib.* 15. *decis.* 7. *n.* 2. *vol.* 4.

43 Procurator constitui debet à Principali absente à Loco Judicii, alias contra eum in causa proceditur Roland. *de Restit. in integr. cap.* 240. Ansald. *decis.* 86. *n.* 111.

44 Procurator potest ea facere, quæ secundum naturam sui fecisset Principalis Ansald. *decis.* 68. *n.* 27.

Et potest apponere pacta, quæ sunt de natura contractus Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 6. *n.* 13. *vol.* 3.

45 Procuratoria electio debet esse certa, & determinata Castrens. *cons.* 177. *n.* 2. *lib.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 186. *n.* 4.

46 Procuratoria persona nunquam venit in mandato generali, nisi exprimatur Rot. Gen. *decis.* 4. *num.* 3. Seraphin. *decis.* 1224. *n.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 101. *nu.* 27. ubi infert ad plura, & ideo non potest sibi resignare, aut vendere, non potest se ipsum substituere, aut eligere. Et vide supra *sub num.* 20. *vers. item quantumvis & seqq.* Altimar. *d. q.* 31. *à n.* 576. *cum seqq. tom.* 5.

47 Potest quis per Procuratorem, quod potest per se ipsum Tondut. *de Pens. cap.* 29. *n.* 5. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 26. *n.* 4. & 5.

Et intrat regula, cum agatur de materia permissiva, quod in omnibus casibus actus per Procuratorem censetur permissus, quoties in aliquo casum non reperitur prohibitus Piton. *dict. n.* 5.

48 Negotium geri nequit per Procuratorem quando electa est industria personæ Rot. *rec. part.* 6. *decis.* 38. *n.* 24. *& seqq.* Piton. *dict. alleg.* 26. *n.* 1.

Et maxime quando agitur de negotio arduo, & difficili Tondut. *de Prævent. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 26. *de Pens. cap.* 29. *n.* 6. Piton. *dict. alleg.* 26. *n.* 6.

49 Votum in electionibus canonicis quando possit dari per Procuratorem Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 200. Passerin. *de Elect. can. cap.* 10 *nu.* 35. Lavor. *de Elect. cap* 17. *nu.* 62. Piton. *de Jurepatr. dict. alleg.* 26. *n.* 9. *tom. pr.*

Et quid in electionibus non canonicis *l. item eorum §. si Decuriones ff. quod cujuscumque Univers. nom. l.* 66. *ff. de Procur.* Piton. *dict. alleg.* 26. *n.* 11.

50 Optio fieri potest per Procuratorem Piton. *dict. alleg.* 26. *n.* 12. Item præsentatio Piton. *dict. alleg.* 26. *num.* 13.

Procurator, & tutor possunt variare in præsentando Piton. *de Jurepatr. alleg.* 38. *n.* 13. *tom. pr.*

51 Procurator præsumitur informatus de juribus sui Principalis Emerix *jun. decis.* 534. *n.* 5.

52 Procurator potest partem calumniis vexare, sicut Dominus, & ideò in Romana Curia cogitur ad jurandum de calumnia non solùm nomine Domini, sed etiam nomine proprio Crescin. ad Abbeccles. *obser.* 65. *n.* 8. *& 9. part. pr.*

53 Stante obitu Procuratoris, vel fatalia non currunt, vel datur restitutio in integrum; Et an appellare possit Principalis, vel appellationem prosequi, impetrata restitutione in integrum adversus lapsum fatalium, quando Procurator non appellavit, vel appellationem non prosequutus fuit Crescin. ad Abeccles. *obser.* 12. *n.* 6. *& 7. part.* 2.

54 Procurator si potest intervenire in prima instantia, potest etiam intervenire in causa appellationis Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 19. *nu. undec. tom. pr.* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 19. *n.* 8. *part.* 2.

55 Procurator acceptans mandatum exigendi, tenetur omnem diligentiam adhibere in omnibus etiam citra per ipsum deputatos, aliàs tenetur Rot. Gen. *dec.* 160. Golin. *de Procur. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 32. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *num.* 280. *tom.* 5.

56 Procurator valens adimplere mandatum, & non adimplens est in mora absque interpellatione Ansald. *de Commerc. disc.* 61. *nu.* 20. *& 21.* Altimar. *dict. quæst.* 31. *n.* 281.

57 Procurator ad exigendum debet habere sufficiens mandatum, & ideo non potest solvi procuratori ad lites Nogueroll. *alleg.* 36. *nu.* 62. Golin. *de Procur. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 18. *& 23* Altimar. *ubi supra n.* 310.

58 Procurator tenetur de dolo, negligentia, fraude, collusione, & crimine stellionatus Golin. & Luc. *de Procur. part. ult. cap.* 4. Borall. *in summ. tit. de Procur. n.* 414. *& 415.* Altimar. *loc. cit. n.* 345.

59 Procuratoris factum quando noceat Domino, & in quibus casibus, optimè Altimar. *loc. cit. à nu.* 358. *usque ad n.* 375.

60 Procurator emens fundum nomine alieno, & de suo proprio solvens, si illum possederit tanto tempore, quod fructus percepti pretium solutum æquivaleant, tenetur tradere fundum sine aliquo pretio Altimar. *ubi supra n.* 420. Petr. Gerard. *sing.* 31.

61 Scientia Procuratoris non constituit Dominum præscribentem in mala fide Altimar. *loc. cit. n.* 421. Capyc. *decis.* 86. *n.* 8.

62 Procurator sumptus bona fide erogatos consequitur à Domino, etiam fine non adempto Altimar. *n.* 425. Gobb. *consult.* 90. *n.* 10.

63 Procurator à se ipso debet, & censetur exigere Altimar. *n.* 446. Cyriac. *contr.* 139.

64 Procurator contrahens ex re, vel circa rem, vel supra rem Domini illi acquirit actionem, & obligationem absque cessione Altimar. *n.* 470.

65 Si accipiat à Domino pecunias aureas, vel argenteas ad aliquid emendum, vel solvendum debitum creditoribus Domini, vel operariis, si illas pecunias permutat ad mutuum, & in pecunias æneas, & illas solvat pro Domino, si lucrum fecit in commutatione, potest illud lucrum sibi appropriare Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 478. *tom.* 5.

66 Procurator si faciat contractum usurarium, an foro exteriori, & interiori ad restitutionem, & pœnas contra usurarios statutas teneatur; Lap. *alleg.* 93. *à n.* 3. Hermos. *gloss.* 5. *leg.* 48. *tit.* 5. *part.* 5. *nu.* 26. Altimar. *n.* 485. sic si procurator ad emendum, vel vendendum faciat actum à lege prohibitum, dominus ex eo ad aliquam pœnam non tenetur Hermos. & Altimar. *loc. cit.* Fontanel. *de Pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 15. *n.* 31.

67 Procurator repræsentat personam Domini, & actiones activè, & passivè radicantur in Domino, & non in persona Procuratoris Sanfelic. *decis.* 182. Golin. *de Procur. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 26. Altimar. *n.* 486. Adeout ipse contrahere non videatur, sed Dominus Golin. *loc. cit. n.* 3. Altimar. *ibid.* Et ideò Dominum obligat, non se Altimar. *ibid.* Gobb. *consult.* 69.

68 Ex contractu per Procuratorem gesto an Domino acquiratur actio, an vero Procuratori, & an requiratur cessio, & in quibus casibus acquiratur actio Domino sine cessione Altimar. *dict. quæst.* 31. *à nu.* 518. *tom.* 5.

69 Procurator si de pecunia Domini negotiatur, non sibi acquirit, & tenetur ad interesse, si emant cum illa emenda prædia Leotard. *de Usur. quæst.* 33. Altimar. *num.* 529. Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 13. *q. unic.* Et tenetur dare lucrum Domino, deducta sua industria Maoriq. *qq. Vicar. part.* 2. *q.* 87. Altimar. *n.* 530. Et tenetur investire pecunias pro Domino alias tenetur ad interesse Altimar. *ibid.*

70 Procurator ad contrahendum constitutus, antequam contrahat, tenetur de stylo reddere certiorem dominum de qualitatibus, & conditionibus contractus Altimar. *n.* 562. Ansald. *de Commer. disc.* 62. *ante n.* 46.

71 Procurator specialis constitutus ad negotia potest agere, & experiri, idest defendere exceptis casibus, qui exigunt speciale mandatum Altimar. *num.* 731. Golin. *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 36.

72 In pluribus casibus non admittitur Procurator, sed debet mandans comparere personaliter, quos enumerat Altimar. *dict. quæst.* 31. *à num.* 737. *tom.* 5. Et ubi requiritur præsentia personalis, non admittitur procurator etiam cum mandato speciali Altim. *sub n.* 739.

73 Qui non possint esse Procuratores vide Altimar. *loc. cit. n.* 741. *& seqq.* Golin. *de Procur. part.* 1. *cap.* 5., ubi De Luc.

74 Procurator constitutus ad omnia excepto casu aliquo requirente speciale mandatum, illud non ampliatur ad casus similes Barbos. *in cap.* 4. *n.* 4. *de Procur. in* 6. Altimar. *n.* 763.

75 Procurator mandatum ad lites habens ad fatendum debitum, & ad quodcumque juramentum præstandum cum promissione non contraveniendi, & habendi ratum, & gratum omne id, quod Procurator fecerit, non dicitur habere mandatum cum libera, nec potest transigere Giurb. *obser. 69. num. 9.* Altimar. *n. 764.* Bich. *decis. 541. nu. 25.* Et habens mandatum ad lites cum libera non habet facultatem transigendi Altimar. *ibid.* nisi simul liberam administrationem bonorum omnium, & totius causæ habeat *ibid.* Et mandatum cum libera per quæ verba fit *ibid. n. 800. & 801.*

76 Procurator habens mandata alternativa potest pro parte possibili adimplere unum, & pro parte aliud Altimar. *dict. quæst. 31. n. 859. tom. 5.*

77 Quando Procuratores plures sunt dati, prævalet gestum à majori parte, & quando Altimar. *n. 881.* Vide Golin. *part. 1. cap. 4. n. 99. & 100.*

78 Procuratores duo constituti ab uno Principali unus non potest agere adversus alterum Altimar. *n. 882.* Rot. *concl. 31. n. 13.*

79 Procurator constitutus à minori numero duarum partium non valet Altimar. *sup. nu. 996.* Mysinger. *obser. 82 cent. pr.*

Procurator debet confirmari à majori parte Altim. *supr. nu. 1005.* Phæb. *decis. 66. part. pr.*

80 Procurator, & alii Ministri nullum impedimentum præstare possunt, ubi Principalis, & Superior parere voluit Mantiss. ad De Luc. *lib. 3. decis. pr. n. 5. vol. 1.*

81 Procurator, cujus arbitrio reposita est determinatio pretii, validè obligat mandantem pro pretio per ipsum determinato Mantiss. ad De Luc. *lib. 8. decis. 33. n. 1. vol. 3.*

82 Procurator Cæsaris respectu Proconsulis jurisdictionem habebat privativam quoad causas fiscales. Hodiè Judex Cameræ, qui Procuratoris Cæsaris locum obtinet, eadem prærogativa gaudet respectu Prolegati, qui in locum Proconsulis successit Mantiss. ad De Luc. *lib. 3. decis. 2. n. pr. vol. 3.*

83 Plurima de procuratore substituto, & de quæstionibus circa hanc materiam Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 31. à n. 1368. cum seqq. tom. 5.*

84 Plurima de procuratore quoad materiam compensationis Gutier. *de Compens.* Bersan. *eod. tract.* Altimar. *loc. cit. à n. 1415. & seqq.*

85 Nonnulla de Procuratore Cæsaris, de Procuratore fiscali, de Procuratoribus Concistorialibus, de Procuratore pauperum, & religionum & de Procuratoribus Romanæ Curiæ Card. De Luc. *in Indic. gener.*

§. PRODIGUS. L.

1 PRodigus dicitur ille, qui nec modum, nec finem expensarum habet, & quasi procul à regimine; triplex autem considerant prodigalitas, nempè rerum, & bonorum, & huic succurritur per interdictionem administrationis illorum; secunda morum, & ista coercetur per pænas; tertia famæ, & huic occurritur per privationem, & inhabilitatem ad honores, quæ possit facere prodigus, ut quæ illi sint interdicta, & alia ad propositum, Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. titul. 17. num. 397. & seqq. ad 418. fol. 392.* latè Sanfelic. *dec. 338. per tot. cum plena Addit.* Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1234. n. pr. & seqq.* ubi etiam quòd prodigalitas non præsumitur, sed est probanda, & qualiter possit probari, Urceol. *postea visus tract. de transact. qu. 36. num. pr. et seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. 11. qu. 9. n. 5. tom. 2.* Ansald. *dec. 44. num. 39. 40. 41., & 43.* Hodiern. *contr. 41.* Rocc. *resp. 78. n. 11. lib. 2.*

Quòd probetur per assertionem conjunctorum, Montan. *de tut. c. 28. n. 29.* Mascard. & Jord. *loc. cit.* Vide Ansald. *loc. cit. num. 33. & 37.*

De aliis tribus prodigorum speciebus, Tusch. *litt. P. conclus. 864.*

Quòd prodigus quis dicatur non tantùm respectu bonorum, sed etiam personæ; & honoris, ut in muliere luxuriosa, cui ex hac causa potest dari curator, & bonis interdici, licèt secùs sit in masculo, Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. seu mand. num. 24.* Pac. Jordan. *loc. cit. num. 415. per text. in l. pr. & l. mulier, ff. de fruct. furios.* Specul. *tit. de actore, §. pr. num. 12. in fine cum seqq.* Roland. *cons. 86. n. 50. lib. 2.* Paul. Zacch. *Quæst. Med. legal. tom. pr. lib. 2. tit. pr. qu. 6. n. 59. &c. fol. 114.* Altimat. *loc. cit. n. 58. & 59.*

Quòd etiam in masculo possit considerari prodigalitas, si luxuriosè vivat; idest nimis pretiosis vestibus, & aliis rebus utatur præter statum, & conditionem suam, & hujusmodi luxorioso, dissipatori, & lusori possit interdici administratio rerum suarum, Mascard. *d. conclus. 1240. n. 8.* Jordan. *ubi sup. n. 415. et 416.*

Sed quod luxurioso, & lusori non detur curator, nec prodigus ille dicatur, Sanfelic. *dec. 338. num. 42. & seqq.*

Plura notabilia de prodigalitatis abominatione, & pœna, Gratian. *discept. forens. capit. 380. numer. 26. 27. & 28.* Mezeni. Carbon. *tract. Gubern. Polit.* & Christin. *lib. 5. cap. 27. & 28.* & remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Prodigus*, Caldra Pereyr. *tract. de restitut. in integ. verb. cum non ob similis per tot.* ubi etiam quibus, & ad quos effectus prodigus æquiparetur, vel non. Latè Altimat. *de nullit. rubr. 11. quæst. 9. ferè per tot. tom. 2.* Ansald. *dict. dec. 44.* De Luc. *de Alienat. disc. 36.*

Prodigus debet citari ad videndum sibi dari curato- 2
rem, nisi sit notoriè talis, & præsumitur hujusmodi citatio ubi intervenit decretum judicis, Montan. *de tut. cap. 28. nu. 31. & seqq.* Cavaler. *decis. 263. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg. 182. numer. 28. & seqq. volum. 1.* Ricc. *Collect. 1757.* Vivi. *comm. opin. 655.* Card. Tusch. *litt. P. conclus. 865.* ubi de modo servando interdicenda administratione prodigia, & *stat. Flor. lib. 2. Rub. 118.* secundùm quòd non est necessaria hujusmodi citatio. Altimat. *loc. cit. n. 23. Et rubr. pr. part. 4. quæst. 38. n. 413. tom. 6.* De Luc. *loc. cit.* Novar. *de Elect. For. tom. pr. quæst. 17. num. pr.* Rocc. *dict. resp. 78. n. 8. lib. 2.* Hodiern. *dict. contr. 41. à n. 21.*

Quòd interdictio facta prodigo non afficiat ignorantes, nisi fuerit publicata, ne contrahentes cum illo decipiantur, ex quo ante interdictionem potest se obligare, ac ideo hujusmodi interdictionem debere publicè per edictum notificari, aliàs non prodesse, nisi contrahens de illa scientiam habeat, Paul. Christin. *dec. Belgic. 163. per tot. vol. pr. & dec. 182. num. 26. dict. volum. pr.* vide *infra num. 6.* Sanfelic. *decis. 148. per tot.* ubi pro validitate obligationis ante factam præconizationem, & latiùs *decision. 338. cum Addit.* De Luc. *de Alien. dict. disc. 36.*

Prodigus quoad deputandum sibi curatorem, fi- 3
niendam curam, alienandum, & conditionem suam deteriorandam æquiparatur furioso, & infanti, in reliquis verò sibi favorabilibus æquiparatur pupillo, & ideò non obstante interdictione potest sibi acquirere, & conditionem suam absque ullis solemnitatibus meliorare ad instar pupilli, non autem deteriorare, nec sibi nocere, & sententia ad ejus favorem lata valebit, non autem contra absque interventu sui Curatoris, Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. seu mand. n. 19. & seqq.* Cardin. Tusch. *lit. P. conclus. 868. per tot.* Sanfelic. *decis. 338. num. 10. & seqq.* Urceol. *de transact. qu. 36. nu. 18.* Vide Altimar. *dict. quæst. 9. num. 19.*

Quòd prodigus etiam in judiciis fruatur beneficiis concessis minoribus, & furiosis, Franch. *decis. 588. per tot.* Ricc. *Collect. 1757.*

An autem contra prodigum possit instrumentum liquidari ad effectum exequendi, idem Franch. *decis. 672. per tot.* Camil. de Medic. *cons. 39.* & alii relati per Addit. ad Sanfelic. *dec. 338. vers. Quæritur.*

Quod contra prodigum, & furiosum non currat præscriptio, quia gaudent privilegiis minorum, Vivi. *comm. opin. 660.* ubi quòd non habet contradictorem.

Prodigus ante interdictam sibi administrationem 4
bonorum, & curatoris dationem, potest omnia pro arbitratu suo gerere, etiam apertè, & palàm bona profundendo, & donando, si tamen reperiatur læsus facilè venit restituendus, etiam si non sit minor, quia saltem illi æquiparatur, Montan. *de tut. cap. 28. n. 43. &c.* Paul. Christin. *dec. Belgic. 263. n. 5. & 6. volum. pr. & dec. 182. num. 21. & seqq. volum. pr.*

&

& deciſ. 173. volum. 3. & ad leg. municip. tit. 19. art. 29. num. 2. &c. latè Sanſelic. dec. 338. cum Addit. Viv. comm. opin. 653. ubi loquitur de prodigo notorio, & opin. 657. Urceol. tract. de tranſact. qu. 36. num. 4. & ſeqq. Hodiern. controv. 41. num. 19., & 20. Vigil. de legit. perſon. cap. 8. num. 15. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. qu. 38. num. 417. tom. 6. De Luc. de Alien. diſc. 32. num. 3. Idem Altimar. dict. rubr. 11. quæſt. 9. a n. 6. tom. 2.

Quòd etiam notoriè prodigus ante interdictionem ſibi factam habeat legitimam perſonam pro ſe, & pro aliis in judicio ſtandi Vant. de nullitat. ex defect. inhabil. ſeu mand. num. 23. Gomez variar. reſolut. tom. 2. cap. 14. num. 30. latè Sanſelic. dec. 338. per tot. cum Addit. ubi plura, & an, & quando habeat reſtitutionem in integrum, vel non.

Quòd ante hujuſmodi interdictionem poſſit ſuper bonis ſuis cenſum imponere, ita ut ex capite læſionis non reſtituatur in integrum, poſt verò interdictionem, quæ non poteſt fieri niſi cauſa cognita per judicia ſententiam, ſicut nec reſtitutio adminiſtrationis niſi eſſet notorium rediiſſe ad bonam frugem (de quo infra) non poſſet cenſum imponere, latè Cenc. de cenſ. quæſt. 16. per tot. & vide Sanſelic. deciſ. 338. per tot. cum Addit. ubi de aliis contractibus, & judiciis.

Si tamen prodigus contraheret in uſum manifeſtæ prodigalitatis, veluti mandando ſibi mutuanti ſpecuniam, quod illam ſolvat meretrici, non valet contractus etiam ante interdictionem, quia alter contrahens delinquit contrahendo, & efficitur poſſeſſor malæ fidei; ſi verò contrahens cum prodigo ſciat quidem illum pecuniam eſſe diſſipaturum ob ſuam prodigalitatem, neſciat tamen in quem uſum ſive bonum, ſive malum, ſive ex negligentia, vel alio defectu, non dicitur contrahere in uſum manifeſtæ prodigalitatis, valet contractus, & efficitur poſſeſſor bonæ fidei, l. ſi verò non remunerandi, §. Adoleſcens, ff. mandat. l. ſi quis cum ſciret, ubi Bart. ff. de uſucap. pro emptore, Pac. Jordan. Lucubrat. volum. 3. lib. 14. tit. 17. num. 403. & 404. vide Bald. conſil. 381. lib. 5. Card. Tuſch. lit. P. concl. 864. nu. 8. Ger. Spin. conſil. 21. num. 53. & 54. Azor. Inſtit. moral. part. 3. lib. 6. cap. 14. fol. mihi 480. litter. B. & D. Chriſtin. dict. deciſ. 163. num. 6. volum. pr. Sanſelic. deciſ. 338. nu. 38. et 39.

Quòd ſolvens ludendo nō dicatur præbere in uſū manifeſtæ prodigalitatis, quia ludēdo poteſt vincere, notat ex Bart. Jord. loc. cit. n. 404. in fine, & Sanſel. dec. 338. n. 39. Puto tamen iſto caſu ex alio capite nō dari actionem pecea, quæ dixi in §. Ludus n.

An donatio prodiga ſit ipſo jure nulla, vide Dian. par. 8. tract. 6. reſol. 84. per tot.

An autem prodigo competat reſtitutio in integrum pro contractibus ante interdictionem celebratis, contrariæ ſunt opiniones, negativam ſuſtinet Jaſ. in l. is cui numer. 12. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Jordan. loc. cit. nu. 405. Tuſch. litt. P. concluſ. 967. n. 14. &c. Sanſelic. dec. 338. n. 17. & 36. Sed contra Roman. ſing. 223. Fachin. lib. 2. contr. 75. Altimar. d. rubr. 11. quæſt. 9. n. 8. tom. 2.

Diſtingue ut per Odd. de reſtitut. in integr. par. 1. quæſt. 3. art. 1. per tot. & quæſt. 11. art. 4. per tot. Ger. Spin. conſil. 11. n. 61. dixi in Pract. §. Prodigi num 5. nempè non competere ex edicto minorum, ſed benè ex clauſula generali, ſi quæ juſta cauſa, &c. cum differentia, de qua Odd. ar. pr. n. 4. vide Altimar. d. quæſt. 38. n. 420. tom. 6. & dict. rubr. 11. quæſt. 9. n. 8. tom. 2. De Luc. d. diſc. 36. n. 12.

5 Prodigus notorius an poſſit contrahere ante ſibi interdictam adminiſtrationem, ſunt opiniones contrariæ, quæ hoc modo conciliari poſſunt; nam aut prodigalitas probabiliter ignoratur à contrahente cum tali prodigo, & valet contractus ob bonam fidem contrahentis, aut eſt patens, & benè cognita contrahenti cum prodigo, & tunc contractus eſt nullus, ut benè pluribus explicat Eminentiſs. De Luca tract. de contract. diſcurſ. 36. & noviſſimè ſequitur Urceol. tract. de tranſact. quæſt. 36. num. 5. & ſeqq. ad 14. Vide Altimar. locis citatis.

Prodigus poſt interdictam ſibi adminiſtrationem non poteſt condere teſtamentum, nec in eo teſtis adhiberi, nec naturaliter ex contractu obligari, itaut nec illius fidejuſſor teneatur, Montan. de tut. c. 28. n. 36. &c. Maur. de fidejuſſor p. 2. ſect. 8. cap. 6. & 7. Felic. de Societ. cap. 7. n. 24. &c. ubi quòd non poteſt ſocietatem inire, Tuſch. litter. P. concluſ. 866. & 867. Maſcard. de probat. concluſ. 1234. volum. 3. Paul. Zacch. quæſt. medic. legal. lib. 2. tit. pr. quæſt. 6. n. 61. &c. Urceol. de tranſact. quæſt. 46. nu. 14. & ſeqq. ubi quòd poſt interdictam adminiſtrationem non poteſt tranſigere, nec alios contractus celebrare. De Ponte conſ. 148, & 149. lib. 2. Novar. de Elect. for. libr. 1. quæſt. 16. n. 10. Corrad. de prælat. quæſt. 66. numer. 9. De Luc. dict. diſc. 36. Altimar. dict. rubr. 11. quæſt. 9. n. 9. tom. 2.

An poſſit teſtari ſaltem ad pias, cauſas, Dian. part. 7. tract. 6. reſol. 10. ubi refert diverſas opiniones. Novar. dict. n. 10. in fin. Virgil. de legit. perſon. cap. 8. n. 6. Card. De Luc. loc. cit. nu. 5. Pont. conſ. 249. n. 2. Altimar. d. quæſt. 9. nu. 14.

An poſſit ingredi, & profiteri religionem, Tuſch. d. concl. 867. per tot.

An autem prodigus non obſtante interdictione obligetur, ſi contrahat cum juramento, ſi ſenſu capax, & aliud extrinſecus non obſtet, videtur affirmare Everard. loc. à vi, & energ. juram. n. 14. facit Cavaler. dec. 273. per tot.

Contrarium tamen firmat Montan. de tut. cap. 28. n. 38. in fine, Franc. dec. 672. nu. 14. Tuſch. litter. P. concluſ. 864. n. 3. &c. concl. 968. n. 9. &c. Paul. Chriſtin. dec. Belgic. 163. num. 9. &c. vol. pr. Vivi. comm. opin. 659. vide Azor. Inſtit. moral part. pr. libr. 11. cap. 7. per tot. & præcipuè litter. C. fol. 1347. & part. 3. libr. 6. cap. 14. fol. 480. litter. B. & C. vide Bart. Bald. Angel. Caſtr. Alex Jaſ. Rip. Zaſ. & alios in l. is cui bonis, ff. de verbor. oblig. Fachin. lib. 2. concl. 64. Hurtad. de juſt. tract. de contract. diſp. pr. diffic. 7. Dian. part. 8. tract. 7. reſolut. 22 per tot. ubi videtur diſtinguere inter obligationem Religionis, ut iſta teneat & obligationem juſtitiæ, & iſta ſit irrita, adde Franch. de Angel. tract. de confeſſ. libr. 2. quæſt. 31. ubi quòd prodigi confeſſio poſt interdictionem non valet ſine ſolemnitatibus, etiam ſi ſit jurata, intelligendo in civilibus, ſecùs in criminalibus, ad Mancin. tract. de confeſſ. cap. 7. nu. 57. & ſeqq. infr. nu. 9. Altimar. de nullit. rubr. 11. quæſt. 9. n. 10. & ſeq. tom 2. Vide De Luc. loc. cit. num. 17.

Prodigus, cui ſit interdicta adminiſtratio non po- 6
teſt contrahere etiam reſpectu bonorum ſitorum extra ſtatum, vel territorium Judicis prohibentis, hujuſmodi interdictio legitimè facta, & ſervatis ſervandis, præconis voce, & die nundinarum extenditur ad bona ubique ſita, & licèt non eſſet verè prodigus, durat donec per appellationem fuerit revocata, & idem eſt lite pendente ſuper interdictione, cùm interim ejus immobilia ſint effecta litigioſa, niſi poſtea reportet ſententiam favorabilem, Montan. de tut. cap. 28. n. 39. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 439. n. 44. Paul. Chriſtin. dec. 173. n. 6. vol. 3. & ad leg. municip. tit. 5. art. 12. n. 3. Jovius de ſolemn. in contract. minor. gloſſ. 21. §. pr. n. 19.

Si tamen aliquis alterius Provinciæ, qui interdictionem ignoravit, contraxerit cum prodigo, etiam poſt interdictionem, videtur tutò contraxiſſe, cùm difficile ſit cuilibet ſcire ea, quæ extra Provinciam geſta ſunt, niſi cum prodigalitate concurrat etiam minor ætas, Fab. in C. tit. ſi quis ignor. rem. minor. eſſe, &c. definit. 1. Paul. Chriſtin. dec. 179. num. 7. vol. 3. vide ſupra n. 2. Jovius loc. cit. nu. 21. Altim. de nullit. rubr. pr. part. 4. q. 38. n. 425. tom. 6.

An autem valeat interdictio facta alicui tanquam prodigo, ſi in effectu, & verè non ſit prodigus, neque furioſus, ſunt contrariæ opiniones; affirmativa tamen ubi præceſſit cauſæ cognitio videtur magis communis, Vant. de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mand. nu. 23. vidend. Altimar. de nullit. rubr. 11. quæſt. 9. n. 38. & ſeqq. tom. 2.

Prodigus ſi prudens, & ſagax factus fuerit, ipſo 7
jure deſinit eſſe ſub curatore, & recuperat bonorum ſuorum adminiſtrationem, etiam abſque alia

Judicis declaratione, maximè quando per biennium, aut triennium prudens, & sagax fuerit, Guid. Pap. *dec.* 240. cum aliis per Montan. *de tut. c.* 37. *reg.* 2. *num.* 12. *&c.* Riec. *Collect.* 1757. Vivi. *comm. opin.* 656. Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 868. *num.* 17. *&c.* Cavaler. *dec.* 273. *n.* 7. *& per tot.* Pac. Jordao. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 408. *fol.* 392. intelligendo quando certum manifestum, & notorium est prodigum ad sanos mores reversum, nam tunc cessat ipso jure interdictio, & non est necessaria alia Judicis sententia. Altimar. *d. q.* 9. *a n.* 54.

Si verò non ita certum, & notorium sit, cum interdictio facta fuerit per decretum Judicis, & cum causæ cognitione, debet itidem cognita causa per Judicem revocari, ut concludit Montan. *loc. cit. n.* 15 *&* 16. Tiraquel. *tract. cessante causa, verb. Interdictionis n.* 123. *&c. fol. mihi* 158. *inter reg. div.* Cenc. de Cens. *q.* 16. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 98. *art.* 4. *n.* 51. *&* 52. Paul. Christin. *ad leg. munic. tit.* 19. *art.* 29. *nu.* 3. Addo Hodiern. *controv.* 41. *nu.* 45. *et* 55. *et* Virgil. *de legit. person. cap.* 8. *nu.* 29.

Quid autem si prodigus formiter declaratus testetur, vel aliter disponat prudenter, sagaciter, & prout quilibet alius faceret, an valeat actus, Galeot. *contr. tom.* 1. *contr.* 4. *n.* 10. *et seqq.* ubi pro validitate, Addit. ad Sanfelic. *dec.* 338. *vers. Quid si*, dixi *in §. Furor. num.* 4. ubi plures allegavi in terminis furiosi. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 38. *num.* 422. *tom.* 6.

8 Prodigus non petendo infra annum tutorem pupillo, cujus successionem sperat, illam non amittit, cùm excusetur à delictis consistentibus in omittendo; Montan. *de tut. cap.* 18. *n.* 45. vide *in §. Mater num.*

9 Prodigus, cui est interdicta bonorum administratio, licèt, contrahendo non obligetur, tamen si delinquat, non in ommittendo, sed in committendo, sicut quilibet alius obligatur ad pœnas pecuniarias, & afflictivas juxta facti, & personarum qualitatem, Clar. *§. fin. quæst.* 60. *vers. ulterius quæro*, Cabal. *resol. crim. cas.* 48. Montan. *de tut. cap.* 28. *nu.* 48. Franch. *dec.* 461. Pac. Jordan. *Lucubrat. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 409. *fol.* 293. Angel. *de Malefic. verb. scienter, et dolosè n.* 16. *vers. quid in prodigo*, Tuschus *litt. P. conclus.* 866. *n.* 12. *etc.* Paul. Zacch. *qu. leg. tom. pr. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 6. *num.* 68. *et seqq.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 338. *vers. Ex delicto*, Vivi. *comm. opin.* 658. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 9. *n.* 20. *tom.* 2.

11 Prodigus si solvat indebitum, potest ipso jure repetere absque beneficio restitutionis in integrum, nisi solverit alteri prodigo, vel minori, & pecunia sit consumpta, ac idem est in similibus, vide Odd. *de restit. in integr. quæst.* 52. *art.* 10. *per tot. & art.* 13. *n* 87. *&* 88.

De prodigis plura notabilia habentur per Bertachin. *in Repert. verb. Prodigus*, & alia remissivè per Castej. *Alphab. jurid. verb. Prodigus, Prodigalitas*, & Com. August. Font. *Bibl. legal. par.* 5. *cod. verb. fol.* 429. Brunnemann. *sup. ff.* Altimat. *de nullit.*

12 Quòd quamvis quis revera, & notoriè prodigus existat, tamen ad effectum, ut ei sit bonis interdictum, requiratur sententia declaratoria per tex. *in l.* 15, *cui bonis*, *ff. de admin. bon.* Gayl. *observ.* 51. *n.* 2. *lib.* 2. Rot. apud. Jacob. Balduc. in observ. ad Ramon. *dec.* 41. *nu.* 10. Jovius *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 21. *§. pr. num.* 24. Altimar. *d. quæst.* 9. *num.* 7.

13 Prodigi debent per procuratorem, seu curatorem, datum a Judice comparere. Golin. *de Procurat. part. pr. cap.* 3. *n.* 62. Altimat. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 18. *n.* 102. *tom.* 2.

14 Prodigus an possit esse Procurator negativè concludunt Golin. *de Procur. part. pr. cap.* 5. *n.* 29. *&* 30. Altimar. *dict. rubr.* 21. *quæst.* 31. *n.* 153. *& qu.* 32. *a n.* 34. *tom.* 2.

15 Ad Prodigalitatem arguendam debent exhiberi contractus, ex quibus illa dimanat Rocc. *resp.* 78. *nu.* 11. *&* 12. *lib.* 2. Ansald. *dec.* 44. *sub n.* 25.

16 Intantum furioso, & mentecapto prodigus æquiparatur inquantum dicitur in rem suam exercere furorem Passarell. *de Donat. libr. pr. qu.* 11. *a n.* 26. Ansald. *d. dec.* 44. *n.* 25.

Prodigus æquiparatur pupillo, omnesque solemnitates necessariæ requisitæ in alienatione bonorum pupilli, requiruntur etiam in alienatione Prodigi Altimat. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 9. *num.* 3. Ansald. *d. dec.* 44. *n.* 36. 17

Prodigus ex quibus dignoscatur Guidopap. *cons.* 169. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 338. *n.* 41. *lib.* 3. Ansald. *dec.* 44. *n.* 36. 18

Prodigalitas præsumitur esse nota vicinis, & aliis consanguineis, qui super hoc debent interrogari Ansald. *dec.* 44. *n.* 30. 19

Prodigus sicut non potest contrahere, ita etiam non potest quasi contrahere Franch. *dec.* 672. *num.* 13. *&* 14. Altimar. *d. quæst.* 38. *n.* 429. *tom.* 6. 20

Prodigus licèt possit contrahere matrimonium Altimar. *d. quæst.* 38 *sub n.* 430. non tamen potest obligari ad arrhas, antefatum, & alias donationes propter nuptias Altimar. *ibid.* Sed quod possit obligari ex causa dotis moderatæ Boss. *de Dot. fol.* 368. Altimar. *ibid.* 21

Prodigus restituitur adversus relevium non solutum ob pœnam duplicati, & adversus damnosam hæreditatem aditam per ejus Curatorem Altimar. *d. quæst.* 38. *sub n.* 430. *tom.* 6. 22

Prodigo Feudatario non est dandus Balius, sed Curator Altimar. *sub d. nu.* 430. *in fin.* Rovit. *cons.* 75. *libr.* 3. ubi Idem Altimar. 23

§. PRODUCTIO. LI.

PRoductio instrumentorum, & jurium an sit facienda coram Judice, vel sufficiat illam facere coram Notario Actuario, latè Asin. *in Prax. §.* 22. *cap.* 16. *per tot.* ubi ponit materiam omnium productionum judicialium, vide *in §. Instrumentum num.* 1

Quòd productio jurium debeat esse realis, & non sufficiat verbalis, Gratian. *discept. forens. cap.* 981. *num.* 24. *&c. cap.* 1000. *n.* 17. *&c.* Jovius *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 4. *n.* 176. *part. pr.* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 92. *part. pr.* De Luc. *de Judic. disc.* 28. *n.* 34. *& seqq.*

Quando productio dicatur realis, vel verbalis, & quid importet, Cavele. *dec.* 542. *nu.* 3. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 59. *n.* 15. *& seqq.* latè Rich. *decis.* 432. *per tot.* Rot. *par.* 17. *recent. decis.* 206. *per tot.* ubi ad effectum transportationis actorum in causa appellationis, ut tantùm realiter producta sint transportanda. vide Em. De Luc. *de Judic. disc.* 58. *n.* 34. *&* 35. *de Jurepatr. disc.* 3. *n.* 19. Crescin. ad Abeccles. *loc. cit. n.* 3.

An sufficiat facere productionem verbalem in termino statuti, & postea realem cum effectu, lapso termino, vide in *§. Terminus num.* Jovius *loc. cit. n.* 178. Crescin. *ubi supra n.* 4.

Quòd productio jurium sit facienda in termino probatorio, non in ultima die instantiæ, aliàs non careat suspicione malitiæ, nec producens evadat condemnationem expensarum, Magon. *decis. Flor.* 90. *n.* 18. *&c. dec.* 98. *n.* 2. *&* 7. vide *in §. Instrumentum num.* *& §. Sequestrum n.* Crescin. ad Abecles. *obser.* 94. *n.* 2. *part. pr.*

Quid sit productio, quotuplex, qualiter facienda, quid operetur, & alia, Tusch. *litt. P. conclus.* 870. *& seqq.*

Productio statutorum non est necessaria in loco judicii ubi vigent, sed benè quando causa ad alium devolvitur, vel ubi agitur de statutis in alio loco existentibus, vel de aliqua reformatione non inserta in corpore illorum, Asin. *in prax. §.* 22. *cap.* 17. 2

Producens instrumentum censetur approbare omnia in eo contenta, nec potest postea in aliquo contradicere, quamvis produxerit in parte, & partibus, nisi produxerit ad alium finem diversum, vel coactè, vel ad impugnandum, Surd. *dec.* 267. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 179. *n.* 21. *&c. cap.* 335. *num.* 9. *cap.* 490. *n.* 40. *cap.* 522. *n.* 7. *cap.* 577. *n.* 11. ubi quòd nec poterit impugnare ea, quæ enunciativè, & incidenter continentur, *cap.* 870. *n. pr. &c. cap.* 634. *n.* 15. *cap.* 699. *nu.* 7. *cap.* 717. *n.* 16. *cap.* 3

739.

739. n. 37. cap. 767. n. 54. cap. 851. n. 18. cap. 918. n. 16. latè Menoch. lib. 2. præsumpt. 45. per tot. Beltramin. ad Ludovis. dec. 238. n. 15. & dec. 385. n. pr. &c. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 270. & seqq. ad 280. fol. 407. Altograd. cons. 37. n. 5. lib. pr. & consil. 36. n. 3. lib. 2. Sperel. dec. 29. n. 20. &c. Tusch. litt. P. conclus. 872. per tot. Merlin. dec. 148. in fine, Ricc. Collect. 2916. 3511. 3800. in quibus locis plura invenies, & apud Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 3. per tot. Rot. part. 9. rec. dec. 186. n. 8. &c. decis. 253. nu. 11. &c. part. 11. dec. 151. n. 12. et part. 17. dec. 174. n. 14. & seqq. Ansald. dec. 66 n. 17. Jacob. de Comit. dec. Senens. 21. n. 19. Rocc. Episc. cap. 42. n. 8. libr. pr. Maoriss. ad De Luc. libr. 3. dec. 11. nn. 3. & 24. & libr. 7. dec. 42. num. 4. vol. pr. Abeccles. & Crescin. obser. 90. part. pr.

Quòd videatur approbare tantùm ea, quæ dispositivè, non autem ea, quæ enunciativè tantùm continentur Magon. dec. Flor. 20. nu. 39. &c. Menoch. d. præsumpt. 45. n. 17. &c. ubi vide Cacher. dec. 39. num. 8. &c. Paul. Christin. dec. 186. n. 12. &c. vol. 5. ubi etiam quòd producens ubi non præjudicet, nisi ab Adversario acceptata fuerit scriptura, Franc. de Angel. d. q. 3. n. 5. & seqq. Crescin. ad Abeccles. dict. obser. 90. n. 3.

Imò etiam separata, & enunciativè contenta in scriptura producta videatur producens approbare, ad tradita per Magon. dec. Flor. 58. n. 24. etc. Altogr. cons. 14. nn. 56. et 57. lib. 2. vide Post. resol. 68. nu. 85. Crescin. loc. addact. n. 4.

Quòd productio scripturarum simpliciter facta etiam per procuratorem plenè probet contra producentem, Rot. par. 10. recent. dec. 11. num. 5. etc. part. 12. dec. 61. nu. 19. ubi quòd afficit etiam successores producentis, Ludovis. cum Beltramin. dec. 331. nu. 11. et seqq. et nu. 20. vide Em. De Luc. de Judic. disc. 23. nu. 18. Crescin. d. obser. 90. num. 9. Emerix jun. dec. 128. n. 15.

Quòd protestatio producentis in parte, & partibus, &c. non juvet stante unitate, & connexitate, maximè in productione actorum, licèt in productione instrumentorum admittatur secundùm Magon. dec. Luc. 25. nu. 10. ubi Addit. remissivè, & vide Menoch. d. præsumpt. 45. nu. 21. etc. Rot. part. 9. recent. dec. 186. nu. 14. et seqq. ubi etiam quid si productio facta fuerit à procuratore, et part. 13. dec. 431. num. 8. ubi quòd etiam productio facta per compulsum suffragatur non obstante dicta protestatione, quando productio fit pro fundamento intentionis, vel sumus in connexis. Crescin. dict. obser. 90. n. 7.

Quòd producens scripturam privatam etiam cum protestatione in parte, & partibus videatur in totum eam approbare, & sibi præjudicet quoad omnia in ea contenta, Geon. de script. privat. lib. pr. quæst. 4. n. 151. et seqq. ad 160. fol. 17. plenè Tusch. litt. P. conclus. 872. et 873. per tot. Rot. part. 13. recent. dec. 431. num. 7. ubi de libro privato producto pro fundamento intentionis, & in connexis ut supra:

4 Producens tamen ad impugnandam, licèt in aliquo juvetur, non dicitur approbare, Rot. part. 2. divers. decis. 104. num. 11. vide Surd. & Hodiern. dec. 267.

Quod productio facta ad unum finem non noceat quoad alium, Rich. dec. 259. num. 5. etc. Crescin. dict. obser. 90. n. 8. part. pr. Emerix jun. dec. 118. nu. 46. Bertachio. vot. 87. n. 47. Mactiss. ad De Luc. lib. 6. dec. 50. n. 39. vol. pr.

Et productio facta non in tempore, & suspecta, vel cum dictionibus, quoddam prætensum, non inducit approbationem, cùm hujusmodi dictiones tendant potius ad negandum, quam ad affirmandum, Rot. part. 13. recent. dec. 472. n. 14. 15. et 16.

Qualiter etiam adversarius, contra quem producitur instrumentum, vel scriptura censeatur approbare non opponendo, ita ut generalis oppositio non sufficiat, sed requiritur specialis, aliàs per non oppositionem inducitur approbatio, Menoch. lib. 2. præsumpt. 46. per tot. vide in §. Scriptura n. 13. Alex. cons. 185. lib. 6. Cravett. consil. 596. Card. Tusch. litt. E. conclus. 398. et litt. P. conclusion. 874. Rot. part. 3. recent. dec. 664. num. 2. et 3. et part. 11. dec. 283. num. 5. et part. 13. dec. 485. n. 6. Rot. Collect. Urbin. post Michalor. de Posit. dec. 82. n. 18. et seqq. ad 36. ubi latè hanc conclusionem declarat, & pluribus modis limitat.

Quòd imò oppositio generalis, sive generalia contra: contradictionem importet, & acceptationem excludat, Gratian. dec. 89. num. 5. in Addit. Post. de manutent. observ. 97. num. 22. etc. Rot. part. 11. recent. dec. 300. n. 13. Beltramin. ad Ludovis. decis. 292. n. 6. ubi quòd si in termino ad dicendum contra nihil fuit oppositum, dicuntur approbata jura producta; si verò fuit facta oppositio generalis, remanet salvum jus opponendi quandocumque in specie contra jura producta, maximè ante sententiam, ad Mantic. dec. 127. per tot.

Producens instrumentum, vel scripturam, non videtur fateri illam esse, nisi quatenus de per se probet, Burt. in l. post legatum, ff. de his, quibus ut indign. Jas. in l. pr. §. Editiones, C. de edend. ubi etiam Alex. Menoch. lib. 2. præsumpt. 45. nu. 13. etc. Rot. part. 2. divers. decis. 159. num. pr. Grat. decis. 234. n. 21. et seqq. Sperell. dec. 29. num. 12. Paul. Christin. dec. 186. nu. 14. vol. 5. Rot. part. 12. rec. dec. 61. n. 20. Ludovis. dec. 432. ubi quòd productio scripturæ informis non præjudicat producenti, quia productio eatenus nocet, quatenus scriptura probata, & facta in uno judicio non nocet in alio, nec quando est facta per compulsum, adde Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 3. per tot. ubi plenè de producente instrumentum, scripturam, sive testes an, & quando videatur fateri omnia in eis contenta, quæ requirantur ad inducendam hujusmodi confessionem, & alia plura ad rem. vide Ansald. de commerc. et mercat. disc. 66. n. 12. et 14. et Jovium de solemnit. glos. 4. n. 179. part. 2. Vide infra in novissimis additionibus Crescin.

Quid in producente capitula, vide in §. Articuli n.

Quòd producens instrumentum factum à tutore, vel simili administratore, censeatur illum accipere, & approbare pro tali, Gratian. discept. forens. cap. 505. num. 2. facit in §. Confessio num.

Producens testes, vel instrumenta potest protestari de illis utendo, quatenus verum dicunt, nisi à parte instetur, ut simpliciter declarat, an velit illis uti, vel non, Afflict. dec. 189. Gratian. discept. for. cap. 752. n. 35. etc. Flaminian. Centol. latè in Addit. ad decis. pr. post primum vol. cons. Farinac. & ipse Farinac. quæst. 159. n. 67. etc. Giurb. cons. crimin. 5. n. 6. Lap. alleg. 119. Guaz. deff. 28 cap. 14. Bertazol. cons. crim. 496. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 13. deffinit. 12. ubi qualiter producens teneatur præcisè respondere an uti velit, etiam si agatur de facto alieno, & recusans respondere habeatur pro negante, ita ut fides non sit scripturis adhibenda, vide in §. Interrogatoria n. 5. Tusch. litt. P. conclus. 876. et 877. per tot. Ricc. Collect. 298. et Collect. 4162. ubi quòd in criminalibus non tenetur producens testes declarare si intendet illis uti ante terminum datum reo ad se defendendum, & allegat Laurent. dec. Aven. 50. Afflict. dec. 189. Vivi. dec. 71. Novar. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 89. per tot. 5

Quòd interrogationi an uti velit instrumento pro bono censeatur sufficienter satisfactum respondendo, quod uti vult pro bono, & vero, donec, & quousque fuerit legitimè certificatus de contrario, & alia ad propositum, Burat. decis. 532. n. pr. Rot. part. 12. recent. dec. 291. n. 21. & part. 13. dec. 247. n. 20. &c. ubi quòd responsio de habendo instrumento, pro bono, vero, & reali, donec constet de contrario sufficit, cessante suspicione contra instrumentum, vide Conciol. res. crim. verb. Falsum resol. 8. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14 tit. 20. nn. 358. et seqq. fol. 413. Ridolfin. in prax p. 2. cap. 4. nn. 75. et seqq. ubi quòd producens instrumenta, vel testes tenetur parte instante declarare, an eis pro bonis, & legalibus uti velit, cui tamen petitioni satisfacit protestando velle uti donec sibi constet de contrario, vel nolle uti aliqua falsitate, secundùm unam opinionem, licèt secundùm alios debet Judex parte petente statuere terminum ad deliberandum, & simpli-

citer respondendum; quæ opiniones possunt concordari, ut prima procedat, quando pars dictæ responsioni conditionali acquiescet, vel non, assignat causas falsitatis, si verò instet simpliciter responderi, vel det aliquem fumum falsitatis, & Judex statuat terminum ad deliberandum, dicta responsio conditionalis non relevat, nec à falsitate utendo excusat, quatenus falsitas fuerit detecta, ac ita in praxi servari, & fuisse decisum à Rota, & Signatura Justitiæ, & illum refert, & sequitur Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 247. *n.* 21. benè Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 3. *n.* 61. *& seqq. per tot.* Donad. *tract. de renunc. cap.* 36. *nu.* 46. *& seqq.* Fontanell. *decis.* 390. *&* 391. *per tot.* ubi late de pœna utentis falsis instrumentis, vel testibus in causa civili, ac de interrogationibus, & responsionibus super hoc faciendis; licèt ostendat superfluam esse dictam interrogationem, cùm producens satis animum suum producendo declaraverit circa usum, & possit puniri criminaliter, allegans Surd. *dec.* 263. & alios.

Si tamen Judex dignoscat hujusmodi oppositiones, & instantias fieri ad calumniosam dilationem, potest illas contemnere, Rot. *par.* 23. *recent. dec.* 335. *num.* 17.

An possit producens replicare, ut requirens declaret in qua parte prætendit falsum, & alia ad rem, Capyc. *dec.* 79. Nat. *cons.* 635. cum aliis per Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas.* 12. *n.* 18. *seqq. per tot.* Concini. *d. resol.* 8. *per tot.*

6 Producens testes non potest declarare, quod velit uti omnibus depositionibus, præterquam in tali, & tali parte, cùm illorum dicta non possint scindi, Gratian. *discept. forens. cap.* 749. *n.* 7. *&c.* facit Jacob. de comit. *dec. Senens.* 21. *n.* 20.

Potest tamen uti clausula in parte, & partibus, sed illa non obstante, possunt testes reproduci in partibus contrariis ab adversario, Altograd. *cons.* 100. *n.* 29. *lib. pr.*

An, & quando producens testes præsumatur adeò illorum fidem approbare, ut illos amplius reprobare non possit Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1235. *per tot.* vide in §. *Testis n.* 28. *& seqq.* Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 23. *& seqq.*

7 Producens articulum falsum, non examinatis super illo testibus, nec probato dolo, nec præcedente declaratione, quod velit eo uti, non committit falsum, Surd. *dec.* 263. *num. pr.* & Fontanel. *dec.* 390. *num.* 15. *& seqq.* ubi contra, vide in §. *Falsum n.*

Quòd ubi producens respondit nolle uti, sibi tantùm, & non fisco præjudicet, Boss. *de indit. ant. tort. nu.* 89. Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas.* 12. *n.* 33.

Quando sine dolo, & ignoranter producitur instrumentum, quod postea detegitur falsum, eo sublato tamquam falso, remanet quoque sublata tacita confessio producentis resultans ex ipsa productione, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 159. *n.* 5.

8 Producta in judicio an, & quando efficiantur communia, & an, & quando producenti sint restituenda, vel non, Tusch. *litt. P. conclus.* 875. *&* 878. *per tot.* Jovius *de solemnit. gloss.* 4. *n.* 181. *part. pr.* Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 14. *num.* 5. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 47. *n.* 7. *part. pr.*

Quòd semel producta in judicio non possint parte reluctante revocari, Guid. Pap. *quæst.* 243. Peregrin. *dec.* 95. *n.* 13. Jovius *de solemnit. gloss.* 4. *num.* 180. *part. pr.* Crescin. ad Abeccles. *loc. cit. nu.* 8.

9 De productione, & ejus effectibus, ac de producentibus multa notat Bertachin. *in Repertor. verb. Productio*, & alia Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 430. *&c.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Mantiss. ad eumd. Rocc. Ansald. Emerix Caprar. Piton. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

10 Quòd producens instrumentum in parte pro se faciente, teneatur ei stare in aliis contra se facientibus, Vela *Dissert.* 24. *n.* 41. *Dissert.* 46. *nu.* 14. *& Dissert.* 48. *n.* 30.

An autem producens scripturam censeatur fateri, & approbare non solùm ea quæ principaliter, sed etiam incidenter enarrantur, Jacob. Baldus. in observ. ad Ramon. *cons.* 24. *n.* 85. *&* 86. Cyriac. *contr.* 976. *n.* 15. *&* 16. *& contr.* 602. *per tot.* ubi quando productio fit ad impugnandum nil nocet producenti, &c. *contr.* 284. *n.* 80. *& seq.* ac alibi.

Producens sententiam non censetur eam approbare Aym. *cons.* 175. *n.* 7. Hodiern. ad Surd. *dec.* 267. *num. pr.*

Producens librum, illum in omnibus suis qualitatibus approbare dicitur, nec potest impugnare Rot. *rec. part.* 15. *dec.* 305. *n.* 6. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 29. *n.* 15. *vol. pr.* 11

Productio facta cum protestatione non approbandi, producenti non præjudicat. Rot. cor. Peutinger. *dec.* 356. *nu.* 10. *circ. fin. vers. tanto minus cum seq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 2. *n.* 8. *lib.* 8. *vol. pr.* Nec quando est facta ad effectum impugnandi scripturam productam Palm. nep. *alleg.* 191. *n.* 49. *tom.* 2. 12

Producens notulam censetur illam in omnibus partibus approbare Bich. *dec.* 202. *n.* 5. *&* 6. Palm. nep. *alleg.* 114. *n.* 36. Nec potest in parte uti, & in parte impugnare Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 525. *n.* 57. *&* 58. Palm. *loc. cit. n.* 37. *tom.* 2. 13

Productio tituli in judicio possessorio non operatur, ut de illius validitate sumi debeat cognitio. Palm. nep. *alleg.* 161. *n.* 4. *vol.* 2. 14

Productio tituli insufficientis plus nocet, quàm si nihil productum fuisset Palm. nep. *dec.* 90. *n.* 17. *vol. pr.* 15

Productio scripturarum ad quid desideretur, & quid importet facultas standi solis indicationibus. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 510. *n.* 7. Vide Caprar. *dec.* 228. *n.* 2. *part. pr.* 16

An testes nulliter examinati probent pro alia parte contra producentem. Altimar. *de Nullit. rubr.* 22. *quæst.* 21. *num.* 83. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 84. *n.* 3. *part. pr.* 17

Contra producentem unicus testis plenè probat. Rot. *dec.* 249. *n.* 2. *part. pr. dec.* 110. *n. pr. part.* 14. *& dec.* 49. *n.* 7. *part.* 19. *tom. pr. rec.* & cor. Cels. *dec.* 150. *nu.* 6. *&* 7. & cor. Ansald. *dec.* 11. *num.* 9. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 96. *n.* 9. *part. pr.* 18

Productio debet fieri citata parte. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 47. *num.* 5. *part. pr.* Adducuntur duæ limitationes hujus regulæ. *ibid. num.* 6. Debet fieri parte citata, nisi ea præsente fiat, vel nisi agatur ad solum effectum docendi de interesse pro admissione ad causam. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 92. *n.* 5. *part.* 1. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 28. *n.* 36. 19

Productio generalis omnium jurium, & scripturarum non sufficit, utpotè nimia vaga. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 28. *n.* 38. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 92. *n.* 6. *part. pr.* 20

Instrumenta an possint produci post lapsam dilationem ad illa producenda. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 94. *num. pr. part. pr.* Instrumenta produci non possunt post conclusum in causa. *ibid. n.* 3. Instrumenta de novo reperta possunt quandocumque ante sententiam produci, si appareat fuisse antea factas diligentias de illis requirendis *ibid. nu.* 4. Et concurrentibus aliis requisitis, de quibus, *ibid. n.* 5. 6. 7. Post conclusum in causa admittitur productio instrumenti ad declarationem instrumentorum productorum. Crescin. *sup. obser.* 105. *nu.* 5. *part. pr.* 21

Productio Jurium & scripturarum, quando possit fieri De Luc. *de Judic. disc.* 34. *n.* 9. *cum seqq.*

Productio ultra effectum, ad quem producitur, non operatur. Cephal. *cons.* 236. *n.* 21. Caprar. *dec.* 264. *n.* 7. *part. pr.* vide infra *n.* 29. 22

Producens scripturam non fatetur nisi ea, in quibus fundat intentionem Surd. *cons.* 252. *num.* 17. *& dec.* 267. *n.* 4. *post. med. vers. alterum fundamentum* Caprar. *d. dec.* 264. *n.* 8. *d. part. pr.* 23

Productio etiamsi fiat per compulsum, vel in parte, & partibus, nihilominus producens censetur fateri omnia in ea contenta esse vera, quando in ea fundat suam intentionem Rocc. Episc. *cap.* 42. *n.* 9. *lib. pr.* ubi etiam *nu.* 10. in quo casu productio per compulsum, seu in parte, & in partibus suffragetur.

Productio si facta sit cum Clausula *per Compulsum, & in parte, & partibus favorabilibus* hujusmodi cautela non procedit, nisi in juribus alienis, non au-

autem in propriis Caprar. *dec.* 581. *n.* 10. *part. pr.*
24 Tarditas in producendo scripturam, seu librum
illum suspectum reddit: Caprar. *dec.* 90. *nu.* 7. *part.*
pr. & dec. 586. *n.* 10. *part.* 2. Tarditas in producan-
do Apocham, præbet maximam causam suspicionis
Caprar. *dec.* 523. *nu.* 9. *part.* 2. Sed quod tarditas
productionis Apochæ est debilis conjectura ad arguen-
dam illius falsitatem, cum nemo invitus cogatur
sua jura experiri. Caprar. *dec.* 662. *n.* 9. *part.* 2.
Productio tarda scripturæ arguit præsumptionem
falsitatis, vehementissimæque suspicionis. Cravett.
cons. 134. *n.* 26. *lib. pr.* Royas *dec.* 474. *nu.* 4. *vers.*
Injustin vero. Rocc. Episc. *cap.* 46. *n.* 16. *part. pr.*
Productio tarda crediti non levem affert suspicio-
nem. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 91. *n.* 8. *& lib.* 3.
præsumpt. 122. *nu.* 94. Episc. Rocc. *cap.* 141. *nu.* 16.
part. 2. Intellige, aliis contrariis conjecturis non
concurrentibus. Episc. Roc. *loc. cit.*
Producere quoties quis recusat scripturas in Ar-
chivio conservatas, præsumptio est, quòd faciant
contra eumdem recusantem producere. Decian. *cons.*
108. *n.* 87. *lib.* 2. Menoch. *præsumpt.* 91. *nu.* 4. *part.*
2. Episc. Rocc. *cap.* 67. *sub n.* 20. *part. pr.*
25 Productio scripturæ simplicis, & non in forma
probanti quomodocumque fiat nunquam nocet pro-
ducenti. Emerix Jun. *dec.* 141. *n.* 12. Verum quod
productio scripturæ privatæ repetita per tertium etiam
cum clausula *in parte, & partibus* próbet contra ip-
sum. Emerix Jun. *dec.* 758. *n.* 3. Et quod producens
dicatur fateri, si jura sint valida, secus si nulla; Et
idem dicendum, si instrumentum non sit authenti-
cum, & per se non probet Crescin ad Abecclesi. *ob-*
ser. 90. *n.* 6. *part. pr.*
26 Patronus allegando titulum infectum non sibi præ-
judicat, nisi productio fuerit restrictive facta ad il-
lum titulum. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 65. *n.* 4.
& 5. Piton. *eod. tract. alleg.* 58. *n.* 3. *tom.* 2.
27 Assertivæ, & productiones factæ in uno Judicio,
non præjudicant in alio. Rot. *dec* 29. *nu.* 37. *cum*
plurib. seqq. part. 7. *rec.* Piton. *de Jurep. d. all.* 58.
nu. 27. *d. tom.* 2. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 28.
num. 37.
28 Raproductio status præcedentis habentis aliquam
enunciativam tituli censetur facta ad docendum de
quasi possessione præsentandi. Piton. *de Jurep. all.*
59. *n.* 28. *d. tom.* 2.
29 Productio, & confessio facta ad unum finem, non
censetur facta ad alium diversum. Rot. *dict. decis.*
29. *nu.* 49. *part.* 7. *rec.* Piton. *de Jurep. d. all.* 59.
n. 29. *d. tom.* 2.; Vide supra *n.* 22.
30 Productio facta per procuratorem non habentem ad
hoc speciale mandatum, non præjudicat. Rot. cor.
Dunoz. Sen. *dec.* 303. *num.* 7. & cor. Benievas. *dec.*
352. *n.* 19. Piton. *loc. cit. n.* 34.
31 Procurator, qui à suo Principali habuit scriptu-
ram, non exindè infertur quod habuerit ad effectum
producendi. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 47. *sub*
n. 1. Piton. *ibid. n.* 36.
32 Productio tituli infecti non præjudicat habenti pro
se centenariam. Rot. cor. Dunoz. Sen. *dec.* 302. *n.* 7.
& seq. Piton. *loc. cit. n.* 37.
33 Productio privilegii non interrumpit centenariam.
Ansald. *dec.* 38. *n.* 17. Piton. *loc. sup. adduct. nu.* 38.
d. tom. 2.
34 Productio in executivis habet vim petitionis, &
libelli, etiam si verbis expressis facta non fuerit.
Posth. *resol.* 93. *nu.* 2. *& seqq.* Mantiss. ad De Luc.
dec. 3. *n.* 3. *lib.* 8. *vol.* 3.
35 Productio Jurium, & effectivæ oppositiones de-
notant non fuisse renunciatum liti. Scacc. *de ap-*
pell. q. 17. *limit.* 2. *n.* 21. Rot. cor. Bich. *dec.* 324.
n. 5. & cor. Cerr. *dec.* 74. *n.* 19. *& seq.* Mantiss. ad
De Luc. *dec.* 39. *n.* 12. *lib.* 13. *vol.* 4.

§. PROHIBITIO. LII.

1 PRohibitio de aliquem molestando intelligitur de
injusta, & calumniosa, non autem de justa, &
juridica molestia, Paris. *cons.* 65. *n.* 21. *lib.* 2. Pract.
Papp. *libell. ad pœn. ex compromissa glos. occasione*
in Addit. vide in §. *Molestia num.* Mascard. *de*
probat. volum. 3. *conclus.* 1236. *n.* 111. *& seqq.* ubi
alia plura de diversis prohibitionibus, quomodo in-
telligantur, & quod prohibitio non præsumitur nisi
probetur, & tanquam odiosa restringi debet. Merl.
dec. 491. Coccin. *decis.* 2185. *n.* 7. Ansald. *dec.* 29.
n. 28.
Prohibitus habere officium intra certum tempus, 2
non prohibetur intra illud eligi ad officium incho-
endum post dictum tempus, quia sufficit habilitas
de tempore, quo exercebitur, Montan. *de tutel. c.*
9. *num.* 24. *vers. inferant*, faciunt plura notata per
Mascard. *d. conclus.* 1236.
Prohibens aliquem testari, seu disponere in ultima 3
voluntate de bonis suis, punitur in duplum, & bo-
na applicantur fisco, & Rot. *part.* 2. *divers. decis.*
235. *n.* 4. Et efficiatur indignus hæreditate prohibi-
ti, Rot. *d. part.* 2. *decis.* 158. *nu.* 1. vide in *§. Te-*
stator num. latè Menoch. *de arbitr. cas.* 395. *per tot.*
ubi quatuordecim casus distinguit, & declarat, &
quomodo probari possit hæc prohibitio testandi, Pe-
regr. *de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 6. *per tot.* Card. Tusch.
litt. T. conclus. 147. *per tot.* Bonifac. *de furt. §.* 4.
num. 85. Farinac. *de falsit. & simulat. quæst.* 161. *per*
tot. Em. De Luc. *De Testam. disc.* 55. *n.* 3.
Prohibitio alienationis facta hæredi intelligitur 4
etiam facta hæredi hæredis, cum hæres hæredis,
dicatur etiam testatoris hæres, intelligendo quando
non fuit expressum proprium nomen ipsius hæredis,
nam si fuerit expressum non comprehendit hæredem
hæredis, nisi ante nomen proprium fuerit appositum
nomen appellativum hæredis, vel nisi dictum fuerit
quod bona remanere debeant in familia, vel de illa
non exire, vel nisi agatur de re, quæ fuerit majorum
ipsius testatoris, quia his casibus non obstante ex-
pressione nominis proprii ipsius hæredis, prohibitio
transiret etiam in hæredem hæredis, Duen. *reg.* 39.
Diaz. *reg.* 316. *&* 317. Succia. *reg.* 351. Ger. Spin.
cons. 41. *nu.* 4. *&* 13. Tusch. *litt. P. concl.* 897. *&*
seqq. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1236. *nu.* 77.
& seqq. Vide Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis. pr.*
num. 27.
Item prohibitio alienationis extra familiam facta
hæredi sub pœna privationis, non afficit hæredem
hæredis, prout nec etiam illum afficit quando est
adjecta per dictiones relativas, personalitatem de-
notantes, veluti *infrascriptos, vel suprascriptos*, &
in omnem casum non extenditur ultra quartam ge-
nerationem post testatorem, nisi fuerit dictum quod
bona perpetuò transira debeant in descendentes, quia
tunc extenderetur in infinitum, Duen. *d. reg.* 39.
limit. 2. 3. *&* 4. vide in *§. Alienatio n.* 2. *& §. Di-*
ctio n. §. *Fideicommissum nu.* 26. Paul. Christin.
dec. Belgic. 227. *vol. pr.* Covar. *lib.* 3. *var. resol. c.*
5. Martha *vot. Pis.* 3. *n.* 6. *& seqq. vot.* 30. *per tot.*
latè Carea. *resol.* 165. ubi plura quando talis prohi-
bitio non restringatur ad quartam generationem,
ad intellectum *Novellæ* 159. *de restit. fideicom.*
An, & quando gravamen impositum hæredi re-
stringatur ad primum hæredem, vel porrigatur etiam
ad ulteriores hæredes, Ger. Spin. *cons.* 41. *per tot.*
Prohibitio alienandi, quando dicatur personalis, 5
vel realis, ita ut mortuis illis, quibus nominatim
erat facta, non censeatur durare, sed intelligatur
permissa alienatio, Suid. *dec.* 125. *per tot.* Gratian.
disceptat. for. cap. 104. *n.* 15. *&c. cap.* 633. *n.* 26. *c.*
765. *n.* 20. *cap.* 776. *nu.* 30. *cap.* 818. *n.* 45. *c.* 847. *nu.*
21. *&c.* Tusch. *lit. P. conclus.* 896. *per tot.* Vide
Balduc. *tit.* 3. *de Legat. decis.* 1. *n.* 18.
Quòd aliquibus nominatim facta non transeat ad
alios non nominatos, nisi adsit ratio ampliativa,
videlicet ut bona remaneant perpetuò in agnatione,
Magon. *decis. Florent.* 109. *nu.* 3. Martha *vot. Pis.*
30. *n.* 5. *& seqq.* Vide Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.*
5. *n.* 12. *&* 26.
Prohibitus alienare quibus modis, vel personis di- 6
catur prohibitos, vel non, Tusch. *litt. P. conclus.*
898. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 77. *& seqq. vol.* 3.
Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1243. *n.* 42. *et seqq.*
per tot.
Quòd filiis indicta non afficiat nepotes, cùm non
sit extendenda de persona ad personam, maximè
pro-

propriis filiorum nominibus expressis, §. *Nos igitur Auth. de restitut. fideicom.* Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 5. n. 4.* Martha *vot. Pis. 30. num. 5. & seqq. & vot. 224. nu. 33.* Vivi. *commun. opin. 661.* Mascard. *de probat. d. conclus. 1243. nu. 77. & 78.* Altograd. *cons. 82. n. 33. lib. 2.* Marc. Medic. *dec. 10. n. 36.* Pontirol. *in Respons. pro Mambellis n. 119. 191. & nu. 192.* Cesenæ impresso de anno 1645. Paul. Christin. *decis. Belgic. 227. n. 2. &c. vol. pr.* ubi tamen limitat, nisi verba prohibitionis essent universalia, & maximè geminata, vel nisi ratio prohibitionis militaret quoque in nepotibus. Vide Pen. & Addent. *dec. 1002.*

Prohibitio alienandi facta à testatore simpliciter, & sine causa dicitur nuda quando non apparet quorum favore sit facta, importat potiùs consilium, quam præceptum, reputatur inefficax, nec inducit aliquod fideicommissum, cùm non expressa alia causa censeatur facta favore hæredis, cui potest renunciare, & alienare, latè Peria *de fideicom. quæst. 1.* Peregrin. *eod. tract. art. 14. n. 13.* Marescot. *var. resol. lib. pr. cap. 72. n. 59.* Gratian. *disceptat. for. cap. 280. per tot. cap. 765. n. 20. &c. cap. 847. n. 20. cap. 917. per tot.* facit Urceol. *Consult. for. cap. 27. per tot.* plenè Fusar. *de substit. quæst. 685. per tot.* vide *in §. Fideicommissum nu.* Rot. *part. 14. rec. dec. 508. n. 9. & seqq.* ubi rejicit plura indumenta, ut remaneat nuda, & fideicommissum non inducat, Bich. *dec. 560.* Rot. post Urceol. *tract. de transact. dec. 14. 15. & 16.* Rot. *part. 15. rec. decis. 283. per tot.* Castald. *consult. 5. n. 10. tom. pr.* Pen. & Cresc. *dec. 106.* idem Castald. *consult. 155. n. 3.* Cabrun. *lucubrat. 27. n. 3.* Rube. *cap. 26. n. 5. de Confuss. Jur.*

Diceretur tamen vestita prohibitio si fuerit adjecta pœna emissionis rei, vel alia pecuniaria, & censebitur facta contemplatione illius, cui pœna venit applicanda, ita ut non possit hæres excusari alienasse pro legitima, vel trebellianica quando prohibitio non erat universalis, sed particularis, cùm dictas portiones non possit deducere de rebus particularibus prohibitis alienari, vel alteri legatis, si adsint alia bona, sicut nec dedisse in solutum pro debito defuncti, quod poterat aliunde solvi, Gratian, *discept. forens. cap. 334. cap. 404. nu. 19. cap. 700. nu. 23. &c.* Altogr. *cons. 92. n. 25. & seqq. lib. pr.* ubi considerat septem indumenta dictæ prohibitionis, quæ vide per eum, & *cons. 80. num. 32. & seqq. & cons. 81. nu. 16. & seqq. lib. 2.* Fusar. *de substit. quæst. 685.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 9. nu. 7. & seqq. vol. 3.* Rot. *part. 10. rec. dec. 163. num. 9. & seqq.* ubi plura quando dicatur nuda, vel vestita, & fideicommissum importet, vel non, Bich. *decis. 560. per tot.* ubi etiam an dicatur vestita quando emanavit in odium illegitimorum, ita ut licèt non sit datus substitutus, competat actio hæredibus ab intestato ad revocandam alienationem contra testatoris voluntatem factam, de quo articulo, Fusar. *de substit. quæst. 686.* Rot. *part. 11. rec. dec. 166.* ubi quando importet fideicommissum, & alia ad rem. Vide Rot. post Urceol. *de Transact. dec. 106. n. 10. & 11. in ultim. impress. Venet.* Cabrun. *loc. cit. n. 2.* Rocc. Episc. *cap. 10. a n. 13.* Caprar. *dec. 318. num. 21. & decis. 397. num. 19. 24. & 25.* Balduc. *tit. 3. decis. pr.*

Valet etiam prohibitio sine causa, quando res prohibita alienari fuit majorum suorum, Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. n. 39.* Cabrun. *d. lucubr. 57. n. 13.*

Item valet stante adjectione pœnæ, & contemplatione personarum, ad quas fit translatio, Magon. *decis. Flor. 16. n. 28. & 29. dec. 109. n. 1. & 2.* Capyc. *dec. 1081.* ubi quando valeat, vel non prohibitio alienationis facta à testatore.

7 Prohibitus, vendere extra familiam, potest aliis vendere, quando illi de familia recusant emere, cùm per simplicem prohibitionem, non dicatur testator voluisse bona omninò conservari in familia, unde dato prius competenti termino illis de familia arbitrio judicis, si recusent, poterit impunè extraneis vendere, Barr. Jas. Socc. & alii *in l. qui Romæ, §. coh*æ*redes, ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbit. cas. 37. per tot.* Facit Jacob. Emerix *dec. 636. nu. 6.*

De prohibitione alienandi, nisi requisitis quibusdam personis, an ex ea inferri possit à contrario sensu facultas alienandi præcedentibus hujusmodi requisitionibus, & an, & quando ex tali prohibitione qualificata dicatur nihilominus resultare simplex, & absolutum fideicommissum, latè Altograd. *cons. 80. n. 25. & seqq. per tot. lib. 2.*

An prohibita alienatione extra familiam, si non supersit nisi unus ex illa possit ipse vendere, Grat. *discept. forens. cap. 930. n. 40.*

Quòd sit permissa alienatio inter comprehensos de eadem familia, etiam in remotiores, & quando ex dicta prohibitione resultet fideicommissum, Altograd. *cons. 80. n. 50. & seqq. lib. 2.* Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. n. 54.* Magon. *dec. Flor. 26. n. 21. & seqq.* De Luc. *de Fideicom. disc. 53. n. 7. & disc. 201. n. 5. & per tot.*

Quoad alienandum in remotiores, intellige, nisi sit datus alius ordo succedendi à testatore, & inductum fideicommissum, Ger. Spin. *cons. 7. 37. 38. & 93. n. 40. & seqq.*

Plura de prohibitione alienandi ex hominis dispositione in ultima voluntate, & contractu, quid significet prohibere, & alia ad rem, Caldas Pereyra *tract. de restit. in integr. verb. Prohiberi per tot. fol. 469. &c. quæst. forens. cap. 23. per tot.* Hermosil. *ad Partit. tom. 2. glos. 1. fol. 665. &c. leg. 44. fol. 665. &c.*

Quando prohibitio alienationis dicatur nuda, vel vestita, quid utraque operetur, alia, latè Jo: Torre *de success. in Majorat. & Primogen. Ital. part. 2. quæst. 28. & seqq. & part. 3. dec. 32.* ubi an prohibitio alienationis inducat fideicommissum in casu mortis, & alia. Pen. & Crescen. *dict. dec. 106.* Cabrun. *d. lucubr. 17.* Balduc. *tit. 3. dec. pr.*

Qualiter prohibitus alienare, cum clausulis amplissimis, alienando cadat à Primogenitura, & substitutus succedat, qui licèt sit filius alienantis, non præsumatur collusio ad effectum ne possint revocari alienata, Rot. in Romana seu Albanen. Castri nemoris Ven. 21. Jun. 1686. coram Emerix, habetur penes Torre *d. tract. part. 3. dec. 72.* & alia plura vide in Indice generali ejusdem Torre *in verb. Prohibitio.*

Quando stante alienationis prohibitione à testatore facta possit alienatio statim revocari ad instantiam ipsius alienantis, limitando regulam, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, & alia ad rem, benè Cæsar. de Afflicto *contr. jur. cap. 2. per tot.* Andreol. *contr. 342.*

Prohibitio testandi facta hæredi inducit fideicommissum ad favorem venientium ab intestato ipsius testatoris fideicommittentis, ut latè probat Marcian. *disput. for. cap. 33. & 34. per tot. ad intellectum l. qui filium 74. ff. ad Trebell.* 8

Prohibitio alienandi facta ad favorem filiorum natorum an extendatur ad nascituros, vide *in §. Fideicommissum num.* & *§. Substitutio num.* 9

Prohibitio alienandi facta à testatore non ratione temporis, sed consensus aliquorum requisiti cessat mortuis illis, & institutus potest alienare, cùm fideicommissum sit restrictum solùm ad bona non alienata. Contrarium tamen si ultra expressam prohibitionem testatoris concurrat tacita legalis ex inductione fideicommissi, quæ semper obstabit, & alienationem reddet nullam firmat Gratian. *discept. for. cap. 69. nu. pr. &c. cap. 416. per tot. cap. 526. num. 10. &c.* sequitur pluribus aliis citatis Rot. *part. 9. rec. decis. 413. nu. 8. & seqq.* vide *in §. Alienatio num. 4.* 10

An alienatione prohibita ad certum tempus, videatur post illud permissa, hinc inde disputat Magon. *dec. Flor. 149. per tot.* ubi tandem concludit non esse permissam stante inductione fideicommissi, ultra expressam prohibitionem, quia illa cessante remanet tacita legalis, & hanc partem pluribus citatis sequitur Bich. *dec. 350. num. 3. & seqq.* de quo articulo latè Ger. Spin. *cons. 20. & 21. per tot.* ubi enumeratis auctoribus hinc inde, & rationibus ponderatis, ostendit magis veram, & communem esse opinionem contrariam quam etiam defendit

dit Mart. Medic. *decis.* 10. *per tot.* Tusch. *litt. P. conclus.* 901. *&c.* Riec. *Collect.* 3549. Rot. *part.* 9. *& seqq.* ubi cum Fusar. *de substit. q.* 720. Fachin. *contr. lib.* 4. *cap.* 75. & aliis pluribus citatis, primam sustinet opinionem ratione prædictæ, & contrariis respondet. Sed postremam, & alteram opinionem Mart. Medic. *loc. citat.* & aliorum, adhibita quadam (judicio meo) verbali distinctione sustinet eadem Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 288. *num.* 4. *& seqq. per tot.* Hodiern. ad Surd. *dec.* 75. *n.* 1. Jacob. Emerix *dec.* 547. *&* 585. Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 442. *num.* 2. *&* 3. *& dec.* 503. *num.* 9. *&* 10. *tom.* 2. De Luc. *de Fideicom. disc.* 247. *num.* 2. *&* 3. Latissimè Mantiss. ad ornatum Card. De Luc. *lib.* 10. *decis.* 30. *& pluribus sequentibus vol.* 3., ubi plutima alia circa hanc materiam.

Utrum verò dicta probibitio ad tempus facta includat legitimam, negativè resoluit Staiban. *resol.* 29. prout refert Mart. Medic. *in Additione ad d. dec.* 10. *num.* 3. vide *in §. Legitima num....*

11 Prohibitio alienandi, & vendendi non comprehendit alienationem per viam institutionis, & substitutionis, sed solùm per actus inter vivos, Rot. in Perusina fideicommissi 19. Januarii 1635. coram Dunozet. *in noviss. part.* 7. *decis.* 8. *num.* 3. *&c.* quia ex simplici prohibitione alienationis non censetur inductum fideicommissum in casu mortis, Rot. *loc. citat. per tot. & decis.* 15. *num.* 1. *& seqq. ead. part.* 7. vide latè Surd. *decis.* 124. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 16. *num.* 23. *& nu.* 30. *decis.* 72. *per tot. & decis. Luc.* 7. *num.* 23. ubi Addit. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 175. *num.* 12. *& seqq.* obi quando dicta prohibitio comprehendat non tantùm contractus inter vivos, sed omnes alios casus alienationis, etiam per viam ultimæ voluntatis, institutionis, vel legati. Hodiern. ad Surd. *citat. decis.* 124. Vide De Luc. *de Emphyt. disc.* 30. *sub n.* 2. *&* 4. *& disc.* 28. *à n.* 10. *cum seqq.*

Quòd prohibitus alienare ante certam ætatem, non prohibeatur alienare per testamentum, Mandel. *cons.* 109. *nu.* 1. *& seqq.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 12. *per tot.*

An prohibitus alienare, possit sibi hæredem instituere saltem unum ex proximioribus, & multa quando dicta prohibitio importet fideicommissum, vel non, Surd. *decis.* 124. Gratian. *discept. forens. cap.* 594. *num.* 5. *&c. cap.* 774. *num.* 15. *&c. cap.* 776. *num.* 10. *&c.* Magon. *decis. Florent.* 72. *per tot.* ubi quando importet fideicommissum in casu mortis, & an possit remotior institui, vide *in §. Licentia num....* Vide Hodiern. & De Luc. *ubi supra.*

Quòd quando probibitio inducit fideicommissum absolutum restituendum post mortem, dicatur etiam prohibita successio ab intestato illorum, qui non sunt de comprehensis, Altograd. *cons.* 92. *num.* 53. *& seqq. lib.* 1. obi etiam quandò id procedat, licèt non induceret fideicommissum post mortem, sed tantùm in casu alienationis, ita ut etiam isto casu censeatur probibita successio ab intestato; ut quandò aliàs frustraretur mens, & dispositio testatoris, vel quando fuit prohibita alienatio latissimè sumpto alienationis vocabulo, nam tunc etiam censetur prohibita successio ab intestato, & sic alienatio legalis; & quando talis prohibitio stante fideicommisso ex ea resultante, verificetur in quacumque alienatione tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, imò, & in alienatione legali per successionem ab intestato, latè idem Altograd. *cons.* 80. *num.* 1. *& seqq. ad* 31. *& cons.* 81. *lib.* 2.

Quòd prohibitus disponere de bonis suis in ultima voluntate, si disponat per donationem inter vivos, videatur donare in fraudem legis, & propterea stante fraude corruat donatio, & revocabilis efficiatur, Alex. *cons.* 55. *nu.* 4. *volum.* 1. Cravett. *cons.* 118. *num.* 11. *& seqq.* Peregr. *de jur. fisc. tit.* 8. *nu.* 13. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 398. *in fine.*

12 Prohibitio alienationis juncta cum substitutione sub eodem contextu verborum continuativè, dependenter, accessoriè, relativè, seu illativè, & correspectivè, regulatur ab ea, & cessat illa cessante, & deficiente, cùm non inducat novum fideicommissum; secùs autem si sit facta principaliter de per se per verba separata, in capitulo diverso, & non connexo, quia tunc inducit novum fideicommissum ad favorem omnium vocatorum, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 818. *per tot.* Cavaler. *decis.* 167. *&* 481. Rot. in Romana fideicommissi de Formicinis 7. Februarii 1635. *per tot. in Noviss. part.* 7. *dec.* 15. coram Merlino, & inter Impressas ejusdem Merlini *decis.* 669. Altograd. *cons.* 92. *num.* 19. *seqq. per tot. lib.* 1. *cons.* 80. 81. *&* 82. *lib.* 2. *& cons.* 94. *lib.* 2. ubi plura quando ex prohibitione alienationis resultet novum fideicommissum in casu mortis ad favorem omnium de familia, & Galvan. *cons.* 50. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 3. *per tot.* Bich. *decis.* 251. *num.* 12. *&* 13. ubi quòd dicta prohibitio stat accessoriè, & famulatur primo fideicommisso, nec novum inducit, præsertim quando eædem personæ utrobique sunt vocatæ, secùs autem quando ad rem alienari prohibitam vocantur diversæ personæ, nam tunc apparet fideicommittentem voluisse prohibitionem adiicere independenter à præcedenti fideicommisso universali, & particulare inducere super re probibita alienari, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 356. *per tot.* ubi pro fideicommisso ex prohibitione alienationis in oratione separata, & latiùs *decis.* 410.

Quando prohibitio alienandi importet simplex fideicommissum etiam post mortem gravati, & non conditionale tantùm, in casu alienationis, & quinam effectus resultent, Magon. *decis. Luc.* 33. *num.* 2. *& seqq.* Merlin. *decis.* 228. *nu.* 30. *&c. decis.* 669. *per tot. decis.* 890. *num.* 9. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 83. *num. pr. & seqq. & decis.* 188.

Quando autem dicta prohibitio censeatur personalis tantùm, & veniat consequtivè, continuativè, & dependenter à substitutione præcedente, sive stare dependenter, consequtivè, & correspectivè ad præcedentes, vel subsequentes substitutiones, ita ut non inducat novum fideicommissum in casu mortis, latè Altograd. *cons.* 60. *nu.* 10. *& seqq. lib.* 1. *cons.* 79. *n.* 7. *& seqq. per tot. lib.* 2. *ubi num.* 13. declarat Gratian. *d. cap.* 818. Ger. Spin. *cons.* 37. Surd. *decis.* 238. obi quando probibitio non inducat fideicommissum in casu mortis, sed tantùm in casu alienationis, vide in *§. Fideicommissum nu.* 12. Vivi. *comm. opin.* 662. ubi quòd prohibitio alienandi extra familiam, etiam ex causa sonante in perpetuum, & graduale fideicommissum, non inducit fideicommissum successivum de uno in alium gradatim, sed tantùm casuale in eventum scilicet conditionis dictæ contraventionis, & alienationis, etiamsi testator addiderit expressam rationem, quia volebat semper remanere in masculos descendentes. Vide Jacob. Emer. *dec.* 1265. *nu.* 5. *&* 6. *& dec.* 1343. *à num.* 5. quæ sunt repetitæ apud Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 28., ubi prohibitio alienationis quando non dicatur stare accessoriè, sed independenter, & principaliter ad extensionem fideicommissi.

Prohibitus alienare, quando ultrà prohibitionem fuit inductum aliud fideicommissum, & sic duplex, unum in casu alienationis, alterum in casu mortis juxta superius notata, si contrafecerit alienando remanet tantùm exclusus à fideicommisso in casu alienationis inducto, non autem in casu mortis, quo adveniente erit admittendus cum aliis vocatis, ut post multa, quæ in contrarium adducit, illis satisfaciendo, concludit Magon. *dec. Flor.* 50. *per tot.* 13

An contraventio patris noceat filiis post illum vocatis, & alia ad rem, Fontanel. *decis.* 368. *&* 369.

Prohibitio duplex, nempè legis, & hominis fortius ligat, ita ut impediat alienationem in casu alias permisso, Rol. *cons.* 81. *num.* 6. *lib.* 2. Natt. *cons.* 481. *nu.* 7. Magon. *decis. Flor.* 37. *num.* 10. *decis.* 149. *nu.* 20. *&c. decis. Luc.* 33. *num.* 18. *ubi Addit. & num.* 23. 25. *&c.* facit quod dixi in *§. Minor num.* Ludovis. *decis.* 529. *num.* 12. *&c.* latè Cabal. *cons. dec.* 147. *n.* 16. *& seqq. lib.* 2. obi qualiter stante duplici prohibitione legis scilicet, & hominis, non possit prohibitus alienare, vel aliter disponere ad tempus vitæ suæ, licèt alias hoc sit illi permissum, stante sola legis prohibitione. Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 494. *num.* 34. *tom.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 126. *n.* 6. *lib.* 2. vide De Luc. *de regal. disc.* 37. *a n.* 4. ubi quod operatur nullitatem actus ipso jure. 14

Pro-

15 Prohibitus alienare favore filiorum, vel aliorum dispositivè vocatorum, alienando non potest illis præjudicare, sed eo defuncto possunt filii, sive alii vocati ex propria persona alienationem revocare, vide Magon. *decis. Flor.* 16. *n.* 7. 42. *&* 43. latiùs *decis.* 138. *per tot. & decis.* 91. *nu.* 31. *&c.* ubi loquitur in fortioribus terminis, dum vult filio emancipato competere hujusmodi revocatoriam, etiam vivente adhuc patre alienante, & contrafacientem, *& decis.* 92. *num.* 44. *& seqq.*

Quòd filii vocati in casu alienationis factæ à patre, possint etiam illo vivente urgere, & alienationem revocare agendo ad fideicommissum, ita ut nec patri postea quæratur ususfructus, etiamsi non sint emancipati secundùm nova jura, quidquid esset de jure digestorum, probat Surd. *decis.* 242. *per tot.* facit latè Cabal. *cons. decis.* 147. *per tot. lib.* 2. ubi intelligit stante duplici prohibitione legis, & testatoris, & benè probat Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 166. *num.* 9. *& seqq.*

Quòd substitutus in casu alienationis admittatur statim non expectata morte alienantis, Rot. in Romana Primogenituræ 7. Maii 1657. coram Donozetto *nu.* 19. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 99. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 166. *num.* 9. *& seqq.*

16 Prohibitus alienare censetur etiam prohibitus pro aliis fidejubere, & tantò magis si fuerit expressè prohibitus fidejubere, ut dixi in *§. Fidejussor num.*

Qualiter etiam censeatur prohibitus censum imponere, vel aliàs hypothecas constituere, ex quibus possit sequi alienatio, ita ut stante duplici prohibitione legis & hominis, non sustineatur actus, etiam durante vita prohibiti, latè Cabal. *Cons. decis.* 147. *per tot. lib.* 2.

17 Prohibitio expressa alienandi impedit dominii translationem in emptorem, ejusque hæredes, & reddit alienationem nullam, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 656. *nu.* 34. *&c.* Ricc. *Collect.* 987. Hermosil *ad leg.* 67. *glos.* 2. *sol.* 867. Vide Fusar. *de substit. quæst.* 717. *per tot.* Pen. *decis.* 85. *&* 51., ubi Crescin. *in annot.*

Intellige in ultimis voluntatibus, nam in contractibus contrarium firmat Magon. *dec. Flor.* 102. *nu.* 3. *&c.* ubi quòd tantùm aperitur via agendi ad interesse contra alienantes, vel eorum hæredes, non autem contra singulares successores, vide Marcian. *disput. for. cap.* 35. *num.* 52. *& seqq.* facit quod dixi *in §. Hypotheca num. & §. Pactum num.* 13. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 80. *num.* 1. *&c. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 5058. Vide Fusar. *loc. cit. n.* 29. Hodiern. ad Surd. *decis.* 254. *n.* 15.

18 Prohibitus alienare sub pœna amissionis hæreditatis non privatur illa, nisi sequuta sententia declaratoria, Gratian. *discept. forens. cap.* 860. *num.* 16. *cap.* 863. *num.* 22. vide *in §. Pœna nu.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 286. *num. &c.* ubi quòd etiam potest excusari stante justa, vel saltem colorata, & doli exclusiva, & si agatur de pupillo, qui ex facto tutoris non incidit in pœnam.

Et hujusmodi declaratoria debet sequi vivente eo, qui alienavit, nam non potest peti per hæredem, nec contra hæredes, Magon. *decis. Flor.* 16. *num.* 10. *& seqq. per tot. & decis.* 47. *num.* 14. *&c.*

In omnem casum non cadit à tota hæreditate, sed solùm à re alienata, Gratian. *dict. cap.* 860. *nu.* 59. *&c.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 219. Magon. *decis. Flor.* 19. *per tot.* ubi post multa in contrarium adducta ratione individuitatis rei, vel præcepti sequitur hanc opinionem, & facit quod dixi *in §. Emphyteusis num.* 46. *vers. An autem.*

Quòd pœna numquam imponatur facienti actum ex necessitate famis, vel similis, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 931. *per tot.*

Item excusatur si alienaverit ex causa necessaria æris alieni, Magon. *decis. Flor.* 91. *num.* 14. *& decis.* 91 *num.* 27. *&c.* Ludovis. *decis.* 299. ubi quòd alienari possunt prohibita à testatore pro solutione æris alieni hæreditarii, pro restauratione corporis hæreditarii, ac quando ex alienatione fideicommissum efficitur pinguius; intelligendo si non adsint alia bona libera, & constet pretium fuisse versum in dictam solutionem, & aliis modis per Beltram. *in Addit.* Urceol. *de Transact. quæst.* 109. *ubi de prohibitione facta per legem, aut per statutum.* Vide Pen. & Add. *decis.* 958.

Vel ex causa necessaria reparandi alia bona, cùm non dicatur alienatio illa, quæ tendit ad commodum hæreditatis; vel quæ fit in casu permisso, Magon. *decis. Luc.* 33. *num.* 8. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 283. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 158. *num.* 21. ubi in terminis transactionis, ob quam fuit aliquid dimissum, quod quamvis talis dimissio sapiat alienationem, tamen si fuerit utilis, vel necessaria non censetur prohibita, nec incursa pœna, licet prohibitio sit ampla.

Item quando alienatio fuit nulla, nullum privationis producit effectum, intelligendo de nullitate ex defectu formæ, aliàs secùs, vide Magon. *decis. Flor.* 50. *num.* 59. *& seqq.*

Item prohibitus alienare non incidit in pœnam, si loco alienatorum alia bona subrogavit, vel permutavit, quia res subrogata, vel permutata ita fervit sicut à testatore relicta, idem Magon. *dec. Flor.* 16. *num.* 5. *&c. & num.* 39. ubi vide, & quæ dixi *in §. Bona num.* 27. Sed contrarium tenet Cabrun. *lucubr.* 17.

Item consentiendo alienationi ab alio factæ non dicitur contravenire, sed tantùm favori suo renunciare, & ideò etiam erit admittendus ad revocationem postea ab aliis alienatorum sine illius consensu, si erat vocatus à testatore, Magon. *decis. Flor.* 50. *num.* 37. *&c.*

Quòd consensus impediens existentiam conditionis, sub qua consentiens vocabatur illi præjudicet, secùs autem si non impediat, idem Magon. *decis.* 102. *num.* 7. vide *in §. Fideicommissum num.*

Prohibitus alienare, si alienaverit cum reservatione dominii donec pretium sibi solvatur, an interim sequta traditione dicatur alienasse, & incidisse in pœnam amissionis, hincinde plura deducit Magon. *decis. Flor.* 91. *nu.* 2. *& seqq. & decis.* 92. 19

Et dato quod ceciderit an possit nomine filii, & tanquam illius illegitimus administrator revocare alienationem, cùm filio uti proximiori competat revocatoria, & non alteri cohæredi instituto, Magon. *d. decis.* 91. *num.* 16. *& seqq. per tot.* ubi videtur affirmativè concludere, & latiùs *decis* 92. *num.* 9. *& seqq.* ubi etiam in primo casu negativè concludit.

Prohibitus alienare non obstante prohibitione, & fideicommisso, potest validè cedere alteri commoditatem, *§. Nonnulli ubi glos. & DD. Instit. de usu, & habit.* Rot. *in Romana de Guidis* 13. *Januarii* 1631. coram Verospio *in Noviss. part.* 6. *dec.* 5. *num.* 17. Jacob. Emeric *dec.* 893. *in princ.* Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 31. 20

Non tamen potest alienare usumfructum vita sua durante, nec locare ad vitam suam, vel conducentis, nec ad decennium, vel ultra, nec quousque placuerit ipsis, nec etiam ad minus tempus cum pacto renovandi in aliud tempus, quod excedat decennium, ut benè probat Cabal. *cons. dec.* 16. *per tot. vol.* 2.

Et prohibitus intelligitur tantùm quoad portionem sibi obventam à testatore, non autem quoad portiones sibi per fideicommissum à cohæredibus obventas, Magon. *decis. Florent.* 16. *num.* 4. ubi vide *num.* 77. & quòd dixi in *§. Gravatus num...*

Prohibitus à testatore alienare, si contrafecerit, videtur absurdum quod possit redarguere cohæredem, qui pariter contra præceptum testatoris alienavit, sive antè, sive post, cùm tempore motæ actionis reperiantur in eàdem navi, & paria delicta mutua compensatione tollantur, Magon. *decis. Flor.* 56. *nu.* 2. 40. *& seqq.* ubi facit differentiam inter pœnam conventionalem, & legalem, vel à testatore appositam, idem Magon. *dec. Flor.* 47. *num.* 8. *dec.* 50. *num.* 35. ubi dicit esse verba *text. in l. cum pater, §. Libertis, ff. de leg.* 2. 21

Prohibita alienari sub pœna, non veniunt in obligatione omnium bonorum, maximè si obligatio tendat ad destruendam proprietatem, nec adsit spes luitionis, quia in generali obligatione non veniunt illa, 22

illa, quæ quis verisimiliter non esset obligatus,
Neguſ. *de pign. part. 2. membr. 3. nu. 69. &c.* Scapuc.
de Salvian. *lib. 2. quæst. 10. num. 2. et 6.* Gratian. *di-
sceptat. forens. cap. 43. nu. 39. etc.* Rot. *part. 15. re-
cent. decis.* 18. ubi tamen quòd si ageretur de sim-
plici prohibitione, sustineretur hypotheca super
commoditate percipiendi fructus durante vita debi-
toris, & hæredis gravati, ad Rot. post Merlin. *de
pign. cap. 5. num. 4.*

Non etiam veniunt in confiscatione etiam du-
rante vita prohibiti, Bart. & alii *in l. Imperator,
ff. de fideicom. libert.* Vivi. *comm. opin.* 665. ubi re-
probat Alciat. *contrarium tenentem in cons. 211. tom.*
3. vide *in §. Bannitus num...*

23 Prohibentis melior est conditio in pari causa, &
quando secùs, Tusch. *litt. P. concl.* 893.

24 Prohibitio habendi publicas, vel privatas dispu-
tationes de fide Catholica, de qua *in cap. 2. §. Inhi-
bemus de hæret. in* 6. laicos tantum, & Ecclesiasti-
cos peritos comprehendit, nec traditur ad disputa-
tiones materiales, quæ non fiunt ad fidei veritatem
persuadendam, sed exercitii gratia, vel ingenii acu-
minis ostentandi inter Christi fideles, Navar. *in
Manual. cap. 11. num. 27. vers. quintò peccat,* Barbos.
in d. cap. 2. n. 14. in fine, cum aliis per Bich *dec.* 448.
num. 11. & 12. habetur recent. part. 11. decis. 109. fa-
cit quod dixi *in §. Episcopus num. 60. & in §. Lai-
cus num. 11.* ubi an, & quando, ac quibus licitum
sit disputare de fide, vel non.

25 Prohibere valens delictum, & non impediens, non
caret scrupulo societatis occultæ, & ob id (aliis
tamen concurrentibus adminiculis) possit torqueri,
Carer. *tit. de indic. §.* 18. Farinac. *quæst. 51. num. 2.*
Mascard. *de probat. concl. 532. n.* 98. D. Fulvi Majo-
ran. *in Opoprax. crim. lib. 2. quæst. 8. num. 129. fol.*
217. dixi *in §. Malum num. 7. & §. Delictum num...*

26 De variis prohibitionibus, & prohibitis aliquid age-
re multa notat Bertachin. *in Repertor. verb. Prohi-
bitio, non Pauca,* Thoro *Compend. decis. Neap.
part. 1. 2. & 3. sect. 2. eod. verb.* & alia remissivè Ca-
stejon. *Alph. jurid. verb. Prohibitio,* & Com. August.
Fontan. *Bibliothec. legal. par. 5. eod. verb. fol. 434.
&c.* Barbos. *axiom* 193. Et Em. De Luc. *in Indic.
general.* Fagnan. *supr. Decr.* Pignatell. Ursaya Pi-
ton. Ansald. Emerix Caprar. Manſ. Palm. Altimar.
& alii moderni.

27 Prohibitio alienationis bonorum à testatore facta,
an & quando valeat etiam quoad fructus illorum,
ita ut creditores gravati non possint agere contra
fructus fideicommissi pro illorum satisfactione, vide
Manſ. *Consult. 273. lib.* 3. ubi contra creditores stan-
te expressa prohibitione testatoris cum causa, & ra-
tione, ut conservetur dignitas, & splendor familiæ,
ac idem esse quoad animalia in prædiis existentia pro
illorum necessaria cultura, & ut in locum demortuo-
rum subrogentur alia successivè, & conserventur, at-
que eamdem materiam satis dubiam, prosequitur
idem Auctor *Consult.* 274. ubi in fine non fuisse de-
cisam testatur.

28 Prohibitio Domini tollit actionem negotiorum
gestorum in his, quæ post prohibitionem geruntur,
non autem in his, quæ prius fuerunt gesta Surd. *de
Aliment. tit. 6. quæst. 5. nu.* 16. Barbos. & alii *in l. fin.
C. de neg. gest.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 6.
sect. 3. n. 26. tom.* 3.

29 Plura de prohibitione divisionis Michal. *de Fratr.
part. 2. cap.* 43. Cyriac. *contr.* 147. Altimar *loc. cit.
a n. 76. cum seqq.* De Mesa *var. libr. 3. cap.* 28. Idem
Altimar. *loc. cit. rubr. pr. part. 2. quæst. 25. n.* 489. &
491. *tom.* 4. Baldæ. *de Legat. tit. 3. decis. 28. n.* 16.

30 Prohibitus alienare sub aliqua pœna, eam non in-
currit, etsi alienaverit, nisi & tradat Mier. *de Ma-
jor. part. 4. quæst. pr. n. 79. & part. 4. quæst. 18. nu.* 2.
Mantic. *de tacit. libr. 22. tit. 28. a n.* 19. Altimar. *de
nullit. rubr. pr. quæst. pr. sect. 2. fol. 48. n. 41. tom.* 3.

31 Prohibitio hypothecandi commoditatem fructuum
non venit sub generalissima prohibitione alienatio-
nis, sed debet specialiter prohiberi Ansald. *decis.
50. a n. 10. & 18.* Vide etiam Balduc. *de Legat. tit.
3. decis. 60. n.* 17. & infra *n.* 33.

32 Prohibitio detractionis Trebellianicæ, & Legiti-
mæ inducit conjecturam comprehensionis nepotum
& descendentium Balduc. *de Legat. tit. 3. dec. 8. n.*
14. & 15.

Prohibitio alienationis adiecta in concessione em- 33
phyteusis non impedit facultatem oppignorandi com-
moditatem fructuum Ansald. *decis. 50. nu.* 18. supra
num. 31.

Prohibitum conceditur ne res pereat. Rub. *de Con- 34
fus. Jur. cap. 12. n.* 32.

Prohibitus petere ex bonis poterit petere ex hære- 35
ditate. Rub. *de Confus. Jur. cap. 14. n.* 20.

Prohibitio deferendi idem nomen, vel cognomen, 36
an fieri valeat Cassan. *in Catal. glor. Mundi part. pr.
considerat. pr. conclus.* 21. Cavaler. *dec. 549. num.* 2.
Card. De Luc. *de Præeminent. disc. 10. num. 10. in
Miscell. disc. 32. n.* 6.

Prohibitio disponendi de bonis Jurisdictionalibus 37
in Statu Ecclesiastico. Card. de Luc. *de Renunc. disc.
6. n. 4. & 9.*

Prohibitio non accedendi ad aliena molendina 38
continet præceptum affirmativum accedendi ad pro-
pria. Card. De Luc. *de Regal. disc. 144. de Canonic.
disc. 21. n.* 14.

Prohibitio retrovenditionis quando cadat sub 39
prohibita venditione. Altograd. *cons. 68. num. pr. &
seq. vol.* 2. Card. De Luc. *de Feud. disc. 69. n.* 4.

Prohibitio alienationis descendens *ex cap. Impe- 40
rialem* quænam bona complectatur. Rovit. *cons.* 101.
lib. 2. Card. de Luc. *de Feud. disc. 61. n.* 14.

Prohibitio alienationis, seu divisionis feudi ces- 41
sare facit facultatem subinfeudandi. Giurb. *de suc-
cess. feud. §. pr. gloss. 5. n.* 31. Card. de Luc. *de Feud.
disc. pr. n.* 24.

Prohibita detractione dotium, an hæc prohibitio 42
capiat dotem à testatore debitam. Card. De Luc. *de
Legat. disc. 47. n. 3. & 8. de Legit. disc. 31. per tot.*

Prohibitus alienare dicitur etiam prohibitus confi- 43
teri, Card. De Luc. *de Testam. disc. 48. num. 4. de
Success. disc. 35. n.* 11. Nisi confessio esset adminicu-
lata. Card. De Luc. *de Success. d. disc. 35. num.* 11.
& 12.

Prohibitio alienationis, licet facta certis personis, 44
si subsequitur fideicommissum magis amplum favo-
re omnium descendentium de Agnatione, & fami-
lia, extenditur ad omnes, & efficitur realis. Rot.
dec. 67. n. 18. cum duob. seq. part. 13. rec. Caprar. *dec.*
307. *n. 10. part. pr.*

Verba prohibitionis alienationis, directa in ipsa bo-
na, important fideicommissum reale. Bart. in *l.
peto §. Fratre nu. 2. de legat.* 2. Caprar. *dec. 318. n.
8. part. pr.*

Prohibitio alienationis, facta pluribus personis fa- 45
cit, ut omnes tanquam descendentes testatoris gradu-
tim per fideicommissum vocati censeantur. Altograd.
cons. 92. n. 27. lib. 2. Rot. *dec. 104. n. 19. et dec.* 226.
n. 9. part. 16. Caprar. *dec. 397. n. 25. part. pr.*

Prohibitio alienationis, hypothecationis, & cu- 46
juscumque detractionis, etiam ex causa legitimæ,
operatur, ut non alio fine dicatur per testatorem ap-
posita, nisi quia vult per Fideicommissum conser-
vari bona tali prohibitione supposita. Rot. *dec.* 391.
n. 4. & 5. part. 9. rec. & penes Giovagn. *cons. 75. n.
78. lib. pr.* Caprar. *dec. 708. n. 11. part.* 2.

Prohibitio alienationis consequutiva ad fideicom- 47
missum præcedens illud non extendit Otthob. *decis.
111. a n.* 17. Celſ. *decis.* 228. Bich. *decis. 546. a n.* 7.
Ansald. *decis. 46. n.* 28.

Prohibitio alienationis facta per verba imperſona- 48
lia non inducit fideicommissum perpetuum, & tex-
le, si aliter constet de mente Testatoris. Emerix
Jun. *dec. 1289. n.* 9. Et prohibitio alienationis facta
requisitis hæredibus ad hoc, ut præferri possent pro
justo pretio, non inducit fideicommissum restituto-
rium in casu obitus. *ibid. dec. 1163. n.* 7. Neque in
casu alienationis, nisi constet hæredes fuisse paratos
præferri pro justo pretio. *ibid. nu* 8. Et prohibitio
alienationis bonorum in extraneos non inducit sub-
stitutionem reciprocam linearem. *d. dec. 1163. n.* 7.
& *dec. 628. n.* 2. Item prohibitio alienationis etiam
cum verbis perpetuitatis non inducit fideicommissum
in casu obitus, quando in casu obitus fuit ordinatum

aliud

aliud fidaicommissum eapressum. *d. dec. 618. nu. 4.* Si tameo probibitio conceptæ est per verba negativa, indueit fideicommissum etiam in easu obitus. *dict. dec. 618. per tot.* Limita, quando ex toto contextu testamenti apparet de contraria mente Testatoria. *d. dec. 618. n. 6.*

49 Prohibitio alienationis strictissimè facta ex quibusvis causis etiam licitis, & honestis, impedit alienasionem etiam inter vocatns. Emeria Jun. *dec.* 841. *num.* 11.; Non impedit tamen resutationem, seu tenunciationem abdieativam. *d. dec. 841. n. 14.*

50 Prohibitio alienationis, & hypothecæ facta sub pœna nullitatis, & caducitatis ipso jure, & facto incurrendæ cum specifiea facultate capiendi possessionem propria authoritate, & clausula constituti operatur, ut eodem momento temporia, quo hæres alienat, incidat in commissum, & aperiatur sueeessio favore substituti. Emerix Jun. *dec. 708. num. pr.* Ita ut creditoribus nullum jus aequiratur neque super commoditate peteipiendi fructus ad vitam ejusdem hæredis. *d. dec. 708. n. 2.* Nec exeusat à caducitate, si alienatio facta sit cum pacto redimendi intta certum tempus, si inter illud bona non fuerunt tedempta. *ibid. n. 5.*

51 Prohibitio alienationis à Testatore facta ad hoc, ut bona perpetuo remaneant, & conserventur penes vocatos, non impedit alienationem commoditatis percipiendi fructus ad vitam hæredis gravati alienantis. Emerix Jun. *dec. 893. nu. pr.* Amplia etiam si testator prohibuerit præventivas venditiones, & loeationes fructuum ad longum tempus. *ibid. n. 4. 5.*

52 Probibitio intelligitur regulariter juxta casum, & personat in præedenti dispositione contentas. Balduc. *de legat. tit. 3. dec. pr. n. 17.*

53 Prohibitionis interpretatio sumenda est, ut potius restringatur. Gabriel. *cons. 132. quæst. num. 5.* Palm. Nep. *all. 149. nu. 29.* Balduc. *de Legat. dict. tit. 3. dec. pr. n. 32.*

54 Prohibitio non restringitur ad personas expressas, quando est magis ampla, & latior institutione. Balduc. *d. dec. pr. tit. 3.*

55 Prohibitio nuda etiam attento statuto observari debet. Mans. *cons. 216. sub num. 23. & 24. vers. ideo* Balduc. *d. tit. 3. & dec. pr. n. 9. & 10.*

1. Probibitio disponendi, seu testandi etiam nulla attento statuto observari debet. Balduc. *ibid. n. 9.*

56 Prohibitio detractionis Trebellianicæ, & legitimæ inducit conjecturam compræhensionis neporum, & descendentium. Deeian. *cons. 41. sub nu. 36. lib. pr.* Mantic. *de conject. lib. 11. tit. 3. n. 14. in fin.* Balduc. *d. tit. 3. dec. 8. n. 14. & 15.*

57 Prohibitio ao officiaa quando emanata fuit à Judice coactè, & eitra voluntatem prohibiti. Balduc. *de assecurat. tit. pr. dec. 4. n. 3. & 4.*

58 Etiam contra prohibitionem testatoris potest Episcopus procedere ad eaequendum opus pium Piton. *de Jurep. alleg. 32. n. 36. tom. pr.*

59 Prohibitio Legia concernens principaliter savorem ejus, cui fit, habet vim exhortationia Fagnan. *in cap. cum accessissent n. 24. & 38. de Constit.*

60 Prohibitio Juria an rerum naturaa mutet Fagnan. *in cap cum pridem n. 5. & 27. de Pact.*

61 Prohibito aliquo, prohibetur omne id, per quod pervenitur ad illud Fagnan. *in cap. officii nu. 35. de Pœnit. & remiss. cap. illa n. 30. ne sed. vac.*

62 Prohibitum simpliciter an etiam sit prohibitum alternativè Fagnan. *in cap. inter cætera n. 6. et 9. de rescript.*

63 Prohibitio legis non est inutilis, licet gesta contra prohibitionem sint valida Fagnan. *in cap. responsa n. 114. de sent. excom.*, ubi etiam *n. 94. et* 105. penitus prohibere quid importet.

64 An censeatur probibitum, quod non apparet conceffum, optimè Fagnan. *in cap. illa num. 2. et 3. ne sed. vac.*

65 Au prohibito consequenti, censeatur prohibitum omne necessarium antecedens Fagnan. *in cap. illa n. 38. et 39. ne sed. vac.*

66 Prohibitio generalis non excludit casum aliàs licitum Faguan. *in cap. nihil n. 22. de Elect.*

67 Prohibitio divinorum est suspensio Fagusn. *in cap. accensatum n. 5. de Simonia.*

§. PROMISSIO LIII.

Promissio nuda, vel nudum pactum de donando producit actionem, *l. si quis argentum, §. fin. Cod. de donat.* & hoc ne incautè procedant homines ad donandum scientes quòd nihil magis fidei humanæ convenit quàm promissa servare, vel ne decipiantur illi, quibus fit similis promissio præstando medio tempore obsequia promissori moti ex obligatione antidorali, facit Gratian. *disceptat. forens. cap. 531. n. 65. &c.* Mart. Medic. *exam. 5. nu. 13. & seqq.* ubi plenè an, & quomodo promissio faciendi differat à facto, Tusch. *litt. P. conclus. 21. per tot.* Rot. *part. 14. recent. decis. 364. per tot.* ubi quòd promissio etiam verbalis donandi intuitu certi matrimonii habetur pro donatione, continet hypothecam, & alia, licèt non fuerit stipulatum instrumentum juxta conventionem, vide *in §. Donatio*, Rot. *part. 14. decis.* 448. Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 9. Disput. 29. sect. 10.* ubi benè declarat an, & quando promissio donandi obligationem indueat, vel non in utroque foro, Clar. §. *Donatio quæst. 14. n. 6. & 7.* Caneer. *var. resol. cap. 7. tit. de pact. n. 124.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. part. 4. nu. 28.* Fachin. *contr. lib. 2. cap. 7. & 8.* Cutell. *de donat. tract. 2. Disput. pr. sect. 17. num. 33. & seqq.* Cevall. *comm. contr. comm. quæst.* 209. Donadeus *tract. de renunciat. cap. 3. num.* 30. ubi plures alios allegat; & plura remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Promissio* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. sect. 2. nu. 11. 21. 30. tom. 3.* Ansald. *de commerc. & mercat. disc. 53. n. 7. & 8.* Pasterin. *problem. 7. §. 4. n. 193. et 194.* Vide Bertachin. *vot. 39. num. 21. & 22.* Balduc. *de Dot. decis. 4. n. 16.* Idem Ansald. *decis. 34. n. 1. & 2*

Quòd dicta promissio donandi sit idem quòd donatio, & requirat insinuationem, aliàs non valeat, etiam sequta traditione, & debeat esse in [illegible] redacta, ut possit insinuari, idem Gratian. *cap. 877. n. 8. et per tot.* Rot. *part. 12. recent. decis. 173. per tot.* ubi qualiter dicta promissio habeat vim donationis, & si sit ad pias causas non indigeat insinuatione, nec acceptatione, nec aliis solemnitatibus statutariis Vide De Vargas Machuca *dec. 7. per tot.*

Quòd promissio constituendi dotem, vel donandi habeat eumdem effectum, quem dos ipsa constituta, vel donatio, Afflict. *decis. 61. num. pr. &c.* Mart. Medic. *Exam. 5. num. 16. et 21.* ubi infert ad plura similia, facit Rot. *part. 14. recent. decis. 363. et decis.* 448. ubi quòd favore dotis, & matrimonii parit obligationem perfectam, latè Sanfelic. *decis.* 99. ubi etiam in feudalibus. Vide Boss. *de dot. cap. 2. §. pr. n. 9. et 19.* De Vargas Machuca *dec. 7. n. 6. et 10.* Balduc. Bertachin. *loc. cit.*

Qualiter promissio externa, etiam legitimè acceptata, vel simpliciter interna obliget, vel non promittentem in foro conscientiæ, Dian. *part. 2. tract. 17. resol. 9. et part. 3. tract. 5. resolut.* 116. dixi *in §. Donatio num. 65. vers. 13.* idem Dian. *part. 4. tract. 4. resol.* 122. ubi sustinet non esse peccatum mortale, nec obligatio restituendi promissionem gratuitam, etiam acceptatam, & in re gravi, ubi non aderat animus se obligandi, licèt alii contra, vide eumdem Dian. *part. 8. tract. 6. resolut.* 102. *vers. notandum, et resolut.* 108. ubi an promissio, vel donatio externa obliget ante acceptationem, ut non possit revocari, *et resolut.* 107. ubi de promissione, vel donatione interna, & in utràque negativè de magis communi concludit ante acceptationem, de quibus omnibus, quid sit promissionis contractus, & alia ad rem, latè Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 9. sect. pr. et seqq. per tot. fol. mihi 84. etc.* Fagundez. *de just. et contract. lib. 3. cap. pr. cum pluribus seqq.* Gibalin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 4. cap. pr.* Latè Pater Less. *lib. 2. cap. 18. dub. 5. et 6. de justit. et jur.*

Promissio de renunciando non est idem quòd renunciatio, sed quid diversum, nec vim renunciationis habet, Boer. *quæst. 3. num. pr.* Tiraquel. *de retract. convent. §. fin. nu. 52. in fine*, Mart. Medic. *d. exam. 5. nu. 26.* Ricc. *Collect.* 3331. Ludovis. cum Beltram. *decis.* 28. ubi idem in promissione de accollando, de ven-

vendendo, de donando, de locando, de cedendo, da legitimando, & de renovando, latè Donadeus *tract. de renunciat. cap. 3. per tot.* ubi plura hincindè an promissio renunciandi facta à filia sit idem quòd renunciatio, & videtur concludere quòd saltem ope exceptionis repellatur, vide tamen Ansald. *dec. 34. ubi etiam ie addit.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 39. n. 82. vers. Sic promissio de renunciando*, ubi maximè stante juramento *tom. 6.* Vide Ansald. *decis. 34. n. pr. et 2.*

Si tamen talis promissio fuerit nulla ob non servatam formam præscriptam, nihil operatur, & non potest filia compelli renunciare, & nihilominus consequitur quod sibi fuit promissum de jure debitum, Rot. *part. 19. recent. decis. 153. per tot.*

Item promittens fidejubere non remanet obligatus, nec conveniri potest tamquam fidejussor, sed tantùm ad interesse, quod præstando liberatur, Maur. *de fidejussor. part. pr. sect. pr. cap. 9. n. 15. et part. 2. sect. 2. cap. 6. per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 115. n. 15. &c. cap. 887. num. 27. &c.* Mart. Medic. *dict. Exam. 5. num. 4. et per tot.* ubi infert ad plura similia, vide Franch. *decis. 574. per totum cum Addit.* Thom. Trivis. *decis. 69. lib. pr.* ubi simpliciter fuit decisum quòd promissio de se obligando, vel fidejubendo, obligatione non sequta non obligat promittentem, quia stipulatio non tenet, nisi utroque loquente, parte scilicet promittente, & parte, cui fit promissio acceptante, juxta *leg. pr. §. pr. et 2. ff. de verb. oblig.* Hering. *de Fidejuss. cap. 3. num. 10.* Molses. *super consuet. tit. de renunc. cap. 10. num. 23.* Add. ad De Franch. *loc. cit.* ubi modern. De Luc.

Qualiter autem promittens facere pactum de retrovendendo habeatur, ac si verè promisisset revendere, & possit directè ad retrovendendum compelli, Tiraquel. *de retract. convent. §. fin. n. 26. et num. 60.* facit Gratian. *loc. sup. cit.* Boer. *decis. 183. num. 14.* Facbin. *contr. jur. lib. 2. cap. 7. et 8.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 88. num. 1. et 2. volum. 3.*

Item qualiter promissio de vendendo sit idem, quòd venditio, stante maximè juramento, idem Gratian. *cap. 553. nu. 9. etc. cap. 564. num. 32. cap. 887. nu. 30.* Tusch. *litt. P. conclus. 21. per tot. litt. V. conclus. 43.* Caldas Pereyra *de empt. et vendit. cap. 8. per totum* ubi contra Barz. *decis. Bon. 111.* ubi pariter contra, Jo. Bapt. De Luc. *tract. de Regal. libr. 2. discors. 41.* ubi quod est valde controversa quæstio. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. sect. 2. num. pr. et à n. 24.* ubi pro utràque parte *tom. 3.*

De promissione de se obligando, an sit idem cum obligatione, vel obligationem importet, ut ex illa agi possit, latè Andreol. *controv. 112. per tot.*

Et præcipuè traditione sequta, Magon. *decis. Flor. 33. n. 8. et 9.* vide Cabal. *cons. 99. per tot. lib. pr.* ubi etiam stante guarantigia.

Quæ omissa procedunt ratione circuitus inutilis vitandi, idem Magon. *decis. Flor. 9. nu. 15. etc.* vide *in §. Venditio num.*

De hac materia vide plenè Mart. Medic. *Exam. 5. nu. 40. et seqq. per tot. et decis. 12. per tot.* Marcian. *disput. forens. cap. 40. per tot.* Ludovis. *dec. 28.* Cabal. *cons. 99. lib. pr.* Staiban. *de Interesse lib. 2. tit. 9. quæst. pr. num. 9. etc.* ubi ostendit maximam esse differentiam inter venditionem, & promissionem de vendendo, adde Tusch. *litt. P. concl. 21. per tot. et litt. V. conclus. 43. per tot.* Ricc. *Collect.* 3332. Olea *de cess. jur. tit. pr. quæst. 6. per tot.* ubi de promissione de cedendo, & generaliter de omni promissione de aliquid faciendo, ut non habeatur pro facto, inferendo ad plura notabilia; nisi contractus in substantia nil aliud quàm promissionem contineat, & nil solemne post promissionem restet faciendum; nam si contractus nil addat supra promissionem, nec in modo, nec in accidentalibus, aut substantialibus, promissio faciendi, & factum idem operatur, ut inutilis vitetur circuitus, & aliàs secùs ut supra, adde Urceol. *tract. de transact. quæst. 59. n. 21. et seqq.* ubi benè distinguit inter varias promissiones, ut promissio de donando, de dote constituenda, vel de se obligando habeat vicem obligationis de præsenti, secùs in aliis maximè juramento destitutis, & plenè

Donadeus *dict. tract. de renunciat. cap. 3. per tot.* latissimè Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. sect. 2. per tot. tom. 3. et rubr. pr. part. 4. quæst. 39. nu. 75. tom. 6.* Vide Balduc. *de Dot. decis. 22. n. 4. et decis. 4. n. 26.* Roce. Episc. *cap. 161. n. 16. lib. 2.*

Promittens se obligare, cùm fiat obnoxius ad factum, non potest præcisè ad aliud compelli, sed præstando interesse liberatur Tiraquel. *de retract.* 3
convent. §. final. num. 41. etc. Gratian. *disceptat. forens. cap. 115. nu. 25. etc.* ubi quòd imò potest conveniri tamquam si verè se obligasset, *et cap. 887. num. 27. et 34.* ubi benè distinguit *et cap. 964. num. 24. etc.* latè Boer. *quæst. 3. per tot.* ubi de filia, quæ promiserat renunciare bonis paternis, vide *in §. Obligatio num. 7.* Peregrin. *decis. 149. num. pr. etc.* Rot. *part. 9. recent. decis. 284. num. 31. etc.* ubi quòd quando est in potestate promittentis, potest præcisè compelli, vel ad interesse ad electionem stipulatoris, per capturam personæ, pignorum, vel indictionem mulctæ, & tantò magis stante juramento. Alia ad hoc propositum Rot. *part. 10. recent. decis. 66. n. 5. etc.*

Quòd stante juramento possit præcisè ad factum compelli si sit possibile, aliàs ad interesse Gratian. *cap. 915. num. 19. etc.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 323. vol. pr. et decis. 324.* ubi an venditor cogatur præcisè tradere, vel præstando interesse liberetur, & refert contrarias opiniones, vide Rot. *dict. decis. 284. nu. 32. etc. part. 9. recent.* ubi etiam *num. 37.* quòd stante impossibilitate est locus præstationi interesse liquidandi, & taxandi ad sortem principalem, vel pretium promissum, facit Sanfelic. *decis. 174. et decis. 216.* ubi an possit executivè procedi.

Quòd obligatio ad factum possit executioni demandari per captionem pignorum, donec debitor tædio affectus, factum promissum adimpleat, Fontanel. *decis. 252. nu. 4. etc.* Rot. *part. 11. recent. decis. 159. n. 21.* facit De Luc. *de empt. disc. 48. sub n. 5. vers. Ubi autem.*

Promissio sub fide, & verbo nobilium per porre- 4
ctionem, & tactum palmarum, non dicitur nuda, sed habet vim juramenti, & tamquam jurata licèt facta absenti, cujus vices supplet Deus, non potest revocari, & habet omnes effectus juramenti, excepta tamen pœna perjurii, Gratian. *disceptat. forens. cap. 722. per tot. cap. 824. num. 23. &c.* Mart. Medic. *Exam. 17. n. 13. &c.* Aliograd. *cons. 102. n. 24. & 25. libr. 2.* ubi tamen quòd continet tacitam conditionem, nisi actus, de quo agitur nimis graviter lædat, aliàs potest illi contraveniri sine offensa honoris, & verbi dati, etiam ipsi Principi, vide in *§. Juramentum num. 8. & §. Laudum n.* vide Altimat. *de nullit. rubr. quæst. pr. sect. 2. num. 68. & quæst. 3. num. 34. & 36. tom. 3. & rubr. pr. part. 4. quæst. 39. n. 82. vers. verum promissio cum seqq.*, ubi pro utraque sententia *tom. 6.* Gobb. *consult. 24. n. 6.*

Promissio de relevando indemnem à molestiis in- 5
telligitur de validis, & efficacibus, non autem de nullis, & inefficacibus, Gratian. *disceptat. for. cap. 723. num. 6.*

Item promissio de aliquem non molestando, vel inquietando sub pœna, intelligitur, nisi culpa adversarii præcedat, Rom. *cons. 138.* Pract. Papp. *form. libel. ad pœnam ex compromis. glos. occasione in Addit. verb. Molestia.*

Promissio indemnitatis facta syndico, vel alteri de- 6
putato ad denunciandum maleficia, ne illa denunciet, sed teneat occulta, est nulla, nec aliquem effectum, vel actionem producit tamquam de re turpi. Cabal. *resol. crimin. cas. 115. per tot.* vide in *§. Syndaci num.*

Promissio facta ob turpem causam, etiam cum jura- 7
mento, obtenta absolutione, sive habilitatione à juramento potest rescindi, & tunc dicitur ob turpem causam, quando quis pro faciendo eo, ad quod gratis tenebatur, recepit pecuniam, vel promissionem, & ideò illam restituere tenetur *glos. in leg. 4. §. penult. verb. repeti, ff. de condit. ob turp. caus.* Paul. Christin. *decis. 11. per tot. vol. 3.* ubi plura de condictione ob turpem causam. Capye. *decis. 95. per tot.* latè Tusch. *litt. O. conclus. 39. per tot.* vide in *§. Delinquens nu. 9. vers. & si unus, §. Tutela num. 55.* Dian. *par. 8.*

tract. 6. resolut. 110. ubi latè probat in foro externo non dari actionem, neque repetitionem pro re turpiter promissa, vel accepta; in foro verò conscientiæ posse retineri, vel deberi turpiter acceptum, vel promissum post peccatum ratione laboris, & periculi suscepti, cum displicentia tamen absoluta delicti commissi, & proposito amplius non committendi, vide *in §. Judex num.* 25. *in fine*, lata Fagundez *de just. & contract. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tractat. de restit. cap.* 7. *de turpi lucro per tot. fol. mihi* 122. *&c.*

Promittens fœminæ ratione turpidinis tenetur etiam in foro conscientiæ adimplere, & quid si pro alio maleficio perpetrando, Gratian. *disceptat. for. cap.* 218. *num.* 6. & vide *in §. Meretrix nu.* 11. & 12. Christin. *dict. decis.* 11. *volum.* 3. latè Urceol. *tractat. de transact. quæst.* 39. *per tot.* Vasquez *dict. cap.* 7. *dub.* 11. *per tot. fol.* 136.

Quòd omnis promissio, vel donatio ob turpem causam facta, veluti ad pejerandum, homicidium committendum, & hujusmodi sit nulla ante peccatum, post verò illud commissum possit sustineri jure naturæ, non propter peccatum, sed propter impensum laborem, & periculum, cui donatarius in gratiam donantis se exposuit, quòd cùm sit pretio æstimabile, est aliqua mercede dignum, Dian. *part.* 8. *tractat.* 6. *resolut.* 102. nec datum subiacet restitutioni, Dian. *loc. citat. resol.* 110. *per totum*, licèt alii contra vide *in §. Judex num.* 21. *&c.* Fagundez *loc. citat.* plenè Vasquez *ubi supra*.

Dixi *jure naturæ*, secùs de jure civili, juxta quod ex re turpi non datur actio, vide in §. *Delinquens num.* 9.

8 Promittens usuras medio juramento tenetur illas solvere, licèt solutas possit repetere, nisi obtinuerit absolutionem à vinculo juramenti ante perjurium incursum, & sic ante lapsum tempus, quo tunc relaxato juramento neque solvere tenetur, *cap. debitores de juram.* latè Sperel. *decis.* 131. *n.* 43. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *libr.* 14. *tit.* 22. *nu.* 331. & *seqq.* ubi docet sex remedia contra hujusmodi juramentum, vide *in §. Debitor num.* & *§. Juramentum num.*

9 Promittens per errorem cum juramento illud, quod erat omni jure indebitum, non tenetur ad observantiam juramenti, cum deficiat consensus, qui non potest suppleri per juramentum, Genu. *tract. de verb. enunciat. lib.* 2. *quæst.* 51. *n.* 34. *&c. fol.* 82.

Quòd promittens solvere debitum intelligatur de vero, & efficaci, & talis promissio relata ad debitum non operetur si reperiatur indebitum, Altogr. *cons.* 44. *n.* 23. *&c. libr.* 2.

Item promittens marito ex causa dotis solvere quantitatem, quam mulieri esse debitam putabat, licèt non possit se tueri à marito, qui habet causam onerosam, tamen benè potest se tueri, vel repetere à muliere, quæ habet causam lucrativam, si verè nihil, vel in tanta summa non erat ei debitum, sed promissio processit ex ignorantia, & cum supposito debiti, Peregrin. *decis.* 93. *per tot.*

10 Promittens cum juramento solvere singulis annis aliquam portionem debiti, si deficiat in uno termino, videtur posse conveniri primæva, & veteri obligatione ad totam summam, cùm inciderit in perjurium, & ceciderit à commodo contractus, in quo non poterit amplius se fundare, *leg. si quis major*, *C. de transact.* Scanarol. *de visit. Carcer*, *leg.* 3. *§. fin. n.* 27. *&c.*

Contrarium tamen cessante dolo, qui requiritur ad incurrendam pœnam, *dict. leg. quiquis major*, varius esse concludit Gratian. *disceptat. forens. cap.* 29. *per tot.* vide *in §. Dispositio num.* & *§. Perjurium num.*

Et potest esse ratio, quia in contractibus nominatis non habet locum pœnitentia, etiam altera parte non observante, nec mora illos resolvit, quæ saltem potest purgari, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 90. *n.* 2. & *part.* 14. *recent. dec.* 582. *per tot.* ubi plura ad excusandum debitorem, cùm in pœnalibus, & odiosis sit capienda interpretatio, per quam debitor minus gravatur.

Et debet pars citari ad videndum declarari moram esse commissam, vide *in §. Debitor n.* 3. *et §. Mora num.*

Promittens solvere in tribus terminis, vel paghis, non expresso tempore termini, vel paghæ finadæ, quo tempore teneatur solvere, dic secundùm Bart. *in leg.* 3. *in fine*, *ff. de ann. leg.* hos tres terminos esse de triennio intelligendos, & sic quemlibet terminum de uno anno, vel secundùm alios de tribus diebus, vel de tribus mensibus, vel hoc totum judicis arbitrio remitti, sicut post relatas opiniones videtur firmare Menoch. *de arbitr. cas.* 53. *per tot.* 11

Promittens per metũ, & postea cessãte metu solvens non potest repetere, cùm per spontaneã solutionẽ videatur purgatus metus, *leg.* 2. *C. quod met. caus.* nisi jurasset, quia tunc videretur potiùs solvere causa vitandi perjurii, Everard. *loc. à vi juram. nu.* 75. Gratian. *discept. for. cap.* 524. *n.* 38. *&c.* 12

Promissio de non offendendo, vide in §. *Cautio n.* 13

Promissio facta ab infirmo, medico, vel chirurgo illum curanti est valida, & implenda, nisi medicus haberet stipendium à Publico, vel daret mala medicamenta, à quibus ut infirmus liberetur aliquid promitteret, Afflict. *dec.* 123. vide in *§. Medicus n.* 14

Promissio extrajudicialis sine causa, tamquam indirecta non valet, potest tamen firmari juramento, nisi jurans sit persona simplex, prout talis præsumitur minor, mulier, & rusticus, Everard *loc. à vi juram. n.* 64. vide *in §. Obligatio n.* 3. *supra num.* 7. latè Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 19. *per tot.* 15

Non valet etiam ubi constat de errore, vel falsa causa, Gratian. *disceptat. for. cap.* 324. & *per tot.* & *cap.* 691. *n.* 31. *&c.* Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *d. cap.* 324.

Promissio de faciendo consentire omnem personam, intelligitur de persona habente jus in re ex causa de præterito, & ideò cùm jus contrahendi oritur post contractum, ad illud non extenditur, Tiraquel. *de retract. lignag. §. pr. glos.* 9. *nu.* 34. *&c.* Cenc. *de Cens. quæst.* 66. *numer.* 75. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 205. *nu.* 5. *&c. cap.* 947. *nu.* 25. Et hoc intelligitur, dummodò intersit emptori, vel alteri Constant. *ad statut. Urb. annot.* 27. *art.* 1. *nu.* 75. *tom. pr.* 16

Promissio de non movendo controversiam, intelligitur etiam pro jure de futuro, & statim committitur nulla expectata sententia, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 672. *n.* 16. *&c.* 17

Facit contra Magon. *dec. Luc.* 7. *n.* 43. *ubi Addit.* vide *in §. Renunciatio n.*

Promissio de manutenendo quid significet, vide *in §. Manutentio n.* 18

Promissio una correspectiva ad alteram, tollitur altera deficiente, vide *in §. Obligatio num.* 19

Promissio facta in locatione de illam renovando finito tempore nullum jus in re tribuit conductori, sed tantùm actionem ad interesse, quòd præstando promittens liberatur, Alex. *cons.* 68. *lib. pr.* Tiraq. *de retract. convent. §. fin. n.* 46. Mart. Medic. *Exam.* 5. *n.* 18. *&c.* ubi infert ad alia plura. 20

Promissio de habitando in certo loco, quid importet, vide *in §. Conditio n.* & *§. Pactum n.* Vide Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 10. 21

Promissio de stando simplici dicto unius an sit valida, Altograd. *cons.* 21. *n.* 23. & *seqq. lib. pr.* ubi distinguit, & conciliat opiniones. 22

Promissio generalis quando restringatur ad præcedentia expressa, Altograd. *cons.* 85. *num.* 10. & *seqq. lib. pr.* vide *in §. Liberatio nu.* & *§. Quietatio n.* 23

Promissio à pluribus facta simpliciter intelligitur pro virili portione, Cavaler. *dec.* 466. *num. pr.* vide *in §. Obligatio n.* 21. latè Tusch. *litt. O. conclus.* 32. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 65. *n.* 2. & 3. ubi quòd conventio de rata non potest de toto intelligi, cùm verbum ratæ sit nomen partis, ac intelligatur de æquali portione, & sic medietate. Vide Pen. *decis.* 1621. & *decis.* 241. ubi Crescin. *in annot.* 24

Promittens factum alienum non obligatur, nisi specificè dicat se facturum, & curaturum; obligaretur 25

tur

tur tamen per juramentum eo meliori modo, quo potest, Everard. *loc. à vi, & energ. juram. num.* 26. Onoor. *Instit. de inutil. stip. §. Si quis alium*, Grat. *discept. forens. cap.* 726. *n.* 12 *&c.* ubi quando liberetur factis diligentiis, vide Marant. *disput.* 7. *per tot.* Afflict. *dec.* 295. ubi Ursil. sed contra Afflict. Viv. *comm. opin.* 670. Soccin. *regul.* 401. *&* 404. *per tot.* vide *in §. Factum n.* 10. *supra num.* 3. Greg. cum Beltramin. *dec.* 241. *per tot.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 284. *nu.* 35. *& part.* 10. *dec.* 43. *nu.* 36. *&c. & part.* 11. *decis.* 150. *per tot.* ubi sequitur Marant. *loc. cit.* Possent. *singul.* 321. ubi quòd obligatur ad omnem diligentiam, ut promissio impleatur. Vid. Em. De Luc. *de Dot. disc.* 62. *n.* 7. *de Donat. disc.* 4. *n.* 16. *de Credit. disc.* 124. *ex num.* 6. *de Renunc. disc.* 13. *n.* 11. *Conflict. abs.* 140. Cabrun. *Lucubrat.* 20. Nicoli. *Institut. tit. de Inutil. §. Si quis alium num.* 4. Pen. & Crescin. *dec.* 564.

Quòd obligetur in foro conscientiæ, & de jure canonico ad faciendum, & curandum, Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part.* 4. *cap.* 4. *nu.* 7. *&c.* Rot. *d. dec.* 43. *n.* 37. *part.* 10.

Quod promittens se facturum, & curaturum cum effectu, ut alius quid faciat, non obligetur ad impossibile, cùm talis obligatio etiam expressa non teneat, sed promissio importet, quòd non simulatè, sed verè, & bona fide quantum in se erit, & cum omni diligentia possibili curabit id fieri, Aret. *cons.* 142. Capyc. *dec.* 93. *num.* 7. *&* 8. Vivi. *comm. opin.* 670. Franch. *dec.* 624. *per tot.* ubi de promittente facere alium ratificare, non teneatur ulterius ad interesse, si fecit suum posse, & ille nolit ratificare, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 119. *num.* 1. *et seqq.* ubi quòd promittens se facturum, & curaturum dicitur suæ obligationi satisfecisse eo ipso quòd fecit omnem conatum, & diligentiam, quamvis non sequatur optata promissio, maximè quando non fuit addita clausula, *ita ut faciendo possibilia*, factum alienum promisisse excusari non possit, vel alia similis æquipollens, ex qua desumatur mens se obligandi, etiam non sequto effectu, quia tunc non sufficerent dictæ diligentiæ, sed opus esset effectu, vel solutione de proprio, & eadem Rot. *d. part.* 13. *dec.* 479. *nu.* 9. *et seqq.* dixi *in §. Pactum*, Rot. *part.* 14. *dec.* 41. *num.* 3. *et seqq.* Bich. *dec.* 266. ubi quando promittens valuerit teneri de proprio. Add. De Pont. *in tract. de Potest. pro Reg. in tit. de success. mulier. in princ. num.* 10., *et* 11., & Coutlaot. *ad Statut. Urb. annot.* 51. *à n.* 27. ubi de materia *tom.* 2. Vide Cabrun. *d. lucubr.* 10. Maotiss. ad De Luc. *lib.* 8. *dec.* 22. *n.* 4. *vol.* 3.

Licèt promissio facti alieni sit sub pœna, si promittens fecerit omne id, quòd potest, ut factum promissum impleatur, non tenetur ad pœnam, etiam illo non sequto, Ferret. *caut.* 43. *per tot.* Afflict. *dec.* 295. ubi Ursil. Gratian. *discept. forens. cap.* 726. *n.* 32. *etc.* Vide Cabrun. *loc. supra citat.*

Quòd difficultas inventa in adimplendo impediat commissionem pœnæ, & solutionē damni, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 41. *n.* 6.

Quòd imò justè apponatur hujusmodi pœna, & possit peti, & exigi, & alia, vide per Duran. *tract. de condit. et mod. imposs. part.* 4. *cap.* 4. *per tot.* Rott. ad De Franch. *dec.* 624.

Et si quis promiserit de judicio sisti, non excusatur faciendo suum posse, sed contra illum fit executio pro judicato, Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap. pr. n.* 19.

Quòd promittens factum alienum, etiamsi adhibuerit aliqualem diligentiam, non liberetur, nec ipse possit agere ad implementum, vel executionem obligationis sibi correspectivè factæ propter dictam promissionem facti alieni, sed teneatur ad interesse, quia corruente uno ex correspectivis, corruit, & alterum, Cavaler. *dec.* 64. *per tot.* ubi loquitur in terminis dotis, & renunciationis correspectivè promissæ, sequitur Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 241. *in fin.* Franch. *decis.* 614. *per tot.* vide Buratt. & Addent. *dec.* 64. Marant. *disput.* 7. *n.* 10. *& seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 34. *& tit.* 35. Gabriel. *de pact. conclus.* 2. *num.* 9. Seraph. *de privil. juram. privil.* 74.

n. 21. Cyriac. *contr.* 303. *n.* 13. *&c.* Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 27. *n.* 8. Rot. *par.* 4. *rec. decis.* 67. *n.* 3. *etc. par.* 11. *dec.* 150. *per tot.* ubi stante expressa conventione jurata mariti de faciendo renonciare uxorem, ita ut non possit excusari fecisse possibilia, & impossibilia, nec factum alienum promisisse, aliàs de proprio, & ad damna, fuit conclusum, non docto de actuali renunciatione, esse relaxandum mandatum contra eum ad factum promissum, ut prævia carceratione, & pignorum captione promissionem adimpleat, vel interesse solvat, Bich. *dec.* 266. *per tot.* facit latè Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 3. *per tot.* vide *infra n. seq. vers. Cùm tamen*.

Promittens aliquid facere tenetur ad observantiam, vel ad interesse, prout magis placuerit ei, ad cujus favorem est implendum, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 924. *n.* 3. facit Sperel. *dec.* 107. *per tot.* Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 173. *& par.* 13. *dec.* 116. *n.* 5. Sanfelic. *dec.* 175. ubi quid stante juramento, Ludovis. cum Beltram. *dec.* 241. 26

Nam propter inobservantiam succedit interesse loco implementi non sequti, Bartol. *in l. stipulationes non dividuntur, ff. de verb. oblig.* Surd. *cons.* 435. *n.* 3. Altograd. *cons. pr. n.* 30. *lib.* 2. ubi tamen *n. seqq.* quòd dictum interesse debetur sub conditione quatenus intersit, & qualiter sit difficilè illud probare, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 116. *n. pr. & seqq.* ubi quòd debet probari cùm requisitis Pauli de Castro, vel negligentia tradendi rem fructiferam promissam, veluti loca Montium, quo casu debentur damna, & interesse loco fructuum, quos consecutus fuisset creditor, & ad ipsam rationem, absque aliis requisitis, & liquidatione.

Quòd imputandum sit ei, qui spontè, & facto proprio in necessitate, & difficultate, ac adimplendi impotentia se posuit, cùm talis promissio fraude, & dolo non careat, benè probat text. *in l. qui bona, §. cùm inter, ff. de damn. infect.* Altograd. *cons.* 42. *n.* 14. *&* 29. *lib. pr.* Franch. *dec.* 624. *n.* 5. *&c.* vide *in §. Obligatio n.* 7.

Cùm tamen omnis promissio, & obligatio intelligatur rebus in eodem statu manentibus, ut dixi *in §. Stipulatio n.* 7. *in fine*, Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 18. *n.* 213. *cap.* 19. *n.* 40. si maritus promiserit correspectivè ad dotem receptam, uxorem suam non molestaturam aliquem, vel renunciaturam ejus prætensionibus, hujusmodi promissio intelligitur durante matrimonio, nam eo dissoluto per mortem viri, & illa transeunte ad secunda vota, si molestiam inferat, (cùm non ratificaverit promissionem primi viri) ad nihilum tenentur ejus hæredes ex dicta promissione, ut benè comprobat Bich. *dec.* 5. *per tot.* quæ est in Ravennaten. Salviani 10. Junii 1539.

Et quando censeatur dicta promissio remissa, vel adimpleta, idem Bich. *dec.* 603. *nu.* 26. *&* 27. dixi in *§. Renunciatio n.* 39.

Promissio simplex de aliquid faciendo, nullo termino adjecto, importat ut statim, vel quàm primum fiat *§. Si incompossibilis Instit. de inutil. stipul. §. Omnis stipulatio de verb. oblig.* Bart. *in l. ita stipulatus n.* 33. ubi Jas. *num.* 21. *ff. eodem*, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 588. *n.* 30. Sperel. *dec.* 107. *nu.* 18. ubi quòd aliàs debetur interesse, quidquid sit pœno, maximè in contractibus ultrò citròque obligatoriis, vide *in §. Obligatio n.* 7. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 103. *n.* 35. *& seqq. per tot. vol. pr.* 27

Promittens aliquid facere, vel solvere in certo loco, nullo adjecto tempore, intra quod solvi, vel dari debeat, non statim adstringi potest, sed tantùm temporis arbitrio judicis indulgendum est, quo commodè promissio adimpleri valeat, cùm in hujusmodi stipulationibus insit tempus tacitè ex qualitate facti, & rei promissæ, *l. continuus*, *§. cum ità ff. de verb. obligat. & l. interdum, ff. eod.* latè Menoch. *de arbitr. cas.* 2. *per tot.* ubi quòd judex tantum tempus concedere debet, quantum viro diligenti sufficere possit pro accedendo ad locum solutioni destinatum juxta personarum qualitatem ad rationem viginti miliarium regulariter pro qualibet die, juxta *l. pr. ff. si quis caut.* vide Christin. *d. dec.* 103. *n.* 35. *& seqq. vol. pr.* 28

Sicut etiam promittenti sine conditione, aliave dilatione aliquid dare, vel facere, tantum temporis indulgendum est arbitrio judicis, intra quod solutionem parare possit, cùm non debeat creditor statim venire cum sacco paratus, Menoch. *de arbitr. cas. 27. per tot.*

29 Promittens aliquid facere, vel præstare contra quamcumque personam, etiam sermone generali, & universali, non præsumitur promisisse contra se ipsum, nec contra suos consanguineos, quia nemo præsumitur velle aliquid dicere, vel facere contra se ipsum, nisi promittens obligetur ex legis dispositione, vel quando non posset comprehendi alia persona quàm loquentis, sive ubi subjecta materia aliud suaderet, vel quando eadem assit ratio in persona loquentis, vel in favorabilibus, vel ubi ex conjecturis aliter constaret, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 44. per tot.* ubi infert ad plura notabilia, vide *in §. Gabella num.* facit Altograd. *cons. pr. nu. 45. &c. lib. pr.* ubi quòd in generali sermone non comprehenditur persona loquentis per *l. inquisitis, C. de solut. &c. petitio ubi glos. de jurejur.* Barbos. *de Axiom. jur. Axiom. 106. num. 10. & seqq.* Ger. Spin. *cons. 13. n. 57. &c.* ubi plura ad limitationem hujusmodi regulæ Ricc. *Collect. 415 r.* ubi illam tribus modis ampliat, vide *in § Dispositio n. 34. & §. Verba n. 4. in fine.* Brunnemann. *in d. leg. inquisitio 18. C. de solut.*

30 Promittens conducere granum ad aliquam locum in tanto tempore sub certa pœna, si sibi solvatur pretium ad talem rationem, illo non soluto, & grano non conducto, non incidit in aliquam pœnam, vel moram, cùm semper hujusmodi promissio sit intelligenda, ut sibi priùs solvatur pretium ad effectum conducendi granum, Gratian. *disceptat. for. cap. 1000. n. 25. etc.* vide *in §. Emptio nu. 51.* facit Rot. *part. 9. recent. dec. 173. et dec. 471. n. 23. et per tot.* Sanfelic. *dec. 216.* ubi an possit executivè agi contra promittentem, non priùs soluto pretio, & alia ad rem, Rot. *part. 15. rec. dec. 230. per tot.* ubi in terminis pacti de solvendo, *volta per volta fatte le consegne.*

Si quis autem simpliciter vendiderit frumentum, & sit in mora tradendi, tenetur ad interesse quanti plurimi, Altograd. *cons. 45. n. 4. etc. lib. 2.* vide *in §. Æstimatio n. 5. et §. Mora num. 9.* latè Rot. *part. 9. rec. dec. 471.* ubi qualiter promittens consignare granum in certo loco, teneatur illud ibidem facere mensurare, & consignare si adsit persona legitima ad recipiendum, aliàs dicatur in mora, & teneatur ad omnia damna, & interesse, etiam quanti plurimi, & rursus Rot. *in eadem causa dec. 489. per tot. d. part. 9.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. tit. 22.* de prohibitia venditione frumenti ante mensem Julii *fol. 257.* ubi plura de contractu, *a pagare, e consignare*, quis teneatur priùs adimplere, & videtur concludere quòd agere volens teneatur priùs ipse adimplere saltem per depositum liberum; de æstimatione quanti plurimi, & hujusmodi, Rot. *part. 25. recent. decision. 230.* ubi revocatis præcedentibus decisionibus resolutum fuit, nulla damna, nec interesse deberi à promissoribus frumenti, cùm à parte adversa non fuerit adimpletum solvando, vel deponendo pretium conventum, & nulla ratio patiatur emptorem potiri fructibus, vel interesse, pretio non soluto.

31 Promittens indemnitatem, tenetur indemnem conservare ab omni damno, & ad subeundum in se judicium, ac statim est obligatus, licèt executio differatur in casum damni, Maur. *de fidejussor. part. pr. sect. 3. cap. 17. in princip.* Addit. ad Pract. Papp. *cons. vendit. glos. promittens*, Gratian. *discept. for. cap. 549. n. 1. &c. ad 12.* vide *in §. Fidejussor n. et §. Venditio n.*

32 Promittens cum juramento inter vivos rem suam non alienare, si postea vendat, transfert dominium, quia juramentum non reddit actum in contrarium sequutum nullum, sed facit jurantem perjurum, Everard. *loc. à vi, et energ. juram. n. 32. in fine*, vide *in §. Juramentum n. 21.* Olea *de cess. jur. tit. pr. qu. 6. n. 70. etc.* Cancer. *var. resolut. par. 2. cap. 8. n. 210. et seqq.* Mascin. *de juram. 4. par. qu. 14. effect. 52. n. 6. etc.*

Promittens facere securum, non tenetur dare fidejussores, sed tantùm se obligare per instrumentum, nisi iterato ex intervallo promiserit, vel plenè, & idoneè, vel nisi sit forensis, & dubitetur de fuga, Maur. *de fidejuss. par. 2. sect. 4. cap. 18.* Marsil. *eod. tract. n. 300. &c.* 33

Promittens aliquem per viam securam ducere, si per inusitatam ducat, & derobetur, tenetur ad damni refectionem, nisi via inusitata esset magis secura, vel nisi promittens, esset cursor commissus, & solitus transire non per viam usitatam, sed per inusitatam, vel nisi propter aliquam justam causam, puta ob excrescentiam fluminis, vel similem omiserit viam usitatam, vel nisi actum fuerit de transeundo per viam insolitam, Soccin. *reg. 403.* Cæpol. & Bartol. *in leg. in itinere, ff. de verb. signif.* 34

Promittens totam, vel integram dotem restituere, intelligitur retenta portione, & lucro sibi obveniente ex statuto, aliàs posset per conditionem ex lege tamquam indebitum repetere. Afflict. *dec. 399. nu. 4.* Natt. *cons. 416.* Gratian. *discept. for. cap. 308. num. 7. etc. cap. 553. n. 36. et cap. 609. per tot.* hanc partem videtur sequi Altograd. *cons. 32. n. 28. lib. 2.* Facit Passatin. *problem. 1. §. 2. n. 7.*

Contrarium quod imò censeatur renunciasse lucro dotali per dictas dictiones, *totam, vel integram*, Roland. *de lucr. dot. quæst. 39.* Surd. *de aliment. tit. 2. qu. 15. n. 230.* sequitur Gratian. *discept. for. cap. 46. nu. 19. cap. 264. nu. 13. etc.* plures alios allegat Altograd. *d. cons. 32. n. 12. etc.* nec videtur dissentire *sub num. 28.* vide in *§. Maritus num....*

Promittens rem pupilli salvam fore, non potest conveniri ante tutorem, cùm videatur promisisse sub conditione, si tutor non solverit, nec tenetur nisi ad id, quod venit in actione directa, nec de gestis post finitam tutelam, nisi sint dependentia, & connexa, unde licèt tutor teneatur utili actione pro non administratis tamquam pro contutore fidejusserit, non poterit conveniri dictus promittens, vide Grat. *discept. for. cap. 86. per tot. cap. 718. n. 4. etc.* Montan. *de tut. cap. 39. n. 114. etc.* ubi facit contra, sed vide eumdem ibi *n. 122. et 225.* Paul. Christin. *dec. 168. per tot. vol. 3.* ubi alia plura de ac materia. 35

Quòd non teneatur de gestis post pubertatē pupilli, *l. Lucius Titius 47. §. Paulus, ff. de admin. tut. l. tutorē 38. ff. eod.* Merlin. *dec. 338. num. 12.*

Quòd si sint plures, insolidum teneantur, nec beneficium divisionis habeant, *l. ultim. ff. rem pupil. salv. for. l. si plures, ff. de administr. tut.* Montan. *de tut. cap. 32. reg. 7. n. 17.* Paul. Christin. *d. decis. 168. nu. 7. &c. volum. 3.*

Promittens solvere, debet solvere in pecunia numerata, si verò simpliciter promiserit satisfacere, potest dare pignora, vel fidejussores, ita ut dicatur satisfacere quomodocumque creditori consulatur, Gratian. *discept. forens. cap. 92. nu. 45. &c. cap. 530. n. 13. &c.* 37

Quòd volente creditore promissio de solvendo sit idem quòd solutio, idem Gratian. *cap. 553. n. 9. &c.*

Promittens solvere, quod ab aliis solvetur, si fiant diversa pretia, tenetur ad minimum, cùm interpretatio sit facienda contra eos, qui se fundant in hujusmodi promissione, Guid. Papp. *dec. 252.* Natt. *consil. 229.* Gratian. *discept. forens. cap. 187. per tot.* vide *in §. Venditio n. 49.* 38

Quid importet promissio solvendi prout alii solverunt, Tusch. *litt. O. conclus. 41.*

Promittens scuta centum, vel aliam summam, intelligitur promisisse de scutis currentibus, & usualibus in loco ubi proferuntur verba, quæ sunt interpretanda secundùm communem usum loquendi illius loci, Gratian. *disceptat. forens. cap. 565. num. 12. & seqq.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 76. per tot.* Surd. *dec. 227. per tot.* ubi quòd debet attendi valor loci contractus etiam in dote, vide, *in §. Legatum num...* Latè Hodiern. ad Surd. *dict. dec. 227.* 39

Promittens solvere, vel dare pignora intra aliquod tempus, potest præcisè compelli ad solutionem, nec auditur volens dare pignora, cùm hoc casu electio sit 40

credi-

creditoris, ad cuius cautelam videtur apposita hujusmodi alternativa, Gratian. *disceptat. forens. cap* 164. *num.* 16. *&c.* latè Merlin. *decis. de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *qu.* 125. *per tot.* ubi testatur de magis communi opinione, licèt dicat contrarium esse fortè de jure verius, & sibi magis placere, sequitur Altograd. *cons.* 37. *num.* 31. *et* 32. *lib.* 1.

In contrarium facit idem Gratian. *cap.* 544. *in princ. et decis.* 117. *numer.* 2. *et seqq. in Addit.*

Quando electio sit debitoris, latè Magon. *dec. Luc.* 16. *per tot.* Sperel. *decis.* 40. *num.* 8. *et seqq. num.* 28. *ect.* vide in §. *Electio num.* 1.

Item promittens solvere creditori, vel repræsentate debitorem ad carceres, potest præcisè compelli ad solvendum, cum hæc non sit alternativa rerum, in qua electio esset debitoris, sed personarum, & remediorum, in qua electio est creditoris, qui licèt semel unam viam elegerit potest ad alienam viam redire, donec remaneat satisfactus, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 338. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 26. *num.* 3. vide *in* §. *Electio num.* 1. Vidend. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*, ubi latè.

Si tamen dictum fuerit, quod non facta solutione tempore convento, ex nunc prout ex tunc censeatur datum pignus, vel quid aliud in solutum juxta æstimationem fiendam, commissa mora non potest agi ad pecuniam, cùm per dationem in solutum sit extincta obligatio, & illa contentus esse debeat creditor, quidquid aliqui tenuerint dationem insolutum habere locum tantummodò volente creditore, & non aliter, Surd. *dec.* 113. *per tot.* Vidend. Hodiern. *ad dict. dec.* Surd.

41 Promittens deponere aliquam pecuniæ quantitatem, ad effectum reinvestiendi, si non adimpleat tempore convento tenetur ad interesse, vide *in* §. *Interesse num.*

42 Promittens aliquid facere, ad nihilum tenetur, nec dicitur negligens, nisi præcedat declaratio voluntatis, & requisitio illius, ad cujus favorem promisit, Gratian. *discept. forens. cap.* 748. *num.* 2. *&c.*

Quòd promittens aliquid facere censeatur promisisse, quòd contrarium non faciet, Tulch. *lit. P. conclus.* 909.

43 Promittens extinguere censum, videtur etiam promisisse solutionem fructuum, cùm nisi solutis fructibus, non possit redimi census, & ideò obligatus ad consequens, tenetur etiam ad necessarium antecedens, & è contra, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 924. *num.* 16. *&c. num.* 46. *&c.*

44 Promittens uni vendere, si is, cui vendi fuit promissum interpellatus emere recuset, potest aliis ad libitum vendere, *l. qui Romæ*, §. *cohæredes ubi DD. ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. cas.* 37. *n.* 1. *&c.*

45 Promittens sub pœna aliquem tractare ut filium, vel ut fratrem, sive aliquam ut uxorem, quid præstare debeat, ne pœna committatur, & quomodo tractare teneatur hujusmodi stipulatorem, Menoch. *de arbitr. cas.* 501. *per tot.*

46 Promissio pluries facta quando una, vel plures dicatur, ita ut multiplicetur debitum, vide *in* §. *Confessio num.* 27. Tusch. *litt. O. conclus.* 31. *per tot.*

47 Promissio facta de solvendo omnia debita testatoris, intelligitur de debitis legitimis, & eodem modo intelligitur etiam obligatio fidejussoris, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 98. *num.* 19. *&c* vide *in* §. *Testator num.* 3. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 297. *per tot.* ubi quòd emptor, qui per verba universalia promisit solvere omnia debita venditoris, tenetur tantùm pro rata pretii conventi, & non ultra, sed ego intelligo actione personali, secùs in actione reali, nisi possit se anterioritate aliorum tueri, ut dixi in §. *Emptor*. Vide Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 7. *à n.* 13.

48 Promissio facta per verba generalia, curialia, & adulatoria non inducit aliquam obligationem, & ideò dici solet, *Cortesia di bocca assai vale, e poco costa*, nisi fortè esset jurata, vel favore libertatis, sive alterius piæ causæ, Viv. *comm. opin.* 668. vide in §. *Verba num.* 5. ubi plures allegavi.

49 Promittens aliquid solvere, intelligitur promisisse quatenus de jure solvere teneatur, sicut etiam assumens in se aliquod onus, intelligitur quatenus onus sit legitimè impositum, maximè si dixerit solvere, *a chi s' aspetta*, quia hæc verba exponuntur cui de jure, & ideò si de jure non sit debitum, ad nihilum tenetur, Surd. *cons.* 53. *num.* 20. Afflict. *decis.* 399. *num.* 14. Gratian. *decis.* 114. *nu.* 16. cum aliis per Bich. *decis.* 87. *num.* 2. *& seqq.* Passarin. *problem. legal.* 1. §. 2. *num.* 6.

Promittens solvere in pluribus locis specificatis, & generaliter ubique locorum, non potest conveniri in loco remotiori ex expressis, ad tradita per Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 231. *per tot.* Vide Altim. *de nullit. rub.* 1. *part.* 5. *q.* 47. *n.* 503. *&* 504. *tom.* 7. 50

Promissio facta absenti, an obliget ante acceptationem, maximè stante juramento, Fagundez *de just. & contract. lib.* 3. *cap.* 5. *per tot.* & dixi in §. *Donatio* ubi plura. Vide Rubeum *de Confuss. cap.* 2. *nu.* 147. *&* 148. 51

De variis, & diversis promissionibus, & eorum effectibus habentur multa notabilia per Bertachin. *in Repert. verb. Promissio*, Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *sect.* 2. *eod. verb.* & alia remissivè per Castejon. *Alphab. juridic. verb. Promissio*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb.* Card De Luc. *in Indic. gener.* Mantiss. ad eumdem Rub. Rocc. Castald. Altimar. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni. 52

De promissione de rato, ut obliget ad interesse ratificatione non sequta, & quando secùs, Anton. Gob. *Consult.* 106. *per tot.* Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 464. *num.* 9. *tom.* 2. 53

Promissio, sive pollicitatio alteri facta sine petitione, vel interna cum intentione se obligandi, an valeat, & sit servanda in utroque foro; de facto alieno, an, quando, vel ad quid obliget, vel non; item de promissione sponsalium simplici, vel sub conditione si fuerit virgo, vel ob actum venereum, vel ob aliud maleficium, vel sine causa, vel per curialia, & hujusmodi, quid operentur, vel non in utroque foro, latè Valer. *de differ. utriusque fori*, *verb. Promissio per tot.* 54

Promissio solvendi aliquid in eventum incertum, vulgo nuncupata, *Scomessa*, an, & quando subsistat, vel non, tam de jure communi, quam municipali, & ex Apostolicis Constitutionibus, vide in §. *Ludus num.* 10. *& num.* 15. *in his addit.* & faciunt etiam notata *in* §. *Assecuratio.* 55

Promissio sine causa quomodo possit sustineri, dixi in §. *Obligatio num.* 3. 4. *&* 41. 56

Promissio restricta ad casum molestiarum super pecuniis receptis an, & quando extendatur ad casum molestiarum super prædio latè Caprat. *decis.* 327. *à n.* 3. *cum seqq. part. pr.* 57

Promittens soluere scuta centum annua ejus vita durante, subdendo, quod post mortem promittit relinquere in testamento, quod perpetuò solvantur, non potest in testamento mutare dictam promissionem, & obligationem, mandando consignationem ratæ census similis reddituus; Et latè discutitur hujusmodi promissio, cum distinctione casuum Caprar. *decis.* 583. *per tot. tom.* 2. 58

In transactione inita cum clausula insolidum, & promissione illam ratificare faciendi a Contrahente absente, an, & quando promissor teneatur ad damna & interesse, etiam factis diligentiis pro habenda ratificatione, eaque non reportata Caprar. *decis.* 26. *à n.* 6., ubi quod tenetur, quia non est promissio facti alieni simpliciter. 59

Promissio solvendi in certa specie infert, quòd pecunia est in obligatione, species verò in solutione. Rot. *dec.* 655. *nu.* 4. *&* 5. *part.* 4. *tom. pr.*, *& dec.* 63. *nu.* 9. *part.* 13. *rec.* Card. De Luc. *de Dote disc.* 158. *n.* 23. *in fin.* Mantiss. ad eumd. De Luc. *dec.* 13. *n.* 6. *lib.* 6. *vol. pr.* 60

Promissio facti alieni favore dotis resolvitur in absolutam ipsius promittentis obligationem. Modern. Lucen. *cons.* 619. *n.* 3. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 26. *n.* 3. *lib.* 6. *vol. pr.* 61

Promissio aliquid tradendi pro alio in actu consignationis pretii, non dicitur fidejussio. Rot. *dec.* 258. *n.* 10. *part.* 10. *rec.* Mantiss. ad De Luca *dec.* 28. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 8. *vol.* 3. 62

63 Promiſſio ſolvendi certam quantitatem in ingreſſu Capituli, & prębendæ Canonicalis, nō tenet. Franch. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 13. *n.* 42. Rot. cor. Coccin. *dec.* 829. *n.* 4. *&* 5. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 3. *lib.* 14. *n.* 14. *vol.* 4.

64 Promiſſio concepta ſub certis qualitatibus, nullam actionem præſtat illi, in quo eæ deficiunt. Ber. *conſ.* 24. *n. pr. vol. pr.* Rot. coram Seraphin. *dec.* 670. *n. pr.* coram Coccin. *dec.* 117. *n. pr.* & coram Merlin. *dec.* 894. *n.* 2. Caprar. *dec.* 295. *n. pr. part. pr.*

65 Promiſſio annuæ præſtationis pro dote, quæ conſtituitur in limine fundationis, ſeu erectionis Monaſterii, & Eccleſiæ, dicitur perpetua, irrevocabilis, & immutabilis. Caprar. *dec.* 583. *n.* 25. *part.* 2.

66 Promiſſio, quæ fit pro majori cautela, & ſecuritate contrahentis, non alterat obligationem jam perfectam. Rot. coram Priol. *dec.* 350. *nu.* 37. Caprar. *dec.* 583. *n.* 30. *part.* 2.

67 Promiſſio certæ ſummæ, facta à viro in Inſtrumento dotali *pro præmio primi oſculi, ſeu antephati*, nullo modo reputari valet donatio propter nuptias. Caprar. *dec.* 604. *n.* 6. *part.* 2.

68 Promittens adimplere alienam obligationem dicitur fidejubere. Caprar. *dec.* 138. *nu. pr. part. pr.* Si tamen ſtipulatus fuit ſibi pretium ſolvi, non amplius fidejuſſor, ſed principalis dicitur, dum ad propriam utilitatem negotium gerit. Caprar. *ibid. n.* 2.

69 Exceptio promiſſionis facti alieni non admittitur, ubi quis in caſu moleſtiatum voluit teneri de proprio abſque ulla excuſatione, ſed promiſſio debet ſuum effectum ſortiri. Rot. *dec.* 43. *n.* 3. *part.* 10. *&* *dec.* 150. *n.* 8. *&* 9. *part.* 11. *&* *dec.* 479. *nu.* 12. *part.* 13. Caprar. *dec.* 601. *n.* 2. *part.* 2.

70 Promittens de evictione ex dato, & facto ſuo tantum & non alias &c., non tenetur de facto ejus auctoris, nec de evictione. Mangil. *de evict. quæſt.* 51. *n.* 27. Caprar. *dec.* 363. *n.* 4. *part. pr.*

71 Promittens ſolvere ſummam conventam intra certum tempus, ſi illud ſit elapſum, & non facta ſolutio, dicitur comiſſa talis crediti ſtipulatio. Caprar. *dec.* 348. *n. pr. part. pr.*

72 Promiſſores ubi ſunt plures, unus non valet præjudicare aliis abſentibus, & ignorantibus. Neguſan. *de pignor. part.* 3. *membr.* 2. *n.* 52. Rot. coram Celſ. *dec.* 354. *n.* 6. Caprar. *dec.* 295. *n.* 4. *part. pr.*

73 Promiſſio quælibet ad tempus initi contractus reſtringenda eſt Card. De Luc. *de Alien. diſc.* 29. *nu.* 16. *&* *diſc.* 45. *num.* 4. Rot. coram Bich. *dec.* 111. & coram Peutinger. *dec.* 467. Anſald. *dec.* 27. *n.* 7. *part. pr.*, Et conſiderari debet de tempore contractus, nec attenditur, quid poſtea contingat Rocc. Epiſc. *cap.* 137. *n.* 38.

74 Promittens de facto ſuo intelligitur etiam de hærede. Text. *in l. Heredem n.* 2. *ff. de reg. jur.* Rub. *de Confuſ. Jur. cap.* 9. *n.* 6.

75 Promiſſio de vendendo feudū ſub reſervatione aſſenſus Principis habet implicitum ſtatum validitatis, & ſuperveniente aſſenſu nō requiritur novus conſenſus, ſed ad initium poſſeſſionis fit retrotractio; Et promiſſio de vendendo feudum, cum non pariat niſi ſimplicem actionem perſonalem ad implendum, neque ſuper feudo jus tribuat indiget aſſenſu, & alia Rocc. Epiſc. *cap.* 62. *n.* 24. 38. 40. *&* 41.

76 Promiſſio non operatur translationem dominii, nec jus reale in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit Jus quæſitum De Luc. *de Feud. diſc.* 66. *ſub n.* 6. *&* 7. *de Regal. diſc.* 194. *n.* 3. *de Cenſ. diſc.* 41. *n.* 6. *de Empt. diſc.* 48. *n.* 5., ubi declaratur.

77 Promiſſio abſenti facta eſt revocabilis, & non producit obligationem De Luc. *de ſervit. diſc.* 86. *n.* 5., Sed hoc fallit favore piæ Cauſæ Idem De Luc. *Miſcel. diſc.* 30. *n.* 22.

78 Promiſſum ad tempus, eo elapſo non debetur Card. De Luc. *de Camb. diſc.* 9. *n.* 2. *diſc.* 11. *nu.* 3., ubi tamen hoc declaratur.

79 Ex duobus, quibus fuit promiſſum vendi Loca montium, potior eſt conditio primi Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 41. *n.* 7.

80 Promiſſio redditus annui cenſetur facta in tot bonis, ex quibus ille percipiatur De Luc. *de Fideic. diſc.* 134. *n.* 5., ubi tamen quod incertitudo bonorum non eſt apta importare dominii translationem; Et bona dicuntur potius eſſe in facultate ſolvendi, quàm in obligationem Idem De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 137. *n.* 4.

Promiſſio non revocandi donationem cauſa mor- 81
tis intelligitur niſi donantem pœniteat Boſcol. Parmenſ. inter oper. Card. De Luc. *in contr. feud. art.* 2. *n.* 86. *&* 174.

Promiſſio Eccleſiaſticorum de contribuendo pro 82
oneribus eſt ſervandu Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 58. *n.* 6.

§. PRONOMEN. LIV.

PRonomina poſſeſſiva meum, tuum, & ſuum, 1
regulariter ſignificant dominium, vel quaſi, *leg. ſuo, ff. de leg.* 3. Bart. *in leg. quintus, ff. de aur. & argent. leg.* ubi addit fallentias, Caldas Pereyr. *tract. de empt. & vendit. cap.* 10. *n.* 1. *& ſeqq.* Cyriac. *controv.* 378. *nu.* 6. 32. *&* 56. Vela *Diſert.* 46. *nu.* 3.

Quòd regulariter reſtringant diſpoſitionem ad bona tantùm præſentia, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 98. *num.* 4. *cap.* 204. *num.* 18.

De pronominibus poſſeſſoriis, quid ſignificent, 2
plura Bertachin. *in Repert. verb. Pronomina, verb. Meus, & verb. Suus per tot.*

Quòd pronomina meum, ſuum, &c. reſtringantur ad tempus præſens, & diſpoſitionis, Surd. *conſ.* 357. *n.* 12. *& ſeqq.* relatis à Cyriac. *controv.* 455. *num.* 25. vide Covar. *pract. quæſt. cap.* 2. *nu.* 2. *& ſeqq.* Vela *Diſert.* 46. *n.* 22. *in fine*.

Pronomina meum, & tuum poſtquàm fuerunt inventa, actum fuit de aureo ſæculo Paul. Rub. *pract. reſol. cap.* 53. *n.* 235.

Pronomen *ſuis* verificatur etiam in hærede grava- 3
to, cum donec vivit, dicatur Dominus bonorum licèt fideicommiſſo ſubjectorum Palm. *nep. alleg.* 332. *n.* 35. *tom.* 4.

Pronomina *meus, ſuus, & tuus* quam parentelam, 4
vel proximitatem pertentiant gravati, vel teſtatoris Carl. Ant. De Luc. *de Lin. legal. lib.* 2. *art.* 66. *n.* 3.

Pronomina poſſeſſiva, ut *ſuus, meus ipſius* indi- 5
cant originem Carl. Ant. De Luc. *de Lin. legal. lib.* 2. *art.* 38. *n.* 2.

Pronomen *ipſius* eſt poſſeſſivum, & indicativum 6
cauſæ efficientis Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 179. *nu.* 37. *cum ſeqq.* Emerix jun. *deciſ.* 1216. *n. pr.*

Pronomen *ipſius* limitat, ac reſtringit orationem univerſalem Emerix jun. *dict. deciſ.* 1216. *ſub n. pr.*

§. PROROGATIO LV.

PRorogatio jurisdictionis an admittatur in crimi- 1
nalibus, Clar. §. *fin. quæſt.* 42. vide in §. *Juriſdictio num.* 7. Viv. *comm. opin.* 672.

Quòd ſuppoſitis terminis habilibus, prorogatio juriſdictionis fieri poſſit non tantùm in civilibus, ſed etiam in criminalibus, & quomodo, Farinac. *quæſt.* 7. *num.* 4. Boſſ. *tit. de for. compet. num.* 71. *&* 178. *&c.* Decian. *tractat. crim. lib.* 4. *cap.* 23. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 257. *& ſeqq. fol.* 94. Marcian. *Diſput. forenſ. cap.* 96. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.* 925. *& ſeqq.* ubi quid ſit, quotuplex, qualiter fiat, quando dicatur facta, & alia Ridolfin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 355. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 322. 2449. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 64. *num.* 63. *& ſeqq.* ubi de prorogatione juriſdictionis in cauſa criminali, per non appoſitionem proceſſati, & ratihabitionem ſuperioris, Fontanel. *deciſ.* 375. *&* 376. latè Berlich. *concl.* 5. *à n.* 17. *tom.* 1.

Plura de materia prorogationis juriſdictionis tradit Carleval. *de Judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 8. *per tot. fol. mihi* 213. *&c.* ubi per ſex ſectiones declarat, quid, & quotuplex ſit prorogatio, quænam ſint ad prorogationem neceſſaria, à quibus poſſit fieri prorogatio, quorum judicum juriſdictiones poſſint prorogari, quæ cauſæ prorogationem admittant, vel non, & qui ſint prorogationis effectus, idem Berlich. *dict. concluſ.* 5. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *qu.* 10. *& ſeqq. tom.* 1.

Quòd facta ſemel prorogatione juriſdictionis per con-

consensum in judicem, ooo possit amplius tevocari, & incompetentia allegari, & qualiter hujusmodi prorogatio possit fieri etiam à procurarore, quando mandatum est valda generale, *& cum libera &c.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 36. *num.* 29. *et seqq. per tot.*

2 Prorogatio, seu dilatio facta debitori, non prodest fidejussori; potest tamen debitor tamqnam procutator io rem suam, & legitimus defensor ex propria persona comparere ad opponendum de dilationa, qnando aliàs tedderetur inntilis propter retorquotionem executionis, Gratian. *discept. forens. cap.* 290. *num.* 38. *etc. cap.* 12. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *num.* 123. ubi distinguit, Marsil. *de fidejuss. num.* 275. dixi *in Pract.* §. *Prorogare num.* 4.

3 Prorogatio termini ad solvendum facta debitori, liberat fidejussorem, quando terminus erat appositus ad finiendam obligationem fidejussoris; secùs autem si etat tantùm appositus solutioni, vel si fidejussor consentiat, Addit. ad Pract. Papp. *contr. plur. reos debendi, glos. solutionem*, Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 10. §. 33. *per tot.* Viv. *comm. opin.* 673. Marsil. *eod. tract. num.* 89. Gratian. *disceptat. for. cap.* 68. *n.* 36. *etc.* Thes. *decis.* 125. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 31. *per tot.* vide in §. *Fidejussor num.* 46. §. *Navatia nu.* 14. *in resol. cap.* 30. *num.* 9. *et* 10. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 1. *de fidejuss. per tot.* Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 88. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 34. *nu.* 1. *et seqq.* Berlich, *conclus.* 25. *per tot. tom.* 2. Heting. *de Fidejussor. cap.* 10. §. 12. *per tot.*

Quòd ut plurimum terminus censeatur appositus ad sollicitandam executionem, non ad obligationem finiendam nisi aliter appareat de volnntate contrahentium expressa, vel tacita ex conjecturis, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *num.* 103. *etc. fol.* 155. ubi tradit tres tegulas magistrales ad id cognoscendum.

4 Prorogatio termini debet fieri durante adhue primo termino, nam eo elapso non prorogatio, sed nova diceretur concessio, & plura de hujusmodi prorogationibus, quomodo fiant, & quid operenrur, Gabriel. *comm. concl. tit. de dilat. concl.* 2. 3. *et* 4. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *nu.* 93. *et seqq. fol.* 154. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 357. *nu.* 5. *et seqq.* ubi quòd dum fuit obtenta durante primo termino, non dicitur nova gratia, sed prioris prorogatio, & factum in termino prorogato perindè est ac si factum fuisset io primo, Costa *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 29. *per tot.* ubi plura quando, & quomodo prorogatio retrotrahatur ad principium actus prorogati, latè Em. De Luc. *de Feud. disc.* 4. *num.* 24. *et* 25. *et in Annot. num.* 4. Berlich. *concl.* 30. *num.* 25. *et seqq. tom.* 1.

Quòd prorogatio possit legitimè obtineri etiam in ultimo momento temporis, & obtenta suffragetur, etiam non facta mentione, quòd esset impossibile publicari in primo termino, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 35. *num.* 5. *&c.* Berlich. *concl.* 38. *num.* 68. *tom.* 1.

Quòd pendente dilatione possit dari alia dilatio, quæ incipit finita prima, Bart. *in leg. quandiù col. ultim. in fine, ff. de acquir. hæred.* Soccin. *reg.* 127. *limit.* 16. Gabriel. *comm. conclus. tit. de dilat. conclus.* 1. *num.* 24. *limit.* 15. Jordan. *loc. citat. num.* 62. Ricc. *decis.* 154. ubi benè declarat, & Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 343. *num.* 32. *&c.* ubi quòd nec etiam opus est citatione partis, cum ei non sit jus quæsitum ante lapsum temporis.

Quòd litteræ dilatoriæ incipiant currere à die impetrationis, & non præsentationis, Pecch. *de jur. sisten. cap.* 45. *nu.* 2. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 70. *in fine vol.* 2.

5 Prorogatio magis de facili conceditur, quàm quòd actus de novo fiat, an inducat novum actum, vel sit idem eum prorogaro, quòd simpliciter facta censeatur cum omnibus pactis, & alia da prorogatione instantiæ, & jurisdictionis, latè Tusch. *litt. P. conclus.* 920. *cum pluribus seqq.* Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 343. *nu.* 3n. ubi quod tempus prorogatum censetur unum, & idem eum termino prorogato.

Quòd prorogatio non soleat esse longior primo termino Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 418. *num.* 2. ubi concordantes allegat. Vide De Luc. *de Canonic. disc.* 39. *num.* 6.

Qualiter prorogatio præsumatur facta cum omnibus eisdem qualitatibus, quibus erat factus primus actus, qui fuit prorogatus, sive prorogatio sit facta incontinenti, sive ex intervallo, intelligendo de qualitatibus ex voluntate partium dependentibus, non autem quoad præjudicium tertii, quid in pœnalibus, & alia, Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1240. *per tot.* Gabriel. *comm. conclus. tit. de dilat. concl.* 2. *per tot.* Berlich. *concl.* 25. *num.* 8. *tom.* 2. Crescin ad Abeccles. *obser.* 76. *n.* 13. *part.* 1.

De diversis prorogationibus habentur plura notabilia penes Bettachin. *in Repertor. verb. Prorogat.* 6
Card. De Luc. Mantiss. Altimar. Rocc. Ansald. Emer. Captar. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

De prorogatione jurisdictionis, latè Carleval. *de* 7
judic. lib. 1. *quæst.* 8. Altimar. *de nullit.* Berlich. *part.* 1. *conclus.* 5. aliique plures citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Jurisdictio*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Prorogatio fol.* 438. *&c.* De Luc. Ansald. & alii moderni, de quibus supra.

Prorogatio non potest dare jurisdictionem, & competentiam, quæ non adsit De Luc. *De Jurisdict. disc.* 110. *à num.* 10. Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 57. *n.* 79. *tom.* 2.

Prorogatio civilis coram Judice criminali fieri non 8
potest Zuff. *de legit. process. quæst.* 49. *à n.* 52. Cortiad. *dec.* 35. *nu.* 5. *&* 31. ubi etiam an fieri possit è contra.

Jurisdictio tributa in causis criminalibus non potest prorogari ad causas civiles Rota coram Peo. *decis.* 148. *part. pr.*

Episcopus potest prorogare terminum patronis, & 9
tempus prorogatum dicitur auferre sibi de suo semestri Episc. Piton. *de Jurep. alleg.* 100. *n.* 172. *tom.* 2.

Prorogari nequit a Partibus Jurisdictio Feudatarii 10
Rube. *de confuss. Jur. cap.* 3. *n.* 107., ubi loquitur in terminis Decreti de majore Magistratu.

Quid & quotuplex sit prorogatio, & quæ requi- 11
sita sint necessaria ad eam Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 10. *per tot. tom. pr.*

Quænam personæ possint prorogare jurisdictionem, 12
& illa potest prorogare qui non est probibitus, & quinam possint prohibere prorogationem Altimar. *loc. cit. q.* 11. *per tot.*

Quælibet jurisdictio voluntaria, & contentiosa, 13
ordinaria, & delegata potest prorogari Altimar. *ubi supra quæst.* 12. *per tot.* Vide Palm. sep. *dec.* 405.

Omnes causæ admittunt prorogationem, & de ef- 14
fectibus prorogationis Altimar. *ubi supra quæst.* 13. *&* 14. *per tot.*

Prorogatio dicitur prioris tituli continuatio & 15
conservatio Spad. *cons.* 72. *libr.* 3. Valenzuel. *cons.* 52. Caprar. *decis.* 154. *nu.* 13. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 2. *decis pr. n.* 14. *&* 15. *vol. pr.*

Prorogationes officiorum per Conservatores, seu 16
Decuriones in alias personas ultra comprehensas, nequeunt fieri in præjudicium Conservatorum successorum: quidquid sit de prorogatione officii temporanei in eadem persona, quæ dicitur permissa: cum declaratione Constitutionum Apostolicarum, ac Statuti Urbis, & authoritatum io hac materia allegatarum, & observantiæ. Caprar. *dec.* 208. *per tot. part. pr*

Prorogatio termini dati ad appellandum potest fieri 17
infra decem dies, secus illis elapsis. Altimar. *de nullit. rub.* 8. *quæst.* 11. *n.* 10. *tom. pr.* Prorogatio an admittatur in causa appellationis. Altimar. *loc. cit. rub.* 9. *quæst.* 13. *n.* 7. *tom. pr.* Prorogati Judicis sententia revidetur per superiorem illius Judicis in gradu appellationis. *d. rub.* 9. *quæst.* 14. *n.* 4. *&* 5. *tom.* 1.

Prorogari an possit terminus annorum triginta ad 18
dicendum de nullitate sententiæ, per viam actionis. Gratian. *discept.* 710. *n.* 18. *& seq.* Altimar. *de nullit. rub.* 8. *quæst.* 11. *n. pr. & seq. tom. pr.*

Prorogare alterius jurisdictionem procurator non 19
potest sine speciali mandato Cancer. *var. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 228. *in fin.* Altimar. *rub.* 9. *quæst.* 12. *num.* 34. *tom. pr.* Pro-

20 Prorogata Jurisdictione utitur Judex successor. Altimar. *de Nullit. rub. 9. quæst.* 14. *n. pr. tom. pr.*

21 Prorogatus Judex exequitur sententiam per ipsum latam. Decian. *in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 11. Seace. *de sentent. gloss.* 7. *q.* 3. *nu.* 118. Altimar. *ubi sup. n.* 7. Limita *n.* 8.

22 Prorogatus Judex potest cogi sententiare, & delegare causas prorogatas, sicut proprias. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 14. *n.* 9. & 10. *dict. tom. pr.*

23 Prorogatio termini ad faciendam publicationem continere debet mentionem litis, aliàs est nulla Card. De Luc. *de Benef. disc.* 36. *num.* 10. 11. & *seq.*, ubi alic.

24 Prorogatio non tollit jus alterius. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 6. *sub n.* 10.

25 Prorogatio Jurisdictionis Legati, vel Nuntii, an fieri valeat in prima instantia. Card. De Luc. *Miscell. Eccles. disc. pr. n.* 62. & 63.

26 Prorogatio Dominii non inducit novum dominium. Castr. *cons.* 389. *lib. pr.* Decian. *cons.* 11. *n.* 29. *lib. pr.* Card. De Luc. *de Feud. disc.* 4. *n.* 24

27 Prorogatio primæ investituræ fieri prohibetur à Constitutione Piana. Card. De Luc. *de Feud. disc. pr. n.* 12. & *disc.* 44. *n.* 10.

28 Prorogatio habetur, ac si à principio actna fuisset apposita. Mantiss. ad De Luc. *dec. pr. lib.* 2. *nu.* 19. *vol. pr.*

29 Prorogatio verificari, & intelligi non potest, quando additur nova persona, quæ nullum jus habebat, quia hoc casu dicitur nova concessio Bart. *in l. dies cautionis n.* 3. *ff. de damn. infect.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 2. *lib.* 2. *n.* 14. *vol. pr.*

30 Terminus prorogatus, seu tempus prorogatum censetur idem cum primo præfixo Rot. *rec. part.* 6. *decis.* 277. *n.* 10. Ridolph. *in Prax. part. pr. cap.* 11. *n.* 34. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 76. *n.* 12. *part. pr.*

31 Dies prorogati sequuntur naturam dierum, quorum loco subrogantur Flores de Men. *libr. pr. var. quæst.* an. Giurb. *cons.* 99. *n.* 13. Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 8. *n. pr. tom. pr.* Crescin. ad Abeccles. *loc. cit. n.* 14.

32 Prorogatio an fieri possit ab Arbitris absque partium citatione quando arbitris fuit data facultas prorogandi Palm. nep. *alleg.* 155. *alleg.* 156. & *alleg.* 257. *tom.* 2.

§. PROTESTATIO. LVI.

1 PRotestatio conservat jus protestantis, nisi esset contraria facto, quia tunc non relevaret, Gratian. *discept. forens. cap.* 515. *num.* 7. &c. *cap.* 730. *n.* 21. &c. *cap.* 962. *nu.* 31. & 47. *cap.* 980. *n.* 3. Tusch. *litt. P. conclus.* 938. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 262. *num.* 10. &c. *vol.* 2. Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 76. *num.* 53. ubi quòd quoties factum contrarium liberum non est, sed coactum, protestatio prævalet facto contrario. Emeria jun. *decis.* 1031. *n.* 6. Caprar. *decis.* 526. *n.* 12. & *decis.* 490. *n.* 5.

Plura de protestationis virtute, & quando juvet, vel non, Alvarez Pegas *resol. forens. cap.* 14. *per tot.* Rot. Luc. apud Jacob. Baldue. in observat. ad Ramon. *decis.* 42. *num.* 10. & *seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *quæst.* 24. *à num.* 47. *tom.* 1. & *rubr.* 1. *p.* 3. *quæst.* 30. *n.* 543. *tom.* 5.

Quòd contraria facto non relevet, quia quando fit actus contrarius protestationi, videtur illi renunciatum, Altograd. *cons.* 1. *num.* 27. *et* 18. *lib.* 1. *et cons.* 9. *num.* 42. *lib.* 2. latè Tusch. *litt. P. concl.* 944. *per tot.* Ricc. *Collect.* 259. 865. 2094. *etc.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 27. *num.* 6. *etc. et part.* 11. *decis.* 172. *nu.* 2. Costa *de facti scient. et ignor. Distinct.* 81. ubi considerat an sit nota parti adversæ, vel non, & alia ad rem, De Luc. *de Credit. disc.* 67. *nu.* 6. ubi declaratur. Roceus *resp.* 54. *à num.* 26. Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 553. *num.* 23. *tom.* 2. Emerix jun. *dec.* 386. *n.* 7. *et decis.* 1089. *n.* 4. Castald. *consult.* 184. *n.* 16. *et consult.* 231. *n.* 11. *tom.* 2. Altimar. *dict. quæst.* 30. *nu.* 543. *tom.* 5. Caprar. *decis.* 559. *à n.* 41.

Intellige quãdo protestatio cõtraria facto fit ad hoc ut tollat factũ contrarium, secùs verò si fiat ad tollendam mentem, & præsumptionem ab ipso facto contrario resultantem, & quando est omninò incompatibilia, aliàs secùs si possint simul stare, adeò ut actus dubius non faciat recedere à protestatione, nec quando factum dependet à sola voluntate protestantis, quia in sui præjudicium attenditur protestatio etiam contraria facto, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 194. *per tot.* Gratian. *decis.* 144. *n.* 46. & 47. vide Tusch. *litt. P. conclus.* 944. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 27. *n.* 6. &c. Carpzou. *decis.* 75. *à n.* 4. & *dec.* 251. *nu.* 19. & 29.

Quid, & quotuplex sit protestatio, & alia, latè Tusch. *litt. P. conclus.* 936. & *seqq.* & remissivè Ægid. Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Protestatio.*

An, & quando inducat attentata, vel non, Tusch. *litt. P. conclus.* 943.

Protestatio semper in quolibet actu judiciali est adhibenda, aliàs non censetur repetita, quidquid sit in extrajudicialibus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 959. *n.* 22. &c. *cap.* 981. *n.* 41. Ludovis. *dec.* 44. *n.* 8. Altograd. *cons.* 97. *n.* 36. *lib.* 2. Rot. in Auximana census 10. Martii 1636. *n.* 11. coram Ghisilerio, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 345. *nu.* 22. & *seqq.* ubi quòd quando respicit actus futuros, & fuit in contractu emissa de consensu partis non est necessaria repetitio, nec tollitur per actus liberè factos ex intervallo. Pen. *dec.* 55. *n.* 18. Crescin. ad Pen. *dec.* 144. Caprar. *dec.* 533. *n.* 10. & 11. 2

De protestatione inutili, quæ incongrua, intempestiva, & clandestina, Costa *de re integra Distinct.* 62. *per tot.* & *de retrotract. cap.* 9. *cas. pr.* ubi quòd protestatio non retrotrahitur.

Quando sit necessaria protestatio, vel non, Tusch. *litt. P. conclus.* 939. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3346.

Quando habeatur pro repetita, vel non, idem Tusch. *loc. citat. conclus.* 942. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1242. *per tot.*

Protestatio absque præjudicio actorum, & citationis ad sententiam nihil operatur stante admissione novorum jurium, Gratian. *disceptat. for. c.* 959. *nu.* 22. &c. vide *in* §. *Conclusio num.* 3

Protestatio non est facienda clandestinè, sed cum partis citatione, & in ipso actu, antequam sit quæsitum jus parti, Gratian. *cap.* 524. *n.* 33. &c. undè clàm facta, & sine notitia partis, non est attendenda Rot. post Urceol. *de transact. dec.* 146. *n.* 20. *in ultim. Edit. Venet.* Tranchedin. *consult.* 50. *nu.* 12. Emeria Jun. *dec.* 841. *n.* 22. Altimar. *loc. cit. n.* 562. & 563. Caprar. *dec.* 36. *n.* 6. 4

Tenet tamen semper in præjudicium ipsius protestantis, etiam non intimata parti, Rot. *part.* 2. *div. dec.* 231. *n.* 3.

Item juvat protestatio, etiam clandestina ad probandum metum, quando palàm facta illum magis augeret, Rot. *par.* 18. *rec. tom.* 1. *decis.* 54. dixi in §. *Metus n.* 17.

An autem, & quando protestatio inducat litis pendentiam, & duret donec fiat actus contrarius, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 265. *n.* 28. & *seqq.*

Protestatio fieri potest etiam diebus feriatis, secùs tamen si fieret ad incitandum ut aliquid expediatur in judicio, nisi caderet sub die sequenti non feriato, Bart. *in l. non solùm* §. *morte n.* 58. *ff. de oper. nov. nunciat.* Feozoo. *ad stat. Urb. cap.* 58. *nu.* 25. &c. vide *in* §. *Citation.* §. *Feriæ n.* 5

Quòd debeat esse expressa, & clara, ac benè voluntatem protestantis aperiens, aliàs non juvet, Altograd. *cons.* 1. *nu.* 24. & 25. *lib. pr.* Altimar. *d. qu.* 30. *n.* 547. *tom.* 5.

Quòd protestatio generalis relevet, quando adversarius non contradicit, cùm videatur illi acquiescere, aliàs secùs, Tusch. *litt. P. conclus.* 940. Vide Altimar. *loc. cit. n.* 548.

Protestatio de impedimento non est necessaria, sed sufficit de illo constare, Gratian. *disceptat. for. cap.* 591. *in fine*, de quo tamen latè Sperel. *dec.* 85. *n.* 21. & *seqq. per tot.* ubi quòd imò sit necessaria, nisi impedimentum sit omninò notorium in loco, & de tali notorietate appareat, vide *in* §. *Impedimentum n.* Altimar. *loc. supra cit. n.* 551. 6

Protestatio non juvat protestantem in his, ad quæ de necessitate adstringitur, nisi interveniat consen- 7

fus

fus adverfarii, nec in his, quæ à jure funt certó modo difpofita, Jaf. in §. *Fuerat num.* 206. *Inftit. de act.*

Quando proteftationi quis acquiefcat, & fibi præjudicet, vel non; Tufch. *litt. P. conclaf.* 941.

8 Proteftatio de contrahendo juxta formam Bullæ S. Pii V. de Cenfibus, fi fit verbis ampliffimis concepta cum claufula, *non aliter, nec alio modo*, & quód fi quid adfit contra dictam Bullam, habeatur pro non appofito, præfervat contractum cenfualem non obftantibus aliquibus pactis illicitis, quæ tunc reiiciuntur, & habentur pro non appofitis, Cenc. *de Cenf. quæft.* 61. *per tot.* Gratian. *difcept. for. cap.* 241. *n.* 18. *&c. cap.* 751. *num.* 39. *cap.* 777. *num.* 8. *&c.* Rot. in Anagnina ufurarum 4. Martii 1607. coram Manzanedo apud Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap. ultim. in fine* Thomat. *dec.* 101. *per tot.* Spetel. *dec.* 28. *n.* 36. ubi tamen quód circa formam non fuffragatur, nempè fi cenfus effet fuper ra non fructifera, vel pecunia numerate non interveniente. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæft.* 30. *n.* 855. *tom.* 5.

9 Proteftatio facta Judici, vel creditori de non fidejubendo, non relevat, fi poftea proteftans fidejubeat, cùm dicatur actui nontraria, nifi hujufmodi protaftationi exprafsè confenferit Judex, vel creditor, Maur. *de fidejuff. part.* 2. *fect.* 4. *n.* 12. Marfil. *eod. tit. num.* 165. ubi quód relevat fi ftatim, & incontinenti fequatur fidejuffio, fecùs fi ex intervallo, cùm tunc videatur receffum à proteftatione. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæft.* 30. *num.* 547. *tom.* 5.

Quòd poft repetitas proteftationes liberè folvens, & fibi aliter cavens, dicatur à præcedentibus proteftationibus receffiffe, Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 261. *n.* 20. Triftani *dec.* 19. *n.* 80. *et* 81.

Intellige de masculo, nam fœmina dicitur pubes anno duodecimo, & in tali ætate potest testari, *d. l. qua ætate*, & Rot. *par. 13. rec. decis. 441. num. 19. et seqq.* Paul. Rubeus *pract. resol. cap. 19. à n. 678.* Vide Altimat. *dict. n. 96. et dict. n. 104.*

An autem puberi prohibito testari ex forma statuti usque ad vigesimum quintum annum, possit saltem pupillariter substitui, vel uti prodigo, seu furioso, cùm hujusmodi substitutio pupillaris dicatur testamentum ipsius pupilli, Bart. *in l. ex facto ff. de vulg. et pupill.* vide *in §. Substitutio num. 12.*

Et an impubes doli capax possit testari ad pias causas, Dian. *part. 7. tract. 6. resolut. 7.* ubi negativè concludit, quamvis etiam pro affirmativa adducat Bonac. *disput. 3. qu. ult. punct. 2. n. 2.* Vide Altimat. *sub dict. n. 96. et dict. n. 104.*

5 Puberes [intelligendo de prima pubertate] quamvis habeant integrum ferè rationis usum, non tamen illum habent perfectum, sed adhuc rudem, & imperfectum, ac ideò non possunt omnia suo arbitrio gerere, sed opus habent curatore, quia aliàs omnia sine prudentia agunt, nimis à passionibus vincuntur, & in voluptuosa potius quàm utilia impetu quodam propè irrationali feruntur, ita ut ab illis vix ratione aliqua retrahi possint, Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. libr. pr. tit. pr. q. 6. n. 85. & seqq.* vide *in §. Pupillus num. & §. Minor num.*

6 Puberes, imò etiam proximi pubertati sunt doli capaces, & in illis cadit omne delictum, præter adulterium quoad ultimos, *l. pupillum ff. de reg. jur.* Zabarel. *de homicid. in cap. Furiosus n. 7.* Jas. *in l. pr. ff. de acquir. hæredit. §. Adipiscimur num. 28.* Paul. Zacch. *ubi supra qu. 4. n. 19. &c.*

Quando autem dicantur proximi pubertati, Vivi.

comm. opin. 674. ubi post relatas opiniones concludit arbitrio judicis remitti, Cabal. *cons. decis. 141.* ubi qualiter obligentur juramento. Altimar. *de nullit. rubr. 11. quæst. 3. a n. 13. & seqq. & quæst. 5. a nu. pr. cum seqq. tom. 2.*

Quomodo autem ratione minoris ætatis pœna sit temperanda, vide *in §. Ætas num. & §. Minor num.*

7 Pueri an statim post usum rationis obligentur præceptis Ecclesiæ, vel censuris, & pœnis, an sint capaces extremæ unctionis, si non sint capaces Eucharistiæ, sed tantùm pœnitentiæ, & alia, Dian. *par. 3. tract. 6. resol. 87. & seqq. par. 10. tract. 12. resol. 37.*

Item an tempore, quo sunt capaces Sacramenti pœnitentiæ, sint etiam capaces Eucharistiæ, idem Dian. *dict. par. 3. in Addit. resolut. 19.* ubi refert contrarias opiniones.

Quòd post septennium præsumantur habere usum rationis, & quid in dubio, Dian. *par. 4. tract. 3. resol. 52. & 53.*

An ante annos pubertatis incidant in excommunicationem perpetrando aliquid, pro quo sit imposita hujusmodi pœna, idem Dian. *par. 5. tract. 9. resol. 46.* ubi refert diversas opiniones, & videtur negativam sequi saltem ante decimum annum, *& par. 10. tract. 12. resol. 36. vers. puto tamen*, ubi usque ad decimumquartum, vel ad minus duodecimum annum.

An Summus Pontifex possit præbere facultatem ut Eucharistia ministretur infantibus, ante usum rationis, quid de confirmatione, & hujusmodi, Dian. *part. 8. tract. pr. resol. 45. & 46.*

Quòd impuberes doli capaces possint admitti ad juramentum, & obligantur juramento, secùs autem si non sint doli capaces, latè Cabal. *cons. dec. 141. per tot. libr. 2.* vide *in §. Pupillus nu. 13. & §. Minor n. 6. &c.* Jocius *de solemnit. gloss. 25. §. 6. à nu. 68. part. 2.*

Pubes ad Regni, vel Principatus administrationem reputatur idoneus De Luc. *Conflict. observat. 4.*

8 Pubertatem non metimur ex annorum numero, sed ex vigore naturæ, & rationis Fagnan. *in cap. de illis il 2. n. 8. et 18. de Despons. Impub.*, ubi quod Pubertas sola jure positivo sufficit ad validitatem matrimonii.

9 Pubertatis, seu impubertatis præsumptio ante, vel post ætatem legitimam non est juris, & de jure, sed juris tantum Fagnan. *loc. supra cit. n. 21.*

10 Pubertas naturalis immutari licèt non possit per statutum, potest tamen ab eo immutari quoad effectus juris Emerix jun. *decis. 819. n. 2.*

11 Pubes potest repudiare hæreditatem, tàm si habeat curatorem, quàm si non habeat Faber *in Jurisprud. tit. 12. prin. 1. illat. 12.* Narbon. *de Ætat. ann. 24. quæst. 16. n. 2. 6. 9.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. sect. 2. n. 406. vers. quod pubes possit tom. 8.*

12 An, & quomodo possit hæreditatem adire Narbon. *de Ætat. ann. 14. quæst. 16. nu. 4. et 7.* Altimar. *dict. sect. 1. sub num. 546. vers. pubes aut habet cum seqq.*

13 Pubes arrogatus potest dicere de nullitate, vel inofficiositate testamenti Peregrin. *art. 36. num. 42.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. sect. 1. num. 586. vers. secus tom. 8.*

14 Pubes major 18. ann. de Jure communi potest facere pacem adhibito juramento Guazin. *de Pac. part. 1. q. 14. n. 1.* Farinac. *q. 12. à n. 15. & q. 13. nu. 31.* Altimar. *loc. cit. n. 602.* ubi alia.

15 Pubes, minor, mulier, rusticus, & aliæ similes personæ tenentur dare cautionem de non offendendo, sed si ipse rumpat cautionem in minori ætate, tenetur ad pœnam fractæ pacis, sed restituitur in integrum eo magis si illam rumpat postquam fuit effectus major, sed si rumpat illam in minori ætate non tenetur ad pœnam conventionalem Altimar. *loc. cit. vers. minores puberes.*

16 Pubes in quibus Judiciis possit appellare Altimar. *loc. cit. num. 712.* Macer. *in l. fin. ff. an per ali. caus. appell.*

17 Pubes tenetur recognoscere scripturam, si est scriptura propria manu, etiam sine curatore Rovit. *Pragm. 63. de off. Procur. Cæsar. n. 37.* Altimar. *loc. cit. n. 723.*

18 Pubes minor 25. annis de jure communi, & minor 18. de jure Regni, & in ætate abbreviata an possit carcerari Altimar. *dict. quæst.* 1. *sect.* 1. *n.* 737. *tom.* 8.

19 Pubes, seu adultus potest suspectum tutorem accusare, & quando Altimar. *loc. cit. n.* 735.

20 Pubes an probet tàm in civilibus, quàm in criminalibus, & alia plura circa hanc materiam vide Bellegrand. *in compend. rer. criminal. methbod. tract.* 3. *quæst.* 14. *à n.* 5. *cum seqq.*

§. PUBLICATIO. LX.

1 Publicatio testium non est de substantia judicii, debet tamen fieri si petatur, aliàs potest appellari à denegata publicatione, licèt judicium non reddatur nullum, Marant. *par.* 6. *act. undec.* Pract. Papp. *for publicat. test. per tot.* Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 33. ubi limitat nisi testes essent coram alio examinati, quia tunc cùm nec ipsi judici sit notus processus erit necessaria publicatio, Farinac. *quæst.* 75. *num.* 1. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *libr.* 14. *tit.* 18. *n.* 1248. *fol.* 371. ubi etiam ad testes non publicati probent, & firment regulam negativam, quam multis modis ampliant, & limitant Sanfelic. *in Praxi sect.* 57. Thom. Trivis. *decis.* 53. *&* 54. *per tot. lib. pr.* ubi quòd denegatio publicationis testium, vel repulsæ non reddunt sententiam nullam, quia non sunt de ordine substantiali judicii, sed tantùm de ordine justitiæ, qui omissus non inducit nullitatem, sed facit locum appellationi. Vide Pellegrin. *in prax. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 8. Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 11. *per tot. tom.* 2. Abeccles. & Crescin. *obser.* 85. *per tot. part. pr.*

Quòd licèt publicatio processus in civilibus non sit de substantia, tamen in criminalibus quoad informativum factum ad offensam sit omninò necessaria, & omissa vitiet processum, Clar. *§. fin. quæst.* 48. *in princip. &* 35. *cap.* 2. *n.* 4. vide Farinac. & Jordan. *ubi supra*, Tuschus *litt. P. conclus.* 800. *per tot. & concl.* 965. *&* 966. *per tot.* D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. libr.* 2. *cap.* 5. *num. pr. & seqq.* ubi *nu.* 5. dicit contrarium esse verius, quòd scilicet omissio publicationis nec processum, nec sententiam reddat nullam, cùm non sit de substantia, sed tantùm de justitia: Sed advertendum, quòd Guaz. & alii ab eo citati contrarium tenent in criminalibus, & quatenus pro eo faciant loquuntur de stylo, vel in civilibus juxta prædicta, vel pro ejus opinione salvanda dic, quòd loquitur de publicatione processus defensivi, quæ nullatenus est necessaria, cùm depositiones sint semper notæ judici, & fisco, & non de publicatione processus offensivi, quæ est omninò necessaria pro defensione inquisiti, ut tenent alii citati, vide Zuff. *de legit. process. lib.* 2. *qu.* 75. ubi adducit varias distinctiones, per quas non semper videtur necessaria publicatio processus, etiam offensivi. Idem Pellegrin. *in prax. part.* 4. *sect.* 9. Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. Methbod. tract.* 4. *quæst.* 12. *a n. pr. cum seqq.*

2 Publicatio processus non est facienda, nec decernenda copia, nisi prius repetitis, vel confrontatis testibus ipso reo citato, vel habitis pro repetitis, cùm aliàs testes examinati ex officio non probent, nisi repetantur citata parte ad videndum illos jurare, vel habeantur pro repetitis; non esset tamen necessaria hujusmodi repetitio, ubi reus confitetur crimen, Clar. *§. fin. quæst.* 45. *vers. cæterum si, & quæst.* 49. *vers. item*, Fulvi. Majoran. *in Opopr. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 49. *& seqq. & cap.* 5. *num. pr. &c.* vide *in §. Repetitio n. pr. &* in *Pract. in Præfat. n.* 6. *et seqq.*

3 Publicatio processus informativi contra plures imputatos de eodem delicto, quorum alii reperiantur carcerati, & alii contumaces, est differenda donec servato ordine contra contumaces deveniatur ad condemnationem, & postea fit quoad præsentes, ne absentes instruantur de indiciis absque eo, quod compareant, Clar. *§. fin. qu.* 49. *vers. sed pone*, Cabal. *resolut. crim. cas.* 75. *n.* 11. Guaz. *deff.* 22. *cap.* 1. *n.* 8. Tuschus *litt. P. conclus.* 800. *num.* 11. *etc.* Vide Bellegrand. *loc. supr. cit.*

Et ita de stylo servatò in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, ut dixi *in Pract. §. Contumaces num.* 20.

Quamvis de jure videatur contrarium sentire Boss. *tit. de delict. n.* 46. *et tit. de sent. n.* 85.

4 Publicatio processus, vel testium simplex an impediat aliorum testium, vel instrumentorum, vel positionum productionem, & alia, Peregrin. *decis.* 126. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 57. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. libr.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. *et seqq. per tot. fol.* 162. & dixi *in §. Testes num.* 5. ubi plura, & plures allegavi. Latè Berlich. *concl.* 40. *per tot tom. pr.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 8. *n.* 9. Nicoli. *Instit. canonic. tit. de Test. n.* 17. Abeccles. & Crescin. *obser.* 79. *part. pr.*

5 De publicatione bonorum dixi *in §. Confiscatio.* Vide Fagnan. *in cap. vergentis n.* 3. *et* 4. *de bæretic.* Brunnemann. De Luc. *de bæred. disc.* 3. *nu.* 23. *et in Indic. gener. verb. confiscatio.* Roec. Episc. *cap.* 1. *n.* 3. *lib.* 1.

6 De publicatione legum necessaria, ut obligent, dixi *in §. Lex num....* De istis, & aliis publicationibus plura tradunt Bertachin. *in Repert. verb. Publicatio*, Thoro *Compend. dec. Neapol. par.* 3. *sect.* 2. *eod. verb.* Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Publicatia fol.* 448. ubi indicat plures Auctores de illis tractantes. Vide Fagnan. *in cap. treugas n.* 57. *de treug. et pac.*

De Publicatione in diversis materiis latè Em. De Luc. *in Indic. general. verb. publicatio.* Brunnemann. Fagnan. Altimar. Bellegr. Pellegrin. Carl. Ant. De Luc. Emeris Capran. Crescin. Mans. Palm., & alii moderni.

7 Publicationis effectus varii Fagnan. *in cap. publicato n.* 8. *de Elect. lib pr.*

8 Publicatio est de forma electionis, non autem per quem fiat Fagnan. *cap. quia propter n.* 55. *de Elect. lib. pr.* Et publicatio electionis, si ommittatur fraudolenter, non nocet Electo Fagnan. *in cap. publicata n.* 60. *de Elect. d. lib. pr.* Et circa hanc materiam vide Passerin. *de Elect. can. cap.* 12. *a n.* 22. *& cap.* 19. *quæst.* 5. *&* 6. *a n.* 20.

9 Diversis modis in utroque Jure fit mentio de publicatione Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *præmiss.* 4. *nu.* 42. & melius *part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 8. *nu.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 82. *n.* 4. *part. pr.*

10 Publicatio est duplex Pellegrin. *ubi supra n.* 5. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.*

11 Publicatio si fiat die feriata non vitiatur processus quoad nullitatem judicialem inducendam Pellegrin. *loc. cit. n.* 38. Crescin. *ubi supra n.* 10.

12 Si Judex protulerit sententiam non facta publicatione petita à partibus, sententia valeret, sed partes appellare possent, & an à pronuncia publicationis appellare possit Crescin. ad Abeccles. *loc. cit. a n.* 11.

13 De publicatione resignationis De Luc. *de benef. disc.* 39. *n.* 3. *disc.* 40. *n.* 9. *disc.* 76. *n.* 22. *&* 23. *disc.* 94. *& alibi*, prout *in Indic. gener.* Capran. *dec.* 613. *a n.* 5. *decis.* 664. *n.* 5. Emerix jun. *dec.* 254. *a n.* 2. *& decis.* 1364. *a n.* 5. Ansald. *dec.* 20. *a n.* 11.

14 De publicatione testamenti De Luc. *de Testam. disc.* 4. *n.* 9.

15 De publicatione matrimonii Palm. nep. *dec.* 476. *n.* 31. *tom.* 5. Card. De Luc. *in Indic. gen. verb. denunciatio matrimonialis.*

16 De publicatione sententiæ De Luc. *in Indic. gener. verb. sententia.*

17 De publicatione censuræ Idem De Luc. *in Indic. gener. verb. censura.*

18 Publicatæ attestationes quando dicantur Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 7. *n.* 3. *cum seqq. tom.* 2.

19 Plura de publica utilitate, seu de publico bono Palm. nep. *in suis oper.*

20 Plura de Publicanis Card. De Luc. *in Indic. gener.*

§. PUNITIO LXI.

1 Punitus in foro sæculari pro delicto mixti fori, non potest iterum puniri in foro Ecclesiastico, quando pœnæ sunt eædem, & omnes tendunt ad publi-

publicam vindictam, & quid si prius fuerit punitus in foro Ecclesiastico, vide Marant. *cum Addit.* Foller. *part. 4. distinct. pr. nu. 27.* Clar. §. *fin. quæst. 57. versic. penult.* Afflict. *decis. 219.* Guaz. *def. 35. cap. 11. per tot.*

Quòd punitus semel pœna condigna pro aliquo delicto, non possit amplius puniri, ne de eodem delicto sæpiùs queratur, quando judices sunt omnes sub eodem Dominio, secùs si essent sub diversis Præsidibus, vide Clar. *d. qu. 57. vers. dictum est*, Guaz. *d. cap. 11.* Cabal. *resolut. crim. cas. 162. num. 18. etc. vide in §. Condemnatio num.... §. Pœna num...* Covarr. & Faria *var. lib. 2. cap. 19.* Carleval. *de Judic. part. pr. disput. 2. n. 900.*

De punitione quando sit necessaria, & de ejus effectibus, vel quando possit omitti, aliqua tradunt Bertachin. *in Repert. verb. Puniri*, & Com. August. Fontan. *in Bibliotb. legal. part. 5. eod. verb.*

2 Punitio esse debet, ut ad omnes metus, ad paucos pæna perveniat. Basilic. *dec. crim. 6. n. 4.*

3 Punibile non est, quod communiter fit, cum consuetudo etiam iniqua excuset à peccato Abb. *in cap. venerabilis de consuet.* Alex. *cons. 107. vol. 2.* Trentacinq. *cons. 55. n. 9. lib. 1.*

4 Puniens factum non considerat illud sub specie veri, sed sub specie mali, & prohibiti Zuff. *de Legit. process. crim. quæst. 22. n. 37.*

5 Punitur extraordinarie accusator si se inscripsit, & quare Zuff. *loc. cit. quæst. 27. n. 12.*

6 Puniri nemo potest capitaliter, nisi pæna Lege municipali inferatur Statut. Parmens. *fol. 127.*

§. PUPILLUS LXII.

1 PUpillus quis dicitur usque ad quatuordecim annos, & abinde supra usque ad 25. dicitur minor, Gloss. *in cap. ex ea de elect. et elect. pot.* cum aliis per Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib. pr. tit. pr. quæst. 4. num. 12. etc.* intellige in masculo, nam in fœmina usque solùm ad duodecimum annum completum dicitur esse in pupillari ætate, text. *in §. pr. Instit. quibus mod. tut. finit. vide in §. Pubertas n. pr.* Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Pupillus*, ubi plura de pupillis remissivè. Vide Phæb. *decis. 141. part. 2.* Pegas. *resol. 11. nu. 122.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. pr. sect. pr. n. pr. et seqq. fol. 144. tom. 8.*

2 Pupillus major septennio, licèt minor undecim annis, & sic proximus infantiæ, & non pubertati, potest sibi alios obligare, & sic sibi acquirere etiam sine tutore; si ipsum autem ad aliorum favorem minimè obligare potest sine auctoritate tutoris, *l. pupillus 189. ff. de reg. jur.* Maur. *de fidejuss. part. 2. sect. 8. cap. 13. num. 7. etc. ubi num. 4.* quòd si sit infans, nec obligari, nec alios obligare potest, *§. Pupillus Instit. de inutil. stipul.* facit Gratian. *discept. forens. cap. 122. num. 13. etc.* Altimar. *dict. sect. pr. n. 524. tom. 8.*

Meliorem enim suam conditionem facere potest sine tutore, non autem deteriorem, latè Montan. *de tut. cap. 30. num. 69. etc.* ubi infert ad plura. Altimar. *dict. sect. pr. n. 552.*

An possit acquirere possessionem sine, vel cum tutoris auctoritate, & alia, Viti. *comm. opin. 677.*

Quando verò pupillus dicatur proximus infantiæ, vel pubertati, latè Menoch. *de arbitr. cas. 57. n. 10. et seqq. per tot.* ubi post relatas plures opiniones videtur firmare esse in judicis arbitrio, juxta personarum, actuum, & regionum qualitates, vide in *§. Infantia nu... §. Minor. n. 5. vers. in Criminalibus, & §. Pubertas n. 3. vers. Quis autem*, Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 251. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. 21. quæst. 3. n. 13. tom. 2. et dict. sect. pr. n. 20. tom. 8.* Basilic. *decis. 4. n. 34.*

An autem pupillus, vel minor contrahendo sine solemnitatibus obligetur saltem naturaliter, & in foro conscientiæ, Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 44.* Jovi. *de solemnit. gloss. 16. §. 8. n. 24.* Altimar. *dict. sect. pr. n. 21. tom. 8.*

3 Pupillus contrahendo sine tutore, nec quidem naturaliter obligatur, nisi fiat locupletior, maximè si sit infans, vel proximus infantiæ, & si aliquid ad eum pervenit, licèt non teneatur actione ex contractu, tenetur condictione sine causa, vel ad exhibendum; ex qua naturali obligatione datur in pupillum utilis actio, licèt aliàs non detur, si verò sit major quatuordecim annis, & minor 25. nec habeat curatorem, naturaliter, & civiliter obligatur, sed si illum habeat, naturaliter tantùm adstringitur, ad tradita per Montan. *de tut. cap. 30. n. 99. et seqq. vide in §. Minor. nu. 23. etc.* Ludovis. *decis. 164.*

Quòd ubi pupillus excedit infantilem ætatem, debeat ipse intervenire contractui cum auctoritate tutoris, non autem solus tutor pro eo contrahere, *l. potuit C. de jur. delib.* Castr. *in l. neque tutores nu. 5. C. de procurat.* cum aliis per Rot. *part. 10. recent. decis. 128. numer. 13. et decision. 179. numer. 11. etc. decision. 187. numer. 15. et seqq.* ubi refert contrarias opiniones, & ostendit esse adeò controversam quæstionem, ut hujusmodi nullitas non sit admittenda in possessorio, sed reservanda ad merita, vide Rot. *part. 11. recent. decis. 39. nu. 6. et seqq.* ubi tamen quod etiam minor absens obligatur ex contractu curatoris ex causa necessaria gesto, *et par. 13. decis. 368. vel 370. in Ravennat. relevationis n. 10. etc.* ubi quòd semper sit necessaria præsentia, & consensus adulti post 14. annos, quidquid controversum sit in pupillo usque ad dictam ætatem, *et decis. 446. num. 12. d. part. 13.* ubi quòd vigore Statuti Bononiæ requiritur præsentia pupilli, Rot. *part. 16. recent. decis. 105. num. 3. et seqq.* ubi quòd post infantiam debet intervenire contractui cum tutore, & idem probat Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 14. n. 15. et 16.* Vide de Luc. *de Judic. disc. 12. num. undec.* et Conflict. *observat. 6.* Balduc. *tit. de Dot. decis. 12.* Bersan. *de Pupill. cap. 5. quæst. pr. n. 12.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. qu. pr. sub n. 235. tom. 8.*

Quòd major infante debeat intervenire contractui, & instrumento, absolutè firmat Rot. *part. 14. rec. decis. 56. n. 16.* sed vide *decis. 122. n. 14. etc. d. part.* ubi quòd altera opinio majori innititur rationi, vel saltem hæc exceptio debet in petitorio judicio discuti *et part. 18. decis. 253. n. 10. et seqq.* ubi quidquid sit controversa opinio, tamen si necessarius, atque utilis fuerit contractus pupillo sustinetur absque ejus interventu, & alia plura pro sustinenda alienatione a matre tutrice facta, etiam non adimpletis solemnitatibus tutelæ, pro dissolvendo ære alieno pupilli sub usuris, &c. Vide Altimar. *loc. supra cit.*

Quòd pupillus, qui sine tutore aliquid vendidit, non teneatur emptori fidem servare, si tamen velit rem suam recuperare, non debet pretium lucrari, quatenus est factus locupletior, idem Montan. *d. cap. 30. nu. 97.* Quòd obligetur pupillus etiam sine solemnitatibus, ubi constat de versione in ejus utilitatem, cùm non debeat locupletari cum aliena jactura, Ludovis. *decis. 31. n. 9. et per tot.*

Et si emerit non potest rem consequi nisi soluto pretio, nam illo agente, alteri interim conceditur retentio, Montan. *ubi supra num. 167. vide in §. Contractus num.... et § Minor num.*

Pupillus qualiter possit cum auctoritate tutoris 4
adire hæreditatem sibi delatam, vel eam transmittere ad hæredes, & quòd si fuerit læsus ex aditione, restituatur in integrum, Marant. *in l. is potest n. 146. etc. ff. de aquir. hæredit.* Montan. *de tut. cap. 30. n. 107. et seqq ad 134. vide in §. Hæreditas n... §. Transmissio, et §. Tutela num...* Card. De Luc. *de hæred. disc. 14. et 15.* Jovi. *de solemn. gloss. 15. §. 9.* Altimar. *dict. q. pr. sect. pr. a n. 546. tom. 8.*

Quòd possit cum auctoritate tutoris pro aliis fidejubere, videtur tenere, licèt obscurè, & implicitè, Maur. *de fidejus. part. 2. sect. 8. cap. 13 nu. 12. etc.* Altimar. *dict. q. pr. sect. pr. n. 421. tom. 8.*

An possit donare, vide in §. *Minor n.* Altimar. *dict. q. pr. sect. pr. a n. 432. tom. 8.*

Pupillus non præsumitur tacitè societatem cum 5
fratribus contrahere, imò nec eam expressè inire potest, ita ut nec cum illo contrahentes obligentur, quia licèt favore pupilli possit aliàs contractus claudicare, tamen non sic est in societate secundùm

magis communem opinionem, quid autem agendum circa quæsita inter hujusmodi fratres, Felic. de societ. cap. 3. n. 10. et per tot. Gratian. discept. for. cap. 547. nu. 3. &c. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 55. per tot. Montan. de tut. cap. 30. num. 134. & seqq. ad 141. Vivi. comm. opin. 677. ubi etiam qualiter non possit testari, nisi de licentia Principis, & alia plura pupillis prohibita, vide in §. Princeps n. 11. Altim. dict. quæst. pr. sect. pr. n. 426. vers. si pupillus non præsumitur tom. 8.

6 Pupillus non potest cum suo tutore societatem inire, si tamen haberet plures tutores in solidum, posset cum auctoritate unius cum altero contrahere, vel cum extraneo tacitè sciendo, & patiendo fieri actus sociales, vel expressè dummodo sit super bonis, quæ servando servari non possint, puta mobilibus, & pecunia, nisi esset destinata ad emptionem stabilium, cùm tunc favore pupilli habeatur pro re immobili, & non possit de illa societas iniri sine decreto, latè Felic. de societ. cap. 4. per tot. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 15. per tot. ubi in aliquibus recedit ab opinione Felic. adde Corn. cons. 1. per tot. libr. pr. Gratian. discept. for. cap. 360. per tot. Montan. de tut. cap. 30. num. 44. & num. 136. &c. Magon. decis. Flor. pr. per tot. vide in §. Societas nu... & §. Tutela num.... Altimar. sub dict. n. 426. vers. pupillus non potest.

7 Pupillus non potest contrahere cum tutore ipso auctore, etiam in præsentia amicorum, & judicis, nisi ex magna causa, vel nisi altero tutore auctorizante, vel nisi veniret in executionem contractus cum patre celebrati, vel nisi postea factus major approbaverit, vel nisi agatur de illius commodo, sive de exequenda voluntate testatoris, vel ubi agitur ut ipse sibi obliget tutorem, vel ubi contrahit palàm, & bona fide, dummodò tamen interveniat auctoritas contutoris, & aliæ solemnitates, vel nisi simus in tutore nobili qui palàm, per interpositam personam, se ipso auctorante contrahat, quia in illo cessat præsumptio fraudis, latè Montan. de tut. cap. 30. n. 57. & seqq. ad 96. vide in §. Tutela num. & §. Nobilitas num. Altimar. ubi supra vers. nec contrahere.

8 Pupillus quidquid auctore tutore gerit, validè agit, & obligatur, licèt alter contrahens non audiat, vel sit absens, dummodò sit justus tutor, & validè datus, ac interveniat in ipso actu, non ex intervallo, & expressis verbis auctoritatem præstet, intelligendo in actibus expressis, nam in tacitis tacita sufficit, sicut in judiciis sufficit præsentia sine contradictione, & sufficit si incontinenti præstetur, vel etiam ex post facto ubi agitur de commodo pupilli, vel ubi utraque pars post actum petit confirmationem, latè Montan. de tut. cap. 30. num. pr. & seqq. ad 57.

9 Pupillus non tenetur dotare matrem, arg. l. cum plures §. cum tutor. ff. de admin. tut. ubi enumerantur plures personæ, quas pupillus tenetur dotare, & non fit mentio de matre, ergo facit Montan. de tut. cap. 32. reg. 9. num. 160. & 162.

10 Pupillus mutuans pecuniam pro re emenda qualiter sit privilegiatus, vide in §. Emptio num... §. Hypotheca num... et §. Mutuum num...

11 Pupillus regulariter tenetur stare locationi per tutorem factæ, nisi per dolum, aut fraudem locasset viliori pretio, sive in longius tempus, quàm debuisset, Surd. dec. 299. per tot.

Obligatur etiā pupillus, & conveniri potest ex contractu tutoris, idē Surd. dec. 297. Mont. de tut cap. 31. effect. 5. per tot. & effect. 6. per tot. vide in §. Executio num... §. Sententia num... & §. Tutela num...

Sicut è contra pupillus ex contractu tutoris habet utilem actionem etiam sine cessione, maximè si illius nomine fuerit interposita stipulatio, & idem est in minore habente curatorem, Montan. de tut. cap. 31. effect. 4. per tot.

12 Pupillus liberans unum ex tutoribus, repellitur ab aliis exceptione cedendarum, nisi essemus in tutore doloso, etiam in omittendo, cui non competit beneficium cedendarum, Gratian. discept. for. cap. 403. num. 14. & 15. vide in §. Creditor num... §. Liberatio n.... & §. Tutela n. 55. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 122. n. 21. & 22. Altimar. d. quæst. 1. sect. .. n. 582. tom. 8.

Quòd pupillus agens cum uno ex tutoribus, vel transigens, sibi non præjudicet quoad alios, nisi in totum fuerit satisfactus, Montan. de tut. cap. 39. n. 71. &c. latiùs ibidem n. 124. & seqq. Altimar. loc. supra citat.

Pupillus non obligatur per juramentum, licèt obligetur minor, Montan. de tut. cap. 37. reg. 2. nu. 79. vide in §. juramentum n. 54. & §. Minor nu. 6. &c. Vivi. comm. opin. 676. ubi quali er obligetur per juramentum si sit doli capax, & opin. 667. n. 9. Cabal. cons. decis. 141. per tot. lib. 2. An dispositio Auth. Sacramenta puberum C. si advers. vendit. locum habeat in contractibus juratis pupillorum doli capacium, & sic an pupilli capaces doli obligentur juramento, vide Fachin. contr. jur. lib. 3. cap. 22. Paul. Christin. dec. Belgic. 225. n. 1. & seqq. vol. 2. ubi referunt contrarias opiniones, & negativam videntur amplecti, affirmativam verò Vivi. d. comm. opin. 676. & 677 n. 9. & Cabal. d. cons. 141. per tot. Undè pupillus pubertati proximus juramento obligatur De Luc. Conflict. observat. 6. videndus Jovius de solemnit. gloss. 25. §. 6. à nu. 68. part. 2. Et vide Lar. in com. Vit. homin. cap. 20. Bersan. de Pupill. cap. 2. quæst. 26. eund. Jovi. gloss. 16 §. 7. Altimar. dict. quæst. 1. sect. 1. n. 101. tom. 8. 13

Pupillus non potest arrogari ab aliquo, nisi arrogator satisdet de restituendo omnia bona impuberis, illis, ad quos ab intestato perventura essent, si decedat intra pupillarem ætatem, l. non aliter cum seqq. ff. de adopt. §. cum autem Instit. cod. Maur. de fidejuss. part. 1. sect. 3. cap. 31. aliàs 41. Bersan. de pupill. cap. 1. quæst. 3. Altimar. loc. cit. n. 586. 14

Pupillus penes quem educari debeat, residet in arbitrio judicis, qui debet matrem in hujusmodi educatione cæteris præferre, nisi turpiter vivat, vel aliter sit moribus corrupta, sive nisi sit aliter utilis pupillo, vel nisi mater transiret ad secunda vota, vel adesset suspicio esse transituram; An autem possit educari pupilla penes ejus sponsum, an penes fratrem, vel patruum, vel in monasterio, & alia tradit Menoch. de arbitr. cas. 168. per tot. ubi admonet judicem, ut in hac re se tanquam pupilli patrem gerat, Carol. Tap. dec. 51. per tot. ubi an penes vitricum Ramon. cons. 4. cum Anot. Jacob. Balduc. vide latè Tusch. litt. P. conclus. 977. dixi in §. Mater n. 9. &c. Paul. Christin. dec. 160. vol. 3. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 13. per tot. Ricc. Collect. 455. 2214. 1940. 3515. 3868. Peregr. dec. Pat. 28. Sansel. dec. 205. & 206. per tot. Novar. in Pragm. Regn Neap. Collect. 79. nu. 4. & seqq. Martha vot. Pis. 216. ubi quòd filius minor triennio debet penes matrem educari, si ex aliqua causa conjuges simul habitare non possent, Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 14. ubi quòd matri debetur educatio filiæ, etiam ex illegitimo coitu procreatæ, nisi apertè constet improbis moribus adhuc esse deditam Vidend. De Luc. De Tutor. disc. 4. n. 23. & 24. Conflict. observ. 258. Rovit. dec. 8. ubi Altimar. in addit. Idem Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. sect. 2. n. 584. vers. debet tom. 8. Bald. tit. 4. dec. 22. n. 8. & 9. Lar. loc. cit. cap. 19 15

Quòd possit educari etiam penes vitricum bonæ conditionis, & famæ, maximè si mater nullam speret successionem, & cesset omnis timor mortis, Curt. jun. cons. 94. Joseph. Felin. in Margar. var. concl. verb. Pupillus fol. 55. col. 2.

Quæ animadvertere debeat judex, & non deferre lacrimis maternis, latè Montan. de tut. cap. 32. reg. 9. nu. 230. & seqq. ad 262. tot. tit. ff. & C. ubi pupil. educ. Franch. dec. 350. Carol. Tap. dec. 51. cum aliis, quos refert, & sequitur Rot. in Romana, seu Tudertina educationis 14. Apr. 1636. coram Pirovano per tot. penes Paol. Zacch. Quæst. Med. Legal. tom. 2. dec. 71. latè Mart. Medic. Exam. 38. & dec. 61. & 62. per tot. cum. Addit. ubi inserit duo consilia decisiva per eum in hac materia edita, Merlin. dec. 812. per tot. quæ est in eàdem causa Romana, seu Tudertina educationis sub die 3. Junii 1639. ubi, in

par-

patte reformatur prima decisio, & benè declaratur quando educatio sit concedenda matri, vel aliis consanguineis substituenda, quid si repugnet votum patris, vel potius pupilli sint ponendi in Colegio, vel Monasterio si sint fœminæ, Sanfelic. dec. 205. & 206. per tot. ubi quando educatio non sit concedenda patri, nec matri, & alia ad rem, Cabed. dec. 99. per tot. ubi an sint educandi penes patrem, qui illis novercam superinduxit, vel penes avum, & alia ad rem, ubi, & penes quos educari debeant pupilli, vel pupillæ, Thoro Compend. dec. Neap. part. 1. 2. & 3. sect. 2. verb. Pupillus Latè, Rot. rec. part. 19. decis. 679. tom. 2. Altimar. loc. supra citat. Rocc. disp. 194. Palm. dec. 398.

16 Pupillus, & infans possunt citari ad legitimè comparendum, Jas. in l. 2. n. 11. ff. de in jus voc.

Contrarium quoad pupillum, & infantem, licèt minor possit dicto modo citari, Grat. discept. for. cap. 479. n. 26. Montan. de tut. cap. 14. n. 12. ubi quòd minor septennio non potest citari, sed debet citari tutor, & illo deficiente proximiores agnati, vide in §. Curator n. 12. §. Instantia num. & §. Minor num. pr.

Quòd si pupillus non habet tutorem, requirendi sint cognati, vel affines, seu mater, & si qui alii fortè reperiantur, quos verisimile sit pupilli defensionem non omissuros, l. hæc autem ff. quib. ex caus. in poss. eat. Gratian. discept. for. cap. 720. n. 21. Montan. de tut. d. cap. 14. num. 11. in fine, & cap. 17. num. 1. & 9.

Mater tamen incestuosa non potest esse tutrix, & non est citanda, Rot. part. 12. recent. dec. 175. num. 23.

Quòd pupillus major septennio possit in judicio conveniri contra illius personam acta dirigendo, & cogatur respondere cum auctoritate tutoris, vel curatoris si illum habeat, aliàs possit semel citari ad legitimè comparendum, & intelligatur citatus, ut sibi curatorem petat, & eo non comparente, nec curatorem petente, possit illi etiam invito per judicem dari; si verò fuerit absens, vel minor septennio, erit judicium dirigendum contra personam tutoris, vel curatoris si adsit, aliàs deputari debebit à judice, Vant. de nullit. tit. Qualiter sent. poss. a nullit. deff. n. 85. Gratian. dec. 73. n. 18. & seqq. per tot. Card. Tusch. litt. C. conclus. 252. vide Rot. part. 21 rec. dec. 50. nu. pr. & seqq. & dec. 259. nu. 12. & seqq. Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 4. tom. n. & rubr. 2. & 3. quæst. pr. n. 234. tom. 8.

Quod pupillus non possit interpellari, nec in mora constitui sine tutore, Montan. de tut. cap. 30. n. 106. ubi etiam quòd non solvit, nec restituit sine tutore, si solvit potest repetere, Cabal. cons. decis. 145. n. 18. & per tot. lib. 2. ubi quòd ideò non tenetur ad cambia à patre contracta, & post illius mortem decursa, cùm per mortem, & mutationem status extinctum fuerit mandatum mercatori datum de cambiando. Vide Jovi. de solemn. gloss. 22. §. 25. n. 32. & gloss. 11. §. 11. n. 154. Altimar. d. quæst. 1. sect. pr. n. 567. tom. 8.

Quòd non possit esse in judicio, sive civili, sive criminali sine tutore, aliàs sententia sit nulla, nisi sit pro pupillo, latè Montan. de tut. cap. 30. num. 143. & seqq. ad 160. & cap. 32. reg. 9. nu. 60. & seq. ad 96. Vant. de nullit. ubi supra num. 81. & seqq. Vivi. comm. opin. 677. vide in §. Minor n. 1. & §. Sententia num. 11. Vide Altimar. dict. rubr. 11. a q. 4. tom. 2. & d. quæst. pr. sect. pr. n. 605. tom. 8.

Quòd admittatur, si sit major septennio ad præstandum votum, & ad præsentandum in jure patronatu, quando electio sibi competit jure proprio, & non jure Collegii, Sanfelic. dec. 176. per tot. Vide infra in novissimis addit. Crescin.

17 Pupillus qualiter tanquam persona miserabilis habeat electionem fori, etiam si aliàs sit dives, vide in §. Persona n. 9. & seqq. Dexart. dec. 68. n. 4. ubi assignat rationem, Lar. cap. 21. Andreol. contr. 235. Bersan. de Pupill. cap. pr. q. 13. & 14. Altim. dict. sect. pr. n. 747.

Cessat tamen dictum privilegium si conveniatur ex contractu paterno, nam non potest declinare forum paternum, Franch. dec. 553. & 234. Sicut etiam si sit in potestate avi, idem Franch. dec. 671. Joseph. Feliu. in Margar. var. concl. verb. Pupillus fol. 55. colum. pr. & 2. dixi in §. Persona num. 16. Dexart. dec. 72. num 2. & 5. Vide Altimar. loc supra adduct.

Pupillus, an, & quando possit pro debito civili carcerari, vel non, vide in §. Minor n.... & in resol. cap. 52. n. 21. &c. Berlich. concl. 28. n. 37. tom. 2. Bersan. cap. pr. quæst. 13. Jovi. glos. 22. §. 24. n. 23. & gloss. 16. §. 7. n. 21. Altimar. n. 736. 18

Pupillus nullo pacto admittitur ad ferendum testimonium, quia quidquid videtur ignorat, & est ac si cæcus testificaretur de coloribus, & hoc in civilibus judiciis, nam in criminalibus etiam pubes ante viginti annos completos non admittitur, nisi pro præsumptione facienda, & in subsidium, vel in læsa majestate, ut benè declarat Montan. de tut. cap. 30. n. 149. & seqq. ad 157. latè Farinac. quæst. 58. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 623. & fol. 331. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1246. per tot. vide in §. Minor n. 6. §. Juramentum n. 53. §. Pubertas n. 3. & in Pract. §. Pupilli n. 10. ubi qualiter, & ad quem effectum admittantur etiam pueri ad faciendum testimonium in criminalibus, & adstipulatur, Possent. sing. 313. per tot. Altimar. d. sect. pr. nu. 103. Bellegrand. in comp. rer. crim. method. tract. 3. quæst. 14. 19

Effectus tamen major potest testificari de his, quæ vidit, vel audivit in pupillari ætate, dummodò tunc etiam fuerit saltem pubertati proximus, qui dicitur si sit saltem decem annorum, nisi lex de eo tempore certam ætatem specificè requirat, glos. in l. testium fides, §. Lege Julia verb. impubes, ubi etiam Bart. num. 2. ff. de test. Aret. §. Testes n. 4. Instit. de testam. Rot. part. 2. divers. dec. 220. num. 7. & part. 10. rec. dec. 75. n. 9. &c. part. 13. dec. 293. n. 7. &c. Possent. sing. 314. ubi quòd potest testificari de gestis dum erat minor. Vide Supr. in §. Pubertas n. 2. circa fin. ubi etiam in novis addit. Cresc. ad Pen. decis. 201. Altimar. loc. cit. vers. pupillus factus.

Pupillus qui potest idemnitatem consequi à tutore, non debet in integrum restitui, nisi in subsidium, cùm restitutio sit remedium subsidiarium, l. properandum 13. §. ult. Cod. de jud. Paul. Christin. dec. Belgic. 129. vol. 2. Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 11. num. 32. ubi quòd si culpa tutoris intercessit, est in electione minoris, an contra tutorem, vel emptorem experiri velit. 20

Pupillus qualiter possit sibi eligere domicilium in aliquo loco sine tutoris auctoritate, Azor. in Sum. C. ubi per tut, Aret. in §. Sed hoc jure n. 2. Instit. de Attil. tut. Bart. in l. pr. n. 7. ff. de tut. & curat. dat. Rot. part. 9. rec. vol. 1. dec. 12. n. 40. vide in §. Domicilium num.... & §. Tutor n. 40. Altimar. d. sect. pr. 21

Pupillus ex dolo tutoris, vel de evictione conventus pro re à tutore alienata, an ipse teneatur, & condemnandus sit, vel liberetur cedendo actiones contra tutorem, Olea plures referens tract. de cess. jur. tit. 5. quæst. 11. ubi post plura concludit, pupillum in eo, quod ad eum ex facto, & dolo tutoris pervenit, teneri; si verò ultrà id, quod consecutus fuit conveniatur, cedendo actiones suas contra tutorem liberari, vide in §. Tutela n. 27. Rot. part. 17. recent. dec. 309. n. 15. & 16. ubi quòd non tenetur de dolo, & culpa tutoris, nisi quatenus sit factus locupletior, Hieron. Cala tract. de restit. in integr. deneg. quæst. 15. per tot. 22

De pupillis plura notat Bertachin. in Repert. verb. Pupillus, & alia novissimè Castejon. Alphab. jurid. verb. Pupillus, & Com. August. Fontan. Bibl. leg. part. 5. eodem verb. fol. 453. Card. De Luc. Mantiss. ad eumd. Altimar. Rocc. Castald. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni. 23

Pupillus potest pro gestis a tutore illum directè convenire absque eo, quod cogatur prius excutere principalem debitorem Emerix jun. dec. 155. n. 3. 24

Contra ministrum deputatum à tutore non habet actionem directam De Luc. de Credit. disc. 88. n. 12.

Pu-

25 Pupillus cum jactura Tertii locupletari non debet Rot. coram Emerix sen. *dec.* 116. *nu.* 52. Quando dicatur factus locupletior Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. sect. pr. num.* 514. *& seqq. tom.* 8. Et effectus locupletior obligatur naturaliter, & civiliter Altimar. *loc. cit. n.* 187. ubi hoc declarat, & potest conveniri *d. sect.* 1. *n.* 550. *vers. si effectus.*

26 Pupillus, seu ætate minor religionem professurus omnia sua bona absque tutoris auctoritate alienare, & cuilibet donare potest sine beneficio restitutionis in integrum, quia censetur mori. Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 9. §. *Tertio n.* 6. Vide De Luc. *de Donat. disc.* 15. *n.* 9. ubi an talis donatio subjaceat solemnitatibus.

27 Si pupillus, vel minor solvat quod sine tutoris, vel curatoris auctoritate promisit, tamquam civiliter indebitum potest repetere Layman. *ibidem n.* 9. *§. Tertius.*

28 Si ex pecunia pupilli res aliqua comparata sit, in ea tacitam hypothecam, jurisque prælationem habet, quin & utilem rei vendicationem. Quod procedit etiam in Ecclesia, quia æquiparantur Layman. *lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 11. *cas.* 5. *n.* 5.

29 Fidejussor adhibitus ad contractum pupilli, civiliter etiam obligatur. text. ea *l. ult.* §. *si vero ff. de Jurejur.* Layman. *in Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 9. *n.* 7. *part. pr. pag.* 302.

30 Quod Pupillus, vel Minor curatorem habens ludendo perdidit, solvere non tenetur: nisi juravit: si tamen solvat, ab altero retineri potest, donec repetatur. Layman. *loc. sup. cit. n.* 10.

31 Si pupillus, vel minor, quod indebitè solvit, aliter recuperare non possit, per compensationem aliquam prospicere sibi non prohibetur. Layman. *ibid. num.* 11.

32 Hæres beneficiatus, etiam Pupillus non reddita ratione non juvatur Beneficio Inventarii. Balduc. *de Dot. tit.* 4. *dec.* 12. *nu.* 20. Et interim Creditor manutenendus est in sua possessione. Balduc. *loc. cit. n.* 21.

33 Pupillus obligari nequit à tutore, & debita paterna ultra vires hæreditatias cum læsione in bonis propriis. Surd. *cons.* 191. *n.* 24. *in fin.* Gratian. *discept. for. cap.* 367. *n.* 16. Balduc. *de Dot. d. tit.* 4. *dec.* 12. *n.* 19.

34 Pupillus, & Infans non solvens Canones an privetur re emphyteutica. Fulgin. *de Jure emphyt. tit. de solut. canon. quæst. pr. n.* 201. Altimar. *de Nullit. rub.* 2. *&* 3. *quæst. pr. num.* 78. *vers. Sic Infantes, & vers. quod Infans. tom.* 8. *pag.* 71.

Pupillus ob non solutum canonem in re emphyteutica, an incidat in commissum, vel restituatur Ruin. *cons.* 119. *n.* 7. *&* 17. *vol.* 5. Altimar. *loc. cit. n.* 86. *vers. Infans, & pupillus. pag.* 112.

35 Pupillus Infans, vel adultus non tenetur jurare de Calumnia, secus de veritate dicenda. Scaccia *de Judic. lib.* 2. *cap. pr. quæst.* 21. *num.* 227. *& seqq.* Altimar. *loc. cit. n.* 95. *pag.* 120.

36 Pupillus major infante si decedat non transmittit jus petendi restitutionem. Odd. *de restit. quæst.* 50. *art.* 8. *n.* 74. *& seq.* Altimar. *ubi sup. n.* 151.

37 Ad tutorem administrantem hæreditatem pupilli spectat Juspatronatus nidem hæreditati annexum, &; quare Piton. *de Jurepatr. alleg.* 138. *num.* 1. 2. *&* 54. *tom. pr.*

Pupillus acquirit juspatronatus, & quando, & an possis eo uti, & capellanos præsentare Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. n.* 92. *vers. sic infanti & pupillo fol.* 117. *tom.* 8.

Ex duobus præsentatis à pupillo, & tutore præfertur præsentatus à tutore, si est magis idoneus. Piton. *dict. alleg.* 38. *n.* 4. ubi quod est locus gratificationi.

Major septennio si præsentat, prævalet ejus præsentatio illi tutoris De Luc. *de Jurepatr. disc.* 62. *sub num.* 11. vide eundem *in Conflict. observ.* 5.

Admissio fœminarum in præsentatione facta per pupillos non potest eis præjudicare Piton. *de Jurep. alleg.* 77. *n.* 28. *tom.* 2.

An præjudicetur in Jurepatronatus ex culpa vel mora tutoris De Luc. *de Jurepatr. disc.* 64. *n.* 9.

Firmatur tamen status etiam in præjudicium pupilli quando hic factus major ratificavit in sequentibus statibus Piton. *loc. cit. alleg.* 91. *nu.* 44. *tom.* 2.

Pupillus per statutum potest habitari ad testan- 38
dum Card. De Luc. *de Donat. disc.* 15. *sub nu.* 9. Et vide Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst. pr. sect. pr. n.* 98. *vers. cum pupillus vers. sed et si pupillus cum seq. fol.* 165. *tom.* 8. ubi alia.

Pupillus ingrediens religionem faciendo donatio- 39
nes; an subjaceat solemnitatibus. Card. De Luc. *d. disc.* 15. *num.* 9. Et an donare valeat ejus intuitu *ibid.* Plura alia circa hanc quæstionem Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 95. *vers. pupillus ingrediens.* Jovi. *de solem. gloss.* 16. §. 7. *n.* 271. 279. 280.

Pupillus constituens universitatem cum aliis ma- 40
joribus, & non habilibus non gaudet privilegiis. Card. De Luc. *de Empt. disc.* 33. *n.* 15.

Pupillus Clericus habere debet tutorem à Judico 41
Ecclesiastico. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 3. *sub num.* 15.

Pupillus habens bona in diversis territoriis, à quonam Judice sit illi providendum de tutore. Card. De Luc. *d. disc.* 3. *ex n.* 14.

Ignorantia pupilli, an prosit compatrono majori 42
quoad lapsum termini ad præsentandum. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 64. *n.* 7.

Sportulæ, seu salarium non debentur in causis 43
pupillorum. Fagnan. *in cap. Venerabili num.* 35. *de Cens.* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 21. *num. pr. et* 2. *part. pr.*

In bona pupilli, si non defenditur, missio fit ex 44
primo Decreto. Brunneman. *in l. apud* 3. *nu. pr. ff. quib. ex caus. in possess. eatur.* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 156. *n. pr. part. pr.*

Pupillus an possit civilitatem, & domicilium con- 45
sequi, & post septennium habeatur consideratio operæ, & incipiunt alimenta dari pueris, & compensantur illa cum servitiis. Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst. pr. n.* 223. *tom.* 8. *fol.* 140. *vers. post septennium.*

Pupillus non habet nec velle, nec nolle, & habet 46
infirmum consilium, vel habet semiplenum consilium, venit appellatione minoris, & dicitur à pupo Altimar. *ubi sup. quæst. pr. sect. pr. n.* 16. *ad n.* 18. *fol.* 146.

Pupillus infans potest coronari Rex, sicuti Fede- 47
ricus secundus, Ludovicus IX. & Carolus IX. Altimar. *ubi sup. n.* 21. *fol.* 147. Pupillus, & Infans succedit in titulo, & proprietate Regni hæreditarii, ideo coronari potest, verum administratio Regni exercenda est per tutorem, vel curatorem, & post finitam tutelam dandus est curator etiam invito; Pupillus Rex ad Regna gubernanda vocari non debet. Altimar. *ibid. num.* 25. *vers. sed pupillus cum seqq. fol.* 149. Pupillus, vel Minor Rex si eligatur, si lædatur aliquo actu, an habeat restitutionem in integrum Altimar. *ibid. vers. Sed si Rex.* Potest feudum accipere, quamvis tutoris authoritas non interveniat, & si habet feudum, homagium præstatur per tutorem, sive balium. Altimar. *ibid. n.* 26. *fol.* 149.

Pupillus minor non potest habere officium pob- 48
licum habens annexam administrationem publicorum, nec potest officium habere cum potestate substituendi, sed quid in Regno nostro per pragm., quod procedit etiam in dignitatibus Ecclesiasticis. Altimar. *de Nullit. d. rubr.* 1. *&* 2. *quæst. pr. sect. pr. n.* 27. *vers. sic pupillus tom.* 8. *fol.* 150.

Pupillus ritè, & validè ad regularem habitum, 49
& statum Novitii admitti potest, in qua verò ætate, & quid in converso. Altimar. *loc. supra cit. n.* 94. *vers. Conversi fol.* 162.

Pupillus ligatur statutis consuetudinibus, & con- 50
stitutionibus Locorum. Bald. *cons.* 358. *n.* 2. *lib.* 3. Altimar. *ibid. nu.* 104. *fol.* 171. Mans. *consult.* 400. Bersan. *de Pupill. cap. pr. q.* 9. *n.* 2. *&* 3.

Pupillus læsus per sententiam Arbitri in compro- 51
misso facto ex necessitate statuti restituitur adversus laudum, non statutum, secus in compromisso voluntario. Altimar. *ibid. vers. secus si statutum fol.* 172. Major infante, non potest compromittere in Arbitra-

bitratorem, ea quo contrahere non potest. Altim. *ibid. vers. si pupillus*. Et alia de compromisso vide eumdem *ibidem fol.* 241. *n.* 565. *vers. pupillus cum seq.*

52 Pupillus, & minor, si habeat servitutem in aliquo loco illa non utendo per tempus, illam non ammittit. Altimar. *loc. cit. nu.* 114. *fol.* 179. Lar. *de Vit. homin. cap.* 21. *n* 95. Narbon. *de Ætat. ann.* 25. *q.* 23. *n.* 2.

53 Pupillus non potest concedere in emphiteusim rem suam, nec in ea usumfructum constituere sine authoritate tutoris, & Judicis decretò, nec servitutem imponere in proprio fundo, vel remittere in alieno non potest hypotheeare bona propria. Altimar. *ibid. n.* 422. *fol.* 219.

54 Pupillus qui emit rem non soluto pretio non potest illam rem hypothecara venditori. Salgad. *labyr. cred. part.* 2. *cap.* 24. *nu.* 113. *& seq.* Merlin. *de Pignor. lib.* 2. *cit. pr. quæst.* 39. *nu.* 11. *&* 12. Altimar. *loc. cit. n.* 423. *vers. Pupillus fol.* 220.

55 Pupillus non potest transigere, & alia plura de transactione. Altimar. *loc. cit. n.* 424. *fol.* 221. Bersan. *de Pupill. cap.* 2. *quæst.* 27. Urceol. *de Transact.* Et vida supra.

56 Pupillus non potest compensare absq; tutoris authoritate, & non tenetur de evictione in re ab eo male alienata, & alia plura circa compensationem Altimar. *ibid. nu.* 429. *&* 430. *fol.* 223. Et de compensatione vide Bersan. *de Compens. c.* 3. *quæst.* 8.

57 Pupillus maritus pro assecuranda dote potest obligare bona sua absque Judicis decreto, & potest rem antea hypothecatam transferre ad secundum creditorem, cujus pecunia primum liberavit Altim. *ibid.* 496. *&* 497. *fol.* 230.

58 Pupillus habet privilegium personale in bonis gerentis ejus negotia ex amicitia, ac habet rei vendicationem in re tradita absque reservatione hypotecæ, & habet prælationem in re cum ad emptionem mutuavit pecuniam. Altimar. *ibid. n.* 498. *ad n.* 500. *fol.* 230.

59 Pupillus habet tacitam hypothecam, & juris privilegium in bonis sui tutoris, ac curatoris pro administratione tutelæ, & curæ a die susceptæ tutelæ, si administravit malè, & pro redditione rationis etiam adversus quemcumque administrantem potest agere contra tertium possessorem pro eo, quod facta discussione computorum cum tutore ille remansit debitor, & fecit alienationem bonorum post susceptam tutelam. Et plura alia, etiamsi tutor non administravit Altimar. *d. rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. sect. pr. n.* 566. *fol.* 243. *tom.* 8.

§. PUTEUS. LXIII.

PUteus existens inter domum feudatariam, & domum propriam domini directi, debet utrique servire, si aqua tam uni, quàm alteri sufficiat, aliàs dominus præfertur, Gratian *discept. for. c.* 992. *num.* 4. 1

Si sit pluribus communis qualiter communibus expensis reficiendus, & purgandus sit, Guid. Pap. *dec.* 443. Cæpol. *de servit. urb. præd. c.* 47. Paul. Christ. *ad leg. municip. tit.* 14. *art.* 47. Hermosil. *in l.* 18. *glos.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. Jovius *de solemnit. gloss.* 18. *num.* 158. & ex hoc cognoscitur quod est communis.

Puteus qualiter possit fieri, & fodi propè fundum vicini, nullo relicto spatio, vide in *§. Vicinus n.* 9. Hermosil. *loc. cit.* ubi quòd non potest aperiri, si noceat vicino, vel fonti publico, refert Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Puteus* Jovius *loc. cit.* Vide Statut. Parmæ *fol.* 155. 2

Puteus, sive fons publicus non potest usurpari in usum privatum, nisi fuerit præscriptus tempore, cujus initii memoria non extet, nec ab eo aquam derivare sine Principis licentia, nec in eo etiam privato immunditiem projicere, & alia, Paul. Christin. *dec.* 85. *vol.* 5. vide in §. *Aqua*. Idem Jovius *ubi supra*. 3

Plura de puteis, & fontibus mundandis, & manutenendis, quorum expensis, & alia, Conciol. & Romag. *ad Statut. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 25. Alia de puteis Stephan. Daoyz. *in suo Indice*, Bertachin. *in Repert. verb. Puteus*, Paciehel. *tract. de Puteo*, & alii citati à Com. August. Fonr. *Bibliotb. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 456. Reliqua vide in §. *Aqua*. Brunnemann. 4

Puteus est communis non obstante divisione. De Luc. *de Servit. disc.* 32. *n.* 9. *& in sum. n.* 43. *& disc.*
32. *cit. &* 33. de jure hauriendi aquam ex ipso. 5
Puteus dicitur pars necessaria Domus Barbos. *de Verb. appellat. verb. Domus appellat.* 82. *num.* 23.
Palm. nep. *dec.* 222. *n.* 39. *vol.* 3. 6
